


43
5 II
14

AVGVSTINI BARBOSÆ, I.V.D. LVSITANI,

Votorum decisiuorum

TOMVS SECVNDVS,





AVGVSTINI BARBOSÆ,

I. V. D. LVSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,
& inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis
Theſaurarij Maioris,

VOTORVM

DECISIVORVM, ET CONSVLTIVORVM CANONICORVM,

TOMVS SECVNDVS.

Cum SVMMARIIS, & triplici INDICE, vno Votorum, altero Iurium quæ explicantur, tertio Rerum & verborum copioſo.

PRODIT NVNC PRIMVM.



LVGDVNI,
Sumpt. Hæred. PROST, PHILIPPI BORDE,
& LAVRENTIJ ARNAVD.

M. DC. XLVII.
CVM PERMISSV SVPERIORVM.



EXCELLENTISSIMO DOMINO
D. LVDOVICO
MENDEZ DE HARO
ET GVZMAN,
COMITI DE OLIVARES,
DVCI DE SAN LVCAR LA MAYOR,
REGI NOSTRO A SANCTIORI CVBICVLO,
& Principis (heu quondam noſtri) Hyparcho,
ſeu Equilis ſummo Præfecto,

AVGVSTINVS BARBOSA S. & P. F. E.



CVM ſingulari ſtudio, paríque diligentia, EXCELLENTISSIME DOMINE, dubiis ex variis Hiſpaniæ partibus mihi hactenus propoſitis reſpondere, & quamplurimos caſus vltrò, citróque occurſantes diiudicare, non propriæ vtilitatis, ſed publicum iuuandi ſtudio ductus, contenderim, ex illis vota quædam deciſiua & conſultiua in lucem emittere conſtitui, vt in ſimilibus caſibus, & cauſis poſteri ex meo hoc qualicumque labore proficiant. Vno eorum volumine paucis abhinc annis typis à me dato, alterum modò cum ſelectioribus

Iuris Canonici interpretationibus in lucem prodit. In aliis meis lucubrationibus componendis,& edendis, quas plurimas plurimorum annorum professio mihi peperit,quanti qualésve fuerint à me transacti labores,quæ susceptæ pro his finiendis vigiliæ, studia, & peregrinationes in Italiam, Galliam & Germaniam,ipsamet opera manifesta faciunt. Non mediocriter sanè auget meorum studiorum vires quòd viderim quanti sub tali moderatore excitentur animi, robúrque nouum assumant generosiora ingenia, quæ inter tot bellorum tumultus miseræ huius tempestatis nonnihil remiserant. Ratus quòd te gubernante, sedatis ventorum turbinibus nostra Hispania diu desiderata pace & tranquillitate conquiescat, quod vt oro,exopto, ita spero,& confido. Id certò nobis pollicetur summa tua vrbanitas,& innata humanitas,qua benignè omnes excipis,& foues, tua in consiliis prudentia,in rebus dubiis,& periculosis præuidendis dexteritas; in nouis æmulorum fraudibus,& dolis retegendis ingenij tui perspicacia; in continendis in officio, & clientela prouinciis industria; in adornandis classibus peritia;in prouidendis necessariis ad militiam sedulitas;in demerendis populorum animis facilitas; in procurandis militum stipendiis promptitudo;quæ præclarissimæ animi tui dotes Regis nostri semper Augusti animum,omniumque voluntatem & amorem conciliarunt.Quid ni ego sub tanto Duce & Auspice tam bene ominoso, litterarum, litteratorumque Mœcenate ingenij mei fœtus in lucem emittam? Neque ipse opus hoc solum in publicum dabo, alia longè grauiora sub auspiciis tuis prodibunt, si laborem hunc meum grato animo admiseris. Sequentur enim septem præter duo impressa Collectaneorum volumina in vniuersum Ius Ciuile. Neque facilè dixerim,vtrùm alius quispiam inter insignes Hispaniæ nostræ scriptores tot volumina vnquam in lucem emiserit; & superstite Auctore in variis Europæ partibus intra tam breue temporis spatium alia toties recusa fuerint, & impressa. Inter tot litterarias acclamationes, & plausus,lucubrationes hæ meæ illam habere prærogatiuam meritò gloriari poterunt, quòd tuo gaudere patrocinio meruerint, si illas solita tua benignitate affeceris, ac summa tua auctoritate protexeris, tuóque fauore commendaueris, earumque me licèt indignum Auctorem ecclesiasticis meis redditibus infelici sorte destitutum, ac honore nullo miserè iacentem susceperis. VALE.



AD LECTOREM.



RODEVNT *in lucem alia mea vota decisiua, & consultiua, quorum liber hic tertius numeratur: & licèt (vt ab amico accepi) sit aliquis, qui mordicus contendit mea hæc posteriora opera, nec stylo, nec methodo prioribus conuenire: vellem clariùs dixisset quænam ex meis operibus emortua sibi visa sunt: nam præterquam quòd nihil ex his, quæ edidi, absque plausu, & communi acclamatione acceptum fuerit, nouissima mea scripta sunt Collectanea in Codicis aliquos libros duobus voluminibus diuisa, & priora vota consultiua, & decisiua ab omnibus laudata, expetita vtráque manu, & expansis vlnis arrepta; indicio sit difficultas inueniendi illa, & immane pretium, quo æstimantur, omnibus iam exemplaribus diuenditis, neque immeritò vsurpabo de illis, quod olim Martialis de suis carminibus cecinit,* Lib. 14. epigr. 194.

Sunt quidam qui me dicunt non esse poëtam;
Sed qui me vendit Bibliopola putat.

Et si quæ posteriora deteriora etiam sunt, hunc tertium votorum librum malum sydus afflauit antequam lucem aspexerit: sed non credo, amice Lector, me adeò à via, & ratione communi deflexisse, vt vltima & maturior ætas, quæ, vt ille ait, semper aliquid apportat noui, *quæque rerum vsu, & experientia validior sit, in me infirmior facta fuerit, & scitum est, vt Cicero scribit,* posteriores cogitationes sapientiores esse. *Solatur me etiam hanc censuram ab eo profectam esse, qui etsi humanioribus litteris excultus videatur, non multos tamen in iure & foro profectus fecit: cùm olim ambitione potius, quàm inamœni studij amore Suadam in seueram Themidem commutauit, aut si fecit, tædio temporis malè perditi omnem memoriam subitarij illius exercitij iam abiecit. Quare prouoco ad iudicium tuum, erudite Lector, & si, quæ modò damus, aliis omnibus hucusque editis non responderint orationis perspicuitate, rerum ordine, atque dignitate, calamum deinceps deponam, emeritúsque miles rude donatus pugnas euitabo, etsi non paucas; dum vires mihi nondum emortuas reputabam, aggredi animus erat; sed reprimat ardorem meum, fatumque huius operis, & alterius insimul edendi, qui inscribitur,* Selectæ Iuris Canonici interpretationes, *expectabo, antequã periculosæ aleæ manus denuo ad moueam, è qua incertum lucrum, damnũ autem euidens apparet. Est tamen quòd gratias huic agerem ob laudes in patriam meam Lusitaniam bonarum artium semper altricem congestas, & ob eas, quas largiter effudit in parentem meum Emmanuelem Barbosa, & insignem Petrum Barbosa, duo Iuris lumina, & in totam meam nobilem familiam, nisi vererer ne hæc adeò in speciem magnifica de industria ab eo præmissa fuisse, vt cùm ad me ventum esset, vti tantæ arboris non æqualiter fœcundum ramum traduceret. Et licèt nunquam tantum facinus animo præsumpserim, vtrùm his doctissimis Heroibus doctrina, aut alia quauis re componi velim, quibus cedere, quàm antistare gloriosiùs duco; tamen non est ferenda animi parum candidi malignitas, quæ scorpionis more cauda blanditur, vt certiùs feriat, nec vlla perniciosior accusatio est quàm ab eo profecta, qui laudatoris partes sumpsit, vt Tacitus ait:* Qui quò incautiùs decipiat, palàm laudat. *Non accipio quòd in me industriam, memoriam, morum suauitatem, & animi innocentiam commendat, cùm insufficientiam meam apprimè cognoscam: summè optans doctior & melior fieri, quo desiderio quatuordecim ferè annos Romæ exegi non in taberna diuersoria, sed in tota & sola domo ac satis ampla Baldi Baldelli, à quo eam per totum illud tempus non parua mercede conduxi, ita vt nemo ferè æqualium*

Terẽt. in Adelph. act. 5. scena 4.

In Philip. orat. 12.

meorum

meorum liberaliùs aut splendidiùs ageret, etsi censu, & patrociniis superiores: non deerat mihi Bibliotheca, etsi non instructissima, nec mole librorum grauis, studiis meis accommoda, quæ non paruo mihi constitit, & quàm plusquam ducentis Philippæis distraxi, postquam mihi in hæc ora reuertere animus fuit, reseruatis priùs rarioribus codicibus, quorum non paucos mecum attuli, & alios Romæ penes amicum reliqui, vt eos, cùm commodum esset, ad me mitteret. Fateor tamen me ititasse ad Bibliopolarum tabernas, ibique libros, quibus carebam, consuluisse: neque ad Bibliopolas tantùm, sed ad alias bibliothecas, quæ studiosis Romæ ex conditione patent, inter quas eas, quæ fuerunt Stephani Gratiani apud S. Stephanum in Caco, & Angeli Rocchæ in Conuentu sancti Augustini multum frequentaui, multósque in eis dies, & menses contriui. Abbatiam, dignitatem, Canonicatum, beneficia, & pensiones adeptus è Romana Curia in patriam reuersionem feci, & statim prosequendæ litis causa ad Madritum redij, ibique post Lusitanici Regni mutationem cùm mihi ad illud reuertendi locus non fieret, studiis, & deuotis Curialium Confraternitatum exercitiis, necnon aliis summæ charitatis operibus me totum tradidi, ac plures alios ad eadem mecum attraxi, quæ in causa fuerunt, vt Rex noster verè Catholicus, & pius PHILIPPVS IV. *motu proprio, non ad alicuius petitionem decretum sua Regia manu subscriptum ad supremum Italiæ Consilium transmiserit tenoris sequentis, videlicet.* El Dotor Agustin Barbosa se halla en Madrid sin empleo ni commodidad de hazienda para poder viuir respeto de auerle faltado con la rebelion de Portugal quatro mil ducados de renta ecclesiastica que alli gozaua, quando sus prendas, virtudes, y letras le hazen muy digno de ambas cosas, y por esto y auer entendido que en Italia ay Iglesias vacas, cuya prouision se emplearia dignamente en este sugeto, hé resuelto recommendarle al Consejo de Italia para que me le proponga en las vacantes de Obispados que al presente hubiere, o en las que adelante se offrecieren. De Zaragoça a quatro de Setiembre 1646. *Ego verò qui tantæ dignitatis indignum me reputo, qui tanto oneri humeros subiicere non audeo, approbationem ex Regio ore prolatam ad maiorem librorum meorum honorem accipiens, decretum prædictum obliuioni dandum curaui, & curo, vt sic maioribus non implicatus negotiis, & mei tantùm curam agens septem præter duo impressa Collectaneorum volumina in vniuersum Ius Ciuile quamprimum in lucem edere possim. Vale, & me tui amantem redama. Madriti die 2. Ianuarij 1647.*

APPROBA

Approbationes Theologorum.

VOTA Decisiua, & consultiua Canonica, tam secundùm ius Canonicum, quàm ciuile, de nouo subtili stylo in hoc secundo Tomo, à perito in vtroque iure Augustino Barbosa edita, Nos infrà scripti Doctores in Theologia Almæ Facultatis Parisiensis legimus & approbauimus; in quorum fidem manuale chirographum præsenti testimonio Lugduni die Februarij nona 1647. apposuimus.

Fr. STEPHANVS MOLIN, Carmelita.

Fr. PAVLVS LOMBARD, Carmelita.

PERMISSIO.

EGo Procurator Regius in Præfectura Lugdunensi consentio, vt Liber inscriptus in Approbatione præmissa, ab Hæred. Prost, Philippo Borde, & Laurentio Arnaud, Bibliopolis Lugdunensibus excudatur, peculiari licentia id ipsis concessa. Datum Lugduni die decima Februarij, anno Domini quadragesimo septimo, supra millesimum sexcentesimum.

LORIN.

VIso Procuratoris Regij consensu, Ego non impedio supradictum priuilegium. Actum Lugduni eodem anno & die quo suprà.

DV SAVZEY.



SERIES VOTORVM DECISIVORVM, & consultiuorum Canonicorum, quæ hoc tertio libro continentur.

VOTVM LXXVI.  ONASTERIA & Conuentus Fratrum, Monialiúmque tenentur obseruare pacta, & conditiones in eorum fundationibus appositas,& alibi cum illis initas,& celebratas, & quæ facta fuerint in vim præcedentium instrumentorum,non cadunt sub materia facultatiua: nec Ecclesia in hoc reperitur priuilegiata Quòd hæc Congregatio est ecclesiastica,& coram Ecclesiastico Iudice conuenienda: & interim manutenenda in quasi possessione celebrandi festiuitates sui deuoti,& nobilis instituti in assignatis diebus, necnon & agendi exercitia Rosarij, orationis mentalis,& disciplinæ in deputata aula. pag.1

LXXVII. Ordinatus sacris Ordinibus per vim, & coactionem præcisam, & absolutam non recipit characterem, nec tenetur ad obseruantiam voti castitatis;si verò per vim causatiuam,seu conditionalem ordinetur,characterem recipit;sed tamen non tenetur continere, nec prohibetur contrahere matrimonium. 22

LXXVIII. Præsentatio facta de inhabili, non potest reualidari ex superueniente habilitate. Durante lite inter compræsentatos non possunt patroni aliquem in demortui locum præsentare. 40

LXXIX. Ad extinctionem census, & ad impediendum cursum vsurarum, qualiter depositum faciendum respectu pretij census, & pensionum decursarum. 43

LXXX. Oblatio & depositum vt reuelet debitorem quale? Et quid si fuit factum de pecunia,quæ de proximo erat reprobanda, seu minuenda?Et de Regia Pragmatica minorationis monetæ publicata Matriti 16. Septembris 1642. 45

LXXXI. Bona spoliorum ad Papam,& ad R.Cameram Apost. spectantia iure adiectionis gaudent etiam post perfectam venditionem priuilegiis, quibus potiuntur bona Regij fisci. *l.congruit,C.de locat.præd.ciuil.lib.11.* loquitur de conductoribus temporalibus. 50

LXXXII. Bona Syndici Ordinis sancti Francisci nullibi sunt tacitè hypothecata pro solutione pecuniarnm, quas eleemosynarum titulo collegit, & recepit à fidelibus ad subleuandas necessitates Fratrum pro tempore occurrentes:& an & quando harum pecuniarum summæ priuilegiis depositi,& prælationis respectu aliorum creditorū gaudere possint? 55

LXXXIII. Separatio thori ex sæuitia viri quando inducatur?Copula carnalis quomodo probetur? Dispensatio obtenta à Papa non facta mentione præcedentis copulæ incestuosæ,est subreptitia. 61

LXXXIV.

LXXXIIV. Fideiussor qui intercedit pro officiali, seu administratore, teneatur tantùm ad interesse,& non ad pœnam,in quam principalis debitor incidit ex sua culpa.Pœnales actiones non transeunt ad hæredes quando lis cum defuncto non fuit contestata, nisi quatenus ad eos peruenit. 66.

LXXXV. Matrimonium per Procuratorem habentem speciale mandatum ad contrahendum cum certa, & determinata persona celebratum, valet etiam post Concil. Trid. dummodo ante mandatum reuocatum fiat, etiamsi Procurator, vel alter coniux reuocationem ignoret.Plura in materia vtilissima. 68.

LXXXVI. Instrumentum conditionale non habet executionem nisi purificata conditione, resoluto contractu ob defectum adimplementi, fideiussor ab obligatione liber remanet. Prorogationi consentire debet fideiussor, aliàs ei nocere non potest. 73.

LXXXVII. Iuramentum secundum contra primum, an & quando sit validum? Renunciatio futuræ hæreditatis filij à matre factæ, an reuocari possit?& ex capite enormissimæ læsionis quando sit nulla. 77.

LXXXVIII. Presbyteris licet in aliqua Vniuersitate ius ciuile publicè legere. Et tales docentes, vel addiscentes fructus suarum præbendarum, non tamen distributiones in absentia causa studij percipere valent. 83.

LXXXIX. Abbas benedictus & perpetuus, ac titulatus in Abbatia Ordinis S. Benedicti,Prælatitio habitu incedere,& Regentiam Consilij supremi Italiæ obtinere potest. 91.

XC. Priuilegij vsus, & obseruantia,ex quibus inducatur, & confirmetur? Priuilegium immunitatis à collectis, gabellis, & alcaualis concessum,de quibus intelligatur? & vtrùm comprehendat impositas post earum concessionem? 102.

XCI. Pensio infanti reseruata auctoritate Apost.cum claus. *Ex nunc prout ex tunc, cùm clericali charactere insignitus fueris*, debetur à die suscepti Ordinis clericalis, non à die datæ Bullæ Apost.reseruationis illius. 108.

XCII. In criminibus mixti fori iudex, qui præuenit per capturam rei delinquentis,cognoscit de causa, licèt alter iudex priùs verbaliter, & iudicialiter de eadem cognouisset. Laicos incarcerare potest iudex ecclesiasticus in casibus ad suam iurisdictionem spectantibus,& ad hoc carcerem & familiam armatam habere, & quid in hoc possit contraria consuetudo. Laicus punitus à iudice ecclesiastico in casibus mixti fori,an & quando iterum puniri valeat à iudice seculari? 109.

XCIII. Præmia & honores benemeritis de iure debentur,& quisquis secũdùm propriam virtutem remunerandus est. Officiorum,honorumque omnium Christianæ Reip.de iure capaces sunt, qui Fidem Catholicam fideliter amplectuntur,& in ea immobiles persistunt, etiamsi à Iudæis conuersis originem duxerint.Purgata suspicione tales sanguinis puritatem,& antiquam suæ gentis nobilitatem & splendorem consequũtur,habilésque & capaces efficiuntur ad omnia consequenda præmia suis meritis æquiualentia. 113.

XCIV. Ex quibus verbis Matrimonium per verba de præsenti contractum censeatur?& ex quibus contracta dicantur sponsalia de futuro? 140.

XCV. Prouisio facta per Episcopum in suo turno, an dicatur spectare ad suam liberam collationem?Et an & quando Episcopus & Capitulum in suis turnis gaudere possint beneficio alternatiuæ? 144.

XCVI. Subsidium an sit soluendum deductis oneribus,& redditibus census redimibilis super bonis ecclesiasticis impositi? 148
XCVII. Possessor quicumque amouendus non est à sua possessione, nisi priùs citetur & audiatur. Executor merus quando de exceptionibus oppositis cognoscere valeat,& interim in executione supersedere, & plura de obreptione & subreptione quarundam litterarum adducuntur scitu dignissima. 161
XCVIII. Fundator capellaniæ,qui vocauit ad eam Presbyterum de sua domo, genere,vel progenie,quando dicitur loqui per verba ciuilia, vel naturalia,ita vt spurij & descendentes ab eis excludantur. 174
XCIX. Capitulum S. Ecclesiæ Hispalen. an participet de indultis conferendi beneficia ecclesiastica, reseruata, vel affecta concessis Eminentissimis DD. Cardinalibus, qui eidem Ecclesiæ præsunt? 185
C. Fœminæ in mares sæpè conuersæ; Hermaphroditus si in virili sexu magis præualet,ad Ordines,& ad maioratum excludentem fœminas, ac ad iudicandum,necnon ad alios actus publicos admittitur. Monialis quæ post emissam professionem in marem conuersa fuerit,statim è monasterio expellenda,& si in virili sexu magis præualeat, debet declarari professionem esse nullam,posseque virilem habitum sumere, & se pro viro gerere. 190
CI. Episcopus Regularis inter viuos tam amplè potest disponere, quàm amplè potest Episcopus secularis, qui potest donare etiam non modicè, & in prophanos vsus. Episcopus in infirmitate quando possit donare:& quãdo donatio tunc facta præsumatur in fraudem legis illum testari prohibentis? Et quid ad pias causas, vel ex causa remunerationis? Episcopus titularis, cedens,vel renuntians, cui acquirat, & per eius obitum quis ab intestato in eius bonis succedere valeat? 192
CII. Plura de Campanarum inuentione,& tempore,fabricatione,consecratione,& effectibus,ac pulsandi vsu curiose referuntur. Plures Campanas habere,aut solito maiores,an & quando liceat: & quando immodicus earum sonitus prohiberi posit,non inutiliter disceptatur. 198
CIII. Plura de Cœmeteriorum antiquitate, veneratione, consecratione,pollutione,profanatione,& vsu tam in cauernis,quàm in pauimentis terræ;tam intra Vrbes,quàm extra,& qualiter in eis licitum sit domus fabricare,& tabernas institorias construere,seu locare? 209
CIV. Religio sancti Hieronymi gubernatur triplici genere legum, videlicet Constitutionibus, Extrauagantibus, & Rotulis. Ordinationes, seu rotuli facti à Reuerendisimo P. Generali,& Definitoribus,an expirent elapso triennio,& alia dubia circa hoc discutiuntur, & quantum durent? 219
CV. Clausula, *adhuc per obitum*, accessoriè stat ad vacationem narratam. Expresso & narrato principaliter vno modo vacationis, si fiat postea expressio de aliis, tenetur impetrans iustificare primum modum vacationis saltem de facto. Vacatio dicitur consumpta per prouisionem expeditam in forma gratiosa. In litteris prouisionis resignatarij necessarium non est mentionem facere de reseruatione pensionis. 223
CVI. Tempus ad electionem præfixum,an & per quem prorogari posit? Possesio qualis debeat esse vt veniat manutenenda? Manutentio quandò concedenda, vel non? 225

CVII. De beneficio etiam tenui facienda est mentio in impetratione beneficij, & non sufficit esse paratus obtentum dimittere, & de facto illud dimittat infra paucos dies, nisi aliàs beneficium obtẽtum fuerit inincompatibilitate cum obtinendo, quia vacat primum ipso iure. 243

CVIII. Congrua quibus Beneficiatis debeatur. Titularis debitor pensionis an satisfaciat faciendo fructuum omnium dimissionem ad effectum euitandi incursum censurarum? 246

CIX. Gratia coadiutoriæ in forma Dignum expedita, si ante narratiuæ iustificationem moriatur coadiutus, non expirat, nec Canonicatus ex isto capite vacat, sed deueniendum necessariò ad iustificationem gratiæ. Canonicatus ex quo inducatur esse Diaconalis. 251

CX. Per appositionem manus Papæ in coadiutoria Canonico concessa, quæ affectum non habuit, an remanserit Canonicatus affectus S. Sedi Apost. & vtrùm Cardinalis Ordinarius vigore indulti potuerit legitimè illum conferre, an verò ad Datariam prouisio pertineat? 245

CXI. Ex impositione oneris citandi Euangelium, vel celebrandi Missam, non arguitur annexio Ordinis sacri. Gratia dicitur perfecta in eo momento, quo signatur supplicatio, & iustificatio debet concludere ad tempus gratiæ. Ad iustificationem gratiæ coadiutoriæ sufficit iustificare narrata de tempore gratiæ, & quod coadiutus ante illud non obierit, secus si postea. 260

CXII. Beneficium esse de Iurepatronatus Regio, ex quibus probetur, vel non. 266

CXIII. Canonici obligati per seipsos Missam maiorem celebrare, vel alium dare, qui eam celebret, non possunt præcisè cogi ad suscipiendum Ordinem Presbyteralem. Beneficium non est Sacerdotale quando fundator non restrinxit onus celebrandi ad ipsummet beneficiarium tantùm. 269

CXIV. Filius naturalis quis dicatur? Matrimonium validè contrahit, qui lite pendente super validitate alterius primò contracti, illud contraxit, si primum postea nullum declaretur, etiam respectu effectuum ab ipso matrimonio prouenientium. 277

CXV. In Sede nullus permittendus est sedere in Ecclesia quando sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in ea discoopertum est. Parochus in sua Ecclesia sedere debet in scamno, non verò in sede, etiamsi ibi sanctissimum Sacramentum non sit manifestum. 280

CXVI. Blasphemus hæreticalis, qui libello famoso à se publicè fixo diris ac malè precantibus insultationibus, sacrilegaque impietate Deiparæ virginitatem lacerabat, alia intentione quàm illam lædendi, quibus debeat puniri pœnis? 282

CXVII. Immunitate Ecclesiæ gaudet qui in Ecclesia, vel Cœmeterio habet vnam partem corporis, pedem scilicet, vel manum, vel qui parietem ipsius Ecclesiæ partis exterioris tetigerit, vel in aëre Ecclesiæ correspondente permanserit, quamuis pedibus terram non tangat. In dubio immunitati Ecclesiæ fauendum, ac pro ea iudicandum. 294

CXVIII. An & quando mutuans pecuniam personæ, cui lex resistit, vel faciens contractum cum ea, teneatur curare vt pecunia in re vtili consumatur. 299.

CXIX. Quæ indicia ad capturam, & torturam in causis Fidei sufficiant, & an de sociis reus interrogari possit; hæretici suam culpā patefacientes,

illiusque pœnitentes, an & quando ad misericordiam admittantur, 304.

CXX. Pragmatica sanctio à Rege Catholico publicata super charta sigillata non comprehendit Clericos, & ecclesiasticas personas, nec in Tribunalibus ecclesiasticis possunt cum illa iudicialia & extraiudicialia acta confici. 309.

CXXI. Vocati nomine collectiuo cum alio de per se vocato nomine singulari constituunt vnam vocem, & alius vocatus aliam, & dicitur habere maiorem partem qui habet vocem vocati nomine singulari concurrente vno ex vocatis nomine collectiuo. 317.

CXXII. Fundatio capellaniæ in qua adest clausula, *y que la den à clerigo que no aya otro beneficio*, excludit clericum tunc temporis aliud beneficium habentem. 321.

CXXIII. Electus in Episcopum, seu translatus ad aliam Ecclesiam, quando sub reatu peccati mortalis teneatur nominationi, seu electioni de se factæ consentire, & translationem non impedire? 323.

CXXIV. Vtrùm ornatus muliebris inhonestus, & profanus sit peccaminosus, ac per se & formaliter impediat receptionem Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ? 327.

CXXV. Eminentissimi S. R. E. Cardinales non includuntur sub dispositione statuti S. Ecclesiæ Toletanæ requirentis fieri probationes super puritate sanguinis prouisi prætendentis admitti ad possessionem Dignitatis, seu Canonicatus illius S. Ecclesiæ. 331.

CXXVI. Ex diuersis Regnorum Castellæ, Legionis, Aragoniæ, & Valentiæ partibus pro veritate interrogatus Auctor de aliquorum dubiorum in praxi occurrentium decisionibus, breuissimè ad ea prout sequitur per litteras vt plurimum respondit. 338.

CXXVII. Reuerentia paterna cum precibus, & persuasionibus an & quando matrimonij contractum rescindat? Et quid si concurrat timor amissionis lucri, & ex quibus metus præcedens censeatur purgatus? 386.

CXXVIII. Alimenta filiis tam naturalibus, quàm spuriis debentur ad eorum vitam, & quando censeatur data proprietas? Filio naturali an & quando, & in qua quantitate pater relinquere possit, illeque succedere valeat? 390.

CXXIX. Ætas ad contrahendum Matrimonium in masculis debet esse quatuordecim annorum, & in fœminis duodecim exacta & completa, nisi malitia illam suppleat, & quando dicatur illam supplere, & an ex aliqua vrgentissima causa in ea dispensare possit Episcopus?

RECEN



RECENSIO

Legum, Capitulorum, & Iurium, quæ in hac secunda parte Votorum Decisiuorum referuntur, ponderantur, & declarantur.

Ex Digestis.

Ad municip.

L. Lucius. §. fin. *intelligitur.* pag. 52. num. 19

De alimentis & cib. leg.

Doctrina Bart. in

L. alio 9. n. 24. *declaratur.* 302. 21

De damno infecto.

L. Proculus *intelligitur.* 389. 21

Depositi.

L. 1. §. idem Pomponius il 1. *declaratur.* 60. 61

L. Lutius 24. *concordatur cum* l. die sponsaliorum. § qui pecuniam. 58. 43

L. certi condictio. §. vlt. *declaratur.* ibid. 44

De donat. inter.

L. sed etsi 25. *declaratur.* 375. 267

De eo quod metus causa.

L. metum autem 9. *declaratur.* 4. 137

De exercit. act.

L. 1. §. non autem, *intelligitur.* 60. 57. & 303. 33, 34

L. 1. & vlt. *minimè releuant mutuantem pecuniam ad refectionem nauis ab onere probandi pecuniam conuersam in illa refectione.* 304. 37

De impens. in reb. dotal.

L. neque stipendium, *allegatur.* 153. 32

De in rem verso.

L. 1. *declaratur.* 60. 57

De legat.

L. si ex toto, *declaratur.* 107. 50

De negot. gestis.

L. liberto 32. *intelligitur.* 304. 38

De priuil. cred.

Doctrina Bart. in

L. Antiochensium, *declaratur.* 105. 14

Pro donato.

L. si vir vxori, *declaratur.* 375. 261

De publican. & vectig.

L. congruit *procedit ex ratione* l. cotem ferro. §. fin. 52. 22, 25

Gloss verb. *possessores*, in l. congruit, *refertur, & ponderatur.* ibid. 21

Quibus modis pign.

L. sicut. §. illud videamus, *declaratur.* 304, 39

Vnde vir & vxor.

L. 1. *intelligitur.* 198. 45

Ex Codice.

De beneficiis.

L. omnes, *citatur & intelligitur.* 844 & 87, 25

De locat. præd. ciuil.

L. 5. & fin. *intelligitur.* 51. 9

L. congruit, *loquitur in condictionibus temporalibus vect. galiũ, non in perpetuis.* 52. 20

De maleficio.

L. culpa, *citatur & intelligitur.* 84. 4. & 87. 25

De testibus.

L. si quis testibus, *procedit aduersùs fiscum.* 289. 41

Ex Decretis.

10. dist.

Cap. de capitulis, *intelligitur.* 314. 24

88. dist.

Cap. eiiciens, *refertur.* 217. 72

1. quæst 3.

Cap. ex multis 9 *refertur.* 217. 73

11 quæst. 1.

Cap quicquam, *exponitur.* 314. 23

12. quæst. 1.

Cap. nulla, *explicatur.* 217. 74

17. quæst. 4.

Cap. constituit, *ponderatur.* 127. 76

20. quæst 3.

Cap. eos, qui, *declaratur.* 99. 60

27. quæst. 4.

Cap. constituit, *intelligitur.* 133. 115

Ex Decretalibus.

De appellat.

Cap. vt nostrum, *intelligitur.* 158. 40

De censib.

Cap. cùm olim, *adducitur.* 153. 29

De condit. appos.

Cap. verùm 4. *refertur & intelligitur.* 15. 119

De

De confirmat. vtili.

Cap. 1. & 2. *qualiter procedant.* 138.41

De elect.

Cap. cùm nobis, *refertur.* 242.134

De eo qui duxit in matr.

Cap. 1. & c. veniens, *intelliguntur.* 179,17
Cap. penult. *exponitur.* ibid. 18

De excess. prælat.

Cap. nimis iniqua, *intelligitur.* 205.59

De instit.

Cap. cùm venisset, *ponderatur.* 157.87

Ne Clerici, vel Monachi.

Cap. super specula, *loquitur de Presbyteris secularibus.* 84.2 & 87.33
Cap. non magnopere, *adducitur.* 84.1
Eius intellectus. 85.11.86.21
Cap. non magnopere, & cap. fin. ne Clerici, vel Monachi. *loquuntur in audientibus, seu studentibus addiscendo.* 85.10
Cap. Sacerdotibus, *declaratur.* 99.62
Cap. sed nec 4. *declaratur.* ibid. 65
Cap. Clericis. §. iubemus, *declaratur.* 101.74

De præbend.

Cap. extirpandæ, *loquitur expressè in parochialibus ratione muneris, & contracti quodammodo matrimonij inter parochum, & Ecclesiam.* 247.10

De priuileg.

Cap. super specula, *allegatur & declaratur.* 84.3. & 87.24
C. cùm olim, §. præterea, *declaratur.* 194.10
Cap. patentibus, *loquitur de Oratoriis, constitutu in priuatis domibus.* 205.58

De rescriptis.

Cap. inter cæteras, *declaratur.* 184.68

De sponsalibus.

Cap. tuæ 25. cap. consultationi 28. cap. si inter 31. *cum similibus, quæ videntur in matrimonio requirere de necessitate verba à valentibus loqui in matrimonio contrahendo, loquuntur exemplificatiuè, & factum narrando.* 70.7
Cap. sicut, *intelligitur.* 80.19
Cap. si inter virum, *refertur.* 141.3
Cap. cùm in Apostolica, *refertur, & declaratur.* 278.5 & 279.16
Cap. tua fraternitas. *refertur & intelligitur.* 278.12.15

De translat. Episc.

Cap. inter corporalia, *refertur, & declaratur.* 325.10,18

Ex VI. Decretalium.

De immun. Eccles.

Cap. decet 2. *refertur.* 217.77
Cap. quamuis pactum, *non habet locum quandocumque priùs filia iurasset nunquam renunciaturam hæreditati paternæ.* 80.21
Non procedit quoties renuntians ex sua renuntiatione, seu licentia iurata ad testandum enormiter læderetur. 81.32

De Procuratoribus.

Cap. fin. *ratio decidendi.* 72.30

Vt lite pendente.

Cap. 1 *habet locum in præsentatione, & beneficiis iurispatronatus.* 42.15

Ex Clementinis.

De verb. signif.

Clem. Exiui. §. demum, *communis est omnibus Religionibus.* 222.28

Ex Extrauagantib.

Extrauag. vnic. §. ratione æris alieni, *ponderatur.* 151.1

De decimis.

§. Prælati. *ponderatur.* 153.27 & 160.115
§. & quia nonnulli, *declar.* 158.96 & 97
Vers. expensæ autem, *declaratur.* 159.108

Ne Sede vacante.

Extrauag. suscepti. §. in illis, *pōderat.* 153.28

De præbendis.

Extrauag. ad Roman. §. Romani quoque, *verba referuntur.* 296.6
Non loquitur de simplici manus impositione, sed de ea, cum qua simul concurrit præexistens reseruatio generalis cum decreto irritanti. ibid 7 *Quis admittant.* ibid. 8 *Eius expositio noua.* 256.13 *Nō dicitur propriè continere reseruationem, seu affectionem clausam in corpore iuris cōmunis.* 258.42
Extrauag. vnica, de officio custodis Ioannis XXII. *refertur.* 206.61
Huic an sit derogatum per consuetudinem generalem. 206.61

Ex Concilio Illiberitano.

Can. 34. *refertur.* 211.29

Ex Concilio Toletano VIII.

Cap. 7. *intelligitur.* 26.30

Ex Concil. Trid.

Sess. 25. de regularibus. c. 19. *quo casu loquatur.* 4.138
Sess. 7. de reform. c. 4. & sess. 24. etiam de reform. c. 17. *procedit in Parochialibus exigui valoris.* 180.39
Sess. 21. de reform. c. 7. *declaratur.* 218.88

Ex Rotis.

Decis. 20. de præb. in nouis, *declar.* 244.17
Rota coram D. Coccino, *declar.* ibid. 18


Ex Partitis.

L. Hispana 38. tit. 7. part. 1. *refertur.* 86.22
L. Hisp. 50. tit. 6. part. 1. *intelligitur.* 314.21
L. Regia 32. tit. 6. part. 1. *declaratur.* 28.43
L. Regia 24. tit. 32. part. 3. *refertur.* 219.102

Ex nouis Recopilat.

L. 2. tit. 15. lib. 4. *non vulgariter declar.* 207.73
L. 7. tit. 7. lib. 5. *tribus modis limit.* 371.231

AVGVSTI



VOTORVM DECISIVORVM, ET CONSVLTIVORVM CANONICORVM,

Liber Tertius.

Toletana Congregationis sanctissimi Sacramenti.

Monasteria & Conuentus Fratrum, Monialiúmque tenentur obseruare pacta, & conditiones in eorum fundationibus appositas, & alibi cum illis initas, & celebratas, & quæ facta fuerint in vim præcedentium instrumentorum, non cadunt sub materia facultatiua: nec Ecclesia in hoc reperitur priuilegiata. Quòd hæc Congregatio est ecclesiastica, & coram Ecclesiastico Iudice conuenienda: & interim manutenenda in quasi possessione celebrandi festiuitates sui deuoti, & nobilis instituti in assignatis diebus, necnon & agendi exercitia Rosarij, orationis mentalis, & disciplinæ in deputata aula.

Votvm LXXVI.

1 *Venerabilis Eques de Gratiis quibus pactis, & conditionibus Monasterium S. Iosephi Monialium strictioris recollectionis Seraphici P. Francisci fundauit, ostenditur.*

2 *Quid in suo vltimo, quo decessit, testamento statuit, & circa hoc ordinauit.*

3 *Congregatio post mortem fundatoris quas capitulationes, & conditiones cum Monialibus statuerit.*

4 *Litis inter Congregationem, & Moniales mota causa.*

5 *Pactorum, & fidei datæ obseruantia in sacris litteris commendata.*

6 *Iuri naturali nihil magis conuenit, quàm pacta & conuentiones seruare.*

7 *Conscientiæ ius nihil à naturali deuiat.*

8 *Iustitia nulla maior est, quàm pacta, & conuentiones seruare.*

9 *Viro bono non conuenit quod semel dixit postea reuocare.*

10 *Ferdinandi de Mendoça verba referuntur.*

11 *Fides est fundamentum iustitiæ.*

12 *Iniustitia est non implere fidem datam, & promissum.*

13 *Æquitas, & bona fides in contractibus seruanda.*

14 *Ratio naturalis omnes comprehendit.*

15 *Ecclesia multo magis quàm alij iustitiæ, & æquitatis naturalis cultrix esse debet.*

16 *Pacta nuda de iure Canonico seruantur.*

17 *Obligatus de iure Regni manet quilibet quocumque modo se obligare voluerit.*

18 *Principes in contractibus obseruandis tanquam priuati reputantur.*

19 *Meliores qui nobis sunt, tanto minus quàm nos deficere debent.*

20 *Pactorum conditiones referuntur.*

21 *Donans potest in donatione quam fecit, apponere conditiones, & grauamina sibi bene visa.*

22 *Rei suæ quilibet liber est moderator, & arbiter, dummodo de illa malè non disponat.*

23 *Conditiones in limine fundationis appositæ magis obligant.*

24 *Fundator in limine fundationis potest apponere conditiones sibi bene visas etiã cõtra ius.*

25 *Contractus ab initio voluntarij, ex post facto fiunt necessarij.*

26 *Pœnitentiæ locus non est in contractibus tam nominatis, quàm innominatis postquam res desiit esse integra.*

27 *Ius per pactum parti acquisitum ei sine facto illius auferri non potest.*

28 *Priuilegium ex gratia alicui concessa non potest in alterius damnum, & præiudicium redundare.*

29 *Agens ex contractu debet priùs adimplere pro sua parte.*

30 *Contractum adimplere recusans, tenetur pati rescissionem illius, & restituere quod recepit.*

31 *Contractus est vltro citróque obligatorius.*

32 *Contractus aut in totum approbandus, vel reprobandus est.*

33 *Factum quis ratificare non potest, & non ratificare eius qualitatem.*

34 *Conuentiones in contractu appositæ sunt pars illius, & ei formam imponunt.*

35 *Qui differt facere quod debet, non potest facere quod ei debetur.*

36 *Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.*

37 *Contractus correspectiuus si ab vna parte non impleatur, non producit obligationem contra alteram ad fauorem non implẽtis.*

38 *Donatione vtens visus est approbare omnia in ea contenta.*

39 *Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum probare tenetur.*

40 *Contrahens vnus actionem non habet ad rescindendum contractum ob non sequutum implementum, nisi fiat per viam exceptionis, aut replicationis.*

41 *Agendo potest quis præcisè ob defectum implementi agi ad rescissionem quando id nõ impletur quod dedit causã finalẽ cõtractui.*

42 *Contractus initus pro pace, & concordia inter partes conseruanda debet perpetuò seruari, nec in eo de apicibus iuris disputandũ.*

43 *Pax grande bonum est.*

44 *Effectus, qui ea pace & concordia producuntur, remissiuè.*

45 *Transactio vti remedium dirimendarum litium est admodum fauorabilis.*

46 *Transactio etiam ex rescripto Principis instaurari non potest.*

47 *Transactio non retractatur per instrumenta nouiter reperta.*

48 *Iurgium nouum ex sopita materia non debet suscitari.*

49 *Iudices per transactionem quodcumque incidens dubium decidere debent.*

50 *Transactio habet vim sententiæ, quæ transitum fecerat in rem iudicatam.*

51 *Via executiua competit pro contentis in transactione.*

52 *Res iudicata paratam habet executionem.*

53 *Executionem paratam habet quod virtualiter in transactione percipi potest.*

54 *Transactio vbi cœpta est practicari, eius executio non suspenditur etiamsi aduersùs eam restitutio petatur.*

55 *Transactionum impugnationi resistendum.*

56 *Actus iuratus semper potentius cooperatur.*

57 *Iuramentum speciale præstantes arctiori vinculo ligati videntur.*

58 *Iuramenti præstatio stringit magis, & efficaciorem reddit obligationem.*

59 *Contractibus etiam natura sua reuocabilibus, si iuramento confirmentur, non potest contraueniri.*

60 *Iuramentum operatur idem quod clausula derogatoria, & ex certa scientia.*

61 *Pœnæ peierantiũ in trãsactionibus, remissiuè.*

62 *Obligatio ad peccatum mort. obligans oritur ex iuramento promissorio.*

63 *Peccatum non adimplentis iuramentũ tanto grauius est, quanto maior fuerit eius dignitas, Religio, & præeminentia.*

64 *Congregationis fundatio cum suis statutis, & ordinationibus confirmata per Sedem Apostol.*

65 *Graue est fidem fallere.*

66 *Ingratitudo dicitur ventus vrens, siccans fontem misericordiæ, rorem pietatis, & fluenta gratiæ.*

67 *Periurij crimen omni iure prohibitum.*

68 *Periurium est transgressio iuramenti.*

69 *Fundatoribus Monasteriorum, & Ecclesiarum multa conceduntur, vt eorum exemplo alij ad similia prouocentur.*

70 *Detractionis crimen est genere suo peccatum mortale.*

71 *Turpe non est mutare, sed in malo hærere perniciosum.*

72 *Malum consiliũ est quod mutari non potest.*

73 *Bellicosus quod fugit in bello artis est, non timoris.*

74 *Veritas res est solidissima, murúsque inexpugnabilis.*

75 *Veritas superat omnes astutias, & cauillationes.*

76 *Veritas calumniis oppugnata tanto clarior nebulis expulsis progreditur in lucem.*

77 *Veritas aduersùs calliditates per se ipsam defenditur.*

78 *Veritatem non defendens cùm videat illam opprimi, iram Dei prouocat.*

79 *Victoria illa est magis gloriosa, vbi fuere laboriosa certamina.*

80 *Confraternitas etiã laicorũ auctoritate Ordinarij erecta ad opera pia est ecclesiastica.*

81 Solem

81 *Solemnitates requisitæ præsumuntur interueniſſe ex diuturnitate temporis.*
82 *Cognitio ſuper aliqua materia ſpirituali ſemper pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum.*
83 *Iudex Eccleſiaſticus ſemper eſt competens ad cognoſcendum de rebus, quæ tangunt ſpiritualitatem.*
84 *Controuerſiæ inter Confraternitates etiam laicorum ſuper præcedentiis in proceſſionibus ſemper ſpectant ad forum Eccleſiaſticũ.*
85 *Iuſpatronatus eo ipſo cenſetur acquiſitũ fundãti, vel dotãti, ſi expreſſe illud nõ remiſerit.*
86 *Iuſpatronatus tribus modis acquiritur.*
87 *Dos in prima fundatione aſsignata, in dubio ſufficiens præſumitur.*
88 *Patronus ratione fundi adhuc eſt patronus in Eccleſia reædificata.*
89 *Patronus primus ratione dotis eſt patronus in Eccleſia diruta & reædificata.*
90 *Feſtiuitatum celebratio non eſt de præeminentiis pertinentibus ad patronos.*
91 *Proceſsionis honor eſt debitus patrono.*
92 *Præeminentia ſecunda debita patrono conſiſtit in iure conſequendi alimenta quatenus deueniat ad inopiam.*
93 *Præeminentia tertia debita patrono eſt vt poſsit defendere Eccleſiam.*
94 *Abbatiſſæ in electione an requiratur aſſenſus patroni.*
95 *Solemnitates neceſſariæ ad contractus validitatem ſi omittantur, tunc ex eo nec ciuilis, nec naturalis obligatio oritur.*
96 *Contractus nullus ex defectu ſolemnitatum iuramento non firmatur.*
97 *Contractus inualidus ex defectu ſolẽnitatis ſubſtãtialis, eſt inualidus in vtroque foro.*
98 *Contractus verſus in vtilitatem Eccleſiæ adimplendus eſt in foro conſcientiæ, etiamſi nõ adhibeãtur ſolẽnitates iure præſcriptæ.*
99 *Minor in ſibi proficuis, & beneuolis non eget alterius auctoritate.*
100 *Minor ciuiliter, & naturaliter obligatur vbi ex cõtractu aliàs nullo factus eſt locupletior.*
101 *Iuri naturali repugnat vt quis cum alterius damno bona ſua augere curet.*
102 *Actus quando valet de iure gentium, licèt non ſit ſeruata forma à iure poſitiuo, obligat in foro conſcientiæ.*
103 *Soluendum eſt neceſſariò quod naturaliter debetur.*
104 *Contractum reſcindi petentes in foro exteriori, non ſunt audiendi, quin priùs omnia reſtituant.*
105 *Minoris iure gaudentes ſi prætextu læſionis, aut metus contractũ reſcindere prætendãt, nõ ſũt audiẽdi, niſi prius accepta reſtituãt.*
106 *Læſio enormiſsima ſecundùm aliquos contractus etiam tranſactionis reſciſsionẽ inducit.*
107 *Iuramentum non operatur vbi interuenit enormiſsima læſio*
108 *Tranſactio in dubio præſumitur vtilis.*
109 *Vtilitatem habere quis dicitur eo ipſo quòd à lite diſcedatur.*
110 *Tractatus vnus tantùm in alienatione rerum Eccleſiæ exigitur.*
111 *Tranſactio, quæ finem liti impoſuit, non reſcinditur prætextu læſionis, quæ multum excedit dimidiam iuſti pretij.*
112 *Contractus claudicat in pupillo & minore in eo quòd ei ſtare tenẽtur in ſibi proficuis.*
113 *Contractus claudicare poteſt in Eccleſia.*
114 *Argumentum valet de pupillo, & minore ad Eccleſiam.*
115 *Eccleſia tenetur ſtare contractui, quando neceſſariæ ſolemnitates in illo interuenerunt.*
116 *Contractus etiã cum Eccleſia celebratus, aut totus approbandus, aut totus repudiandus.*
117 *Donatio facta Eccleſiæ non minus quàm factæ aliis, illius acceptationem requirit.*
118 *Eccleſiarum intereſt promiſſa ſeruare, aliàs enim nullus vellet cum illis contrahere.*
119 Cap. verum 4. de condit. appoſ. *refertur, & intelligitur.*
120 *Priuatio præſupponit habitum.*
121 *Particula* conditio, *quando importet pactum, ſiue modum in contractu.*
122 *Modus fauore Eccleſiæ intelligitur inducere cauſam impulſiuam, & non finalem.*
123 *Quãdo agitur inter æquè priuilegiatos, potior eſt cauſa illius, qui agit de dãno vitando.*
124 *Præſcriptio non adquiritur ex actibus facultatiuis.*
125 *Actus meræ facultatis nunquã præſcribuntur.*
126 *Teſtator diſponat, & erit lex*
127 *Actus ſequẽtes præſumũtur facti in vim tituli præcedẽtis ad excluſionẽ actus volũtarij.*
128 *Actus ſubſequens præſumitur factus ſecundùm formam contractus præcedentis.*
129 *Actus præſumitur geſtus in executionem eorum, quæ præceſſerunt.*
130 *Præſumptio facultatiua excluditur ex multiplicitate actorum per continuatum temporis ſpatium geſtorum.*
131 *Actus manutenibilis non adquiritur ex diuturna poſſeſſione.*
132 *Poſſeſsionis iure familiaritatis præſumptio excluditur ex multiplicitate actuum, & continuata poſſeſsione.*
133 *Contractus inter Archiepiſcopũ D. Bernardinũ de Almãſa, & Moniales initus refertur.*
134 *Res inter alios acta aliis nocere non poteſt.*
135 *Nemo dat quod non habet.*
136 *Res trãſit cũ ſuo onere ad quẽcumque vadat.*
137 *Legem, quam velit, imponere quis non poteſt in re ſua, in qua alius ius habet.*
138 *Tertij in præiudicium re propria abuti nemini licet.*
139 *Contractus à principio voluntarij, deinde fiunt neceſſarij.*
140 *Verba debent intelligi ne maneãt ſine effectus.*

141 *Verba debent aliquid operari.*
142 *Dictio* nec , *est implicatiua casus contrarij ad expressa.*
143 *Dictio*,alia ,*diuersitatem à suprà expressis denotat.*
144 *Verba contractus iuxta mentem contrahentium interpretanda sunt.*
145 *Malè parta,malè dilabuntur.*
146 *Congregatio mancipiorum sanctissimi Sacramenti sita in Ecclesia Conuentus Monialium Equitis de Gratiis, in quibus occupetur.*
147 *Moniales Regij Conuentus Discalceatarum, & Incarnationis cum cantu celebrant diuina Officia.*
148 *Congregationis seruorum sanctissimi Sacramenti Magdalena deuota exercitia.*
149 *Congregationis Sacerdotum indignorum ministrorum Saluatoris, deuota & pia exercitia.*
150 *Manutentionem petens debet probare suam possessionem de tempore litis mota.*
151 *Actus duo possessorij sunt probandi ad obtinendam manutentionem.*
152 *Possessio retinetur si possessor discedat cum protestatione , vel cum animo illam retinendi.*
153 *Manutentio danda pro omnibus actibus,in qua illa reperiebatur possidere de tempore litis motæ.*
154 *Possessio titulata ad obtinendam manutentionem facit , vt illa faciliùs concedatur.*
155 *Titulus multum habetur in consideratione in summariissimo possessorio.*
156 *Præsumptio tituli ex longæua possessione sufficit pro obtinenda manutentione.*
157 *Possessor lite pendente est manutenendus.*
158 *Possidens non debet supersedere in sua possessione , quamuis immineret scandalum.*
159 *Lite pendente nihil est innouandum.*
160 *Possessio non acquiritur ex actu meræ facultatis.*
161 *Possessio quando verificatur ex titulo præcedenti,sine dubio manutentio debetur.*
162 *Manutentio vt excludatur , debet euidenter constare materiam esse facultatiuam.*
163 *Manutentio non est de facili deneganda sub prætextu materiæ facultatiuæ.*
164 *Possessio acquisita dicitur in actis etiam merè facultatiuis quando præcessit prohibitio,seu contradictio cum subsequuta acquiescentia.*
165 *Nullitas contractus non potest impedire possessori manutentionem.*
166 *Possessio in alium transfertur ex quolibet contractu , & actu inutili , & nullo , nisi nullitas sit adeò clara.*
167 *Exceptio nullitatis non releuat ad impediendam manutentionem.*
168 *Exceptiones contra testes opposita non admittuntur in summariissimo iudicio.*
169 *Exceptio testis quòd sit interessatus , non admittitur in summariissimo possessorio.*
170 *Exceptio quòd Monachus non sit admittendus in testem pro suo Monasterio,non admittitur in hoc summariissimo possessorio.*
171 *Manutentionis decretum pro Congregatione refertur.*
172 *Libellus maledicus contra Congregationis informationem editus & prohibitus.*
173 *Opus nullum est tam perfectum quod non vellicare malignitas possit.*
174 *Maledicentes , & mentientes nihil magis curant , quàm occultare quod prædicant.*
175 *Religiosi debent lites , & iurgia euitare.*
176 *Declaratoria danda contra inobedientes.*
177 *Inobedientia & contumacia graue est delictum,& deterrimi exempli.*
178 *Contemptus censuris coërcendus.*
179 *Difficilius est Prouincias obtinere , quàm facere.*
180 *Plus est seruasse repertum , quàm quæsiisse decus.*
180 *Perfectio laudata acquiritur de custoditis.*


ENERABILIS Eques Iacobus de Gratiis ex Mutina vrbe Galliæ Cisalpinæ ad viam Æmiliam , clara olim , & nuper Ducatos titulo ornata , oriundus à Gregorio XIII. in Hispaniam missus, in oppidóque Matritensi commoratus , Moniales Ordinis Seraphici Patris Francisci ad propriam suam habitationem adduxit , in eáque Monasterium summæ recollectionis solita pietate fundauit,& dotauit;aliquibus deinde elapsis annis,die scilicet 9.Martij 1616. eis liberali manu donauit omnia alia sua , quæ superant , bona tam mobilia, quàm immobilia , annuos redditus quadringentorum ducatorum,pecunias,argentea & aurea vasa, supellectilia , & ornamenta Ecclesiæ preciosa; cùm eo tamen pacto & conditione vt ipsæ Moniales in Ecclesia sui Conuentus ædificata , vel de nouo ædificanda tenerentur locum dare , & patientiam præstare Congregationi dicti venerabilis Equitis ad perpetuò inibi celebrandas festiuitates sui nobilis & deuoti instituti , & cum alio pacto & conditione,quòd si aliquando id Moniales præfatæ obseruare renuerint , eo ipso præmissa priùs certa monitione,donatio huiusmodi reuocata censeretur,bonaque donata spectarent ad illum , seu ad illos, quos in suo testamento nominatos reliquisset. 1

Sub eodem die & anno idem Venerabilis Eques de Gratiis,suo vltimo , quo decessit,testamento ordinauit , vt casu quo dictæ Moniales conditiones in donatinne præfata expressas obseruare noluissent , in omnia sua bona eis, vt præfertur, donata succe 2

succederent Fratres Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Castellæ ad effectum fundandi ex illis Collegium eiusdem Ordinis, in quo locus & commoditas Congregationi dari posset ad suas festiuitates celebrandas, ac ad Rosarij, Oratoris, mentalis, & disciplinæ exercitia agenda.

3 Post sanctissimum è vita discessum huius Venerabilis Equitis in oppido Matriti die duodecima Maij 1619. Congregatio fundatore, & Præfecto suo viduata, cum Monialibus conuentionem iniit (interueniente Superioris licentia) sub die 5. Septembris eiusdem anni, & præcipuè inter alia, vt posset in qualibet festiuitate ordinaria, vel extraordinaria celebrari facere per vnum ex suis Sacerdotibus Missam solemniter decantatam cum Diacono, & Subdiacono in Capella & Altari maiori, & exponere publicè in Altari decenter & curiosè ornato sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, penes quem Sacerdotem tota die sit clauis Sacrarij, ad effectum vt Vesperi in eodem Sacrario sanctissima Eucharistia includatur; item vt ipsæ Moniales dare tenerentur Congregationi ad vsum & ornatum suarum festiuitatum, vestes albas, ornamenta, & alia ad earum celebrationem necessaria. Sed orta lite inter ipsam Congregationem ex vna parte, & Conuentum Monialium ex alia de & super nonnullarum conditionum obseruantia, fuit pro extinctione litis deuentum ad transactionem & concordiam de anno 1624. in qua vltra conditiones in primis contractibus, & capitulationibus oppositas, fuit concordatum, vt omnes cereæ candelæ, quæ ex Altari multis luminariis ornato superessent, semper spectarent ad ipsas Moniales. Et quòd Congregatio in diebus celebrationis festiuitatum ad Ecclesiæ ianuas eleemosynas petere posset: & quòd loco Capellæ Beatissimæ Virginis de Gratia designatæ pro exercitiis agendis, aulam earum expensis fabricandam Congregationi dare tenerentur, in qua dicta exercitia fieri valeant. Hæ & aliæ conuentiones per viam transactionis, & concordiæ initæ expressè per Moniales admissæ fuerunt, iurantes se illas omni tempore seruaturas, proindéque talis iuramenti relaxationem minimè petituras: præcedentibus ad contractus validitatem tribus tractatibus à iure requisitis, & Superioris licentia, cum insertione dictarum, aliarúmque conditionum, quæ ad rem, de qua agimus, non faciunt, & ideò pro breuiori expeditione omittuntur.

4 Iuxta formam, & tenorem transactionis huiusmodi Congregatio in suis festiuitatibus celebrandis, & in prædictis exercitiis agendis pacificè, & deuotè perseuerauit in dicta Ecclesia, & assignata aula vsque ad annum præteritum 1644. in quo me tunc Congregationis Præfecto & Patre maiori existente, dictæ Moniales, nescio quo ductu, contra pacta, & fidem datam, ac iuramenta toties repetita in eam deuenerunt resolutionem, ne Congregatio festiuitates suas amplius in sua Ecclesia celebrare, aut in ea causa celebrationis huiusmodi intrare audeat, in quo de facto Congregationem in quadragenaria sua possessione perturbare non verentes, lite iam pendente in prædictis innouare non destiterunt, & in tali resolutione pertinaciter perseuerantes, ac exemplari Congregationis patientia abutentes, mandata Superiorum, & sententias, ac earum vigore prolatas censuras non sine multorum admiratione contempserunt; quam ob causam compulsus, ac ratione mei officij obstrictus sum causam iusque Congregationis defendere, quod duabus conclusionibus comprehendi me posse existimo.

CONCLVSIO I.

Abbatissa, & Moniales recollectæ religiosissimi Monasterij sancti Iosephi Venerabilis Equitis de Gratiis oppidi Matritensis, in vtroque foro, interiori & exteriori, obseruare tenentur pacta, conditiones, & grauamina ab eodem Venerabili Equite apposita in donatione, quam de omnibus suis bonis liberali manu ad fauorem dicti Conuentus fecerat, proindéque locum dare, & patientiam præstare, vt Congregatio sanctissimi Sacramenti in vim earundem conditionum in Ecclesia eiusdem Monasterij festiuitates sui nobilis, & deuoti instituti concelebret.

PActorum & fidei datæ obseruantia in sacris lit- 5
teris satis commendata reperitur, & constat ex pluribus S.Scripturæ locis, vt Deuteron.29.9. *Custodite ergo verba pacti huius, & implete ea.* Psal.77.57. *Et auerterunt pactum quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.* Et Eccles.15.16. *Et in perpetuum fidem placitam facere.* Num.30.3. *Sed omne quod promisit, impleuit.* Et Iosue 23.15. *Sicut ergo impleuit opere quod promisit.* Idem omninò Paralip. 6.15. Ecclesiastes 5. 3. *Displicet enim ei infidelis, & stulta promissio, sed quodcumque voueris redde, multòque melius est non vouere, quàm post votum promissa non red-
dere*, &c. & in mille aliis. Idem nos iura do- 6
cent, & affirmant nihil iuri naturali magis conuenire, quàm pacta & conuentiones seruari. *l. ex empto 22. in princ.* ibi, *Nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præstari quod inter contrahentes actum est.* ff. de actionib. empti, l. non minorem 20. C. de transact. l. si voluntate, C. de rescind. vendit. Surd. *cons.* 183. *num.* 11.
Mich. Reinoso *obseruat.* 57. *num.* 6. quod quidem iu- 7
ris naturalis præceptum in conscientia obligat, nam ius conscientiæ in nihilo à naturali deuiat, Couarr. *in cap. cùm esses, num. 9. de testam.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 80. num.* 18. Burg. de Paz *l. 3. Tauri, num. 1416. cum seqq.* Fontanel. *de pactis nupt. gloss. 7. p. 1. num. 9. 12. & 13.* Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 7. num. 14. & 15.* Cancer. *var. lib. 2. cap. 1. num. 206. & 210.*

Vnde dici solet nullam esse maiorem iustitiam, 8
quàm pacta & conuentiones seruare. *l. 1. §. si conueniat. ff. depositi*, in tantum quòd infamis habetur ille, qui deficit in conuentionibus, pactis, fide, & in cæteris promissis, *l. furti 6. l. mandati, ff. de his, qui not. infam. l. si quis maior 41. C. de transact.* cum aliis adductis per Escobar *de puritate & nobilit. probanda q. 6.
§. 5. num. 10. & 15.* cùm viro bono non conueniat, vt 9
quod semel dixit, postea reuocet, aut adimplere renuat, Caputaq. *decis.* 190. *num. 2. part.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 469. num. 29.*

Sunt ad hoc propositum notatu dignissima ver- 10
ba D.Ferdinandi de Mendoça *de pactis lib. 1. quæst. 4.
num. 7.* ibi, *Quartò moueor ex definitione fidei, vel pro-* 11
missionis, quam tradit Tullius lib. 1. officior., dicens quòd est fides fundamentum iustitiæ, id est, dictorum, & conuentorum constantia, & veritas. Si ergo fidei implementum non solum pertinet ad iustitiam, sed est ipsum iustitiæ fundamentum, vt Tullius inquit, cui omnia hominum pacta, & conuentiones nituntur, necessariò fatendum erit destructo fundamento iustitiæ, quod est fides, vel promissio, destrui etiam virtutem ipsam iustitiæ. Ego enim nunquam vidi domum stantem sine fundamento. Si ergo in-

iustitia est non implere fidem datã, vel promissum, & restitutio tanquam in cardine in iustitia violatione consistit, vt diximus, qui excusare velit à peccato mort. & restituendi necessitate eum, qui non implet promissum, ipsum iustitiæ violat fundamentum, &c.

13 Ratio omnium consistit in æquitate & bona fide, quæ in contractibus seruari debet. *d.l.1. ff. de constit. pecun.* ibi, *Hoc edicto Prætor fauet naturali æquitati, qui constituta ex consensu facta custodit, quoniam graue est fidem fallere*, &c. *l.1. ff. de pactis.* ibi, *Huius edicti æquitas naturalis est: quid enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea, quæ inter eos placuerit, seruare*, &c. *l. si plus 74. in princ. ff. de euict.* ibi, *Placitum custodiendum*, &c. *l. cùm amplius 84. §. 1. ff. de regul. iuris*, ibi, *Is natura debet quem iure gentium dare oportet, cuius fidem sequuti sumus*, &c. *l. bonam fidem 4. ff. de action. & obligat.* & ita fides præstita ligat vt vim iuramenti habeat, *cap. peruenit 2. in fine*, vbi *glos. fin. de fideiussor.* dum ait idem esse venire contra fidem promissam sicuti contra iuramentum, Francisc. de Petris *festiuar. lection. lib. 1. cap. 6. num. 12, in fine, & lib. 2. cap. 4. num. 4. in fine*, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 722. n. 15.* Carol. Marant. *resp. 52. num. 77. & 78. p. 1.*

14 Quæ quidem ratio tanquam naturalis, & à iure gentium dimanans, à quo proueniunt contractus, omnes æqualiter comprehendit, & obligat, *l. omnes populi 9. ad fin. ff. de iustit. & iure*, ibi, *Quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes gentes peræquè custoditur*, &c. *l. vos accusare 12. §. fin. vers. item nec lex. ff. de accusat.* ibi, *Sed cùm natura omnibus communis sit*, &c. *l. quod attinet 32. ff. de regul. iuris*, ibi, *Nam quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt*, &c. cum similibus.

15 Et sic non minus comprehendit Ecclesias, monasteria, aliaque sua loca, quàm cæteros, immo multo plus Ecclesias, quæ multo magis quàm alij, iustitiæ & æquitatis naturalis cultrix esse debet, *cap. 1. §. sed diuersum, tit. 13. de alienat. feudi lib. 1. in vsibus feudor.* ibi, *Ecclesia enim cultrix & auctrix iustitiæ non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum*, &c. *cap. per tuas 5. vers. nos igitur, de donat.* ibi, *Ecclesia in actibus suis fraudem non debet aliquam adhibere*, &c.

16 Ius enim Canonicum, quod specialius ad Ecclesias & personas Ecclesiasticas stabilitum fuisse agnoscimus, magis quàm Ciuile, æquitatem amat; vnde propter eam vult pacta etiam nuda obseruari, *cap. 1. & 2. de pactis, cap. 2. vers. sed ex Canonum æquitate, de dolo & contum.* Mari. Antonin. *var. resol. lib. 2. resol. 57. num. 50.* Molin. *de Iustit. tom. 2. disp. 262. num. 16.* vbi tenet promissionem etiam nudam in conscientia obligare ratione iuris naturalis, Ægid. Trullench *in exposit. Decalogi lib. 7. cap. 16. dub. 2.* Ioan. Machado *en su perfetto Confessor, y Cura de Almas lib. 3. par. 5. trat. 1. docum. 1. n. 5.* vbi ait differentiam pacti nudi, & vestiti solum deseruire ad exercitia versantium in scholis, cùm iam hodie ius Canonicum, quod maximè ad obligationem naturalem conscientiæ ex pactis nudis prouenientem, nullam admittit, & sic
17 iam hodie apud Hispanos per *l. 2. tit. 26. lib. 5. noua Recop.* statutum est expressè in foro exteriori quemlibet obligatum remanere quocunque modo se obligare voluerit, semotis iuris Ciuilis subtilitatibus, cùm hodie tam attento iure Canonico, quàm Regio, de quo suprà, omnia pacta etiam nudam actionem, & obligationem producant.

18 Obligationis ex contractibus initis prouenientis tanta est vis, vt etiam Principes contrahentes quoad illos tanquam priuati reputentur, & efficaciter sicut hi obligentur, Bald. *in l. qui se patris. C. vnde liberi, col. pen.* Deci. *cons. 286. num. 5.* vbi *num. 7.* post Bald. & Magistrum sententiarum, ita ait. *Nil mirum est quòd Princeps ex suo contractu obligetur, cùm si Deus Opt. Max. contraheret ex sua promissione, & contractu teneretur*, Beltrand. *cons. 154. p. 1. vol. 3.* Petra *de potest. Principis cap. 23. vers. capio nunc principalem dubitationem num. 56.* Decian. *cons. 25. num. 28. lib. 4.* à Ponte *cons. 53. num. 6.* Carol. Tapia *in l. fin. ff. de constit. Princip. p. 2. cap. 9. num. 2. & decis. 5. num. 35.*

Ex quibus omnibus iam rectè infertur in vtroque foro interiori & exteriori Moniales prædictas teneri & obligatas esse seruare promissa, contractus, & capitulationes cum Venerabili Equite de Gratiis initas, necnon transactionem, & concordiæ scripturas cum deuota Congregatione nostra celebratas; aliàs enim tenentur omnia in vim contractuum, capitulationum, & concordiæ sibi obuenientia restituere vnà cum fructibus medio tempore perceptis, iuxta formã earundem scripturarum, & conuentionum; pactis enim non stare initis, in re præsertim graui, mortale est, quod probatur ex *d. cap. 1.* cum *ibi notatis, de pactis*, in illis verbis ibi, *Aut inita pacta suam obtineant firmitatem* (ex Africano Concilio loquitur ibi Summus Pont.) *aut conuentus, si se non cohibuerit, Ecclesiasticam sentiat disciplinam*: per excommunicationis vtique sententiam, ad tex. *in c. 2. §. fin.* vbi gloss. *verb. acrimoniam, de immunit. Eccles. in 6. & in cap. vnic. §. vlt. ad fin. de statu Regul.* etiam *lib. 6.* Excommunicatio autem non nisi pro mortali infertur, cùm maior pœnarũ omnium sit, quæ ab Ecclesia infligi valeant. *cap. nemo Episcoporum 39. & cap. nullus 40. 11. quæst. 3.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 5. num. 20.* Sayr. *in claui Regia lib. 1. cap. 9. num. 28.* Quare infringentem pacta mortaliter peccare resoluit Carol. Maranta *resp. 7. num. 12. & resp. 17. num. 18. part. 1. & resp. 52. num. 72. p. 2.* 19

In quibus obseruandis pactis Moniales deberent magis promptas se exhibere, vt acta vitæ correspondenrent, & opera recollectioni non detraherent, à qua sperare poterat Congregatio iustitiæ complementum, quia quanto meliores nobis sunt, tãto minus quàm nõ deficere debuerant, vt aduertit S. Aug. *tract. 110. in Ioan. Vt nouerimus quòd tanto admirabilior eorũ indicata sit culpa, quanto erat natura sublimior, tanto enim minus quàm nos peccare debuerant, quanto meliores nobis fuerunt*, &c. Et tanto maius peccatum esse cognoscitur, quanto maior, qui peccat, habetur, dicit Isid. *lib. 1. c. 18. de summo bono*, & Iuuen. *Satyr. 8.*

Omne animi vitium, inquit, *tanto conspectius in se*
Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur,

& concinnit non ineptè text. *in c. homo Christianus 5.* vbi glos. notabiliter, *& in cap. si Papa 6. dist. 40.* Robert. Maranta *cons. 47. num. 7.* quoniam eminentioris gradus dignitas maioris eum criminis nota dignum efficit, atq. *tex. in cap. cùm quidam 12.* vbi *glos. verb. dignitate, de iureiur. cap. sicut dignum 6. de homic.* Rodolphin. *de absoluta Principis potest. cap. 6. num. 183.* Et patet ex sequentibus,

Primò, quia dictus Venerabilis Eques in suo vltimo, quo decessit, testamento, & in donatione, quam Monialibus fecit, de omnibus suis bonis, & redditibus, expressam conuentionem & conditionem apposuit, vt tenerentur ipsæ Moniales absque vlla excusatione admittere in earum Ecclesia, Congregantes ad effectum celebrandi, & celebrari faciendi festiuitates deuoti sui instituti iuxta formam Bullæ Pontificiæ confirmantis statuta dictæ Congregationis, eo scilicet pacto quòd si eædem Moniales conditiones in donatione prædicta appositas, vel earum quamlibet, 20

quamlibet, non seruauerint, eo ipso amitterent fundum, Ecclesiam, domum & habitationem, cæteraque bona & redditus ab eodem Venerabili Equite de Gratiis Monialibus relicta, & Patribus Prædicatoribus adquirerētur, suaque exinde sint & esse censerentur, ac de illis collegium fundare tenerentur, vt ibi locus assignaretur Congregantibus ad suas festiuitates celebrandus; quæ quidem pacta & conditiones per ipsas Moniales acceptata & iurata fuerunt, ac in vim illorum per eas capta possessio bonorum; vt est constans in facto.

21 Nec de iustitia contractus & conditionum in eo appositatum dubitari potest, quia Venerabilis Eques concedens, & donans in donatione quam fecerat, apponere potuit conditiones & grauamina quæcunque sibi bene visa, ad *l.1. §. conueniat. ff. depo-*
22 *siti, & ad l. si quid possessorem. §. sic autem, & l. sed etsi lege. §. consuluit. ff. de petit. hered. & ad l. legem. C. de pactis*, cum similibus per me citatis *Axiom.199. num. 3.* Et leges suis bonis dicere possunt testatores, & pacta quæcunque atque conditiones adiicere, *cap. Eleutherius 30. 18. quæst.2.* glos. *in cap. vltima voluntas 13. quæst. 2.* Perez de Lara *de capellan. lib. 2. cap. 1. num. 12. cum seqq.* Sanctar. *var. q. 66. num. 36.* Ioan. Baptista Thoro *in sum. priuilegior. piarum causar. priuil. 239.* Carol. Marant. *p.1. resp.20. num.11.* Quilibet enim rei suæ liber est moderator, & arbiter, vt possit facere quidquid velit, *l. in traditionibus. ff. de pact. l. in re mandata. C. mandati*, iunctis aliis per me adductis *d. Axiom.199. num.1.* dummodo de bonis suis malè non disponat, quia Reip. interest ne quis re sua malè vtatur, Boër. *decis.320. num.12. vers. ex quo secundum*, quem refero *d. Axiom.*
23 *199. num. 4.* Eo maximè, quia validiora fiunt grauamina & conditiones prædictæ, magisque obligant ad earum obseruantiam cùm apposita sint per Venerabilem Equitem fundatorem in limine fundationis Conuentus dictarum Monialium, iuxta decretum S. Concilij Trid. *sess. 25. de reform. cap.5.* ibi, *Quando igitur ex beneficiorum quorumcunque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt iniuncta in beneficiorum collatione, seu in quacunque alia dispositione, eis non derogetur*, &c.

24 Nam fundator in limine fundationis apponere potest conditiones sibi bene visus etiam contra ius, nisi sint natura impossibiles, turpes, aut aliàs à iure improbatæ, Lambertin. *de iure patron. lib. 1. p. 1. art. 1. quæst. 9. à num. 32. & num. 52.* Mieres *de maiorat. p.1. quæst. 51. à num. 2.* Otalora *de nobilit. p.3. in princ. cap.7. num.26.* Molin. *de primog. lib.2. cap.12. num.34. cum sequentibus*, Perez de Lara *de anniuers. & Capellan. lib.2. cap.4. num.2. & 10. & cap.9. num.31.* Escobar *de puritate, & nobilit. probanda p. 1. quæst. 4. §. 7. num. 3. & 12. & q. 13. §. 4. num. 23.* Ego *de iure eccles. vniuerso lib.3. cap.15. num.80. & 81.* Rota *in Romana iurispatron. 31. Maij 1613. coram Card. Sacrato.*

25 Cùm ergo contractus, conuentiones, & conditiones in eis appositæ fuerint ab vtraque parte initæ & acceptatæ, ac in executionem deductæ, ab eis non potest vna pars altera inuita recedere, quia licèt omnes contractus ab initio sint voluntarij, ex post facto fiunt necessarij. *l. sicut ab initio. C. de oblig. & act.* vbi plures citaui *in collect.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst.168. num. 11.* Carol. Maranta *resp.1. num.55. p. 1.* Rebell. *de obligat. iustit. lib.1. de*
26 *contract. lib. quæst. 3. num.19.* tum quia in omnibus contractibus tam nominatis, quàm innominatis, postquam res desiit esse integra, non est locus pœnitentiæ, *l. 1. & ibi glos. verb. non actus. C. quando liceat ab empt. discedere*, Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.28. n.16.* Stephan. Gratian. *discept. forens. lib.2. cap. 246. num. 15.* tum quia ius per pactum parti 27
adquisitum, ei sine facto illius auferri non potest. *l. fin. ff. de pactis, l. id quod nostrum num.11. ff. de reg. iuris*; tum etiam, quia iuri naturali aduersatur quòd alter cum alterius iactura locupletetur, *l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indeb. cap. locupletari, de regul. iuris lib.6.* tum denique, quia priuilegium & 28
gratia aliquibus concessa numquam tam magna esse potest, vt in alterius damnum & præiudicium redundare valeat, arg. *cap. ex tenore, vers. nos attendentes, de foro comp.* ibi, *sic sumus vidnis in iustitia debitores quòd aliis iniustitiam facere debeamus*, &c. cùm nec Princeps de ordinaria potestate id efficere possit. *l. 1. §. merito, & §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco publ. l. 2. l. rescripta 7. vers. nisi forte. C. de precib. Imper. offer. l. nec enim 4. C. de emancip. liber. cap. quamuis 8. de rescript. in 6.* cum latè traditis per Anton. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de iure quæsito non tollen. concl.1.* Ioseph. Vela *dissert. 16. num. 53.*

Secundò, quia sicut qui agit ex contractu, debet 29
priùs adimplere pro sua parte, aliàs repellitur exceptione non impleменti. *l. Iulianus 14. §. offerri*, vbi omnes, *ff. de action. empti, l. quæro 58. §. inter locatorem*, vbi notat Butr. *num. 1.* & alij *ff. locati.* Ita 30
qui conuenitur vt contractum adimpleat, & implere recusat, tenetur pati rescissionem illius, & restituere quod recepit, *l. si diuersa 14.* ibi, *Si diuersa pars contra placitum agere nititur, æquitatis ratio suadet recusa pecunia (cùm & tu hoc desideras) causam ex integro agi*, &c. *l. cùm proponas 17.* ibi, *Vel pacto stari, vel data restitui*, &c. *l. vbi pactum 40.* ibi, *Aut subsequutus secundùm leges accommodandus est consensus, aut pœna vna, cum his, quæ data probantur, inferenda est, C. de transact. l. non solum 4. vers. igitur. C. de præd. & aliis reb. minor.* Anchar. *cons.34. n.11.* Marc. Anton. Natta *cons.361. num.1.* Molin. *de primog. lib.4. cap.6. num.43.* Parlad. *in sesquicent. differ.44. n.11.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos.27. num.12. & glos.56. num.104.* Fontanel. *de pactis nupt. tom.1. claus.9. glos. vnic. p.1. num.50.* Valenzuel. *cons. 175. num.47. cum sequentibus, maxime num.49.*

Tertiò, quia contractus & conuentiones inter 31
Moniales ex vna parte, & Venerabilem Equitem de Gratiis ex altera initæ sub certis conditionibus, & grauaminibus, de quibus *suprà*, natura sua reciprocæ fuerunt, & vltro citròque obligatoriæ, ex regula *l. Labeo 19. vers. contractum. ff. de verb. significat.* cum traditis *à glos. ibi verb. Vltro citròque*, & ab alia simili *verb. contractus, in l. contractus 16. C. de fide instrum. & verb. contrahendarum, in fine in §. conuentionales, Instit. de diuis. stipulat.* & vbique communi, quam resoluunt Nicol. Mozz. *de contract. in genere art.4. ex num.4.* Ferdin. de Mendoça *de pactis lib. 1. cap.4. num.29.* Molin. *de Iustit. tom.2. disp.252. num.4.* Petr. August. Morla *in emporio iuris Ciuilis tit. 9. in prælud. num.3.* Et consequenter sunt indiuiduæ, ita vt in totum approbari, vel reprobari deberent, aliter 32
enim partes non conuenirent, *l. cùm eiusdem 34. §. interdum*, ibi, *Non nisi omnes quem empturum, vel venditurum fuisse. ff. de ædilit. edicto, l. cùm quæratur 16.* ibi, *sed verius se putare posse tutorem eam conditionem adolescenti deferre, vt id quod gessisset tutor in contrahendis nominibus, aut in totum agnosceret, aut à toto recederet. ff. de administ. tutor. l. si quis aliam 46.* ibi, *nam cùm accepisset rem integram creditor nisi pro solido eius fieret. ff. de solution.* cum traditis à Tiraq. *de retractu conuent. ad finem tit. à num.4.* Pinel. *in l.1. C. de bonis mat.*

mat. p. 3. num. 52. Surd. *cons.* 52. *num.* 40. *&* 41. vbi cum Baldo *in l. obseruare. §. post hac, num. 6. ff. de*
33 *offic. Proconf.* eleganter obseruat quòd non potest quis ratificare factum, & non ratificare eius qualitatem, quia vnus, & idem actus non potest suis qualitatibus & pactionibus separari, idem *cons. 576. n. 31. lib. 4. & decis. 33. num. 5. & 6.*

34 Quod & ratione probatur, quia conuentiones in contractibus appositæ sunt pars illius. *l. fundi partem 70. ff. de contrah. empt.* & ei formam & legem imponunt, quæ ab vtraque parte seruanda erit, etiamsi solam impulsiuam causam contineant, *l. iurisgentium 7. §. quinimo, & §. vtputa, vers. idem Marcellus, in fine. ff. de pact. l. legem 10. l. in bonæ fidei 13. eod. tit. l. lecta 40. vers. dicebam. ff. de rebus cred. l. pacta conuenta 72. ff. de contrah. empt. l. 1. §. si conueniat, & l. Lucius 24. in fine. ff. depositi. l. Gaius Seius 23. vers. Paulus,* ibi, *eum ea conditione ancillam emptam domino acquisitam, cum qua venisse proponeretur. ff. de manum. l. contractus 23. vers. sed hæc ita. ff. de regul. iuris, cap. contractus 85. eod. tit. in 6.* & vltra DD. vbique maximè Baldum *in l. pacta conuenta in 2. notab.* (quam legit sub *d. l. iurisgentium, post §. adeò*) obseruat idem Bald. *in Auth. Dos data, C. de donat. ante nupt. in lectura noua num. 1. ad fin.* vbi
35 per eum textum dicit quòd qui differt facere quod debet, non potest petere quod ei debetur; ac rursus *in cap. 1. num. 9. in fine, qualiter dominus proprietate feudi priuatur, in vsib. feudor.* vbi quòd qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, optimè Ias.
36 hæc & alia Baldi loca referens *cons. 111. à num. 11. ad 14. vol. 4.* Dec. *cons. 36. num. 2. circa fin. vers. circa primum, & cons. 454. num. 2. vers. & pariter, lib. 2.* August. Beroi. *cons. 15. num. 14. vol. 3.* Aym. Crauet. *cons. 127. n. 4. vers. sed si agatur p. 1.* Marc. Anton. Natta *cons. 50. num. 4. & 5. tom. 1.* Marc. Anton. Eugen. *cons. 12. n. 22. lib. 1.* Roland. à Valle *cons. 53. a n. 17. & 28. vol. 1.* Franc. Becci. *cons. 45. à num. 6. maximè num. 38. vol. 1.* Surd. *d. cons. 52. à num. 28. maximè num. 33.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 1. lit. C concl. 213. n. 47.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 3. tit. 12. n. 53.* Achil. Pedrocha *in resp. pro resolut. contractus num. 86. vers. quintò respondetur, & num. 786.* Leand. Galganet. *de condit. & demonstrat. p. 2. cap. 4. quæst. 4. num. 2.*
37 latè Valenzuel. *cons. 112. à num. 70.* maximè *n. 86.* ibi, *Cùm sit certum de iure quòd contractus correspectiuus si ab vna parte non impleatur, non producit obligationem contra alteram in fauorem non implentis,* &c. Ioan. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p. 3. decis. 210.* Mari. Giurba *decis. 115. num. 10.* Et tanto magis id verum est stante acceptatione facta à Monialibus in calce donationis prædictæ, in qua cùm fuerit iniunctum onus, quòd deberent in Ecclesia Congregationem admittere ad suas festiuitates celebrandas, consequens fit illas teneri illud onus agnoscere, & subire, *l. qui tutelam 28. ff. de testam. tutel. l. cùm ab vno 55. in princ. & l. Imperator 72. vers. enim verè. ff. de legat. 2.* Surd. *de aliment. tit. 5. quæst. 1. num. 24. & tit. 7. quæst. 10. num. 16. & cons. 143. num. 10.* Marta *de success. legali p. 4. q. 19. art. 2. num. 1. cum seqq.* quia etiam legatarius legatum agnoscere absque iniuncto eidem onere non potest, *l. 4. & 5. ff. de legat. 2.* Mart. *d. art. 2. num. 2. & 3.*

38 Quartò, quia Moniales in vim donationis à Venerabili Equite factæ in qua apposita erat supradicta conditio, possessionem bonorum donatorum apprehenderunt, & omnem ceram, quæ supererat post finitam festiuitatem, exegerunt, & ideo visæ fuerunt omnia in dicta donatione contenta, cum suis conditionibus & pactis approbare, ex regula text. *in l. Publia Mæuia 26. §. fin. in fine. ff. depositi, l. cùm precium. C. de liber. causa, cap. cùm olim 19. de censib.* Alex. Rauden. *Pisan. decis. 10. n. 4. vers. præterea.* Et confirmatur ex iuris regula, qua cauetur, quòd ex qua persona quis lucrum capit, eius factum probare tenetur, *l. ex qua persona 149. ff. de regul. iuris.* qui 39
enim successor emolumentorum est, ille quoque onerum successor esse debet, *l. 1. §. pro secundo, vers. sed omnes personæ. C. de caduc. tollendis.* Carol. Maranta *resp. 20. num. 135. p. 1.* Aliàs enim iniquum foret Moniales actionem habere ad res & bona petenda virtute donationis sibi factæ, non tamen illas obligari posse per donatorem ad implementum conditionum in ea appositarum, contra regulam text. *in l. 3. §. fin. ff. mandati,* ibi, *Namque iniquum est non esse mihi actionem cum illo, si nolit; illi verò si velit, mecum esse,* &c.

Quintò, quia non solùm vigore contractus, sed 40
etiam attento iure communi tenentur Moniales ad seruandum, vel rescindendum ipsum contractum, ac omnia restituere in vim illius accepta: quamuis enim vnus contrahens actionem non habeat ad rescindendum contractum ob non sequutum implementum, *l. inemule 12. vers. sanè de pretio, C. de rei vend. l. ea conditione 14. C. de resc ind. vendit.* ibi, *non ex eo quòd emptor non satis conuentioni fecit, contractus irritus constituitur,* &c. Ioseph Ludou. *Perus. decis. 53. num. 4. p. 1.* Surd. *cons. 38. num. 8. & cons. 52. n. 36. vers. quia in contractibus lib. 1. & decis. 180. num. 4. & decis. 220. n. 17.* Carol. de Grassis *in tract. de except. except. 13. num. 57.* Fontanel. *de pactis nupt. claus. 6. gloss. 2. p. 3. num. 18.* Stephan. Gratian. *discept. forensium tom. 2. cap. 307. n. 23. & Marchia decis. 159. num. 1.* Nihilominus hoc procedit quoad præcisam contractus rescissionem ob implementi defectum, non quando per viam exceptionis, aut replicationis opponitur illi, qui ex parte sua adimplere recusat, vt in casu nostro, quòd adimpleat, aut patiatur contractus rescissionem, vt resoluunt Alex. *cons. 105. num. 17. in fine vol. 3.* Surd. *d. cons. 52. num. 37.* ibi, *Sed per exceptionem non implementi admittitur rescissio, vt declarant Corn.* &c. *& decis. 220. n. 18.* Roland. à Valle *cons. 69. num. 37. vol. 4.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 851. num. 10. & cap. 926. num. 3.* ibi, *Nam cùm in monumento fuerit promissum facere consentire Moniales, & non apparet de huiusmodi adimplemento, prout erat declarandum per implere debentes, bene iudex processit,* &c. *& cap. 100. num. 25. & in addit. ad Marchia decis. 13. num. 2.* Carol. de Grassis *d. except. 13. num. 59.* Fontanel. *d. num. 18. vers. Verum si id faciat,* Giurba *decis. 115. n. 10.*

Maximè stante illorum resolutione, qui tenent 41
etiam agendo posse præcisè ob defectum implementi agi ad rescissionem quando vel non impletur, quod dedit finalem causam contractui, per tex. *in l. 2. §. fin. vers. nam si decem. ff. de donat. l. 1. C. de donat. quæ sub modo, l. cùm te fundum 6. C. de pactis inter empt.* vbi notat gloss. *verb. contemplatione, & verb. conueniat in 2. solut.* similis gloss. magna *circa fin. vers. sed an reuocatio in l. pacta conuenta 72. ff. de contrah. empt. & glos. vlt. in d. l. ea conditione. C. de rescind. vendit.* vtrobique communis, quam sequuntur Berengar. Fernandez *in d. l. pacta conuenta 9. p. glos. in 3. caput vers. vlt. in 10. differ. sub num. 97.* Aym. Crauet. *cons. 192. num. 22. p. 1. & cons. 246. num. 2. p. 2.* Cephal. *cons. 674. num. 67. vol. 5.* Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. p. 2. cap. 2. n. 19.* Emman. Suarez inter communes opin. *tom. 1. lib. 4. tit. 30. num. 60.*

*num.*60. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 1. *c.* 40.
à num. 7. Hermosil. *ad Greg. Lop. l.* 58. *glos.*1.*per tot.*
*tit.*5. *p.* 5. Quòd autem Moniales prætendunt con-
tractus supradictos fuisse, & esse nullos ex defectu
solemnitatum, & ex aliis rationibus mendicatis, &
admodum futilibus, quatenus tales essent, atta-
men obligatur ad restituendum omnia, quæ eorum
virtute habuerunt, vnà cum fructibus perceptis,
l. eum qui emit, in princ. l. item quod dictum est, l. Im-
peratores. ff. de in diem adiect. l. is qui §. si fundus. ff.
quod vi, aut clam, l. fin. ff. de iure fisci. l. cùm quis. ff.
de condict. ob causam. Franc. Crem. *sing.*15.*si legatum*
soluitur, Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur n.*268.
Quia si titulus cuius vigore Moniales possident, ad
non titulum redactus fuerit, necesse est vt bona
habita vnà cum fructibus perceptis restituantur, ex
tex. opt. *in l. filiofam. §. contra tabulas. ff. de inoffic.*
testam. vbi omnes, Afflict. *decis.* 218. *& decis.* 240.
*num.*2. *& decis.*249. Natt. *cons.* 535. *num.* 12 Aluar.
40 *cons.*160. *num.*10. Mazol. *cons.*109. *num.*4 Torniol.
cons. 79. *num.* 9. Sfort. *cons.* 96. Bursat. *cons.* 73. *&*
*cons.*220. Bardel. *cons.* 59. *num.*7. Plot. *cons.*38.*n.*14.
Rimin. iun. *cons.* 333. *num.* 19. Aldouin. *cons.* 50.
*num.*38. *& cons.* 51. *num.*37. Gutier. *cons.* 15. *n.* 11.
& 12. Morot. *cons.* 58. *num.* 8. Cephal. *cons.* 198.
*num.*2. Sim. de Prettis *cons.* 206. *num.*39. Pereg. *cons.*
3. *num.* 71. *vol.* 1. Surd. *cons.* 14. *num.* 16. *& cons.*
115. *num.* 11. *& cons.* 168. *num.* 20. *& cons.* 372.
num. 21. Ozasc. *Pedem. decis.* 160. *num.*10. idem
Surd. *decis.* 45. *à num.*10. *& decis.* 25. *à num.* 21.
Giurb. *decis.* 89. Mastrill. *decis.* 29. *num.* 4. *&* 5.
Lamberteng. *de contract. mul. glos.* 1. *num.* 223.
Menchaq. *controu. vsufreq. lib.* 3. *quæst.* 79. *num.*3.
Ioan. Garc. *de expens. cap.*23. *num.*24. Alex. Raudens.
*de analog. cap.*37. *num.* 209. Cumia *ritu* 17. *n.* 157.
cum seq. & ritu 91. *num.*17. Stephan. Gratian. *discept.*
forens. cap. 157. *num.* 27. & ad fructus qui percipi
potuerunt, hanc obligationem extendunt Arim.
Top. tit. 512. *de rei vend. cap.* 17. §. 25. Mastrill. *d.*
decis. 29. *num.* 5. Giurb. *d. decis.* 89. *sub num.* 2.
Pacific. *de Saluiano interd. insp.* 4. *cap.* 1. *num.* 47.
per tex. *in l. fructus* 34. *& in l. cùm in rem* 64. *& in l.*
si hominem 78. *ff. de rei vendic.*

42 Sextò, quia hodie Congregatio petit executio-
nem transactionis & concordiæ inter eum & Mo-
niales initam ac perpetuò obseruatam, per quam
fuit extincta lis olim mota inter easdem partes, cu-
ius transactionis virtute per multos annos sub feli-
cissima pace steterunt, ideoque talis transactio &
concordia seruanda, sine eo quòd curetur de apici-
bus iuris, vt elegantissimè docuit Socin. iun. *cons.*60.
*n.*39. *cum seqq. vol.*3. ibi, *Quando contractus fuerit ini-*
tus pro pace & concordia inter partes conseruanda, debet
perpetuò obseruari, neque in eo de apicibus iuris dispu-
*tari debet, pro pace enim mala toleranda sunt. c.*1. 23. *q.*
43 4. *c. hac quippe* 3. *q.*6. *quia pax adeò grande bonum est,*
vt in rebus humanis nihil gloriosius, nihil delectabilius
audiri, aut concupisci, possiderive soleat; veluti ex Au-
gustino *lib.*2. *de ciuitate Dei*, refert Alberic. *in l.* 1. *in*
princ. C. de caduc. tollen. Angel. *in l. Imperatores n.*3.
ff. de pact. Abb. *in c. nisi essent n.*5. *&* 6. *de prebend.*
Nihil enim esse potest partibus vtilius, quàm à liti-
bus se eximere. *l.* 4. §. 1. *de alienat. iudic. mutandi*
causa facta, iunctis his quæ eleganter ad hoc propo-
situm cumulaui *de officio, & potest. Episcopi p.*3. *alleg.*
44 79. *num.* 8. *cum seqq.* Plures nanque diuini effectus
producuntur ex pace & concordia, de quibus *in c.*1.
23. *q.*4. *& in c. hac qui* 3. *q.*6. *l. congruentius. C. de pa-*
tria potest. l. si id quod. §. si quas serui operas. ff. de donat.

inter virum, l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2.
Doctores *in proœmio Decretal. in verb. Rex pacificus*,
vbi Ego *à num.*25. glos. *in Auth. de armis, in princ.*
& in l. 1. *C. de offic. Præfecti Præt. Africæ*, Guillielm.
Rub. *in tract. de iustit. & iniust. c.*15. Martin. Laudens.
in tract. de confœderat. Principũ per tot. Cassan. *in catal.*
*gloriæ mundi p.*5. *consid.*16. Burg. de Paz *in proœm.*
*legum Tauri n.*10. Roland. à Valle *cons.*1. *n.*51. *vol.*2.
Vnde patet transactionem onerosam causam an- 45
nexam habere quòd finiendarum litium ergò intro-
ducta est, glos. *verb. maximum in l.* 1. *ff. de iureiur.*
glos. *verb. nullus, in l. fratris* 10. *C. de transact.* Ioseph.
Ludou. *Perus. decis.* 18. *num.*58. Caualer. *decis.*407.
in princ. Greg. XV. decis. 286. *num.* 5. *&* 6. Carol.
Marant. *resp.*38. *num.*2. *p.*1. illamque vti remedium
dirimendarum litium admodum fauorabilem esse,
vt resoluunt DD. *in l. fratris. C. de transact.* ita vt pro
ea in dubio semper sit iudicandum. *l. cum te, & l.*
quamuis. C. de transact. Vincent. de Franchis *decis.*
159. *n.*6. *ad fin.* & præsumptio capi debeat quòd
transactio valeat, & sustineatur, *cap. finem litibus, cap.*
venerabilis, de dolo, & comm. cap. constitutis, de pro-
curat. Roland *cons.*28. *num.*10. *lib.*4. Surd. *cons.*451.
*num.*18. *&* 19. in tantum quòd nec etiam Principis 46
rescripto instaurari valeat, nec debeat, *l. causas, vel*
lites. C. de transact. ibi, *Causas, vel lites transactioni-*
bus legitimis finitas Imperiali rescripto resuscitari non
oportet; &c. *l. maiores l. quamuis. C. eod. titul.*
Bald. *in l. terminato in* 2. *notab. C. de fructib. & litium*
expens. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 721. 47
num. 35. Nec retractetur per instrumenta nouiter
reperta. *l. sub prætextu. C. eod. tit.* si enim aliter fie-
ret, nunquam finirentur lites, *d. l. fratris* 10. ibi,
Nullus enim erit litium finis si à transactionibus bona fi-
de interpositis cœperit facilè disced. Ex sopita nanque 48
materia non debet nouum iurgium suscitari, Greg.
XV. *decis.*354. *num.*2. Rot. *decis.*86. *num.* 6. *p.*6. *re-*
centior. & ideo impedit litis ingressum, diciturque
exceptio litis finitæ. *cap.*1. *de litis contest. in* 6. Surd.
*cons.*451. *num.*16. Seraph. *decis.*279. *num.*5. *& decis.*
1059. *num.*1. Rot. *decis.*414. *num.*1. *p.* 2. *recent. &*
in Romana hæreditatis de Mathais 21. *Maij* 1627. *co-*
ram Card. Virili, maximè in præsenti casu, in quo
plurimum facit obseruantia transactionis spatio vi-
ginti duorum annorum, *c. contingit, de transact.* Rot.
d. decis. 86. *n.*8. & ipsius ratificatio, ex receptione
ceræ, quæ supererat ex Altari iuxta terminos trans-
actionis, Bellon. *cons.*15. *n.*11. Rot. in terminis *decis.*
136. *n.*5. *p.*2. *in posthumis* Farin. aliàs *p.*4. *recent.*
Per quam concordiam & transactionem iudices 49
hodie quodcunque incidens dubium decidere de-
bent, *c. si quando*, vbi communiter Doctores, *de offic.*
delegati, cap. causam, de testib. ibi, *concordia, vel iustitia*
mediante decidant, &c. *c.*1. *de mutuis petit.* ibi, *concor-*
dia, vel iudicio vtriusque negatum terminetis, &c. Exe- 50
cutiuè scilicet procedendo, habet enim transactio
vim sententiæ, quæ transitum fecerat in rem iudica-
tam, *l. non minorem. C. de transact.* ibi, *Non minorem*
auctoritatem transactionum quam rerum iudicatarum
esse recta ratione placuit, siquidem nihil ita fidei humanæ
cõgruit, quàm ea, quæ placuerunt custodiri, Rot. Roman.
*decis.*119. *n.*6. *post tract. Galletij de Camerali obligat.* &
constat ex iure Regio Castellæ *l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4.
Recop. vbi omnes Regnicolæ, quos refert & sequitur
Rodriguez *de execut. c.*1. *art.*5. *num.*18.
Quod autem pro contentis in transactione com- 51
petat via executiua, est communiter receptum ex
Crauet. *cons.*685. *num.* 27. *vers. simili modo*, Roder.
Xuar. *ad l. post rem indicatam, notab.* 8. *vers.*

item transactio num. 3. Gutier. in rep. l. nemo potest num. 439. ff. de legat. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 665. num. 11. Card. Caualer. decis. 23. sub num. 23. Rota in Alexandrina funeralium 1. Iulij 1630. coram bonæ mem. Merlino. Et ratio est, quia transactio, vt suprà dicebamus, habet vim rei iudicatæ, d. l. non minorem, Cephal. cons. 210. num. 71.
52 Roland. cons. 28. num. 17. lib. 4. Rot. decis. 414. num. 2. p. 2. recent. Res autem iudicata paratam habet executionem. l. si se non obtulit. §. si ex conuentione, vbi Bart. Ias. & alij, ff. de re iudic. l. si causam. C. de execut. rei iudic. Roder. Xuar. vbi suprà n. 1.
53 Et non solùm executionem paratam habet quod expresè in ipsa transactione comprehensum est, sed etiam quod virtualiter ex ea percipi potest, aut in forma iuris interpretari, Galles. de obligat. Camerali quæst. 31. num. 13. & ibi Zachias à num. 14. Rota decis. 84. à num. 7. & decis. 111. à num. 18. post dictum tract. Rodr.
54 de execut. cap. 1. art. 4. num. 31. Et tanto magis dicta procedunt, & locum habent, quia concordia & transactio cœpta est practicari, & ea ex parte sua vsæ fuerunt Moniales, quo casu eius executio suspendenda non est, etiamsi aduersùs eam restitutio petatur, Bero. cons. 119. num. 1. lib. 3. Bursat. cons. 74. num. 23. lib. 1. Lancel. de attentatis cap. 18. num. 131. Maximè quia transactionis causa fuit lis præcedens, quæ re vera, & per duos ferè annos durauit inter dictas Moniales ex vna parte, & Congregationem ex alia, nam pro sustinenda concordia sufficit timor futuræ litis, & recessus ab ea. Mohedan. decis. 1. de transact. Natt. decis. 465. num. 2. Becc. cons. 109. num. 6. & 7 Seraph. decis. 737. num. 3. Gregor. XV. decis. 149. num. 2. Et suffragatur suspicio litis. Seraph. decis. 638. num. 7. Et periculum litis, quamuis non de præsenti, Rot. decis. 447. num. 2. p. 2. recent. Et sufficit aliquis timor probabilis dubitationis ex futura negatione, quæ non esset calumniosa, Natt. cons. 548. num. 13. lib. 3. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 1. num. 16. cum seqq. Seraph. d. decis. 737. num. 5. Rot. decis. 235. num. 2. p. 2. diuers. Et attenditur etiam controuersia extraiudicialis. l. 1. C. de transaction. & ibi glos. Ruin. cons. 226. num. 16. lib. 3. Aym. cons. 707. num. 24. in fine lib. 4. & procedit licèt modica sit occasio dubitandi, & prætensio etiam non iuridica, vt ex Paris. & Osascho censuit Rota decis. 348. num. 4. part. 2. in posthum. Farin. aliàs p. 4. recent.
55 Ex quo Aym. Crauet. cons. 852. num. 15. meritò indignatur aduersùs iudices qui transactionum impugnationi non resistunt, Paul. Paris. cons. 118. num. 15. lib. 1. Seraphin. decis. 1384. num. 27. & 28. vbi ad conseruandum laudabilem effectum transactionis subiungit quòd sicut recessus à lite iudiciali transactio dicitur, ita recessus à bello armato dicitur pax, & in hoc natura ipsa non discrepant inter se pax & transactio.
56 Septimò, quia Moniales expresè iurarunt donationem Venerabilis Equitis, & capitulationes, ac transactionem & concordiam inter eas, & Congregationem initam & celebratam, promittentes se eam omni tempore seruaturas sub repetito iuramento, neque ab eo vnquam relaxationem petituras; quæ quidem obligationes iuratæ arctissimam vim habent; semper enim potentiùs cooperatur actus iuratus, cap. cùm contingat, de iureiur. cap. quamuis pactum, de pactis lib. 6. glos. fin. in cap. cùm deceat, de elect. lib. 6. Cancer. var. resolut. lib. 1. cap. 8. n. 60. Aym. cons. 241. num. 11. & 12. & cons. 276. num. 7. & 8. Surd. cons. 419. num. 68. & 69. Mandel. Alba 57
cons. 185. num. 26. lib. 1. Et iuramentum speciale præstantes arctiori vinculo ligati videntur, vt argumento l. si non lex. ff. de harea. instit. & l. si verò. §. sed hodie, vers. si verò. C. de adopt. aduertit Ioan. de Solorzano in suo doctissimo tract. de Indiarum gubernat. lib. 2. cap. 23. num. 48. Nam iuramenti 58
præstatio stringit magis, & efficaciorem reddit obligationem, qua alioqui, etiam eo non præstito, tenebantur, Grat. resp. 39. num. 4 lib. 2. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 73. & 74. Surd. decis. 3. n. 8. & 9. Sorlozan. d. tract. de Indiarum gubernat. lib. 3. cap. 6. n. 62. & vbi interuenit iurans, præsumitur deliberatè venire ad actum, Carol. Maranta resp. 49. num. 19. & 20. p. 2. Et his contractibus etiam na- 59
tura sua reuocabilibus, si iuramento con firmentur, contrauenire non potest, per tex. in Auth. de alienat. & emphyt. §. sanctissimas, collat. 9. defendit eleganter Cephal. cons. 341. num. 66. vol. 3. Surd. cons. 419. num. 68. lib. 3. Franc. Becc. cons. 129. num. 33. vol. 2. Bald. cons. 161. num. 4. vol. 3. adiiciens quòd iura- 60
mentum operatur idem, quod clausula derogatoria, & ex certa scientia, de quo Ego in tract. de clausul. vsufreq. claus. 43. num. 7 Et quoad pœnas pe- 61
ierantium in transactionibus est expressus text. in l. si quis maior 41. C. de transact. vbi dicitur quòd veniens contra transactionem iuratam infamia notatur, pœnam soluit, sibi data reddit, & actionem perdit.

Hinc fit ex huiusmodi iuramento promissorio 62
oriri obligationem, quæ ex se obligat ad peccatum mortale, cap. debitum, & per tot. de iureiur. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 36. diffic. 5. num. 1. Machado en so perfetto Confessor y Cura de Almas, lib. 2. p. 3. trat. 8. docum. 5. num. 2. & tanto gra- 63
uius erit peccatum non adimplentis iuramentum, quanto maior fuerit eius dignitas, religio, & præeminentia, iuxta textum in cap. cùm quidam de iureiur. ibi, In Episcopis, qui suum transgressi sunt iuramentum, est tanto grauius vindicandum, quanto maiori præeminent dignitate, & eorum exemplo facilius alij poterunt ad similia prouocari, &c. Origen. homil. 17. in Genes. Idcirco fit vt grauius notetur in crimine qui cùm virtus patris habeatur, & initium filiorum, nescit seruare reuerentiam patris, &c.

Octauò, quia Congregationis fundatio cum 64
suis statutis, & ordinationibus, festiuitatibus, ac exercitiis, confirmata & approbata fuit per Paulum V. felicis recordationis in eius constitutione, incip. Ex debito ministerio, sub dat. Romæ apud S. Mariam maiorem anno Incarnationis Dominicæ 1612. decimoseptimo Calend. Augusti, & per sanctæ mem. Vrbanum VIII. in constit. sua incip. Rationi congruit, sub Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1623. Idib. Augusti. Vnde contra fundationem & eius statuta venire quis non potest, iuxta suprà adducta.

Hæc sunt principaliora fundamenta, quæ Con- 65
gregatio pro sua parte in hac causa adduxit, satis sufficientia ad obtinendum in ea, & ad conuincendam contrariæ partis peruicaciam, quæ obfirmato animo errori suo semper addicta remansit, omnium consilia pertinaciter repudians, horrendum

horrendum dictu. Quis proiectæ audaciæ homo fidem datam denegaret ei, qui bona non pauca largè copioséque donauerat? quia graue est fidem fallere, *l. 1. in princ. ff. de constit. pecun.* cum aliis per me citatis *Axiom. 98. num. 1.* quibus addo Carol. Marant. *resp. 1. n. 40. p. 1.* & Cicero *in lib. 1. officior.* ait. *Æque enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere, & socium fallere, qui se in negotio coniunxit*, & Bald. *cons. 343. num. 1. lib. 1.* ita ait: *Fidem fallere grauibus graue est, grauioribus grauius, grauissimis &*
66 *exemplaribus vitiis grauissimum.* Quis auderet non obseruare promissa in recompensationem tanti muneris accepti absque incursu ingratitudinis vitij, quod dicitur ventus vrens, siccans fontem misericordiæ, rorem pietatis, & fluenta gratiæ, Guillelm. *in c. Rainutius, de testament. verb. in eodem testamento in 2. num. 35.* Cened. *ad Decretal. collect. 57. num. 3.* Quis prostitutæ frontis homo auderet obligationem quater repetitam & promissam impugnare, conculcando æquitatem & bonam fidem, quæ in his contractibus interuenire debet, iuxta suprà adducta *num. 5. cum seqq.* Quis in tantam prorumperet audaciam, vt rescissionem contractus petens, nollet omnia occasione illius accepta restituere,
67 contra infrà resoluenda *num. 40.* Quis audacius & postposita conscientia contra iuramenta quinquies præstita venire, illaque infringere non timeret, propter grauissimum periurij crimen, omni iure prohibitum, *cap. vlt.* ibi. *scientes hoc grande nefas esse, & in lege, & in Prophetis, & in Euangelio prohibitum, 22. quæst. 2.* glos. *verb. deierauit, post princ. in cap. 2.*
68 *vers. sed licet, de sent. & re iudic. lib. 6.* Est enim periurium transgressio iuramenti, glos. *verb. pro periurio, in cap. tua nos 11. de iureiur.*
69 Quis tam pessimo & pernicioso exemplo auderet efficere vt fideles retraherentur à similibus fundationibus; in iure enim multa permittuntur & conceduntur laicis & clericis fundatoribus, vt eorum exemplo alij ad similia fundanda prouocentur. Valenz. *cons. 118. num. 13. vol. 2.* & subsequentes ex deuotione, affectuque erga diuinum cultum, & res sacras excitentur magis, magisque incendantur, & afficiantur ad ea, Marc. Anton. Genuens. *in praxi Neapol. c. 109. varia dubia circa capellas n. 1. cum seqq.* Carol. Marant. *resp. 16. num. 45 p. 1.* aliàs enim si testatorum dispositiones non obseruarentur, vtique retraherentur fideles à piis rogandis legatis, Ecclesiisque fundandis, construendisque, vel dotandis, secundùm *glos. pen.* & receptam *in c. cum dilectus 28. de iurep.* & sequutam per Rotam *decis. 441. num. 5. lib. 3. p. 3. diuers. & in decisione* impressa apud Molfes. *ad consuet. Neapol. p. 2 cons. 31. num. 21.* Aloys. Ricc. *p. 2. decis. 29.* Carol. Marant. *p. 1. resp. 20. n. 15. & resp. 32. num. 16* vbi citat Franc. Marc. & Spin. Quis tam perniciosa actione non timeret offendere, ac lædere non vereretur famam & bonam opinionem deuotæ huius Congregationis, falsò & perperam contra illius personas malè loquendo, & aliquos defectus imputando, cùm essent extra omnem culpam; incurreret enim detractionis crimen, quod ex genere
70 suo est peccatum mortale. Lessi. *de Iust. & iur. lib. 2. c. 11. dub. 1. n. 11.* Diana *in sum. p. 1. verb. detractio pag. 257.* Sed iam detecta veritate gloriosior euasit Congregationis opinio, iuxta dictum Cassiodori *lib. 4. epist. 44. Multò maior est opinio purgata quam si desinentibus querelis non fuerit impetita.* Quis tam proruptæ audaciæ, & effrænatæ conditionis dicere auderet contra tot iura in actis producta & iuramento confirmata, nolo vt deinceps Congregatio festiuitates suas celebret, Ecclesiam monasterij non

intret, licèt ad id obtineat sententiam, aut superioris præceptum habeat. Hic loquendi modus Christianæ charitati multùm contrariatur, & minimè conuenit humili & sanctæ recollectioni: & quod peius est, contrarij in sua obstinatione perseuerantes rabiosè & furiosè vsque adhuc multò peiora & scandalosa proferunt verba, nec vnquam ab incepto malo desistere voluerunt; nam, vt dicit Magnus Nazianzenus *orat. 150. ad Episcopos. Non* 71
turpe est mutare, sed in malo hærere perniciosum. Et Aul. Gell. *lib. 17. cap. 14. Malum consilium est quod* 72
mutari non potest. Qui bellum aggreditur, & postea reperit inimici potentiæ resistere non posse, artis est & prudentiæ fugere. *Bellicosus* 73
quod fugit in bello, artis est, non timoris, ait Chrysol. *serm. 130.*

74 Videamus modò quæ obiiciant Moniales contra iura Congregationis, & quibus motæ fundamentis tantam sustineant proteruiam, vt sic iustitia Congregationis elucescat, & veritas in lucem progrediatur, quæ res est solidissima, murusque inexpugnabilis, Afflict. *decis. 253. num. 7.* vbi refert illud 75
Isidori. *O quàm magna est vis veritatis, quæ omnia ingenia, astutias, & cauillationes superat.* Polyb. *histor. lib. 6. Ignis, quo pluribus lignis obruitur, eo magis accenditur, sicut & veritas, quo magis oppugnatur, eo magis emicat atque illustratur.* Esdr. *lib. 3. super omnia vin-* 76
cit veritas. Cachetan. *decis. 30. num. 1.* cum aliis, latè Carol. Marant. *resp. 39. à num. 1. p. 1.* quia veritas oppugnata & contrita calumniis tanto clarior, nebulis expulsis progreditur in lucem, sicut aromata, quæ magis redolent, quantò magis conteruntur, *cap. graue 35. quæst. 9.* glos. *verb. postquam, in cap. cùm Ioannes, de fide instrum.* Crauet. *cons. 135. n. 18.* Roland. à Valle *cons. 6. num. 1. & cons. 80. num. 2. lib. 1. & cons. 66. num. 1. lib. 2.* Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ decis. 41. num. 6* Ludou. Zuntus *in resp. pro vxore num. 2.* Ioan. Neuizan. *in princ. syluæ nuptialis num. 4. cum seqq.*

Nec contra veritatem valent aliquid hominum calliditates, aduersùs quas ipsa per se ipsam defenditur, Cicer. *in orat. in l a. Tantam semper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subuerti potuerit, & licet in causis nullum patronum, aut defensorem obtineat, tamen per se ipsam defenditur.* Et *in orat. pro Marco Cælio. O magna vis veritatis quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias facilè per se ipsam defendat*, &c. Ioan. Andr. *in cap. damnamus num. 11. de summa Trinit.* Florian. de S. Petro *cons. 15. num. 11.* Petr. Greg. *de Republ. lib. 17. cap. 3. num. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 31. numero 4.* Nec erroribus gestorum vitiatur. Conan. *commentar. lib. 9. capit. 4.* Roland. à Valle *cons. 4. num. 19. & cons. 32. num 17. lib. 4.* Ludou. Mozot. *resp. 29. num. 34.* 77
Et iram Dei prouocat super se qui veritatem oppri- 78
mi conspiciens, eam pro viribus non defendit, *cap. quisquis, cap. nolite timere, 11. quæst. 3.* Dec. *cons. 151. in princip.* Paul. de Castro *cons. 234. In caus. appellationis, ante num. 1. vol. 2.* Iacob. Philip. Port. *cons. 162. num. 58.* Neuizan. *in sylua nupt. lib. 5. num. 117. & cons. 34. num. 6. cum seqq.* Socin. iun. *cons. 76. num. 1. & cons. 127. num. 1. lib. 1. & cons. 41. num. 1. cum seqq. & cons. 134. n. 1. & 2. lib. 3.* Ludou. Zunt. *in resp. pro vxore num. 36. & seq.* Videant igitur ipsæ Moniales, videat quoque earum Aduocatus quo iure, qua conscientia, & quo animo facti veritatē negant, & offuscare

care intendunt, vt inde contra iustitiam aliquid obtineant, non aduertentes quia iniustè laboribus & expensis defatigetur Congregatio,& interim deuota eius exercitia, & solennes festiuitates omittantur, seu saltim suspendantur, cum tanto animarum dispendio. Eia ergo deuotissimi Congregantes & amantissimi Collegæ mei, diabolo quærenti
79 quem deuoret, resistite fortes in fide, scientes eam esse magis gloriosam victoriam, vbi fuere laboriosa certamina, secundùm S. Ambros. *lib. 2. offic. cap. 15.* Valenz. *cons. 92. num.* 164. Ioan. de Solorzan. *de Indiarum iure lib. 1. cap. 4. num. 11.* Escobar *de nobil. & puritate probanda p. 1. quæst. 11. §. 3. num.* 44.

Obiectio I.

Quòd deuota hæc Congregatio non est ecclesiastica, nec Venerabilis Eques de Gratiis illam erexit, aut illius, seu Conuentus, aut Ecclesiæ patronus esse voluit.

80 Communis omnium resolutio, de qua nullus, ex iis quos viderim, dubitauit, tenet quancunque Confraternitatem, seu Congregationem etiam laicorum, auctoritate Ordinarij erectam ad opera pia, esse ecclesiasticam, & à laicorum iurisdictione exemptam. Ita Fusch. *de Visitat. lib. 2. cap. 14. n. 3. & 5.* Aluar. Valasc. *cons. 105. num.* 28. Cardos. *in praxi iudicum, verb. Confraternitas*, Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. eod. verbo*, Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. cap. 5. n. 605.* Mari. Antonin. *var. resol. lib. 1. resol. 66. num.* 3. Gabr. Pereira *de manu Regia p. 1. cap. 17. num.* 8. Ego *de offi io, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 75. à num. 25. & de iure eccles. vniuerso lib. 2. cap. 11. n. 80.*
81 Cùm ergò in spiritualibus exercitiis se tota dicasset hæc deuota Congregatio per spatium quadraginta quinque annorum, ex decursu tanti temporis præsumuntur interuenisse omnia requisita & necessariæ solemnitates, vt resoluunt Roch. *de Iurepatron. verb. pro eo num.* 19. Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 14. num.* 10. Ego *d. alleg. 70. num.* 22. Rot. *decis. 517. num. 3. p. 1. recent.* & ad abundantiorem cautelam fuit producta Bulla Apost. erectionis & confirmationis, de qua *suprà* memini *num.* 64.
82 Et in omnem euentum quotiescunque contentio versatur super aliqua materia spirituali, seu celebratione diuinorum Officiorum, semper cognitio pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, vt optimè resoluit Azeued. *l. 10. num. 26. tit. 1. lib. 4. noua Recop.* ibi, *Secus verò si materia esset spiritualis, vel annexa, vel quatenus tangeret diuinum obsequium, vt inquit* Alex. *relatus, & sequutus per* Rebuff. *in tract. in quibus casibus iud. sec. cogn. super Eccles. num.* 81. *vbi se remittit ad* Barbat. *cons. 1. vol. 4. nam tunc etiamsi omnes collegij personæ essent laicæ (casu quo ita esse posset) conueniendi forent coram Ecclesiastico, prout conuenirentur si tale collegium esset pium, & religiosum, & ad pia constructum, & nulla esset profanitas ibidem mixta, præsertim si Episcopi esset constructa, & confirmata auctori-*
83 *tate*, &c. Iudex enim ecclesiasticus semper est competens ad cognoscendum de rebus, quæ tangunt spiritualitatem, Marant. *de ordine indic. p. 4. dist. 11. num.* 8. Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu 1. num.* 400.
84 Ex quo fit vt controuersiæ inter Confraternitates etiam laicorum super præcedentiis in processionibus spectent ad forum ecclesiasticum ex Bulla Gregorij XIII. quam referunt Quarant. *in sum. Bullarij, verb. præcedentia*, Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num.* 48. Salgado *de Regia protect. p. 2. c. 9. num. 26. & 27.*

Non obstat quòd Venerabilis Eques de Gratiis 85
in erectione Confraternitatis, & Monasterij Monialium, patronatum ipsius sibi non reseruauit, quia ex fundatione & dotatione eo ipso sibi fuit acquisitum iuspatronatus, cùm inibi expresè illud non remiserit, Abb. *cons. 59. vol.* 2. Roch. *de iurepatr. verb. dotauit num. 4. & 12.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 11. cap. 13. num.* 335. Viuian. *in praxi iurispatron. p. 1. lib. 2. cap. 1. num.* 9. Rot. *decis. 5. de iurepatron. in antiq. & decis. 167. n. 4. p. 2. diuers. & decis. 517. num. 2. p. 1. recent. & decis. 674. num. 1. p. 2. etiam recent.* Remansit nanque patronus idem Venerabilis Eques, & quia fundauit cùm fundum dederit, vbi situm est monasterium, & quia construxit, cùm & Ecclesiam veterem, & domum ac habitationem Monialium construxerit, & quia dotauit, cùm pro dote plures annuos redditus reliquisset eisdem Monialibus, ac pretiosa ornamenta, & supellectilia, ex quibus tribus modis, & eorum quolibet patronatus acquiritur; glos. *verb. efficitur au-* 86
tem, in cap. piæ mentis 17. quæst. 4. Viuian. *in d. praxi p. 1. lib. 2. cap. 1. & 2.* Ego *de offic. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 70. à princ.* quæ dos in prima funda- 87
tione assignata in dubio sufficiens præsumitur, Rota apud Viuian. *post suam praxim iurispatron. decis. 112. num.* 7.

Nec obstat quòd ipsæ Moniales patronatum Ec- 88
clesiæ & Monasterij paucis abhinc annis pro certa pecuniarum summa pretio appretiato vendiderunt D. Bernardino de Almansa S. Dominici Archiepiscopo in Indiis occidentalibus, quia respondetur Moniales hac asserta venditione Confraternitati tempore & iure priori præiudicare non potuisse, nec ipsi Venerabili Equiti quoad grauamina & conditiones, quibus bona sua, redditus, Ecclesiam, & domum, ac fundum Monialibus donauerat: & nihil refert quòd ex pecuniis per dictum D. Archiepiscopum persolutis alia Ecclesia noua fuerit constructa; quia vel constructa & fundata fuit in antiquo solo vbi erat prima, quæ destructa fuerat, & adhuc ex fundi collatione remanet patronus: vel in alio loco, & alieno solo, & nihilominus ratione dotis primus patronus semper remanet patronus, ita Lambert. *de iurepatron. lib. 1. p. 1. quæst. 6. princ. art. 4. num. 13. pag. 49.* ibi, *Ego circa istum articulum multum dubito an procedat conclusio glossæ, & Doctorum in d. cap. 3. volunt enim primum patronum ratione dotis adhuc esse patronum in Ecclesia readificata, & eadem ratione in patrono ratione fundi si super eo fundo Ecclesia readificetur*, &c. & in *num.* 16. ibi, *Aduerte tamen quòd si vnus esset qui construxisset, fundasset, vel dotasset Ecclesiam, quæ in totum destrueretur, tunc licèt non remaneret patronus ex constructione, remanebit tamen ex fundi collatione, & dotatione*, &c. Viuian. *d. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 7. & 8.* ibi, *Primus patronus ratione do-* 89
tis est patronus in Ecclesia diruta, & readificata, & si super antiquo fundo sit readificata, patronus antiquus, qui dedit fundum, erit adhuc patronus, &c.

Et quicquid sit, Congregatio hodie non conten- 90
dit super patronatu, sed super celebratione festiuitatum, quas abhinc quadraginta annis solita est celebrare in Altari & Capella maiori Ecclesiæ dicti Conuentus, iuxta tenorem dictarum Bullarum Apost. de quibus *supra* memini *num.* 64. Vnde fit quòd nullus siue verus, siue falsus patronus possit celebrationem harum festiuitatum impedire, cùm illæ

illæ non sint de præeminentiis pertinentibus ad patronos, vt censuit Rota *coram Card. Caualerio decis. 321. in vna causa Calagurritana Monasterij sanctæ Crucis de Victoria*, in qua ad instantiam Monialium illius Conuentus fuit resolutum patrono tres tantùm præeminentias competere, de quibus *in d. decis.* cuius verba referam.

91 *Primò dictum fuit competere honorem processionis, quem honorem Domini intelligebant respectu sessionum, vt etiam patronus in Ecclesia præferatur cæteris laicis,* Abb. *in d. c. nobis num. 5. in fine vers. item debetur honor, de iurepatr.* Roch. *in eod. tract. in verb. honorificum num. 99. & respectu aliorum actuum qui in Ecclesia fiunt, vt in danda pace, thurificatione, & aliis simi-*
92 *libus,* Lambert. *lib. 5. 1. quæst. princ. num. 11. Secunda præeminentia debita patrono consistit in iure consequendi alimenta quatenus deueniat ad inopiam, d. c. nobis, vbi* Abb. *num. 5.* Lambert. *d. lib. 3. q. 3. Hoc autem Domini intelligebant extractis prius expensis necessariis pro Ecclesia, vt per* Abb. *ibidem num. 6. & quando patronus summa laborat egestate,* Surd. *de alimen. tit. 1. q. 54.*
93 *num. 15. cum seqq. Tertia est præeminentia vt possit defendere Ecclesiam, & denuntiare personas dilapidantes*
94 *eius bona, vt dicit idem* Abb. *num. 7. Quarta est, vt facta electione Abbatissæ requiratur assensus patroni, vt colligitur ex d. c. nobis, vbi* Anchar. *num. 8.* Roch. *in verb. in Ecclesia sub num. 7. vers. & vnus effectus. Verum hoc intelligitur ex honestate solum, vt apparet ex verbis textus, ibi, honestius, &c. Et ideo non potest patronus petere cassationem electionis præcedentis, vt per* Ioan. Andr. *&* Anchar. *num. 10. & facit textus in cap. sacrosanctæ, in fine, de elect. Et hæ sunt præeminentiæ, quas Rota censet in casu proposito deberi patrono huius Ecclesiæ,*

Obiectio II.

Quòd Moniales per vim & metum compulsæ ad transactionem, & concordiam deuenerunt, absque debitis solemnitatibus à iure requisitis.

95 PRæsupponit pars aduersa, obligationem ex transactione resultantem, ex defectu solemnitatis fuisse & esse nullam, proindeque ad nihilum deseruire; vbi enim ob publicam vtilitatem lex resistit contractui eum irritando, nisi quibusdam solemnitatibus adhibitis, tunc nec ciuilis, nec naturalis ex ex eo oritur obligatio si negligantur dictæ solemnitates, *l. cùm lex 46. ff. de fideiusso*, resoluunt Cou. *in reg. peccatum p. 2. §. 3. num. 11. & in cap. quamuis pactum p. 2. §. 4. n. 6. & 7. de pact. lib. 6.* Fr. Emman. *in sum. p. 2. c. 40. sub num. 1. circa fin.* Lessi. *de Iustit. lib. 2. c. 17. dub. 7. sub num. 56. & dub. 8. num. 61.* Franc. Molin. *de ritu nupt. compar. 19. ex num. 30.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. c. 647. num. 1. & c. 713. num. 65. & 66.* Fontanel. *de pactis nupt. glos. 7. p. 1. num. 57.* Trulench. *in Decalog. lib. 7. c. 18.*
96 *dub. 3. sub num. 8.* Nec huiusmodi contractus iuramento firmatur, Franc. Molin. *d. comp. 19. num. 68. cum seqq.* Stephan. *Marchia decis. 102. n. 11.* Cancer. *var. resolut. lib. 1. resol. 7. num. 143. & lib. 2. c. 1. n. 13.*
97 Roder. Xuar. *in tit. de las arrhas n. 24. & 25.* Ratio est, quia quotiescunque contractus ex defectu alicuius solemnitatis substantialis inualidus est in foro exteriori, inualidus quoque erit in foro conscientiæ, Menoch. *de præsump. lib. 1. præs. 80. ex num. 56.* Lessi. *d. lib. 2. c. 19. dub. 3. num. 35.* Azori. *institut. moral. p. 3. lib. 6. c. 9.* Trullench. *d. lib. 7. c. 18. dub. 8. num. 3. & c. 18. dub. 3. n. 8.* Antonin. Diana *Moral. resolut. p. 1. tract. 8. de contractib. resol. 75. in fine.*

Sed respondetur totum id fundari in falso præ- 98
supposito, cùm in transactionis & concordiæ scripturis abundè interuenerint solemnitates requisitæ, hoc est, superiorum licentiæ cum insertione capitulationum, & tres tractatus, vt ex illius constat inspectione; item in ea Moniales fatentur, & superiores earum asserunt prædictam transactionem illis fuisse & esse vtilissimam, quo casu, vbi scilicet contractus versus est in vtilitatem Ecclesiæ, quicquid in eo promittitur, in foro conscientiæ adimpleri debet, etiamsi non adhibeantur solemnitates iure præscriptæ, secundùm Rebuff. *in tract. de rebus Eccles. non alien. num. 34.* Hieron. Gabr. *cons. 71. n. 11. cum seqq. lib. 2.* Fabian. de Monte *de empt. & vendit. quæst. 5. num. 116.* Capic. *decis. 16. num. 4.* Menoch. *cons. 561. num. 8. vol. 6.* Mascard. *de probat. concl. 75. num. 7. cum seqq.* Filliuc. *tract. 14. c. 7. quæst. 6.* Ego *de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 95. num. 25. in fine*; quia etiam minor in sibi proficuis, & beneuo- 99
lis non eget alterius auctoritate. *l. 1. C. de auctor. præst. Institut. de tutel. & Institut. de auctorit. tut.* Mandos. *in tract. de minori ætate quæst. 30.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 4. quæst. 9. num. 53.* & eo ipso quòd donatio cum solemnitate fit, præsumitur vtilis Ecclesiæ. Card. Mantic. *decis. 101.* Greg. XV. *decis. 243.* vbi Adden. *num. 4.* Rota apud Posti. *in fine sui tract. de manut. decis. 333. num. 7.*

Deinde negari non potest Moniales ex vltima 100
donatione Venerabilis Equitis de Gratiis effectas fuisse locupletiores, cùm vigore illius, redditus annuos quadringentorum ducatorum, & alia bona obtinuissent, & ideo in foro conscientiæ eas teneri adimplere conditiones, & grauamina, ob quæ ea donatio facta fuit, nemo est qui dubitet; sic etiam minor ciuiliter, & naturaliter obligatur, vbi ex contractu aliàs nullo factus est locupletior, *l. fin. C. de vsucap. pro empt. l. prædiorum C. de præd. minor.* Cancer. *var. lib. 2. resol. 1. num. 112.* Iuri enim na- 101
turali repugnat, vt quis cum alterius damno bona sua augere curet, vt eleganter aduertit Cicer. *lib. 2. offic.* ibi, *Detrahere aliquid alteri, & hominis cum alterius incommodo sua augere commoda, non minus contra naturam videtur, quam mors, quàm dolor & reliqua, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis*; refert D. Ioan. de Solorzan. *in tract. de Indiarum gubernat. tom. 2. lib. 1. c. 2. num. 16* Facit doctrina Inno- 102
centij *in c. quia propter, de elect. & in c. qui celebrat, de clerico excom. minist.* resoluentis quòd quando actus valet de iure gentium, licèt non sit seruata forma à iure positiuo, obligat in foro conscientiæ, quem sequitur Panorm. *in c. 1. in fine, de restit. in integ.* & Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, in prælud. num. 24. cum seqq.* Necessariò enim soluendum est, quod naturaliter debetur, Bart. *in constit.* 103
Ad reprimendum, verb. denuntiatio num. 90. Cou. *in c. cùm esses num. 6. de testament.*

Vnde fit Moniales nullitatem allegantes, aut per 104
viam restitutionis petentes contractum rescindi, nullo modo esse audiendas in foro exteriori, quin priùs omnia restituant, quæ virtute talis contractus ad eas peruenerunt; vt in minore probant tex. *in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib. & in l. cùm te fundum. C. de pact. & in l. 1. C. de reput. quæ fiunt in iudic. restit. in integ.* Molin. *de primog. lib. 4. c. 9. num. 43.* Giurba *decis. 103 num. 10* Rot. *decis. 440. num. 1. p. 1. diuers.* & in alio quocunque iure minoris gaudente, qui prætextu læsionis, aut metus, vel 105
quauis ex causa aliquem contractum rescindere

 prætendit,

prætendit, resoluunt Afflict. *decis.* 230. *num.* 4. *&* 5. Surd. *cons.* 34. *num.* 24. *& cons.* 181. *num.* 47. Menoch. *cons.*644. *num.*1. Giurba *d. decis.* 103. *n.*5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.*27. *n.*22. *& glos.*56. *num.*104. *&* 105.

Obiectio III.

Quòd Moniales ex transactione, & concordia, enormiter, seu enormissimè læsæ fuerunt.

106 HÆc obiectio fundatur in quorundam sententia, qui videntur asserere læsionem enormissimam contractus etiam transactionis rescissionem inducere, de qua disputant Roder. Xuar. *alleg.* 22. Matiens. *in dialogo Relator. p.* 3. *cap.* 20. *a num.* 3. *& in l.* 2. *glos.* 8. *num.* 56. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* vbi Azeued. *num.* 27. Burg. de Paz *cons.* 19. *à num.* 11. Maurit. *de restit. in integrum cap.* 211. Gutier. *de iuram. confirmat. p.* 3. *cap.* 2. *num.*24. *& lib.*2. *practic. quæst.*141. *num.*4. Molin. *de primogen. lib.*4. *cap.* 9. *n.*33. alt. Molin. Theolog. *de Iust. disp.* 556. *n.* 20. Surd. *cons.* 451. *num.* 9. Menchaq. *controu. vsusfreq. cap.* 61. *num.* 10. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 72. *à num.* 1. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *p.* 5. *à num.* 202.

107 Et hinc nonnullorum aliqui affirmant iuramentum non operari vbi interuenit enormissima læsio, Brun. *cons.*25. *num.* 3. *& cons.* 21. *num.* 12. vtpote, quia tollit illa vires iuramenti, ita vt necessaria non sit absolutio, Hieron. Gabr. *cons.* 9. *num.* 1. *vol.* 2. Paul. Galerat. *de renunciat. cent.* 2. *casu* 102. *num.*25. quos refero *in votis decisiuis Canon. lib.* 2. *voto* 62. *num.* 16.

108 In facto & in iure à veritate prorsus aliena est hæc læsionis enormissimæ enarratio; in facto, quia illa nullibi iustificatur, nec in processu de ea articulum, aut probationem aliquam fecerunt Moniales, aut ex alia parte constat, aut constare potest eam interuenisse in contractu transactionis, quam Moniales ipsæ cum Congregatione celebrarunt; nam cùm ibidem Moniales se obligauerint ad præstandam patientiam, vt Congregatio celebraret in Ecclesia Conuentus festiuitates nobilis sui instituti per Sedem Apost. approbati; in vim præcedentium aliarum obligationum in anterioribus capitulationibus initarum, pro quibus Venerabilis ipse Eques de Gratiis res suas, bona, redditus annuos, & pretiosa supellectilia Conuentui dedicauerat, illique liberalem de omnibus donationem fecerat, non est tanti æstimanda hæc patientia, aut festiuitatum huiusmodi celebratio ad solius Congregationis expensas facienda, vt ex ea dicantur Moniales enormissimè læsæ, non ostendentes in quo consistat hoc damnum, immo venientes contra propriam confessionem in tractatibus eiusdemmet transactionis factam, quòd scilicet esset vtilis, & facientes contra iudicium superioris licentiam ad transigendum concedentis, & in ea asserentis declarationes, & conditiones in dicta transactione insertas videre vtiles, & conuenientes, & redundare in spiritualem animarum salutem, & licèt tam euidenter de hac vtilitate constare non posset, vt plenè & concludenter per supradicta constat, in dubio transactio

109 præsumenda erat vtilis, arg. *l.* 1. *C. de pactis, & l. si ea. C. de vsur.* vbi dicitur, latis lucrari, qui à litibus eximitur, Roland. *cons.* 15. *num.* 51. *vol.* 1. Becc. *cons.* 176. *num.* 28. *vol.* 1. Alex. *consil.* 226. *num.* 12. *lib.* 2. ibi, *Eo ipso quòd à lite discedatur, dicitur quis habere commodum, & vtilitatem ex actu per quem disceditur*, &c. Rot. *decis.* 86. *n.*20. *cum seqq. p.*6. *recent.*

Parum refert dicere quòd tres tractatus in trans- 110
actione interuenientes vno die facti fuerunt, quia nullibi reperitur in iure cautum quòd tribus distinctis diebus interuenire debeant, immo vnus tantùm in alienatione rerum Ecclesiæ exigitur & sufficit, *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. ibi, *Et cum totius Cleri tractatu, & consensu*, &c. vbi dixi *in collect. num.* 3. Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 1. Bonacin. *var. tractat. tit. de alienat. bonor. Eccles. disp.* 2. *quæst. vnica, puncto* 4. *num.* 1. Ego *in votis decis. Canon. lib.* 2. *voto* 30. *num.* 22. Et quicquid sit non stamus in contractu alienationis bonorum monasterij, nec in noua obligatione facienda, sed in antiqua præstandi patientiam ad celebrationem festiuitatum priùs in aliis præcedentibus contractibus, & donatione vltima imposita, & modò repetita.

Et quicquid sit, verius & certius est transactio- 111
nem, quæ finem liti, vt in casu nostro, imposuit, non rescindi prætextu læsionis, quæ multum excedit dimidiam iusti pretij. Ita Cuman. Alex. & Ias. *in l. si quis cùm aliter. ff. de verbor. signif.* Dec. *cons.* 216. *num.*33. Grat. *cons.* 118. *num.* 9. *vol.* 1. Ludou. Gom. *in reg. de annali possessore quæst.* 2. Gail. *lib.* 2. *obseru.* 70. *num.*9. Padil. *in l.* 1. *num.* 23. *C. de rescind. vendit.* Menoch. *cons.*401. *n.* 559. Ludou. Schrader. *cons.* 1. *num.* 466. *vol.* 1. Peregr. *cons.* 102. *num.* 41. *vol.*4. optime Anton. Fab. *de erroribus. pragmat. errore* 10. *fol. mihi* 209. *num.* 3. ibi, *Ille nunc error nobis refellendus est, qui mihi omnium maximus videtur, quod etiam transactionem ex causa immodicæ transactionis rescindi posse arbitrantur. Quo quid dici potest non dicam absurdius, sed toti etiam Reip. perniciosius? Nam si Reip. interest lites, quæ in dies ferè singulos innumeræ emergunt, aut iudicato, aut transactione finiri, finitas autem bona fide, idest, non vi, non dolo nunquam restaurari, quemadmodum tot iuris locis scriptum est. Quis erit, obsecro, litium finis, si ex causa immodicæ læsionis transactiones rescindi concedatur. Et verò si Pandectarum ius inspicias, constat non potuisse transactionem rescindi prætextu læsionis, nec si ad quadruplum vsque læsio interuenisset. l. Lucius* 78. *§. vlt. ff. ad S-C. Trebell.* &c. Et paulo inferiùs *num.*7. *in fine.* ibi, *Comparatur auctoritas transactionis cum auctoritate rei iudicatæ, vt intelligamus non minorem auctoritatem esse transactionum quàm rerum iudicatarum, quod his ipsis verbis expressum est in l. non minorem* 20. *C. de transact. imò maiorem esse transactionum scripsit* Harmenop. *lib.* 1. *tit.* 10. *Atqui constat sententiam rescindi non posse prætextu quantacunque læsionis, l. vlt. toto tit. C. sententiam rescindi non posse*, &c. & iterum *decade* 8. *errore* 10. *num.* 10. *fol.* 211. Et nuncupatim de læsione enormissima. Rot. *decis.* 102. *num.* 2. *p.* 1. *diuers. & decis.*189. *n.*4. *p.* 2. *in posthum. Farin. aliàs p.*4. *recent. & decis.* 552. *num.* 2. *d. p.*4. *recent.* vbi quòd læsio debet esse enormissima in magno excessu, & vltra dimidiam, & allegat Corneum, Deci. Cagnol. Odd. Mantic. & Puteum, ibi, *vt propterea nec dari possit, de læsione, quæ tamen probanda esset enormissima*, &c. *l. Hisp.* 34. *tit.* 14. *pars.* 5. ibi, *E perende dezimos que la sentencia è el pleito que aise fuesse fecho, que deue ser guardado tambien por la vna parte, come por la otra, e quanto quier que montasse aquella parte que quitasse al demandador no la podera despues demandar*, &c. iuxta interpretationem Gregorij Lopez *ibi, in verb. quanto quier*; sic dicens. *Tene ergo menti istam legem Partitarum, quæ tollit dictas opiniones, imò & vult ista lex quòd etiamsi sit enormissima læsio in transactione non rescindatur, cùm dicit, quæcunque seu quantacunque sit pars*, &c.

Obiec

Obiectio IV.

Quòd Ecclesia contractui stare tenetur in sibi proficuis & vtilibus, non verò in damnosis.

112 SIcut in pupillo & minore claudicat contractus, in hoc quòd ei stare tenentur in sibi proficuis,& vtilibus tantùm. *l. si id quod 7. §. fin. ff. de rescind. vendit. l. Iulianus 13. §. sed & si quis minorem, iuncto §. pracedenti, & §. si quis à pupillo. ff. de action. empti*, plura refert Card. Pereira *in l. si curatorem, verb. cum non absimilis num. 25.* Donel. *comment. iuris Ciuilis*
113 *lib. 12. cap. 22. vbi* Osvvald. *lit. K, cum seqq.* Ita etiam in Ecclesia videtur posse contractum claudicare,ad hoc vt ei ipsa stare teneatur in quantum sibi fuerit vtilis,& non aliàs, *cap. si qua de rebus 42. vers. in indicio autem erit 12. quast. 2.* vbi notarunt omnes secundùm Mathesil. *sing. 155. incip. Nota quòd si minor, vers. idem etiam*, Tiraquel. *ad leges connub. glos. 8. n. 92. & de retractu conuent. ad fin. tit. n. 152. in fin.* Rodoan. *de rebus Eccles. non alien. quast. 20. num. 193. & 197. & quast. 51. cap. 7. à num. 18.* Surd. *decis. 69. num. 93.* Honded. *cons. 18. num. 72. vol. 3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. c. 202. num. 22. & 23.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig.*
114 *conuent. lib. 25. tit. 6. num. 48. in fine, & num. 49.* Valet enim argumentum de pupillo & minore ad Ecclesiam, Ego *de locis communib. loco 72. num. 1.*

115 Sed hæc resolutio,in qua obiectio fundatur,nullo modo contractui nostro accommodari potest,in cuius celebratione, de transactione loquor,licentia Superioris, & tres tractatus, ac cæteræ necessariæ solemnitates non defuerunt, quo casu nullus dubitauit Ecclesiam teneri stare contractui, & ad illius obseruantiam obligari posse: in hoc tamen priuilegiata solùm reperitur Ecclesia,vt si à principio contractum aliquem celebrauerit sine superioris auctoritate, vel sine debitis iuris solemnitatibus,possit,si sibi vtilius videbitur, interueniente auctoritate, vel solemnitate, quæ defecerat, contractui stare, vel illum reprobare si damnosus sibi videatur, vnde fit vt agi valeat aduersùs Ecclesiam, sicut aduersùs minorem, vt declaret an velit contractui stare, an ab eo recedere. Ita Gabr. Sarayna *ad Mathesil. d. sing. 155. num. 20. vers. quod etiam*, Bernard. Diaz *reg. 219. in 7. simili vers. & stante ista.* Franc. Sarmiento *de redditib. eccl. p. 1. cap. 2. num. 17.* Pinel. rectè explicans *in l. 1. p. 3. num. 34. in princ. & num. 36. vers. quod etiam vrgenter, C. de bonis mat.* Surd. *d. decis. 69. num. 23. etiam ad fin.* Perez de Lara *de vita hominis cap. 18. num. 50.* Cancer. *var. resolut. lib. 1. resolut. 13. n. 49.* Trentacinq. *lib. 1. var. tit. de minorib. resol. 8. num. 25.* Fontanel. *de pactis nupt. lib. 4. glos. 13. p. 1. num. 13.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 56. num. 95.* Nicol. Garc. *de benef. p. 2. cap. 1. num. 75.* Beltramin. *ad Gregor. XV. decis. 467. num. 16. lit. B. ad fin.*

116 Et licèt supponeremus transactionem prædictam à principio fuisse nullam, adhuc Moniales eam pro parte admittere,& pro parte reprobare non possent, sed in totum approbare, vel in totum reiicere tenerentur, arg. *l. cùm quaritur 16. ff. de administ. tutor.* ibi, *aut in totum agnoscere, aut à toto recedere*, &c. *l. si ita stipulatio 39. ff. de operis libert.* ibi, *Quia non debet ex parte obligationem comprobare, ex parte tanquam de iniqua queri*, &c. *l. nam absurdum 7. ff. de bonis libert.* ibi, *Nam absurdum videtur licere eidem partim comprobare iudicium defuncti, partim euertere*, &c. Treuis. *decis. 46. num. 10. lib. 2.* Caputaq. *decis. 186. num. 2. p. 1.* & de contractibus cum Ecclesia & Religiosis agens idem resoluit Bald. *cons. 300 num. 3. lib. 1.* vbi ait quòd donatum Ecclesiæ non simpliciter factum est sanctum Sanctorum,vt putabat Innocentius, sed cum onere suo, & *cons. 379.* quod est sub *cons. 377. num. 5. eod. lib. & cons. 201. num. 1. vers. si autem nihil lib. 4.* Alber. *in l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manum.* & alij,quos refert & sequitur Tiraq. *de retractu conuent. ad finem tit. num. 6. & 14.* Cou. *var. lib. 2. c. 16. num. 5. per tot.* qui loquitur in contractu emphyteutico Ecclesiæ, qui vel in totum debet valere, vel in totum non valere,apertiùs Greg. XV. *d. decis. 467. num. 5.* ibi, *Et quod dicitur iudicium sicut contractum posse claudicare fauore Ecclesia, procedit quantum ad hoc vt possint eligere an velint stare iudicio, & contractui, necne, non autem possint actum diuidere, pro parte illum approbando, & improbando pro parte, sed debent totum approbare, aut improbare*, &c. Beltramin. *ad eum d. lit. B, num. 16. vers. verum est.*

Et facit quòd aliud agens docet cum pluribus 117
Thom. Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 6. n. 16.* nempe quòd donatio facta Ecclesiæ non minus quàm facta aliis illius acceptationem requirit, vt fiat irreuocabilis, quia non fit immediatè Deo, sed homini, vnde more humano debet fieri, & consequenter leges aliarum donationum in ea seruandæ sunt.

Denique cùm absque dubio in omnibus contra- 118
ctibus id obseruetur, nulla potest esse ratio, qua ductæ Religiones, cum quibus contractus, & conuentiones fiunt, velint se eximere à regula generali, de qua *suprà num. 95.* Tum vel maximè,quia illarum interest promissa seruare, aliàs enim nullus vellet cum illis contrahere; ratio in iure ad multa deseruiens, *l. 2. §. sed dominorum interest ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, §. sed hoc tempore, sub eod. vers. Instit. eodem. l. diuus 24. vers. nec vllorum magis interest quàm ipsorum. ff. de milit. testam. §. 1. sub eod. vers. Instit. eodem, l. ratas 7.* ibi, *Vestra etiam interest, C. de rescind. vendit.* vbi ea ratio traditur pro firmitate contractus cum milite celebrati, iunctis quæ in simili circa contractum cum Principe, vel Rep. gestum expendunt Hubert. Giphan. & Ioan. à Sande, quorum meminit Ioseph. Vela *assert. 13. num. 36. ad fin.*

Obiectio V.

Quòd Ecclesia priuilegio gaudet, ne donans donationem illi factam reuocare valeat.

HVius priuilegij fundamentum innititur dispo- 119
sitioni text. *in cap. verum 4. de condit. appos.* cuius hæc sunt formalia verba. *Verùm cùm alicui Ecclesia possessio qualibet interposita conditione donatur, à donatore donum postea reuocari non potest, nisi fortè tali sit conditione collatum, quòd ea cessante debeat reuocari.* Quæ videntur limitare regulam suprapositam, videlicet quòd etiam iure actionis potest agi præcisè ad rescissionem contractus, vel donationis modalis ob non impletum modum, qui donationi ipsi causam dedit: & sic videtur textum locum non habere in donatione facta Ecclesiæ sub aliquo onere, vel modo, ad hoc vt iure actionis reuocetur talis donatio, & res donata ei tollatur ob defectum adimplementi

plementi onerum, & modorum impositorum, licèt finalem causam contractui dedisset, & nihilominus textus non negat Ecclesiam obligari non posse ad ea integrè adimplenda; cùm tamen id indecisum remanserit; ac proinde in puris terminis iuris communis, ex reg. *l. praecipimus* 32. §. *fin. C. de appellat.* cum similibus. Priuilegium ergo solum in eo consistit quod licèt contra alios donatorios sub modo finalem causam continente, ob non adimplementum posset agi praecisè ad rescissionem contra Ecclesiam non aequè, vt planè constat ex *d. cap. verum*, in quo illa particula *conditione*, idem importat quod modum, seu pactum, vt notaui *in collect. ad illum text. num.6.* ex ea ratione, quia textus praesupponit donatum Ecclesiae adquiri, & postea onus esse implendum, quo casu censetur modus, & non conditio: tum etiam, quia si dicta particula posset intelligi de conditione propria suspensiua actus, nullo modo Ecclesia posset possessionem rei donatae sub tali conditione ingredi, nisi post eam adimpletam, ex regula tex. *in l. cedere diem* 213. *vers. ubi sub conditione. ff. de verbor. signif. l. vnic.* §. *sin autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen.* §. *ex conditionali, Instit. de verbor. signif. l.* 14. *in princ. tit.* 11. *part.* 5.

120 Sed ex *d. cap. verum*, clarè ostenditur Ecclesiam in possessionem rei donatae ingressam fuisse, siquidem ibi agitur an ea possessio ob non adimplementum conditionis, seu legis cum qua facta fuit donatio, reuocari posset necne, quod supponit praeexistentiam illius, priuatio enim praesupponit habitum, *l. nam etsi sub conditione* 5. *vers. post affectum*, ibi, *gradum non rumpit, quia nullus est. ff. de inoff. testam. l. non potest* 208. aliàs 209. *ff. de regul. iuris*, ibi, *Non potest videri desisse habere qui nunquam habuit*, &c. *cap. ad dissoluendum* 13. *vers. quocirca, de desponsat. impub.*

121 Et sic dicta particula *conditione* posita in dispositione, vbi vnus possessionem rei priùs ingreditur, idem importat quod pactum siue modum in contractu, aut alia dispositione appositum. *l. societatem* 76 aliàs 77. vbi *glos.* 1. quam ad hoc prae aliis notat Bald. *ff. pro socio, l. quae sub conditione* 8. §. *mortuo, vers. idem est, ad fin.* vbi notat Gothofred. *verb. conditioni. ff. de condit. instit. l. liberto* 21. §. *Lucius*, ibi, *conditione suprà scripta*, & ibi, *conditionibus testamento adscriptis*, iuncto textu ibi, *parere compellendam*, & ibi, *vtili repetitione haeredes adiuuandos*, vbi notat *glos. vlt. in fine*, ac Doctores communiter, & Gothofred. *ad verbum conditionibus. ff. de annuis leg. l. Titio centum* 71. §. 1. ibi, *conditio non remittetur*, vbi notat glos. *& l. libertis* 108. *ff. de condit. & demonstr. d. l.* 2. §. *fin.* ibi, *ea conditione vt Stichum sibi emeret*, iuncto textu, ibi, *mortuo Sticho condictione repetam*, *& l.* 3. ibi, *si conditio repetitioni locum fore*, & vtrobique Doctores. *ff. de donat. l. Gaius* 23. *vers. Paulus. ff. de manumiss. l. Mauia* 44. vbi notarunt omnes, *ff. de manumiss. testam.* & vltra eos obseruarunt Bart. *num.* 5. & caeteri communiter *in l. quibus diebus* 40. §. *Termilius. ff. de condit. & demonstrat.* Tiraq. alia iura & Doctores congerens, *de retractu conuent.* §. 2. *glos. vnica n.* 76. Anton. Gom. *var. resolut. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 70. *vers. & in tantum*, Greg. Lop. *in l.* 21. *glos.* 7. *tit.* 6. *part.* 6. Ludou. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 5. *& c.* 15. *n.* 3. post alios Ioan. del Castillo *controuers. tom.* 4. *cap.* 55. *num.* 34. Eodem modo accipitur & intelligitur, particula illa, *conditione, in d. cap. verum*, significans, & denotans donatum, & traditum Ecclesiae sub certo pacto, vel modo, ei reuocari non posse iure actionis ob non implementum, sed tantùm ad obseruantiam eam compellendam, vt intelligit *ibi* glos. *verb. sub conditione*, & omnes communiter, vt prae aliis videre est apud Tiraq. *de vtroque retractu, ad finem tit. num.* 14. *&* 15. Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 14. *num.* 9. Greg. Lopez *l.* 6. *glos.* 1. *vers. & nota, tit.* 4. *part.* 5. & ad eum Hermosil. *à num.* 26.

Ratio fundatur in fauore Ecclesiae ad hoc vt ob 122 non implementum modi, seu pacti, sub quo illi aliquid donatur, etiamsi causam finalem donationi dedisset, ita donatum & traditum Ecclesiae minimè valeat reuocari, prout reuocaretur aliis donatariis, ex *d. l.* 2. §. *fin. ff. de donat.* cum similibus, & sic obligatio ad implementum remaneret tantùm: quapropter modus fauore Ecclesiae intelligitur inducere causam impulsiuam, & non finalem, vt resoluunt Rip. *in l. fin. C. de reuocand. donat. quaest.* 52. *n.* 173. Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 14. *n.* 6. Surd. *de alimen. tit.* 1. *quaest.* 48. *num.* 70. Ex quibus rectè infertur iustè posse Congregationem praetendere, si Moniales nolent obseruare conditiones & capitulationes, propter quas Venerabilis Eques de Gratiis omnia bona sua, annuosque redditus illis donauerat, vt ea restituant, in quo nullibi Ecclesia reperitur priuilegiata ad hoc vt inuito interesse habente bona habeat, & conditiones sub quibus illi fuerunt donata, reiiciat ac adimplere recuset; & inter interessatos locum primum obtinet Congregatio, cùm inter conditiones in contractibus appositas ad sui fauorem vna adsit, quòd scilicet Moniales tenerentur admittere in Ecclesia monasterij Congregationem ad suas festiuitates celebrandas, & casu quo id facere recusent, donans reuocat in totum donationem illam, & vult quòd ea bona Patribus Praedicatoribus deferantur, vt ex illis Collegium studentium Fratrum illius sacri Ordinis fundetur in quo Congregationi concedatur locus ad praedictas festiuitates celebrandas, vt *suprà* dictum est. Et quicquid sit, eodem priuilegio potiùs gaudere deberet ipsa Congregatio vti locus pius & ecclesiasticus cùm agit de bonis & iuribus suis conseruandis, proindeque de damno vitando quod iniustè passa est & patitur eiecta, quando enim agitur inter aequè priuilegiatos, potior est causa illius, qui agit de damno 123 vitando, Lamberteng. *de contract. minor. ad fin. n.* 125. *cum seqq.* Greg. XV. *decis.* 164. *num.* 6. *& decis.* 473. *num.* 13. Rot. *decis.* 282. *num.* 10. *p.* 4. *diuers. & in recent. decis.* 218. *num.* 6. *p.* 2. *& decis.* 190. *num.* 30. *p.* 6. cum aliis.

Obiectio VI.

Quòd Congregatio festiuitates suas in Ecclesia Conuentus Monialium celebrauit, praecedente illarum licentia & permissione, & non iure proprio.

PRaesupponunt, licèt falsò, vt infrà ostendetur, 123 Moniales facultatiuos fuisse omnes actus à Congregatione gestos circa festiuitatum celebrationes, proindéque ex illis non posse ius aliquod, seu praescriptionem acquirere, quia ex illis, quae facultatis fiunt, certum est nullo tempore posse dici alicui ius quaesitum, nec praescriptionem causatam, *cap. possessionis* 16. *quaest.* 1. *l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. possess. glos. fin. in l. solet. ff. de offic. Proconsul.* Crauet. *de antiquit. temporum p.* 4. *sect. fin. à num.* 35. *& cons.* 111. *num.* 22. *cum seqq.* Bardel. *cons.* 143. *n.* 18. *vol.* 2. Surd. *cons.* 127. *num.* 21. Tiber. Decian. *cons.* 4. *num.* 133. *vol.* 4. Thesaur. *decis.* 16. *num.* [illegible] Valenz. *cons.* 94. *num.* 64. Cancer. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 2.

de

de iu-isdi omn. iudic. num. 109. ex generali regula, quæ docet actus meræ facultatis nunquam præscribi, l. 2. ff. de via publica l. 1. §. denique l. si in meo fundo. ff. de aqua pluuia arc. l. quominus, vbi Bart. num. 26. in fine, & Rip. num. 98. ff. de flumin. Balb. de præscript. p. 4. quinta p. quæst. 4. num. 4. Anton. Gabr. commun. opin. lib. 5. tit. de præscript. concl. 10.
125 D. Barbos. in l. cùm notissimi C. de præscript. 30. ex num. 77. latè Castill. controuers. tom. 7. de tertiis, cap. 32. à princ. Aloys. Ricc. in collect. decis. collect. 1293. in fine, Card. Mantic. decis. 267. num. 2. Posti. de manutent. obseru. 53. num. 2. plures per me citati in collect. ad cap. vt priuilegia 24. num. 8. de priuileg.

126 Verùm his non obstantibus obiectio prædicta fundatur in falso præsupposito, quòd scilicet actus celebrationis festiuitatum dependeret à voluntate & permissione Monialium, cuius tamen contrarium euidenter apparet tum ex testamento Venerabilis Equitis de Gratiis, quod in casu de quo agitur vim legis habet, ex vulgari illo dicterio, disponat testator, & erit lex. l. verbis legis. ff. de verbor. signif. §. disponat in Auth. de nupt. collat. 4. latè Carol. Maranta resp. 20. num. 1. cum seqq. p. 1. Lambert. de iurepatron. p. 1. quæst. 9. num. 52. Mieres de maioratu p. 1. quæst. 50. ex num. 1. tum ex scripturis donationum, & capitulationum, necnon transactionis, & concordiæ inter dictas Moniales, & Congregationem initæ, ex quibus euidenter apparet Congregationem eandem iure proprio prout præsumitur quis possidere, & non alieno, l. Titia. ff. de solut. Surd. cons. 155. num. 24. Rot. apud Post. in fine d. tract. decis. 40. num. 3. & non sunt gratuita ea, ad quæ nos necessitas adstringit, ead. Rot. decis. 702. num. 4. in fin. p. 1. in posthum. Fatin. alias p. 3. recent. & ex multiplicatis Monialium præfatarum obligationibus titulo oneroso publica auctoritate signatis, habuisse & habere radicatum in se ius ex tot præcedentibus titulis celebrandi festiuitates suas in dicta monasterij Ecclesia, per annos ferè quinquaginta cum multiplicitate actorum quolibet anno continuatorum sine alicuius contradictione. Vnde succedunt duæ iuris conclusiones ab omnibus communi calculo
127 receptæ, quarum prima sequitur. Non est materia facultatiua quando præcedit titulus, quia tunc actus sequentes præsumuntur facti in vim tituli præcedentis ad exclusionem actus voluntarij, Beltramin. ad Greg. XV. decis. 162. quem refert & sequitur Ludou. Posti de manutent. obseru. 53. num. 18. per tex.
128 in l. qui in aliena. §. si is qui ff. de acquir. hæred. vbi probatur actum subsequentem censeri & præsumi factum secundùm formam contractus præcedentis, Alex. cons. 25. num. 9. cum seqq. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 49. num. 4. cum seqq. Duran. Rota decis. 388. num. 10. & decis. 387. num. 29. Surd. decis. 71. num. 9. vbi quòd præsumitur gestus in executionem præcedentis contractus, & decis. 170. n. 13. & decis. 185. & decis. 288. num. 33. & decis. 325. n. 7. vbi quòd præsumitur gestus in executionem eorum,
129 quæ præcesserunt, Valasc. cons. 174. num. 20. tom. 2. Melch. Reinoso obseruat. iuris lib. 1. obseru. 72. n. 20. Rot. decis. 89. num. 4 p. 5. recent. & decis. 566. n. 2. ead. p. 3. Et solutio semper præsumitur ex causa præcedentis obligationis facta, l. quædam mulier. ff. de re iudic. Rot. decis. 647. num. 6. d. p. 3.

Alia iuris conclusio non minus certa est quòd ex multiplicitate actorum per continuatum temporis
130 spatium gestorum præsumptio facultatiua excluditur, Rip. in cap. cùm Ecclesia Sutrina num. 55. de caus.

sa possess. Cæs. de Grassis decis. 1. n. 3. eod. tit. Seraphin. decis. 212. num. 2. & decis. 323. num. 4. Beltramin. ad Greg. XV. decis. 162. num. 16. vers. secundò excluditur, Rot. d. decis. 389. num. 4. p. 3. recent. vbi quòd priuilegium actus facultatiui cessat vbi concurrit immemorabilis. Rota decis. 224. num. 8. p. 6. recent. eadem Rot. apud Ludou. Posti. in fine sui tract. de manut. decis. 42. num. 8. & in recent. decis. 597. n. 3. & decis. 640. num. 3. p. 2. Cacheran. Pedem. decis. 99. num. 19. vbi quòd ex diuturna præstatione præsumitur animus obligandi, Caualer. decis. 286. n. 6. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 681. num. 6. latè Ludou. Posti. de manutent. obseru. 53. num. 20. vbi reddit rationem, quia toties multiplicata gratia non est præsumenda: necnon quòd ex diuturna 131
possessione acquiritur actus considerabilis, & manutenibilis, & num. 27. quòd vbi agitur de fauore diuini cultus (prout in casu nostro) non præsumitur materia facultatiua D. Alex. Raphael. apud me suprà voto 49. num. 28. & 29.

Sic etiam excluditur præsumptio possessionis iu- 132
re familiaritatis ex multiplicitate actuum & continuata possessione; Beltramin. ad Gregor. XV. decis. 572. num. 8. Rota apud Ludou. Posti. in fine dicti sui tract. de manutent. decis. 32. num. 9. Vel per exhibitionem tituli præcedentis, Seraph. decis. 342. num. 2. Greg. XV. decis. 92. num. 3. Etiamsi titulus esset nullus, idem Gregor. XV. decis. 92. n. 4. & Beltramin. d. decis. 572. eiusdem num. 7.

Non obstat quòd in scriptura conuentionis ini- 133
tæ inter D. Bernardinum de Almansa Archiepiscopum insulæ S. Dominici in Indiis occidentalibus ex vna parte, & dictas Moniales ex altera *sub die 9. Februarij 1631.* reperitur sic inter dictas partes conuentum. *Item por quanto en la Iglesia del dicho monasterio an hecho y hacen sus fiestas los Esclauos del santissimo Sacramento con permission del dicho Monasterio, agora su Señoria illustrissima como tal patron perpetuo a instancia y pedimiento de las dichas señoras Abbadessa y Monjas por si y sus patrones, su señoria Illustrissima da permission y tiene por bien que los dichos esclauos del santissimo Sacramento continuen en la dicha Iglesia, capilla y Altar mayor del dicho monasterio sus fiestas de primeros domingos del mes, octaua y carnes tolendas, dias de toros, y las demas que su Bula les concede. loqual su señoria Illustrissima ni sus patrones no impediran, y esta permission se la hacen con la calidad que si a el dicho monasterio se le offreciere hacer alguna fiesta que sea tan precisa que no lo puedan deferir à otro dia, que se ha de preferir la del monasterio a la de los dichos esclauos, y ellos podran hacer la suya en la capilla de nuestra señora de Gracia o deferirla para otro dia. y por esta permission, ni otra, sea visto auer acquirido ni adquiera adelante ningun derecho de costumbre, possession, temporal ni ordinaria, ni otra de ningun genero, ni para dar lugares, entierros, ni tener otra autoridad alguna de ninguna manera en la dicha capilla mayor, y no ha de ser de periuycio a lo vno ni otro las dichas sus fiestas, ni acer daño en la dicha capilla mayor, gradas, ni altares con tablados, ni adornos que pusieren, y los que se hiciere ha de ser de tal manera que lo susodicho estè y quede libre de todo daño, preiuycio, y nueuo reparo.*

Quæ quidem conuentio inter dictas partes inita 134
aliis præiudicium inferre non potest, qui in ea non interuenerunt, nec illi consensum aliquem præstiterunt, aut postea eis notificata fuit, ex vulgari regula quòd res inter alios acta aliis nocere non potest. R. de vnoquoque. ff. de re indic. l. res inter alios. ff. de regul. iuris, toto tit. C. res inter alios acta, cum

multis per me citatis *Axiom.199. num.11.* tum quia tam Moniales, quàm Archiepiscopus non poterant legem imponere Congregationi super iuribus suis, quæ per titulos præcedentes & anteriores obligationes & transactiones inter ipsas Moniales & Congregationem ex causa onerosa initas, illa iustè obtinebat, nec pariter illi præiudicare in suis festiuitatibus celebrandis, & cum hoc onere facienda erat conuentio, aut facta cum illo præsumi debet,
135 aliàs enim daremus quòd possent ipsæ Moniales dare quod non habebant, contra reg. tex. *in c. nemo plus, de regul. iuris in 6. & l. nemo plus. ff. eod. tit.* cum similibus à me adductis *Axiom.64. num.1.* nam res transit cum suo onere ad quemcunque vadat. *l. is cui opus. ff. de noui operis nunciat. l. si conuenerit. §. si*
136 *fundus. ff. de pigner. act. cap. ex litteris, de pignor. cap. pastoralis, de decim.* cum similibus citatis per me *Axiom.199. num.5.* Et in re sua, in qua alius ius habet, non potest quis ponere legem, quam velit,
137 Anchar. *cons. 155. Optimis rationib. s, num. 7. & seq.* Boër. *decis. 320. num. 12. vers. ex quo secundum.* Et in
138 præiudicium tertij re propria abuti nemini licet, Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 83. num. 8. & cons. 226. num. 50. & 51.* Ioan. Maria Nouat. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 63. num. 8.* Tum denique, quia illa conuentio habet duas partes inter se distinctas, vnam quæ respicit celebrationem festiuitatum in Capella & Altari maiori, & vult ipse Archiepiscopus quòd Congregatio illas ibidem omnino celebrare valeat, ita vt nec per se, nec per suos in eodem patronatu successores dictarum festiuitatum celebratio impediri possit: & quamuis videatur insinuari id fieri ex permissione Monialium, cùm postea dicatur quòd dicta celebratio impediri non valeat, illa permissio iam non potest esse voluntaria, sed deinde fit neces-
139 saria quoad hunc effectum, arg. *l. non idcirco, in fine. ff. de contrah. empt. l. si mandauero. §. sicut ff. mandati, l. sicut ab initio, C. de action. & oblig.* aliàs enim ad nihilum deseruirent verba illa, *lo qual su senoria, ni sus patrones ne lo impediran*, si vtique liberum foret & permissum dicto Archiepiscopo, aut suis pro tempore existentibus in patronatu successoribus festiui-
140 tates Congregationis impedire; quia verba debent intelligi ne maneant sine effectu. *l. si stipulatus fuero. ff. de verb. obligat.* Menoch. *cons. 122. num. 48. & cons. 373. num. 8.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 16. num. 9.*
141 cùm debeant aliquid operari. *l. 3. in princip. ff. de iureiur. l. si quando 109. ff. de legat. 1.* cum aliis per me citatis *Axiom. 222. n. 11.* Alteram habet partem illa conuentio incipien. à versiculo, *I por esta permission*, &c. vbi habetur quòd ex hac permissione nullum ius consuetudinis, seu possessionis ordinariæ, vel temporalis, vel cuiuslibet alterius generis Congregationi acquiratur, nec ad danda loca ad sepulchra hominum, nec ad aliam auctoritatem habendam in dicta Capella maiori; ex quibus verbis colligitur consuetudinem & possessionem eo casu impediri, quo Congregatio eam acquirere prætendat ad sepeliendum in ea Confratres, vel ad aliam auctoritatem habendam, vbi noto in prima exceptione dictionem illam, *ni para dar lugares à entierros*, & in secunda,
142 *ni tener otra autoridad*, quæ in vtraque parte accipitur pro *neque*, Cicer. *lib. 15. epist. 1. Nec opibus satis firmi, nec voluntate sunt.* Idem *lib. 3. epist. 5. Nec enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur;* post Paris. & Boui. aduertit Cened. *sing. 63. num. 3.* Et ita vult hæc dictio sic repetita vt possessio circa illa duo non operetur, non tamen vult vt eundem effectum habeat circa expressa antea in prima parte, quia est implicatiua casus contrarij ad expressa, vt *in l. milites ita. §. mulier. ff. de milit. testam. & in l. sacra loca. §. pen. ff. de rerum diuis. & in l. nec nos. ff. de capt.* cum similibus per me citatis *dict. 208. n. 2.* Quod sine dubio procedit in casu nostro attentis verbis secundæ exceptionis, ibi, *ni tener otra autoridad, &c.* vbi dictio, *otra*, hoc est, *alia*, diuersita- 143
tem à suprà expressis denotat, & diuersa ab expressis includit, *l. si fundus sub conditione. §. libertus. ff. de legat. 1.* Cened. *sing. 4. num. 13.* Giurba *cons. crimin. 99. num. 7.* vbi quòd diuersos modos ab expressis designat, plures per me citati *dict. 26. num. 17.* Et attenta mente ipsius D. Archiepiscopi, qui publicè dicere solebat, se maximè optare quòd Ecclesia reædificaretur, & Capella maior illius, capax fieret vt in ea Congregatio suas festiuitates commodiùs celebrare posset, & ad hunc effectum potius, quàm ad alium creditur ad fabricam faciendam pecunias dedisse, & sic verba prædicta in ea conuentione siue contractu apposita ex hac mente D. Archiepiscopi 144
contrahentis sunt interpretanda. *l. in conuentionibus. ff. de verbor. oblig.* Perez *ad tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 188.* quia in contractibus potius mens, quàm verba sunt attendenda, Molin. *de primog. lib. 1. cap. 4. num. 20.* Quod & fortius confirmatur ex obseruantia subsequuta post Ecclesiam reædificatam vsque ad tempus litis motæ, per quam quælibet dispositio declaratur, ad tollendum omne dubium, vt cum pluribus probaui *suprà voto 47. num. 48. & voto 52. num. 47. cum seqq.*

Sed, proh dolor! dicere non erubesco me non 145
semel doluisse quòd in illa conuentione inter D. Archiepiscopum & Moniales inita nulla facta sit mentio de patronatu Venerabili Equiti ex rationibus in prima obiectione allatis competenti, & forsan Deus Opt. Max. noluit vt ei tam enormiter præiudicaretur, quando permisit vt pecuniæ à D. Archiepiscopo oblatæ, & cum effectu illis persolutæ ad eum statum peruenissent, vt nec ex minima illarum parte Moniales ipsæ ad fabricam Ecclesiæ se iuuare possent; & aliæ in torno Conuentus fuerunt deperditæ, quod in causa fuit, vt de iusto adquisitionis titulo dubitauerint aliqui, ob quam rationem credunt adiumento illis non fuisse, per ea quæ tradunt Butr. *cons. 33. n. 2. & 3.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 5. lit. M. concl. 25.* & eleganter Ioan. de Solorzano *de Indiarum gubernat. tom. 2. lib. 1. cap. 5. n. 101. & 102.* vbi ad hoc propositum refert Solonis locum apud Cœli. Rhodig. *lib. 10. c. 35. Diuitias habere quidē cupio, per iniuriam verò consequi nolim, subsequitur enim mox supplicium.* Ouid. *lib. 1. Amoris eleg. 10.*

Non habet euentus sordida præda bonos.

Euripides *in Erichtheo.*

Opes legitimas magis quàm rapinas
Colere decet, neque enim diuitiæ iniustæ
Vnquam constantes sunt.

OBIECTIO VII.

Quòd festiuitates per Congregationem in Ecclesia Monialium celebratæ, & celebrandæ, illarum religiosæ recollectioni impedimento sunt.

VEnerabilis Congregatio mancipiorum sanctissimi Sacramenti sita in Ecclesia Conuentus 146
Monialium S. Francisci strictioris Obseruantiæ in ea assolet certis diebus in Bullis Apostol. assignatis

assignatis festiuitates solemnes celebrare in laudem & venerationem sanctissimi Sacramenti, magno Fidelium vtriusque sexus concursu ad generalem Communionem accedentium, ibique prædicatur Dei verbum, & tota die in tabernaculo curiosè & deuotè ac multis luminariis præparato publicè exposita est sanctissima Eucharistia, ac pro deuotis Fidelibus ante illam orantibus, & hanc sanctam Congregationem intrantibus plenissimæ à Sede Apost. conceduntur Indulgentiæ: quæ festiuitates summa omnium spirituali consolatione ab hinc quadraginta annis ibidem sunt celebratæ, absque vllo Monialium incommodo, imò verò cum multis earum vtilitatibus, & commoditatibus; participant enim de Indulgentiarum concessione, & de prædicationibus, videntque earum Ecclesiam tanto fidelium deuoto concursu vbique plenam, vbique Communionibus sacris abundantem, concomitante de manè & vesperi suauissimo multarum vocum concentu, absque vlla ipsarum Monialium expensa, nam omnia Congregatio supplet ex collectis à Fidelibus liberali manu datis eleemosynis. In aula verò ad exercitia deputata, & ab Ecclesia multum distanti, congregantur quotidie Confratres, in eàque recitatur Rosarium Beatissimæ Virginis, habetur oratio mentalis per horam, & quandoque sumitur disciplina verberum ad expiationem peccatorum, & pro occurrentibus necessitatibus. Quis dicet ex his grauari posse Moniales, aut conqueri quòd interturbentur, aut eis molestia aliqua inferatur?

147 In Ecclesia Regij Conuentus Monialium discalceatarum huius oppidi Matritensis, in quo Moniales perpetuò à carnibus abstinent, & in summa pœnitentia ac ieiunio sanctissimam vitam degunt, Officia diuina solemniter, & cum excellenti cantu celebrantur, vt refert Ludou. Munoz *en la vida y virtudes del Padre Maestro Fray Luis de Granada, pag. 166. in princ.* vbi idem de Religiosissimo monasterio Incarnationis eiusdem oppidi Matritensis dicit.

148 Deuota Congregatio indignorum seruorum sanctissimi Sacramenti, quæ sita est in Conuentu sanctæ Mariæ Magdalenæ eiusdem oppidi per annos viginti & septem in illius Ecclesia festiuitates suas solemni apparatu celebrat ex permissione Monialium, cum magna earum approbatione & spirituali consolatione, in aulaque prope eundem Conuentum accommodata exercitia sua deuotissimè agunt Congregationis Confratres, & à tempore, quo illi pro suis festiuitatibus celebrandis, & exercitiis agendis Ecclesiam, & aulam occupant, Moniales ipsæ magna in temporalibus & rebus monasterij augendis commoda sentiunt non contemnenda.

149 Nouissimè Venerabilis, & pia Congregatio Sacerdotum indignorum ministrorum Saluatoris mundi, quæ primam sedem habuit in Ecclesia Conuentus Monialium Conceptionis B. Virginis Ordinis S. Hieronymi huius oppidi Matritensis, fuit per me & aliquos deuotos Presbyteros instituta, & primam illius Præfecturam habui; occupatur quotidie in Oratorio propriis eleemosynarum pecuniis empto in Rosario Beatissimæ Virginis recitando, in oratione mentali habenda, in disciplinis sumendis; extra verò eius Sacerdotes carceres, & hospitalia huius Curiæ visitant, confessiones omnium infirmorum confiteri volentium audiunt, illosque consolantur, & aliquibus dulciariis reficiunt, & eleemosynas libenter condonant, in carceribus etiam confessiones accipiunt, prædicant, & sermocinantur, ac nonnullas eleemosynas, & refectiones portant. Extra hoc oppidum ad loca circunuicina vadunt peregrinantes, & in eorum quolibet per quatuor vel quinque dies commorantur, absque vlla habitatorum expensa, prædicantes pœnitentiam, Confessiones plures etiam generales audientes, inimicitias concilianttes, & afflictos in Domino consolantes. In Ecclesia prædicti Conuentus Monialium Conceptionis in omnibus Apostolorum festiuitatibus conueniuntur, ibique eas celebrant, conuenientes omnes laici ad generalem communionem, & alia opera pia exercenda, quæ à Sacerdotibus illis commendantur: qualibet Dominica diem post Vesperum ad Oratorium opera & diligentia aliquorum laicorum confratrum adducuntur rustici homines, qui ad operas suas locandas per plateas conueniuntur, & alij famuli inferioris ministerij, vt addiscant doctrinam Christianam per Sacerdotes edocendam, ex quibus plures tam rudes inueniuntur, vt adhuc primæ Christianæ ipsius doctrinæ elementa ignorent, & pro eo tempore, quo in his edicendis occupantur, solet expensis Congregationis aliquid his pauperibus erogari, ne occasione lucrandi aliquid pro quotidiana sustentatione retrahantur ab addiscenda doctrina Christiana; plures etiam eo tempore confitentur peccata sua, & solent ad ducentorum numerum aliquando peruenire: de illo gratias Deo reddere nunquam prætermitto quòd ad hoc insigne opus instituendum, & fundandum, me tam fragile, & vile instrumentum elegerit, cùm in hac nostra Congregatione adsint Sacerdotes Religiosissimi in oratione perpetuò perseuerantes, in his operibus piis exercendis continuò assistentes, in missionibus peragendis promptissimi, & obedientes, ac vltrò ad labes sponte se offerentes, in confessionibus audiendis, & in prædicando assidui, doctissimi, & piissimi viri. Moniales, quod nostrum est intentum, his festiuitatibus, & ad eorum exemplum, multùm consolantur in Domino, & hoc diuinum donum ab illo peruenire referunt.

Conclusio II.

Congregatio ab immemoriali, & de tempore mota litis fuit & erat in pacifica possessione celebrandi festiuitates omnes nobilis, & deuoti sui instituti in Ecclesia monasterij Monialium strictioris Obseruantiæ S. Francisci, quod vulgo dicitur del Cauallero de Gracia, & faciendi actus accessorios & concernentes celebrationem earundem festiuitatum, necnon exercitia Rosarij, Orationis mentalis, & disciplinæ in aula ad hoc destinata, in qua possessione manutenenda est.

Dandum est mandatum de manutenendo Congregationi in possessione celebrandi festiuitates sui nobilis, & deuoti instituti in Ecclesia dicti monasterij, & omnes actus illi accessorios, & concernentes maiorem earum decorem, ac faciendi dicta exercitia in aula pro illis deputata, quia docet de sua possessione de tempore litis motæ, §. *retinendæ, Instit. de interdict.* plures refert Rotæ decisiones & Doctorum allegationes 150

Ludou. Posti. *in tract. mandati de manutenendo obser.* 17. *num.* 1. quibus addo per me citatos *supra voto*
151 21. *num.* 1. *&* *voto* 52. *num.* 1. Et licèt ad obtinendum sufficeret probare ad summum duos actus possessorios, ex multis quos refert & sequitur Ludou. Posti. *d. tract. obseru.* 18. *a princip.* & sic vnam instantaneam, siue momentaneam possessionem, Peteg. *de fideicom. art.* 48. *num.* 38. Mastril. *decis.* 52. *num.* 1. *p.* 1. idem Posti. *d. obseruat.* 18. *n.* 2. nihilominus tamen ex abundanti Congregatio vniformes, continuos & pacificos actus ad mille ferè deuenientes spatio quinquaginta annorum gestos plenissimè probauit, nihil referente quòd duobus annis in alia Ecclesia easdem festiuitates celebrauerit, quia hoc fecit præmittendo necessarias protestationes, animo
152 enim retinetur possessio si possessor discedat cum protestatione, vel cum animo illam retinendi, §. *possidere, vers. quin etiam, Instit. de interd.* Crescent. *decis.* 1. *alias* 53. *num.* 3. *de causa possess. & prop.* Ludou. Posti. *d. tract. obseru.* 17. *num.* 18. *&* 19. Et quamuis, sine veri præiudicio, in protestationibus deficeret Congregatio, quod non est dicendum, adhuc illi
153 concedenda erat manutentio, pro omnibus actibus, in qua illa reperiebatur possidere de tempore motæ litis, idem Posti. *d. tract. obseru.* 73. *à num.* 50. præcipuè cum possideat virtute contractus antea initi, Cæs. de Graffis *decis.* 4. *de causa possess. & propr.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 1261 *vers. amplia etiam,* quos refert, & sequitur Posti. *d. tract. obseru.* 11. *num.* 6.
154 Cùm ergo sit titulata possessio Congregationis in vim instrumentorum, donationis, capitulationum, & transactionum acquisita & obtenta, maiorem exinde adepta est iustificationem pro manutentione concedenda, Rota apud Post. *in fine dicti*
155 *tract. decis.* 139. *num.* 3. *& decis.* 251. *num.* 1. cùm semper titulus multum habeatur in consideratione etiam in hoc summariissimo possessorio, Caualer. *decis.* 379. *num.* 5. Rota apud Postium *decis.* 5. *num.* 5.
156 vbi ad hoc refert Bald. Verallum, & Thesaurum; sufficiatque præsumptio tituli orta ex longæua possessione pro manutentione obtinenda, vt ex Rota & Con. resoluit Ioan. de Solorzano *de Indiarum gubernat. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 85.
157 Vnde succedit certa in hac materia conclusio, & vulgare axioma quòd possessor in sua possessione manuteneri debet à Iudice lite pendente, non solùm de iure, cùm omnia iura clament vt possessor lite pendente manuteneatur, sed etiam de stylo omnium Curiarum, ita cum multis Ludou. Posti.
158 *d. tract. obseru.* 2. *n.* 9. *cum seqq.* Et possidente Congregatione, non debet interim supersederi in celebratione festiuitatum, quamuis immineret scandalum, quod non adest, ad notata per Curt. iun. *cons.* 207. *num.* 2. *vol.* 3. Beninrend *decis.* 73. *num.* 6. *&* 7. Scacc. *de appellat. quæst.* 1. *limit.* 6. *memb.* 2. *n.* 20. Paz
159 *de tenuta lib.* 1. *cap.* 101. *num.* 2. *&* 4 non enim lite pendente poterat aliquid innouari, *toto tit. vt lite pend. nihil innouetur, cap. non solum, de appellat. in* 6. Lancel. *de attent. cap.* 4. *limit.* 10. Menoch. *cons.* 35. *num.* 14 Rota apud Posti. *in fine d. tract. decis.* 305. *num.* 1. Azori. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 24. *quæst.* 9. *vers. deinde lite pendente,* Carol. Matanr. *resp.* 21. *num.* 11. *&* 1.
160 Non obstat quòd celebrare dictas festiuitates in Ecclesia dicti Conuentus est & fuit semper merè dependens à voluntate Monialium, atqui ex actu meræ facultatis non acquiritur possessio, seu status manutenibilis, ac per consequens nec datur mandatum de manutenendo, Stephan. Gratian. *discept. forens.* *cap.* 655. *n.* 49. Beltramin. *ad Greg. XV. decis.* 162. *num.* 16. Card. Caualer. *decis.* 186 *n.* 1. *& decis.* 418. *num.* 9. Ludou. Posti. *d. tract. obseru.* 53. *num.* 1. hinc inferens *num.* 3. diuturnum hospitem, seu illum, qui ab aliquo amico in hospitio, & domo recipitur, nullo temporis cursu quærere quasi possessionem hospitij & domus. Ergo, &c.

Quia respondetur negando maiorem ex dictis 161 *supra num.* 126. *cum seqq.* cùm date locum Congregationi ad celebrandas suas festiuitates, & ad exercitia facienda sit debitum in vim obligantium, & titulorum præcedentium Moniales ad patientiam præstandam obligantium, vnde quando possessio verificatur ex titulo præcedenti, sine dubio manutentio debetur, Cenci. *de censib. in addit. p.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 3. *art.* 9. *num.* 17. Posti. *d. obseru.* 53. *num.* 19. Ad quam excludendam debet euidenter constare 162 materiam esse merè facultatiuam, Seraphin. *decis.* 323. *num.* 3. Beltramin. *ad Greg. XV. decis.* 162. *in fine,* vbi reddit rationem, ne scilicet sub prætextu 163 materiæ facultatiuæ de facili sit manutentio denegenda.

Quicquid sit, planè constat olim Moniales cele- 164 brationem dictarum festiuitatum impedire voluisse Congregationi, & hac de re litem mouisse coram Vicario generali huius oppidi Matritensis, de qua mentio fit in instrumento transactiones & concordiæ, vnde succedit conclusio quòd in actis etiam merè facultatiuis dicitur acquisita possessio quando præcessit prohibitio, seu contradictio cum subsequuta acquiescentia, Beltramin. *ad Greg. XV. decis.* 162. *sub num.* 16. Melch. Lotter. *de re benefic. tom.* 1. *lib* 2. *quæst.* 31. *num.* 29. Rot. *decis.* 297. *sub num.* 4. *&* 5. *p.* 2. *diuers.* Posti. *d. tract. obseruat.* 53. *num.* 28.

Nec obstat quod ex aduerso allegatur, videlicet 165 titulos in quibus Congregatio fundatur esse nullos, vtpore quia per vim & metum gesti dicuntur, & ex defectu solemnitatum, ac proinde nullitate hac stante, debebat retardari mandatum de manutenendo. Quia respondetur totum negando, primum constat ex dictis *suprà num.* 106. *cum seqq.* secundum paret, quia nullitas contractus non potest impedire possessori manutentionem, vt de possidente vigore contractus reprobati in terminis Cæs. de Graffis *decis.* 4. *de causa possess.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 1261. Posti. *d. tract. obseru.* 62. *num.* 8. Et de possidente vigore donationis, contra quam opponitur de illius nullitate, & inualiditate Rot. *decis.* 270. *num.* 4. *p.* 1. *recent.*

Ratio duplex assignari potest, generalis scilicet, 166 & specialis: generalis est, quia ex quolibet contractu, & actu inutili, & nullo transfertur possessio in alium, *l.* 1. §. *si vir uxori, l. quod vxor* 16. *ff. de acquir. possess. l. nec vllam* 13. §. *in omnibus, ff. de petit. hæred. l. si donatæ* 36. *ff. de donat. inter vir. & vxor. l.* 2. §. 1. *in fine, ff. pro donato, l.* 1. §. *deiicitur vers. denique ff. de vi & vi arm.* Matiens. *l.* 8. *gl.* [illegible] *n.* 32. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil. & glos.* 6. *n.* 1. Mastrill. *decis.* 253. *num.* 13. *p.* 3. Surd. *cons.* 276. *a num.* 1. *vsque ad* 5. Paz *de tenuta tom.* 1. *cap.* 28 *ex num.* 2. *& tom.* 2. *cap.* 54. *num.* 17. Posti. *d. tract. obseru.* 37. *num.* 1. quod tantùm limitatur quando nullitas est adeo clara & euidens, vt non egeat probatione, quo casu omnes doctrinas in contrarium citari solitas intelligit Posti. *d. tract. obseru.* 62. *num.* 12.

Secunda ratio specialis est, quia vbi instrumen- 16 tum obligationis fuit executioni demandatum (prout in præsenti casu) exceptio nullitatis non releuat ad impediendam manutentionem, Sigism. Scacc. *de appellat. cap.* 2. *quæst.* 19. *remed.* 1. *concl.* 5. *num.* 20. *&* 21.

& 21. Posti. *obseru. 62. num. 1.* quia illa respicit petitorium, & non est in manutentione discutienda, Rot. *apud eundem Posth. decis. 226. num. 8.* vbi quòd exceptio nullitatis translationis respicit petitorium.

168 Denique non obstant exceptiones contra testes oppositæ, quia non admittuntur in isto summariissimo iudicio. Cou. *pract. cap. 17. num. 4.* Christoph. de Paz *de tenuta cap. 7. n. 7. & 9.* Seraphin. *decis. 342. in fine, & decis. 392. num. 2. & decis. 561. num. 2.* Gregor. XV. *decis. 449. num. 10.* Vnde Beltramin. ad ipsum *decis. 449. num. 11.* ait quòd ideo non admittitur exceptio quòd testis sit interessatus, &
169 Card. Caualer. *decis. 223. num. 2.* resoluit propterea
170 non obstare exceptionem aduersus Monachum testem, quòd non sit admittendus in hoc iudicio pro suo monasterio.

171 Quibus fundamentis in iure & facto irrefragabilibus fuit ad fauorem Confraternitatis promulgatum decretum de manutenendo, tenoris sequentis, videlicet.

En la Villa de Madrid à 23. dias del mes de Iunio de 1645. años visto este processo y autos del por el señor Licen. Don Diego Osorio Protonotario y Iuez Apostolico de la causa que es entre partes de la vna, el Doctor Agustino Barbosa Padre mayor, y demas Hermanos y Congregacion de los esclauos del sanctissimo Sacramento, sita en la Iglesia del Conuento de Monjas descalças de la Concepcion francisca que llaman del Cauallero de Gracia desta Villa de Madrid, y de la otra la dicha Abbadessa, Monjas, y Conuento de Monjas descalças franciscas de la Concepcion que ansi mismo se dicen de Iesus Maria. Dixo que sin prejuyzio del derecho de las partes en el Iuycio petitorio y possessorio plenario; y en el interim, y hasta tanto que otra cosa se prouea y mande deuia de manutener, manutenia, y manutubo, amparaua y amparò al dicho Hermano mayor, y demas Hermanos y Congregacion del santissimo Sacramento sita en el dicho Conuento y Iglesia en la possession en que ha estado y estauan a el tiempo y quando se mouio este pleito de celebrar sus fiestas, los primeros Domingos de cada mes, y otros dias extraordinarios en el discurso del año, como son la octaua del Corpus, por ocho dias continuos, quando los señala la Congregacion, y los tres dias de carnestolendas, y todos los dias de toros por las tardes, y las exequias de sus defuntos en la Iglesia del dicho Conuento, Capilla y Altar mayor, y tener creencia con las insignias del santissimo Sacramento, y de poner en la Capilla y Altar mayor de la dicha Iglesia andamio de madera para el Altar y su peana, armandole como les parece, y todo lo demas conueniente, adornando la Iglesia, Capilla y Altar maior y parte que quiere, poniendo muchas luzes, y otros adornos: y de que las diches Monjas por el sacristan de la Congregacion les den los vestuarios y ropa blanca que fueren necessarios para la celebracion de todas las dichas festiuidades, y para las Missas cantadas, y pulpito; y de tener la llaue cada vno de aquellos dias el sacerdote que ha de desir la Missa mayor cantada, del sagrario del Altar mayor hasta encerrarse el sanctissimo Sacramento a la noche; y de desir por persona deputada por la dicha Congregacion en todas las festiuidades ordinarias y extraordinarias, y exequias la Missa mayor con Diacono y subdiacono, y comulgar en ella y en otras à los esclauos del sanctissimo. y de traer musicos e instrumentos de fuera para officiar la dicha Missa mayor y completas. y de conbidar y traer predicadores que prediquen en la dicha Iglesia à voluntad de la Congregacion en todas las dichas festiuidades y de poner los bancos de respaldar y sin respaldar para asentarse los Hermanos de la Cõgregacion y las personas combidadas y otros deuotos que bienen à la Iglesia, diuidiendo con gradas en caso necessario los hombres de las mugeres, y de tener el vso libre de la Capilla de nuestra Señora de Gracia, y la llaue del sagrario della y copon y de comulgar en ella en todo tiempo a los esclauos. y de lleuar tanbien para este effecto con su llaue por vn Sacerdote Congregante el sanctissimo Sacramento de la dicha Capilla de nuestra Señora de Gracia a el Altar mayor para la Comunion general de los esclauos en todos los dichos dias de fiesta ordinarios y extraordinarios, y de boluer despues el copon a la dicha Capilla y Sagrario de nuestra Señora de Gracia: y de pedir limosna con mesa y fuente y libro de escriuir los esclauos, y assentar las limosnas que ellos dan, a las puertas de la dicha Iglesia de la parte de adentro y poner estandarte de la dicha Congregacion en todas las festiuidades della, y en el Iueues y viernes santo de cada vn año, y que en la dicha possession no sean inquietados molestados, ni perturbados por persona alguna: para lo qual se den y despachen los mandamientos de manutencion necessarios en forma con penas y censuras, y ansi lo proueyò, mandò, y firmò. El licenciado Don Diego Osorio.

Nimiam post hæc scripta insectandi, ac reprehendendi licentiam assumpsit quidam, qui se prodere non est ausus, in quodam libello furtim in hac Curia sine nomine Auctoris impresso, in quo multum insudare videtur, nô in hac nostra iuris allegatione improbanda, sed in ea rabiosè diffamanda prorumpens in quandam maledicendi audaciam, 172

Quid non audebis perfida lingua loqui,

ex Mart. 7. *epigr. 2*. quæ in causa fuit vt Illustrissimus & Reuerendissimus D. meus Iulius Rospillosi in Hispaniarum Regnis Nuntius Apostolicus ex officio sub censuris dicti libelli lectionem prohibuerit, prout etiam prohibuit Supremum Castellæ Consilium, datis litteris & speciali commissione D. D. Augustino del Yerro, dignissimo Curiæ Regalis Præfecto, ad inquirendum, & procedendum, contra omnes culpabiles repertos.

Non est cur ego doleam, cùm certum sit nullum esse tam perfectum opus, quod non vellicare malignitas possit, vt dicit Seneca *lib. 1. de benef. c. 1.* 173

Magnus Tertullian. *lib. 4. contra Valent.* duo nobis proponit; vnum circa notitiam Valentini, his verbis. *Sperauerat Episcopatu Valentinus, quia ingenio poterat & eloquio, sed alium ex martyrij prærogatiua loci potitum indignatus, de Ecclesia authenticæ regulæ abrupit (vt solent animi pro prioratu exciti præsumptione vltionis accendi) ad expugnandam conuersus veritatem, & cuiusdam veteris opinionis semini, actu celebrasso viam delineauit.* Alterum circa Valentinorum desiderium ne eorum scripta publicarentur. *Nihil magis curant* (vt dicit *cap. 1.*) *quàm occultare quod prædicant*; quia *nihil veritas erubescit* (addit *cap. 3.*) nisi *solummodo abscondi. Ego autem neminem nomine, quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit confiteri, nec de illo queri poterit quisquis de se bene senserit*, vt loquar cum Cicer. *pro leg. Manil.* 174

Non possum non summè dolere, quòd Moniales, quæ strictiorem religiosam vitam ducunt, hac via de me vindictam sumere intendant; & in defensionem prætensi sui iuris talem publicent libellum, prætendentes Congregationem de facto expellere, eam iniustissima lite vexantes, cùm deberent plusquam alij lites effugere, & prorsus euitare, vt admonet Cardinalis Hugo super illa verba Psalmi 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam*; qui diuidens tria Populi Dei, secularium scilicet, Clericorum, & Religiosorum, & pacis quoque genera. Pax reconcilia- 175

tionis ad Deum, pax peccatoris ad se ipsum, & pax temporis ad proximum. Concludit, dicens. *Tertiam autem propriè loquitur Religiosis, quibus propriè competit lites nullas habere.* Quod Apostol. 1. *ad Corinth. c. 6.* innuit dum dicit. *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?* Et *ibi in glos.* S. Augustinus ita ait ad propositum. *Perfectis igitur licet sua repetere simpliciter, id est, sine causa, sine lite, sine iudicio, sed non conuenit eis inde mouere causam ante iudicem.* Et Lyra in sensu literali idem declarat. *Licèt enim,* ait ille, *cuilibet licitum sit rem suam in iudicio repetere etiam Religiosis, tamen repetere rem suam in iudicio peccatum est in aliquo casu, vtpote quando de tali repetitione surgat scandalum, vel aliud magnum malum.*

176 In hoc casu adest vniuersale scandalum cunctorum, qui vident Moniales non repetere quod suum est, sed denegare quod Congregationi euidenter debetur, & nulla potest tergiuersatione occultari, & quod peius est, paruipendent Apostolicorum iudicum mandata, nec illis obtemperare valent, contra quas est danda declaratoria. Cassador. *decis. 6. de causa possess. & propr.* Crescent. *decis. 1 de sequestrat. possess.*

177 Graue enim delictum, & deterrimi exempli est inobedientia, & contumacia, gloss. *in cap. duo sunt 96. dist.* Abb. *in cap. 1. num. 10* & *ibi* Rip. *num. 29. de iudic.* Cou. *in cap. alma mater, part. 1. §. 9. num. 5. de sentent.*

178 *excom lib 6.* vtpote quæ ex contemptu proficiscitur, & alios ad contemptum prouocat, & ideo censuris coërcenda, vt censuit Rota *in Cordub. n. dimidia portionis 1. Iulij 1630. coram bona mem. Merlino.*

179 Nec de me possunt Moniales conqueri, cùm ratione officij obligatus essem iura Congregationis pro meo posse defendere, ne illa esse desineret eo tempore, quo ego illius essem Præfectus; quanta vigilantia, quanto studio obtinuerim ostendit causæ exitus, & satis indicat aduersaria potentia, in quo negotio opus fuit plus pro conseruatione iuris quæsiti plus, quàm in eo adquirendo laborare, quia difficilius est Prouincias obtinere, quàm facere, viribus parantur, iure retinentur. Et, vt inquit Ouid. 2. *de remed.*

Non minor est virtus quàm quærere, parta tueri:
Casus inest illic, hic erit artis opus.

180 Imò, vt dicit Claudian. 2. *Stilich. Paneg.*

——Plus est seruasse respectum
Quam quæsisse decus.

181 Et Cassiodor. 1. *var. epist. 25. De custoditis autem acquiritur laudata perfectio.*

Conchen. nullitatis Ordinis.

Ordinatus sacris Ordinibus per vim, & coactionem præcisam, & absolutam non recipit characterem, nec tenetur ad obseruantiam voti castitatis; si verò per vim causatiuam, seu conditionalem ordinetur, characterem recipit; sed tamen non tenetur continere, nec prohibetur contrahere matrimonium.

VOTVM LXXVII.

1 *Casus contingentia proponitur, & n. 2.*
3 *Dubia disputanda proponuntur.*
4 *Vis alia præcisa & absoluta, alia causatiua, seu conditionalis.*
5 *Ordinatus per vim præcisam, & absolutam non recipit characterem, nec tenetur ad obseruantiam voti castitatis.*
6 *Baptismus non confertur patienti vim præcisam, & absolutam.*
7 *Ordinatio vbi non valet, nec etiam valere potest præceptum, aut votum quod validæ ordinationi annexum est.*
8 *Character imprimitur inordinato, vel baptizato per vim conditionalem, seu causatiuam.*
9 *Voluntas coacta voluntas est.*
10 *Voluntas coacta sufficit ad impressionem characteris.*
11 *Actus omnis, in quo reperitur non solùm simplex voluntas, sed cum qualitate libertatis, & spontaneitatis si fiat coactè, non valet.*
12 *Matrimonium si fuerit metu contractum, est ipso iure nullum.*
13 *Electio metu facta est nulla.*
14 *Dos metu constituta est nulla.*
15 *Castitatis promissio de sui natura requirit qualitatem libertatis à coactione.*
16 *Castitas est voti, non præcepti.*
17 *Continentia suaderi potest, sed non præcipi nolenti.*
18 *Votum vi & metu graui extortum ipso iure est nullum.*
19 *Votum castitatis tacitum à coacto emissum non tenet sicut expressum.*
20 *Puer qui non sit doli capax, si promoueatur ad Ordines sacros, non tenetur continere.*
21 *Potestas in Ecclesia est compellendi puerum sacris Ordinibus promotum vt continentiam seruet, nisi compos factus velit in Ordine permanere.*
22 *Character cuiuslibet Ordinis sacri potest imprimi infanti vnius diei, modò sit baptizatus.*
23 *Castitas non est de substantia & essentia Ordinis Subdiaconatus.*
24 *Ecclesia quandoque dispensat super castitate in ordinato.*
25 *Subdiaconis de tempore primitiuæ Ecclesiæ licebat contrahere matrimonium, & post Ordinis susceptionem anterioribus vti coniugiis.*
26 *Ordo per se ingressus non impedit matrimonium, sed constitutio Ecclesiæ.*
27 *Canonistæ, & Iureperiti referuntur qui tenent Subdiaconum Ordinem suscipientem per vim causatiuam non teneri continere.*

28 Theo

28 *Theologi referuntur idem sentientes.*
29 *Rota Romana idem sentit.*
30 *Concilij Toletani VIII.* cap.7. *intellectus.*
31 *Subdiaconus per metum & coactionem ordinatus est verè & propriè Subdiaconus.*
32 *Subdiacono prohibitum est contrahere matrimonium.*
33 *Castitas indicta Ordini sacro ex immediata constitutione Ecclesiæ, secundùm aliquos.*
34 *Continentiæ obligatio sacris Ordinibus annexa est directè & immediatè ex præcepto Ecclesiæ, secundùm nonnullos.*
35 *Obligatio continentiæ Ordinibus annectitur mediante voto proprio ordinatorum secundùm alios.*
36 *Subdiaconi sunt adstricti voto continentiæ simul ex lege ecclesiastica immediatè, secundùm aliam opinionem.*
37 *Ordo ex adiuncto voto castitatis quomodo dirimat matrimonium?*
38 *Concilium Trid. asserit Subdiaconos vel ex voto, vel ex constitutione Ecclesiæ ad continentiam teneri.*
39 *Votum seruandi castitatem in Subdiacono deriuatur à iure positiuo.*
40 *Ecclesia non intendit grauare fideles inuitos ad perpetuam castitatem.*
41 *Statutũ Ecclesiæ de seruanda castitate sacris Ordinibus annexa, ex quibus componatur.*
42 *Doctores referuntur, qui tenent suscipientem Ordinem Subdiaconatus per vim coactiuam teneri continere.*
43 L.Regla 32.tit.6.part.1.*declaratur,*
44 *Doctrina ad matrimonij nullitatem facientes bene adaptantur ad similes professionum, & Ordinum nullitates.*
45 *Metus definitio, & eius natura declaratur.*
46 *Metus debet esse talis, qui cadere possit in constantẽ virũ ad hoc vt matrimoniũ, professionem & Ordinis susceptionẽ annullet.*
47 *Metus vt dicatur cadens in constantem virum quinque requiruntur conditiones.*
48 *Matrimonium per vim contractum est ipso iure nullum.*
49 *Professio per vim emissa est ipso iure nulla.*
50 *Metus grauitas diiudicatur ex circumstantiis, & qualitate ætatis, sexus, & imbecillis animi.*
51 *Metus est difficilis probationis.*
52 *Probationes leuiores sufficiunt in metu.*
53 *Indicia, & coniecturæ ad probandum metum admittuntur.*
54 *Probatio difficilis sufficit fieri per coniecturas, & indicia.*
55 *Testes domestici admittuntur in probatione metus.*
56 *Testes singulares in probatione metus reiiciendi non sunt.*
57 *Historia narratur ex qua metus initium sumpsit, & num.58.*
59 *Personæ interposita ad metum incutiendũ, & quomodo probetur, n.60.61.62.63.64.65.66.67.68.69.70. & 71.*
72 *Metus mortis, aut cruciatus corporis, vel abscissionis membri dicitur cadens in constantem virum.*
73 *Reuerentia quam filius præstare debet patri, quando sit sufficiens ad inducendum metum, qui caderet in constantem virum.*
74 *Metus reuerentialis per se solũ non est sufficiens ad reddendum irritum contractũ.*
75 *Timor rationabilis grauis mali simul cum metu reuerentiali sufficiens est ad annullandum contractum.*
76 *Metus reuerentialis cum verberibus, aut minis sufficit ad irritandum contractum, quamuis non probetur minitantem solitum esse minas exequi.*
77 *Terribilitas personæ cum metu reuerentiali sufficiens est pro nullitate contractus.*
78 *Timor incurrendi parentum indignationem sufficit ad matrimonium annullandum.*
79 *Existimatio prudens, & rationabilis dubitatio de inferendo sibi malo aliquo sufficit ad matrimonium annullandum.*
80 *Qualitas personarum, quæ metum patiuntur, & incutiunt multum inspici solet in eius probatione.*
81 *Testis vnus iuncta aliqua præsumptione metum probat.*
82 *Antonius aduersam semper habuit ad statum ecclesiasticum inclinationem.*
83 *Auersio & repugnantia multum confert ad metus probationem.*
84 *Antonius fuit instantissimis precibus à parentibus inductus vt Subdiaconatus Ordinem susciperet, & n.85.*
86 *Preces importunæ, & instantissimæ persuasiones aptæ sunt metum incutere cadentem in virum constantem.*
87 *Paria sunt obtinere per importunitatem, & obtinere per metum.*
88 *Persona inducta ad contrahendum per suasionem instantissimam dicitur contrahere per vim & metum.*
89 *Matrimonium per nimiam importunitatem contractum annulletur.*
90 *Preces importunæ à patre, alióve Superiore adhibitæ matrimonium annullant.*
91 *Preces, & persuasiones ac periculum grauis indignationis in patre, interuenerunt in præsenti casu.*
92 *Antonius cùm ad Subdiaconatus Ordinem traheretur, cum lacrymis acerbum sui animi sensum exprimebat.*
93 *Lacrymæ & suspiria metus continuationem probant.*
94 *Protestationes & reclamationes Antonij.*
95 *Causa ex qua inductus pater filium vexabat, quomodo cessauerit.*
96 *Protestationes nihil aliud sunt quàm declarationes volũtatis illius, qui protestatur.*

97 Prote

97 *Protestationes declarant animum, & remouent consensum à recepto.*
98 *Protestationes concludenter non probant metum.*
99 *Protestationes multum coadiuuant & opitulantur, præsertim stantibus aliis adminiculis.*
100 *Protestatio præcisè non requiritur quòd fiat in eodem actu.*
101 *Principium meticulosum attendi debet, vt exinde sequuta ab eo regulanda sint.*
102 *Animus quis & qualis fuerit in præteritum, declaratur à subsequentibus.*
103 *Fama & communis vox multum opitulatur ad probationem metus.*
104 *Antonij perpetua repugnantia exercendi actum Ordini sacro annexum, & ascendendi ad superiores Ordines, & n. 105. 106. 107. 108. & 109.*
110 *Coniecturæ simul iunctæ cùm tendunt ad eundem finem, metum plenissimè probant.*
111 *Singula quæ non prosunt, multa iuuant in materia probationum.*
112 *Votem in Capitulo non habent nisi ij tantùm Canonici, qui in Sacris sunt constituti.*
113 *Vox pendet à Canonia.*
114 *Canonici dicuntur de Capitulo, licèt non sint in Sacris.*
115 *Vocem in Capitulo habere potius est præeminentia, & fructus Canonicatus, quàm Ordinis.*
116 *Suspensus ab officio est pariter suspensus ab vsu & fructu dandi vocem.*
117 *Suspensus ab Ordine non est suspensus à iure, & præeminentia dandi vocem in Capitulo.*
118 *Irregularitatem non incurrit priuatus iure dandi vocem, si nihilominus illam in Capitulo det.*
119 *Decisiones in causa Parmen. nullitatis Ordinis declarantur.*
120 *Ordinum distributio nulla facta fuit in Ecclesia Conchensi.*
121 *Metus causa durante nullus consensus præsumitur liberæ voluntatis.*
122 *Pater pro filio testificari prohibetur.*
123 *Confessio patris probat metum intercessisse in matrimonio filij.*
124 *Confessio propria est maior omnium probatio.*
125 *Parentum depositiones admittuntur in causa matrimonij spiritualis, & carnalis filiorum.*
126 *Parentes in causis filiorum quando testificari possint.*
127 *Testium nonnullorum integerrima fides aliorum supplet defectum.*
128 *Testes singulares probant metum.*
129 *Minæ probantur per testes singulares.*
130 *Domestici & familiares, qui tales non erant tempore depositionis, rectè probant.*
131 *Familiares produci possunt in casibus difficilis probationis.*
132 *Familiares bene admittuntur quando ex natura rei veritas aliter haberi non potest.*
133 *Familiares rectè admittuntur ad probandum ea, quæ in domo peraguntur.*
134 *Metus præsens qualiter requiratur.*
135 *Suspicio metus contractum irritat sicut & metus, intellige vt num. 136.*
137 l. metum autem 9. ff. de eó quod metus causa, *declaratur.*
138 *Concil. Trid.* sess. 25. de regularib. c. 19. *quo casu loquatur.*

Dominus Antonius Nuñez Treuiño de la Vega, Miles militiæ Sancti Iacobi de Spatha, ac Thesaurarius & Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Conchensis, felicis recordationis Vrbano VIII. exposuit, quòd aliàs ipse dum vigesimum primum suæ ætatis annum ageret, ad sacrum Subdiaconatus Ordinem se promoueri passus fuit, ad id inductus per vim & metum, qui cadere poterant in constantem virum; cumque nullitatem suæ talis promotionis intenderet, eidem Pontifici supplicari fecit, quatenus D. Episcopo Conchensi committere dignaretur, vt si inquisita per illum super præmissis diligentiùs veritate, ad Subdiaconatus Ordinem huiusmodi suscipiendum per vim & metum, qui caderent in constantem virum, eum inductum fuisse repererit, præmissorum occasione ad continentiam seruandam non teneri, sed præmissis non obstantibus matrimonium cum quauis muliere nullo aliàs iure sibi prohibita contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, ac in eo postmodum remanere, necnon in paternis, & maternis, aliisque sibi legitimè obuenientibus bonis succedere liberè, & licitè posse, prolemque exinde suscipiendam legitimam fore declaret. Quibus supplicationibus Summus idem Pontifex, modo aliquo annuere volens, dicto D. Episcopo per suas litteras in forma Breuis *sub dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die* 28. *Nouembris* 1643. committere & mandare de Apost. benignitatis fauore dignatus est, quatenus vocatis ad id, qui fuerint euocandi, in præmissis omnibus, & singulis, dummodo dictus D. Antonius Nuñez Treuiño susceptionem dicti Ordinis tacitè, vel expressè non ratificauerit, in illoque non ministrauerit, ac data per eum cautione de stando iuri, & iudicato parendo, auctoritate Apost. faciat, & declaret, prout de iure fuerit faciendum & declarandum. 1

Præsentatis Apost. litteris huiusmodi coram Illustrissimo & Reuerendissimo D. Enrico Pimentelio, dignissimo Episcopo Conchen. ac per eum acceptata iurisdictione in illis sibi concessa, coram eo proposuit dictus D. Antonius Nuñez Treuiño se ab hinc quatuordecim annos Subdiaconatus Ordinem suscepisse, & tamen nullo continentiæ voto eidem Ordini annexo adstrictum remansisse, eo quòd dictum Ordinem susceperat per vim & grauem metum cadentem in constantem virum, incussum ab eius parente Emmanuele Suarez Treuiño, sine animo & intentione se obligandi dicto voto, in qua semper 2

ſemper immotus perſeuerauit,ante & poſt actum ordinationis, ſæpiùs proteſtando de vi,& metu huiuſmodi ſibi illato, cum animo ſtatim reclamandi vbi, & quando occaſio ſe obtulerit, & cauſa metus ceſſauerit,continuò ſe abſtinendo ab exercitio dicti Ordinis, & à qualibet alia expreſſa,vel tacita illius approbatione.Sed Promotori Fiſcali data copia eorum omnium pro nullitate huiuſmodi allegatorum, & facta ex officio contradictione, fuit coram eodem Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo deuentum ad informationes, quibus omnibus perſpectis conſultus pro veritate dubitaui an conſtet de vi,& metu ſufficienti ad annullandum continentiæ votum Subdiaconatus Ordini annexum, itaut dictus D. Antonius Nuñez Treuiño continere non teneatur, & ad nuptias liberè,& licitè conuolare poſſit?

3 Materia iſta duas continet inſpectiones, vna,quæ reſpicit fundamẽtalem quæſtionem, *An D. Antonius Nuñez Treuiño per vim & metum ſacris Ordinibus initiato fuerit character impreſſus,taliter quod teneatur ad obſeruantiam voti caſtitatis eidem annexi?* Altera quæ dubij principalis reſolutionem comprehendit,petit, *Vtrùm vis, & metus eidem D. Antonio incuſſus ad hoc vt dicto Subdiaconatus Ordine initiaretur, ſufficienter probetur ad effectum, vt non teneatur ad obſeruantiam prædicti voti?*

Primæ inſpectionis Quæſtio.

Vtrùm D. Antonio Nuñez Treuiño per vim, & metum ſacris Ordinibus initiato fuerit character impreſſus taliter quòd teneatur ad obſeruantiam voti caſtitatis eidem annexi?

4 HAnc quæſtionem arduam appellat Rota *in decis.561.sub num.11.p.1.diuerſ.* & ſubtiliſſimam, ac de apicibus Iuris dicit Nau.*conſ.4.ſub n.11. de his quæ vi.* Pro terminorum verò cognitione præſupponendum eſt magnam quoad propoſitum reperiri differentiæ rationem inter vim, & coactionem præciſam & abſolutam,& inter illam,quæ cauſatiua, ſeu conditionalis appellatur: nam quando coactio promoti ad ſacros Ordines fuit præciſa & abſoluta, vt euenit in eo, qui per vim, aut ligaminibus te-
5 netur, non imprimitur character, nec tenetur ad obſeruantiam voti caſtitatis, prout nec confertur
6 Baptiſmus, *cap.maiores, §. item quæritur,de Baptiſmo, cap. Presbyteros 50.diſt.* Et talis dicitur inualidè or-
7 dinatus,& vbi non valet ordinatio, nec etiam valere poteſt præceptum,aut votum, quod validæ ordinationi annexũ eſt,nouè Aueſa *de ſacram. Ordin. q.*
8 *1.ſect.8.verſic. ſatis tamen,& ſeqq.* Cùm verò vis eſt conditionalis,ſeu cauſatiua, vt in eo, qui vt euadat periculum,vel mortem,conſentit ſe ordinari,vel baptizari,tunc imprimitur character *cap. de Iudæis 45. diſt.cap. vbi iſta 74.diſt. cap. quod quidem 1.q.1.* adeſt
9 enim voluntas licèt indirectè, & voluntas coacta voluntas eſt,*l. ſi mulier, §. ſi metu, ff. de eo quod met. cauſa.cap.merito 15. quæſt. 1.* cum aliis per me citatis *Axiom.230. num.8.* Quod ſufficit ad impreſſionem
10 characteris,ſecundùm gloſ.*verb.honorem in d.cap.vbi iſta 74.diſt.* Rot.apud Cæſ.de Graſ.*deciſ.1, n.1.de his, quæ vi,*aliàs *deciſ.560.p.1.diuerſ.& deciſ.40.p.6.recent.* & reſoluunt per me relati ſuprà *voto 37.n.11.lib.2.*
11 De cauſatiua & conditionali vi D. Antonio facta hic à nobis agendum eſt,cùm non prætendat ſe fuiſſe compulſum, aut coactum coactione præciſa, & abſoluta ſuſcipere Subdiaconatus Ordinem, quia non fuit ligaminibus tentus vt ordinaretur,ſed coactione cauſatiua,ſeu conditionali,& ſic dubitari nõ poteſt de legitima characteris impreſſione.Difficultas ergo eſt,an teneatur ad obſeruantiam voti caſtitatis Ordini ſacro annexi, quod eſt præſentis inſpectionis intentum.De hac quæſtione latè à me actum fuit *d. voto 37. à num.13. lib.2.* vbi tria fundamenta pro negatiua parte, cui tanquam probabiliori adhæſi, in medium adduxi. Alia in eadem cauſa, pro qua etiam conſuluit,eleganter & copioſè cumulauit concollega,& amicus meus D.Doctor Don Gabriel Martinez. Et primum, quia omnis actus in quo reperitur non ſolùm ſimplex voluntas, ſed cum qualitate libertatis,& ſpontaneitatis, ſi fiat coactè, ſiue per voluntatem coactam, non valet,iuxta tex.*in cap. notificaſti 33. quæſt.5.* & *ibi* gloſ.communiter recepta *in verb. licentiam*,quam commendat Abb.*in cap.cum locum num.6. de ſponſal.* prout videmus in matrimonio,in quo requiritur iſta voluntas libera,& ſponta-
nea, *d.c.cùm locum,cap.gemma, de ſponſalib.* Quòd ſi 12
fuerit metu contractum, eſt ipſo iure nullum, *c.ſignificauit, de eo qui duxit in uxor. gloſ.pen.in cap. veniens,de ſponſal.*cum citatis per me *in votis deciſ.lib.2.*
*voto 17.num.104.*quibus addo Aueſa *de matrim.q.4.* 13
ſect. 2. & in electione metu facta, quæ pariter eſt nulla,*cap.vbi periculum, §. cæterùm, de elect.in 6.* Ego *in votis deciſ.lib.2.voto 47.n.29.*& in dote metu con-
ſtituta,*l. ſi mulier,§.ſi dos.ff. de eo quod metus cauſa,* & 14
in teſtamento metu condito,*l. qui teſtamento,§.vlt.ff. de teſtam.* Caſtitatis autem promiſſio de ſui natura 15
requirit qualitatem libertatis à coactione, *c. perlatum. de his quæ vi,cap.ad aures, de ætate,& qualit.c.1. 51.diſt. cap.præſens 20.quæſt.3.* gloſ. *in cap. vbi iſta,*
*verb.honorem 74.diſt.*Et eſt voti,non præcepti,*cap.in-* 16
*tegritas 32.q.1.*Innoc. communiter receptus *in c. vel non eſt compos,de tempor.Ordin.* S.Thom.*in 4.ſentent.*
*diſt.25.q.3.*Continentia enim ſuaderi poteſt, ſed nõ 17
præcipi nolenti,*d.c.integritas 32.q.1.* nam,vt inquit Apoſt.*1.ad Corinth.c.7. de virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do*, & inferiùs de viduis, ibi, *beatior autem erit ſi ſic permanſerit ſecundùm meum conſilium*, & hanc rationem eſſe irrefragabilem,dicit Rot. *d.deciſ.561.n.2.p.1.diuerſ.*

Deinde,quia omne votũ vi, & metu graui extor- 18
tum,ipſo iure eſt nullum,*c.perlatum,c.cùm dilectus,de his quæ vi,*S.Thom.*2.2.q.89.art.5.& 7.ad 3.*Raphael. Aueſa *de Ordinis ſacram.q.4.ſect.8.verſ.probari ſolet.*
Vnde quemadmodum non teneret votum caſtitatis 19
expreſſum à coacto,ſiue metuente emiſſum, ita nec tacitum tener,in quo minor ratio obligationis ineſſe videtur,vel ſaltim par,& æqualis,non maior,ad *l.expreſſa nocent,ff.de reg.iuris,*& bene conſiderat Rota *d. deciſ.561.n.14* Et arguendo de voto expreſſo ad votũ tacitum Ordini annexum, tenet hanc ſententiam in ſimilibus terminis Innoc.*in d.c.vel non eſt compos,n.1.*
de tempor.ordin. vbi dicit quòd ſi puer,qui nõ ſit do- 20
li capax,promoueatur ad ſacros Ordines, ſicut non poteſt ſe obligare expreſsè ad votũ caſtitatis,ita nec etiam tacitè,& propterea non tenetur continere,nec impeditur contrahere matrimoniũ,& Innocentiũ ſequuntur Hoſt.*ibi*,& Anchar.*in Clem.fin.in fin.n.9. de ætate & qual.*Nau.*conſ.4.n.4.de his quæ vi,*vbi allegat S.Thom.& pulchram illius rationẽ *in 4.ſent.diſt.25. quæſt.2.art.1.* Bonacin.*de matrim. quæſt. 3. puncto 9. ſub num.14. & 15.* & innumeros pro hac ſententia cumulat Sanchez *de matrim.lib.7. diſp.30. num.3.4.*
*5.& 8.*vbi tenet expreſsè non eſſe poteſtatem in Ec- 21
cleſia compellendi puerum ſacris Ordinibus promotum vt continentiam ſeruet, niſi compos factus velit in Ordine permanere, late Aueſa *de ſacram. Ordinis*

Ordinis quaſt. 4. ſect. 8. verſ. ſecundo, cum ſeqq.

22 Vnde infertur non omnem impreſſionem characteris ſacri Ordinis facere ordinatum inhabilem ad matrimonium, cùm aliàs etiam infanti vnius diei, modò ſit baptizatus, poſſit imprimi character cuiuslibet Ordinis ſacri, vt per Guillelm. de Monte Lauduno *in Clem. 1. d. ætate & qual.* tenent alij, quos refert, & ſequitur Nau. *d. conſ. 4. num. 4.* Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub. 7. cap. 3. num. 8. & ſeqq.* & tamen talis infans non tenetur continere ex dictis, & hæc ratio multum placuit Dominis de Rota *in d. deciſ. 56. . num. 6.*

23 Denique, quia caſtitas non eſt de ſubſtantia, & eſſentia Ordinis Subdiaconatus, ſed tantùm ex conſtitutione eccleſiaſtica, vt probaui *d. voto 37. ſub n. 3.*
24 *verſ. tertio.* Et videmus quandoque quòd Eccleſia diſpenſat ſuper caſtitate in ordinato, vt de ſtylo Cancellariæ refert Hieron. Paul. *in ſua pract. fol. 54.* & de praxi Pœnitentiariæ Apoſt. Sarnen. *in tract. Breuium*, quos allegat Rot. *. deciſ. 561. num. 7. & in fine.*
25 Etenim de tempore primitiuæ Eccleſiæ Subdiaconis licebat contrahere matrimonium, & poſt Ordinis ſuſceptionem anterioribus vti coniugiis, pro vt vtuntur hodie Græci, vt colligitur ex Gregorio Magno *lib. . epiſt. .41.* & refertur *in cap. ante triennium, cum ali. ſeq. . 3 . .* Et propterea Doctores antiqui, videlicet Archid. & Turrec. *in cap. in præſentia, de prob. .* docuere quòd Ordo per ſe inſpectus non
26 impedit matrimonium, ſed conſtitutio Eccleſiæ facta ratione Ordinis, vt refert & ſequitur Rota *d. deciſ. 561. num. 11.*

Ex his & aliis fundamentis hanc negatiuam opinionem, videlicet quòd non teneatur continere, nec prohibeatur contrahere matrimonium, qui coactione cauſatiua, ſeu conditionali Subdiaconatus Ordinem ſuſcepit, tenent.

27 Ex Canoniſtis, & Iureperitis gloſ. celebris *verb. honorem verſ. ſed hoc non credo, in d. c. vbi iſta 74. diſt.* gloſ. *verb. conditionaliter, verſ. Ioannes dixit quòd non cogitur, in cap. maiores, §. item quæritur, de Baptiſmo,* vbi ſequitur opinionem Gloſſatoris antiqui. Ordinarij *in d. cap. vbi iſta*, & præcipuè Hugo *num. 3.* Archid. *num. fin.* Gemin. *in fine*, & Ego *num. 4.* Et in *d. cap. maiores, §. item quæritur,* Hoſt. *n. 38.* Henric. *n. 7.* Card. *num. 1.* & Ego *num. 18.* Turrec. *in cap. 1. num. 7. diſt. 72.* Imol. *in cap. Ioannes num. 21. de cleric. coniug. & in cap. ſueris num. 7. de his quæ vi,* Petr. de Rauena *in compendio Iuris Canon. tit. de Baptiſmo n. 7.* Calder. *conſ. 1. in fine tit. qui cleric. vel von.* Barbat. *conſ. 60. num. 5. & ſeqq. vol. 1.* Greg. Lop. *l. 32. verb. que le tomar à, tit. 6. part. 1.* Rebuf. *in concord. rub. de Regia nominat. ad Prelat. §. 5. verb. ſponte*, Mogol. *tract. de iis, quæ vi, cap. 8. §. 2. num. 5. & 23.* Nau. *in man. cap. 22. num. 51. & ſeqq. & conſ. 2. num. 4. & 5. & conſ. 4. num. 1. in 1. edit. ſub tit. de his, quæ vi, aliàs conſ. 2. num. 1. & 3. & conſ. 4. num. 4. & conſ. 5. num. 2. eod. tit. in 2. edit.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 31. num. 34. & ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 5. collect. 159~.* Gurier. *de matrim. cap. 94. num. 14. & 16. in fine*, Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi c. 13. num. 3.* Paul. Squilante *de oblig. cleric. p. 1. num. 80.* Balboa *in c. ſi verò n. 22. cum ſeqq. de iureiur.* D. Acuña Archiep. Brachar. *in cap. innouamus n. 2. diſt. 60.* Cabteros *de metu lib. 3. cap. 16. n. 100. & ſeqq.* Ego *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 15. num. 5. verſ. negatiua verò pars, & in votis deciſiuis & conſult. lib. 2. voto 37. à num. 13.*

28 Ex Theologis Aſten. *in ſum. verb. Ordo 3. num. 6.* Angel. *eod. verb. 3. n. fin.* Roſel. *eod. verb. 3. n. 6.* Friburg. *in ſum. tit. de ætate & qualit. Ordin. q. 50. & ſeqq.* Ricard. *in 4. diſt. 25. art. 4. q. 2. ad 3.* Maior etiam *in 4. diſt. 24. q. 2. in ſolut. ad 5.* Sot. ſibi contrarius etiam *in 4. diſt. 25. q. 1. ad 2. & ad 3.* Viuald. *in candel. aureo p. 1. de ſacram. Ordin. num. 26.* Emman. Saa *in Aphoriſm. verb. Ordo n. 24.* Henriq. *in ſum. lib. 10. de ſacram. Ordin. c. 14. §. 3. & lib. 12. de matrim. c. 5. n. 9. lit. Q.* Vega *in ſum. tom. 2. c. 57. caſu 6.* Fr. Emman. Rod. *in ſum. tom. 1. cap. 224. n. 5. & tom. 2. cap 96. n. 4.* Villalob. *in ſum. tom. 1. tract. 14. diffic. 14. n. 4.* Rebell. *de oblig. Iuſtit. p. 2. lib. 1. q. 5.* Sayr. *in claui Regia lib. 6. c. 4. n. 20.* Azori. *inſtit. moral. p. 1 lib. 13. c. 14. q. 8.* Ægid. *de Sacrament. p. 2. diſp. 20. dub. 14. n. 145.* Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 29. n. 5.* Bonacin. *eod. tract. q. 3 puncto 9. n. 11. & ſeqq. & in Decalog. ſuper 2. precept. diſp. 4. puncto 3. num. 9.* Iul. Cæſar Madius *de ſacris Ordin. c. 3. n. 7.* Marchin. *de ſacram. Ordinis tract. 2. p. 6. diffic. 9.* nouiſſimè Raphael Auerſa *de Ordinis ſacramento q. 4. ſect. 8. verſ. putandum pag. 165* Machado *en ſu perfeto Confeſſor, y Cura de Almas lib. 3. p. 1. trat. 4. docum. 5. n. 3* & latiùs *lib. 4. p. 1 trat. 7. docum. 13. n. 5.* Trullench *in expoſit. Decalogi lib. 2. c. 2. dub. 3. n. 11.* nouiſſimè Hieronym. Garcia *en la ſuma Moral de las excelencias del Sacerdocio tra. 1. dific. 1. duda 5. punto 6. à num. 58.*

Item Rota Romana, vt conſtat *ex d. deciſ. 561. n. 1.* 29
in fine p. 1. diuerſ. intitulata, *Valentina nullitatis Ordinis*, quæ eſt *deciſ. 2.* apud Cæſ. de Graſſis *ſub tit. de iis quæ vi*, vbi præuio diſcurſu in prima poſitione extenſo, & iuribus, rationibus, & auctoritatibus maturè conſideratis (verba ſunt deciſionis) æquior viſa eſt dominis, & iuſtior opinio negatiua, quòd non teneatur continere. Eadem Rota *in cauſa Conchen. nullitatis Ordinis 27. Ianuarij 1606. coram bonæ mem. Penia Rota de cano*, quæ eſt *deciſ. 105. p. 3. recent.* aliàs *p. 1. in poſthum. Farin.* vbi *num. 2. & 4. in fine* præſupponitur hæc opinio negatiua; eadem Rota *in Parmen. nullitatis Ordinis*, quæ eſt *deciſ. 40. n. 8. p. 6. recentior.* vbi cenſuit ſuſcipientem Ordines per vim coactiuam, quamuis ſit character impreſſus, non teneri continere.

Rationes verò conſideratæ à Doctoribus contra- 30
riam opinionem tenentibus facilem habent ſolutionem, & in ſpecie ad exemplum de Baptiſmo per vim, metum, aut coactionem cauſatiuam, qui ratione ſolius characteris impreſſi tenetur omnino ad obſeruantiam legis Chriſtianæ, *c. de Iudæis 45. diſt.* reſpōdi *d. voto 37. n. 14.* Ad Conc. Toler. VIII. *c. 7.* cuius verba refert Sanchez *d. diſp. 29. ſub num. 4. lib. 7.* etiam reſpondi *eod. voto 37. n. 16.* & nouiſſimè Raphael Auerſa *de Ordinis ſacram. q. 4. ſect. 8. verſ. ad auctoritatem*, & vltra ibi dicta certum videtur verba illa non inueniri in prædicto Concilio, ſed alia affinia, ex quibus vix eſt quòd talis diſpoſitio deſumi poſſit, vt patet ex *tom. 3. Concil. fol. 191. & ſeqq. in impreſſ. Venetiis anno 1585.* & ex *collectione Concilij Hiſpaniæ impreſſ. Matriten. anno 1593. fol. 432.* & ex textu eiuſdem Concilij, quem tranſcribit Baſil. Pont. *de matrim. lib. 7. c. 29. n. 11.* Et ad illud de regula acceſſorium pariter reſpondi *eod. voto 37. num. 17.*

Aliæ ſunt minus principales, & quæ non tantū vr- 31
gent, ſed ne aliquid intactum relinquatur, breuiter ſunt proponendæ, & breuiſſimè adducendæ reſponſiones: & ad illud quod Subdiaconus per metum, & coactionē ordinatus, eſt verè & propriè Subdiaconus, arg. *c. quod quidē, in princ. & in §. opponitur 1. q. 1. & d. c. maiores, §. item quæritur, de Baptiſm.* cumque huiuſ-
modi Ordini ſit prohibitū contrahere matrimoniū, 32
c. in præterito, iuncta gloſ. *ibi 84. diſt. d. c. ante triennium 31. diſt. c. à multis, de ætate, & qualit. c. erubeſcāt, c. nemo, & c. placuit 32. diſt.* Videtur præciſè ſequi quòd teneatur viuere in perpetua continentia tanquam verus Subdiaconus. Reſpōdetur quòd licèt negari nō poſſit

Subdia

Subdiaconatum metu susceptum esse verum Subdiaconatum, non tamen inde sequitur quòd præcisè sit illi annexum continentiæ votum, cùm aliàs ad susceptionem Ordinis sufficiat voluntas etiam coacta, ex dictis; votum autem necessariò requirit voluntatem liberam saltim à metu, vt dixi *supra num.6.*

33 Sunt qui existiment ex eo quòd castitas est indicta Ordini sacro ex immediata constitutione Ecclesiæ, non videri requiri voluntatem ordinati, cùm Ecclesia potuerit apponere onus rei suæ, ex traditis per Turrec. *in d. cap. Diaconus num.2. dist. 27. & in cap. nullum num.1.& 2. dist.28.* & eo ipso quòd imprimitur character, ordinatum etiam inuitum manere adstrictum ad perpetuam continentiam, ac propterea infantem si ordinaretur in Diuinis manere similiter perpetuò obligatum ad eandem continentiam, & si contraheret matrimonium, illud non tenere, expresè resoluit Petr. de Paludano *in 4. dist. 37.* cuius opinionem refert, & videtur sequi D. Antonin. *in sum. p.3. de impedim. matrim. cap.8.* vbi reddit rationem, quia taliter ordinatus obligatur ex statuto Ecclesiæ, non voto suo, quasi quòd votum requirat voluntatem, non autem constitutio Ecclesiæ, & hanc opinionem defendit Basil. Pont. *d. lib.7. cap.29. num. 3. & 15.* & alij, quos cumulat Sanch. *d. lib.7. disp. 30. num.1.*

34 Verùm siue sustineamus opinionem eorum, qui asserunt obligationem continentiæ sacris Ordinibus annexam esse directè, & immediate ex præcepto Ecclesiæ imponentis talem obligationem iis, qui ordinantur, de qua Scot. *in 4. dist.37. quæst. 1.* Palud. *quæst.1. art.2.* Valent. *de Ordine quæst.5. puncto 5. & lib. de cælibatu quæst.2.* Paleoth. *de nothis & spur. cap.16.* Gutierr. *Canon. lib. 2. cap. 7.* Auersa *de sacram. Ordin. quæst.4. sect. 7. vers. præferendus, pag. 154.* & alij; pro qua opinione solet allegari Concil. Illybertanum *can.32.* receptum à tota Ecclesia Latina, vt per Hurtad. *de sacram. Ordin. diffic.26.*

35 Siue teneamus aliam opinionem affirmantem hanc obligationem Ordinibus annecti mediante voto proprio ordinatorum ex auctoritate D. Gregorij *lib.1. epist.42.* vbi expresè præcipit, vt nullus deinde Subdiaconus ordinetur, nisi priùs se castè victurum promiserit, relati *in cap. nullum 28. dist.* & ex Concil. Tolet II. relato *in cap. de iis, ead. dist.* & ex Concil. Toletano IV. *cap.26.* relato *in cap. quando, ead. dist.* Caiet. *tom.1. tract.27.* Medina *in lib. de continentia cap.2.* Vazq. *disp. 247.* Ban. *2. 2. quæst. 12. art.1. concl.2.* Bellarm. *lib.1. de cleric. cap.18. & lib.1. de Matrim. cap.21.* Suar. *tom.3. de Relig. lib.9. cap.17.* Marchin. *tract.2. de Ordine p.6. cap.8. diffic.6.*

36 Siue etiam amplectamur aliam quòd Subdiaconi sint adstricti non solùm voto Ordinibus sacris ex lege Ecclesiastica annexo, sed etiam simul ex eadem lege Ecclesiastica immediatè, vt per Ægid. *de Sacram. Ordin. disp. 20. num. 13. part. 2.* Rebel. *de obligat. Iustit. lib.3. quæst.10.* Bonacin. *de matrim. q.3. puncto 9. num.13.* vbi ex pluribus Conciliis, & auctoritatibus tenet promotum non posse contrahere tam in Ecclesia Latina, quàm in Græca.

37 Siue etiam aliam tueamur, videlicet Ordinem ex adiuncto voto castitatis habere quòd impediat matrimonium, dirimere autem ex eo quòd illi voto castitatis adiuncta est ea solemnitas, quæ inhabiles reddit ad matrimonium Sacris initiatos, prout expresè illam tenent D. Thom. *in 4. dist. 37. quæst. 1. art.1.* Card. Bellarm. *lib.1. de matrim. cap.24.* Richard. Capreol. Sot. Valent. quos refert, & sequitur Basil. Pont. *d. lib.7. cap.27. num.7.*

38 Siue denique sequamur alias opiniones, quas lato calamo referunt Basil. *loco proximè citato*, & Sanch. *d. lib.7. disp.27. num. 9. & 14.* ac Machado *en su perfetto Confessor lib.4. p.1. trat.7. docum.13. n.3.* & superuacaneum esset discutere, cum sacrosanctum Concil. Trid. hoc determinare noluerit, vt patet *sess.24. can.9.* ibi: *Non obstante lege ecclesiastica, vel voto,* &c. & Rota *in d. decis. 560. & 561.* promiscuè dicat vel ex voto, vel ex constitutione Ecclesiæ esse adstrictos.

Hoc tamen vnum est quòd votum istud siue obligatio seruandi castitatem deriuatur à iure positiuo, id est, à sacris Canonibus, & legibus Ecclesiasticis, non autem à iure diuino, cùm Apostolus dicat epist. 1. ad Corinth. c.7. *de virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do;* & inferiùs loquendo de viduis, ibi: *Beatior autem erit si sic permanserit, secundùm meum consilium,* &c. & passim agnoscunt tam Iuristæ, quàm Theologi, quos plena manu refert, & sequitur Raphael Auersa *de sacram. Ordin. q.4. sect.3. vers. nunc præsenti pag.132.* 39

Ex quo infero quòd cùm Ecclesia sancta Dei non intendat grauare fideles inuitos ad perpetuam castitatem, vt egregiè materiam discutit, & hanc partem defendit Turrec. *in d. c. Diaconus per tot. 27. dist. & in dicto c. nullum n.1. 28. dist.* quem refert Raphael Auersa *d. q.4. sect.4. vers. secundo, pag.136.* Si Subdiaconatus fuerit coactè susceptus, suscipiens non tenetur ad perpetuam continentiam, nec prohibetur contrahere matrimonium. Ratio est, quia non resistit constitutio Ecclesiastica, cùm Ecclesia id non intendat; minusque resistit votum, cùm stante metu, & coactione sit ipso iure nullum, vt bene ratiocinatur Bonac. *de matrim. q.3. puncto 9. sub num. 11.* 40

Nam licèt Ecclesia potuerit imponere legem, & conditionem rei suæ, ad *l. in traditionibus, ff. de pactis. l. in re mandata, C. mandati;* hoc tamen noluit facere nisi in sponte, & liberè volentem, vt repetitis verbis dicit Turrec. *in d. cap. Diaconus num.2. 27. dist. & in dicto cap. nullum n.1. 28. dist.* vbi ait quòd statutum Ecclesiæ de seruanda castitate sacris Ordinibus annexa componitur de duobus, videlicet de auctoritate Pontificis, & de voluntate subditorum libenter obtemperantium, super quo meritò extollit Latinos, qui statuto voluntariè se subiecerunt, & inuehitur aduersùs Græcos, (qui prioribus vtuntur coniugiis post Sacerdotia) eo quòd dederunt tergum (sunt verba Turrecrematæ,) & quia non consenserunt in tam nobile statutum, vt vasa sua seruarent munda, ablatum est eis Regnum, id est, intelligentia Scripturarum, & datum est genti facienti fructum eius. 41

Ex quibus apertè colligitur hanc negatiuam opinionem tot fundamentis, & Doctorum auctoritatibus corroboratam, verissimam esse, & in praxi tenendam, licèt affirmatiua non sit penitus rationibus, & scriptorum decisionibus destituta, quin pro ea plures adduci possint à multis non contemnendæ auctoritatis receptæ, quos cumulat Sanch. *d. lib. 7. disp.29. num.4.* Rota *d. decis. 560. num.16. & d. decis. 561. sub num. 1.* & Azor. *instit. moral. p.1. lib.3. cap. vlt. quæst.8.* Sed si bene considerentur, non multùm vrgent, vt *supra* dicebam; nam eorum aliqui, quos reprehendit Rota *d. decis.561. sub num.13.* nimis inaduertenter, & inconsideratè mouentur exemplo baptizati per metum, cui respondi *dicto voto 37. n.14.* Quidam autem videntur sibi contrariari, vt per Sot. *de Iustit. lib.7. quæst.2. art. 5. ad fin.* Alij verò mouentur ex friuolis admodum & nudis rationibus, vt Basil. Pont. *de Matr. d. lib.7. c.29. per tot.* Cæteri denique (inter quos annumerari possūt Paul. Comitol. 42

resp. moral. lib. 1. quæst. 55. num. 3. cum seqq. Sot. *de Iustit. lib. 7. quæst. 2. art. 5.* Vazq. *disput. 245. cap. 3.* Siluest. Tabiena, Armil. & alij *ex Summistis in verb. Ordo*, Petr. de Ledesma *de matrim. quæst. 55. art. 4.* citati à Diana *tom. 2. tract. 4. resolut. 193.* instar secundum alios sequuntur sine vllo doctrinarum examine, quorum nonnulli moueri videntur ex his, quæ decidit Rota *d. decis. 560. sub num. 5. ead. p. 1. diuers.* dum tenere videtur partem affirmatiuam, quòd scilicet taliter ordinatus teneatur continere, esse magis communem, & dum *num. 6.* asserit quòd domini de Rota magis inclinabant pro prædicta opinione affirmatiua, & dum *num. 12.* affirmant hanc opinionem prouidere magis saluti animæ, & esse magis conuenientem honestati Ordinis sacri, & propterea dominos de Rota securius existimasse, quòd taliter ordinatus omnino peteret dispensationem à Papa. Sed, salua eorum pace, loquuntur vt parum practici in extendendis Rotæ decisionibus, & de stylo Curiæ; quem si scirent, vtique dicerent allegatam *decisionem* 560. non esse verè decisionem Rotæ, sed discursum Cæsar. de Grassis, tunc Auditoris, & illius causæ Ponentis, vt patet ex voti illius contextu: Rota enim habet hunc stylum quòd in materiis arduis, quando ob difficultates occurrentes non potest capi fixa resolutio, commendatur Ponenti vt pro dilucidatione materiæ, & faciliori resolutione, commendatur Ponenti vt pro dilucidatione materiæ, & faciliori resolutione capienda, extendat desuper discursum problematicè. Et patet euidenter, quia allegata *decis.* 560. qui est discursus *in causa Valentina nullitatis susceptionis Ordinis Subdiaconatus*, fuit extensa *sub die 15. Ianuarij* 1574. postea verò fuit repropostita eadem causa, & capta resolutio pro negatiua opinione, *sub die 22. Martij eiusdem anni in d. decis. 561. d. p. 1. diuers.* vt videre est apud eundem Cæs. de Grassis *decis. 1. & 2. de his quæ vi.*

43 Et eorum aliqui, quorum numerum implet Gutier. *de matrim. cap. 94. num. 16. in fine*, ita mouentur *lege Regia 32. tit. 6. part. 1.* vt existimarent quòd licèt de iure communi sit tenenda opinio negatiua quòd taliter promotus non teneatur continere, nihilominus, stante dispositione istius legis in his Hispaniarum Regnis proculdubio videtur tenenda, & obseruanda opinio affirmatiua: verba autem legis, quibus innititur, sunt quæ sequuntur, *departiolo el derecho de la santa Iglesia desta manera; que si alguno facen premia que reciba orden, amenaçandolo que le tomar an el beneficio sino se ordenare, maguer aquel consienta, que por tal miedo como este, pues recibio la orden de fuera ya finca el alma dentro señalada por ella, de manera que es tenudo de viuir sin casamiento* Sed illa parum, aut nihil vrget, quia omisso quòd leges Principum secularium non possunt aliquid disponere circa res Ecclesiasticas, minusque circa Sacramenta, nec quatenus adesset dispositio Canonica in hac materia, quam inuenire non potui, esset desumenda interpretatio (vel subsidiaria dispositio quatenus deficeret) ex legibus Regni, iuxta text. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constit. & cap. nouit, de iud c.* Vera solutio est quòd prædicta *lex Regia* 32. loquitur de iusta compulsione, videlicet quando ob non susceptionem sacri Ordinis Prælatus vrgente necessitate, vel statuto Ecclesiæ comminatur beneficiatum ad illum assumendum sub pœna priuationis beneficij, quo casu cùm compulsus nullam iniuriam passus fuerit (qui enim iure suo vtitur, nemini facit iniuriam, ad *l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniur.*) tenetur omnino ad continentiam, & ad cætera Ordinis onera, vt bene in proposito dicit Henriq. *lib. 10. de sacram. Ordin. cap. 14. num. 3. lit. T.* quem sequitur Sanch. *d. lib. 7. disp. 29. n. 10.* Vel, vt non ineptè dicit Gregor. Lop. *in d. l. 32. verb. que le tomar an el beneficio, in fine*, loquitur de leui metu, qui cadere non poterat in virum constantem, veluti si incutiatur de perdendo beneficio, si non ordinetur, qui dici non potest grauis metus mortis, cruciatus corporis, aut similis, qualis requiritur ad hunc effectum, iuxta notanda *infrà num. 27.*

Secundæ inspectionis Quæstio.

Vtrùm vis & metus D. Antonio Nuñez Treuiño incussus ad hoc vt sacro Subdiaconatus Ordine initiaretur, sufficienter probetur ad effectum, vt non teneatur ad obseruantiam voti castitatis dicto Ordini annexi?

PRo præsentis quæstionis resolutione aliqua sunt à me breuiter præmittenda, & in primis præsupponendum omnes doctrinas, & decisiones ad matrimonij nullitatem facientes, bene adaptari ad similes professionum, & Ordinum nullitates, cùm ab omnibus ferè vtriusque Iuris, & sacræ Theologiæ Professoribus æquiparentur, nec verisimilis differentiæ ratio inter eas assignari possit, vt ex Suar. & Sigismundo de Bononia dixi *suprà lib. 2. voto 37. num. 7.* 44

Secundò præsupponendum est metum esse quandam voluntatis passionem contra naturam, & voluntatem meticulosam esse quandam tacitam contradictionem, quæ magis accedit dissensui, quàm consensui, Bald. *in rub. de his quæ vi, in Decretal. n. 6. & 8. & in cap. super hoc, de renunciat. num. 3. vers. & nota, & in cap. cum terra 14. num. 6. de elect. & in cap. cùm inter R. num. 5. eod. tit.* Noguerol *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 29. num. 13.* Et sunt pulchra verba eiusdem Baldi, quæ naturam metus mirificè declarant, *in tract. schismatis*, ita loquentis. *Est enim meticulosa voluntas, pregnans, impura, & multiplicans quendam dissensum cum consensu, & quandam cum affirmatione negationem: habet enim in superficie volitionem, in medulla nolitionem, & scinditur cor hominis in duas partes, & vna pars est velle, altera non velle, prima superficialis, secunda realis, &c.* 45

Tertiò præsuppōnēdum est ad effectum inducendi nullitatem matrimoniis contractis, professionibus emissis, & Ordinibus receptis ex causa metus, requiri quòd metus illatus fuerit talis, qui in virum constantem cadere possit; vt colligitur ex text. *in c. cùm locum*, & ibi glos. *in verb. metus, & in cap. consultationi, in fine, de sponsal. & in cap. significauit, de eo, qui duxit in vxor. & in l. metum, ff. de eo quod metus causa*, Doctores communiter *in cap. 2. de his quæ vi.* 46

Ad hoc autem vt metus dicatur cadens in constantem virum, quinque requiruntur conditiones, de quibus Baldel. *lib. 1. moral. disp. 17.* Ioan. Machado *en su perfeto Confessor, y Cura de Almas lib. 2 p. 1 trat. 3. docum. 5. num. 2. cum seqq.* Prima est quòd malum, quod timetur, graue sit, ex *l. metum la 1. ff. de eo quod metus causa*, ibi: *Metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorem, sed maioris mali*, quod glos. explicat, id est, magni mali. Secunda vt timens non vanè, leuiterque credat illud malum sibi imminere, sed probabiliter, & rationabiliter, ex *l. metus la 2. ff. eod. tit.* ibi: *Metum autem non vani hominis timorem, sed qui merito, &c.* & ex *l. nec timorem, §. proinde el 1. ff. eod.* 47

ff. eod. tit. Tertia vt metum incutiens sit potens minas executioni mandare, ex *l. famosi, ff. ad leg. Iuliam maiest.* ibi: *Nam & persona spectanda est an potuerit facere, & ante quid fecerit*, &c. Quarta vt metum incutiens minas exequi solitus sit, ex *d. l. famosi*, in citatis verbis, ibi, *& ante quid fecerit*, & *in l. vnic. C. si quis Imper. maled.* ibi, *& personas hominum dicta pensemus*, &c. Quinta & vltima, vt non possit timens de facili occurrere malis, quæ timentur, nempe implorando auxilium alicuius, vel Superiorem consulendo, ex *l. fin. ff. de eo quod metus causa*, ibi, *Cùm potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate præditum, qui vtique vim eum pati prohibuisset*, &c. quas conditiones recenset mei amicissimus D. Alexander Raphaelius apud me *voto 16. num. 7.* qui Auditoris generalis Nunciaturæ Hispaniæ officio functus fuit ex Cingulo oriundus, Piceni Vrbe à Labieno Pompeianarum partium Duce exædificata, vt Cæsar scribit, in colle sita, cuius latus Misco amnis, qui nunc Muson, alluit, Leandro teste. Olim Episcopatu insignis fuit, nunc Auximati Antistiti subest.

48 Quartò, præsupponendum est matrimonium per vim contractum, & professionem, ac Ordines metu receptos ipso iure nullos esse, deficiente enim libero consensu, deficit quoque efficiens causa illius, vt in matrimonio probant *cap. sufficit 27. quæst. 2. cap. 2. de his quæ vi, cap. cùm apud, cap. cùm locum, de sponsal. d. cap. significauit*, Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 12. n. 18.* Farin. *in fragm. crimin. part. 2. verb. metus num. 18. & num. 26.* Marta *in votis nouiss. decis. voto 64. num. 1.*

49 Gutierr. *de matrim. cap. 77. num. 11.* Et in professione Rot. *decis. 175. num. 5. p. 1. recent.* & in Toletana professionis 19. *Nouembris 1614. coram Vbaldo sen.* Et in susceptione Ordinis, vt diximus *suprà in quæstione prima inspectionis.*

50 Quintò præsupponendum est in diiudicanda metus probatione attendendas esse circunstantias & qualitates ætatis, sexus, seu imbecillis, aut fragilis animi, *l. 3. ff. ex quibus causis mai.* Nauar. *in man. cap. 22. num. 51.* ibi: *Sextum quod etiam omnis rectus Iudex considerabit in alio alij generis metus, non solum obiectum, sed etiam circunstantias fortitudinis, vel fragilitatis non solùm sexus, vt dicit prædicta glossa, sed etiam ætatis, innatæ magnitudinis, vel paruitatis animi*, &c. Menoch. *de arbitrar. casu 135. num. 4.* ibi: *Iudex ergo noster, prudens, ac diligens, istum metum arbitrabitur iuxta personarum qualitatem*, &c. Noguer. *alleg. Iuris tom. 1. alleg. 29. num. 69.* nouissimè Auersa *de sacram. Matrim. quæst. 4. sect. 3. vers. porrò, pag. 281.* ibi: *Porrò ex diuersitate personarum, quibus metus incutitur, facilè contingere potest vt metus, qui non esset grauis in vno, sit grauis in alio, & qui non esset sufficiens ad labefactandam constantiam vnius, sit validus in altero*, &c. Vide *infrà num. 54.*

51 Sextò præsupponendum est metum esse difficilis probationis, Parif. *cons. 53. num. 63.* Seraph. *decis. 771. num. 1.* tam ex parte illum patientis cùm in eius animo sit reconditus, *l. 1. ff. quod metus causa*, Anchar. *cons. 299. num. 1.* Alciat. *cons. 5. num. 25. lib. 1.* quàm ex parte incutientis, cùm secretò & clam inferatur, gloss. *verb. ignorans in l. item si cum exceptione. §. in hac, ff. eod. tit.* Menoch. *de arbitrar. casu 116. num. 17.* Seraph. *decis. 818. num. 3.* Valenz. *cons. 29. num. 40. tom. 1. & cons. 173. n. 71. tom. 2.* Gregor. XV. *decis. 326. num. 2. cum seqq.* Rot. *decis. 242. num. 1* apud Farin. *tom. 2. cons.*

52 Hinc est quòd in eo sufficiunt leuiores probationes, Corn. *cons. 124. num. 4. lib. 3.* Alban. *cons. 79. n. 9.* Gail. *obseruat. 93. n. 19. lib. 2.* & ideo indicia, coniecturæ, præsumptiones, & argumenta, ac verisimilia ad eum probandum admittuntur, Bald. *in rub. de his quæ vi num. 2. & 8. & cons. 364. n. 5. vol. 3.* Seraphin. 53
d. decis. 771. num. 2. Gregor. XV. *d. decis. 326. num. 5. & seqq.* Noguerol. *alleg. Iuris tom. 1 alleg. 29. num. 15.* Ratio autem communiter traditur à Doctoribus quòd quando à communiter accidentibus probatio 54
est difficilis, sufficit eam fieri per coniecturas, & indicia, quæ aliàs tanquam imperfectæ reiicerentur, Ias. *in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori, ff. de noui oper. nunciat.* Honded. *cons. 29. num. 21. lib. 1.* Ioan. Franc. à Ponte *cons. 44. num. 17.* Vnde admittendi sunt te- 55
stes domestici, cùm ad hunc effectum probatio testium domesticorum habeatur efficacior, Greg. Lop. *l. 1. glos. 3. tit. 16. part. 6.* Surd. *de aliment. tit. 6 q. 23. n. 9.* Valenzuel. *cons. 173. num. 75.* Nec reiiciendi testes singulares, Farin. *de test. lib. quæst. 64. n. 276.* Anton. Gabr. *commun. tit. de testibus concl. 2. num. 56.* Marta 56
in votis nouiss. decis. voto 64. num. 4. Fontanel. *de pactis nupt. glos. 2. part. 5. n. 81.* Valenzuel. *cons. 29. n. 41. tom. 1. & d. cons. 173. n. 74.* Noguerol. *d. allegat. 39. num. 16.* Gregor. XV. *decis. 326. num. 47. & decis. 374. num. 20.* Rota *decis. 242. num. 33. & decis. 260. n. 21. & 22.* apud Farin. *tom. 2. cons. & decis. 779. num. 1. & 7. p. 1. in posthum.* Farin. licèt inhabiles sint, & aliàs non admitterentur, Alex. *cons. 575. num. 11. & 12. lib. 1.* Greg. XV. *decis. 149. num. 4. & 10.* Vide *infrà à num. 94.*

Quibus pro faciliori materiæ intelligentia in iure præhabitis, in facto sciendum est quòd cùm D. 57
Antonius Nuñez Treuiño in coadiurorem, & futurum successorem D. Christophori Treuiño Thesaurarij & Canonici in sancta Ecclesia Conchen. auctoritate Apost. designaretur, eius parentes ab eo tempore in illo spem omnem nationem suam augendi positam habuerunt, existimantes, cessante coadiutoria, & facto futuræ successioni loco, ex Ecclesiasticis redditibus, quibus Dignitas illa, & Canonicatus multum abundant, posse dictum D. Antonium sororē in matrimonio locare, & fratribus subsidio esse; sed nouitate quadam pro certo habuerunt felicissimam hanc spem iam fallere, cùm intelligerent eum Salmanticæ, vbi iuri Canonico operam dabat, cum quadam puella communicationem habere, cuius soror nobilem, & ingenuum alium virum fraudulenter, & captiosè in maritum sibi arrogauerat, & cum eo matrimonium cum summo illius dedecore contraxerat, vt ipsismet parentibus constitit ex nonnullorum relationibus, & ex epistola cuiusdam familiaris dicti D. Antonij, qui Salmanticæ feriali tempore ab eo relictus fuerat, ex quo illi ardentiùs, & acceleratiùs procurare cœperunt promotionem filij ad Subdiaconatum, vt sic tuti redderentur ne illam puellam ducere posset in vxorem, cuius rei historiam, vnde initium sumpsit vis, & metus, de quibus *infrà*, narrat eius mater D. Maria de la Vega, testis in processu *fol. 86. ad 2. & 3. art.* ibi: *A la segunda pregunta dixo, que es verdad que el dicho señor Capitan Treuiño, y esta testigo, como padres del dicho don Antonio, con grande afecto, y todas diligencias desearon que el dicho don Antonio su hijo se ordenasse de Orden Sacro, ansi por assegurarse en el estado ecclesiastico, por las muchas conueniencias que dello se le seguian, por hallarse con otros dos hijos barones, y vna hembra, que eran los dichos don Christoual, don Manuel, y doña Mariana Treuiño, por las esperanças que tenian de que por el dicho estado tendrian mayores aumentos, y tendrian amparo tres hermanos, como por assegurar de que no se per*

diessen los gastos de las Bulas de la Dignidad de Tesorero, y prebenda de la santa Iglesia de Cuenca, y del dicho beneficio, y por los grandes gastos que con el auian tenido en las escuelas de Salamanca en sus estudios, donde le tuuieron con el lucimiento, y estimacion de su hijo, y de la dignidad de Tesorero; y esto fue cosa publica, y notorio, y que lo diran todas las personas que por conocimientos tuuieron dello noticia. A la tercera pregunta dixo, que auiendo venido el dicho don Antonio desde la ciudad de Salamanca a esta villa de Madrid, para passar a la Ciudad de Cuenca, por el año passado de 1629. auiendo visto a sus padres passò a la dicha Ciudad de Cuenca, y auiendose ausentado desta dicha villa, esta testigo recibio vna carta que al dicho don Antonio su hijo escriuia Ioan Rodriguez Ximenes criado suyo, que auia quedado en la dicha Ciudad de Salamanca, y curiosa esta testigo, como carta que venia para su hijo, la abriò, leyò, y viò venia firmada del dicho criado: lo que en particular contenia era darle cuenta de que auiendo estado en la Iglesia mayor de la dicha Ciudad, auia llegado a hablarle la tia de vna muger moça, que las palabras que dezia la carta eran, la tia de aquella niña, diziendo estauan ambas con mucho cuidado de saber de su salud, y como auia llegado, y que no le auia escrito la niña por no saber como lo recibiria, y auiendola leido esta testigo, le dio tan gran cuidado, creyendo que el dicho don Antonio su hijo tendria algun gran empeño con la dicha muger, y trataria de casarse, y no ser eclesiastico, que fue a visitar a don Martin del Castillo Arcediano de Medina, y Canonigo de la dicha Ciudad de Salamanca, grande amico del dicho Capitan Treuiño, y por cuya orden en la dicha Ciudad de Salamanca se le auia buscado casa, y corria por su cuenta el darla a esta testigo, y al dicho su padre de como procedia el dicho don Antonio, y le enseñò la carta que el dicho criado escriuia, y le dio algunas quexas, que como le auia dado cuenta, si el dicho su hijo tenia algun galanteo, y el dicho Arcediano respondio, que era verdad que el dicho don Antonio; y el dicho don Martin estando juntos en su casa, auian hecho señas, y parlado con la dicha señora, que escriuia el criado que viuian frontero, y esto auia sido algunas vezes, y que le parecia no era mas que por entretenimiento, y por esso no les auia dado cuenta, pero que agora se la daua, de como la dicha muger tenia otra hermana, y auia cogido entre puertas vn Cauallero, y hechole casar con ella; y con esto boluio mas cuidadosa esta testigo, y enseñò, y dio la carta al dicho su marido, y refirio lo que le auia dicho el dicho Arcediano, conque ambos recibieron mas cuidado, disgusto, y pesadumbre contra el dicho don Antonio, y procuraron con todos medios de assegurarle, conque se ordenasse de Orden Sacro, &c.

58 Idem affirmat, & se vidisse & legisse litteras dicit D. Antonij parens Emmanuel Suarez Treuiño in processu *fol.* 113. Et se idem scire asserit D. Franciscus Treuiño *fol.* 62. *B.* Et de hoc notitiam habuisse referunt Doctor Ioannes Gonzales *fol.* 73. *B.* & Gaspar Ceron *fol.* 91. *B.*

59 Hinc parentes occasionem sumpserunt ad obligandum eorum filium D. Antonium Nuñez Treuiño, vt illico ad Subdiaconatus Ordinem promoueretur, id prætendentes per interpositas personas eorum nomine, deinde personaliter eum includentes, & strictè alloquentes in Camera non solùm ad explorandam eius voluntatem, sed etiam vt modis omnibus illum inducerent etiam per vim, & metum, ac minas dictum Ordinem sacrum suscipere.

60 Inter personas per parentes ad hunc effectum interpositas, testes nominant don Christophorum Treuiño parentis D. Antonij consobrinum, qui eundem D. Antoninum sibi in coadiutorem designauerat, & in cuius domo, & sub illius degebat obedientia quando ad Conchensem ciuitatem se conferebat: ita Ioannes Gutierrez Aguado fol. 25. ad 4. art. Licentiatus Petrus Garcia de Ormedilla Presbyter, *fol.* 33. etiam *ad* 4. & latè D. Franciscus Treuiño *fol.* 63. *etiam ad* 4. *art.* ibi: *Y sabe que el dicho Capitan Treuiño como lleua dicho hizo las instancias que fiere en ello con el dicho don Christoual su primo, para que hablasse al dicho don Antonio su hijo, y le dixesse que de presente auia Ordenes de las temporas de san Mateo, y que pues tenia ya los veinte y vn años cumplidos, se dispusiesse para que se ordenasse, para que le assegurasse de la sospecha que tenia de la dicha muger de Salamanca, y que a el no le podria perder el respeto por ser su tio, y de quien auia recibido muchos beneficios, y dabole sus prebendas, y sin embargo de auer hecho lo possible con el para que se ordenasse, no lo quiso hazer, diziendo no lo queria hazer, porque no tenia inclinacion a ello. &c.*

Doctor Ioannez Gonzalez *fol.* 73. *B.* ibi: *Y este testigo sabe que el dicho Capitan, padre del dicho don Antonio, auia escrito en razon dello à don Christoual Treuiño su tio, que es en cuya casa estaua el dicho don Antonio, diziendole le instasse, y persuadiesse a que se ordenasse de Orden Sacro, que con esto se asseguraria de la sospecha que tenia de la dicha muger, y ayudaria a los dichos sus hermanos, y el dicho don Antonio el dicho don Christoual Treuiño, assegurandole que todo lo tenia dentro de su cosa lodaria, se ponia en execucion lo que el dicho su padre le mandaua, ordenandose; y el dicho don Antonio siempre estuuo remisso en hazerlo, por no apetecer el estado eclesiastico, juzgando no le conuenia el dicho estado. A la quarta pregunta dixo, que dize lo que dicho tiene en la pregunta antes desta, y que sabe como persona que estaua dentro de la casa del dicho Tesorero, que el le hizo muchas instancias y persuasiones para que se ordenasse a las ordenes de S. Mateo, que auia al presente, poniendole delante el gusto que a el, y al dicho su padre daria, y como el quedaria obligado siempre a fauorecerle; y siempre el dicho don Antonio, no obstante las dichas persuasiones, y ruegos, estuuo de contrario parecer, y no quiso hazerlo, &c.* D. Gaspar Ceron *fol.* 91. *B. ad* 4. *art.* idem affirmat de auditu à parentibus, & dicit fuisse publicum & notorium. 61

Emmanuel Suarez Treuiño D. Antonij parens, 62 *fol.* 113. *B. ad* 3. *art.* postquam narrauerat casum, & qualiter D. Christophoro Treuiño scripserat vt omnibus modis suaderet eius filium ad Subdiaconatus Ordinem suscipiendum, tandem concludit ab eodem Don Christophoro Triuiño talem recepisse responsionem. *Et dicho don Christoual Treuiño respondio a este testigo como auia hecho quantas diligencias auia podido con el dicho don Antonio su hijo para que le obedeciesse, y se ordenasse, y que aunque le auia propuesto las conueniencias que se le seguian, y el enojo, y indignacion de sus padres, no le auia podido reducir, antes siempre auia respondido que el no obedecer a sus padres, y ordenarse, era por no tener inclinacion al estado eclesiastico, &c.*

Annumerant etiam testes D. Martinum del Castillo Archidiaconum de Medina in S. Ecclesia Salmanticensi, & deponit D. Emmanuel Suarez *fol.* 114. 63 *ad* 5. *art. Que hablò a D. Martin del Castillo Arcediano de Medina, y Canonigo de la santa Iglesia de Salamanca, que era muy su amigo, y del dicho don Antonio su hijo, para que significasse al dicho su hijo el enojo que este testigo, y su madre tenian, de que no les huuiesse obedecido,*

obedecido, ordenandose en Cuenca, y que la causa que les auia mouido a escriuir a su tio le hiziesse ordenar, era el auer recibido la carta contenida en la tercera pregunta, y auerse informado del empeño que tenia con la dicha muger, y de su calidad, y hazienda, y como otra hermana de la susodicha auia cogido, y casadose con otro Caualero calificado, y que assi temian no le sucediesse lo mismo, y perdiesse las rentas eclesiasticas, y los aumentos que esperauan auia de tener, y los grandes gastos que auian tenido en el despacho de las Bulas, y que todo a ello que no fuera matarle haria con el, sin que se acordasse de que era su hijo, y que escusasse el no darle mas enojos, y que no le sucediesse vna desdicha; y el dicho don Martin del Castillo le respondio a este testigo como auia hablado al dicho don Antonio, y significadole lo contenido en la pregunta, propuestole las conueniencias que se le seguian de ordenarse, y los daños de lo contrario, y que no auia podido conuencer al dicho don Antonio, por que respondia no tenia inclinacion al estado eclesiastico, y que assi no se auia de ordenar, &c. Idem refert D. Maria de la Vega D. Antonij mater *fol.* 88. *ad* 5. *art.*

64 Et Doctor Ioannes Gonçalez testis *fol.* 74. etiam *ad* 5. *art.* ibi: *En la quinta pregunta dixo, que sabe que passando este testigo con el dicho don Antonio desde la Ciudad de Cuenca, a la de Salamanca a sus estudios, vinieron por la villa de Madrid a ver al dicho su padre, donde encontraron a don Martin del Castillo Arcediano de Medina, y Canonigo en Salamanca, amigo del dicho Capitan, y del dicho don Antonio, y con quien el se comunicaua en la dicha Ciudad; y auiendo estado parlando gran rato el dicho Arcediano, y el dicho don Antonio al salir de Missa de la Parroquia de san Saluador de la dicha villa de Madrid, y pareciendo le a este testigo que era cosa de pesadumbre lo que entre los dos se comunicaua, auiendose despedido este testigo, y el dicho don Antonio se fueron a caza del dicho Capitan su padre, y en ella le preguntò que era lo que auia passado con el dicho Arcediano, que se era algun enfado, a lo qual le respondio, y dixo que el dicho Arcediano, respeto de la amistad que tenia con el dicho su padre, y como el le dezia de su parte el mucho gusto que tendria de que se ordenasse, proponiendole las razones de congruencia que para ello auia, y lo que el dicho su padre le auia dicho, y que de no lo hazer le auia de suceder vn gran desayre con su padre, y que temia mucho, respeto del grande enojo que tenia el dicho su padre, no le sucediesse alguna desgracia con èl, que mirasse lo que hazia, que con ordenarse lo aquietaua todo.* Gaspar Ceron *fol.* 92. *ad* 5. refert de hoc facto notitiam habuisse, & eo tempore publicum, & notorium fuisse; & audiuisse ab eodem D. Antonio Nuñez Treuiño attestantur omnes ferè testes examinati *super* 5. *articulo.*

65 Verùm cùm parentes intelligerent intentum consequi non posse interponendo aliorum preces, & instantias eorum nomine factas, deuenerunt ad eam resolutionem de personaliter filium alloquendo ad effectum illum obligandi sacrum Ordinem suscipere, cuius locutionis modum & euentum narrat dictus Emmanuel Suarez Treuiño D. Antonij parens in processu *fol.* 115. *ad* 6. *art.* his verbis. *A la sexta pregunta dixo, que viendo este testigo que el dicho su hijo no le obedecia, aunque por diferentes partes le auia dado a entender el enojo con que estaua de no auerse ordenado, por su misma persona le llamò, en compañia de D. Maria de la Vega su muger, y cogiendole en casa, con grandes ruegos procuraron persuadirle a que se ordenasse, proponiendole los grandes gastos que auian tenido en el despacho de las Bulas de la prebenda, beneficio, y pensiones, y con el gran cuidado que les tenia la carta que auian recibido, contenida en la tercera pregunta, y que no le sucediesse lo que al otro Cauallero con la hermana de la muger con qui en el hablaua, con que se perdiesse todo, y el se hallasse pobre respeto de tener este testigo los muchos otros hijos, haziendole grandes amenazas, y dandole a entender que si no les obedecia, demas de incurrir en su indignacion, no le embiarian a Salamanca, ni le tendrian con el luzimiento con que le auian tenido, sino a vn pupilaje en la villa de Alcalà, en que no le tendrian por rico, ni nadie le codiciaria para casarse con el; y aunque le representò todo lo que lleua dicho, y su enojo, y indignacion, viendo no les daua el si de que se ordenaria, le dixo este testigo que el veria el modo que auia de tener para salir del cuidado en que estaua, haziendole otras grandes amenazas.* Idem refert D. Maria de la Vega mater *fol.* 88. *B. ad* 6. *art.*

Doctor Ioannes Gonçalez *fol.* 75. etiam *ad* 6. idem affirmat, ibi: *A la sexta pregunta dixo, que este testigo como persona que assistia en casa del dicho Capitan, en compañia del dicho don Antonio, no le podian reducir, ni el dicho don Martin del Castillo, ni otras personas que auian entrado de por medio; se determinaron a dezirselo ellos mesmos, y con efeto lo hizieron, diziendole las razones que auia para ordenarse, y el mucho gusto que dello recibirian, y que sus hermanos tendrian en el arrimo, y les podria soccorer; y que si no lo hazia le embiarian a Alcalà de Henares a vn pupilaje, donde no tendria el lucimiento, y ostentacion que auia tenido en Salamanca, ni se haria caso del, esto con persuasiones tal vez de padres, y otras con amenaças que le hazian, y el dicho don Antonio nunca venia con la voluntad de los dichos sus padres en ordenarse, diziendo que aquel estado no le conuenia, y los dichos sus padres le dezian con resolucion, y enojo, auia de ser aunque no quisiesse, que ellos tomarian medio en la materia, &c.* 66

Et hoc idem audiuisse à D. Antonio Nuñez Treuiño, & ab eius parentibus ab hinc decem annis & vltrà, attestantur Franciscus Gomez de Atze *fol.* 40. B. *ad* 6. Illust. & Reuerendissimus D. Antonius Paynus Episcopus Auriensis *fol.* 52. *B. ad* 6. D Franciscus Triuiño *fol.* 65. etiam *ad* 6. qui refert ita de eo tempore sibi scripsisse Emmanuelem Suarez Triuiño, D. Gaspar Ceron *fol.* 92. *B.* etiam *ad* 6. Franciscus Garai Castelejo *fol.* 58. etiam *ad* 6. Doctor Nicolaus Rodriguez Hermosino *fol.* 102. Don Martinus de Aduna y Auendaño *fol.* 106. Don Sebastianus Guillamas *fol.* 110. & cæteri omnes *super sexto articulo.* 67

Habito sine fructu tali parentum colloquio cum D. Antonio Nuñez Treuiño, per eos deuentū postea fuit ad executionem mandati, eidem tunc temporis Salmanticæ degenti, cum deliberatione, & imperiosè ordinantes, vt ab Episcopo Abulensi in oppido de Areualo habitante absque mora Subdiaconatus Ordinem reciperet, filius præfatus accepta parentis epistola cum magna vultus mœstitia, & lachrymarum effusione cœpit timere asperam, & terribilem parentis conditionem, & sic metu correctus, & per vim adductus tandem Ordinem suscipere, sine voluntate constituit, vti historiam narrat testis oculatus Doctor Ioannes Gonçalez *fol.* 76. *B. ad* 9. *art.* ibi: *En la nouena pregunta dixo, que estando este testigo con el dicho don Antonio en la Ciudad de Salamanca en sus estudios, le lleuò carta de su padre para que se fuesse a ordenar a la villa de Arebalo deste Obispado (donde al presente estaua el señor don Francisco Marques de Gaceta, Obispo del) y el dicho don Antonio dio cuenta dello a este testigo, diziendo auia de ir con el a acompañarle, y para ello le lleuò a su aposento, a donde empeçaron a conferir en la materia, diziendo a este testigo como el no tenia gusto de ordenarse, y esto con lagrimas, y otros sentimientos, que demostrauan su poco gusto; mas que temia* 68

la

la aspereza, y condicion del dicho su padre, y que si no lo hazia, auia de hazer con el alguna demasia, y excesso; y este testigo le dixo, que pues no lo hazia con su gusto, no fuesse que no era justo violentar su natural, y tomar estado por fuerça, al qual respondia siempre no tener voluntad dello, mas que su padre le apretaua de tal forma, que por esso y por el riesgo en que se ponia sino lo hazia, auia de yr, y con efeto pusieron en execucion la jornada, y en ella el dicho don Antonio siempre mostraua en el rostro, y acciones el poco gusto que lleuaua para ordenarse: y auiendo llegado a la dicha villa de Arebalo, este testigo le procurò animar, y persuadir a que se ordenasse, respeto del empeño del dicho su padre y su condicion, y el dezia estaua de tal forma, que mas quisiera echar se en vn peço, que fuera mas facil salir del sin ahogarse, que de la orden que auia de tomar: y auiendole ordenado el dicho señor Obispo, le persuadio mucho a que cantasse la Epistola, y el nunca quiso; y en todas las acciones que este testigo le vio hazer, durante el dicho tiempo que estuuo en las ordenes, demostraua el poco gusto que tenia en ordenarse: y auiendolo hecho, boluieron a la dicha Ciudad de Salamanca, y en el camino el dicho don Antonio iva diziendo el poco gusto con que se auia ordenado, y el que auia de tener en aquel estado, por lo auer hecho contra su voluntad: y en Salamanca el tiempo que estuuieron, y se trataua desta materia, siempre dezia, y significaua el poco gusto con que lo auia hecho, y que el no se tenia por Clerigo, que por los temores, y persuasiones de su padre lo auia hecho, y no por otra cosa, y esto mismo le vio dezir muchas vezes despues de ordenado, y por auer estado mas de ocho meses despues con el, de que se ordenò, y esto responde.

69 Alius testis Franciscus Garai Castelejo Presbyter *fol. 99. ad 9. art.* refert quòd audierit à D. Antonio Nuñez Treuiño, quando ordinandi causa ex ciuitate Salamantina ad Areualum se contulit, ibi: *A la nouena pregunta dixo, sabe que viendose oprimido el dicho don Antonio de los continuos ruegos, y amenaças de su padre, temiendo su aspereza y condicion, que no le sucediesse vna desgracia, sabiendo que el dicho Capitan Treuiño su padre le auia escrito la recibiesse, y se ordenasse de Epistola, y no lo dilatasse mas; porque de lo còtrario, el trataria del remedio. El dicho don Antonio temiendo las resoluciones del dicho su padre dixo, yo me voy a ordenar por gusto de mis padres, pero no con la voluntad mia, ni de quedar ordenado, y assi partio de la dicha Ciudad de Salamanca a Arebalo, donde residia el dicho señor Obispo, lleuando en su compañia a Iuan Gonçalez criado, que a la sazon le assistia, que al presente es Medico de Medicina en Alcalà, y se ordenò de Epistola, boluiendo a la dicha Ciudad de Salamanca con los mismos desabrimientos que siempre auia mostrado, publicando que aunque se auia ordenado, no se tenia por tal, y esto lo sabe, porque como lleua dicho, le assistia en la dicha Ciudad de Salamanca, y lo vio, y oyò, ser, y passar assi.*

70 Omnes testes in processu examinati vno ore acclamant D. Antonium Nuñez Treuiño per vim, & metum sibi à parente, viro aliàs asperæ, & terribilis conditionis, incussum Ordinem Subdiaconatus suscepisse. Ita Andreas Rufato Presbyter *fol. 12.* ibi: *A la nouena pregunta dixo, que tiene por cierto que el ordenarse de Epistola el dicho D. Antonio Treuiño, fue por las grandes instancias, ruegos, y amenaças continuas que sus padres le hizieron para que se ordenara, y por la aspera condicion del dicho su padre, y por la reuerencia que les deuia, y no darles disgusto, y por temor de que el dicho su padre lleuado de su aspereza y resolucion, con alguna colera repentina hiziesse con el algun exceso, &c.* idem attestantur Blasius de la Plaça Presbyter *fol. 30. B. ad 9.* & Petrus Garcia de Ormedilla Presbyter *fol. 35.* & cæteri *ad 9. art.* interrogati.

Ex contextura depositionum testium supra citatorum clarè deprehenditur instam ad fuisse in parentibus causam, vt D. Antonium Nuñez eorum filium solicitarent, & per vim attraherent vt se sacro Subdiaconatu ordinari pateretur; deinde apparet ad id consequendum eos interposuisse personas Christophori Treuiño, & Martini del Castillo, qui illi significarunt indignationem patris; & quòd inde malum graue sibi obueniri posset. Postea patet ipsos parentes eum personaliter alloquutos cum magna resolutione, quòd nisi illis obediisset in faciendo se Sacris initiari, eum cum graui pudore suo non ampliùs mitterent ad Salmanticensem Vniuersitatem, sed ad studium Complutense, vt ibi degeret in domo pupillari vulgò *pupilaje* nuncupata, alias minas vexationum iactantes iustum, & rationabilem metum inducentes; & quòd si adhuc eis parere noluerit, modum exquirent opportunum intentum assequendi, & curam, quam habebant, deponendi. Vlteriùs ex duorum testium depositione constat dictum D. Antonium Nuñez Treuiño coactione huiusmodi impulsum, & metu perterritum, inuitum Ordinem Subdiaconatus suscepisse, attestantes de actu proximè præcedente, & subsequente ipsam ordinationem; & omnes asserunt de credulitate vis, & metus huiusmodi à patre incussi, & quòd dictus D. Antonius Ordinem susceperit metu reuerentiali patris ferocis obstrictus. 71

Quid ampliùs? Sufficiens omnibus videri debet hæc probatio; nam licèt ex ea non appareat dicto D. Antonio Nuñez Treuiño vllum mortis, aut cruciatus corporis, vel abscissionis membri metum fuisse incussum, qui dicitur cadens in constantem virum, iuxta text. *in l. nec timorem, ff. quod met. causa, & in l. metum 3. ff. quibus ex causis mai. & in l. interpositas, C. de transact. & in l. si donationis, C. quod metus causa, & in cap. cùm dilectus, de his quæ vi,* cum notatis per glos. *verb. in constantem, in cap. consultationi, de sponsal.* Alex. *cons. 99. num. 3. lib. 3. & cons. 156. num. 6. lib. 5.* Ferret. *cons. 340. num. 5. p. 2.* Trullen. *in Decalog. lib. 2. cap. 2. dub. 3. num. 1.* Machado *en su perfeto Confessor lib. 2. p. 1. trat. 3. docum. 6. n. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 5. n. 4.* Palao *d. tom. 1. tract. 2. disp. 1. p. 7. num. 2.* Baldel. *d. lib. 1. disp. 17. num. 4.* nihilominus euidenter constat ex aliis pluribus timoris speciebus illum passum fuisse vim & metum, qui cadere poterant in constantem virum, cùm concurrerint quinque illæ conditiones, de quibus *suprà num. 27.* Adest nanque timor grauis mali, quod dictus D. Antonius rationabiliter credere poterat sibi verè inferendum à parente terribili, austero, rigido, & repentinæ resolutionis, quem indignatum, & infensum sciebat, nam iusta imminentis mali, & sic metus suspicatio sufficit pro metu, vt infrà probaui *n. 97. cum seqq.* 72

Et licèt reuerentia, quam filius præstare debet patri, ob quam non audet illi contradicere in eo, quod sibi proponit, poterat esse per se sufficiens ad inducendum metum, qui caderet in virum constantem, secundùm glos. *verbo patrem in cap. præsens 20. q. 3.* Cabreros *in tract. de metu lib. 2. cap. 19. n. 74.* Antonin. Diana *resolut. moral. p. 3. tract. 5. miscel. resolut. 20.* & Basil. Pont. *de matrim. lib. 4. cap. 5. num. 6.* arg. *l. 4. ff. de regul. iuris,* ibi: *Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini, & l. 1. ff. quarum rerum actio,* vbi rescinditur promissio facta à liberto ob metum, vel nimiam patroni reuerentiam: & ratione etiam suaderi videtur, quia similiter hæc reuerentia, & verecundia minuit libertatem dum quis non audet suis maioribus contradicere in eo, quod alioqui sua sponte 73

ſponte non eligeret: attamen ſecurior & verior opinio tenet ſolam reuerentiam, ſiue metum reuerentialem non ſufficere ad reddendum irritum contractum, vt probatur ex *l. pdeiuſſor, §. pater, ff. de pignor. l. ad inuidium 9. C. de his quæ vi, cap. litteras 11. de deſponſ. impub.* gloſ. *verb. conſenſit in cap. 1. eod. tit. & verb. metu in cap. inſinuante, qui clerici, vel vou.* Pereira *deciſ. 30. num. 2.* Seſſe *deciſ. 60. n. 11. tom. 1.* Fontanella *clau. 7. gloſ. 2. p. 5. num. 34.*

75 Niſi ſimul adeſſet rationabilis timor grauis mali, vt ex Soto, Ludou. Lop. Henriq Coninc. & Sanch. reſoluit Raphael Auerſa *de ſacram. Matrim. quæſt. 4. ſect. 5. verſ. aſſerendum pag.* 188. ſequuntur Baldel. *lib. 1. diſp. 22. ex num. 3.* Machado *en ſu perfeto Confeſſor, y Cura de Almas lib. 2. part. 1. trat. 3. docum. 7. à princ.* Trullench *in Decalog. lib. 7. cap. 16. dub. 4. n. 6.* Rota *deciſ. 242. num. 11.* apud Farin. *lib. 2. conſ.*

76 Vel niſi præcedant verbera, aut minæ, quamuis non probetur minitantem ſolitum eſſe minas exequi, Ioan. Garc. *de nobilit. gloſ. 17. n. 11. 18. & 19.* Marta *de ſucceſſ. legali tom. 2. p. 4. q. 1. art. 6. n. 29. & 31.* Trentacinq. *var. reſol. tit. de his quæ vi reſol. 1. num. 7. lib. 1.* Pereira *deciſ. 30. n. 7.* Cacheran. *deciſ. 179. num. 3. & 5.* Theſaur. *lib. 1. q. 51 n. 7.* Marienſ. *in dial. relat. p. 5. c. 20. n. 2. & 3.* vbi etiamſi minæ, aut verbera ex maximo interuallo ante contractum præcedant, Palao *tom. 1. tract. 2. diſp. 1. p. 7. n. 9.* Machado *en ſu perfeto Confeſſor, y Cura de Almas lib. 2. p. 1. tract. 3. docum. 5. n. 5.* ibi: *Pero el Padre Caſtro Palao prueua, y defiende que no es neceſſario que el que amenaza tenga coſtumbre de executar las amenazas en ſemejante, o en deſemejante caſo; porque puede no auer amenazado otra vez, y con todo ſer temido iuſtamente, &c.* Caſtill. *contron. lib. 3. c. 1. n. 153.* Rot. *coram Buratto deciſ. 205. num. 13. tom. 1.* & apud Theodoſ. de Rubeis *ſingul. Rotæ tom. 1. pag. 320. col. 2.* ibi: *Quòd communis, & vera eſt illa opinio, quòd matrimonium ſit nullum, ſi contractum fuit propter metum reuerentialem, & præceſſerunt verbera, vel minæ. Et quòd non requiruntur ſtrictè illa tria de magno periculo, de poteſtate inferētis, & quod ſit ſolitus exequi minas, &c.*

77 Vel niſi concurrat cum reuerentia terribilitas perſonæ minas iactantis, Sanch. *de matrim. lib. 4. diſp. 6. n. 11.* Cancer. *var. reſol. lib. 3. c. 1. n. 88.* Caſtill. *d. lib. 3. c. 1. n. 156. cum ſeqq.* Sigiſm à Bononia *de elect. dub. 54. num. 7.* Gregor. XV. *deciſ. 326. num. 12. & deciſ. 374. num. 16* Baldel. *d. lib. 1. diſp. 22. num. 13.*

78 Vel niſi accedat timor incurrendi parentum indignationem, Sigiſm. à Bononia *d. dub. 54. num. 8.* vbi quòd reuerentia cum indignatione plurimum confert ad iuſtum, & ſufficientem metum, Sanch. *d. lib. 4. diſp. 6. ſub num. 14.* vbi reddit rationem, quia quis vir conſtans, aut prudens non reputauit graue malum ſemper coram oculis habere patrem infenſum, à quo pendet, & cum quo ſemper verſaturus eſt, Raphaël Auerſa *d. q. 4. ſect. 5. verſ. aſſerendum in fine,* ibi: *Immo in filiis reſpectu parentum, & ſimilibus ſufficeret, ſi non aliud malum timeant quàm perpetuam indignationem eorum, & apud eos inuiſos haberi; quia ſane hoc eſſet grauiſſimum incommodum tandiu ſubeundum, vt per ſe apparet,* &c.

79 In præſenti caſu adſunt prædictæ quatuor limitationes, in primis *rationabilis timor grauis mali,* vt patet ex relatione perſonarum, quæ per parentes interpoſitæ fuerūt, & ex dictis, & depoſitionibus ipſorummet parentum, qui verba multum prægnantia de opportuno remedio quærendo, de non mittendo ad Vniuerſitatem Salmanticenſem, cum comitiua, & familiaribus qualitati ſuæ conuenientibus, de omni graui malo præter mortem illi indicendo, cum ſimilibus; vnde D. Antonius Nuñez Treuiño rationabiliter timere potuit verè inferenda ſibi talia mala, iactata à parente rigido, auſtero, ſolitóque malè tractare ſibi non obtemperantes, licèt non requireretur in eo certitudo de his malis inferendis, cùm ſufficiat periculum, ſufficiat probabilis, & prudens exiſtimatio, imò & rationabilis dubitatio, quia hæc verè conſtituit hominem in periculo, & apta eſt mouere virum conſtantem ne ſe exponat tali periculo, ita ſumitur ex *l. nec timorem, ff. de eo quod metus cauſa,* & reſoluit Raph. Auerſa *d. quæſt. 4. ſect. 3. verſ. vlterius pag. 281.* Nihilominus ex depoſitione duorum teſtium, de quibus *ſuprà num. 38. & 39.* ſatis apparet D. Antonium habuiſſe certitudinem de his malis inferendis, ac rationabiliter timuiſſe ſibi verè inferenda, ſi ordinari nolet, vt patet.

Non defuerunt minæ, de quibus in numero præcedenti: acceſſit deinde terribilitas parentis illas iactantis, qui rigidus, auſterus, & potens ad inferendum malum ſemper extitit, ſolituſque minas exequi, vt abundè probant omnes teſtes examinati *ſuper 7. art.* Et è contrario rara fuit, & eſt modeſtia, & ſuauiſſima conſuetudo D. Antonij Nuñez Treuiño, qui parentibus obediens eorum ſemper voluntatem ſpectabat, ſicut affirmant omnes teſtes examinati *ſuper 8. & 14. art.* ex qua perſonarum diuerſitate dijudicanda eſt metus huiuſmodi probatio, ex dictis *ſuprà num. 29.* Multum enim inſpici ſolet qualitas perſonarum, quæ metum patiuntur, & incutiunt, gloſ. & Innoc. *in cap. dilectus, de eo quod metus cauſa,* Honded. *conſ. 29. num. 28. in fine lib. 1.* Menoch. *de arbitrar. caſu 135. num. 4. & 5.* Surd. *deciſ. 194. n. 29. & 30.* Seraph. *deciſ. 771. num. 3.* Rot. *deciſ. 202. n. 5. part. 6. recent.* Machado *en ſu perfeto Confeſſor, y Cura de Almas lib. 2. p. 1. tract. 3. docum. 5 num. 7. & lib. 3. p. 1 trat. 9. docum. 3. num. 2.* ibi: *Ay hijos tan obedientes, y deſeoſos de dar guſto a ſus padres, que paſſaràn qualquier deſcomodidad por no diſguſtarlos; y otros al contrario tan ſoberuios, y ſobre ſi, y tan hechos a deſobedecer a ſus padres, que en ellos ya no viene a ſer temor reuerencial el que lo fuera en otros,* &c. Denique certum eſt magnum habuiſſe timorem incurrendi indignationem parentum, tum quia parentes ipſi eam indignationem ſæpius illi propoſuerunt & iactarunt, vt affirmat in ſuis depoſitionibus, & teſtes referunt *num. 62.* 80

Nec in hac metus probatione diminutionem aliquam patiuntur parentum, conſanguineorū, & domeſticorum depoſitiones in teſtes examinatorū, iuxta ea quæ dixi *ſup. n. 30. & 31.* & dicentur *infr. n. 122. cum ſeqq.* Nec tā plena probatio requiritur in metu ſicut in aliis materiis, cum vnus teſtis iuncta aliqua præſumptione metum probet, Mogol. *c. 10. §. 3. n. 11.* Seſſe *deciſ. 60. à n. 8.* Surd. *conſ. 513. num. 32.* Alciat. *de præſumption. reg. 3. præſ. 7. n. 5. in fine,* Maſcard. *de prob. concl. 1057. n. 3. 5. & 7.* vbi de vnico teſte cum aliis deponentibus de auditu, Honded. *conſ. 29. n. 35. vol. 1.* Franc. Monald. *conſ. 5. n. 9. & 10. p. 2.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. M. n. 170.* Rot. *in deciſ. 779. n. 8. p. 1. in poſthum. Farin.* Imò, vt dixi *ſuprà n. 52.* ſufficiunt probationes per coniecturas, præſumptiones, indicia, argumenta, & veroſimilia, huiuſmodi. 81

I. Ex nimia animi auerſione ad ſtatum eccleſiaſticum.

II. Ex inſtantiſſimis, importunis, & ſæpiùs inculcatis precibus, & perſuaſionibus parentum, & aliorum per eos interpoſitorum.

III. Ex mœſtitia & lachrymis circa actum ſuſcipiendi Ordinem emiſſis.

IV. Ex iteratis & sæpiùs re petitis protestationibus, & reclamationibus.

V. A communi voce, & fama.

VI. Ex assidua & continuata per 14. ferè annos, ac perpetua repugnantia exercendi actum aliquem Subdiaconatui annexum, & ascendendi ad superiores Ordines.

Conjectura I.

Ex nimia animi versione ad statū ecclesiasticum.

82 PLures testes in processu examinati attestantur de nimia auersione D. Antonij Nuñez Treuiño ad statum acclesiasticum; ita Petrus Garcia de Ormedilla *fol.* 34. vbi ait eundem D. Antonium respondisse D. Christophoro Treuiño instanti, & persuadenti vt Ordinibus sacris initiaretur, *que no le dexaua de hazer por el rezo, sino por que no tenia inclinacion de ordenarse*, &c. Doctor Alphonsus Suarez *fol.* 38. *B.* ibi: *Y por conocer su inclinacion contraria al estado eclesiastico.* Illust. & Reuerendissimus D. D. Antonius Paynus Episcopus Auriensis *fol.* 53. ibi: *Mostrò siempre mucha auersion ellos*, &c. D. Franciscus Treuiño *fol.* 63. *B.* dize *que respondia don Antonio quando le hablaua su tio que se ordenasse, que no queria hazerlo, porque no tenia inclinacion a ello*, &c. & *fol.* 67. ibi: *Y que totalmente repugnaua en su condicion el estado eclesiastico*, &c. Doña Maria de la Vega *fol.* 88. *B.* ibi: *Auia respondido el dicho don Antonio como no se auia de ordenar, porque no tenia inclinacion*, &c. Nicol. Rodriguez Hermosino *fol.* 102. ibi: *Diziendo no se ordenaua por no tener inclinacion*, &c. D. Martinus de Ordeña *fol.* 105. *B. ad* 3. *& 6. articulos.*

83 Quæ nimia animi auersio in D. Antonio ad statum ecclesiasticum, & ad faciendum se sacris Ordinibus initiari, arguit metum in Ordine suscepto, Hippol. Rimin. *cons.* 77. *num.* 24. inter matrimonialia Ziletti, Rota *coram Gregorio XV.* inter eius impressas *decis.* 326. *num.* 7. & apud Farin. *decis.* 260. *n.* 1. *post tom.* 2. *consil.* ibi: *Maximum autem indicium videbatur nimia auersio animi Marchionissæ erga huiusmodi nuptias.* Eadem Rot. *decis.* 779. *n.* 1. *p.* 1. *in posthum.* ibi: *Quæ auersio & repugnantia Renati multum confert ad metum probandum*, &c. cum aliis per me adductis *suprà lib.* 2. *voto* 17. *num.* 135.

Conjectura II.

Ex instantissimis, & importunis ac sæpiùs inculcatis precibus, & persuasionibus parentum, & aliorum per ipsos interpositorum.

84 NOn defuerunt plures instantissimæ, & continuæ preces, & persuasiones ex parte parentum ad inducendum, & obligandū D. Antonium Nuñez Treuiño sacrum Subdiaconatus Ordinem suscipere, de quibus deponunt testes, videlicet Licentiatus Blasius de la Plaça Presbyter *fol.* 30. *B.* ibi: *A la nouena pregunta dixo, que es cosa cierta que el ordenarse de Epistola el dicho don Antonio, fue contra toda su voluntad, y lleuado de los grandes ruegos, instancias, y persuasiones de los dichos sus padres*, &c. Idem affirmant Petrus Garcia de Ormedilla Presbyter *fol.* 35. Doctor Alphonsus Suarez *fol.* 37. *B.* Doctor Ioannes Gonçalez *fol.* 73. ibi: *En la segunda pregunta dixo, que este testigo estuuo en compañia del dicho don Antonio, y en casa del dicho Capitan Treuiño yendo a la Ciudad de Cuenca, y boluiendo della a la de Salamanca, y a esta Ciudad por espacio de tres meses poco mas, o menos: y en este tiempo este testigo VIO que el dicho Capitan Treuiño, y la dicha su muger hazian grandes instancias con el dicho don Antonio su hijo para que se ordenasse de Epistola, porque por aquel camino le asseguranan en el estado eclesiastico*, &c. D. Maria de la Vega *fol.* 89. deponit de colloquio, quod illa, ac eius maritus habuerunt cum D. Antonio Nuñez Treuiño vt ordinari vellet, & cùm viderent non posse eum conuincere, ac ad suum velle reducere, dixerunt *que si no lo hazia, y les daua gusto, que ellos verian el modo que podian tener para salir deste cuidado, haziendole otras muchas persuasiones con ruegos y amenaças, y auiendo reusado con todas veras el dicho don Antonio el ordenarse; fueron tantas, y tan continuas las persuasiones desta testigo, y del dicho Capitan su padre, y amenaças, que temeroso de caer en su indignacion, despues de auer passado muchos dias resistiendose, concedio en que se ordenaria, y se ordenò con efecto*, &c.

Doctor Nicolaus Rodriguez Hermosino Canonicus Pœnitentiarius in sancta Ecclesia Vallisoletana, *fol.* 102. *ad* 6. *art.* ibi: *Y los dichos sus Padres en muchas ocasiones le dixeron tambien las grandes instancias que le auian hecho al dicho don Antonio para que se ordenasse de Orden Sacro*, &c. Martinus de Orduña, y Auendaño Presbyter beneficiatus *fol.* 107. *ad* 9. *art.* ibi: *Dixo que continuamente en todas las ocasiones que se ha ofrecido tratar con el dicho don Antonio, el ha dicho a est testigo como por las grandes instancias que los dichos sus padres le auian hecho para ordenarse, y amenaças, y ruegos continuos*, &c. 85

Cùm ergo ex depositionibus supradictis importunitas parentum valde D. Antonium Nuñez Treuiño vrgeret, ne dicam opprimeret, interuenientibus persuasionibus, & aliis instantissimis precibus tam per ipsosmet parentes, quàm per interpositas personas graues, & auctoritate pollentes ad hoc per ipsos destinatas, vt eundem D. Antonium disponerent, vt Ordinibus sacris initiari vellet, est euidens tales importunas preces, & instantissimas, ac continuas, & sæpiùs inculcatas persuasiones aptas esse incutere metum cadentem in virum constantem, ad text. *in cap. fin. de rescrip. in* 6. vbi glos. *in verb. importunitatē, & in Extrauag. Execrabilis Ioan. XXII. de præbend. in princip.* ibi: *Et improbitas importuna petentium à nobis non tam obtinuisse quàm extorsisse plerumque noscuntur*, glos. *verb. importunitatem in cap. tua fraternitatis, de præbend.* Cacheran. *Pedem. decis.* 179. *num.* 4. Gutier. *Canon. lib.* 1. *q.* 57. *num.* 17. *cum seqq.* Ioan. Garc. *d. glos.* 17. *n.* 15. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *sub tit. de his quæ vi, resol.* 1. *num.* 7. *vers. idem est*; & etiam in casu quòd nullus metus reuerentialis concurrerit, eleganter Basil. Pont. *de matrim. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 17. ibi: *Huius sententiæ aliud fundamentum est, nisi quia spectata natura ipsa rei, & rationis iudicio adeò grauem molestiam inferunt instantissima preces, vt meritò mouere debeant virum constantem ad aliquid efficiendum; si enim metus cruciatus alicuius corporalis est cadens in virum constantem, grauior cruciatus animæ est instantia precum assidua. Quòd si apud Pontifices, quorum suprema in Republica auctoritas est, importunæ preces adeò grauem molestiam afferunt, vt sæpe annuant votis postulantium, quis dubitet etiam secundùm rectæ rationis iudicium adeò molestas esse instantes preces, vt meritò metui cadenti in constantē virū æquiparari possint*, &c. plures, quos refert & sequitur Diana *moral. resol. p.* 3. *tract.* 5. *resol.* 20. Machado *en su perfeto Cōfess. lib.* 2. *p.* 1 *tract.* 3. *doc.* 7. *n.* 7. Vnde illud 86

87 emanauit dicterium quòd paria sunt obtinere per importunitatem, & obtinere per metum, Petr. Pechi. *de testam. coniug. lib. 1. cap. 3. num. 4. cum seqq.* Valençuela *cons. 29. num. 31. tom. 1.*

88 Hinc persona per suasionem instantissimam inducta ad contrahendum, dicitur contrahere per vim & metum, arg. *l. 1. §. fin. ff. de seruo corrupto, l. 1. C. de petit. bonor.* Angel. de Vbaldis *cons. 46. num. 4. tom. 1. inter consilia Zileti*, ibi: *Accedit etiam ad hoc quòd nimia importunitas infert ad actus inualiditatem, sicut metus*, &c. Ioan. Bapt. Ferret. *cons. 296. num. 17. & 18.* ibi: *Per quæ Iura patet quòd nimia persuasio, per quam persona inducitur ad contrahendum, habetur loco compulsionis, & coactionis*, &c. Anton. Corn. *de absolut. iuram. p. 4. casu 3. num. 112. & 113.* Carol. de Grassis *de except. except. 11. n. 79.* Castill. *lib. 3. contr. cap. 1. num. 119.* Valençuel. *cons. 173. num. 6. cum seqq. tom. 2.* Noguerol *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 39. num. 69.* Trullench *in Decalog. lib. 7. cap. 16. dub. 4.* Rot. *decis. 242. num. 8. apud Far. post tom. 2. consil.*

89 Et matrimonium annullari per nimiam importunitatem, & instantissimas, ac importunas preces contractum, sicut per metum, resoluunt Franc. Monald. *cons. 5. num. 47. & 48. vol. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 7.* Rot. *coram Greg. XV. decis. 326. n. 3.* vbi loquitur de importunis, & continuis persuasionibus, quibus nomine patris solicitabatur Marchionissa, nouissimè Raphael Auersa *de sacram. Matrim. quæst. 4. sect. 5. vers. aliud quoque motiuum pag. 290.* vbi dicit experientia constare plus sæpe valere minas, preces, & blanditias, quàm terrores, & minas, ad flectendum, & labefactandum generosum, & fortem.

90 Et absque difficultate id procedere quando preces importunæ adhibentur à patre aliòve simili Superiore, censuit Rot. *coram Gregorio XV. d. decis. 326. n. 13. & 14.* & tenet Sanch. *d. lib. 1. disp. 7. n. 7.* Castro Palao *tom. 1. tract. 2. disp. 6. p. 7. n. 7.* Trullench *in expos. Decalogi lib. 7. cap. 16. dub. 4. n. 1.* Raphael Auersa *cit. loco*, addens hoc casu, etiamsi non sint importunæ & instantissimæ, ac sæpiùs repetitæ, & inculcatæ, si habeant tamen adiunctum periculum grauis indignationis, & offensionis in patre, quod ex eius conditione, & consuetudine discernendum est, eas sufficere ad reddendum irritum matrimonium, quia talis casus reducetur ad metum grauem iniustè incussum. Quamuis sit multum probabile preces importunas sufficere etiamsi cum ipsis non adsit metus reuerentialis, si credimus Anton. Dianæ, Basilio Pontio, & aliis suprà citatis *num. 86.*

91 In præsenti casu omnia dicta, etiam in fortioribus terminis verificantur, quia importunæ, & instantissimæ fuerunt preces & persuasiones à patre, & ab aliis eius nomine factæ; fuit etiam adiunctum periculum grauis indignationis in patre, quæ plusquam sufficientes videri debent ad effectum vt liberè dicere possimus D. Antonium Nuñez Treuiño per vim & metum cadentem in constantem virum Subdiaconatus Ordinem suscepisse.

CONIECTVRA III.

Ex mæstitia, & lachrymis circa actum suscipiendi Ordinem emissis.

92 DOctor Ioannes Gonçalez familiaris & socius D. Antonij Nuñez Treuiño in itinere, quod fecit ad oppidum de Areualo, vbi Ordinem suscepit, refert quòd idem D. Antonius conferre cœpit familiariter secum instantissimas preces, & persuasiones importunas, quibus eius parens vtebatur, vt eum induceret ad Subdiaconatus Ordinem suscipiendum, & dum loquebatur qualiter inuitus ad Ordines trahebatur, cum lachrymis, & acerbo animi sui sensu id exprimebat, vt patet ex eius depositione *fol. 76. B. super 9. art.* ibi: *Deziendo a este testigo como el no tenia gusto de ordenarse, y esto con lagrimas, y otros sentimientos que demostrauan su poco gusto*, &c.

Ex quibus lachrymis, & suspiriis colligitur signum euidens quòd inuitus trahebatur ad Ordines, cùm metus continuationem probent. Ita Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 126. num. 17.* ibi: *Quarta coniectura quando is, qui contraxit, vel contractui consentit, eo tempore lacrymabatur*, &c. Seraphin. *decis. 859. num. 2.* ibi: *Secundò hanc metus continuationem clarè probant querelæ, & lacrymæ ipsius Ludouicæ tunc temporis recusantis adhuc matrimonium contrahere*, &c. Noguerol *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 39. num. 67.* Rot. *coram Greg. XV. decis. 326. num. 40. cum seqq.* vbi inter indicia metus enumerat mœstitiam, lamentationes, conquestiones, & suspiria. Eadem Rot. *decis. 260. num. 3. apud Farinac. tom. 2. suorum consil.* ibi: *Sed etiam continua lamentationes, quas vbique, & omni tempore emittebat, suspiria, lacrymæ*, &c. Eadem Rot. *decis. 779. num. 5. p. 1. in posthum. Farin.* ibi: *Quartò de mœstitia, afflictione, lamentationibus, lacrymis, & suspiriis Renati tam ante, quàm post professionem*, &c. 93

CONIECTVRA IV.

Ex iteratis, & sæpiùs repetitis protestationibus, & reclamationibus.

PRotestationes, & reclamationes sæpiùs iteratas protulit D. Antonius Nuñez Treuiño ad conseruationem iuris dicendi de nullitate contra meticulosam Ordinis susceptionem, vt expressis & repetitis verbis referunt testes examinati, & præcipuè Ioannez Gutierrez Aguado *fol. 26. B. ad 10. art.* ibi: *Y protestando en presencia deste testigo, y de otras personas que no le pudiese prejudicar para tomar otro estado, que auia de reclamar en teniendo ocasion*, &c. & *ad 11. art.* ibi: *Y assi lo ha protestado en prensencia deste testigo*, & ibi: *Y que solo deseaua ocasion para dezir de nulidad contra dicha orden de Epistola iudicialmente*, &c. Licentiatus Blasius de la Plaça *fol. 50. B. ad 9. art.* ibi: *Protestando que auia sido contra toda su voluntad, y sin animo de obligarse al Voto, ni otra cosa qual le pudisse prejudicar para otro estado*, &c. & *ad 12. art.* ibi: *Sino que antes ha estado reclamando, diziendo que no està ordenado*, &c. Licenciatus Petrus Gomez de Ormedilla *fol. 35. ad 9. art.* ibi: *Porque antes y despues de dichas Ordenes ha visto que ha mostrado el dicho D. Antonio el gran disgusto con que lo auia hecho, protestando que auia sido contra toda su voluntad*, &c. Licentiatus Franciscus Gomez de Arce *fol. 41. B. ad 9. art.* ibi. *Y le ha oido dezir, y protestar que auia sido contra toda su voluntad*, &c. Gaspar Ceton *fol. 94. ad 12. art.* ibi: *Continua y ordinariamente ha estado reclamando*, &c. Emmanuel Suarez Treuiño *fol. 116. ad 9. art.* ibi. *Mostrando siempre ordenarse contra su voluntad, y sin animo de quedar obligado al Voto, ni a otra cosa que le pudiesse impedir el tomar otro estado, y assi lo manifesto a este testigo, y a otras muchas personas antes, y despues de auerse ordenado*, &c. & *ad 12. art. fol. 117.* ibi: *Protestando reclamar por dezir no auer quedado obligado al voto de continencia, ni al dicho Orden*, &c. 94

95 Occasio autem reclamandi, & cessatio causæ ex qua inductus pater filium opprimebat, processit ex eo quòd cùm D. Emmanuel Suarez Treuiño D. Antonij parens eo tempore, quo procurabat eum ad Ordinem Subdiaconatus promouendum, tres alios filios viuos habebat, optabatque vt in eo statu ecclesiastico D. Antonius perseueraret, dum vnus & alius aderat, qui in maioratum succederet, & matrimonium contrahere posset. Sed deinde mortuis aliis filiis, & remanente solo vnico hærede dicto D. Antonio Nuñez Treuiño, cessauit causa, qua motus pater volebat eum in statu ecclesiastico permanere, & sic potuit D. Antonius reclamare & protestari iudicialiter contra meticulosam Ordinis susceptionem, absque periculo incurrendi paternam indignationem, imò cum illius beneplacito, & approbatione ob cessationem causæ, vnde vis & metus proueniebat. Ita affirmant Licentiatus Andreas Rufato Presbyter *fol.* 23. ibi: *A la dezimatercia pregunta dixo, que sabe que despues que se ordenò de Epistola el dicho don Antonio Treuiño, murieron los dichos don Manuel, D. Mariana, y don Christoual Treuiño sus hermanos; el dicho don Christoual en Flandes, y la dicha D. Mariana en Madrid, y dicho don Manuel aurà tres años en la guerra de Cataluña, todos sin auer tomado estado, ni dexado succession: y que viendo el dicho don Antonio que a sus padres no les quedaua otro hijo, con que cessaua el motiuo que auian tenido para hazerle ordenar: luego tratò de hazer diligencia en Roma, y ganò el Breue, en virtud de que se procede en esta causa*, &c. Ioannez Gutierrez Aguado *fol.* 27. B. ibi: *Y luego el dicho don Antonio, viendo que a sus padres no les quedaua otro hijo, con que cessaua el motiuo, y causa que tuuieron para hazerle ordenar, y que assi no tendrian a mal que reclamasse, sabe que escriuiò sobre ello a Roma*, &c. & sic omnes 13. *art.* vniformiter testantur.

96 Cùm igitur protestationes huiusmodi nihil aliud sint quàm declarationes voluntatis illius, qui protestatur, Seraph. *decis.* 1168. *num.* 9. Rot. *decis.* 567. *num.* 7. *apud Farin. p.* 1. *recent.* sicut declarant animum

97 D. Antonij alienissimum à recipiendo Ordine, *l. si quis*, §. *plerique, ff. de relig. & sumpt. fun. l. si mihi & tibi*, §. *interdum, ff. de legat.* 1. Rot. *coram Gregor. XV. decis.* 326. *num.* 9. ita remouent consensum à recepto, *l. si quis à principio testamenti, ff. de legat.* 3. Seraph. *decis.* 859. *num.* 3. *cum seqq.* Rot. *coram Greg. XV. d.*

98 *decis.* 326. *num.* 9. Et licèt concludenter non probent metum, *l. metus. C. his quæ vi*, Mogol. *in tract. huius tit. cap.* 10. §. *num.* 16. *vers. resoluto.* Honded. *cons.* 29. *num.* 54. *lib.* 1. Surd. *cons.* 395. *num.* 26. Rot. *decis.* 295. *num.* 6. *apud Farin. lib.* 2. *cons.* multùm tamen coad-

99 iuuant & opitulantur, vt faciliùs probetur, Nat. *cons.* 50. *num.* 18. Cou. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 3. §. 5. *n.* 12. præsertim stantibus aliis adminiculis, Angel. *in l. metus la* 3. *ff. de eo quod metus causa*, Gregor. XV. *d. decis.* 226. *num.* 30. *& ibi adden. lit. F.* Card. Tusch. *verb. metus concl.* 223. *num.* 22. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 1051. *num.* 10. *&* 11. Mogol. *citato loco num.* 16. vbi ampliat siue protestatio præcedat, siue sequatur, Honded. *d. cons.* 29. *num.* 55. Surd. *d. cons.* 395. *n.* 36. Peregra *decis.* 30. *n.* 8. Thesaur. *lib.* 1. *quæst.* 51. *num.* 14. *cum seqq.*

100 Non obstat quòd D. Antonius nullam protestationem, & animi manifestationem fecerit in eodem actu suscipiendi Ordinem, quia respondetur sufficientem fuisse eam, quam fecerat paulo antè coram familiaribus suis, & protestatio præcisè non requiritur quòd fiat in eodem actu, Gemin. *cons.* 15. *n.* 12. Paris. *cons.* 60. *num.* 14. *lib.* 4. Cou. *vbi suprà sub n.* 12.

101 optimè Gregor. XV. *decis.* 326. *n.* 30. Natura enim metus est vt non solùm arguatur à præcedentibus, cùm in hac materia attendi debeat principium meticulosum, vt exinde sequuta ab eo regulanda sint. Nouat. *collect.* 34. *n.* 3. Euerard. *cons.* 4. *n.* 21. Greg. XV. *decis.* 392. *n.* 1. Barbat. *cons.* 54. *col.* 12. *vol.* 1. Hippol. Rimin. *d. cons.* 77. *num.* 29. cum aliis per me citatis *voto* 17. *num.* 145. *cum seqq.* sed etiam à subsequentibus, per quæ declaratur quis, & qualis fuerit animus in præteritum, *l. sed Iulianus*, §. *sed si ab initio*, 102
ff. ad Maced. l. si qui, *C. de adult.* Paris. in terminis *cons.* 53. *num.* 56. *lib.* 4. cum aliis, quos citat, & sequitur Rota *coram Gregor. XV. d. decis.* 326. *num.* 43.

CONIECTVRA V.

A communi voce, & fama.

MVltum opitulatur probationem metus communis vox & fama, publicum & notorium, de 103
quo deponunt testes plures examinati *super vndecimo art.* & præcipuè Ioannes Gutierrez Aguado *fol.* 27. ibi: *Lo qual es publico y notorio*, &c. D. Petrus de Billos Lada *fol.* 136. *ad* 5. *&* 6. *art.* ibi: *A la quinta y sexta pregunta dize el dicho testigo, que lo que sabe es, que auiendo venido este testigo a la villa de Madrid de la dicha ciudad de Lerena, no està bien acordado si fue por el dicho año de 29. o el de treinta, visitando a algunas señoras vecinas del dicho Capitan Manuel Suarez Treuiño, y de la dicha su muger, contandole las nouedades del barrio, le dixeron con palabras de ponderacion y escrupulo, se sabia como el dicho Capitan Treuiño, y la dicha su muger auian obligado con amenaças a que se ordenasse de Epistola el dicho don Antonio su hijo, no queriendo el, por assegurarle en la renta eclesiastica, diziendole que en esto auia auido mucho: y como vieron que este testigo se lastimò por lo que queria a los dichos Capitan Treuiño, su muger, y hijos, cessaron por menor el dezirle las circunstancias, y con algun cuidado despues preguntò al dicho Capitan Treuiño, y a la dicha su muger si estaua ordenado el dicho don Antonio, le dixeron que si, con mucho gusto dellos, y con este acomodados sus hijos, el mayor con ser dueño de su casa, y los otros con el amparo del dicho su hermano.* Et concludunt omnes *in vlt. art.* de omnibus prædictis fuisse publicam vocem, & famam, quæ ad metum probandum est multùm considerabilis, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 4. *n.* 21. *& præs.* 126. *n.* 12. *& lib.* 3. *præs.* 26. *n.* 22. Cæpol. *cons.* 2. *num.* 3. *&* 8. Alciat. *in resp.* 504. *num.* 5. *vers. confirmatur etiam*, Seraph. *decis.* 859. *in fine.* Rot. *decis.* 779. *num.* 8. *apud Farin. p.* 1. *in posthum.*

CONIECTVRA VI.

Ex assidua & continuata per 14. *ferè annos, ac perpetua repugnantia exercendi actum aliquem Subdiaconatui annexum, & ascendendi ad superiores Ordines.*

ILlud est speciali consideratione dignum quòd 104
cùm D. Antonius Nuñez Treuiño, sacrum Subdiaconatus Ordinem susciperet de anno 1629. ab eo tempore vsque ad præsens perseuerant constanter in deducendo nullitatem suscepti Ordinis per vim, in nolendo actum aliquem exercere, per quem videretur ratificare suam nullam ordinationem, in protestando se nullo modo, nec vllo

casu Ordinem alium deinceps suscipere, aut clericum fieri velle, id testes omnes referunt, & exemplificant in casibus occurrentibus vidisse. Ita Ioannes Gutierrez Aguado Clericus fol. 27. *A la vndecima pregunta dixo, que sabe que el dicho don Antonio desde que se ordenò, nunca ha exercido dicho Orden en manera alguna, antes sabe por lo auer oydo dezir al dicho don Antonio en muchas ocasiones del dicho tiempo a esta parte, que no se tiene por tal ordenado, y que no ascendiera a otras ordenes, ni se ordenara de Missa, por quanto tiene Dios criado, y assi lo ha protestado en presencia deste testigo, y de otros sus criados muchas y diuersas vezes*, &c.

105 Blasius de la Plaça Presbyter *fol.* 31. ibi: *A la vndezima pregunta dixo, que no obstante que el dicho don Antonio recibiò el dicho Orden de Epistola, nunca la ha exercido, antes sabe que no se tiene por tal ordenado, ni ha querido ascender a las demas ordenes, y sabe que en muchas ocasiones ha dicho que no se ordenarà de Missa pro quanto tiene Dios criado, y esto con tanto estremo, que en particular puede dezir, que al tiempo que vino por Canonigo Magistral desta santa Iglesia, el señor don Antonio Payne, que oy es Obispo de Orense teniendo por posada la casa del dicho don Antonio, por no estar el suso dicho suficiente en la cantoria para los oficios le iua a dar licion el Licenciado Zaragoça Presbytero desta Ciudad, y quando se ofrecia cantar la Epistola, le dezian al dicho don Antonio Treuiño que la dixesse, y nunca lo quiso hazer, ni cantarla, ni fue posible, diziendo que no cantara vna Epistola por quanto tiene el mundo: y que en otra ocasion auiendole presentado vnos Corporales, no fue posible que los quisiesse descoger, y mandò à Andres Rufato Presbitero que los descogiesse, como los descogiò en presencia deste testigo*, &c.

106 Petrus Garcia de Ormedilla Presbyter *fol.* 35. ibi: *Afirma que en particular vn dia que le dieron el Breuiario para que rezara, aurà catorze años, se disgustò tanto, que le arrojò.*

107 Franciscus Gomez de Arce *fol.* 42. ibi: *Y diziendole este testigo en algunas ocasiones, que por que no las proseguia, le ha respondido que no lo hiziera, ni exerciera dicho Orden de Epistola, por quanto tiene Dios criado; lo qual sabe por auerlo visto, oido, y entendido de los dichos, de doze años a esta parte, y en particular aurà seis años poco mas, o menos que este testigo se hallò en la Capilla del señor Santiago, sita en la Catredal desta Ciudad, donde estaua diziendo Missa el Licenciado Iorge Lopez Presbitero, Vicario en dicha Capilla Parroquial, y queriendo comulgar el dicho don Antonio, este testigo por constarle estaua de Orden Sacro, llegò a darle vna Estola, y dicho don Antonio no la quiso*, &c.

108 D. Martinus de Orduña Presbyter *fol.* 107. B. ibi: *A la onzena pregunta dixo, que aunque el dicho don Antonio recibiò el Orden de Epistola, nunca le ha exercido, ni se ha tenido por tal ordenado, ni querido atender a otras ordenes, diziendo en diferentes ocasiones que no se ordenara de Missa, ni exerciera la Epistola por quanto Dios tiene criado; ni auque le dieran el Arçobispado de Toledo, y Capelo: esto lo sabe este testigo, porque se lo ha oido dezir continuamente de doze años a esta parte, que ha que le conoce y comunica, y replicandole admirandose de su resolution, respondia que no se ajustaua con su conciencia por auer recibido dicho Orden contra su voluntad*, &c.

109 Tanta igitur ex parte D. Antonij repugnantia erat ascendendi ad altiores Ordines, vt nec eius mater auderet toto eo tempore illi dicere, vt Diaconatus Ordinem suscipere, aut Presbyter fieri vellet, cùm ad hoc vt Subdiaconatu initiaretur, renitens admodum inuentus semper fuerit: ita sibi retulisse eius matrem asserit Ioannes Gutierrez Aguado fol. 29. *super* 2. *art.* ibi. *Por que aura cinco años que residiendo este testigo en la villa de Madrid, en seruicio de dicho D. Antonio, casa de sus padres, estando vn dia tratando a cerca del dicho don Antonio este testigo, y doña Maria de la Vega su madre, diziendo este testigo: Valgame Dios que no quiera don Antonio mi señor proseguir las Ordenes? Y respondio dicha doña Maria, en que nos vimos de que se ordenasse de Epistola*, &c.

Quæ quidem coniecturæ ita singulariter considetaræ sufficiunt ad probandum D. Antonium suscepisse Subdiaconatus Ordinem per vim & metum, multò magis, & quidem indubitanter ex illis simul iunctis, & accumulatis elicietur plena, & indubitata metus probatio, quia omnes simul iunctæ, cùm tendant ad eundem finem, plenissimè illum probant. *l. si stipulatus, in fine, ff. de vsuris, cap. præterea* 27. *de testib.* Rimin. *cons.* 52. *num.* 112. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 608. *num.* 58. *&* 89. *vol.* 5. Petr. de Barbobus *cons.* 24. *num.* 30. *&* 31. *inter consilia Zilleti p.* 1. Card. Mantic. *de coniect. lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 5. Anton. Gabr. *comm. lib.* 1. *tit. de probat. concl.* 1. *n.* 23. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 36. *num.* 3. *& præs.* 38. *num.* 4. *& præs.* 40. *num* 13. D. Barbos. *in l.* 2. *ff. solut. matr. p.* 1. *à num.* 79. Seraphin. *decis.* 978. *num.* 5. Rota *decis.* 453. *num.* 7. *part.* 1. *recent. &, decis.* 114. *num.* 4. *& decis.* 135. *num.* 12. *p.* 5. *recent.* 110

In qua metus probatione singula quæ non prosunt multa collecta iuuant, Honded. *cons.* 29. *num.* 23. *&* 49. Card Tusch. *verb. metus concl.* 214. *num.* 5. *&* 19. Hermosil. *ad l.* 56. *glos.* 1. *num.* 73. *tit.* 5. *part.* 5. optimè Franc. de Rauena *cons.* 64. *num.* 10. *inter matrim.* Ziletti ibi: *Aduersat dominus indicans quòd in materia probationum iudex non debet applicare animum suum ad vnam speciem probationis.* l. 1. §. idem diuus, ff. de testib. *vt pulchrè declarat* Bald. in l. spadonem §. qui pulchrà, ff. de excusat. tutor. *habet enim in probationibus locum illud, quæ non prosunt singula multa iuuant, vt notatur* in l. 2. in princip. ff. de excusat. & in cap. cum causam, de probat. *&c.* Et paulo inferiùs *num.* 12. *Et ideo dixit Ioan. de Imola* in cap. ex òre, de his, quæ fiunt à mai. parte Cap. *quia qui habet plures rationes illas adducat, quia quæ non prosunt singula multa iuuant, vt est tex. etiam in materia, & ibi Abb.* in c. præterea, de testib. *& ideo si multa deducerentur coram se, quæ per se considerata non probarent, debet illa simul iungere, quæ simul iuncta poterunt plenam probationem facere, & sic ferre sententiam: ex multis enim deductis coram se potest animi sui motum informare, vt dicit tex.* in cap. cùm ad Sedem in fin. de restit. spoliat. *Nam, vt ait Bald.* in cap. cùm causam, in princip. ante num. 1. de probat. *ex multis imperfectis fit vna probatio perfecta, sicut ex multis membris inuicem cohærentibus fit perfectum corpus, & ex multis consonantiis fit perfecta harmonia*, &c. sequitur Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 35. 111

Sed obstat quòd aliquando D. Antonius Nuñez Treuiño in Capitulo vocem dedit, ex quo videtur exercuisse actum Ordini Subdiaconatus annexum, cùm vocem illam in Capitulo non habeant nisi ij tantùm Canonici, qui in Sacris, saltim Subdiaconatu, fuerint constituti, *Clem. vt ij* 2. *de ætate & qualit.* Concil. Trid. *sess.* 22. *de reform. cap.* 4 Ego latè vtrobique, *& de Canon. & dignitat. cap.* 37. *num.* 3. vbi plures ex modernis refero. Augetur difficultas ex decisionibus factis *in causa Parmen. nullitatis Ordinis*, in qua videtur Rot. decidere quòd ex quo quis per tempus considerabile Canonicum retinuerit, & resignauerit, reseruata ad sui fauorem pensione, inficiari non potest quin in hoc casu adsit ratificatio, 112

cum actus illi fieri non potuissent citra approbationem,& ratificationem suscepti Ordinis, ita Rota *in d. causa decis.*40. *num.*9. *& decis.*325.*num.*5. *& decis.* 343.*num.*21.*&* 22. *p.*6.*recentior.*

113 Verùm ex actu dandi vocem in Capitulo non censeri purgatum metum, nec fieri ratificationem suscepti Ordinis probabilius est, præcipuè in Ecclesiis, vbi nulla Ordinum distributio facta reperitur, prout in Conchensi; quia vox pendet à Canonia, glos. *verb. receperat, in fine, in cap. cùm M. de constit.* Seraphin. *decis.*474.*num.*2. Ego *d.cap.*37.*n.*1. ita vt statim quòd quis obtinet Canoniam, vocem habeat in Capitulo, *cap. dilectus el* 1. *de præbend.* Monet. *de*

114 *distrib.p.* 2.*q.* 4. *num.*15. *& quæst.*20. *num.*1. Et Canonici dicuntur de Capitulo, licèt non sint in Sacris, Rota *in Abulen. iurisdictionis* 6. *Februarij* 1586. *coram bonæ mem.Card. Pamphilio sen.* & qui Canonicali Præbenda carent, licèt Dignitatem cum sede in Ecclesia habeant, & Subdiaconi sint, vocem non habent, Ego cum multis *d.cap.*37.*n.*14. & solùm vt Canonici in posterum ad suscipiendos sacros Ordines propensiùs inducerentur, de nouo statutum fuit *in d. Clem.* 2. vt de cætero nullus in Capitulo vocem haberet, nisi in Sacris constitutus esset, cuius decisionem innouauit Concil. Trid. *citato loco*, quod est clarè ostendere vocem in hoc casu non procedere ab Ordine, sed à nouo iuris statuto, per quod solum intenditur Ordinum susceptio; & negligentes ac nolentes se ordinari punire, glos. *verb. legitimo, in d.Clem.vt ij*, Ego *d. tract.de Canon. c.* 37. *sub num.*13.

115 Vnde infero primò habere, & dare vocem in Capitulo potius videri præeminentiam, & fructum Canonicatus, quàm Ordinis, glos. & Doctores *in cap. cùm venissent*, vbi Abb. *num.*21.*cum seqq.de restit. in integ.* Ego *d.tract.de Canon. cap.*40.*num.*2.

116 Secundò infero suspensum ab officio esse pariter suspensum ab vsu & fructu dandi vocem, glos. *in cap. cùm dilectus, de consuet.* Deci. *in cap. Apostolica n.*6.*de*

117 *except.* suspensum verò ab Ordine non esse suspensum à iure, & præeminentia dandi vocem in Capitulo, signum euidens illud non ratione Ordinis, sed Officij & Præbendæ Canonico competere. Mari. Alter. *de censur. tom.* 2. *disp.* 4. *de effectibus suspens. cap.*4.*fol.*60.*lit. E.* Ex quo patet Moniales Ordinum incapaces, vocem dare posse, vt probat *cap. indemnitatibus, de elect.lib.*6.

118 Tertiò infero suspensum ab Ordine, si in eo ministret, irregularem fieri, non ita irregularitatem incurrere priuatum iure dandi vocem, si nihilominus illam in Capitulo det. Ita Suar. *de censur. disp.* 26. *n.*6. Bonacin. *eod.tract.disp.*3.*de suspens.puncto* 4.*n.*6. *vers. rursus*, Mari. Alter. *dicto tom.*2. *disp.*6.*de suspens. cap.*3. *pag.* 91. *lit. D.*

119 Hinc patet responsio *ad d.Clem. vt ij*, & ad decretum Concilij Trid. *citato loco*; decisiones verò Rotæ *in d. causa Parmen nullitatis Ordinis* loquuntur quando qui per vim, & metum Sacris initiatum fuisse procurauerat, postea Canonicatum, cui ex statuto annexus erat Subdiaconatus Ordo, obtinuit, & retinuit, ac resignauit, reseruata ad sui fauorem pensione, vt colligitur ex *d. decis.* 40. *p.* 6. *recent.* & nihilominus Doctores *ibi* citati loquuntur eo casu, quo semel indutus cantauerat Epistolam; & *in decis.* 325.*num.*5. dicitur ex retentione Canonicatus, perceptione fructuum per plures annos, necnon ex resignatione cum pensione prætendi purgatum metum, quia testes de metu deponunt de tempore assecutionis Canonicatus, non autem de susceptione Ordinis; & *in decis.*343.*a num.* 16. *ead.p.* 6. *recent.* vltima resolutio in ea causa capta fuit, quia nihil releuans deposuerunt testes circa metum respectu susceptionis Ordinis sacri, sed solùm de persuasionibus, & minis in genere, non autem cum qualitatibus, de quibus *in l. interpositas*, cum *ibi* notatis, *C. de transact.*

In præsenti autem casu res alio modo se habuit, 120
nam D. Antonius Thesaurarius erat de tempore, quo Ordinem suscepit, & Canonicatui sacer Ordo non annectebatur, cùm in sancta Ecclesia Conchen nulla Ordinum distributio facta sit; & demum abundans extat probatio circa metum respectu Ordinis sacri suscepti, cuius defectus in causa fuit, vt non obtineret ille Parmensis prætendens nullitatem sui Ordinis, in tribus decisionibus citatis, quæ habentur impressæ *p.*6. *recent.*

Denique durante eadem causa metus, hoc est, vi- 121
uente patre D. Antonij, qui per vim & alios extraordinarios modos filium induxerat, vt Subdiaconatus Ordine initiaretur, nullus consensus præsumitur liberæ voluntatis, & quicumque actus etiam ex longo interuallo, initi censentur ob præcedentem metum facti, & illum purgare non valent, Alex. *cons.* 98.*lib.*3. Surd. *cons.*513. *a num.* 41. vbi inquit metum illatum non purgari ex gestis post metum, quando eadem subsistit causa metus, siue statim, siue ex interuallo facta sint; Cacheran. *decis.* 179. *num.*12. *&* 22. vbi alios referens dicit quòd quando post inductum metum aliquis actus exterior superuenit ad purgandum metum idoneus, eadem causa subsistente non purgatur, Ioan. Garc. *de nobil.glos.*17. *num.*47. vbi quòd durante causa metus nullus consensus præsumitur liberæ voluntatis, & quòd nouus consensus, non consensus, sed dissensus est, etsi externus actus sit spontaneæ voluntatis declaratiuus, Monter à Cueua *decis.* 33. *à num.* 32. vbi quòd durante eadem causa metus contractus quantumuis ex longo interuallo initi censentur ob præcedentem metum celebrati, Thesaur. *lib.*1. *quæst.*51.*n.*19. *cum seqq.* vbi quòd subsistente eadem causa metus geminatio actuum contractus per metum etiam ex interuallo factos non confirmat, & metus purgationem non inducit, Seraph. *decis.* 851. *&* 881. *&* 873. *num.*2. *cum seqq. & decis.* 1166. vbi quòd initium malum influit in omnes sequentes actus, & tempora, Pereira de Castro *decis.*30. *num.* 7. Rota *decis.*263. *num.* 3. *apud Farin. lib.* 2.*consil.* vbi quòd quando metus causa durat, quicunque actus fiant, etiamsi præseferant liberam voluntatem, & lætum, iucundumque animum, ne dum metum purgant, sed potiùs eum magis confirmant.

Respondetur ad obiecta per Promotorem Fiscalem.

NIhil obstant alia, quæ Promotor Fiscalis, con- 122
tra D. Antonium Nuñez Treuiño opponit ad eius probationem eneruandum. Et primò dum ait repelli debere testimonia parentum dicti D. Antonij, cùm pro filio testificari prohibeantur ex dispositione iuris communis *in l. testis idoneus, ff. de testib. & in l. parentes, C. eod.tit.* vbi plures refero Doctores *in collect.num.*2.

Quia respondetur eorum dicta in hac materia 123
plenam & concludentem efficere probationem; nam si illa vti confessiones eorum sumamus, vtique multùm attendi debent, & per eas sufficienter probari metum necesse est vt dicamus, Rota *decis.* 643.

643.num.18.p.1.recent. eleganter Petr. de Barbobus *cons.24.num.23.inter consilia matrimon. Ziletti p.1.ibi: Vltimo probatur ex confessione patris, qui confessus est per vim compulisse dictum Ludouicum ad desponsandum Vrsolinam, vt plenè patet ex attestatione dicti Angeli, ex qua quidem confessione probatur sufficienter matrimonium fuisse meticulosum, vt est casus 20.* quæst. 3. cap.præsens, *vbi habetur quòd sola confessio patris probat metum plenè intercessisse in matrimonio spirituali si filius alleget se per metum illud contraxisse. Si igitur confessio patris probat plenè metum intercessisse in matrimonio spirituali eo casu, quo filius stat contra matrimonium, multò fortius in casu nostro confessio facta per patrem dictæ Vrsolinæ, quæ stat contra matrimonium, debet probare plenè metum intercessisse*, &c.

124 Et tantò magis hæc resolutio locum habet, quia D.Antonius totus est in probanda vi, & metum sibi incusso à parentibus, vt Subdiaconatus Ordinem susciperet, vnde eorum confessio quoad hoc erit omnium maior probatio, *l. cùm te C. de probat.l. cùm à matre, C. de rei vend. l.generaliter, C. de non num.pecun. cap. per tuas, de probat.*& vtrobique Ego ipse *in collect.* refero plures Doctores, quos in præsenti longum esset recensere; præcipuè cùm parentes proprium delictum detegant, studentes semper omni conatu propriam turpitudinem tegere, vt dicit Menoch.*de arbitrar.casu* 102.*n.*9.

125 Si verò parentum dicta vti testium depositiones habeamus, pari modo dicendum est eas admittendas esse, tum quia sumus in causa matrimonij spiritualis, in qua admittuntur, *cap. sicut 2. quæst. 3. cap.præsens 20.q. 3.*gloss. *verb.testis in cap.si testis,§. testis idoneus 4. quæst. 3.*Aufret. *de reprobat. testium, num.77. vers. fallit secundò,* Anton. Gabr. *commun. tit. de testibus concl. 16. num. 12.* Mascard. *de probat. concl. 1153. num. 15.* Menoch.*de arbitr. casu 102. num. 11.*prout etiam in causa matrimonij carnalis admitti solent in fauorem filiorum, *cap. videtur, qui matr.accus. pos.* & ibi glos. *verb. coniungendo, in fine, vers. consueuit tamen*, plures citati à Farin. *de testib. quæst. 54. limit. 7. num. 191.*

126 Tum etiam, quia parentes in causis filiorum testificari possunt, si præsumptio sit eos rem illam, de qua interrogati sunt, melius scire quàm alios, *cap. videtur, qui matr.accus.pos.*Anton.Gabr.*d.tit.de testib. concl.17.num.*8.Farinac.*de testibus quæst.54.num.194.* Rota *coram Gregor.XV. decis.351.num.7.8.& 28.*

127 Tum denique, quia supersunt multi alij testes omni exceptione maiores, idem attestantes, quorum integerrima fides aliorum supplet defectum si quis fortè adesset, ad not. per Doctores *in l. si quis ex argentariis, ff.de edendo,* glos.*verb.numerus in l.3.ff. de testib.*Farin.*de testib.quæst.62.à num.328.* Cæs. de Grassis *decis.5.n.8.& 9.de spons.* Ioseph. Sesse *Aragon.decis.60.num.7.p.1.*Fontanel.*de pactis nupt.claus. 7.glos.2.p.5.num.82.*Præsertim cùm pro maiori parte sint Sacerdotes, & maiori fide digni, Rota *coram Gregor. XV. decis. 351. num. 10.*Et vltra numerum trium, Cæs.de Grassis *d.decis.5.num.9.de sponsal.* eadem Rota *coram Gregor. XV. d decis.351. num.5.*

128 Nec aliquid valent quæ obiicit contra aliorum testium dicta, nam ea quæ de singularitate eorum adducit, parum aut nihil vrgent, cùm omnes sint contestes, & quatenus singulares essent, nihilominus in hac materia probationis metus concludentem efficerent probationem, Mogol.*cap.10.§.3.num. 8.& 9.*Ioann. Garc.*d. glos.17.à num. 38.* Valençuela *cons.29.num.41. tom.1. & cons.173.num.74. tom. 2.* Fontanel.*d.glos.2.p.5.num. 81.* Farin. *de testib. quæst. 64.num.276.*Noguerol.*alleg.39.num.16.* Rota *decis. 242.num.33.& decis.260. num. 21. & 22.lib.2. cons. crim.Farin.& decis. 779.num.1. &7.p.1. in posthumis eiusdem Farin. & coram Greg. XV. decis. 326. num. 47.& decis.374.num. 20. & coram Buratto* inter eius impressas *decis.205. num.17.* plures refero *in collect. ad cap.in omni negotio 4. num. 58. de testib.* Et minas quoque singularibus testibus probari quando agitur pro eruendo metu, docet Rota *d. decis. 242. num.21.lib. 2.cons.Farin.* 129

Idem dicendum de oppositione quòd aliqui ex testibus sint familiares dicti D.Antonij, aut suorum parentum; quia licèt olim fuerint aliàs domestici & familiares, de tempore tamen depositionis non erant in suo seruitio, & ideo rectè probant, Morl. *in emptorio Iuris p.1.tit.11. in prælud.n. 41. in fine,* Farin.*de testib.quæst.55.num.32.* Rot. *decis.147.num. 24.apud Farin.p. 4.diuers.* plures per me *in collect. ad cap.in litteris 24.num.4.de testib.*tum etiam, quia bene produci possunt in casibus difficilis probationis, qualis est metus, Mascard. *de probat. concl. 124. num.48.& conclus. 533.num. 15.* Farin.*quæst.55.num. 35.*Rota *decis.772. n.3.apud Farin.p.3. recent.* tum denique, quia bene admittuntur quando ex natura rei veritas aliter haberi non potest, vt in iis, quæ non nisi occultè fiunt, Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsid.remed.70.num.6.* Rot.*d.decis.772. num. 2.* Vel quæ in domo peraguntur, *l. consensu, §.si plagiis, C. de repud.l.quoties 3.C.de naufrag. lib. 10. cap. veniens 38.in fine, de testib.*Alciat.*de præsumpt.reg.1.præs.47.* Rojas *in Fidei.sing.167.in princ.& sing. 201. num. 2.* Ferdin.de Ottero *Roman.lucubrat. disp. 22. num. 2.* Rota *coram Burratto* inter eius impressas *decis. 777. num.10.* 130 131 132 133

Secundò opponit idem Promotor Fiscalis non posse D.Antonium allegare, & multò minùs probare Ordinem Subdiaconatus per vim, & metum ab eius parente incussum in Areualo recepisse, cùm in eo loco præsens non esset, sed ab eo longè distaret, iuxta *l. metum autem 9.ff. de eo quod metus causa*, vbi Bart.& glos. *verb. causa in cap. ad audientiam, de his, quæ vi,*Hostien.*in sum.sub hoc tit.num.1.*quatenus metum præsentem exigunt, nec suspicionem inferendi sufficere ad contractus inualidationem docent. 134

Probabilem verò metus suspicionem sicut & metum, contractus irritare verius & receptius est, quia non solùm metus accipitur prout est verè de præsenti, sed & prout est res, ad hoc verisimiliter tendit, nec quòd offensionis spectetur initium postulatur, *l.habitatores.§.fin.ff.locati,ibi:Si iusta causa fuisset cur periculum timeret, quamuis periculum verè non fuisset, tamen non debere mercedē; sed si causa timoris iusta non fuisset, mercedē nihilominus eum debere*, &c. *l. nouissimè, & ibi* glos. *verb. excusatur, ff.quod falsò tut. l.si donationis 7. de his quæ vi,*glos. *verb. metum mortis, in cap.cùm dilectus eod. tit. & verb. metuebant in cap. bonæ 23. de elect.* Mogol. *de metu cap.2.§.6.n.1. cum seqq.& cap.10. §. 2. num. 5.* Grammat. *decis. 5. num.5.7. & 9.*vbi dicit iustum metum esse iustam suspicionem, & *decis.18.n.16.& 17.* quòd non debet quis spectare periculum, & se periculo committere, Hippol. Rimin. *cons.77.num 29.tom.1.* Philip. Paschal. *de viribus patriæ pot. p. 3. cap. 2. num. 39.* Card.Mantic. *de coniect. vltim.vol.lib.1.tit.7. n.6* vbi dicit iustam metus causam sufficere, etsi ipse metus non probetur, Cacheran. *decis.170. num. 3.* Rebuff. *tom.2.tract. de rescis. contractus glos.22.n.6.* Mascard. *de probat.concl.1055. n.26.& 49.* Ioan.Garc. *de nobilit.glos.17.n.11. in fine, & n.14.* vbi ait idem esse si quis faciat aliquid compulsus, aut metuens ne compellatur 135

pellatur, Surd. *cons. 67. num 24. & decis. 194. num.* 24. vbi ex Angelo dicit paria esse quòd fiat aliquid per metum, vel per probabilem metus suspicionem, Fontanel. *de pactis nup. claus. 7. glos. 2. num. 75* Gabr. Pereira *Lusitang. decis. 50. num. 4.* Greg. X V. *decis. 374. num. 17.*

136 Quod locum habet etiamsi probabilis timor, seu suspicio non ob proximam illationem, sed ob illationem futuram & longè distantem adsit, modò tamen certum ac perspicuum sit graue malum à longè exiturum, aliter euadi non posse, nisi præsentem ineundo contractum. Ita Sanch. *de matrim. lib. 4 disp. 1. num. 16 in fin.*, eámque adducit rationem, quod enim non potest non euenire, iam euenisse videtur, *l. in diem 10 l. sub conditione, l. quod si, ff. de cond. & dem. ib. i; Quod si ea conditione debetur, quæ omnino extitura sit, solutum repeti non potest.*

137 Qua quidem opinione retenta ad tex. *in d. l. metum* [illegible] in contrarium adductum respondetur procedere secundùm Raph. Auers. *de sacram. Matr. quæst. 4.* [illegible] g. 81. quando quis antequam aliquid sibi dicatur ex se suspicatur sibi inferens das e .e minas: quoniam verum est metum præsentem exigi, sed sufficere dicimus metum præsentem ex malo, vel damno iam existente prouenientem, vel ex iusta & probabili metus suspicione ob malum futurum, quod non obscurè colligitur ex definitione metus, quam adducit Vlpian. *l. 1. ff. quod metus causa*, dum ait esse instantis periculi, vel futuri causa mentis trepidationem, referunt citati per Cabretos *de metu lib. 1. cap. 2. à princip.* Vnde rectè infertur ex illa dictione *futuri* non requiri vt damnum præsens sit, sufficit enim metum adesse ex quo damnum futurum timeatur, per tex. in *l. nec timorem 7. §. proinde ff. de eo quod metus causa, & l. 15. tit. 2 part. 4.* ibi: *O le quisieren dar algunas penas*, vbi Greg. Lopez Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 1. num. 16.* Gabr. Pereira *decis. 30. n 4.*

138 Tertiò opponit idem Promotor Fiscalis quòd iuxta dispositionem Concilij Trid. *sess. 25. de Regularib. cap. 19.* non est audiendus D. Antonius Nuñez Treuiño, dicens se per vim & metum Subdiaconatus Ordinem suscepisse, post lapsum quinquennij ab Ordinatione huiusmodi computandi: sed hæc obiectio caret fundamento, nec eam corroborare potest Concil. *citato loco*, quia clarè loquitur tantùm de Regularibus Religionem ingressis, vt patet ibi. *Quicunque Regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse* &c. & ne verbum quidem de aliis nullitatibus, quæ contra matrimonium contractum, vel Ordinem susceptum opponi possunt, nec vnquam de hac resolutione dubitauit aliquis ex Doctoribus, quos viderim, & est communis intelligentia, & vsque adhuc inconcussa praxis in ecclesiasticis Tribunalibus.

139 Quarto opponit idem Promotor Fiscalis D. Antonium Nuñez Treuiño videri tacitè ratificasse dicti Ordinis Subdiaconatus receptionem, in illóque ministrasse dum in Capitulo vocem dedit: sed hoc etiam caret fundamento, nec in iure probatur, vt dictum est *suprà n. 112. cum seqq.*

Quare, &c. Matriti die 15. Ianuarij 1645.

Pampilonen. dimidiæ Epistolaniæ.

Præsentatio facta de inhabili, non potest reualidari ex superueniente habilitate. Durante lite inter compræsentatos non possunt patroni aliquem in demortui locum præsentare.

VOTVM LXXVII.

1 *Casus contingentiæ proponitur, & n. 2.*

3 *Clericatus requiritur de eo tempore, quo præsentatus coram Ordinario sistatur ab eo institutionem accepturus.*

4 *Indignum præsentans priuatur pro illa vice iure præsentandi.*

5 *Si scienter indignum præsentet, secus si ignoranter.*

6 *Ignorantia in præsentante indignum præsumitur.*

7 *Præsentatio facta in personam illius, qui Ordinem non habet, non potest reualidari ex superueniente Ordine intra quadrimestri temporis spatium recepto.*

8 *Collatio facta non existẽti in ætate non validatur, licèt ex tempore efficiatur habilis ætate.*

9 *Incapax reputatur pro mortuo, & habetur acsi præsentatus non fuisset.*

10 *Patroni laici ante Episcopi institutionem intra quadrimestre variari possunt.*

11 *Electio facta aliquo ex electoribus contempto, non est annullanda nisi petente ipso contempto.*

12 *De contemptu agere potest solus is, qui neglectus, & non vocatus fuit ad electorem.*

13 *Patroni non præsentant vt vniuersi, sed vti singuli.*

14 *Patroni in dubio non censentur præsentare vt vniuersi, sed vt singuli.*

15 Cap. 1, vt lite pend. lib. 6. *habet locum in præsentatione, & beneficiis iurispatronatus.*

16 *Patronus, si inter duos præsentatos lis moueatur, & vnus moritur, nulliter alium præsentat in præiudicium superstitis.*

17 *Præsentati tam à patronis ecclesiasticis, quàm laicis, si litem inter se moueant, & contingat vnum mori, vel litem cedere, non potest alius eligi, seu præsentari, & n. 18.*

19 *Patroni durante lite inter compræsentatos non possunt aliquem in demortui locum præsentare.*

20 *Superstes præsentatus ex duobus compræsentatis litem inter se mouentibus, vt suo &*

& defuncti iuri innititur.

21 *Ad effectum regulæ de subrogandis sufficit litem fuisse iustam saltim colorate.*

22 *Lites sopiuntur per prohibitionem alterius præsentationis.*

23 *Præsentationes contra decretum irritans factæ nullæ sunt, & habentur pro infectis.*

24 *Decretum irritans inducit formam.*

1 CVm per obitum quondam Ioannis de Vzcanga Presbyteri Beneficiati in Parochialibus Ecclesiis oppidi Sancti Sebastiani Pampilonen. Diœcesis vacarent quatuor dimidiæ Epistolaniæ de iurepatronatus beneficiatorum, & Iuratorum dicti oppidi, ad illarum vnam præsentatus fuit Pelagius de Gamboa, qui pro Clerico se gerebat, sed inde repertus quòd in nullo Ecclesiastico Ordine constitutus esset, iidem patroni inhabilitatis huiusmodi ignorantes, ac postmodum illius certiores effecti intra quadrimestre ad præsentãdum patronis laicis concessum, Augustinum de Segasti clericum in minoribus præsentarunt, qui talis præsentationis vigore collationem, & possessionem dictæ dimidiæ Epistolaniæ ab Ordinario sibi dari obtinuit: sed interim, forsan intra eiusdem quadrimestre tempus, dictus Pelagius iam prima clericali Tonsura initiatus, collationem, & possessionem ab Augustino obtentam impugnare cœpit, tum ex eo quòd quidam ex beneficiatis patronus Ecclesiasticus non fuerat vocatus; tum etiam, quia edicta in similibus vacationibus apponi solita collationem in personam dicti Augustini factam non præcesserunt. Lite inter eos ad dictam Epistolaniam compræsentatos pendente è viuis ereptus fuit dictus Gamboa, per cuius obitum existimantes patroni illam vacare, & se ad eam præsentare posse; de facto nominarunt Ioannem Lopez de Burgoa, qui causam in statu & terminis, quibus eam reliquerat Gamboa, assumens, & prosequens, sententiam fauorabilem ab Ordinario reportauit, qua declarauit collationem, & possessionem in personam Segasti factas fuisse & esse nullas, proindeque in personam dicti de Burgoa vti melius ius fouentis faciendas esse; sed cum ab hac sententia siue decreto vim diffinitiuæ habente, ad Sanctissimum, siue eius Illustrissimum D. Nuntium appellatum esset, & quoad vtrumque effectum admissa appellatio fuisset, ac in Tribunali Nunciaturæ Hispaniæ commissa causa, litteris ordinariis citationis, & inhibitionis expeditis, & intimatis, per partes nihil amplius in ea per decem ferè annos factum fuit, ipso Augustino de Segasti per totum illud temporis spatium in possessione remanente, ac fructus omnes percipiente.

2 Verùm cum tractu temporis dictus Augustinus de Segasti è viuis decesserit, patroni iidem in eius locum præsentarunt Martinum de Ben, qui virtute suæ præsentationis ab Ordinario institutionem, & collationem impetrare intendens, surrexit dictus Ioannes Lopez de Burgoa, & instit sibi, & non Martino collationem huiusmodi faciendam fore & esse; Ordinarius verò, vt ab importunis vtriusque partis allegationibus se eximeret, causam, & causas huiusmodi ad dictum Nunciaturæ Tribunal, in quo inter dictum Ioannem Lopez de Burgoa ex vna, & Augustinum de Segasti partibus ex altera in gradu appellationis introductæ existebant, remisit, quas quidem in statu & terminis, in quibus reperiebantur, præuia illarum à quibuscumque iudicibus opportuna auocatione, Illustrissimus, & Reuerendissimus D. meus IVLIVS ROSPILLOSI in his Hispaniarum Regnis Nuntius Apost. mihi committere, & mandare dignatus fuit, & auditis sæpiùs vtriusque partis Aduocatis acerrimè informantibus, dubitaui cui eorum institutio, & collatio dictæ dimidiæ Epistolaniæ facienda esset? & Martino de Ben fieri debere censui.

Nam certum est propter incapacitatem Pelagij de Gamboa præsentationem de eius persona factam fuisse nullam, siue illorum opinionem sequamur, qui resoluunt attendendam esse capacitatem de tempore præsentationis, quos sequitur Rota *decis.69.lib.1.p.3.* diuers. quam citat Mari. Anton. *var. resolut. lib.1. resol.19.num.1.* siue adhæreamus sententiæ aliorum magis benè requirentium Clericatum de eo tempore, quo instrumentum nominationis patronorum præsentatur superiori, videlicet quando præsentatus coram Ordinario personaliter sistitur ab eo institutionem accepturus, vt per Aloys. Ricc. *in praxi fori eccles.resol.140 n.3. in 2.edit.* & Alphons. de Leone *de officio Capellani q. 4. praxi. 6. numero decimosexto probe f.n.* 3

Nec dubitari potest de iure potuisse eosdem patronos loco Gamboæ inhabilis, & incapacis ex defectu Ordinis Augustinum de Segasti præsentare; quia licèt indignum præsentans priuetur pro illa vice iure præsentandi, *c.p.cum in cunctis, de el.* . Crescent. *dec.s.11.de iurepatron* Caputaq. *dec.* 2.*n.*2.*& decis.* 291.*p.*2. Lambert *de iurepatr. lib.2 p.1.q.10. princ. art.* 4.*n.*23. Ego *de offic.& potest. Episc. p. allegat. 72.n.105.* nihilominus tamen id verũ est in præsẽtante scienter indignũ, secus si ignorãter Lambert. *d. loco*; dicti autẽ patroni ignorabãt Gamboæ inhabilitatẽ, & ignorantia præsumitur, *præsumitur, de regul.iuris in 6.* Duran. *Ros. dec. p.4 6 num.9.* 4 5 6

Cùm ergo Pelagij de Gamboæ præsentatio inualida existeret, tanquam facta de inhabili ob defectum Ordinis Ecclesiastici, etiã de eo tempore, quo instrumentũ suæ præsentationis corã Ordinario fuit exhibitum, vt ab eo institutio obtineretur; cúmque illa non potuerit reualidari ex superueniẽte Ordine etiã intra quadrimestris temporis spatiũ recepto, iuxta reg. text. *in l.quod initio 30.& l.pen.ff.de reg.iur.cap. non firmatur 18.eod.tit.in 6.* in terminis Zabarel. *cons.* 104.*n.*3. vbi quòd collatio facta nõ existenti in ætate, aut Ordinem non habenti, non validatur, licèt ex tempore efficiatur habilis ætate, aut Ordine, refero *Axiom.164.n.9.* cumque etiam Pelagius, præsupposita sua incapacitate, reputandus sit pro mortuo, arg. *l.* 1.§.*sed si patronus*, ibi: *Pro mortuo habetur, ff. de coniung. cum eman. l.si neci, §.deportatus, ff. de bonis libert.* & ad not. per Molin. *de primog. lib.1.c.9.n.27. cum seqq.* Iacob. Cancer. *var.tom.3.c.22.n.189.* Ramon. *cons.* 3.*n.* 47. & habendus ac si præsentatus non fuisset, per *l.1. §.qui habebat, ff.de bonor.poss. contra tabul. l. si pater filium*, vbi glos. *ff. de in off.testam.* post plures Molin. *d. lib.1.c.13.n.69.& 70.* Cumque etiam patroni iidem inhabilitatem Pelagij ignorantes pro illa vice præsentandi ius non amiserint, ex dictis. Cumque denique patroni laici ante Episcopi institutionem intra quadrimestre variare potuerint, *cap. quod autem, cap. cum autem, c. pastoralis, de iurepatron.* cum aliis citatis per me, *de offic. & potest. Episcopi part. 3. allg. 72. num.111.* meritò dicendum, & pro indubitato tenendum Augustinum de Segasti solum, & vnicum præsentatum fuisse, eique obesse non posse, quæ contra illum à Pelagio fuerunt deducta. 7 8 9 10

Nam ad illud quod in præsentatione Segasti desideratus fuerat vnus ex patronis Ecclesiasticis, respõdetur minimè constare quòd nõ fuerit vocatus, & quatenus 11

quatenus contemptus esset, præsentatio absque eo de persona Augustini de Segasti facta non veniret annullanda, nisi petente ipso contépto, Lauor. *var. lucub. tom. 1. tit. 4. c. 17. n. 17.* quem refero *lib. 2. voto 47. n. 175.* & dummodo ille petat, opponatque de contemptu ante institutionem, Biax. *in directl. elect. p. 3. c. 7.* Cuch. *in instit. maior. tit. de elect. num.* 51. quia de contemptu
12 agere potest solus is, qui neglectus, & non vocatus fuit, vt ex Cuch. tradit idem *Lauor. d. c. 17. n. 15.* quem refero *de iure Ecclesiast. vniu. lib. 1. cap. 19. num. 116.*

13 Vnde cùm dictus Ecclesiasticus patronus de contemptu nunquam egisset, nec aliquid opposuerit contra Augustinum de Segasti ante, nec post ab eo obtentam dictæ Epistolaniæ collationem & possessionem, fit consequens hanc objectionem nullum habere fundamentum: tum etiam, quia patroni non præsentant, vt vniuersi vniuersitatem repræsentantes, sed vti singuli, quo casu possunt singulariter præsentare, & non vocati de contemptu agere non valent,
14 Rota, cuius meminit Viuian. *in praxi iurispatronat. p. 2. lib. 8. cap. 2. num. 10.* & in dubio patroni non censentur præsentare vt vniuersi, sed vt singuli, eadem Rota apud eundem Viuian. *citato loco.*

15 Excluso propter suam inhabilitatem Pelagio de Gamboa, & legitimè præsentato Augustino de Segasti, fit euidens litem à Pelagio contra Augustinum motam iniustam, & calumniosam fuisse, vnde Pelagio mortuo, Augustinus superstes collitigans, vti legitimè præsentatus, & institutus tam sui, quàm demortui collitigantis, si quod haberet, iuri innitens, remansit solus, & vnicus præsentatus, nec potuerunt patroni collitigantem ei dare in demortui locum alium præsentando, prohibente decisione text. *in cap. 1. vt lite pend. lib. 6.* qui ob pariformem rationem locum habet in præsentatione, & beneficiis iurispatronatus, vt cum Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 12. q. 3. num. 17.* te-
16 nui in *collect. ad illum tex. num. 2.* Vnde ex duobus præsentatis collitigantibus vno mortuo patroni in præiudicium superstitis alium, hoc est, Ioannem Lopez de Burgoa præsentantes nulliter, & de facto præsentarunt, propter decretum irritans in eo textu appositum; ita per illum tenent Lap. *allegat. 22. num. 3.* latè Ludou. Gom. *in reg. de subrogandis collitigantibus q. 13. per tot.* Mandos. *super eadem regula q. 11. à num. 1.*

17 Ex modernis idem resoluit Iulian. Viuian. mei olim Romæ amicissimus, *in sua praxi iurispatron. lib. 5. c. 5. n. 146.* ibi: *Et si pendente lite inter duos electos, seu præsentatos contingat vnũ vel alterũ mori, vel liti cedere, non potest alius eligi, seu præsentari, qui sumat illius iura,* c. 1. vt lite pend. lib. 6. *quod etiam indistinctè locum habet in præsentatis à patronis Ecclesiasticis, cùm eorundem præsentationes cẽseantur electiones, vt per* Abb. in c. cùm autem n. 3. & in c. pastoralis n. 4. de iurepatron. & tex. in d. c. 1. *habet etiam locum in duobus præsentatis à patronis laicis, quando vnus ex eis moritur, vel renunciat post tempus quadrimestre datum laicis ad præsentandum, & ideo si alius tunc fuerit præsentatus, non tenet præsentatio,* cap. 2. vt lite pend. lib. 6. *&c.*

18 Melchior Lotter. in Romana Curia quondam amicus meus, *de re benefic. lib. 2. q. 20. n. 2.* ibi, *Quæ ratio cùm militet etiam in præsentationibus ad beneficia iurispatronatus, ad has quoque vim eiusdem Constitutionis extendit, siue tractetur de iurepatronatus Ecclesiasticorum, siue etiam laicorum, & siue contingat mors, vel casus aliquis ex præmissis post tempus datum ad præsentandum, vt sentit* Ioan. Andr. in d. c. 1. ante n. 1. in princ. *siue ante tempus huiusmodi, vt per* Lap. ibidem n. 2. *& latissimè firmat* Lambertin. de iurepatron. lib. 2. p. 1. q. 6. art. 12. ex n. 3. *&c.*

19 Rota Romana apud Farin. *in posthumis p. 1. decis. 336. n. 3.* aliàs *p. 3. recent.* ibi: *Itaque existimant domini eidem Donato dandam esse subrogationem in iuribus dicti Lauri collitigantis, qui lite in Rota pendente obiit, tum vigore regulæ, quàm ex dispositione Iuris communis* in c. 2. vt lite pend. lib. 6. *maximè quia durante ista lite inter compræsentatos, non possunt patroni aliquem in demortui Lauri locum præsentare,* &c.

Quod adeò verum est, vt vnanimiter sentiant omnes procedere, licèt superstes præsentatus non iustè obtinuerit beneficium, & litem calumniosam sustinuisset contra verum beneficiatum, quia adhuc patroni non poterunt præsentare alium, & subrogatio deberetur tali superstiti, nõ obstante quòd ex hoc videretur sequi inconueniens, quòd scilicet altero ex præsentatis collitigantibus decedente, ille superstes, qui non haberet concurrentem compræsentatum, posset obtinere in illa lite iniustè; nam illatio non sequitur, cùm non debeat præsumi illũ iniustè obtinere posse; quia iste collitigans superstes propter subrogationem innititur iuri suo, & mortui collitigãtis, & verũ est dicere penes aliquem illorum remanere ius saltẽ resultans ex clausulis generalibus. Ita Ludou. Gom. *d. q. 13.* quẽ referunt & sequuntur Lotter. *d. q. 20. n. 2.* vbi affirmat superstitẽ hoc casu nõ inniti iuri tantùm suo, sed etiã defuncti, ex dispositione tex. *in d. c. 1.* & propterea ab hac sentẽtia nõ esse recedendũ dicit Rota *d. decis.* 20
336. *n. 3.* vbi addit ad effectum regulæ sufficere litem fuisse iustam saltẽ coloratè; vnde cùm dictus Augustinus de Segasti innitẽs iuri suo, & demortui collitigãtis Pelagij de Gamboa, quale quale fuerit, subrogationem in iure concessam obtinuerit, non est disputandum de iustitia vnius, vel alterius iuxta supra resoluta; sed insistendum in eo quòd patroni nullo modo potuerunt in Pelagij locum Ioannem Lopez de Burgoa præsentare, Augustino compræsentato superstite. 21

Non obstat quòd Ioannes Lopez de Burgoa in locũ Pelagij de Gamboa demortui collitigantis de facto nominatus fuit, & per Ordinarium vti collitigans admissus, & pro tali in lite habitus, ita vt ad effectũ de quo agitur, meruisse videatur collitigantis nomẽ respectu Augustini de Segasti, contra quẽ litem & causã prosequutus fuit, & sentẽtiam fauorabilẽ reportauit, proindeque debuerat impedire patronos in eius locũ Martinum præsentare, iuxta suprà resoluta, in quo Aduocatus dicti Ioannis Lopez de Burgoa multùm insistit. Quia respondetur dictũ Ioannem de Burgoa collitigantis nomen nõ meruisse, nec instructam causam vnquam habuisse, quæ illum talem constituat: tũ quia ea, quæ in vita Pelagij de Gamboa pendebat, & post eius mortẽ cum dicto Ioanne Lopez prosequuta fuit, per prohibitionem alterius præsentationis sopita extitit, vt dicit Ludou. Gom. *d. reg. 13.* ibi, *Præsertim in casu nostro in quo per prohibitionẽ alterius præsentationis lites sopiuntur,* &c. Tum etiam, quia propter decretum 22
irritans contentum *in d. c. 1.* ibi, *aliàs attentata contra hoc electio ipso iure viribus non subsistat, & in d. c. 2.* ibi: *quòd si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur,* præsentationes contra illius formam factæ nullæ sunt, & habentur pro infectis, ad not. per Anton. Gab. *commun. lib. 6. tit. de clausulis concl. 3. num. 56.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 115.* hoc enim decretũ inducit formã, ex multis, quos refero *clau.* 40. n. 2. adeò vt illa non seruata actus ipso iure corruat. Bald. *cons.* 351. *n. 9. lib. 5.* Dec. *cons.* 532. *n. 4.* Rota *in Romana Societatis officij* 14. *Ianuarij* 1613. coram Sanctissimo D. INNOCENTIO X. Sublata igitur de medio præsentatione in personam dicti de Burgoa facta, tanquam irrita, & viribus non subsistens, non potuit ei acquiri ius aliquod prosequendi litem à Pelagio introductam, cùm iam fuerit sopita, nec aliam ex dictis de nouo introducendi, cum ex persona sua actione careat ob 23 24
nullam,

nullam,& inualidam suam præsentationem,ad not. per Bart. & alios *in l. vbi pact. on, C. de transact.* & sic cùm dictus Augustinus de Segasti solus, & vnicus præsentatus remanserit, nullo existente colligirante,qui talis de iure dici valeat, consequens fit per eius obitum dictam dimidiam Epistolaniam vacare, & ad eam patronos ritè præsentasse dictum Martinum de Ben,illique institutionem, & collationem faciendam esse, & ita iudicaui Matriti hac die 24. Decembris 1644.

Toletana redemptionis census.

Ad extinctionem census, & ad impediendum cursum vsurarum,qualiter depositum faciendum respectu pretij cēsus, & pensionum decursarum?

VOTVM LXXIX.

1 *Facti contingentia refertur,& n. 2. 3. 4. & 5.*
6 *Oblatio præcedere debet obsignationem & depositionem.*
7 *Census dominus antequam depositum fiat, citandus est ad recipiendum pretium census vnà cum redditibus decursis,& ad reuendendum censum cum comminatione quod aliàs fiet depositum.*
8 *Depositum pretij census nunquam fieri debet ex abrupto.sed debet prius requiri dominus,& ei offerri debitum coram testibus saltim extraiudicialiter.*
9 *Depositum pretij census faciendum citatione præmissa.*
10 *Depositum pretij census debet fieri integrè.*
11 *Defectus pretij census in deposito etiam in vno nummo facit ne census extinctus, & redemptus maneat.*
12 *Minores,mulieres,& rustici non excusantur si depositū pretij census defectuosū faciant.*
13 *Pensiones decursæ cēsus vnà cū teste principali deponēdæ ad impediendū cursum vsurarū.*
14 *Integritas depositi pretij census consideratur non solùm respectu illius, sed etiam fructuum decursorum, & non solutorum pro rata temporis.*
15 *Cēsus parte inuita nō potest redimi pro parte.*
16 *Depositum pretij census debet fieri cum vera & reali numeratione.*
17 *Notarius si confiteatur se recepisse pecunias oblatas, exinde non probatur vera numeratio quæ releuet in casu vbi ea requiritur.*
18 *Numeratio vera & realis requiritur in depositis.*
19 *Depositum fieri debet loco congruo.*
20 *Locus incongruus est ad depositum faciendum si illud fiat in loco non conuento.*

1 Didacus de Lucena emit officium scribæ de numero ciuitatis Toletanæ à Francisco de Touar die 8. Iunij 1601.& pro residuo pretij, quod erat ducatorum duorum millium,& quingentorum,super aliquibus bonis suis ad fauorem dicti Francisci censum ex conuentione pensitantem quolibet anno morabatinos 56|859. cum dimidio, eo scilicet pacto: *Y con condicion que siempre,y cada y quando que yo, y los dichos mis fiadores, y otra qualquiera persona en nuestro nombre quisieremos redimir este dicho censo lo podamos hazer, y el dicho Regidor Francisco de Touar, o quien por el lo posseyere, sea obligado a recibirlo,dandole, y pagandole el principal deste dicho censo con los reditos corridos,y que estubieren por pagar,otorgandonos carta de pago,y redempcion en forma, entregandose à la persona que lo hiziere,el traslado original desta escritura, y no lo queriendo recibir,que depositandolo en el depositario general desta ciudad,ante la justicia della, sea visto quedar el dicho censo redimido,*&c.

Census iste cum aliis bonis ab illius domino applicatus fuit pro dote certæ capellaniæ,cuius patrona extat deuota,& illustris Confraternitas hospitalis sancti Petri ciuitatis Toletanæ, & Capellanus Doctor Andreas de Herrera;in huius autē Capellaniæ fundatione de anno 1619.reperitur ita cautū. *Y es condicion que todas las vezes que los juros,y censos de que va dotada esta fundacion se redimieren, se ponga el principal en la arca de tres llaues,que ay en la dicha confradia, hasta que con acuerdo de la dicha confradia se buelua a hazer nueuo empleo,* &c. 2

Hinc D. Hieronyma de Fonrechada dicti cēsus debitrix volens illū redimere cōparuit corā Vicario generali Toletano, & petiit deponi penes personā per illū nominandam partem ducatorum duorum millium, & quingētorum pro extinctione residui huius census,& dictus D. Vicarius generalis mandauit eas pecunias deponi penes Franciscū de Miranda y Paz Regium Capellanū, qui in vim huius decreti dictas pecunias in depositum recepit,sub hac obligatione, videlicet. *En la ciudad de Toledo a ocho de Mayo 1642. años,ante mi el Notario publico,y testigos,parecio presēte el señor don Francisco de Miranda y Paz,Capellan de su Mag. en su Real Capilla de los Reyes nueuos desta sāta Iglesia de Toledo,y Colector general del subsidio,y escusado desta dicha ciudad,y dixo que en virtud deste auto proueido por el señor Doctor don Andres Fernādez de Hipença,Inquisidor,y Vicario general en ella,y su Arçobispado,en dos deste presēte mes,y año,de pedimiēto de doña Geronima Fōrechada,viuda de Diego de Lucena Valdes, escriuano que fue de Toledo,y vezino desta ciudad, recibia,y recibiò en deposito veinte y vn mil y seiscientos y sesenta y siete reales de vellon del principal,del cēso que pagaua la susodicha a la Capellania que dotò,y fundò doña Ines Sedeño difunta,de que es Capellan el Dotor Andres de Herrera, y patron la hermandad de san Pedro desta dicha ciudad; de cuya cantidad se ha de otorgar redempcion,y boluer a emplear en fauor de la dicha Capellania, de cuyo entrego del,al dicho don Francisco de Miranda y Paz yo el presente Notario doy fee, y el susodicho a mayor abundancia se dio por entregado della,y sobre ello renunciò las leyes de la non numerata pecunia,*&c. 3

Die verò 10. Maij eiusdem anni 1642. D. Vicarij decretum,& factum depositum, intimatū fuit Confraternitatis prædictæ Officialibus,& Capitulo,necnon dicto Doctori Andreæ de Herrera Capellano. Transacto aliquo tempore,die scilicet octauo mēsis Augusti subsequentis, Cōfraternitas,ac Capellanus notificationi præcedenti respondentes depositum prædictum non legitimè factum,vti contra formam instrumenti impositionis illius, ac de quantitate non integra, proinde census redemptionem operari non posse dixerunt, & protestati fuerunt sibi tale depositum non præiudicare, nec censum per illud extingui, sed de hac responsione, & protestatione facta copia dictæ D. Hieronymæ de 4

de Fontechada, asseruit in iudicio, illis non obstantibus, depositum pro legitimè factum habendum esse; necnon se consentire proposuit, vt Confraternitati, & Capellano prædictis, mandante iudice, deposita quantitas traderetur, & consignaretur; id tamen replicarunt Confraternitas, & Capellanus præfati opera, & diligentia dictæ D. Hieronymæ de Fontechada faciendum esse; & sic non solum non consenserunt, sed expressè depositum semper impugnarunt.

5 His sic stantibus die 16. Septembris eiusdem anni 1642. fuit promulgata lex minoratoria monetæ, & cum dubitaretur an depositum illud esset ritè, & rectè factũ, cuiusque damno minoratio huiusmodi cederet, ipse D. Vicarius suum tulit definitiuum decretũ sub die 15. Ianuarij 1643. per quod declarauit dictum depositum legitimè factum, censumque extinctum existere, necnon Confraternitatem dictæ Capellaniæ patronam adscripturam redemptionis prædicti census rogandam condemnauit. Sed introducta causa in gradu appellationis coram DD. Iudicibus Consilij gubernationis Archiepiscopatus Toletani, ipsi pro indaganda veritate circa integritatẽ summæ debitæ, & depositæ, mandarunt vt dicta D. Hieronyma ex sua parte cõputatorem, seu calculatorem vnum, & alium dicta Confraternitas eligerent, & nominarent, prout de facto elegerunt, & nominarunt, qui facto cõputo iudicialiter retulerũt in deposito sortis principalis (cẽsus reditibus exceptis) deficere summã morabatinorum duorum millium quadringentorũ, & octuaginta duorũ cum dimidio, & conclusa causa ad suam definitiuam deuenerunt sentẽtiam, in qua D. Vicarij decretum in omnibus, & per omnia reuocandum esse censuerunt: sed cùm pro parte dictæ D. Hieronymæ fuisset appellatum, & causa appellationis huiusmodi per Illustrissimũ, & Reuerendissimum D. meum D. IVLIVM ROSPILLOSI Archiepiscopum Tarsensem, & in his Hispaniarum Regnis Nuncium Apost. mihi commissa esset, dubitaui an dictum D. Vicarij generalis decretum esset confirmandum, vel infirmandum? & infirmandum esse censui.

6 Ex ea ratione quia depositum, de quo agitur, non fuit legitimè factum, nec sufficiens ad extinctionem census, & ad impediendum cursum vsurarum, quod euidenter apparet ex facti contextura, & sequentibus fundamentis.

Primò, quia nullibi constat Confraternitatem citatã fuisse ad recipiendam sortem principalem cum pensionibus decursis, & ad faciendũ retrouenditionem in forma, pro vt tenebatur ex dispositione iuris communis requirentis quòd oblatio præcedat obsignationem, & depositionem. *l. 2. l. acceptam C. de vsuris*, vbi Ego *in collect. n. 6. cum seqq.* plures retuli Do-
7 ctores, Gutier. *pract. lib. 2. q. 160. n. 1. vers. his tamẽ.* ibi, *Consignatio & depositio pecuniæ nihil prodest, nisi prius oblata fuerit ei, cui solui debet*, &c. citandus est enim dominus census antequam depositum fiat, ad recipiendum pretium census vnà cum redditibus decursis, & ad reuendendum censum, cum comminatione quòd aliàs fiet depositum, Felician. *de censib. tom. 2. lib. 4. c. vnic. n. 2. vers. secundò requiritur*, Ludou. de Auendan. *eod. tract. c. 102. num. 12.* Cenci. *in simili tract. p. 3. c. 1. q. 3. art. 9. n. 13.* & videtur hoc idẽ sentire Duard. *eod. tract. tom. 2. in cõmento ad §. 6. q. 7. n. 4.*
8 *in fine*, dum concludit nunquam hoc depositum fieri debere ex abrupto, sed debere prius requiri dominum, & ei offerri debitum coram testibus saltim extraiudicialiter, & deinde eo recusante, fieri depositum, iuxta text. *in l. si creditrici, C. de vsuris.*

Secundò, quia ex actis non apparet vllam citatio- 9
nem, aut intimationem, siue protestationẽ Confraternitati ante depositum fuisse factam: licèt enim, sine veri præiudicio, oblatio præcedere non deberet, prout debuit, adhuc tamen non poterat depositum fieri nisi citatione præmissa, id enim tanquam indubitatum recipitur à Rota, & signãter *in Romana census* 4. *Iunij* 1600. coram *sanctæ mem. Gregorio X V.* apud Duard. *in fine d. tom. 2. decis.* 295. ibi: *Sed contrarium fuit resolutum, quia depositum factum fuit, hospitale non citato, quod tamen citari debuit*, Ias. *cons. 9. col. pen. vers. secundo, & melius lib. 1.* latè Roland. *cons. 63. n. 32. lib. 1.* &c. Eadem Rota *in Anconitana census* 24. *Maij* 1613. *coram Vbaldo*, apud eundem Duard. *citato loco decis.* 84. *n.* 11. ibi: *Accedit vltimò, quia decretum emanatum vigore dictæ interpellationis de deponendo fuit factum cum intimatione, quæ tamen non fuit facta nisi post depositum, ex quo videtur resultare inualiditas dicti decreti*, Pute. *decis. 174. lib. 1. ex quibus resultat secundus defectus principalis, videlicet depositi*, &c.

Tertiò, quia depositum non fuit integrum, non 10
solùm ex defectu sortis principalis, vt patet ex relatione data per computatores à partibus electos, qui vnanimiter affirmarunt depositum sortis principalis defecisse in dictis 2482. marabatinis cum dimidio, qui defectus sufficiens videri debet ne cẽsus extinctus, & redemptus maneat, licèt in vno solũ num- 11
mo verificetur, Felician. *d. tom. 2. lib. 4. c. vnic. num. 3.* Cenci. *d. art. 9. n. 38. & 39.* Duard. *d. q. 6. n. 7.* Giurba *decis. 87. n. 15.* Greg. XV. *decis.* 480. Ego *in collect. ad d. l. acceptam, n. 10.* qui omnes id extendunt etiamsi deponentes essent minores, rustici, & mulieres. Sed 12
etiam ex defectu pensionum decursarum vsque ad diem depositionis, & consignationis, quæ vnà cum sorte principali deponendæ erant, *d. l. acceptam*, vbi Ego *n. 11.* Bald. *in 6. opposit. n. 19.* & Castr. *n. 2.* Rota *in* 13
d. Romana census, coram Gregorio X V. Felician. *de censib. lib. 4. c. vnic. n. 3. & 7.* vbi resoluit, quòd redditus vsque ad id tempus decursi, soluendi sunt simul cum sorte principali, Cenci. *d. art. 9. n. 42.* vbi quòd inte- 14
gritas depositi consideratur nõ solùm respectu pretij census, sed etiam fructuum decursorum, & nõ solutorum pro rata temporis: constat autẽ pensiones huiusmodi eo tempore nec solutas, nec depositas fuisse: tum, vt dixi, ex relatione computatorum, tũ etiam ex declaratione Doctoris Andreæ de Herrera Capellani ad instantiã dictæ D. Hieronymæ Fontechadamedio iuramento examinati, qui deponit pensiones decursas post factum & notificatum depositum sibi per eandem D. Hieronymam persolutas: his verbis: *Dixo, que despues de auer depositado la dicha D. Geronima de Fontechada por orden y mandado del señor Vicario general los marauedises contenidos en el deposito a que se refiere, y se le notificò el deposito, y se le pagò a este declarante todos los reditos que como tal Capellan se le deuian*, &c. Non obstat quòd saltim pro quantita- 15
te pecuniæ depositæ debet reputari census extinctus, quia semper fuit petitũ censum redimi pro tota summa; & quicquid sit, certum est parte inuita non posse censum extingui pro parte, *l. tutor, §. Lucius, ff. de vsur.* Iason *in l. quædam, n. 4. ff. si certũ pet.* Villalob. *in sum. p. 2. tract. 23. diffic. 11. n. 3.* post Bonacin. Trullench *in Decal. lib. 7. c. 21. dub. 7. n. 6.* Rota *in vna Romana cẽsus* apud Duard. *in fin. d. tom. 2. decis.* 283. *n. 9.*

Quartò, quia in deposito non interuenit vera, & 16
realis numeratio, nã dictus D. Franciscus de Mirãda y Paz Capellanus Regius, assertus depositarius fassus est in obligatione de qua *sup. n. 3.* se recepisse in depositũ eam pecuniarũ summam; & licet Notarius ibi fidẽ faciat de recepto, non tamen dicit corã testibus

stibus fuisse numeratam, cùm de vera & reali numeratione fidem facere teneretur, vt resoluit Tiraquel. *de retractu conuent.* § 4. *gl.* 6. *n.* 8. qui dubiū in fortioribus terminis sic proponēs: *Sed in hac tractatione consignationis illud quæstionis est, si iudex statuerit pecuniam consignari in manibus Titij, qui postea fatetur id pretium sibi à venditore numeratum, nec tamen aliter constat de numeratione an satis erit, vt venditor dicatur consignasse* ad fundamenta vtriusque partis deueniens, tandem concludit satis non esse, & de contrariis agens ita dicit: *Sed certè hæc omnia vera sunt in præiudicium eorum, qui ipsum actum ita conficiunt, sed in hoc casu vbi agitur de præiudicio tertij, non crederem id satis esse, nisi*
17 *appareat de vera numeratione,* &c. Neuizan. *conf.* 10. *num.* 15. vbi tenet non sufficere si Notarius recepisse pecunias oblatas confiteatur, Card. Tusch. *pract. conclu. lit. D. concl.* 203. *num.* 23. ibi: *Amplia quia numerationem requirit depositum ad hoc vt releuet,* Matienz. *in l.* 4. *glos.* 9. *n.* 7. *tit.* 11. *lib.* 4. *Recop.* & ibi Azeued. *n.* 14. Auend. *de censib. c.* 44. *n.* 5. Vera semper & realis nu-
18 meratio in his depositis requiritur. Caroc. *de deposito p.* 1 *tit. de probat. depositi, n.* 5. Marta *in votis nouiss. decis.* 87. *num.* 35. Ego *in collect. ad d. l. acceptam, num.* 25.
19 Quintò, quia non fuit factum depositum loco congruo, videlicet penes depositarium generalem, apud quem in instrumento impositionis census (cuius clausula refertur *suprà n.* 1.) deponi iubetur sors principalis, si eam dominus census recipere noluerit, ad hoc vt redemptus exinde habeatur, vnde depositum diuerso modo factum, scilicet penes dictum D. Franciscum de Miranda y Paz, non potest dici legitimè factum, nec deponenti prodest ad impediendum annui redditus censum, Ludou. Cenci.
20 *de censib. p.* 3. *cap.* 1. *q.* 3. *art.* 9. *n.* 50. vbi subdit locum incongruum esse si depositum fieret in loco non conuento, Duard. *d. q.* 7. *n.* 3. Ego *in collect. ad d. l. acceptam à num.* 42. Rota *in Ianuen. census* 25. *Nouembris* 1613. coram Dunozet apud eundem Duard. *in fin. d. tom.* 2. *decis.* 173. *n.* 4. & 5. Et ita iudicaui Matriti *die* 17. *Decembris* 1644.

Granaten. redemptionis census.

Oblatio & depositum vt releuet debitorem quale? Et quid si fuit factum de pecunia, quæ de proximo erat reprobanda, seu minuenda? Et de Regia Pragmatica minorationis monetæ publicata Matriti 16. Septembris 1642.

VOTVM LXXX.

1 *Persona actoris & rei debent ante omnia legitimari in quolibet iudicio.*
2 *Debitor census qui paratam habet pecuniam pro illius redemptione, quæ agere debeat.*
3 *Vniuersitas aliud est, aliud singuli de vniuersitate.*
4 *Negligentia ac omissio cuiuslibet particularis de vniuersitate, non præiudicat ipsi vniuersitati.*
5 *Procurator constitutus ad exigendum redditus census, cum plena, seu libera administratione, non potest census redemptionem sibi à debitore oblatam recipere.*
6 *Claus.* cum libera & generali administratione, *plerumque absque dominorum consensu apponunt Notarij.*
7 *Procurator ad negotia absque substituendi facultate datus, potest alium suo nomine liberè deputare.*
8 *Substituendi facultas cessat si in mandato dato industria personæ electa fuerit.*
9 *Substitutio locum habet etiam vbi industria personæ electa fuerit quando certa forma fuerit præstituta, nisi negotium graue sit.*
10 *Oblatio debet præcedere obsignationi, & depositioni.*
11 *Oblatio vera & realis debitorem liberat, & cursum vsurarum impedit.*
12 *Debitor per oblationem realem excusatur à mora.*
13 *Oblatio realis quando dicatur?*
14 *Oblatio verbalis idem operatur quod realis, & vera quoad euitandam moram & pœnam, si creditor expressè recusauerit accipere.*
15 *Pecunia quando est debita non potest offerri tot de bonis immobilibus, vel mobilibus.*
16 *Pactum de redimendo censu in eisdem speciebus monetæ, quibus constitutus fuit, valet.*
17 *Depositum vt releuet debitorem debet fieri authorizante iudice.*
18 *Depositum habetur pro non facto si fiat coram iudice incompetenti.*
19 *Debitor offerri & protestari debet coram honestis personis quando iudicis non habetur copia.*
20 *Depositum faciendum est de mandato eius iudicis, qui de causa illa aliàs cognoscere valet, si inter contrahentes nihil actū sit.*
21 *Depositio debet fieri parte citata.*
22 *Creditor secundùm praxim citari debet ad recipiendam sortem cum redditibus consignatam & depositam.*
23 *Citatio ad recipiendam sortem cum redditibus depositam debet fieri personis legitimis, quæ liberè possint recipere solutionē.*
24 *Marito potest fieri census redemptio.*
25. *Prælato, orphanotropho, vel administratori ciuitatis fieri potest census redemptio.*
26 *Census venditor, ex quo maioratus fuit institutus, vel capellania fundata, quomodo illum redimere valeat?*
27 *Depositum in quo deficit vnus nummus, non liberat debitorem.*
28 *Depositum, in quo per errorem vnus nummus deficit, non causat plenam liberationem*

nem, maximè ad redituum extinctionem.
29 *Erroris excusatio, propter quem in deposito vnus nummus defecit, non admittitur etiam in muliere, & rustico.*
30 *Depositum fieri debet loco congruo.*
31 *Depositum debet fieri in loco in citatione expresso.*
32 *Locus incongruus pro deposito erit si oblatio fieret creditori peregrinanti, vel in loco non conuento, vel non destinato solutioni expressè, vel tacitè.*
33 *Depositum debet fieri tempore congruo.*
34 *Depositum factum ante tempus adiectum solutioni fauore creditoris dicitur fieri tempore congruo.*
35 *Depositum dicitur factum tempore incongruo quando est appositum pactum quòd non possit soluere debitor, nisi quando creditori placuerit.*
36 *Creditor recipere non tenetur pecuniam, quæ de proximo secundùm rumorem est, minuenda, vel reprobanda, maximè sciente debitore.*
37 *Depositum, aut oblatio pecuniæ non valet, quæ de proximo est reprobanda sciente ipso debitore.*
38 *Constitutio noua ligare non potest ante promulgationem etiam scientes.*
39 *Constitutio ligat priusquam promulgetur si cum scientia concurrat fraus in alterius detrimentum.*
40 *Oblatio, & depositio non erit sufficiens ad liberandum debitorem si constitutio de breui foret promulganda.*
41 *Scientia futuræ pecuniarum reprobationis in quibus personis præsumatur?*
42 *Pragmatica minorationis monetæ publicata sub die 16. Septembris 1642. refertur, & de eius intellectu, n. 43.*
44 *Animal mortuum intra biduum post venditionem censetur ex infirmitate illam præcedente mortuum.*

1 MVlta pro nullitate depositi fuerunt per Abbatem & Capitulum sacri Montis Granatensis contra Augustinum Mendez debitorem deducta, quæ indicant redemptionem census, de quo agitur, nullam fuisse. Et primò conuincitur depositum non legitimè factum ex eo quòd cùm in quolibet iudicio ante omnia debeant legitimari personæ actoris & rei, Bart. communiter receptus *in l. fin. in fine, C. de edicto d. Hadriani toll.* Auendan. *resp. 1. num. 21.* Mariensi. *in dial. Prælatorum p. 3. cap. 43. num. 30.* Azeued. *l. 3. num. 4. & 5. tit. 2. lib. 4. Recopil. & l. 10. num. 29. tit. 17. eod. lib.* Lancel. *de attent. p. 3. cap. 28. num. 36.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 3. §. 1. num. 7. & 8.* Amat. Roderic. *de modo videndi process. cap. 1. à numero primo, & capite secundo, num. 1. & 2.* in præsenti causa non apparet legitimata persona Augustini Mendez debitoris, nec Abbatis & Capituli prædicti creditoris, nec procuratoris venientis ad causam, & prætendentis habuisse mandatum legitimum ad redimendum, nec denique constat qualis sit iste census, nec indicatur instrumentum illius, prout præcedere debebant, sicut in terminis monet Ludou. Cenc. *de censib. p. 3. quæst. 3. art. 9. num. 20.* ibi, *Debet igitur debitor census, qui pecuniam paratam habet pro redemptione annuæ responsionis censualis, qua grauatus reperitur, adire Iudicem competentem, vt per semetipsum, vel mediante persona sui legitimi procuratoris, & ex illius decreto ad notitiam, vel ipsiusmet domini census, vel alterius legitimæ personæ pro eo deducere, qualiter ipse comparens est paratus redimere censum, exprimendo qualis sit iste census, & indicando instrumentum, annum, mensem, & diem, quo confectum fuit, & nomen Notarij, cuius manu confectum fuit, &c.* 2

Nec releuat quòd depositum fuerit factum citato vno ex Capitularibus dicti sacri Montis, & quòd oblatio eidem facta præcederet, quia aliud est vniuersitas, aliud singuli de vniuersitate, *l. in tantum, §. vniuersitas, ff. de rerum diuis. l. sicut, §. si quid, ff. quod cuiusque vniuers. nomine,* Anton. Gabr. *commun. opin. lib. 6. tit. quod cuiusque vniu. nom. concl. 1.* Bero. *consf. 19. num. 3. vol. 1.* Et negligentia ac omissio cuiuslibet particularis de vniuersitate non præiudicat ipsi vniuersitati, Felin. *in cap. cùm accessissent, num. 29. de constit.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 41. num. 7.* Surd. *cons. 128. num. 194. cum seqq. & cons. 323. à num. 10. & cons. 365. num. 63.* Cancer. *var. resol. lib. 3. cap. 3. num. 21.* 3 4

Minus releuaret quòd oblationis & depositi causa facta fuerit cum procuratore constituto ad exigendum redditus census, *cum plena etiam ac generali, seu libera administratione,* quia virtute huius mandati non poterat talis Procurator census redemptionem sibi à debitore oblatam recipere; hæc enim adeò nihil commune habet cum reditus exactione sibi tantùm commissa, vt imò ei planè contraria sit, cùm ipsam omnino cessare faciat. Seraph. *decis. 831.* Ludou. Cenc. *de censib. p. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 7. num. 53.* Basil. Pont. *de matrim. lib. 2. cap. 15. num. 4.* Ratio etiam potest esse, quia certum non erat quòd dominus, qui reditus exactionem de procuratore confidit, sortis quoque principalis redemptionem confideret, quæ res tum principali mandato contraria est, vt diximus: tum etiam longè maioris ponderis & præiudicij, ad quam mandatum vtcunque generale & amplum non extenditur, & nihil facit quòd dicto Procuratori non solùm simpliciter totorum, seu vniuersorum negotiorum administratio permissa fuerit, sed etiam libera, hoc nominatim addito, cum liberali & generali administratione, quo casu videbatur ei concessum, vt posset ille facere quæcunque dominus posset, *cap. qui ad agendum, vers. vlt. de procurat.* ibi: *Procurator quoque absque speciali mandato iuramentum deferre, transigere, vel pacisci non potest, nisi ei bonorum, vel causæ administratio liberè sit concessa, &c.* Nam clausula illa æquipollet alteri, videlicet, *dans potestatem exercendi ea, quæ posset ipse constituens,* & ita operatur, vt quis possit omnia facere, quæ principalis, vt pluribus citatis Doctoribus dixi *de clausulis vsufreq. claus. 35. num. 5.* Quinihilominus Procurator sine cum libera administratione constitutus, siue mandatum generale simpliciter habens, nihil potest circa res valdè domino præiudiciales, propter abusum nempe Notariorum, qui passim absque dominorum consensu, & eis prorsus ignorantibus iuxta ipsorum communem stylum clausulam illam, *cum libera, & generali administratione,* inserere solent, quemadmodum resoluunt Cou. *lib. 1. var. cap. 6. num. 3. vers. 5. in fine, & in rub. de testam. p. 2. num. 14. aliàs 42.* Greg. Lop. *l. 19. glos. S.* 5 6

& 9.

& 9.tit.5.part.3.Gutier. de iuram.confirm.p.1.cap.50. num.2.Matienſ. ad l.7.gloſ.14.num.6.tit.11.lib. 5. Recop.Salzed.ad Berhard.Diaz reg.147. limit. 8.verſ. id tamen,Gondiſ.de Paz in praxi annotat.4. num. 17.& 18.Ego d.clauſ.35.num.1.

7 Et quatenus in priore mandato ſubſtituto ad fauorem præſentis procuratoris ampla facultas ad negotia, & ad bona diſtrahenda, & vendenda conceſſa eſſet, adhuc ſubſtitutus ea facultate vti non poterat: licèt enim procurator ad negotia etiam ſimpliciter, & abſque vlla ſubſtituendi facultate datus poſſet alium ſuo nomine & periculo liberè deputare,l.ſi procuratorem 8.§.ſi quis mandauerit, vbi gloſ. verb.non poteſt,ff. mandati, Barth. Socin. reg. 606.l.Hiſp.19.verſ.mas los otros,tit. 5.part. 3. Cardin. Tuſch.pract.concluſ. tom.6.lit.P,concl. 849.ex num.3. Alex.Trentacinq.var.reſol.lib.2.tit. de procurat. reſol. 3.à num.25.Cardoſ. in praxi iudicum, verb. procurator, num.75.in princ. Nihilominus tamen ſi in man-

8 dato perſonæ induſtria electa videri poſſit, ſubſtituendi facultas ceſſat, vt per Alex.num.1.& Iaſ.n.2. in l.quod quis 8.C.de procur. Alex. Trentacinq. d. reſol.3.à num. 26. Ceſſat autem ſi certa in mandato forma deſignata non fuerit, veluti ſi mandatum ſit de re diſtrahenda, nullo deſignato pretio, in quo quidē mandato ob eam cauſam ſubſtitutioni locus non eſt, & ſic ex defectu aſſignationis certæ formæ, mandatarij induſtria ſemper electa cenſetur, vt argumento text. in c. is cui 12. de offic. deleg. lib. 6. docet Bart. in l. 1. in lectura num.7. & in repet.n. 11. ff.de offic. procur. Cæſaris, ſequuntur Iaſ. ibi num.24. verſ.ſi verò, & Alex. num.6.verſ.aut loquimur,Bertaz. de clauſul.inſtrum. clauſ.5.gloſ.1.num.5. Pinel. in l. 2. C. de reſcind.vend.p.2.cap.1.num.17. Trentacinq. d.

9 reſolut. 3.num.27. verſ.in primo caſu. Secus autem, ſi certa fuerit forma conſtituta, quia tunc ſubſtitutio locum habet, quemadmodum poſt Bart. & alios reſoluunt Iaſ. in d.l.1.num.24. Marcabrun.conſ.90. n. 13. cum duobus ſeqq. Cardoſ. in praxi Iudicum, verb. procurator num.75. verſ.ſi autem data, Alex. Trentacinq.d.reſol.3.num.27.verſ.in ſecundo,Steph.Gratian. diſcept.forenſ. tom.2. cap.201. num.22.23. & 26. niſi negotium commiſſum graue,& arduum fuerit, argumento text.in l.liquet,ad fin.verſ. nam tantæ cauſæ pondus, C.de ſumma Trinit. notat Felin. in cap. fin. ſub num. 4. de officio deleg. conſiderata natura negotij continentis maximam ſummam, & ponderoſitatem,Paul.Pariſ.conſ.47.num.88.& 89.lib. 1. Matienſ.l.1.gloſ.8.num.17.tit.11.lib.5.Recop.Cald.Pereira de empt.cap.50. num. 15. Vnde cùm in proximo mandato, quod ſubſtituit procurator in eo conſtitutus, illius perſonæ induſtria electa fuerit, vtpote quia in eo certa forma citra bonorum diſtractionem præfixa non fuerat, negotium certè arduum & graue,meritò dicendum eſt procuratorem ſubſtitutum legitimam facultatem non habuiſſe depoſitum recipiendi, aut oblationem admittendi, quæ ſufficeret ad impediendum curſum vſurarum, & redditunm cenſus, de quo agitur.

10 Secundò deprehenditur depoſitum non legitimè factum, quia oblatio non præceſſit obſignationi, & depoſitioni, vt requirebatur, iuxta tex. in l. 2. l.ſi creditori,& l.acceptam 19.C.de vſur.l. Hiſp.8.tit.14. part.5.Tiraq.de retractu lig.§.9.gloſ.3.num.4. ibi, Sed quod plus eſt, cùm oblatio neceſſaria eſt, ea facienda eſt ei, qui poteſt recipere, & offerentem liberare, & non aliis,&c.Auendan.de cenſib.cap.106.num.1. Felician. de cenſib.tom.2.lib.4.cap.vnic. num. 12. Cancer. var. reſol.lib.3.cap.8. num. 17. Gutier. pract. lib. 2. quæſt. 160. num.1 verſ.his tamen, ibi, Conſignatio & depoſitio pecuniæ nihil prodeſt, niſi priùs oblata fuerit ei, cui ſolui debet,&c. Intellige de oblatione vera & reali, 11 qua debitorem liberari, & curſum vſurarum impediri, per text.in l.qui Romæ,§.Seia,ff.de verb. oblig. l.ſi debitor, & l.qui decem, ff. de ſolut. l.pen.C.de nautico fœn. reſoluunt Marſil. ſing. 479. Caſſan.conſ. 41. Roderic.de ann.reditib. lib.2.quæſt. 15.num.4. Cald. Pereira de empt.cap.23. num. 62. Ratio eſt,quia per 12 oblationem realem debitor excuſatur à mora,l.illud, ff.de peric.& comm.rei vend.l.ſi ſeruum, §.ſequitur, ff. de verb.oblig.Neguſant.de pignor.3.p.memb.5.p. num. 2.verſ.tertius effectus, Carot. de oblation.p.1.quæſt.7. §.de reali oblat.num. 10. Scacc.de commerc. § 2.gloſ.3. num.55.in fine.Dicitur autem oblatio realis quando 13 offerens habens pecuniam in manibus, illam offert numerando,& oſtendendo coram teſtibus,vel ſi habeat cedulam banchariam, Ludou. Cenci. de cenſib. part.3.cap.1.quæſt.3.art.9. num. 37. Rota apud eundem deciſ.131.& 291. niſi creditor acceptare recuſauerit,cùm Rota in locis citatis videatur ſe fundare in acceptatione creditoris. Idem quod oblatio rea- 14 lis & vera operabitur verbalis quoad euitandam moram, & pœnam, ſi creditor expreſsè recuſauit accipere.l. 8. tit.14.part. 5. Ioan. Bapt. Lup. in l.2. comm.2.§.3.num. 1.C.de pactis inter empt.Bened Bon. de cenſib.art.94.Felician.eod.tract.tom.2.lib.4.cap.vn. num.1.Auendan.in ſimili tract. cap. 102.n.9. Vincent. Carot.in tract.de oblat.part.1.quæſt.7.§. de oblat.reali, & de depoſito, quæſt.5. num.1. Surd.conſ.86. num.14. & 29.& conſ.331.num.39.& deciſ.6.num. 4. Anton. Gabr.commun. tit.de ſolut. concl. 8.num. 2. cum ſeqq. Ioſeph.Ludou.Peruſ.deciſ.206.n. 6. Sigiſm. Scacc. de commerc. §. 2. gloſ.3.num. 160. & 16; Boër.deciſ. 124.num.26.Ioann. Bapt. Larrea diſp.19.num.7. vbi tenet quòd illius erit detrimentum, qui nummos recipere iniuſtè recuſauerit, arg.l.qui decem,in princ. & l. creditor 102. ff. de ſolut.idem Larrea diſp. 13. n. 35.vbi notata circa moram creditoris procedere ait quando ipſi poteſt mora imputari,aut cùm ex iuſta cauſa recipere pecuniam recuſauerit, & quòd tunc nec moroſus cenſendus creditor, nec periculum ad eum pertinebit, ex d.l. qui decem.

Et quatenus oblatio vera & realis facta fuiſſet, 15 nihil releuaret, quia cùm eſſet debita pecunia,non potuit offerri tot de bonis immobilibus, vel mobilibus,vt reſoluũt Menoch.de arbitr.caſu 232.à n.23. Anton.Theſaur.deciſ.153.Gutier.de iuram.confirmat. part.1.cap.29.num. 1. & pract. lib.1.quæſt.148.n.16. Caſtill.controuerſ.lib.4.cap.10.n.47. præcipuè ſtante 16 pacto de redimendo cenſu in eiſdem ſpeciebus monetæ, quibus fuit conſtitutus, quod validum eſſe per text.in l.ſemper in ſtipulationibus,ff.de verb.oblig. reſoluunt Pinel.in rub. C.de reſcind.vend. part.1.c.3. num.17.in fine, Surd. conſ.242.num.3. Parlad. rerum quotid.lib.2.cap.fin.part.5.§.17.num.21.Morl.in emporio iuris, tit.8.in prælud.num.3. & 4.Roder.de annuis redditib.lib.1.quæſt.18.num.40.& 43. Stephan. Gratian.diſcept.forenſ.tom.1.cap.95.num.76.

Tertiò ex eo apparet depoſitum huiuſmodi non 17 fuiſſe legitimè factum, quia non fuit authorizante iudice factum, & ita non potuit releuare debitorem, d.l.acceptam,C.de vſuris, Tiraq. de retractu conuent.§.4.gloſ.7.n.11.Ioan.Bapt. Lup. de vſur. comm. 2.§.4.num. 12. Surd.conſ.385. num 4. Matienſ. l. 9. gloſ.4.num.14.tit.11.lib.5. Recop. Menoch. de arbitr. caſu 232.num.28.Felician.de cenſib. tom.2. lib.4. cap. vnic.num. 3.verſ.quinto requiritur, Stephan. Gratian. diſcept.forenſ.tom.2.cap.260. num.25.Cancer.variar. reſol.tom.3.cap.8.num.23. vbi ait depoſitum haberi 18 pro non facto ſi non fiat coram iudice incompetenti

tenti, vel coram non legitima persona. Quamuis
depositum operari talem effectum etsi fiat extra
iudicium, dummodo apud idoneam, & honestam
personam debitor deponat in præsentia honesto-
rum virorum, itavt culpa ipsi adscribi non possit, per
l. obsignatione, C. de solut. & l. creditor, C. de pignor. exi-
stimauerint Tiraq. *d.* §. 4. *gl. s. 6. num.* 34. Carot. *de
deposito, part. 2. quæst.* 69. D. Barbos. *in l. mora num.* 81.
ff. soluto matr. Cornazan. *decis.* 76. *num.* 27. Marescot.
var. resolut. lib. 1. cap. 7. num. 6. & 7. Alex. Trentacinq.
d. resol. 20. num. 2. vers. primo, Card. Mantic. *de tacitis,
& ambig. conuent. lib. 10. tit. 5. num. 16.* Giurba *decis.*
98. *num.* 3. Scacc. *de commerc.* §. 2. *num.* 176. nisi eorum
opinionem intelligamus eo casu, quo iudicis non
habeatur copia, cùm tunc debitor offerre & prote-
stari debeat coram honestis personis, & videtur sen-
19 tire Menoch. *d. casu* 232. *num.* 28. Iudex autem de
cuius mandato fieri debet depositum, dependet
à conuentione contrahentium, Auendan. *de censib.*
20 *cap. 102. num. 15. in fine.* Si autem inter contrahen-
tes nihil actum sit, faciendum est de mandato eius
iudicis, qui de causa illa aliàs cognoscere valet,
Capic. *decis.* 18. Boer. *decis.* 114. *num.* 9. Auendan. *de
censib. cap. 102. num.* 14. Ludou. Cenc. *eod. tract. part.
3. c. 1. quæst. 3. art. 9. num.* 26. Carot. *de oblat. part. 2.
quæst.* 70.

21 Quartò, quia defuit citatio creditoris, & sic no-
tificatio facta domino census, requiritur enim quòd
parte citata fiat depositio, Carpan. *ad statut. Medio-
lan. cap. 417. num.* 610. Surd. *cons.* 86. *num.* 21. Anton.
Gabr. *commun. opin. tit. de citat. concl. 1. num.* 256. Ro-
der. *de annuis redditib. lib. 2. quæst. 15. num.* 55. Alex.
Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de solut. resol. 22. num. 2.
vers. tertio*, Auendan. *de censib. cap. 12. n.* 11. Felician.
eod. tract. tom. 2. lib. 4. cap. vnic. n. 2. vers. secundo requi-
22 *ritur*, ibi, *Praxi verò quotidiana recipitur, vt citetur
creditor non ad depositum faciendum, sed ad recipien-
dum sortem cum reditibus consignatam, & depositam,*
&c. Ludou. Cenc. *in simili tract. part. 3. cap. 1. quæst. 3.
art. 9. num.* 52. ibi, *Deposito autem per debitorem census
illum redimere volentem legitimè facto, illud notificabit
domino census, vel alteri legitimæ personæ pro eo,* &c.
Rota apud Pacif. *de Saluiano interdicto decis.* 146. *n.* 4.
& apud Ludou. Cenc. *post d. tract.* 295. *num. 1. & de-*
23 *cis.* 297. *num.* 6 Quæ quidem citatio semper fieri de-
bet personis legitimis, quæ liberè possint recipere
solutionem, *l. si reus paratus, ff. de procurat. l. 2. C. de
vsur.* Petr. Greg. *de censib. quæst. 5. num.* 395. Auend.
24 *eod. tract. c. 106. num.* 1. Vnde colligitur marito posse
fieri census redemptionem, quia debitum dotale
marito rectè soluitur, Parlad. *rerum quotid. lib. 2. c.
fin.* §. 17. *num.* 4. Petr. Greg. *d. tract. de censib. quæst.* 5.
25 *num.* 297. Roder. *d. quæst. 15. num.* 83. Et similiter po-
test fieri Prælato, orphanotrophio, vel administrato-
ri ciuitatis, quia huiusmodi administratoribus rectè
soluitur, *l. quod si forte* §. 1. *ff. de solut.* Petr. Greg. *vbi*
26 *supra*, Felician. *d. c. vnico num.* 8. Hinc etiam proue-
nit quòd venditor census, ex quo maioratus fuit
institutus, volens redimere census, debet de man-
dato Iudicis sortem deponere apud idoneam perso-
nam, & possessorem maioratus, citare vt eadem au-
ctoritate in emptionem bonorum immobilium con-
uertatur, aliter redemptio est nulla, iuxta *l. 3. ff. de
nouat. & l. nomen, ff. quæ res pignori*, Molin. *de primog.
lib. 1. cap. 10. num* 6. P. Greg. *d. quæst. 5. num.* 297. Ro-
der. *d. quæst. 15. num.* 89. idemque obseruatur in cen-
sibus redimibilibus, ex quibus Capellania fuit fun-
data.

27 Quintò, quia depositum non fuit integrum, de-
ficiente enim vno nummo, non releuat debitorem,
nec impeditur cursus vsurarum, siue redditüũ, *l.
quandiu C. de distract. pign. l. obsignatione C. de solut.*
Cou. *lib. 1. var. cap. 15. num. 7. & 10.* vbi quòd etiam
pro rata temporis & sortis redditus annui depo-
nendi sunt, Felician. *de censib. lib. 4. cap. vnic. num. 3.
& 7.* vbi idem dicit Baëz. *de decima tut. cap. 28. num.*
14. Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 33. num.* 29. Carot. *de de-
posito, part. 2. quæst. 5. num.* 9. Alex. Trentacinq. *lib. 3.
tit. de solut. resol. 22. num. 2. vers. vndecimo*, Roder. *d.
quæst. 15. num.* 76. Auendan. *de censib. cap. 10. num.* 12.
Ludou. Cenc. *eod. tract. part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 9.
num.* 42. Cancer. *var. lib. 3. c. 8. n.* 5. Scacc. *de commerc.*
§. 2. *glos. 5. num.* 171. Mastrill. *decis.* 148. *num. 16. & 25.*
Monter à Cueua *decis.* 18. Muta *decis.* 59. *num.* 3.
Giurba *decis.* 98. *à num.* 16. Rota apud Cenc. *post d.
tract. decis. 84. num. 14. & decis. 295. num. 5. & decis.*
215. *num. 2 & decis. 197. num.* 5. Greg. XV. *decis.* 480.
à num. 4. quod procedit in quacunque persona pri-
uilegiata, Felician. *in append. ad d. cap. vnic. sub num.*
3. Milan. *Siciliæ decis. 18. num. 35. lib. 1.* Cenc. *d. art.*
9. num. 40. Sed quid si per errorem vnus nummus 28
deficiat? Giurb. *d. decis. 98. n.* 18. tenet quòd etiãsi per
errorem vnus nummus deficiat, depositum non
causabit plenam liberationem, nec redditus vsu-
rarum extinguentur, idem docet Felician. *d. lib. 4.
cap. vnic. num. 3. & 7.* dicens quòd licèt hic error
sufficiat quoad pœnæ excusationem, non tamen ad
redditüum extinctionem, Pereg. *cons. 75. n. 42. vol.*
4. Milan. *decis.* 18. *num.* 35. vbi ait erroris excusatio-
nem non admitti etiam in muliere, & rustico,
Cenc. *d. art. 9. num. 40. & 41.* vbi tradit illis denegan- 29
dam non esse restitutionem. Quamuis Didac. Perez
ad Seguram *in l. vnum ex familia*, §. *sed si fundum,
num. 9. in fine, ff. de legat.* 2. & Azeued. *ad l. 9. num.
17. tit. 11. lib. 5. Recop.* vbi Matiens. *glos. 4. num.* 12.
existimauerunt ex defectu vnius nummi, vel alterius
prauæ quantitatis minimè dici non fuisse integrè
factum depositum. Et licèt Roderic. *de annuis red-
dit. lib. 1. quæst. 18. num.* 45. asserat quòd si debitor es-
set obligatus soluere debitum in pecunia argentea,
& deponatur quantitas debita in magna summa, &
vnum auctum, aut tres, aut quatuor deponantur
in alia moneta viliori, valet depositum.

Sextò, quia depositum non fuit factum loco 30
congruo, vt requirebatur, Tiraq. *de retract. conuent.*
§. 4. *glo. 7. num.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 232. *num.*
21. *& cons.* 756. *num.* 12. Carot. *de deposito, part. 2.
quæst. 5. num.* 8. Giurba *decis.* 98. *num.* 1. Ludou. Cenc.
de censib. part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 9. num. 51. vbi addit 31
debere fieri in loco in citatione expresso. Vnde lo- 32
cus incongruus erit, si oblatio fieret creditori pere-
grinanti, vel in loco non conuento, vel non desti-
nato solutioni expressè, vel tacitè, *l. qui Romæ, ff. de
verb. oblig.* Negusant. *de pignor. 2. p. 3. memb. 5. p. n.* 9.
Quare cùm depositum fuisset factum extra locum
conuentum, qui erat penes depositarium genera-
lem, non est dubium quòd per illud non fuit impe-
ditus cursus redditüum.

Septimò, quia depositum non fuit factum tem- 33
pore congruo, vt erat præcisè necessarium ad fa-
ciendam census redemptionem, & impediendum
cursum redditüum. Negusant. 2. *part. 3. memb. 5. par.
num.* 9. vbi limitat nisi nox esset vltima pars tem-
poris adiecti, Menoch. *d. casu* 232. *num.* 31. Carot. *de
deposito, part. 2. quæst. 5. num.* 2. Alexand. Trentacinq.
d. lib. 3. tit. de solut. resol. 22. n. 2. vers. secundo. Dicitur 34
autem depositum factum tempore incongruo quan-
do est factum ante tempus adiectum solutioni fa-
uore creditoris, text. *in l. cum qui*, aliàs *Iabolenus, ff. de
annuis leg. l. si ita relictum*, §. *Pegasus, ff. de legat.* 2. Gom.
var.

var.tom.2.cap.17.num.27. Morl. *in empor.io iuris tit. 8.q.21.num.5.* Pytth. Maur. *in tract. de solut.cap.92. num.2.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig.convent.*
35 *lib.14.tit.40.num.6.* Vel quando est appositum pactum quòd non possit soluere debitor, nisi quando creditori placuerit, *l. a Titio, in fine,ff. de verb.oblig.* Paul. *in l. qui Romæ num.5. & 6.ff. eod. tit.*
36 Octauò, quia depositum fuit factum de pecunia quæ de proximo erat minuenda, vel reprobanda, stante rumore quòd constitutio minorationis, deteriorationis, seu mutationis monetæ, de proximo erat promulganda: seu quando debitor sciebat, seu fumum habebat quòd de proximo erat minuenda, aut reprobanda: quibus casibus creditor eam recipere non tenetur; negari enim non potest depositum fuisse factum animo decipiendi, ac fraudandi creditorem. Quod probatur, primò ex *l. creditor oblatam 101. ff. de solut.* vbi oblatio pecuniæ per debitorem facta creditori, & per eum recusata, si paulo pòst à Præside pecunia tollatur, non cedit periculo creditoris recusantis, sed debitoris, & hoc non alia ratione, nisi quia creditor iustè recusauit receptionem pecuniæ propter suspicionem eius mutationis. Secundò ex *l. eleganter. 24. §. qui reprobos. ff. de pignorat. act.* vbi qui soluit reprobam pecuniam, ab obligatione non liberatur; iuncta *l. pen. ff. de milit. testam.* qua cauetur quòd quæ de proximo fieri spectantur, pro factis habentur. Quare sic resoluunt Caualcan. *decis. 16. num. 42. cum seq. p.2.* Tiraq. *de retract. lig. §.1. glos. 20. num.11.* Ioan. Baptista Costa *de rata port. quæst. 121. num. 9. & cons. 64. num. 22.* Sigism. Scacc. *de commerc. §. 1. quæst. 7. p. 2. ampl. 10. num. 16.* Menoch. *de arbitr. casu 232. num. 26.* ibi, *Quinimò nec etiam offerri, deponiue potest pecunia, quæ adhuc non est reprobata, sed de proximo reprobanda, sciente ipso debitore*, &c. Carot. *de deposito p. 2. quæst. 5. num. 5.* ibi, *octauò non debent deponi pecuniæ, quæ statim reprobabuntur*, &c. *& decis. 63. num. 2.* ibi, *Quòd licèt constitutio in loco non esset promulgata, tamen si debitor habet aliquem fumum, quod de proximo erat promulganda, dicitur deposuisse in fraudem, &c.* Vrsill. ad Afflict. *decis. 90. in fine*, ibi, *me non teneri ad capiendum depositum, ex quo fiebat ante tempus, & hoc totum vt haberem pecuniam diminutam, & breui*
37 *mutandam, prout fuit*, &c. Giurba *decis. 87. num. 17.* ibi, *Tertiò in fraudem deposuisse censetur debitor si aliquem saltim habeat fumum, aut rumor erat quòd mutatæ monetæ constitutio de proximo fuerit promulganda*, &c. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 260. num. 19.* ibi, *Immò neque valeret depositum, aut oblatio pecuniæ, quæ licèt adhuc non sit reprobata, tamen de proximo esset reprobanda sciente ipso debitore*, &c Ego ipse *in collect. ad l. accepta ex n. 18. C. de vsuris.* Ioan. Bapt. Larrea *tom. 1. disp. 15. n. 8. cum seqq.*
38 Et quamuis constitutio noua ligare non possit ante promulgationem etiam scientes, *l. fin. C. de decret. ab ordine facien.* Menoch. *de arbitr. casu 185.* Menchaquen. *illustr. cap. 114. a princ.* Anton. Gabr.
39 *commun. tit. de legib. concl. 4. num. 6.* Nihilominus quando cum scientia concurrit fraus in alterius detrimentum, Constitutio ligat priusquam promulgetur, ex doctrina Batt. *in l. contra in fine, ff. de legib.* vbi tenet quòd si aliquis sciebat æstimationem frumenti esse minuendam, eo quòd audiuit factam esse reformationem super pretio grani, & id latens, emptori vendit, tenetur ad interesse, per tex. *in l. si vinum. ff. de pericul. & commodo rei vend.* & sic est certum hoc casu depositum nullum esse, & pecuniam deteriorari periculo debitoris, & resoluunt Afflict. *decis. 399. num. 1.* Mexia *in tract. tassæ panis concl. 6. num. 6.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. cap. 2. num. 22.* Carot. *decis. 63. num. 6.* Stephan. Gratian. *d. tom. 2. cap. 260. n. 21.* Giurba *d. decis. 87. n. 18.* Salas *de contract. lib. tract. de empt. & vendit. dub. 22. n. fin.*

Cùm breuitas temporis verisimilem arguat scientiam futuræ pecuniarum reprobationis, longitudo autem ignorantiam, dicendum & tenendum est in hac materia quòd si constitutio de breui promulganda foret, hoc est, intra duos menses, tunc oblatio, & depositio non esset sufficiens ad liberandum debitorem. Ita Pinel. *d. num. 22.* ibi, *qua in re non inepti Hippolytus hoc intelligit quando publicanda est constitutio intra breue spatium, tunc enim versatur fraus, non ita in constitutionibus longiùs deferendis, quia tunc poterit emptor interim distrahere, & sibi cauere*, &c. Carot. *de deposito, p. 2. q. 131.* ibi, *Si constitutio non esset promulgata, sed tamen si debitor habebat fumum de proximè promulgationis faciendæ*, &c. *& decis. 63. num. 11.* ibi, *Declaratur tertio in constitutione de breui promulganda, secus si in longiori tempore, quia tunc licita est depositio*, &c. Giurba *d. decis. 84. num. 33.* ibi, *Secus si in longiori tempore, vt si post duos menses, aut multos dies*, &c. 40

Et præsumitur scientia futuræ pecuniarum reprobationis non solùm in Principum Consiliariis, & illis, qui ei assistunt, & eius decretis faciendis & promulgandis operam nauant, sed etiam in particularibus, qui aliquam scientiæ causam habere possunt, Bald. *in l. 2. C. de periculo, & commodo rei vend.* Afflict. *decis. 399. num. 9.* Pinel. *in d. l. 2. p. 3. c. 2. n. 22. in fine*, ibi, *Similiter quod inquit Paulus, Romanus, & alij de Magnate, vel alio de consilio Regis, vel Reip. intelligas id dictum gratia exempli, & frequentioris euentus: sed à paritate rationis idem dicendum videtur in alio, cui reuelatum fuerit* &c. 41

Sed quamuis supradicta procedant attento iure communi, aliter dicendum videtur stante constitutione, siue pragmatica minorationis monetæ, publicata *sub die 16. Septembris 1642.* qua fuit dictum contractus, deposita & solutiones intra præcedentes duos dies à sua publicatione facta, fuisse, & esse nulla, & inualida; verba autem sunt hæc. *Y por escusar los fraudes que se hazen pagando deudas y redemiendo censos, suponiendo depositos y por otros muchos modos, ordenamos y mandamos que las pagas, redempciones de censos, depositos y otros qualesquier actos y pagas que se hizieren dos dias antes de el de la publicacion de esta ley, no obren effeto alguno, y sin embargo dello el acreedor o acreedores puedan pedir su derecho, y cobrar enteramente sus reditos en moneda corriente*, &c. Ex quibus verbis videtur colligi deposita & solutiones ante illos duos dies factas validas fuisse, nam exceptio firmat regulam in contrarium, ex *l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de penu leg.* Et inclusio vnius est exclusio alterius. *l. cùm prætor. ff. de iudic.* cum vulgaribus. 42

Verùm illud videtur defendi posse quòd dicta Pragmatica expressè non approbat solutiones & deposita ante illos duos dies facta, sed eorum validitas, vel inualiditas de illo tempore relinquit dispositioni iuris communis, vt argumento tex. *in l. commodissimè. ff. de liberis, & posth.* tradit in simili Mandel. Alben. *cons. 164.* dum eleganter resoluit quòd vno permisso, alij non sunt prohibiti, sed in dispositione iuris remanent, quem sequutus fui *Axiom. 120. num. 17.* Nam ratio & causa finalis decisionis illius Pragmaticæ ea assignatur ad euitandas fraudes, ibi, *y por escusar, los fraudes que se hazen*, &c. quæ æquè militat ante illos duos dies si probetur scientia de illo tempore in debitore 43

quòd moneta esset minoranda, aut rumor esset quòd mutatæ monetæ constitutio de proximo erat promulganda. Et comprobatur ex illa communi & recepta Doctorum resolutione, quæ dictat seruum, vel animal mortuum intra biduum post venditionem præsumptione iuris ex breuitate temporis censeri mortuum ex infirmitate illos duos dies præcedente, & redhibitioni locus est, vt argumento *l. si ventri. §. fin. ff. de rebus auctor. iudic. possider.* tenent Cyn. & Bald. *in l. 1. C. de euict.* quos refert & sequitur Guzman *de euict. quæst. fin. n. 21.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 118. Mascard. *de probat. concl. 92. num. 1. & 2.* vbi quòd animal venditum intra triduum mortuum, præsumitur tempore venditionis fuisse infirmum, *& concl. 616. num. 8. & concl. 633.* Bonacos. *de equo q. 213.* & nihilominus non excluditur probatio quòd illud animal multo ante illos duos dies venditionem præcedentes erat morbosum, & post venditionem morbum durare, ad hoc vt venditor actione redhibitoria teneatur. *l. 1. §. si quid autem. ff. de ædil. edicto, l. actione redhibitoria 54. l. quæro 58. §. fin. ff. eodem tit.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. n. 49. vers. adde tamen,* Morl. *in emporio iuris, tit. de contrah. empt. in prælud. num. 42.* Gabr. Pereira *decis. 74. n. 33.*

Quare ex iis & aliis iudicaui depositum non fuisse legitimè factum, proindeque Augustinum debitorem non liberari. *Matriti die 23. Decembris 1644.*

Toletana adiectionis.

Bona spoliorum ad Papam & ad R. Cameram Apost. spectantia iure adiectionis gaudent etiam post perfectam venditionē priuilegiis, quibus potiuntur bona Regij fisci. *l. congruit C. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. loquitur de cōductoribus tēporalibus.

Votum LXXXI.

1 *Licitator post subhastationem perfectam & extinctam candelam à futuris licitationibus & oblationibus etiam maioris summæ est securus.*
2 *Bona spoliorum ad Cameram Apost. pertinentium gaudent priuilegiis, quibus potiuntur bona ad Regium fiscum spectantia.*
3 *Bona fiscalia adiectionem admittunt.*
4 *Pactum addictionis in diem validum.*
5 *Licitator nouus admittitur quando adest læsio vltra sextam partem.*
6 *Fraus & dolus quando interuenit in subhastatione facit admittere nouum licitatorem.*
7 *Creditorum interesse vbi vertitur, admittitur nouus licitator etiam post subhastationem perfectam.*
8 *Citationis, & notificationis defectum supplet comparitio partis.*
9 l. 5. & fin. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. *intelligitur.*
10 *Tempus certum fuit præstitutum de iure Authenticorum subhastationibus, & adiectionibus fiscalibus.*
11 *Adiectio in subhastationibus fiscalibus, attento iure Regio Hispanico, nulla admittitur minor quarta parte, & transactis tribus mensibus.*
12 *Terminus datus retrahere volentibus est nouem dierum.*
13 *Et contra eum non competit minoris fauore, restitutio pupillo, vel absenti.*
14 *Pretium adiectum debet consignari coram Iudice, vel illius auctoritate deponi.*
15 *Consignatio, & depositio nihil prodest nisi prius pretium sit oblatū ei, cui solui debet.*
16 *Nummus vnus si deficiat in consignatione pretij, non videtur fuisse satisfactum formæ legis consignare mandantis.*
17 *Retractus, & adiectionis ius pari passu ambulant.*
18 *Retractus ius est odiosum, & exorbitans à iure communi.*
19 l. Lutius. §. fin. ff. ad municip. *intelligitur.*
20 l. congruit. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. *loquitur in conductionibus temporalibus vectigalium, non in perpetuis.*
21 *Glos.* verb. possessores in d. l. congruit *refertur, & ponderatur.*
22 l. cōgruit *procedit ex ratione* l. cotē ferro. §. fin. ff. de publican. & vectig. *& n. 25.*
23 *Conductores fiscales aliquando inuiti detinentur in conductione.*
24 *Conductores veteres præferuntur nouis.*
26 *Conductores veteres si tantum dare velint, quātum offertur per nouos, illis præferūtur.*
27 *Conductor primæ conductionis potest secundam habere iam alteri datam, si tantum dare velit quantum offertur per nouum.*
28 *Conductiones vectigalium publicorum vltra triennium non sunt faciendæ.*
29 *Leges Regiæ deponentes circa ius retractus etiam de iure Canonico sunt obseruandæ.*

VAcante Ecclesia Caurien. per obitum Episcopi D. Antonij Gonzales de Azeuedo fuit per R. 1
Cameram Apost. venditum, seu cessum spolium Gaspari de Herrera pro pretio quadringentorum ducatorum; postmodum comparauit D Ioannes de Azeuedo dicti D. Episcopi frater, & petiit admitti adiectionem ab ipso oblatam duorum millium ducatorum. Sed exortum dubium, an dicta adiectio admittenda esset; pro illius exclusione, & ad fauorem dicti Gasparis de Herrara fuerunt deducta fundamenta quæ sequuntur. Primum, quia licitator post subhastationem perfectam, & extinctam candelam à futuris licitationibus, & oblationibus etiam maioris summæ est securus, ex Glos. *in l. si tempora. C. de fide instrum. & iure hastæ fiscalis lib.* 10. Alber. *in l. et si sine. §. quæsitū. ff. de minor.* Capic. *decis. 36. n. 5.* Mastrill. *decis.* 84. Secundum, quia non apparet fuisse Gaspari Herrera notificata (vt requirebatur) legitimo tempore & loco adiectio à Ioanne de Azeuedo oblata, cùm certum foret meliore conditione allata venditorem debere de ea certificare emptorem; ad hoc vt si nolet illam præstare, spolium possit eidem Ioanni secundo licitatori vend., ex Greg. Lop. *..d ..40. glos. 2,*

per

per tex. ibi tit.5.part.5. Tertium *ex l. 5. & fin. C. de locat.præd. ciuil.lib.11.* ibi, *Sed nec locabitur alteri, licèt ingenti superari videatur augmento possessio*, &c. ex quo videtur probari post venditum, vel cessum spolium huiusmodi non esse admittendam adiectionem. Quartum ex *l. Lutius. §. fin.* vbi Bart. *ff. ad municip.* ibi, *Idem respondit si ciuitas nullam propriam legem habet de adiectionibus admittendis, non posse recedi à locatione, vel venditione prædiorum publicorum iam perfectis*, &c. Quintum, *ex l.congruit. C. de locat.præd. ciuil. vel fiscal. lib.11.* ibi, *Congruit æquitati vt veteres possessores fundorum publicorum nouis conductoribus præferantur, si facta por alios augmenta suscipiant*, &c.

2 Sed his non obstantibus adiectionem à D. Ioanne de Azeuedo oblatam debere admitti fuit dictum ex eo solum fundamento quòd bona spoliorum ad Papam & ad R. Cameram Apostolicam pertinentium gaudent eisdem priuilegiis, & exemptionibus, quibus potiuntur bona ad Regium fiscũ spectantia, Abb. *in cap. quia diuersitatem, de concess. præb. & in Clem.2.de heret.* Petr.Greg. *syntag. iuris lib.31. c.31.*
3 *num.9.* Bobadil. *in sua politica lib.2.cap.17. num.199.* Sed sic est quòd bona fiscalia adiectionem admittunt. *l.1.C. de vendendis rebus ciuit.lib.11.d.l.Lutius. §. vlt.* in finalibus verbis, ibi, *tempora enim adiectionibus præstituta ad causas fisci pertinent*, &c. Azeued. *in rub. tit.13.de las pujas y prometidos n.5.lib.9. Recop.* Parlad. *rerum quotid. lib.2. c.fin.p.5.§.13.n.14.* Ergo idem dicendum, & resoluendum in bonis ad Papam, seu ad eius R. Cameram Apost. spectantibus.

4 Et vltra à iure communi statuta circa materiam adiectionis huiusmodi, fit quandoque pactum inter emptorem, & venditorem hoc modo cõceptum, *Vendo tibi domum pro centum, sub tali pacto, quòd si aliquis mihi infra mensem meliorem conditionem offerat, sit inempta*, tale pactum valet, & dicitur addictionis in diem, & non adiectionis, *l. 1. & 2. ff. de in diem addict.* Cou. *lib.3.var.c.8.n.1.* Cald. Pereira *in l.si curatorem, verb. sua facilitate num.54. C. de in integ. restit. min. & de empt.cap.28. num. 21.* Felician. *de censib. lib.1.c.6.n.1.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.4.tit.28.* Morl. *in empor. iuris Ciuilis p.1. tit. 9. de contrah. empt. q. 14. num. 3.* ideo nihil mirum quòd possit priuilegium operari effectum illum quem pactum in particulari persona efficere potest.

5 Non obstant quæ pro parte dicti Gasparis Herrera suprà adducta fuerunt, & primò ad illud quod post perfectam subhastationem, & extinctam candelam non admittitur nouus licitator, & primus est securus: respondetur tripliciter, & primò non procedere quando adest læsio nedum vltra dimidiam, sed vltra sextam partem, ex Bart. *in l. si duo societatem. §. arbitrorum ff. pro socio*, Mastrill. *decis.84.n.8.* Franchis *decis.214.num.2.* Ponte *de potestate Proregis tit. 4 de Regalib. §.5.num.8.56. & 57. & num. 62.* vbi refert decisum per Regiam Cameram Summariæ in Collaterali Consilio Regni Neapolit. in arrendamento vini, plures refert & sequitur Antonin. de Amato *resol.38 n.2* . læsio autem enormissima resultat ex adiectione dicti Ioannis de Azeuedo à quadringentis ducatis à Gaspere oblatis, & pro spolio ex causa venditionis & cessionis datis, ad duo millia ducata, vt constat.

6 Secundò, quia in subhastatione adfuit fraus, & dolus in reiicienda oblatione alterius, qui idem spolium emere volebat pro pretio ducatorum sexcentorum qua fraude stante certum est subhastationem fuisse nullam, Greg. Lop. *l.5. tit. 19. part. 6.* vbi testatur obtinuisse in ardua causa Regis contra conductorem regalium redituum seruæ Regni Granatæ, Auiles, Mauric. Sfort. Cald. Pereira, & alij, quos refert Antonin. de Amato *d.resol.38.n.20.* qui plures fuisse iudicatum referunt.

7 Tertiò, quia agebatur de interesse creditorũ cùm D. Ioannes de Azeuedo se obligauerit debita, & funeris expensas, ac alia legata per Episcopum relicta persoluere, ad quæ dictus Gaspar noluit attendere, quo casu etiam candela extincta, & oblatione sequuta, alia melior oblatio admitti debet, secundùm Marsul. ad Capic. *decis. 36. n. 6.* qui testatur ita in sacro Consilio decisum, quem refert Aloys. Ricc. *in collect.decis.collect.1726.vers. limita tertiò*, cum pluribus citatis ab Antonino Amato *d. resol.38.num.3.*

8 Ad secundum de non facta notificatione Gaspari Herrera de adiectione oblata per D. Ioannem de Azeuedo, respondetur citationem in tempore & loco congruo sibi factam fuisse, & adhuc integra, & quatenus hoc aliquam pateretur difficultatem, per comparationem tunc factam dicti Gasparis fuit sublata & extincta nullitas ex defectu notificationis resultans ad glos. *verb. sententia, in fine in l.1.ff.de feriis*, quam *ibi* sequuntur Bald. Angel. Alber. Alex. & Ias. idem Alex. *cons.123. Viso processu, vol. 2.* Boër. *decis.235.col. pen.* Roman. *cons.440.col.2.* Rot. *decis. 409.num.1.p.1. & decis.41. num. 2.p. 3.recent.*

9 Ad tertium ex *d.l.5.& fin. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11.* respondetur earum decisionem procedere datis terminis habilibus, nempe transacto iam tempore concesso subhastationibus & adiectionibus fiscalibus; quod licèt de iure Digestorum non esset certum constitutum, sed arbitrio iudicis relinqueretur, nihilominus de iure Authenticorum certum tempus fuit præstitutum, vt ex glos. *verb. exactis in* 10
l. locat.C.eod.tit.de locat.præd.ciuil.lib.11. & ex Auth. hoc ius porrectum C. de sacros. Eccles. notat Azeued. *l.3.tit.11.lib.9.Recop.* qui vltra dictam glos. & Auth. hoc comprobat ex Bart. & Angel. citatis per Bertachin. *de gabell.p.2.num.17.* Idem Bart. *in l.si tempora. C. de fide instrum. & iure hastæ fisc. lib.10. num. 2.* ita loquitur. *Sed si alicui facta esset, tunc si esset facta simpliciter, adhuc admitteretur alius plus promittens; intelligitur enim esse facta sub conditione, nisi meliorem conditionem attulerit intra tempus appositum in subhastatione*, &c. Et tempus, quod iure Authenticorum præ- 11
stitutum fuerat subhastationibus, & adjectionibus fiscalibus, hodie lege Regia redactum est ad tres menses, ea conditione vt nulla admitteretur adiectio minor quarta parte, nec transacto eo tempore, vt constat ex *l.6. tit.13.lib.9 Recop* quod procedit etiamsi fiscus velit ad hoc vti restitutionis remedio, vt decisum refert Azeued. *d.l.6. num.4. super verb. sea recebida la puja fasta los dichos tres meses*, & *n. 5.* concludit quòd si de facto admitteretur, talis admissio nulla esset. Prout in simili terminus datus 12
retrahere volentibus, vt intra illum possint emptori soluere, & rem retrahere, est nouem dierum, iuxta *l.7.tit.11.lib.5. Recop.* & *l.8.* ibi, *In pueda sacar tanto por tanto dentro de nueue dias*, &c. Azeued. *in d. l. 7. num.61.* & Matiens. *ibi glos.6. num.10.* Parlad. *differ. 109. §.5.num.3.* Gutier. *pract.lib.2.q.152.* qui quidem terminus ita est præcisus, vt contra eum non 13
competat minoris fauore restitutio pupillo, vel absenti, vt probatur *in d. l.8.* ibi, *Porende declaramos y ordenamos y mandamos que los nueuedias contenidos en la dicha ley del fuero corran contra los menores de veinte y cinco años quier sean en edad pupilar o adulta y esso mismo corra contra los ausentes.* & ibi, *y que no les sea otorgado sobre esto restitucion, ni rescision del tiempo*,

saluo que a la letra se guarde la dicha ley del fuero contra los vnos y los otros, &c.

14 Intra prædictos nouem dies non solùm deduci debet ius prælationis, vulgo *tanteo*, sed etiam requiritur, vt intra id tempus priuilegiatus offerat emptori pretium, & petat vt ei rem remittat, & si nolit recipere quod consignetur coram iudice, seu illius

15 auctoritate deponatur; *d. l.* 8. ibi, *y que requiere con el precio y sino le quiere recebir ponerle en deposito*, &c. *& l. 9.* ibi, *con tanto que consigne el que la saca el precio.* nihil enim prodest consignatio & depositio, nisi prius pretium sit oblatum ei, cui solui debet, nisi sit absens, *l. 2.* & *ibi* Saliçet. *in 1. notab. C. de vsur. glos. fin. post princ. in l. acceptam. C. eod.* Tiraq. *de retractu lig.* §. 9. *gloss. 3. & vlt. num.* 5. Azeued. *l. 9. n. 11. tit. 11. lib. 5. Recop.* Gutier. *lib. 2. pract. q. 160. n. 2. vers. his tamen*, Matiens. *d. l. 8. glos. 6. num. 1. & l. 9. glos. 4. num. 1.* vbi addit quòd requisitio cum pretio est quid for-

16 mæ, cùm lex loquatur conditionaliter, & *num.* 10. concludit quòd si in consignatione pretij deficiat vnus nummus, videtur non fuisse satisfactum formæ legis, cùm omissio formæ etiam in minimo totum vitiet.

17 Quæ quidem bene ad casum de quo agitur adaptantur, cùm ius prælationis, & adiectionis pari passu ambulet cum iure retractus huiusmodi, & ambo eisdem regulis & iuribus gubernentur, ex Greg. Lop. *in l. 4. gloss. 3. tit. 13. part. 7.* Montalu. *l. 2. tit. 24. part. 5.* Tiraq. *de retractu in præfat. num. 2.* Perez *l. 14. super verb. todos aquellos tit. 11. lib. 4. Ordin.* Sigism. Scacc. *de re iudic. gloss. 14. quæst. 29. num. 3.* Vnde cùm Gaspar Herrera intra nouem dies non obtulerit D. Ioanni de Azeuedo idem pretium, quod ille plena manu obtulerat, & debebat admitti, nec item deposuit iudice auctorizante, nullum prælationis ius ei debebatur, eo maximè, quia nullibi reperitur dis-

18 positum illud deberi hoc casu, maximè cùm hoc ius retractus sit odiosum, & exorbitans à iure communi, ac proinde non concedendum nisi in casibus à iure communi permissis, ex *l. dudum C. de contrah. empt.* vbi Ego ipse *in collect. num.* 16. notant Anton. *l. 70. Tauri num. 1.* & Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 145. num. 2.* & constat ex traditis per Tiraq. *de vtroque retractu in præf. num. 16. & num.* 60. Burg. de Paz *cons. 30. num. 13.* Azeued. *l. 7. num. 33. tit. 11. lib. 5. Recop.*

19 Ad quartum de dicta *l. Lutius* §. *fin.* respondetur, imò ex ea colligi adiectionem concedendam in causis fiscalibus, vt *suprà* tetigi *in vers. sed his non obstantibus.*

20 Ad quintum, de *d. l. congruit*, respondetur illam procedere & loqui in conductionibus temporalibus vectigalium tractum successiuum habentibus, ex particulari ratione, *l. cotem ferro* §. *qui maximos. ff. de publican. & vectigal.* ibi, *Qui maximos fructus ex redemptione vectigalium consequuntur, si postea tanto locari non possunt, ipsi ea prioribus pensionibus suscipere compelluntur*; & sic locum non habet in locatione, seu venditione perpetua; vt in vtroque casu de conductione temporali, & perpetua probat & distinguit *d. l. prædia*, quæ subsequitur *d. l. congruit*, dum adiectionis ius in hoc casu denegat temporali conductori, his verbis. *Si verò pro tali prædio ab altero conductore offeratur augmentum, sit in arbitrio conductoris prioris, cui res ad tempus locata est, vt si ipse quod alter adiecit, obtulerit, maneat penes eum temporalis illa conductio*, &c. & statim deueniendo ad secundam distinctionis partem, quæ tractat de conductore perpetuo, ei denegat adiectionis & prælationis ius, vt videre est ibi, *Si verò idem hanc ipsam rem aliquando merueris iure perpetuo possidere, habebit & ipse superius expressam perpetuam firmitatem*, &c.

Et quòd *d. l. congruit* loquatur in conductione 21 temporali, non autem in perpetua, notat *ibi* glos. *verb. possessores*, sic loquens. *Possessores, id est, detentatores, nam de conductore temporali dixit, non de perpetuo emphyteuta.* Et Ioan. de Platea *in ead. l. congruit*, idem tenet his verbis. *Et nota hîc quòd conductores temporales, de quibus hîc loquitur, dicuntur possessores, sed impropriè ponitur, id est, detentatores, vt dicit gloss. possident enim pro domino non sibi, sed secus in conductoribus perpetuis, qui sibi possident, infrà l. proxima, cum similibus.* Idem dicit Lucas de Peña *in d. l. prædia, in fine.*

Quæ quidem genuina & propria dictæ *l. congruit* 22 interpretatio, procedit ex ratione *d. l. cotem ferro.* §. *fin.* vt expressè aduertunt Greg. Lop. *in l. 5. glos. 3. tit. 19. part. 6.* ibi; *Quòd si veteres conductores tantum dare velint, quantum offertur per nouos, quòd præferuntur nouis, per d. l. fin. C. de locat. fund. ciuil. ex ratione l. cotem ferro.* §. *fin. ff. de publican.*

Anton. Gomes *var. tom. 2. cap. 3. num. 5.* ibi, *Quia* 23 *est speciale in illis conductoribus, loquitur de conductoribus fiscalibus, quia aliquando inuiti detinentur in conductione*, &c. quæ est ratio *d. l. cotem ferro.* §. *fin.*

Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 38. num. 6.* ibi, *Conductores* 24 *veteres præferuntur nouis, per l. fin. & l. congruit C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. ex ratione l. cotem ferro.* §. *fin. de publican. & vectig.* Idem *de gabell. quæst. 140. num. 1. & 2.* vbi *num. 7.* refert *d. l. cotem ferro.* §. *fin.*

Ceuallos *commun. contra commun. p. 3. quæst. 756.* 25 *num. 64.* ibi, *cuius decisio procedit ex ratione l. cotem ferro.* §. *fin. ff. de publican. & vectig.*

Bobadil. *in sua politica p. 2. lib. 3. cap. 4. num. 21.* 26 ibi, *Porque assi como al arrendador que en el arrendamiento passado gano en ellas, le pueden compeler a que las arriende en el año seguiente quando se espera que tendran quebra segun la doctrina del Iureconsulto Paulo, por el consiguiente parece que tambien pueda pedir el arrendador que se le den por el tanto quando espera ganar*; & ad marginem refert doctrinam Pauli *in d. l. cotem ferro* §. *fin. & Doctores in d. l. congruit, & in d. l. fin.*

Curia Philippica *p. 2. lib. 1. cap. 15. del arrendamiento Real num. 42.* ibi, *No auiendo ponedor en las rentas* 27 *Reales, el arrendador dellas del año precediente puede ser compelido a arrendarlas el año seguiente por el mismo precio, conforme a vn texto*, & refert *d. l. cotem ferro* §. *maximos*; & paulo pòst *in num. 43.* sic ait. *Y por la misma razon el arrendador del primer arrendamiento fenecido, puede tomar por el tanto al segundo arrendador del arrendamiento seguiente, la renta Real, que se le arrendò, y se le ha de dar segundos Textos*, &c. & allegat *d. l. congruit, & d. l. fin. C. de location. præd. ciuil. lib. 11.*

Ex quibus satis colligitur *d. l. cotem ferro.* §. *fin.* 28 loqui de conductoribus temporalibus; nam cùm loquatur in conductione vectigalium, bene infertur de temporali loqui, cum conductiones huiusmodi vltra triennium fieri non possint, ex *l. penes 4. C. de vectigal. & ex l. Hisp. 7. tit. 7. part. 5.* ibi, *Otrosi dirimos que estos portasgos y los otros derechos, y las rentas del Rey deuen ser publicamente arrendadas, metiendolas en almoneda, e qual mas diere por ellas esse las deue auer. Pero qualquier que las arrendare no las deue tener mas de tres años*, &c. vbi Greg. Lop. *in glos. verb. tres años*, notat Azeued. *in l. 1. tit. 11. de los arrendamientos de las rentas Reales lib. 9. Recop. n. 1. & in l. 2. num. 7.*

*n.7.*ibi, *Et nota quòd secundùm d.l.7.tit.7.part.5. solū per tres annos redditus Regij locandi sunt; & idem esse de iure communi inquit Bertachin. de gabell.2.p.n.16.* & Cassan. *in consuet. Burg. tit. de gabellis num. 30. & hodie id disponitur, & quando fieri debeat per cap. 6. nouarum punctuationum*, &c. Et quidquid sit in præsenti casu nec de perpetua, nec de temporali conductione cogitur, sed de cessione, & venditione bonorum fiscalium; quæ iam D. Ioanni de Azeuedo iuxta adiectionem per eum factam ei adiudicata erat, contradicente Gaspare, qui eo tempore adiicere noluit, sed postquam ad fauorem Ioannis perfecta iam erat venditio, & sic extra terminum concessum & datum retrahere volentibus, qui iuxta suprà resoluta in his adiectionibus, & prælationibus attendi debet, maximè cùm leges Regiæ disponentes
29 circa hoc ius retractus, *y del tanteo*, etiam de iure Canonico sunt obseruandæ, vt notant Gutier. *pract. lib.2.quæst.156.num. fin.* Azeued. *l.7.num. 24. in fine tit.11.lib.5.Recop.*

Quare, &c.

Toletana Syndici Ordinis S. Francisci.

Bona Syndici Ordinis sancti Francisci nullibi sunt tacitè hypothecata pro solutione pecuniarum, quas eleemosynarum titulo collegit, & recepit à fidelibus ad subleuandas necessitates Fratrum pro tempore occurrentes: & an & quando harū pecuniarum summæ priuilegiis depositi, & prælationis respectu aliorum creditorum gaudere possint?

Votvm LXXXII.

1 *Facti narratio.*
2 *Dominium, ius, & proprietas eleemosynarum, quæ titulo eleemosynæ colliguntur à Syndicis Ordinis S. Francisci spectat ad Romanam Ecclesiam.*
3 *Depositariorum ratio primo loco habetur quoties numularij loco cedunt.*
4 *Principes prælationem habent in bonis sui Thesaurarij, & exactorum publicorum vectigalium.*
5 *Res extantes dicuntur si conuertantur in proprios vsus.*
6 *Ecclesia habet tacitam hypothecam in bonis Prælati propter malam administrationem.*
7 *Syndicus debet nominari à Generali, & deinde à Papa institui.*
8 *Titulus præcedens quando ex diuturno vsu præsumatur?*
9 *Syndicis conceditur facultas administrandi, vendendi, & alienandi.*
10 *Syndicus potest omnia, quibus vtuntur Fratres, nomine Sedis Apost: commutare, tractare, & expendere.*
11 *Syndicis est permissum eleemosynas pecuniarias recipere.*
12 *Syndici in prouinciis Hispaniæ possunt vendere, administrare, & permutare bona Religiosorum, non verò recipere eleemosynas pecuniarias.*
13 *Ordo Fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia minimè possunt recipere oblationes, & eleemosynas pecuniarias vt in sequentem diem eas conseruet.*
14 *Fratres S. Francisci nullo modo denarios, vel pecuniam recipere possunt.*
15 *Facta contra legem pro infectis haberi debent.*
16 *Scripturæ priuatæ de recepto subscriptæ à debitore aliis creditoribus non præiudicant, nisi alia via de numeratione constet.*
17 *Creditor posterior, de cuius debito legitimè constet præferendus anteriori, de cuius debito constat per scripturam priuatam recognitam, vel confessatam.*
18 *Religiosis fauendum sine præiudicio alicuius.*
19 *Ecclesiæ priuilegium ad iniquum compendium trahi non debet.*
20 *Æquitas in rebus Ecclesiæ non est seruanda, sed rigor, si vergit in damnum alterius.*
21 *Fauor Religionis, de quo in* l. sunt personæ. ff. de Relig. *intelligi debet in dubio, & quando cum pari iure creditores concurrunt.*
22 *Religiosi S. Francisci in recuperatione pecuniarum, quos penes Syndicum deposuerunt, non sunt præferendi cæteris creditoribus anterioribus, seu tacitas, aut expressas hypothecas habentibus.*
23 *Deponens quando omnibus creditoribus præferatur?*
24 *Pecuniam vel rem aliquam in sacco deponens, si res extat, præfertur cæteris creditoribus.*
25 *Deposita res si est perempta, seu pecunia consumpta, nec in bonis depositarij inueniatur, nulla prælatio exinde datur.*
26 l. quod priuilegium. ff. depositi, *intelligitur.*
27 *Deposito datur priuilegium propter frequentiam contractuum, & necessarium vsum.*
28 *Creditores priuilegiarij præferuntur depositariis, si non extat pecunia deposita.*
29 *Depositarius præfertur in personalibus actionibus, creditoribus non habentibus hypothecam, nec priuilegium.*
30 *Creditor habens hypothecam siue expressam, siue tacitam, præfertur omnibus creditoribus habentibus actiones personales etiam priuilegiatas.*

 31 *Actio*

31 *Actio depositi est personalis.*
32 *Creditores depositi inter se prælationem non habent, quamuis quidam ex illis antiquiores sint aliis.*
33 *Creditores hypothecarij etiam posteriores præferendi sunt depositariis vbi res non extat, & num. 44. & seq.*
34 *Depositum nullum aliud habet priuilegium quàm ius quoddam prælationis respectu creditorum personalium.*
35 *Bona syndici Seraphicæ Religionis non censentur taciè hypothecata pro pecuniis à Fratribus penes illum depositis.*
36 *Depositum irregulare quando dicatur?*
37 *Depositum irregulare non concurrit cum creditoribus hypothecariis nisi essent personales.*
38 *Deponens pecuniam numeratam non consequitur prælationis priuilegium.*
39 *Dominium transfertur in recipientem pecunias ex sola numeratione.*
40 *Deponens vbi aliquod interesse ex pecunia deposita consequitur, eo ipso censetur renuntiare prælationis priuilegio.*
41 *Depositarius quando dominium transtulit pecuniæ, etiamsi illa reperiatur in bonis decoctoris, nullam habet prælationem.*
42 *Deponens regulariter præfertur aliis creditoribus habentibus priuilegia personalia.*
43 l.Lutius 24. ff.depositi, *concordatur cum* l. die sponsaliorum §. qui pecuniam ff.eod.
44 l. Certi conductio §. vlt. ff.depositi *declaratur*
45 *Depositum magis quàm mutuum in dubio præsumendum est.*
46 *Mercatores nunquam habent otiosas suas pecunias.*
47 *Minister qui pecuniam fiscalem animo negotiandi ad suum commodum intercipit, quas pœnas incurrat?*
48 *Perceptores Regij & Thesaurarij, qui in proprios vsus pecunias conuertunt, quas pœnas incurrant.*
49 *Ruini doctrina refertur.*
50 *Decius* cons. 6. *declaratur.*
51 *Alciat.* cons. 100. *in quibus terminis loquatur.*
52 *Dominium pecuniæ depositæ penes Thesaurarium ad illum transit.*
53 *Argumentum à tutore ad thesaurarium an valeat?*
54 *Eleemosynas Fratribus S.Francisci offerentes, possunt earum dominium sibi retinere, vel in Syndicum transferre.*
55 *Dominium rerum, quæ Fratribus S. Francisci offeruntur, quo casu in Romanum Pont. transferatur.*
56 *Mutuum, & non depositum quando factum videatur à deponentibus pecunias penes Syndicos ordinis S. Francisci?*
57 l.1. ff. de in rem verso, & l.1.§.non autem ff. de exercit. act. *declarantur.*
58 *Possessor bonæ fidei tenetur restituere fructus perceptos extantes, non extantes verò nullo modo, quamuis illos in eius vtilitatem consumpserit.*
59 *Creditor anterior posteriori præferendus etiam in bonis emptis ex eius pecunia.*
60 *Religio S. Francisci non habet prælationem in bonis Syndici ad pecunias etiam extantes, nisi probetur eas fuisse depositas in sacco signato, & vt eadem corpora redderentur.*
61 l. 1. §. idem Pomponius il 1.ff.depositi, *declaratur.*
62 *Procurator si ex mandato exigat pecunias, & retineat penes se, datur actio mandati non depositi.*
63 *Actum semper aliquid censetur ex causa magis principali.*
64 *Contractus perfectus quando præcedit, & adiicitur conuentio, quæ potest cadere in nomen contractus, potius inducitur informatio primi, quàm nouus contractus.*
65 *Actor probare tenetur reum dolo desiisse possidere quando possidebat de tempore litis contestatæ.*
66 *Dolo desinens possidere habetur pro possessore ac si verè possideret.*
67 *Mutuum non reconciliatur si consumptio pecuniæ, vel commixtio fit mala fide.*
68 *Dolus vnius non potest in damnum alterius redundare.*
69 *Prælatus æquiparatur tutori, & Ecclesia minori.*
70 *Prælatus æquiparatur marito & Ecclesia vxori.*
71 *Ecclesia res Prælati tacitè obligatas habet pro mala administratione, prout mulier obligata tenet mariti bona.*
72 *Administratores Ecclesiæ, qui eius non sunt Prælati, aut Rectores, tutori, & marito non æquiparantur.*
73 *Ecclesia æquiparatur ciuitati, & non fisco.*
74 *Hypotheca non datur nisi in casibus à iure expressis.*

FRanciscus Rodericus mercator Matritensis, & Syndicus monasterij sancti Francisci eiusdem oppidi foro cessit, & decoctus remansit eo tempore, quo multas pecuniarum summas ab eodem monasterio in depositum receperat, vt eas legaliter & fideliter dispẽsaret in necessitates Fratrum pro tempore occurrentes. Insurrexerunt post decoctionem huiusmodi multi alij creditores anteriores expressam vel tacitam hypothecam habentes. Inter quos 1

& mona

& monasterium prædictum fuit mota lis super prælationis iure in suis debitis exigendis de bonis à Francisco Roderico relictis, & plura hinc inde pro vtraque parte, & ad fauorem cuiusque prælationis fuerunt deducta.

2 Pro parte monasterij & Fratrum prædictorum allegabantur Apostolicæ nonnullæ Constitutiones, quæ formam nominandi Syndicum præstant, & quomodo debeant recipere, & consummare pecunias, quæ ex fidelium eleemosynis fuerunt collectæ ad Fratrum necessitates subleuandas, vt etiam continetur in statuto confirmato per Martinum V. vt refert Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 39. art. 4. in princ.* ibi, *Statuimus, & ordinamus iuxta declarationem Nicolai III. & Clementis V. & Martini IV. & V. quòd quilibet Conuentus, seu locus habeat suum procuratorem, œconomum, seu Syndicum, & auctorem, cui omnis eleemosyna pecuniaria & alia, quæ ad pecuniam reduci possunt, integraliter dignetur easdem dispensare, debeat legaliter, & fideliter pro reparatione Conuentuum & locorum, ac alias quoque necessitates Fratrum pro tempore occurrentes*, &c. Quarum quidem pecuniarum dominium, ius, & proprietas spectat ad Ecclesiam Romanam, illarum verò collectio, & depositum pertinet ad eundem Syndicum, ex declaratione Martini V. & Pauli IV. vt in Bulla, quam refert Fr. Emman. *d. q. 39. art. 4. vers. Circa quam*, ibi, *Et prædictas eleemosynas nomine Romanæ Ecclesiæ (ad quam rerum omnium mobilium & immobilium, quibus Fratres vti possunt ius, proprietas, & dominium nullo medio spectat) recipiant, & recipere possint*, vel nomine fidelis eam offerentis, vt ipse notat *d. art. 4. in vers. sed restat.* ibi, *Pecunia enim prædicta nomine dantis apponitur, qui prædictis necessitatibus prouidet secundùm declarationem Nicolai III.* &c. & ibi, *Cùm prædictus Syndicus nomine dantis prædictam pecuniam teneat, & recipiat, & consumat*, &c.

3 Vnde videtur deduci hos Syndicos pecunias huiusmodi ex eleemosynis collectas, tenere & recipere in depositum, ac proinde deponentes Fratres omnibus creditoribus præferendos, per *l. si hominem. §. quoties. ff. depositi*, ibi, *Quoties numularij foro cedunt, solet primo loco ratio haberi depositariorum, hoc est, eorum, qui depositas pecunias habuerint, non quas fœnore apud numularios, vel cum numulariis, vel per ipsos exercebant*, &c.

4 Secundò ex citatis constitutionibus colligitur dominium pecuniarum ad Romanam Ecclesiam spectare, cuius nomine Syndicus recipit, & ita summus Pontifex præferendus omnibus aliis creditoribus in recuperandis pecuniis huiusmodi, vt videmus in Principum thesaurariis, & exactoribus publicorum vectigalium, ex *l. 1. & 2. C. de his, qui ex publicis ration. lib. 10. l. 1. & 3. C. de his, qui ex publ. collat. eod. lib.* cum traditis à Ponte *decis. 7.* Surdo *cons. 391.* post Ruin. *cons. 145. vol. 5.*

5 Tertiò ex eo, quia pecuniæ, quæ per Fratres consignatæ fuerunt dicto Francisco Roderico debent reputari tanquã extantes, cùm certum sit illis vsum fuisse ad emendas res quæ domo sua vt venderentur publicè expositas, habebat; dicũtur autem res extantes si conuertantur in proprios vsus, quia expendens locupletatus est *l. 1. ff. de in rem verso, l. 1. §. non autem. ff. de exercit. act.* cum aliis per Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 27.* Et maximè constando prout constat eundem Franciscum Rodericum dictas pecunias dolosè, & mala fide consumpsisse, quo casu habentur ac si non fuissent consumptæ, ex traditis à Iaf. *in l. rogasti. § fin. num. 4. ff. si certum pet.* & à Surd. *cons. 4. ex num. 43.*

Quartò & vltimò, quia Ecclesia habet tacitam hypothecam in bonis Prælati propter malam administrationem, ex glos. communiter recepta *in cap. similiter 16. q. 1. & in cap. ex litteris*, vbi Abb. *num. 11. de pignor.* Neguzant. *de pignor. 5. memb. 2. p. num. 120.* Palat. Rub. *in rub. de donat. §. 66. num. 21.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 536. n. 6.* Nouar. *de priuileg. miserabil. priuil. 107.* Gaito *de credito. cap. 4. quæst. 11. ex n. 2029.* Et hoc idem tãtæ hypothecæ ius in quolibet alio administratore agnoscunt Escobar *de ratiocin. cap. 39. num. 13.* & Amat. Roderic. *de creditorum concursu p. 1. art. 5. ex num. 9.* 6

Verùm his non obstantibus certius & verius mihi videtur nullam tacitam hypothecam, aut quodcunque aliud prælationis priuilegium Religioni sancti Francisci concedi contra bona Francisci Roderici affecti syndici, ad hoc vt aliis creditoribus sit præferenda.

Et inprimis nullus dicet Franciscum Rodericum fuisse verè syndicum, quia cum in talem non nominauit Generalis Ordinis, nec deinde successit institutio Pontificis, vt requirebatur, vt ex citatis Bullis colligunt Fr. Emman. *d. tom. 3. q. 39. art. 1.* Alphons. de Casarubios *in compendio priuilegiorum in verb. Procuratores Fratrum, seu Syndici, num. 5. pag. 491.* Luongo *super regulam Fratrum Minorum c. 4. controu. 14. sect. 2. num. 2. fol. 295.* vbi *num. 3.* tradit quòd quidquid aliter fit, faciunt Fratres per interpositam personam, & contra regulam. Et nihil releuat quòd dictus Franciscus per plures annos syndici officio vsus fuerit, ex qua temporis diciturnitate præsumitur titulus administrationis sufficiens, ad tradita per Fr. Emman. *d. tom. 3. q. 39. vers. aduertendum etiam*; quia eius opinio in hac parte contrariatur iuris communis dispositioni; nam Doctores, qui asserunt ex diuturno vsu præsumi titulum præcedentem, fundantur *in l. cùm de in rem verso. ff. de vsur.* ex qua probatur præcedentem titulum præsumi quando cum diuturno vsu concurrit factum personæ, cõtra quam præscribitur, vt validissimè defendit And. Fachinæ. *lib. 8. controu. cap. 30.* communiter receptus ab omnibus, quos in vnum congessit Castill. *de tert. cap. 3. num. 17. cum seqq.* & facit quòd tutor non probatur ex eo quòd quis pro tali haberetur ex *l. 1. in princ. ff. de eo qui pro tut.* glos. *in l. 2. §. si mater ff. ad Tertul.* Crauet. *cons. 339. num. 7. vol. 3.* 7 8

Et quatenus dictus Franciscus legitimè in syndicum crearetur, adhuc ille non poterat pecunias recipere, cùm id sit contra regulam, nam Syndicis iuxta Bullam Martini IV. solùm conceditur facultas administrandi, vendendi, & alienandi, vt constat ex illius verbis. ibi, *Et decreuit quòd tales personæ sint verè & legitime administratores, œconomi, Syndici, & actores, qui res prædictas, & rerum prædictarum pretium nomine Romanæ Ecclesiæ recipiant, & per eosdem in Fratrum prædictorum vtilitatibus, prout eis licet ex regula, vel declaratione regulæ conuertant*, &c. refert Bart. *in tract. Minoricar. lib. 2. dist. 8. cap. 2.* Fr. Emman. *d. tom. 3. q. 39 art. 1.* vbi *art. 3.* dicit quòd ipse Syndicus nomine sedis Apost. potest omnia, quibus vtuntur Fratres, commutare, alienare, tractare, expendere, & permutare; refert etiam eadem verba Alphons. de Casarubios *in compendio priuilegior. Fratrum Minor. in verb. Procuratores Fratrum, seu Syndici num. 3. 7. & 8.* vbi adducit confirmationem Martini V. comprobant Miranda *en la exposicion de la regla c. 77. fol. 450. & cap. 78. fol. 456.* Hieron. Rodriq. *in compendio quæst. Regul. resol. 119. num. 3.* Fr. Francisc. Luongo *super reg. Fratrum Minorum, cap. 4. controu. 14. sect. 1. num. 3. pag. 294.* Et quamuis per constitutiones, quæ 9 10

vulgò

vulgo dicuntur Martinianæ, quarum ſupra memi-
ni, Syndicis fuerit permiſſum eleemoſynas pecunia-
rias recipere, Sorb. *in compendio, verbo Procuratores*,
Carol. Marant. *reſp. 41. n. 81. p. 1.* id tamen fuit con-
ceſſum cum ea qualitate quod poſſent monaſteria,
ſi velint pro maiori regulæ perfectione, huiuſmo-
di facultate non vti, & in vim huius permiſſionis
12 prouinciæ Hiſpaniæ illas Martinianas conſtitutio-
nes non receperunt; & ita eorum Syndici poſſunt
tantum adminiſtrare, vendere, & permutare bona,
quorum vſus permittitur Religioſis, non autem re-
cipere eleemoſynas pecuniarias, vt per citatam Bul-
lam Martini V. reſoluunt Alphonſ. de Caſarrub.
*dicto verbo Procuratores, ſeu ſyndici n. 8. pag. 491. in
fine, & pag. 492. in princ.* & Sorb. *in addit. ad eun-
dem pag. 494. verſ. quoad quintum.*

13 Et quidem iure optimo, cum non minus certum
ſit Ordinem Fratrum Minorum ſancti Franciſci de
Obſeruantia iuxta illius ſanctum inſtitutum, mini-
mè poſſe recipere eleemoſynas, & oblationes pe-
cuniarias tam per ſe, quàm per interpoſitam perſo-
nam ad hoc vt in ſequentem diem eas conſeruet, vt
eſt expreſſum *in cap. 4. Regulæ* his verbis. *Precipio
firmiter Fratribus vniuerſis vt nullo modo denarios, vel
pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam
perſonam*, &c. refert Franciſc. Luengo *vbi ſupra*, &
Fr. Ludou. de Rebolledo *p. 1, chronica S. Franciſc.*
14 *lib. 2. c. 4. fol.* 81. Quòd enim per dictas Martinianas
Conſtitutiones conceſſum fuit Conuentibus apud
quos receptæ ſunt, illud ſolum eſt quod Syndici re-
cipere poſſint pecuniarias eleemoſynas de manu
illas offerentium, remanente tamen earum do-
minio ad illorum diſpoſitionem, & penes ſummum
Pont. quando de illo non diſpoſuerunt, cum hoc
tamen vt nullo caſu ipſi Religioſi illas recipere va-
leant, vt patet ex ipſa Bulla Martini V. quam refert
Caſarrub. *vbi ſupra*, & Franc. Luengo *ſuper reg. cap.
4. controu. 15. ſect. 2. n. 12. pag.* 310. vbi dicit quoad
quartum capitulum regulæ quod Fratres non reci-
piant pecuniam. *Statuimus & ordinamus iuxta de-
clarationem Nicolai III. & Clementis V. & Martini
IV. quod quilibet Conuentus, ſeu locus habeat ſuum Syn-
dicum, cui omnis eleemoſyna pecuniaria & alia, quæ ad
pecuniã reduci poſſunt, integraliter aſſignentur, qui eaſ-
dem diſpenſare debeant legaliter, & fideliter ad neceſſi-
tates Fratrum pro tempore occurrentes, & quòd Fratres
nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, &c.* Et
ſic ex Bulla Gregorij XIII. quam refert Emman.
Rodrig. *d. tom. 2. q. 126. art. 4. verſ. ad primum*, poſ-
ſunt Syndici Conuentuum Miſſarum, ac diuinorum
officiorum ſtipendia etiam in iudicio petere, Ric-
ciul. *de iure perſonar. extra gremium Eccleſiæ exiſt. lib.
8. c. 9. n. 27.* Carol. Marant. *reſp. 41. n. 67. p. 1.*

15 Ex quo infero quod cum fuerit prohibitum per
dictam Martinianam Conſtitutionem ne pecuniæ
huiuſmodi ab ipſis Religioſis reciperentur etiam
titulo eleemoſynæ, conſequens fit eas eſſe Syndicis
tradendas de manu illas offerentium, iuxta regulæ,
inſtitutíque diſpoſitionem: aliter enim quicquid
geſtum fuerit, vti contra regulam pro non facto
haberi debet nec exinde priuilegium induci poteſt,
ad not. per Abb. *in cap. in præſentia n. 63. de probat.*
Bald. *in auth. ingreſſi n 59. C. de ſacroſ. Eccleſ.* An-
char. *in cap. 1. n. 30. de teſtam.* & cum aliis Sanch. *in
præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 26. n. 49.* Et ſic con-
feſſiones de recepto & inſtrumenta, quibus dictus
Franciſcus aſſeruit ſe recepiſſe à Fratribus certas
pecuniarum ſummas, non poſſunt exequi, cum ex
illis vti contra legis, & regulæ prohibitionem fa-
ctis nulla ciuilis, aut naturalis naſcatur obligatio,
& ſtante conſtitutione, & regula actum annullan-
te vtique omnia, quæ ſequuntur ex illis nulla erũt,
& inualida cenſeri debent, ex *l. non dubium §. pen.
C. de legib.* ibi, *Sed etſi quid fuerit ſubſequutum ex eo
vel ob id quod interdicente lege factum eſt, illud quoque
caſſum ac inutile eſſe præcipimus*, &c. Alderan. Maſcard.
de ſtat. interp. concl. 9. n. 34. Farin. *fragment. crimin. p.
2. lit. L. r. 176.*

Eo maximè, quia de debito non conſtat niſi per 16
aliquas priuatas ſcripturas à Franciſco Roderico de-
bitore ſubſcriptas & recognitas, quæ ab iis credito-
ribus præiudicium aliquod inferre non poſſunt, niſi
alia via de numeratione conſtet, quia aliàs eſſet in
poteſtate debitoris, quando vellet, veris creditori-
bus præiudicare, *gloſ. in c. 3. de fide inſtrum.* Socin.
conſ. 67. n. 2. lib. 4. Bart. *in l. poſt contractum in fin. ff.
de donat.* Rebuff. *de chirog. recog. n.* 81. Burſat. *conſ.*
119. *n. 21. lib. 2.* Surd. *conſ. 547. a num. 7.* Caputaq.
deciſ. 217. p. 1. Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 20. num.
96.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 6. §. 3. n. 34.* Rot. Ge- 17
nuen. *deciſ. 13. n. 21. & deciſ.* 188. Gaito *de credito
c. 2. tit. 3. a n. 512. & tit. 8. n. 3207.* Noguerol *allegat.
Iuris alleg. 36. n. 37.* quòd procedit etiamſi de debito
conſtet per chirographum recognitum cum hypo-
theca, quia ſemper illi præferendus eſt poſterior de
cuius credito conſtat, Ita Greg. Lop. *l. 27. tit. 13.
part. 5. gloſ. 1. verſ. & ſignanter nota*, Ioan. Gutier.
de iuram. p. 3. c. 15. n. 21. Carot. *de remed. except. 123.
à n. 144.*

Et quamuis Religionis cauſa debet eſſe fauora- 19
bilis, id tamen verum eſt quando exinde non in-
ducitur præiudicium Iuris tertio acquiſiti, quia Ec-
cleſia nunquam patitur contra iuſtitiam aliquid
fieri in damnum tertij, iuxta *tex. in cap. 1. de alien.
feudi*, ibi, *Sed diuerſum obſeruatur in Eccleſia quàm
in priuato: Eccleſia enim cultrix, & auctrix iuſtitiæ non
patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alte-
rum, priuatus vero ſemper obuiat iuſtitiæ, cap. per tuas,
& ibi, gloſ. in verbo fraudem, de donat.* Non enim ad
iniquum compendium trahi debet priuilegium Ec-
cleſiæ, vel minoris, vt tradit Pinel. *in l. 2. C. de re-
ſcind. vend. p 2. c. 4. n. 79. in fine per gloſ. in l. pen. §. fin.
de rebus eorum*, & per *l. fin. C. de vſu cap. pro empt.* &
tradunt Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. eccleſ.* 20
q. 177. in fine, quod æquitas in rebus Eccleſiæ non
eſt ſeruanda, ſed rigor, ſi vergit in damnum, & inter-
eſſe alterius, per *cap. 1. de dolo, & contum.* ſequitur
Nouar. *de priuil. miſerab. perſon. priuil. 75. n. 13.* Fa-
uor enim Religionis, de quo *in l. ſunt perſonæ 43. ff.
de relig.* intelligi debet in dubio, & quando cum
pari iure, & abſque vlla prælatione creditores con-
currunt, prout videmus in perſonalibus, inter quos
tantum præualet fauor Religionis, & piæ cauſæ, vt 21
ex D. Thom. Nau. Valent. Rodrig. Sayro, & Rebel-
lo, probat latè Molfeſ. *poſt conſuet. Neapol. conſ. 13.
n. 10.* Honded. *conſ. 29. n. 95.* quos ſequitur Gaito
de credito c. 4. q. 11. n. 2047.

Vnde nil releuante Eccleſiæ fauore, quippe qui 22
in hac materia cum tanto præiudicio & damno
locum habere non poteſt, & ſtando in mora, iuris
communis diſpoſitione reſoluendum eſt Frãciſcum
Rodericum vti Syndicum Seraphicæ Religionis nõ
fuiſſe nec eſſe depoſitarium pecuniarum, quos Reli-
gioſi illi tradiderunt, & ipſe de manibus eorum re-
cepit, ac proinde illos in pecuniarum huiuſmodi
recuperatione præferendos non eſſe cæteris credi-
toribus anterioribus, vel tacitas, ſeu expreſſas hy-
pothecas habentibus, vt ex ſequentibus apparet.

Nam certa eſt Iuris cõcluſio in hac materia quòd 23
tunc deponens indiſtinctè omnibus creditoribus
præfertur

præfertur si depositum fiat earum rerum, quæ in
pondere, numero, & mensura consistunt, & domi-
nium in depositarium non sit translatum, & res,
seu pecuniæ extent, vt probat text. *in l. si ventri §.
in bonis ff. de priuil. credit.* ibi, *si tamen nummi
extant, vindicare eos posse puto à depositariis, &
futurum eum qui vendicat ante priuilegia*, &c. vbi
glos. verbo à depositariis, dicit, id est à deponen-
tibus. Notant DD. *per tex.* ibi *in l. si is qui C. depo-
siti*, in illis verbis ibi. *nisi nummi extent*, &c. *l. 11.
in fine tit. 14. part. 5.* ibi, *Pero si entre los bienes de
tal deudor como esse fuere fallado alguna cosa agena
que le vbiesse dado alguno en guarda, en saluo dezimos
que finque à su señor, y que los debdores no ge lo pue-
dan embargar*, notat Greg. *in glos. verbo à su
señor* vbi ponderat *d. l. procuratoris §. plane, vers.
quod si dedi ff. de tribut. & l. cum fundus §. seruum
tuum ff. si certum pet.* cum aliis citatis à Matiens.
24 *l. 7. glos. 5. num. 1. tit. 16. lib. 5. Recop.* ibi, *Quoties
causa prælationis creditorum agitur, in primis
præfertur qui rem aliquam, vel pecuniam in sacco de-
posuit, si res extat, eam siquidem poterit vindicare
tanquam dominus, qui eam deposuit, hic enim præ-
fertur omnibus hypothecariis, & priuilegiariis, vt
in l. si ventri §. in bonis ff. de priuil. credit.* &c.
25 Rodriguez *de concursu creditorum art. 6. de priui-
leg. depositi, num. 46.* ibi. *Si verò res deposita est per-
empta, seu pecunia consumpta, nec in bonis deposita-
rij inueniatur, ac propterea actione depositi ad æsti-
mationem agatur, tunc depositor quatenus est tempore
prior, aliis priuilegiariis creditoribus præfertur, etiam
si habeant expressas hypothecas tempore posteriores: si
autem habeant creditores alias hypothecas tempore
priores, præferentiam habent in bonis depositarij, quod
secus esset si solum chirographarij creditores fuissent;
nam tunc depositoribus inter personales actiones ma-
ius exigendi ius competit, quo modo intelligi debet
tex. in d. §. in bonis, in princ. quando scilicet apud
depositarios nummi, vel alia res deposita non extabant,*
26 &c. Cui resolutioni non opponitur text. *in l. quod
priuilegium ff. depositi*, dum videtur decidere pri-
uilegium competens deponenti, intelligendum
esse non solum si pecunia extet, sed etiam vt præ-
feratur in omnibus fraudatoris facultatibus, quia
procedit, vt notat Greg. *in d. l. 9. verb. primeramen-
te tit. 3. part. 5.* in depositis, quæ fiunt coram num-
mulariis, seu argentariis publicis præpositis à Re-
ge propter ipsorum necessarium vsum, & frequen-
tiam contractuum, vt videre est in depositario ge-
27 nerali, & patet ex verbis Gregorij Lopez *citato lo-
co*, ibi, *Istud priuilegium datur deposito propter fre-
quentiam contractuum & necessarium vsum, vt ff. de-
positi l. si hominem §. quoties, cum l. seq. quæ est d. l.
priuilegium, ipsamet lex priuilegium hoc expresse docuit*,
ibi. *Itque propter necessarium vsum argentariorum ex
vtilitate publica receptum est*, &c. Et ita cum constat
penes dictum Franciscum Religiosorum pecunias
non extare, sed ab ipso consumptas fuisse, nullam in
hoc capite prælationem ipsi prætendere possunt, vt
patet.

28 Præcipuè quando adest hypotheca in certis, &
determinatis bonis, vel si adsint creditores pri-
uilegiarij, vt in præsenti casu, quia tunc præferun-
tur depositariis, si non extat pecunia deposita, in
quibus terminis etiam potest intelligi *d. l. priuile-
gium* 8. ne videatur contrariari dispositioni alterius,
l. ventri §. in bonis, insinuat *d. l. 9. tit. 3. part. 5.* ibi.
*Fueras ende si anteque aquellas cosas hubiesse recebido
en guarda hubiesse fecho algun debdo porque hubiesse
obligado señaladamẽte todos sus bienes o parte dellos, ca
entonces antes pagaria el debdo que hubiesse que aquel-
lo que assi hubiesse recebido en guarda*, &c. cuius de-
cisionem intelligit Greg. Lop. ibi *in glos. verb. con-
tar*, quando non extat pecunia deposita. Et resol-
uit Strach. *de decoctor. p. vlt. num. 3.* ibi, *sed si vsu- 29
ras deponens non accipiebat, & alij creditores
erant, qui hypothecas habebant, & hi ratione iuris
realis præferendi sunt, l. Procuratoris §. si plures
vers. plane ff. de tribut. l. pro debito C. de bonis auctor.
iud. possid. Si verò alij creditores non habeant hypo-
thecam, nec priuilegium in personalibus actionibus,
depositarius præfertur, l. si hominem §. quoties, in princ.
citata. At vbi priuilegium in personalibus actionibus
habebant, & siquidem impensa funeris, & hæc causa,
cum bona soluendo non sunt, præcedit l. pen. ff. de re-
lig. & sumpt. fun. Idem in aliis casibus notatis ab Ac-
curs. in d. §. qui hominem vers. depositariorum, vt illi
creditores priuilegiarij præferantur, & ita intelli-
gendus est §. in bonis, dum dicit depositarios post priui-
legia admitti, & extra illos casus deponentes admit-
tuntur, sic etiam est intelligendus d. §. quoties*,
&c.

Certum est enim quòd creditor habens hypo- 30
thecam, siue expressam, siue tacitam, præfertur om-
nibus creditoribus habentibus actiones personales
etiam priuilegiatas, *l. eos. C. qui potiores, l. 1. C. si
propt. publ. pensit. l. procuratores §. si plures ff. de tri-
but. l. pro debito C. de bonis auctor. ind. possid.*
Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 526. vers. quod at-
tinet*, Catot. *de deposito part. 2. q. 47. num. 12.* Fe-
lician. *de censib. lib. 3. cap. 5. num. 70.* Flores de Me- 31
na *var. lib. 1. q. 6. art. 3. num. 38.* Amat. Roderic.
d. art. 4. num. 3. & non minus certum quòd actio
depositi est personalis, prout sunt omnes actiones,
quæ ex contractu nascuntur, quando nulla adest
hypotheca, ex *§. omnium, iuncto §. item Seruiana,
Instit. de action.* Et comprobatur ex eo quòd cre- 32
ditores depositi inter se prælationem non habent,
quamuis quidam ex illis antiquiores sint aliis, vt
est expressum *in d. l. si hominem §. quoties ff. deposit*,
& docent plures, quos citat Castill. *quotid. con-
trou. lib. 3. cap. 16. n. 78.* nam si inter eos daretur ius
aliquod hypothecæ, certò præferendi essent iuxta
depositorum prioritatem, ex regula, *Qui prior est
tempore, potior est iure.*

Vnde cùm actio depositi sit personalis, vbi res 33
non extat, creditores hypothecarij omni iure
præferendi sunt, quamuis tempore posteriores, vt
considerat Peguera *decis. 38. num. 12.* Est enim
communis omnium ferè Doctorum sententia 34
quòd depositum nullum aliud habet priuile-
gium, quàm ius quoddam prælationis respectu
creditorum personalium, vt magistraliter docuit
Paul. de Castro *in d. l. si hominem §. quoties num. 2.*
quam sequuntur Strach. *de decoctorib. p. vlt. num.
3. pag. 441.* Moz. *de contract. de deposito cap. de natu-
ral. depositi num. 22.* Meyrer. *lib. 2. de priuileg. cre-
dit. tit. 8. à num. 2.* Petr. Gregor. *syntag. iuris lib.
25. cap. 5. num. 19.* Matiens. *l. 7. glos. 5. num. 13. tit.
16. lib. 5. Recop.* Parlad. *in sesquicent. differ. 58. §.
2. num. 6.* D. Barbos. *in l. si cum dotem §. fin. à num.
36. ff. soluto matr.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig.
conuent. lib. 10. tit. 10. num. 38.* Catoc. *de depo-
sito part. 1. quæst. 47. numer. 70.* Amat. Rode-
ric. *de priuileg. cred. artic. 6. num. 44.* Pichard.
*in §. quædam actiones 2c. numer. 41. cum seqq.
Institut. de actionib.* qui omnes vno ore te-
nent creditores hypothecarios etiam posterio-

res præferendos esse depositariis, exceptis Herman. Mayrer *d.lib.2.tit.8.n.6.*& Amat.Roder.*d.p.1. art 6. n.46.ad med.*qui contrarium in hoc articulo minus bene tenuerunt,

35 Et in puncto quòd bona Syndicis Seraphicæ Religionis non censentur tacitè obligata & hypothecata,&quòd alij creditores hypothecarij debent præferri Religioni & eius Fratribus in debitis suis exigendis, resoluit Alex. *cons.*104.*n.*2. *vers. quantum verò ad tertium, & n.*3. *in fine vol.*6. quem solum auctorem potui inuenire in nostris terminis & casu loquentem.

36 Et licèt essemus in terminis veri depositi(quod non est ita ex infrà dicendis) nullus negare poterit,hoc depositum esse irregulare, quod tale dicitur quando datur pecunia, vel quid aliud, in pondere, numero,& mensura consistens post habitam numerationem, vt non idem, sed tantundem reddatur, iuxta text.*in l.Lutius l.die sponsaliorum* §. 1. *l. Publia Meuia* §.1.*ff. depositi*,cum traditis ab Amat. Roder. *de concursu credit.p.*1.*art.*6.*a n.* 39. Castill. *controu. lib.*3.*c.*16.*ex n.* 31. Ioan.Bapt. Larrea *Granat. decis.* 14.*n.*3.*&* 4. *& ex n.*22.Nihilominus tamen huiusmodi irregulare depositum non concurrit cum cre-

37 ditoribus hypothecariis, nisi essent personales, illi enim qui habent hypothecas,semper præferuntur, *l.eos C. qui pot.d.l. si ventri* §.*in bonis,l.*9.*tit.*3.*part.* 5. Molin. *de Iustit.tract.*2. *disp.*526.*n.* 6. *& disp.* 536. *n.*25. Castill.*d.lib.*3.*cap.*16.*num.*65. & latiùs *n.*70. In tantum quòd de iure Regni ex *d.l.*9. deponens pecuniam numeratam penes aliquem, non ob id

38 consequitur prælationis priuilegium, quamuis illa existat, quia ex sola numeratione dominium fuit

39 translatum in recipientem, & ita illam *l.*9. intelligit Greg.Lop.*ibi in glos.*1. vbi requirit in deponente ad hoc vt in re deposita extante prelationem obtineat, quod sit talis, ex qua non possit dominium transferri in depositarium, Paul. de Castro *in d. l. si hominem* §. *quoties num.* 2.*ff. de priuileg. cred.* Fontanel.*de pactis nupt.claus.*5.*glos.*8.*p.*7.*num.* 12. Castill.*d.lib.*3.*cap.*16.*num.*72.Larrea *d.decis.*14. *num.*25.

40 Nec forma obligationis chirographariæ à Francisco Roderico factæ potest inducere talem formam contractui, vt exinde nascatur ius ad prælationem obtinendam ex vi depositi irregularis contra creditores priuilegium personale obtinentes: quia principalis huius priuilegij ratio in eo consistit quòd fiat depositum absque vllo deponentis interesse, seu imaginaria vtilitate, nam depositum datum gratia rei custodiendæ, vt in *l.*1. *& l. cum seruus* 11.*ff. depositi*,est gratuitum,Abb.*cons.*62.*in fine vol.*1. Crauet. *cons.*145.*n.*6.*&* 17. Roland. *cons.* 72.*n.*2.*vol.*1.Surd.*cons.*307.*n.*7.vbi enim deponens aliquod interesse ex pecunia deposita consequitur (vt in nostro casu) eo ipso censetur renuntiare dicto priuilegio, ex text. *in d l.si hominem* §. *quoties ff. depositi, d. l. si ventri* §. *in bonis* Vnde aduertit Angel.*ibi n.*1. quòd sit cautus Aduocatus vt faciat inspici libros campsoris, seu depositarij, vel argentarij, vt ex illis apparere possit an ob aliquod interesse, vel ob quam causam pecunia deposita fuisset; Ita docent Paul. de Castro *in d.l. si hominem* §. *quoties n.*2.*ff. depositi.* ibi, *si nullam vtilitatem sentiebant, debet primò eis satisfieri, & residuum distribui inter alios. Si autem recipiebant commodum, licet adhuc diceretur depositum, tamen excedit naturam depositi, & accedit ad naturam mutui, nec debent esse melioris conditionis quàm alij, sed venire per solidum, & libram sicut alij, & prædicta quando translatum fuit dominium in depositarium, quia non fuit deposita pecunia signata in sacculo*, &c.

Stracha *de decoctorib. p. vlt.tit. qui potiores in bonis decoctorum habeantur, num.* 3. ibi, *Si verò dominium depositarius transtulit, etiamsi pecunia experiatur in bonis decoctoris, idem de ea, quod de aliis bonis est iudicandum, quoniam in creditum abiit,* §. *si plures, in vers. sed si dedi, & hoc casu cum decoctione personali tantum tractandum sit, siquidem deponens recipiebat commodum, vt puta vsuras, eius causa potior, meliorve aliis creditoribus non est, nec is separandus est à cæteris aliis creditoribus, & meritò, aliud enim est credere, aliud deponere. d.* §. *quoties,* *&* §. *in bonis*, &c. 41

Castill. *controu.lib.*3.*cap.*16.*num.*64. ibi, *deponens ergo in summa si recipiat vsuras, vel fœnus, aut aliud interesse, separandus non est à cæteris creditoribus, nec aliis præfertur. Cæterùm si vsuras non recipiebat, nec commodum aliud, tunc regulariter præfertur aliis creditoribus habentibus priuilegia personalia; quod ita concludunt præfata iura, & cum aliis* Barb. *in d. l. si cum dotem* 23. §. *fin. num.* 33. *ff. solut. matr.* Vincent. Carot. *de deposito p.*1.*q.*47, *num.*5.*& num.* 13.&c. 42

Item excluditur prætensum depositum, quia, vt constat ex charta de recepto à Syndico subscripta, per illam obligatur restituere Religiosis non eandem pecuniam,sed tantundem in moneta, quolibet tempore vsuali, ex qua forma obligandi colligitur hoc non esse depositum, nec posse depositi priuilegiis & prælationis iure gaudere, ex *l. Lutius* 24.*ff. depositi*, vbi cum responderet Papinianus in terminis illius tex. depositi actionem locum non habere,id tamen postea declarat his verbis. *Quod ita verum est, si id actum est vt corpora nummorum eadem redderentur, nam si vt tantundem solueretur, conuenit, egreditur ea res depositi nouissimos terminos,* &c. Cui decisioni licèt videatur opponi idem Papinianus in *l. die sponsaliorum* §. *qui pecuniam. ff. eod.* ibi, *Eum qui pecuniam apud se non obsignatam, vt tantundem redderet depositam, vel ad vsus proprios conuertit, post moram in vsuras iudicio quoque depositi condemnandum esse*, &c. nihilominus tamen lex ista non procedit quando expressè conuentum fuit vt tantundem solueretur, ea conuentione siue permissione, vt depositarius si vellet, posset vti pecunia deposita, ad glos. *verb. condemnandus in d. l. Lutius* §. *qui pecuniam,* ibi, *si verò expressè conuenisset, vt si vellet vteretur, demum cum vtitur fit mutuum, & de mutuo agitur, l. quod si ab initio ff. si certum pet.* &c. Probatur etiam ex *l. certi condictio* §. *vlt ff. eod. tit. si certum pet.* vbi resoluit Iureconsultus quòd licèt à principio pecunia deueniret in alicuius potestatem titulo depositi, attamen si postea permisit deponens depositarium ea vti, tale depositum in mutuum conuertitur, vt constat ibi, *Deposui apud te decem, postea permisi tibi vti, Nerua, & Proculus, etiam antequam moueantur condicere quasi mutua tibi hæc posse aiunt, & est verum, vt & Marcello videtur, animo enim cœpit possidere; ergo transit periculum ad eum, qui mutuum rogauit*,&c. 43 44

Comprobat Amat. Roderic. *de concursu credit.d. artic.* 6. *de priuileg. depositi num.* 53. ibi, *Vltimò colligitur ex iis, quæ latè adduximus circa interpretationem l. Lutius, & l. die sponsaliorum, & l.Publia Meuia ff. depositi, quòd si deponatur res, quæ pondere, numero, mensurave constat, veluti pecunia,* 45

aut

aut ali a similis res, & talis pecunia dissoluta, aut dissi-
para sit, aut res consumpta, & non appareat, si hoc à
principio actum est, vt non eadem, sed tantumdem red-
deretur, aut saltem contrarium non appareat, locus
erit priuilegio, de quo in d. §. In bonis, & in d. §. quo-
ties, quia id inspicitur quod principaliter agitur, ex
l. si quis 4. ff. si certum pet. eum in dubio magis deposi-
tum, quam mutuum præsumendum sit, vt ibidem resol-
uimus; quasi diuersi Iuris esse censeatur, cùm pacto
similis à contrahentibus deponeretur ex internallo, vel-
uti quod tantundem redderetur, aut ea pecunia vte-
retur accipiens, quo casu transfundi depositum in mu-
tuum intelligitur ex dispositione l. certi condictio §.
vlt. ff. si certum pet. tunc enim ad huiusmodi contractus
depositi genus non extenderetur priuilegium depositi, de
quo in d. cap. quoties, & d. l. si ventri §. in bonis, quod
ita notabiliter docuit Accurs. in d. l. dis sponsaliorum
§. qui pecuniam in glos. verb. condemnandus est, & in
l. 3. verbo, obnoxium, vbi late Salicet. C. eod. tit. de-
46 positi, &c. Vnde cùm expressè Syndicus se obliga-
uerit pecuniam titulo depositi acceptam postea
restituere in moneta quolibet tempore vsuali, ta-
citè videtur ei permitti, & facultas concedi ea
vtendi, prout vsus fuit cùm esset mercator, cuius
pecuniæ nunquam solent otiosæ remanere, vt pon-
derauit Rot. Genuens. decis. 139. n. 9. ibi, Adeò nego-
tiis cambiorum, & mercium incumbunt, vt vnusquisque
pecunias suas quantacumque vel quantulacumque fue-
rint illæ, nec momento quidem temporis patiantur otiosas
remanere, sed omnes indifferenter pro viribus, & fa-
cultatibus negotia, vel cambiorum, vel mercium præ
manibus semper habeant frequentissima, &c. Thesaur.
decis. 160. n. 10. ibi, Nam non præsumuntur huius ge-
neris homines tenere pecuniam otiosam, &c.

47 Ex quibus patet responsio ad primum funda-
mentum alterius partis, & deueniendo ad secun-
dum respondetur Doctores, qui tenent dominium
pecuniæ nomine domini Thesaurario persolutæ,
minimè transire in ipsum Thesaurarium, loqui in
casu d. l. 1. & 3. C. de his, qui ex publ. collat. quando
scilicet pecunia ad custodiam tantùm datur: sed
quando recipiens alienam pecuniam est admini-
strator, & facultatem habet de ea disponendi, seu
in se periculum recipit, tunc & eo casu iidem Do-
ctores fatentur ad eum dominium transferri, & abs-
que incursu alicuius pœnæ posse illam in proprios
vsus conuertere, vt testatur Ponte decis. 7. num. 19.
ibi, Quod quando minister pecuniam fiscalem animo ne-
gotiandi ad suum commodum intercipit, tenetur pœnis
statutis in dictis titulis de his qui ex publ. ration. & de
his qui ex publ. collat. & infert ad perceptores Regios
48 (quorum onus est exigere publicam pecuniam, & solùm
ad vsus destinatos, vel ad Regiam Thesaurariam
transmittere) qui si in proprios vsus illam conuerterint
(concludit inquam) contra eos habere locum pœnas
prædictarum legum, & pœnam peculatus, nisi in se rece-
perint periculum pecuniæ, & sic expressè sit eorum pe-
riculo tradita, &c.

49 In eisdem terminis loquitur Ruin. d. cons. 143. n.
2. & 3 & defendit Thesaurarium quendam, qui in
proprios vsus domini pecunias conuerterat, vt vi-
dere est, ibi, Ex alio etiam non potest Thesaurarius pu-
niri, quia etiam in themate declaratur quod pecunia ad
eius exactionem pertinentes exiguntur per alios, hoc est,
per suos notarios ad hoc deputatos & electos ab Illu-
strissimo domino Marchione, & qui in absentia
necessaria Thesaurarij dictas pecunias possunt con-
trectare & expendere, sicut ipse præsens potuis-
set, &c.

Optimè Surd. d. cons. 391. n. 28. ibi, Decius au- 50
tem in d. cons. 6. loquitur in terminis penitus diuersis,
nempe in exactore, qui tenebatur solum soluere infra
certum terminum, non autem in eo, qui debet semper te-
nere pecuniam publicam vsui paratam, & promptam, 51
&c. & paulo inferius. Alciatus cons. 100. loquitur in
Thesaurario, longe diuerso à nostro, nempe, qui erat ar-
gentarius campsor, vel trapezita, & conatur probare
quòd non fuerit deputatus ad solam custodiam, &c.
Vnde cùm D. Franciscus Rodericus se obligauerit,
restituere illam pecuniam in suo valore, & in se
transfuderit illius periculum, bene sequitur quòd
eam fecit suam, vt expresse probat idem Alciat. ci-
tatus à Surdo in d. cons. 100 quod in noua editione
est cons. 12. n. 8. lib. 5. ibi, Comprobatur hoc ex eo, quòd
semper gestum est, quia casus fortuiti periculum semper
fuit apud ipsos Vincentios, nec ex furtis illis perpe-
tratis, voluit aliquid damni sentire fiscus: vnde ap-
paret quod id agebatur vt dominium transiret in ipsos,
l. in nauem, vers. idem iuris. ff. locati, & quod notat Dec.
cons. 474. &c.

Cùm ergo dictus Franciscus fuerit, vt dictum 52
est, administrator, ac potuerit omnia, quibus
vtuntur Fratres, nomine Sedis Apost. tractare, &
expendere, nil mirum si illorum dominium in
eum transierit, vt in tutore, & cæteris administra-
toribus probat Bart. in l. Titium, & Mauium §.
altero num. 1. ff. de admin. tut. Bald. in l. si patruus. C.
commun. vtriusque iudic. Dec. cons. 6. col. 2. Alcia. d.
cons. 100. num. 6. aliàs cons. 12. num. 10. lib. 5. in noua
imp. & ad propositum Surd. d. cons. 391. num. 28. in fi-
ne. ibi, Nec mouet argumentum à tutore ad thesaura- 53
rium, quia respondeo terminos esse longè diuersos, quia
tutor generalem habet administrationem, vt toto tit. ff.
& Cod. de administrat. tutor. & ideo potest, imò ali-
quando debet pecuniam conuertere in species, aliquando
species in pecuniam: at thesaurarij administrato tota
consistit in recipiendis, custodiendis, & soluendis pecu-
niis, nihil autem ex se facere potest, &c.

Nec dici potest Syndicum recipere has pecunias 54
ad custodiam, & sic in eum dominium transire non
posse; cum illud sit penes Romanum Pontificem
tantùm, quia respondetur eleemosynas offerentes
Religiosis huiusmodi posse quando illas, aut alia
bona hoc titulo Syndico consignant, d minium ea-
rum rerum sibi retinere, aut in Syndicum transfer-
re, vt ex Bulla Nicolai III. aduertit Fr. Franciscus
Luengo super regula Fratrum Minorum cap. 4. con-
trou. 15. sect. 3. num. 6. & 7. & solùm eo casu, quo of-
ferens voluerit à se abdicare rerum donatarum do-
minium, & nihil hac de re per illum fuerit disposi-
tum, in Romani Pont. earum rerum dominium 55
transit, & penes illum remanet, vt docent Fr. Em-
man. quæst. Regul. tom. 3. q. 39. art. 4. Portel. in dub.
Regular. verb. Syndicus num. 5. Sanch. in præcepta De-
calogi tom. 2. cap. 18. n. 12. & 14. & plures relati à Fr.
Francisco Luengo d. cap. 4. contr. 5. sect. 1. n. 8. & 9.
pag. 303.

Imò stante conuentione facta inter deponentes 56
& dictum Franciscum de restituendis pecuniis in
moneta quolibet tempore vsuali, videtur hic modus
contrahendi non facere recipientem Syndicum,
nec administratorem, sed mutuarium, qui sicut
quilibet alius, illas pecunias de manu dantium mu-
tuo accepit, ex l. sicut §. non tantum ff. de administ. tut.
ibi, seque mutua pecunia poterit obligare sibi mu-
tuam præscribendo, &c. l. non existimo si, ff. eo-
dem titul. ibi, & multum refert palam apertè-
que debitorem se vt extraneum, & quemlibet

faceret pupillo, &c. & in vno eodemque subiecto potest duarum personarum ius concurrere, *l. si paterfamilias §. qui duos, vbi glos. ff. de adopt. l. post mortem ff. quando ex facto tut.* cum vulgaribus, & hoc casu solum attenditur effectus, & prospicitur quod magis conueniens est actui, de quo agitur, quicquid eidem personæ alio titulo & respectu videatur diuersum nomen & officium conuenire, *l. debitor sub pignore §. fin. ff. ad Trebell. c. postulasti, de concess. præb.* latè Euerard. *in loco a tanquam, seu correspectiuis n.5. 8. & 12.* vbi plura adducit exempla, & bene in proposito probat text. *in l.3. §. sed & siquidem ff. iudic. solui*, ibi, *siquidem tutor sit, non tamen quasi tutor negotia administret, vel dum ignorat, vel ex alia causa, dicendum est non committi stipulationem*, &c.

57 Ad tertium fundamentum respondetur per *d.l. 1. ff. de in rem verso*, & per *d.l. 1. §. non autem ff. de execut. act.* minimè probari pecunias consumptas in vtilitatem illius, qui cōsumpsit, tanquam extātes reputari, sed illic ob illarum actionum naturā pater obligatus remanet quatenus in eius vtilitatem versum est, & exercitor quatenus ad nauem armandam mutuatum sit. In aliis verò quoad effectum de quo agitur, nulla ratio habetur de bonis consumptis in

58 vtilitatem eius, qui consumpsit, etiamsi locupletior factus fuerit, vt videre est in bonæ fidei possessore, qui tenetur restituere fructus perceptos exeuntes, iuxta *l. certum. C. de rei vind. l. & ex diuerso ff. eod. tit. l. 39. tit. 28. part. 3.* & tamen si non extent, & illos cōsumpserit in eius vtilitatem, & ex eis locupletior factus sit, ad restitutionem non tenetur, glos. magna *in vers. de consumptis in d. l. & ex diuerso*, Bald. *in l. 3. C. de vsur.* Angel. & Imol. *in l. sequitur §. 1. ff. de vsucap.* idem Imol. *in c. grauis*, & *ibi* Abb. *n. 6. de restit. spol.* Corn. *cons. 301. vol. 1.* Socin. *cons. 151. lib. 2.* Ratio est, quia ius solum ad fructus extātes actionem concedit, nulla habita ratione vtrùm possidentes fuerint, aut non fuerint cum illis locupletiores effecti, quia hoc solum pertinet ad iudicia vniuersalia, vt latè obseruant Ioan. Garc. *de expens. c. 23. n. 40. & 41.* qui dicit in Hispania nunquam de hoc dubitatū, Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. c. 4. num. 60.*

59 Vlteriùs creditor anterior non desinit talis esse ob id quòd debitor emerit & adquisiuerit alia bona de pecuniis, quas acceperat à posteriori, quia etiam in his bonis semper præferendus est prior, vt in fortioribus terminis resoluunt Bart. *in l. interdum ff. qui potiores*, Negusant. *de pignor. 2. memb. 5. p. n. 3.* & citati à Cou. *lib. 1. vari. c. 7. n. 3.* Villar. *resp.*

60 *10. n. 14.* Parlad. *rerum quotid. lib. 1. cap. 8.* Accedit quòd Religio non habet prælationem ad pecunias etiam extantes, nisi probaretur eas fuisse depositas cum sacco signato, & cum expresso pacto vt eadem corpora redderentur; aliter enim etiam in pecunia extante non datur priuilegium prælationis, & vindicationis, iuxta doctrinam Pauli de Castro *in d. l. si hominem §. quoties n. 2.* Peguera *decis. 38. n. 13. & 14.* Fontanel. *de pactis nupt. claus. 5. glos. 8. p. 7. n. 12.* Et itidem requirebatur quòd illæ pecuniæ actione depositi peterentur, quæ in hoc casu penitus cessat, cùm principalis contractus mandati attendendus sit, ex eo quòd Syndicus vti Pontificis mandatarius, & nomine Romanæ Ecclesiæ à qua facultatem accepit, prædictas eleemosynarum pe-

61 cunias recipit, ad text. *in l. 1. §. idem Pomponius 13. il primo ff. deposit.*, vbi probatur actione depositi rem petendam non esse, quam quis accepit vt custodiret de alicuius mandato: eius autem verba sunt quæ sequuntur. *Idem Pomponius quærit, si tibi mandauero, vt rem ab aliquo meo nomine receptam custodias, idque feceris, mandati, an depositi tenearis, & magis probat mandati esse actionem, quia hic est primus contractus*, &c. per quem text. vt resoluunt Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 10. tit. 1. n. 8.* Capit. Galeota *tom. 1. controu. 56. num. 4. cum seqq.* bene Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1.* 62
cap. 174. n. 9. vbi dicit quòd si ex mandato procurator exigat pecunias, & retineat penes se, datur actio mandati, non depositi, cùm contractus mandati sit principalis, & custodia veniat in accesso- 63
rium; ratio est, quia semper censetur aliquid actum ex causa magis principali. *glos. in l. non verè*, & *ibi* Bald. *in fine ff. ex quibus caus. maior.* Dec. *in cap. dilecti in 3. notab. de appell.* Aym. Crauet. 108. *vers. tertiò in iudicanda causa n. 8.* Et facit doctrina 64
Bart. *in d. l. 1. §. sed si non docentis*, per illum text. quòd quando præcedit contractus perfectus, & adiicitur conuentio, quæ potest cadere in nomen contractus, potius inducitur informatio primi, quàm nouus contractus.

Et ad confirmationem huius tertij fundamenti, 65
quatenus habet pecunias cum dolo & mala fide consumptas in odium consumentis haberi ac si consumptæ non fuissent, respondetur Franciscum Rodericum palam & bona fide eas pecunias cōsumpsisse, & ad actorem spectat probare reum dolo desiisse possidere quando possidebat de tempore litis contestatæ, ex glos. *verb. sine dolo, vers. vel dic, in cap. pen. de except.* vbi Abb. *n. 8.* & Felin. *n. 2.* Mascard. *de probat. concl. 1192. a n. 5.* latè Borgal. *de dolo lib. 6. reg.* 66
17. n. 15. Vnde licèt dubio prorsus careat regula illa, quòd qui dolo desiit possidere, habetur pro possessore, ac si verè possideret, *l. qui dolo ff. de regul. iur. l. is qui dolo, l. qui restituere, l. quod si possessor. ff. de rei vend.* teneturque rei vindicatione ex *l. sin autem §. si homo ff. de rei vindicat.* & ad hoc respicit quod dixit Ias. *in d. l. rogasti §. fin. n. 4.* quod non reconci- 67
liatur mutuum si consumptio pecuniæ, vel cōmixtio fit mala fide, cuius doctrinam sequitur Surd. *cons. 4. n. 43.* Nihilominus Iasonis & Surdi doctrinæ procedunt vbi inter pecuniæ dominum, vel anteriorem creditorem, & inter illum qui eam mala fide consumpsit, lis tantùm vertitur, quia hoc casu licèt pecunia non extet, nec possideat, qui eam consumpsit, dolus pro possessore est, vt dicitur *in d. l. qui dolo*, in pœnam illius, qui dolum commisit, *l. quod te*, vbi Doctores, *ff. si certum pet. l. si ex legati causa*, vbi scribentes, *ff. de verb. oblig.* & tradit Borgal. *d. reg. 17. num...* Verum tamen rei vendicatio nō datur perinde ac si extaret quod petitur ab illo, qui dolosè alienauit, in præiudicium alterius credi- 68
toris, qui bona obligata habebat, cùm dolus vnius non possit in damnum alterius redundare, *l. & eleganter ff. de dolo, l. electio, in fine ff. de noxal. l. 3. §. 1. ff. de transact. cap. non debet aliquis, de regul. iuris in 6.* quam regulam exornant Ias. *in l. si quis in suo §. legis autem n. 2. cum seqq. C. de inoff. testam.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. D. concl. 582.* Borgal. *de dolo reg. 36. per tot.*

Ad quartum fundamentum de tacita hypothe- 69
ca, quam habet Ecclesia super bonis Prælati ob malam administrationem, respondetur id procedere ob æquiparationem Prælati ad tutorem, & Ecclesiæ ad minorem. *cap. 1. de restitut. in integ.* & ita eius bona ita sunt obligata & hypothecata, prout sunt bona tutoris respectu populi, *l. pro officio C. de* 70
administ. tut. tum etiam, quia Prælatus æquiparatur marito, & Ecclesia vxori, *cap. sicut vir, & cap. sicut alterius*

alterius 7. *q.* 1. & ob id habet Ecclesia res Prælati tacitè obligatas, prout mulier obligata tenet mariti bona, ex *l. vnic.* §. *vt plenius C. de rei vxor. act.* Quas quidem rationes asserunt Doctores ad hanc tacitam hypothecam inducendam, vt tradunt Neguſ. *de pignor.* 4. *memb.* 2. *p. num.* 120. Palat. Rub. *in rub. de donation.* §. 66. *num.* 21. Gaita *de credito. cap.* 4. *quæſ.* 11. *num.* 2029. *cum ſeqq.* Molfeſ. *conſ.* 13. *n.* 9. latè Nouar. *de priuileg. miſerab. priuil.* 107. *per tot.* Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 536. *num.* 6.

72 Quod quidem tacitæ hypothecæ priuilegium in aliis Ecclesiæ administratoribus locum habere non potest, cùm hi tutori, & marito non æquiparentur, Bald. *in l. fin. num.* 15. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Trentacinq. *var. reſol. tit. de pignor. reſol.* 7. *num.* 4. Greg. Lop. *l.* 25. *gloſ.* 6. *tit.* 13. *part.* 5. & *l.* 19. *gloſ.* 5. *tit.* 8. *part.* 5. Gaita *d. cap.* 4. *quæſ.* 11. *ex n.* 2040. optimè Neguſant. *de pi-*
73 *gnorib.* 4. *memb.* 2. *p. num.* 121. ibi, *Sed non in aliis, quia Eccleſia æquiparatur ciuitati, & non fiſco, & ſicut ciuitas non habet tacitam hypothecam, ita nec Eccleſia niſi in caſu præmiſſo*, &c. Quicquid illud extendant ad Prælatum, & quemcunque alium administratorem, Escob. *de ratiocin. c.* 39. *n.* 13. & Amat. Roder. *de concurſu credit. p.* 1. *art.* 5. *ex num.* 9. Magna enim versatur differentiæ ratio quoad effectum de quo agitur, inter Prælatos Ecclesiarum, & inter cæteros earum administratores, quia Prælati vt Domini, & Ecclesiarum Rectores administrant cum plena facultate per se ipsos de earum bonis disponendi, cùm alium non habeant qui eorum curam teneant, & ideo quæcunque eorum bona pro mala administratione sunt tacitè hypothecata: at verò alij administratores, œconomi, & Syndici non administrant vt Domini, sed vti illorum præpositi, & eorum voluntati subordinati, vnde nil mirum si non habeant illam
74 tacitam hypothecam sicut ipsi Prælati, quæ non datur nisi in casibus à iure expressis, ex gloſ. *verb. à priuilegio in l.* 2. *ff. de priuil. cred.* Ripa *in l.* 4. §. 1. *n.* 9. *eod. tit.* Viui. *deciſ.* 451. *num.* 6. Surd. *deciſ.* 50. *num.* 9. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 12. Noguer. *alleg.* 1. *num.* 5. Huius autem secundi generis sunt Syndici Ordinis Sancti Francisci, cùm illius gubernium ab eorum cura non dependeat, nec distributio pecuniarum, quæ apud illos deponuntur, eorum voluntati subest, sed ipsi tenentur ad dispositionem Religionis ea in proprios ipsius vsus expendere, vt constat ex Bulla Martini IV. ibi, *Quando à prædictis miniſtris, vel aliis Fratribus de aſſenſu eorundem miniſtrorum fuerint requiſiti*, &c.

Toletana nullitatis matrimonij.

Separatio thori ex sæuitia viri quando inducatur? Copula carnalis quomodo probetur? Dispensatio obtenta à Papa non facta mentione præcedentis copulæ incestuosæ, est subreptitia.

VOTVM LXXXIII.

1 *Facti ſeries narratur, & num.* 2.

3 *Diuortium propter ſæuitias datur, vbi tanta eſt quòd nulla ſecuritatis cautio ſufficiat.*

4 *Iudicis arbitrio committitur an & quando ſæuitia ſufficiat ad diuortium.*

5 *Diuortio cauſam iuſtam quæ tribuant?*

6 *Metus ſolus futuræ ſæuitiæ, & alicuius grauis mali ſufficit ad diuortium.*

7 *Metus minor requiritur in muliere quàm in viro.*

8 *Fœmina ſi fuerit teneræ ætatis, magis timere præſumitur.*

9 *Copula carnalis quando dicatur probata?*

10 *Copula carnalis non poteſt directè & concludenter probari per teſtes de viſu.*

11 *Copula carnalis eſt difficilis probationis.*

12 *Probatio præſumptiua, habetur pro vera in his quæ ſunt difficilis probationis.*

13 *Diſpenſatio non facta mentione copulæ præcedentis inceſtuoſæ, eſt ſubreptitia.*

14 Petrus Andreas Gammarus,
15 Franciscus Sarmiento,
16 Melchior Gallego,
17 Petrus Ochogauia,
18 Ioannes Gutierrez,
19 Petrus de Ledesma,
20 Ioannes Aloysius Riccius,
21 Thomas Zerola,
22 Thomas Sanchez,
33 Marcus Antonius Genuēsis,
24 Nicolaus Garcia,
25 Ferdinandis Rebello,
26 Paulus Comitulus,
27 Valerius Reginaldus,
28 Paulus Laymann,
29 Martinus Bonacina,
30 Vincentius Filliucius,
31 Antonius Sanctarellus,
32 Robertus Cardinal. Bellarm,
33 Ego ipse,
34 Rota Romana,

} *Doctores, qui tenent diſpenſationem nō valere niſi facta mentione de inceſtu.*

35 *Rotæ Romanæ laudes & encomia.*

36 *Sacra Cong. Concil. declarauit diſpenſationem reddi nullam ſi in ea de copula inceſtuoſa præcedenti non fiat mentio.*

37 *Declarationes Sacræ Cong. quam vim habeant obligandi in vtroque foro.*

38 *Rota ſemper plurimum detulit decretis ſacrarum Cong.*

39 *Decreta S. Cong. vt hodie vim habeant obligandi quæ requirantur?*

40 *Stylus Romanæ Curiæ obtinet vt hodie copula præcedens exprimatur in diſpenſationibus matrimonialibus.*

41 *Stylus Curiæ facit ius, & pro lege obſeruatur.*

42 *Interpretatio breuium ſumenda eſt communi ſtylo, & vſu Curiæ.*

43 *Gratia redditur ſubreptitia ſi omittantur aliqua, quæ de ſtylo Curiæ exprimi debent.*

44 *Dispensatio semper est subreptitia si in dispensatione dictum fuerit nullam præcessisse copulam carnalem.*

45 *Dispensatio semper vitiatur ex causæ expressæ falsitate.*

46 *Expressio falsa semper dispensationem vitiat.*

47 *Causæ impulsiuæ vitium semper vitiat etiamsi concedens esset concessurus.*

48 *Causæ finalis defectus semper reddit actum nullum.*

49 *Causæ quælibet in concessione apposita à Principe præsumitur finalis.*

50 *Dispensationis in materia falsitas etiam causæ impulsiuæ reddit gratiam nullam.*

51 *Respondetur ad contraria.*

52 *Declaratio contraria veritati nihil valet.*

53 *Veritas præferenda est opinioni & reputationi.*

54 *Confessio per vim & metum facta non nocet.*

55 *Dispensationum preces si probentur falsis testibus, detecta veritate censenda est ea dispensatio irrita.*

56 *Dispensatio in sacra Pœnitentiaria tacitis impetrantium nominibus expediri solet.*

57 *Absolutio expedita in sacra Pœnitentia non suffragatur in foro contentioso.*

58 *Attestationi Confessoris dicentis absolutionem concessisse vigore litterarum S. Pœnitentiariæ, non est credendum in foro externo.*

1 D. Alphonsus de Cespedes, & D. Mariana de Contretas & de Valdes, in secundo consanguinitatis gradu in linea æquali adinuicem coniuncti, data opera, & vt dispensationem Apost. ad matrimonium inter se contrahendum facilius impetrarent, priùs carnaliter se cognouerunt, & deinde mandatum de dispensando Officiali Toletano directum à S. Sede Apost. obtinuerunt, quatenus cum eis dispensaretur, vt dicto impedimento non obstante, matrimonium inter se, publicè seruata forma Concil. Trident. contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, ac in eo postmodum manere liberè & licitè valerent; cum ea tamen falsa eorundem impetrantium relatione, quòd scilicet carnalis copula inter eos minimè subsequuta esset; sed per informationem ab eodem Officiali factam, precibus etiam quoad dictum de carnali coniunctione non subsequuta, licet falsò, iustificatis, & asserta dispensatione in vim talis iustificationis obtentâ, matrimonium iuxta formam dicti mandati contraxerunt.

2 Verùm cùm dictus D. Alphonsus de Cespedes de huiusmodi matrimonij validitate dubitare inciperet, ac in eo remanere sine peccato non posse existimaret, pro parte viri, & mulieris latorum suppresso proprio nomine, dispensationem, & absolutionem pro foro conscientiæ tantùm, ex se (D. Mariana inconsulta, & nihil tale suspicante) impetrauit; sed cum eidem D. Marianæ postea constaret D. Alphonsum eius assertum maritum nimis dubium esse de suæ dispensationis validitate, illiusque nullitatem, obtenta prædicta secunda dispensatione, seu absolutione, per viam sacræ Pœnitentiariæ sanare intentasse; vltra diuortium, quod propter sæuitias viri fieri procurauerat; ad nullitatis quoque matrimonij causam, ob non factam in dispensatione præcedentis copulæ mentionem, conuolauit. Causa super dictis diuortio, & nullitate coram Vicario huius oppidi Matritensis, seruatis seruandis, & promotore Fiscali pro matrimonio accedente, ad conclusionem vsque perducta, ipse Vicarius per suam diffinitiuam sententiam diuortium, ac separationem huiusmodi fieri mandauit, sed dictum matrimonium firmum, & validum fuisse, & esse declarauit. A qua sententia dicta D. Mariana in parte, & partibus sibi præiudicialibus ad sanctam Sedem Apost. ac alias legitimè appellauit, & causa appellationis, & appellationum huiusmodi ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D. meo Nuntio mihi commissa, dubitaui, an præfata Vicarij sententia esset confirmanda, vel infirmanda? & quoad diuortium esse confirmandam, quod verò ad secundum partem, quatenus validitatem matrimonij respicit, esse infirmandam censui.

Super separatione thori confirmari debere sententiam non videtur in dubium posse reuocari, 3
quia certa est conclusio, quòd vbi sæuitia viri tanta est, vt nulla securitatis cautio sufficiat, rectè pronuntiatur super diuortio, *cap. ex transmissa*, §. *si autem capitali odio*, & *cap. litteras*, §. *si verò tanta*, *de restit. spoliat.* vbi Abb. *num.* 7. Aldobrand. *consil.* 71. *num.* 1. *cum seqq.* Gutierr. *canon. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 7. Farin. *in prax. crim. quæst.* 143. *num.* 129. & 225. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 18. *num.* 32. Rot. *decis.* 193. *num.* 5. *post tol.* 2. *cons. Farin.* Et 4
quoniam arbitrio iudicis positum est dignoscere, an, & quando hæc sæuitia viri tanta sit, vt trepidantem vxorem non deceat committere fragilitati cautionum, Gutier. *d. cap.* 24. *num.* 10. Sanch. *d. disp.* 18. *num.* 32. Basil. Ponti. *etiam de matrim. lib.* 5. *c.* 23. *num.* 5. *ad fin.* Card. Seraph. *decis.* 226. *num.* 1. Rota *decis.* 59. *num.* 2. & *decis.* 156. *num.* 3. *post tom.* 2. *consil. Farin.* Facilè in hoc casu interposuit arbitrium 5
pro separatione thori, quoniam ex multis, & acribus iniuriis, malis tractamentis, notabili asperitate, & magnis sæuitiis, vsque ad effusionem sanguinis, etiam inflicto illi vulnere, non ambigitur, quin non solum odia, & simultates intercesserint ferè implacabiles, quæ tribuunt iustam causam diuortio, *l. consensu*. & *authent. sed nouo iure*, *C. de repud.* *d. cap. ex transmissa*, & *d. cap. litteras, in fine*, Gutierr. *d. cap.* 24. *num.* 8. *cum seqq.* Sanch. *d. disput.* 18. *n.* 6. Basil Pont. *d. cap.* 23. *num.* 5. Farin. *d. quæst.* 143. *num.* 145. Rot. *d. decis.* 156. *num.* 1. Sed etiam euidens
necis dictæ D. Marianæ periculum, & quod Alphonsus solitus esset contra eam insæuire, cùm imò 6
ad hunc effectum solus metus futuræ sæuitiæ, & alicuius grauis mali sufficiat, *l. metum. ff. quod met. causa*, *gl. verb. capitales, in l. licet, de recept. arbitr.* Aldobr. *cons.* 71. *num.* 17. Sanch. *d. disp.* 18. *num.* 10. & 19. Farin. *d. q.* 143. *num.* 140. Et in muliere tanquam
sexus, & ingenij imbecillioris, minor metus requiritur, quàm in viro, glos. *verb. metus*, *in c. cum locum*, 7
de

8 *de sponsal.* Menoch. *de arbitr. casu* 135. *num.* 4. Gutierr. *de matrim. cap.* 77. *n.* 2. Et multò minor si fœmina fuerit teneræ ætatis, vt in casu isto, cùm hîc concurrant duæ qualitates, nempè sexus, & ætatis teneræ. Seraphin. *decis.* 771. *num.* 4. Rot. *decis.* 779. *n.* 9. *p.* 5. *recentior. aliàs part.* 1. *in posthum. Farin.*

9 Quod ad nullitatem attinet, satis superque in processu probatum est prædictos DD. Alphonsum & Marianam dispensationem impetrantes, esse in secundo consanguinitatis gradu in linea æquali adinuicem coniunctos. De copula autem ipsam dispensationem præcedente, per plures testes omni exceptione maiores plenè constat: illi enim vno ore affirmant se vidisse Alphonsum, & Marianam ante obtentam dispensationem, solum cum sola, & nudum cum nuda insimul in lecto iacentes, ex quo dicitur plenè probata carnalis copula, *c. litteras* 14. *de præsumpt.* Mascard. *de probat. concl.* 59. *à num.* 6. *& concl.* 312. *à num.* 1. *& concl.* 452. *num.* 1. *&* 8. *& concl.* 810. *num.* 5. *&* 7. Menoch. *de arbitr. casu* 244. *n.* 8. *& de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 41. *num.* 12. Sanch. *d. tract. de matrim. lib.* 10. *disp.* 12. *num.* 43. Farin. *d. q.* 136.

10 *num.* 171. Copula enim carnalis non potest directè, hoc est, concludenter, & per necesse probari per testes de visu, quia tale opus visus sensui non patet, sed tantùm præsumptiuè. Farin. *d. q.* 136. *num.* 58. Mascard. *conclus.* 57. *num.* 3. *in princ.* Camil. Borrel. *in*

11 *summ. decis. p.* 3. *tit.* 1. *de matrim. n.* 944. Rot. *decis.* 995. *num.* 12. *p.* 2. *diuers.* Cùm sit difficilis probationis, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 41. *num.* 12. *& de arbitr. casu* 116. *num.* 11. Polyd. Ripa *in tract. de nocturno tempore, cap.* 36. *num.* 2. Mascard. *d. concl.* 57. *num.* 3. D. meus Pet. Barbosa Portugalliæ maximus Cancellarius, *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.* 78. *vers. Item adul-*

12 *terium, ff. solut. matrim.* Seraph. *decis.* 893. *num.* 7. Et in his, quæ sunt difficilis probationis, præsumptiua probatio habetur pro vera, & concludenti. Mascard. *d. conclus.* 57. *n.* 3. *& concl.* 810. *num.* 1. Farin. *d. q.* 136. *num.* 4. *in fine.*

13 Constito igitur de consanguinitate in gradu prohibito, ac de copula ipsam dispensationem præcedente, superest videndum vtrùm dicta dispensatio (non facta mentione antecedentis copulæ incestuosæ) sit valida, an verò reddatur subreptitia? Esse validam affirmarunt plures, quos retuli *in collect. ad cap. super eo, num.* 12. *de condit. apposit.* Verùm subreptitiam reddi magis communis, & verior tenet opinio, quam sequuta est sacra Rota, sacraque Congregatio Eminentissimorum DD. Cardinalium sacrosancti Concil Trid. Interpretum, & vbique obseruat stylus Romanæ Curiæ, vt ex infra referendis apparebit.

14 Petr. Andr. Gammar. *de auctoritate Legati à latere, lib* 7. *tit. de dispensat. Legati circa matrimonia*, *n.* 49. vbi ait dispensationem tacito præcedente coitu esse subreptitiam.

15 Franciscus Sarmiento *select. iuris interpret. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3. vbi dicit, quòd in dispensatione opus est facere mentionem de incestu, quia incestuosus prohibetur matrimonium contrahere, *cap.* 1. *de eo, qui cognouit consang.*

16 Melchior Galleg. *in tract. de cognat. spirit. cap.* 24. *à num.* 3. vbi testatur Romæ in Prætoriis, & summæ Pœnitentiariæ, & Datariæ copulam carnalem habitam exprimi consueuisse, vel in eadem dispensationis supplicatione, quando incestus est publicus, vel in alia occulta facta vtriusque impedimenti mentione, quando est secretus.

17 Petrus Ochogauia *de Sacram. tract.* 4. *de matrim. q.* 11. *num.* 4. vbi tenet non valere dispensationem non facta mentione de incestu.

Ioannes Gutierrez *canon. lib.* 1. *cap.* 15. vbi dicit, 18
quòd licet antea contrariam tueretur opinionem, id sanè fecit sine notitia decisionis Rotæ, & decreti sacræ Congreg. Eminentissimorum Cardinalium, & ideò in ea secunda eiusdem libri impressione, suam primam corrigit sententiam, & idem repetit *de matrim. cap.* 124. *num.* 12.

Petrus de Ledesma *de matrimonio*, *q.* 65. *art. vlt.* 19
dub. 2. *difficult.* 2. *concl.* 2. *&* 4. *& in summa Sacram. cap.* 27. *circa primam conclusionem, dub.* 3. *&* 4. vbi ait rem esse certam ob declarationem Cardinalium.

Ioannes Aloisius Riccius *in decis. Curiæ Archiep.* 20
Neapol. p. 4. *decis.* 308. vbi refert ita fuisse iudicatum.

Thomas Zerola *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. dispen-* 21
satio, ad 4. *vers. Tertiò*, vbi resoluit non valere dispensationem, suppresso, seu tacito, vel non narrato incestu.

Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 15. *num.* 3. 22
& lib. 8. *disp.* 25. *num.* 8. vbi multis comprobat reddi dispensationem subreptitiam tacito incestu inter consanguineos, vel affines volentes matrimonio copulari, siue is contigerit ante Pontificis dispensationem, siue post, antequam Ordinarius illam expediat.

Marcus Antonius Genuensis *in pract. Archiep.* 23
Neapol. cap. 25. *num.* 4. vbi concludit non valere dispensationem non facta mentione de incestu.

Nicolaus Garcia *de benefic. tom.* 2. *p.* 7. *cap.* 3. *n.* 32. 24
qui probat dispensationem matrimonialem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis non facta mentione de copula inter impetrantes habita esse subreptitiam, & nullam.

Ferdinandus Rebellus *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 3. 25
q. 5. *num.* 24. vbi affirmat non valere dispensationem si reticeatur copula habita ante confectionem litterarum Apost.

Paulus Comitulus *respons. moral. lib.* 1. *q.* 104. vbi 26
hoc idem resoluit, & probat.

Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib.* 31. 27
num. 200. *vers. Simulque*, vbi tradit, quòd si consanguinitate, aut affinitate in gradu prohibito coniuncti volentes contrahere matrimonium, debent exprimere suum illum incestum.

Paulus Layman *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 4. 28
cap. 22. *n.* 18. vbi ait impetrationem dispensationis super impedimento matrimonij intra gradum prohibitum, nulla facta mentione antecedentis copulæ incestuosæ, subreptitiam esse, iuxta probabiliorem sententiam.

Martinus Bonacina *in tract. de legib. disp.* 1. *q.* 2. 29
puncto 5. *num.* 9. vbi similiter tenet inualidam esse dispensationem obtentam ad contrahendum matrimonium cum consanguineo, vel affine tacito incestu, id est copula inter affines, vel consanguineos habita.

Vincentius Filliucius *in quæst. moral. lib. tom.* 1. *tract.* 30
10. *p.* 2. *cap.* 4. *n.* 336. vbi affirmat copulam in dispensationibus consanguinitatis, & affinitatis esse exprimendam, quando copula contigit ante dispensationem Papæ.

Antonius Sanctarellus *var. resolu. p.* 1. *q.* 52. *per* 31
tot. vbi existimat dispensationem super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis esse subreptitiam, non facta mentione de copula habita inter impetrantes dispensationem.

Robertus Cardinalis Bellarminus *in nouis decla-* 32
rat. ad Decreta Concil. Trid. sess. 24. *de reformat. matrim. c.* 5. *in declarat. pag.* 358. quo loci affirmat dispensationem esse subreptitiam si committens incestum illam

illam obtinuerit, non facta mentione copulæ.

33 Ego ipse in meis collect. ad Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrim. cap. 5. num. 17. post multos, quos refero, teneo dispensationem super impedimento consanguinitatis vel affinitatis, non facta mentione copulæ habitæ inter impetrantes, esse subreptitiam.

34 Rota Romana decis. 72. num. 1. apud Farin. tom. 2. suorum consil. censuit subreptitiam fuisse dispensationem obtentam non facta habitæ copulæ mentione, & illam sic decidisse testantur Ioan. Gutierr,
35 d. lib. 1. c. 15. num. 25. Nic. Garc. d. p. 8. c. 8. n. 72. in fine. In quo sacro Tribunali oculatissima semper cognitione, & pleno examine causæ deciduntur per duodecim Patres iuris nostri lucernas, qui continuis laboribus, studiis, & vigiliis insudantes, iustitiæ cultoribus ex variis, confusisque nostrorum scribentium opinionibus, mel & fauum, & aquam limpidissimam distillant, de quibus plura alia cumulant Mascard. de probat. concl. 485. num. 11. Marchesan de commiss. tom. 1. p. 1. c. 8. num. 5. pag. 296. & ead. p. 1. §. 8. de commiss. appel. diuers. num. 100. & 101. Melch. Lotter. in apparatu ad suum tract. de re benef. Theodos. de Rubeis in singul. Rotæ tom. 1. in princ.

36 Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium sacrosancti Concilij Trident. Interpretum, declarauit dispensationem reddi nullam ex copula eam præcedente, si de ea non fuerit facta mentio in supplicatione: quam declarationem referunt, de illaque mentionem faciunt Additio ad Nauarr. cons. 9. de consang. & affinit. in nouis, Quaranta in summ. Bullar. verb. Matrimoniales dispensationes, num. 13. vers. Quibus expletis, Marcus Anton. Genuens. d. cap. 25. num. 4. Petr. de Ledesm. d. tract. de matrim. q. 56. art. 5. concl. 4. Zerola d. verb. dispensatio, versic. Tertiò si quis consummaret, Nicol. Garcia d. p. 8. cap. 1. n. 70. in fin. Sanch. d. lib. 8. disp. 25. num. 7. Ferdin. Rebell. d. p. 2. lib. 4. de sponsalib. in declarationibus sacræ Congreg. num. 122. & 149. Hurtad. de matrim. disput. 26. num. 12. Ego ipse in collect. Bullarij, verb. dispensatio
37 redditur nulla, pag. 276. Quod quidem sacræ Congreg. Decretum tot Doctorum testimoniis fulcitum non solum probabilitatem pro sua parte importat, sed etiam vim habet obligandi in vtroque foro, tam pro illis personis, ad quarum instantiam fit, seu in illo casu speciali, cui Congregatio respondet, sed vt leges generales in similibus omnibus, vt testantur Gamb. de casibus reseru. cap. 3. num. 6. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 11. art. 1. & 2. Ludou. Miranda in man. Prælat. tom. 2. q. 26. art. 11. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo studuitas, & p. 2. verbo absolutio. 2. Zypæ. in analytica postremi iuris enarrat. in epist. ad Lectorem, Narbona de appell. à Vicario ad Episcopum, p. 1. num. 189. Conchiet de permut. benefic. p. 2. cap. 30. Marchin. de Sacram. Ordinis, tract. 1. p. 1. cap. 12. num. 16. Salas de legib. tract. 14. disp. 21. sect. 12. Nicol. Garc. in præfat. sui tract. de benef. Belloch. de casibus reseru. p. 1. q. 2. num. 82. nouissimè Steph. VVeyns in Constitutiones 24. ex Iure antiquo desumptas, & per Concilium Trid. specialiter innouatas in coronide, quæ est post 24. Constitutionem, vers. Quantum verò attinet. Et ob sum-
38 mam huius sacræ Cong. decretorum auctoritatem, illis Rota semper plurimum detulit, nec illa in dubium vllo modo reuocare solet, vt ipsamet sæpiùs attestatur, & præcipuè coram Card. Caualer. decis. 627. num. 8. & in Panormitana Archipresbyteratus 5. Iunij 1620. coram bonæ mem. Buratto, & in Nicien Parochialis 20. Maij 1624. coram bonæ mem. Vbaldo sen. & in Tiburtina Parochialis 27. Iunij 1629. coram recolendæ mem. Pirouano: ita vt necessarium non sit illa in processu authenticè producere, sed sufficit allegare adinstar legis communis iuxta textum in §. responsa prudentum, Instit. de iure natur. Rota in Auersana beneficiorum 3. Iunij 1606. coram bonæ mem. Card. Sacrato, & in Miten. Abbatiæ 19. Iunij
1628. coram R. P. D. Dunozete. At hodie eadem 39
sacra Cong. iussu S. D. N. D. Vrbani VIII. præcipit & mandat huiusmodi decretis tam impressis, & imprimendis, quam manuscriptis nullam fidem esse in iudicio, vel extra à quoquam adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint, de quo me citato meminere Anton. Diana moral. resolut. par. 5. tract. 2. resol. 96. & Machado in perfecto Confessore tom. 2. lib. 4. p. 7. tract. 3. docum. 2. in fine & ideo illam sacræ Cong. declarationem, quia de ea non constat authenticè, tanquam probabilem, & doctrinalem, & vti sententia à tot Doctoribus communi calculo receptam, & approbatam in eorum fide citamus, nec in re clara, maiori indigemus probatione.

Stylus Romanæ Curiæ iam hodie obtinet, vt 40
copula exprimatur in obtinenda dispensatione huius impedimenti vt attestantur Melch. Galleg. d. c. 24. num. 3. Gutier. d. lib. 1. Canon. cap. 15. num. 13. Marc. Anton. Genuens. d. cap. 25. num. 4. Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapolit. p. 3. decis. 134. num. 1. & p. 4. decis. 8. num. 5. Filliuc. d. tract. 10. p. 2. cap. 10. num. 336. Bonacin. d. tract. de legib. disp. 1. q. 2. puncto 5. num. 9. vbi num. 13. agens de incestu occulto, subdit copulam exprimi debere, rationémque assignat, non quia incestus sit impedimentum Pontificium, sed quia stylus Curiæ postulat, vt incestus coniunctus cum impedimento consanguinitatis, vel affinitatis exprimatur in petenda dispensatione, ne subreptitia & inualida efficiatur, Sanctarel. d. q. 52. num. 1. ad med. Antonin. Diana moral. resol. p. 4. resol. 135. in fine.

Et sic huius Curiæ stylus, de quo grauissimi præ- 41
dicti viri attestantur, facit ius, & pro lege obseruari debet, cap. ex litteris, vbi Felin. num. 4. de constitut. cap. quam graui, de crim. falsi, Cacheran. Pedem. decis. 22. num. 7. Alex. Raudens. Pisana decis. 6. num. 67. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 137. n. 18. Flamin. Paris. de resign. benef. tom. 2. lib. 10. quæst. 2. num. 17. Pereg. Iannin. de reali citat. lib. 1. cap. 1. num. 19. Nicol. Garc. de benefic. p. 1. cap. 5. num. 87. & p. 8. cap. 8. num. 65. Camill. Borrel. in sum. decis. tom. 1. tit. 14. de consuet. num. 108. Antonin. Diana d. resol. 135. in fine, Philib. Marchin. de Sacram. Ordinis
tract. 1. p. 9. cap. 5. num. 7. pag. 157. Etiam quòd 42
opinio esset controuersa; cùm soleat Rota eam sequi, quam praxis Curiæ Romanæ magis amplectitur, vt ipsamet S. Rota de se testatur decis. 656. num. 2. p. 2. recentior, quia à communi stylo, & vsu Curiæ Breuium interpretatio sumenda est, Verall. decis. 84. num. 3. & 4. p. 2. Rota decis. 196. num. 2. p. 1. recent. Ego ipse de Canon. & Dignitatib. cap. 13. num. 35.

Vnde succedit doctrina quòd vbi aliqua exprimi 43
debent de stylo Curiæ, si omittantur, gratia redditur subreptitia, & nullius valoris, Ioan. Selua de benefic. p. 3. q. 72. num. 51. Cassad. decis. 12. num. 14. de praben. Mascard. de probat. concl. 846. num. 8. Sanctarel. var. resolut. p. 1. q. 90. num. 9. Gutier. canon. lib. 1. cap. 15. num. 12.

num.12. & lib.2.cap.15.n.58. optimè Paul. Layman. *in sum. Theolog. moral. tom.1. tract. 4. cap.22. num.18.* ibi: *Taciturnitas qualitatis, cuius expressionem iura, vel stylus Curiæ specialiter requirunt, reddit dispensationem, & quoduis gratiæ rescriptum, quod ob petitionem conceditur, subreptitium; etsi constet Principem etiam expressa illa qualitate similiter concessurum fuisse, &c.*

44 Et tantò magis in casu nostro prædicta procedunt, cùm non solum in dispensatione de copula habita nulla facta fuerit mentio, in quibus terminis citati Doctores loquuntur, sed etiam in ea expressè relatum fuit nullam præcessisse copulam carnalem, ibi: *Carnali tamen copula inter eos minimè subsequuta,* &c. in quo casu vtriusque sententiæ Auctores conueniunt dispensationem esse subreptitiam, vt tetigi *in collect. ad Concil. Trid. sess.24. de reformat. matrim.*
45 *cap.5. num.* 18. Illa enim semper vitiatur ex causæ expressæ falsitate, glos. *verb. falsa in cap. quia circa, de consang. & affin.* & *ibi* Abb. *num.5.* Gozadin. *cons.51. num.42.* Menoch. *cons.385. num.31. vers. Non etiam obstat,* Gutier. *d. lib.2. cap.15. num.10. & num.98.* quia
46 falsa expressio semper vitiat, etiamsi concedens esset concessurus sine expressione illius falsitatis, Verall. *decision.* 254. *num.* 4. *part.* 2. Azeued. *consil.* 34. *num.21.*

47 Iuuat quòd licèt impulsiuæ causæ vitium in ea exprimenda, seu tacenda non noceat concessioni Principis, Cou. *lib.1. var. cap.20. num.1. vers. Contrariam sententiam,* Surd. *cons.143. num* 52. Hurtad. *de matrim. disp.26. num.19.* Stephan. Gratian. *discept.*
48 *forens. cap.725. num.* 54. cum solum defectus causæ finalis semper reddat actum nullum, *cap. cùm contingat, de rescript. cap. susceptum, eod. tit. in 6.* Pereg. *cons.8. num. 4. vol. 1. & cons. 87. num. 8.*
49 *vol. 3.* Hurtad. *d. disp. 26. num. 18.* Nihilominus tamen cum quælibet causa, quæ in dispensatione apponitur à Principe ex concessione Concilij Trid. *sess.24. de reformat. matrim. cap. 5.* cum qua se videtur conformare, præsumatur finalis, Azeued. *d. cons. 34. num. 34. & 58.* ideò eius defectus reddit dispensationem nullam ex dictis, & iuxta notata per Bonacin. *de legib. disp. 1. quæst. 2. puncto 10. §. 1. num. 5. vers. Prima sententia, & num. 7.*

50 Denique facit quòd in materia dispensationis, non solùm falsitas causæ finalis, sed etiam impulsiuæ reddit gratiam ipso iure nullam, etiamsi sine dolo facta esset. Oldrad. *consil.* 256. *vers. Ad primum videtur,* Dec. *in cap. cum cessante notab.2. de appellat.* Tiraq. *in tract. cessante causa limit. 1. num. 12. & 14.* Nau. *in cap. si quando except.3. num.3. de rescript. & cons. 1. quæst. 19. num. 50. de constit. & cons. 14. num. 3. de rescript.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst.46. art.6.* Menoch. *de arbitr. casu* 201. *num.* 22. Matta *in compilat. totius Iuris controu. tom. 6. tit. dispensatio cap.28.* Aloys Ricc. *in collect. decis. par. 5. collect. 1552. vers. Quem amplia procedere,* optimè Verall. *decis.* 274. *num.* 8. Azeu. *d. cons.* 34. *num.* 34.

51 Non obstat quòd D. Mariana in sua declaratione, quam fecit pro dispensationis narratiuæ iustificatione, testatur cum iuramento nullam inter ipsam, & D. Alphonsum carnalem copulam præcessisse, dupliciter enim respondetur.

52 Et primò quia per plures testes contrarium liquidò constat: vnde eius declaratio vt contraria veritati nihil valeret, Angust. ad Angel. *de malefic. in verb. comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum, num.15.* Mascard. *de probat. conclus.384. num.1.* plures refert, & sequitur Farinac. *in praxi crimin. quæst. 81. num.21.* Non enim veritas rei mutari potest per nostrum affirmare, vel negare, *l. cum falsa. C. de iuris & facti ignor.* Menoch. *de arbitr. casu* 336. *num.29. & de præsumpt. lib.3 præs.* 123. *num.* 9. arg. *l. præscriptione C. si contra ius, vel vtil. publ.* ibi: *Pro tenore veritatis non deprecantis datum iudicem cognoscere debere, & secundum hoc de causa conuenit ferre sententiam,* &c. quia semper veritas præferenda est opinioni, & reputationi, *cap. cùm Bertoldus, vers. Licet, de re iudic. cap. consuetudo 8. dist.* Card. Mantic. 53
de conject. vltim. volunt. lib.12. tit. vltim. num.4. Rot. *decis.687. num.20. in fine par. 2. recentior.* Et omne illud, quod à veritate deficit, subreptitium est, Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 21. num. 41. in med.*

Secundò, quia ex aliis testibus in hac instantia 54
examinatis, satis apparet D. Marianam inductam fuisse per vim, & metum, & importunas, ac fraudulentas persuasiones ad sic declarandum; & ideò hæc confessio illi non nocet, *cap. si quando, & seq. 15. quæst. 6.* Sebast. Medices *de casibus fortuit. par. 1. quæst. 7. num. 26.* Cardin. Tusch. *pract. concl. verb. metus, concl. 216. num. 16.* Farin. *fragment. crimin. par. 2. lit. M. num.* 38. Et præcipuè cùm esset tam teneræ ætatis, vt facilè, non solum propter sexus fragilitatem, sed etiam ob suæ ætatis teneritatem, trepidaret, vbi non esset timor, ad notata suprà *num....*

Nec etiam obstat quòd coram officiali Toletano 55
in verificatione narratiuæ dictæ dispensationis fuit per alios testes probatum inter D. Alphonsum, & Marianam eam dispensationem impetrantes nullam copulam præcessisse, quia eleganter huic obiectioni respondet Sanch. *d. lib. 8. disp. 21. num. 33.* cuius verba subnectam. *Quòd si in foro externo veritas precum in dispensationibus allegata probetur falsis testibus, quando posteà constaret veritas, censenda est ea dispensatio irrita. Nec obstat iudicem inuenisse ita esse, atque ita videtur verificari clausula, si ita inueneris, quia fundatur in falsa præsumptione:* sic Petr. de Ledesma *in sum. Sacram. vbi de matrim. cap. 27. diffic. vlt. atque idem intelligo, etiamsi illa vera essent, quia putabant se verum testificari,* &c. Accedit, quia per testes in hac instantia examinatos constat alios ad iustificationem dispensationis data opera fuisse adductos, qui de impetrantium communicatione notitiam non haberent, & sic quamuis putarent se verum testificari, nihilominùs huiusmodi bona fides dispensationem validam efficere non poterat, vt Sanchez concludit *loco citato.*

Nec denique obstat dicta asserta dispensatio, 56
seu absolutio per sacram Pœnitentiariam obtenta, & in actis pro parte D. Alphonsi præsentata, quia nihil probat cum ex illa constare non possit de nominibus impetrantium, nec vere dici potest pro hac causa fuisse obtentam; tacitis enim impetrantium nominibus huiusmodi litteræ expediri solent in sacra Pœnitentiaria, vt referunt Sanch. *de matrimon. lib.8. disp.6. num.27.* & Trullench *in exposit. Bullæ S. Cruciatæ lib. 2. §. 4. dub. 2. num. 10.* Tum quia dicta dispensatio agit de copula & impedimento occulto; hic autem prædicta omnia, pluribus, qui in hac causa examinati sunt, notissima fuere, & publicè sciuntur, vt ex eorum dictis apparet. Tum etiam, quia non constat de aliqua absolutione, & quatenus probaretur dicta dispensatio, siue absolutio à Confessario obtenta vigore dictæ facultatis à sacra Pœnitentiaria sibi concessæ, non tamen suffragatetur in foro contentioso, sed tantum in foro conscientiæ quoad

quoad Deum, & de Cruciata quòd non suffragetur in foro fori, tradiderunt Martin. de Ledesma *in 1. part. 4. sentent. q. 26. art. 1. in fine*, Nau. *cons. 47. de sentent. excom.* Gutierr. *canon. lib. 1. cap. 2. num. 10. & 15.* Cou. *in cap. alma mater. p. 1. §. 11. num. 16.* Ludou. à Cruce *in exposit. Bullæ Cruc. disput. cap. 4. dub. 3. n. 3.* Trullench *in simili expos. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 9. n. 2.* & in nostris terminis expressè cantant litteræ dispensationis, de qua agimus, ibi: *Ita quod huiusmodi absolutio, & dispensatio latoribus in foro iudiciario nullatenus suffragentur*, &c. quia tantùm pro foro conscientiæ conceduntur, vt testantur Sanch. &
58 Trullench *citatis locis*. Tum quia etiamsi latores vigore istarum litterarum à Confessario absolutionem obtinuissent, nihilominus illius attestationi in foro externo non erat credendum, ex iis, quæ plena manu cumularunt duo illi bonæ mem. eruditissimi, ac magni nominis Rotæ Auditores, & Decani, Peña scilicet *in direct. Inquisit. 2. p. ad Conc. comm. 25.* & Merlinus *in Oxomen. Canonicatus 1. Martij 1622.* Tum denique, quia litteræ dictæ dispensationis, licèt penes D. Alphonsum reperirentur, & in actis per eum productæ sint, illi nullatenus suffragari debent, ex speciali earundem litterarum clausula, in qua ita dicitur: *Ita vt nullum illarum exemplum extet, nec eas latoribus restituas, quod si restitueris, nihil ipsis præsentes litteræ suffragentur, &c.* habentur enim acsi non essent quoad hunc effectum, ad *l. eius qui in Prouincia §. quoniam, ff. si cert. pet. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* cum aliis citatis per me *Axiom. 162. num. 1.* & fuit tactum *in Corduben. Portionis 14. Ianuarij 1635. coram Illustrissimo domino meo Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano, nunc Summi Pont. eiusdemque S. Sedis in Hispaniarum Regnis Nuntio cum potestate Legati de latere*, qui graui morum suauitate, acri iudicio, ieiunæ, & sterilis auaritiæ contemptu ac incorrupta iustitiæ administratione ornatissimus, tanquam splendidum benigni Solis nostri VRBANI iubar Hispaniam externis, intestinisque malis fatigatam recreat, fouetque, ardua certè Cedro, & Purpura digna. Ex quibus ita censui, & iudicaui die vltima Octobris 1642.

Toletana fideiussionis.

Fideiussor qui intercedit pro officiali, seu administratore, tenetur tantùm ad interesse, & non ad pœnam, in quam principalis debitor incidit ex sua culpa. Pœnales actiones non transeunt ad hæredes quando lis cum defuncto non fuit contestata, nisi quatenus ad eos peruenit.

VOTVM LXXXIV.

1 *Facti series.*
2 *Fideiussor intercedens pro officiali, seu administratore, tenetur tantùm ad interesse, & non ad pœnam in quam principalis debitor incidit ex sua culpa.*
3 *Obligatio quæ sonat ad interesse, & in simplū, extensionem non patitur ad augmentum.*
4 *Fideiussor non tenetur pro eo quod venit ratione incidentis negotiationis.*
5 *Fideiussor non tenetur pro eo quòd accreuit ob moram debitoris.*
6 *Institor principalem obligat ad interesse tantùm ex vi contractus, non autem ad pœnam ratione culpæ, seu delicti.*
7 *Institor non habet facultatem faciendi incidere principalem auctorem in pœnam negotiationis.*
8 *Substitutus propter suam malam administrationem quando obliget substituentem?*
9 *Substituens non tenetur ex culpa & mala administraoione substituti quando eum nominauit cum Superioris approbatione.*
10 *Actiones pœnales quando non transeunt ad hæredes?*
11 *Actio transit contra hæredes in pœnalibus quando lis cum defuncto non fuit contestata.*
12 *Actio in hæredem datur vt iniustum lucrum restituat quando ex delicto defuncti ad eum aliquid peruenit.*
13 *Actio pœnalis non datur aduersùs hæredes, nisi quatenus ad eos peruenit, etiamsi contineat rei persecutionem, dummodo sit nomine pœnæ.*
14 *Quadrupli pœna, quam incurrit gabellarum defraudator, peti non potest eius hæredi, quando lis cum defuncto non fuit contestata.*

PEtrus Dafonseca se obligauit vbi fideiussor pro 1
certa persona, quæ publica vectigalia susceperat administranda, mortuo deinde dicto Petro, & in eius bonis succedente Antonio hærede, fuit per Regium fiscum contra illum petita certa pœna, in quam ex vi contractus inciderat principalis debitor & administrator ob quoddam in administratione commissum delictum. Dubitatum fuit an dictus fideiussoris hæres ad dictam pœnam teneatur, vel potiùs à Fiscalis Regij petitione veniat absoluendus, & absoluendum esse dixi ex sequentibus.

Primò, quia certum est in iure fideiussorem qui in- 2
tercedit pro officiali, seu administratore, teneri tantùm ad interesse, & non ad pœnam in quam principalis debitor forsan incidit ex sua propria culpa, vt probat tex. *in l. fideiussores 68. ff. de fideiuss.* docens fideiussores Magistratuum in pœnam, vel mulctam, quam non spopondissent, non debere conueniri, vbi Bart. ait, *Qui intercedit pro officiali simpliciter, videtur intercedere in interesse, non in pœnam ex maleficio impositam*, probat etiam tex. *in l. libertis 17. §. fin. ff. ad municip. l. vnic. C. de periculo eor. qui pro Magist. intern. l. 2. C. ad Tertul.* Hering. *de fideiuss. c. 24. n. 172. cum seqq.* vbi resoluit quòd delictum debitoris fideiussoris obligationem per se augere nullo modo potest. VVesemb. *in paratit. l. ad tit. ff. de fideiuss.*

Secundò, quia obligatio facta sonat ad interesse, 3
& in simplum, quæ proinde extensionem non patitur ad augmentum, seu in duplum, aut triplum, vt probat glos. *in l. siue in duplum 3. ff. qui satisd. cog.* dum ait quòd si ab initio erat simplum, sed postea creuit per inficiationem, non teneri fideiussorem nisi in simplum, Ioannes Andreæ *ad Speculat.*

Speculat. tit. de fideiuss. §. 1. in vlt. addit. Roman. 4 *cons.270.num.7.* vbi ait non teneri fideiussorem pro eo quod venit ratione incidentis negotiationis; idem Roman. *cons.507.* plenè Surd. *decis.* 212. vbi reddit rationem, quia videtur fideiussorem se obligasse pro originali, non pro accidentali debito, ex *l.1. ff. de in litem iur.* glos. *in §. sequens. Instit. de actionib.* vbi Aret. *num.3.* & idem probat tex. *in l. centum* 5 *Capue. ff. de eo, quod certo loco*, vbi omnes Doctores dicunt quòd non tenetur fideiussor pro eo, quod accreuit ob moram debitoris, prosequitur latè Ias. *in d.l.1. ff. de in litem iur.* Bacc. *de inope debit. cap.5. num. 18.* Pyrrhus Maur. *in tract. de fideiussorib. p. 2. princ. sect.5. cap.1. num.7. cum seqq.*

Tertiò, quia institor principalem obligat ad interesse tantùm ex vi contractus, non autem ad pœnam ratione culpæ, aut delicti, vt probat expressè tex. *in l.1. ff. de institor.* & in specie resoluit Menoch. 7 *cons.300. num.53. vol.3.* dum ait institorem facultatem non habere faciendi incurrere in pœnam negotiationis principalem auctorem, ex *l. si procurator. ff. de condict. indeb.* & ex his quæ tradit *ibi* latè Ias. *not.3.* Curt. iun. *cons.149* Crauet. *cons.54. n.6.* Seraph. *decis.1239.* Guazin. *de defens. reorum, def.32. cap. 30. num. 3. & 5.* Rota *decis. 507. num. 8. p. 1. diuers.*

8 Quartò, quia ad hoc vt substitutus propter malam administrationem obliget substituentem, requiritur quòd administratio periculo ipsius substituentis subjaceret, in quibus terminis loquitur tex. *in l. 1. C. de prep. agent. in reb.* vbi DD. *l. neminem C. de decurion.* Carauit. *ad rit. Siciliæ ritu 2. n.16.* Thoro *in addit. ad Ponte de potestate Proregis tit.10. §. 1. de potest. substituen. in officiis num.1. pag. 174* nisi substituti no-9 minatio cum superioris approbatione facta fuerit, quia tunc ad nihil teneretur substituens ex culpa, seu mala administratione substituti, vt eleganter probat Aret. *in l. continuus 137. §. si ab eo, num. 18. ff. de verbor. oblig.* Rouit. *cons.87. num.3. lib.1.* Ponte *cons.85. num. 1. & 4. lib.2.* Giurba *cons.36. num. 14.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. P. concl.852. num.8.* Et nihilominus substituens, seu nominans administrationis dominus licèt teneatur ad interesse pro mala substituti, seu nominati administratione, nullo casu tenetur ad pœnam in quam ex sua culpa incidit substitutus, vt est tex. expressus *in l. liberius 17. §. fin. ff. ad municip.* ibi, *Fideiussores, qui saluam Remp. fore responderunt, & qui Magistratus suo periculo nominant, pœnalibus actionibus non adstringuntur, in quas inciderunt hi, pro quibus interuenerunt, eos enim damnum Reip. præstare satis est, quod promitti videtur*, &c.

10 Quintò, quia pœnales actiones non transeunt ad hæredes, quando lis cum defuncto non fuit contestata, nisi in quantum ad eos peruenit, *l. quod diximus. §. fin. ff. quod metus causa.* ibi, *In hæredem autem, & cæteros in id, quod peruenit ad eos, datur non immeritò: licèt enim pœna ad hæredem non transeat, attamen quod turpiter, vel scelere quæsitum est, ad compendium hæredis non debet pertinere*, &c. *l. in hæredem 26. ff. de dolo.* ibi, *In hæredem eatenus daturum se eam actionem Proconsul pollicetur, quatenus ad eum peruenerit, id est, quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas venerit. l. sicuti 38. ff. de regul. iur.* ibi, *Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debeat, ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum peruenisset*, &c. probant etiam iura *in l. 1. ff. de priuat. delict. l. pen. ff. de noui oper. nunt. l. pupillum 111. §. in hæredem. ff. de regul. iur. l. vnic. C. ex delict. def. l.25. tit.1. part.7.* ibi, *Mas si se murieße el demandado ante que el pleito fueße començado por demanda, e por respuesta, estonce sus herederos no seran tenudos de responder a la demanda, sino por quanto fallaßen, que vino en poder del finado de aquel furto, o robo que aura fecho, ni les pueden demandar que pechen otra cosa ninguna por pena de aquel yerro, pues que en su vida non ge lo demandaron*, &c. item *l.3. tit. 16. part. 6.* ibi, *Estonces los herederos de el que lo fiziesse no seran tenudos de fazer emienda del, fueras ende en tanto, quanto se acrecento lo que ellos heredaron por razon del engaño, e non en mas*, &c. Bart. latè distinguens *in l. ciuilis ff. de priuat. delict.* Federic. de Senis *cons.21. num.5. & 6.* Clar. *§. fin. quæst. 51. vers. vlterius quæro*, Anton. Gom. *tom.3. var. cap.1. num. 85.* Cuiac. *in l. sicuti 38. de regul. iuris, & lib.7. obseru.37.* Donel. *comment. iuris lib.15. cap.51.* Anton. Fab. *in suo Codice lib.4. tit.12. definit.2. & lib.4. coniect. cap. 1.* Fachin. *controu. lib.9. cap. 5.* Farin. *in praxi crimin. p.1. quæst.10.*

Dixi *quando lis cum defuncto non fuit contestata*, 11 quia si fuit contestata contra defunctum, tunc actio transit contra hæredes in pœnalibus, *l. omnes l. sciendum. ff. de act. & oblig. l.1. ff. de priuat. delict. l. pœnalia 125. ff. de regul. iuris. l. inde Neratius. §. hanc. ff. ad leg. Aquil. l. vlt. C. rerum amot.* Anton. Gom. *d. cap.1. num.85.* Menchaq. *lib.3. controu. illustr. c.96. num.25.* Richard. *in §. non autem omnes, Instit. de perpet. & temp. action. num.45.*

Dixi, *in quantum ad eos peruenit*, quia quando 12 ex delicto defuncti ad hæredem aliquid peruenit, actio in eum datur vt iniustum lucrum restituat, ne scilicet alieno scelere ditetur, *d. l. in hæredem, l. illud 7. ff. de tribut. act. l. 3. §. ex re furtiua ff. de pecul. l. 1. §. fin. ff. de vi bonor. rapt. l. vi pulsos C. vnde vi*, Mench. *d. cap. 96. num. 26.* Pichard. *vbi suprà num. 50.* Farin. *d. quæst. 10. num.5.*

Nec actio pœnalis datur aduersùs hæredes, nisi 13 quatenus ad eos peruenit, etiamsi contineat rei persecutionem, dummodo sit nomine pœnæ, *l. fin. C. rerum amot. l. 5. §. vlt. cum duabus seqq. ff. de alien. iudic. mut. causa facta*, Anton. Gom. *d. cap.1. num.85.* Phanuc. *de inuent. p.7. num.70.* Farin. *d. q.10. à num.64.* Donel. *d. lib.15. cap.51.* Fachin. *d. lib.9. cap.5.*

Et de quadrupli pœna, quam incurrit gabella- 14 rum defraudator, quòd peti non possit eius hæredi quando lis cum defuncto non fuit contestata, probat tex. *in l. fin. §. pœnæ, ff. de publican.* Lasarte *de decima vendit. cap.18. num. 46. & 49.* Pereg. *de iure fisci lib.4. tit.5. num.1.* Guazin. *de confiscat. concl.19. num.2.*

Ex quibus consului Antonium hæredem illius, qui intercedit vt fideiussor pro officiali, seu administratore publicorum vectigalium, non teneri ad pœnam, in quam fortè ipse debitor principalis inciderat. Matriti 20. *Maij 1645.*

***

Hispalen. Matrimonij.

Matrimonium per Procuratorem habentem speciale mandatũ ad contrahendum cum certa & determinata personá celebratũ, valet etiam post Concil. Trid. dummodo ante mandatum reuocatum fiat, etiamsi Procurator, vel alter coniux reuocationem ignoret. Plura in materia vtilissima.

VOTVM LXXXV.

1 *Matrimonium propriè & verè, ac ex ipsa eius natura contractus est, qui solo consensu perficitur.*

2 *Contractus naturam non immutauit Christus Dominus, qui matrimonium ad esse Sacramenti eleuauit.*

3 *Contractus omnes per Procuratorem iure celebrantur.*

4 *Matrimonialis contractus vt valeat, consensus internus sufficiens non est, sed oportet eum signis, vel verbis exprimi.*

5 *Matrimonium vt Sacramentum consideratum etiam externum consensum requirit.*

6 *Verba ad rationem matrimonij non sunt precisè necessaria, sed sufficit consensum aliquo exteriori signo, vel facto declarari.*

7 Cap. tuæ 25.cap. consultationi 28.cap. si inter 31. de sponsal. *cum similibus, quæ videntur in matrimonio requirere de necessitate verba à valentibus loqui in matrimonio contrahendo, loquuntur exemplificatiuè, & factum narrando.*

8 *Matrimonium per Procuratorem contractum fuit validum ante Concilium Trid.*

9 *Procurator non est minister Sacramenti matrimonij, sed potiùs principales contrahentes.*

10 *Procurator constitutus ad matrimonium contrahendum nec gratiam, nec Sacramentum recipit, nec ministrat, sed principalis contrahens illum constituens.*

11 *Procuratores vtriusque matrimonium contrahentes possunt esse ambo viri, vel fœminæ.*

12 *Consensus si fictus fuerit tempore constituti Procuratoris ad contrahendum matrimonium, nihil obstabit si quo tempore ille nomine constituentis contrahit, verus intercedat.*

13 *Matrimonium per Procuratorem contractum physicè gratiam producit in contrahente.*

14 *Pœnitentiæ Sacramentum neutiquam absenti impendi potest.*

15 *Matrimonium per Procuratorem contractum etiam hodie post Concil. Trid. valet, & Sacramentum est.*

16 *Mandatum, seu commissio de matrimonio contrahendo non est necesse præstare Procuratori coram Parocho. & testibus.*

17 *Matrimonium per epistolam contractum valet tam ratione contractus, quàm in ratione Sacramenti.*

18 *Matrimonium per epistolam contrahi quibus modis dicatur.*

19 *Mandatum speciale requiritur ad contrahendum matrimonium.*

20 *Mandatum speciale ad contrahendum matrimonium non dicitur nisi nominatim detur ad contrahendum cum certa & determinata persona.*

21 *Periculum & praiudicium maius, vbi vertitur, ibi cautiùs agendum.*

22 *Matrimonium antea contractum virtute mandati dati ad contrahendum cum qualibet muliere conualidari possit subsequuto speciali ad contrahendum cum eadem ignara secundi mandati.*

23 *Procurator ad matrimonium contrahendum non potest alium substituere.*

24 *Procurator datus ad rem magni ponderis & momenti, non potest alium substituere, nisi talis facultas sibi specialiter fuerit concessa.*

25 *Procurator constitutus ad matrimonium contrahendum non potest illud contrahere post mandatum reuocatum, quamuis Procurator, vel alter coniux reuocationem ignoret.*

26 *Procuratoris reuocatio etiam tacita nullius est momenti, nisi ad illius peruenerit notitiam.*

27 *Actus facti à nuntio post mittentis pœnitentiam ei non intimatum statim viribus cadunt.*

28 *Nuntius & epistola sunt tanquam merum instrumentum, & organum, per quod Dominus verba profert, quæ proinde in eius persona concipiuntur.*

29 *Ratio specialitatis cur matrimonium contractum post mandatum reuocatum. cum ignorantia tamen reuocationis sit nullum, non ita alij actus.*

30 Cap. fin. de procurat. lib. 6. *ratio decidendi.*

31 *Verba, quibus debent matrimonia celebrare Procuratores nomine constituentium illos.*

32 *Mandati reuocatio tacita sufficit signis vel factis aliquibus declarata ne matrimonium*

nium per Procuratorem etiam reuocationis ignarum contractum, sit validum.

33 *Matrimonium contrahens cum alia muliere post datum mandatum ad contrahendum cum certa persona ante illius executionem, visus est illud reuocare.*

34 *Procuratoris reuocatio siue tacita, siue expressa per testes probari potest.*

35 *Procuratoris ad matrimonium dati reuocatio etiam ignorata effectum sortitur quamuis iuramentum de non reuocando præmissum sit.*

36 *Procuratoris ad matrimonium dati reuocatio mera interna quoad forum conscientiæ valet.*

37 *Matrimonium contractum per Procuratorem, qui neque tacitè neque expressè reuocatus fuerit, an validum sit, si tempore, quo contrahetur consensus positiuus mittentis Procuratorem realiter non concurrat? & num. 38.*

39 *Matrimonium valere non desinit per superuenientem furorem illum constituentis.*

1 Breuiter de matrimonio per Procuratorem contracto ad plures occurrentium casuum in ecclesiasticis tribunalibus decisiones tractaturus: Primò præsuppono matrimonium propriè, & verè, ac ex ipsa eius natura contractum esse, qui solo consensu perficitur. *l. nuptias 30. aliàs 32. ff. de regul. iuris, cap. 1. & 2. 27. quæst. 2. cap. 1. cap. cùm locum 14.* iuncto *cap. fin.* ibi, *ex forma contractus, de sponsal.* &
2 quam contractus naturam non immutauit Christus Dominus, qui matrimonium ad esse Sacramenti eleuauit, sed eandem postquam Sacramentum est, semper retinuit, arg. *l. sancimus 27. vers. quod enim non mutatur, C. de testam. l. præcipimus 32. in fine C. de appellat. l. si quando 35. C. de inoff. testam.* docent Thom. Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 11. num. 2.* Didac. de Medrano *in tract. de consensu connub. cap. 12. num. 1.* licèt in aliis Sacramentis, quæ diuersam habent naturam, id non procedere certum sit, vt rectè aduertunt Gutier. *de matrim. cap. 43. sub num. 8.* Bonacin. quondam mei amicissimus, *de magno matrimonij*
3 *Sacram. q. 2. puncto 5. num. 2.* Cùm ergo contractus omnes, qui solo consensu perficiuntur, cùm in his nulla verborum, aut scripturæ proprietas desideretur, inter absentes, & sic per procuratorem iure celebrentur, *l. 1. in fine. ff. de contrah. empt. l. 2. ff. de oblig. & act.* Meritò igitur matrimonium inter absentes, eoque per procuratorem validè, & legitimè contrahitur, & probatur *l. mulierem 5. & l. generali 34. in princ. ff. de ritu nuptiar. l. sufficit 4.* ibi, *Sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia*; denique constat & absenti absentem desponderi posse, & hoc quotidie fieri, *l. fin.* ibi, *In sponsalibus constituendis parui refert per se, & coram, an per internuntium, vel per epistolam, an per alium hoc factum est. ff. de sponsalib. cap. nec illud 8. vbi glos. 30. q. 5. cap. veniens 5. qui clerici, vel vou. cap. 2. de matrim. contracto contra interd. Eccles. cap. ex parte 14. in princ. vbi glos. verb. internuntiis, de conuers. coniug.* text. capitalis *in cap. fin. de procurat. lib. 6. l. 1. vers. e tal prometimiento*, vbi notat Greg. Lop. *glos. 3. in fine, & l. 10. vers. o que sean otros dos tit. 5. & l. 5. circa fin. vers. e puedesse fazer*, vbi Greg. *glos. vlt. tit. 2. part. 4.* Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 4. in princ. num. 8. aliàs num. 11.* Ildephons. à Veracruce *in speculo coniugiorum p. 1. art. 16. dub. 4.* plures citati à Ctned. *ad Sextum collect. 3. num. 1.* & à Sanch. *d. lib. 2. de matrimonio disp. 11. per tot.* quibus addo Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. compar. 25.* Ferdin. Rebell. *de obligat. Iustit. p. 2. lib. 2. q. 5.* Petr. de Ochogauia *de Sacrament. tit. de Sacram. matrim. tract. 2. q. 3.* Ioan. Gutier. *de matrim. cap. 34. art. 1.* Vincent. Filliuc. *in quæst. moral. tom. 1. tract. 10. de Sacram. matrimon. p. 1. cap. 1. ex num. 22.* Martin. Bonacin. *vbi suprà q. 2. puncto 5.* Basil. Pontius Legionensis *in suo tract. de matrim. lib. 1. cap. 10. & lib. 2. cap. 15. per tot.* Didac. de Medrano *in d. suo tract. de consensu connubiali cap. 12.*

Secundò præsuppono ad hoc vt matrimonialis contractus valeat, consensum internum sufficientem non esse, sed oportere cum signis, vel verbis exprimi: quia si matrimonium consideretur tanquam contractus cùm celebretur inter homines, interiora cordis, quorum Deus tantùm scrutator est, ignorantes, omnino desiderat vt signo aliquo externo internus consensus aperiatur, arg. *l. Labeo 7. §. Seruius vers. Id Tubero, ff. de supellect. leg.* resoluunt Sanch. *d. tract. de matrim. lib. 1. disp. 3.* & Basil. Pont. *de impedim. matrim. cap. 29. §. 2. vers. verior tamen, & §. 3. in princ.* Si verò Matrimonium vt Sacramentum consideretur, cùm de eius ratione sit esse signum sensibile rei sacræ, hoc etiam ex capite externum consensum requiri consequens est; vnde iura solum consensum ad rationem veri & legitimi matrimonij desiderantia, *d. l. nuptias*, cum aliis suprà allegatis, sic necessariò accipienda sunt, vt non excludat concomitantia consensus, & sic expressionem per signa externa, quæ ipsum concessum comitatur in omni humano contractu. Quare sic resoluunt plures, quos refert & sequitur Sanch. *d. lib. 2. disp. 30. num. 1.* quibus addo Ochogau. *de Sacram. tract. 2. de matrim. q. 9. num. 4.* Medran. *d. tract. de consensu connub. cap. 11. num. 15.* Basil. Pont. *in tract. de matrim. lib. 2. cap. 6. num. 2.* Vincent. Filliuc. *d. tom. 1. tract. 10. de Sacram. matrim. p. 1. cap. 3. num. 77.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 12. diffic. 5. num. 1.* Basse. *in sum. verb. matrimonium 3. n. 5.* Ioan. Machado *en su perfetto Confessor y Cura de Almas lib. 3. p. 1. trat. 9. docum. 1. num. 2.* 4

5

Tertiò præsuppono ad rationem matrimonij verba non esse præcisè & omnino necessaria, sed sufficere consensum aliquo exteriori signo, vel facto declarari, non tantùm in mutis, qui verba proferre non possunt, in quibus id expeditissimum est, *cap. cùm apud 23. de sponsal.* sed etiam in valentibus loqui, quod insinuat *cap. is qui fidem 30. de sponsal. cap. fin. de desponsat. imp. in 6.* ibi, *nec verbo, nec facto consentit*, &c. & in specie resoluunt Nau. *in man. cap. 22. num. 20.* Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 4. in initio num. 1.* Mascard. *de probat. concl. 1024. num. 3.* & plures, quos refert & sequitur Sanch. *d. lib. 2. disp. 31. num. 51.* quibus addo Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 3. num. 66.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 1. q. 406. num. 5. & tom. 3. q. 750. ex num. 22.* Medrano *d. tract. de consensu connub. cap. 11. num. 2. sub lit. F* Gutier. *d. cap. 63. num. 22.* Ochogauia *d. tit. de Sacram. Matrim. tract. 2. q. 9. num. 3.* Filliuc. *d. tract. 10. de Sacram. Matrim. p. 1. cap. 1. num. 80. & 81.* Basil. Pont. *de matrim. lib. 2. cap. 7. num. 5. & a num. 7.* Basse. *d. verb. matrimonium 3. num. 5.* Ioan Machado *d. trat. 9. docum. 1. num. 3.* Quamuis verba in matrimonio à valentibus loqui contrahendo pro forma necessaria esse existimauerint citati à Sanch. *d. lib. 2. disp. 31. num. 2.* & à Franc. Molin. *d. comp. 3. num. 67.* & à Medrano *d. cap. 11. num. 1.* & ab Ochogauia *d.* 6

q.9. num.2. & à Basil. Pont. *d.cap.7.num.3. & 4.* & à Ioan. Machado *d. docum.1.num.4.* per iura *in cap. tua 25. cap. consultationi 28. cap. si inter 31. de sponsalib. & in cap. licet 3. vers. ita vt, de sponsa duorum*, quia his iuribus ex adductis per proximè citatos respondetur procedere exemplificatiuè, & factum narrando, frequentius enim est in valentibus loqui quàm per alia signa matrimonium contrahi. Et quod *in d. cap. tua*, verba esse in matrimonio necessaria, traditum est, non simpliciter dicitur, sed addito, *quoad Ecclesiam*; hoc est, quoad faciliorem probationem in foro externo Ecclesiæ, vt expendit rectè Medran. *d. cap.11. num. 2. in fine*, id quod apertiùs significauit *l.5.tit.2.part.4.* ibi, *Conuiene que lo fagan por palabras para que se puede prouar*. Vnde credo mortaliter non peccare signis contrahentes, quia nullibi cautum reperitur verba esse necessaria de necessitate præcepti, vt aduertunt Sanch. *d.disp.31. num.9.& 10.* Filliuc. *d.cap.1.num.82.*

8 Quartò præsuppono matrimonium per procuratorem contractum ante Tridentinum Concilium validum fuisse, iuxta *d. cap.fin.de procurator.in 6.* non tantùm in ratione contractus, sed etiam in ratione Sacramenti; nam cùm Christus Dominus eleuans matrimonium ad esse Sacramenti, contractus naturam non immutauerit, vt suprà dixi, per consequens voluit vt matrimonium quod per procuratorem contractum, verus est contractus naturalis, & validus, sit etiam validum, & verum Sacramentum, proindeque si vt contractus celebrari potest per Procuratorem, & valet, poterit etiam & valebit vt Sacramentum. Quare ita resoluunt vterque Sot. Dominicus, & Petrus, Cou. Henriq. Matiens. & plures alij, quos lato calamo refert & sequitur Sanch. *d. lib.1. disp.11. num. 27.* quibus addo Gutier. *d. cap. 43. ex num.10.* Rebell. *de obligat. Instit.lib.2. quæst.5. n. 2. & 9.* Bonacin. *de magno matrim. Sacram. quæst. 2. puncto 5.num.3* Basil.Pont. *de impedim.matrim.c.29. §.3.vers. ex quo inferes, & de matrim.lib.1.cap.10.n.3.* Filliuc. *d.tract.10.de Sacram.matrim.p.1.cap.1.n.22. & 26.* Villalob. *in sum.tom.1.tract.13. dif. 9.num.3.* Diana *moral. resol. p.3. tract.4. resol.250.* Ochogauia *d.tract.2. de Sacram. matrim.q.3.num.7.* Ioan.Machado *d. lib.3. p. 1. trat.8. docum.4.num.1. y 3.* Quidquid contrarium, imò matrimonium per procuratorem, iuxta *d.cap.fin.de procuratorib.lib.6.* decisionem, contractum Sacramentum non esse, minus bene renuerint Durand. Caiet. Melch. Canus, & alij, quos modò citati congerunt. Pro quibus non facit quòd matrimonium, sicut omnia alia Sacramenta nouæ legis, causat gratiam necessariò in subiecto disposito per modum instrumenti physici, ex D. Thom. *in 3. p. q.62. art.1.* Suar. *tom.3. disp.9. sect. 2.* quod in matrimonio per Procuratorem contracto procedere nequit, cùm omne physicum instrumentum operetur per contactum in passo, qui quidem contactus considerari nequit in absente qui per procuratorem contrahit. Quia respondetur procuratorem non esse ministrum Sacramenti, nec in se illud recipere, sed potiùs principales contrahentes esse ministros,

9 eosque recipere gratiam, atque ipsorum consensus per procuratorem declaratos esse materiam & formam huius Sacramenti, vt cum pluribus tradunt Sanch. *d. disp. 11. num. 28.* & Gutier. *d. cap. 43. num. 23.*

10 Hinc prouenit quòd cùm procurator nec gratiam, nec Sacramentum recipiat, nec ministret, sed principalis contrahens illum constituens, ideo iste mortaliter peccabit, non ille si eo tempore quo per procuratorem ipsius nomine matrimonium contrahitur, in gratia non sit, propter defectum dispositionis ad Sacramentum; ita Sanch. *d. disp.11. num.29. & 30.* Rebell. *d. q.5. num.11.* Gutier. *d.cap.43.n.23. vers.unde infertur*, Bonacin. *d. q.2. puncto 5.num.12. & 13.* Ochogauia *d. tract. de Sacram. matrim. tract. 2.q.3.num.8.ad 3.* Basil.Pont. *d.cap.10.num.vlt.vers. fit etiam.* Hinc etiam non obstabit ambos vtriusque 11 contrahentis procuratores viros esse vel fœminas, ex Sanch. *d.disp.11.num.15.* Gutier. *d.cap.63. n.17.* Basil.Pont. *d.lib.1. cap. 10. num. 6. vers. fit denique*, Filliuc. *d.cap.1. num.25.vers. tertiò non requirit.* Prout 12 nec obstabit consensum tempore constituti procuratoris præstitum fictum esse, si quo tempore ille nomine constituentis contrahit, verus intercedat. Sanch. *num.13.* Gutier. *num.15.* Bonac. *num.6.* Filliuc. *num.25. vers. secundo, & cap.3. num. 84. citatis locis*, Rebell. *d. lib. 2. quæst. 5. num. 5. vers. obseruat etiam.*

Deinde respondetur matrimonium per procuratorem contractum physicè gratiam producere in 13 contrahente eo respectu, quòd etsi ipse præsens non sit, est tamen præsens eius consensus per procuratorem declaratus, vt docet Ludou Lop. *in instructorio conscientiæ sub tract. de matrim. [illegible] 2 cap.35*, vel aliter non longè dissimiliter, cum Petro de Ledesma *in tract. de matrim. q.42. art.1.dub.7. con [illegible].2.* Sanch. *d. loco num.32.ad 4.* quorum responsionem breuitatis causa omitto. Nec contra facit, quòd Pœnitentiæ 14 Sacramentum iudicium quoddam spirituale est, & licèt de iudicij essentia non sit reum esse præsentem, quia etiam cum absente consistit, [illegible] *cùm sit Romana 5 §.vlt.in fine,de appellat.* nihilominus Pœnitentiæ Sacramentum neutiquam absenti impendi potest, adeò vt contrariam propositionem ad minus vti falsam, temerariam, & scandalosam damnauerit Clemens VIII. *tom. 3. Bullarij constit. 87* quare & in matrimonio inconueniens non erit, vt licet tanquam contractus non respuat procuratoris interuentum, cùm tamen respuat, nec admittat vt Sacramentum. Respondetur enim intrinsecè contractus matrimoniis naturæ adeò non repugnare per procuratorem contrahi, vt non magis ei repugnet postquam ad Sacramentum à Christo Domino eleuatum est: cùm ipse Dominus eius materiam & formam iuxta contractus naturam instituerit, vt dixi; quod in Pœnitentiæ Sacramento non procedit, quippe quod non est ex iudicio ad Sacramentum eleuatum, itaut iudicij naturam retinere debeat, sed ab ipsa Sacramenti institutione spirituale quoque iudicium est, peculiarem proinde naturam habens, quia in eo videlicet Christus Dominus rei, eiusdemque accusatoris, & spiritualis Iudicis præsentiam nominatim pro forma postulauit, dum eam esse voluit, *Ego te absoluo a peccatis tuis*, &c.

Quintò præsuppono matrimonium per procuratorem contractum etiam hodie post Concilium 15 Trid. valere, & Sacramentum esse, quia Tridentinũ contractus matrimonialis naturam minimè alterauit, sed solùm voluit vt consensus contrahentium non aliter legitimus esset, quàm si coram Parocho, & testibus simul præstaretur, quod sanè verificatur, vbi consensus ille per procuratorem eo modo declaratur, ibique enim principalium partium consensus moraliter intercedit. Sic docent Henriq. *in sum. lib.11.cap.2.num.2. & in comm. lit. B.* Petr. de Ledesma *eod. tract. q.4 . art.1. dub.7.* Sanch. *d. disp.11. num. 19.& 20.* Bonacin. *d. puncto 5.num.1.* Villalob. *d. tom. 1. tract. 13. diff. 9. & 10.* Cenall. *commun. contra communes tom.3. q.750.n.63.cum seqq.* Gutier. *d.c.43.num.10.vers.his tamen non obstantibus, & n.11.* Filliuc.

Filliuc. *d. tract.* 10. *de Sacram. matrim. p.* 1. *cap.* 1.
16 *num.*23. Ioan.Machado *d. docum.* 4. *num.* 2. Ego *in collect. ad d. cap. vlt. de procurat. in* 6.*num.*4. Nec est necesse mandatum, seu commissionem de matrimonio contrahendo procuratori præstare coram Parocho,& testibus,vt sentiunt Sanch. *d. disp.* 11. *à num.*22. Rebell. *d. p.* 2. *lib.* 2. *quæst.*5. *num.*1. *ad fin. vers. nec item opus*, Ochogauia *tract.*2.*de matrim.q.*3. *num.*5.

17 Denique præsuppono quemadmodum per procuratorem, sic & per epistolam contractum Matrimonium hodie similiter valere tam in ratione contractus, ex *glos. verb. vxor, in cap. nec illud* 30. *q.* 5. recepta communiter ex pluribus, quos referunt, & sequuntur Cou. *de sponsal.p.*2.*cap.*4.*in initio num.*11. *in fine*, & Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 12. *num.* 1. quàm in ratione Sacramenti. Ita contra vtrumque Ledesmam,Fr.Emman. & alios resoluunt Sanch.vbi *proximè num.*3. Gutier. *de matrim.cap.*45. Rebell.*d.p.*2. *lib.*2.*quæst.*5. *num.*12. *&* 13. Villalob.*tom.*1.*tract.*13. *diffic.*10.*num.*1. Basil.Pont. *de impedim.matrim. c.*29. §.3. *vers. deinde certum*, *& vers. ex quo inferes*, *& de matrim. lib.*1. *cap.*10. *num. vlt. in fine & lib.*2.*cap.*15. *num.*1. Diana *moral. resol.p.*3.*tract.*4.*resol.*50.Filliuc. *d. tract.*10. *de Sacram. matrim.p.*1. *cap.*1. *num.*28. *&* 29. Ochogauia *d. tract.*2. *de matrim. q.* 3. *num. vlt.* Nicol. Genoa *de scriptura priuata lib.*3.*q.* 30. *&* 31.
18 Ioan. Machado *d. docum.* 4. *num.* 4. Quòd duobus modis id accidere possit concludunt omnes ferè citati *suprà*, scilicet, si vel epistolam mittens scribat se non solùm facere sui corporis traditionem, sed etiam traditionem per alterum sibi faciendam ex tunc acceptare; qua epistola coram Parocho, & testibus lecta,alter consentiat,vel si secundam epistolam recipiat is, qui priùs scripsit, in qua alterius acceptatio contineatur, & ea coram Parocho & testibus lecta,similiter ipse suum consensum nominatim exhibeat; vide Villalob. *d.tract.*13.*diffic.*10.*n.*2. Nicol.Genoa *d.quæst.*31. *num.*12.13.20.*&* 21.Ioan. Machado *d. docum.*4. *num.* 5. His ita præsuppositis,
19 sit prima conclusio. Ad contrahendum matrimonium speciale requiritur mandatum, nec aliter eius virtute contractum valet; probant expressi textus *in l.generali* 34.*ff. de ritu nupt. & in d. cap.fin.de procurat.lib.*6. cum expressione scilicet personæ, cum qua matrimonium contrahi debet; adhuc enim ad
20 contrahendum matrimonium id mandatum speciale non dicitur, nisi nominatim detur ad contrahendum cum certa, ac determinata persona, *d.l.generali*, ibi, *itaque personam eius patri demonstrari oportet*, &c. glos.*verb. speciale in d. cap.fin.* quam sequuntur Domin. *ibi num.*2. *in fine*,Anchar.*in* 2. *notab. num.*1. Philip. Franch. *num.*4.*ibidem* Tiraq. *ad leges connub. glos.*7. *num.*111. *vers. similiter.* Rebuff.*in concord.tit. de electionis derogat. in glos. verb.speciale vers. quintum*, Cou. *de sponsal.b.p.*2. *cap.*4. *in initio num.*8. *alias* 11. Viuald. *in candel. aureo tit. de matrim. num.*44. *vers. secundum*, Gomes de Leon *in cent. decisionum decis.* 84.Fr Emman.*quæst. Regul. tom.*3. *quæst.* 17. *art.*13. Cald. Pereira *in l. si cur torem,verb. implorandum n.*6. *vers.non obstat* Flamin.Paris. *de resignat. benef.lib.*10. *q.*8.*num.*53. plures citati à Cened. *ad Sext.collect.*3. *num.*2.& à Sanch. *d. lib.*2.*disp.*11. *num.*3. *&* 4.quibus addo Ioseph.Ludou. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de mandato concl.*1. *vers. duodecimo*, Camill. Borrel. *in summ.decis. tom.*1.*tit.*66. *num.*262 Alex. Trentacinq. *var. resolut.lib.*2. *tit. de procuratorib. resol.*3. *num.*33. *vers. in hac materia*,Card.Mantic. *de contract. lib.*7. *tit.*2.*num.*25.Medran. *de consensu connub. cap* 12.*n.*3. Card.Tusch. *pract.conclus. lit. M. concl.*51. *num.* 20. *& concl.*124. *num.*1. Anton. Cardoso *in praxi Iudicum & Aduocat. verb.procurator n.*33. Franc.Molin. *de ritu nupt. lib.*1.*compar.*25.*ex num.*5.Rebell.*de obligat. Iustit. lib.*2. *q.*5. *num.*1. Gutier. *de matrim. c.*43. *n.*3 Bonacin. *eod. tract. q.* 2. *puncto* 5. *num.* 8. Basil. Pont. *in simili tract.lib.*2.*cap.*15. *num.*3.*&* 4. Filliuc. *tract.*10. *de Sacram. Matrim.p.*1.*cap.*1. *in* 1.*&* 2.*condit.* Ioan. Machado *d.trat.*8.*docum.*5. *num.*1. Ego *in collect. ad d. cap.fin. num.*2.*& clarif.*35. *num.*23. Ratio est, quia cùm matrimonium res sit adeò grauis, 21
ac præiudicialis,per consequens notabilis ac singularis eius expressio necessaria est, aliàs illa sub simplici de contrahendo matrimonio mandato non venit; & quia vbi maius periculum, & præiudicium vertitur, ibi cautius agendum, magisque prouidendum est, *l.*1. §.*sed & si quis.ff. de Carbon. edicto*, *cap. quæscamus* 42. *dist. cap. vbi periculum. de elect. lib.*6.

Quæstio insurgit in hac materia non inelegans, 22
an si post mandatum in genere præstitum ad matrimonium cum qualibet contrahendum,cuius virtute cum certa muliere contractum est, speciale subsequatur mandatum, siue potiùs singulare ad contrahendum cum eadem muliere dum ipsa huiusmodi secundi mandati ignara in consensu à se virtute primi generalis præstito perseuerat, matrimonium antea contractum conualidari possit, quasi ex ratificatione mandati minus legitimi? In qua quæst.affirmatiuam defendit partem Alex. *cons.*146.*vol.*5.cui accedit Card.Tusch. *pract. conclus. lit. M. concl.* 52. *num.*20. *vers. si tamen*, *& concl.*124. *num.* 2. 3. *&* 4. Contrariũ tamen longè verius consuluerunt Anton. Butr. *cons.* 64. & Anchar. qui ipsum transcribit, & separatim sequitur, *cons.* 228. *cum duobus seqq.* ex eo potissimum quòd matrimonium ab initio nullum ex defectu legitimi consensus in vtroque coniuge, vtpote præstiti virtute generalis mandati contra *d. cap.fin.de procurat.in* 6.non potest ex post facto conualescere ob legitimum vnius dumtaxat coniugis consensum.

Secunda sit conclusio. Procurator ad matrimo- 23
nium contrahendum datus, per seipsum hoc mandatum exequi tenetur, neque alium substituere potest, nisi specialiter sibi huiusmodi facultas in ipso mandato concessa sit. Hanc concl. probant *d. c.fin.* & plures,quos refert & sequitur Sanch. *d.lib.*2.*disp.* 11.*num.*5. quibus addo Bonacin. *d.q.*2.*puncto* 5.*n.*8. Gutier.*de matrim.cap.*43.*num.*4.Basil.Pont.*eod.tract. lib.*2.*cap.*15.*num.*5.*&* 6. Franc. Molin. *d. lib.*1.*comp.* 25.*num.*60. Basse. *verb. matrimonium* 1. *num.* 2. *vers. tertia*, Ioan.Machado *d. lib.*3. *p.*1.*trat.*8.*num.*4.*vers. la tercera condicion*. Ego *in collect. ad d. cap.fin. n.* 6. Rebell.*d.lib.*2.*quæst.*5.*num.*1.*vers. secundum*, Filliuc. *d.tract.*10.*de Sacram.matrim. p.*1.*cap.*1. *num.*24. *vers. tertia*. Alex.Trentacinq. *d.resol.*3.*num.*33.Ratio est, 24
quia cùm matrimonij contractus res sit magni ponderis & momenti,& quæ non nisi intimo amico familiari, vel propinquo committi solet, ad quam mandans talem forsan de alio fiduciam non habeteret,ideo ad rem huiusmodi datus procurator alium suo nomine substituere non poterit, nisi talis sibi facultas specialiter fuerit concessa: quia nempe illius industria in dubio electa censetur propter magnum quod ex facto tam arduo posset periculum imminere: vt ratiocinantur Auctores *proximè citati*.

Tertia sit conclusio. Procurator constitutus ad 25
matrimonium contrahendum non potest illud contrahere post mandatum reuocatum, quamuis procurator, vel alter coniux reuocationem ignoret.

Probat expressè tex. *in d. cap. fin. de procurat. in 6. glos. vlt. in l. sufficit 4. ff. de sponsal. glos. verb. teneat vers. sed illud specialissimũ in Clem. vn. de renunciat.* Ildeph. à Veracruce *in speculo coniug. p. 1. art. 16. dub. 5. cum seqq.* Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 4. in initio num. 8. aliàs ex num. 12.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 4. num. 3. vers. secundò intellige,* Salon de Pace *cons. 6. n. 8.* plures alios refert Sanch. *d. lib. 2. disp. 11. num. 6.* quibus addo Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 26. num. 18. & glos. 63. num. 37.* Mozz. *de contract. tit. de matrim. §. de naturalib. matrim. num. 32.* Rebell. *d. lib. 2. q. 5. num. 1. vers. tertium, & ex num. 14.* Molin. *d. lib. 1. comp. 25. ex num. 10.* Gutier. *de matrim. cap. 43. ex num. 5. & à num. 24. & cap. 44. per tot. maximè num. 51. 100. & 101.* Bonacin. *d. quæst. 2. puncto 5.* Basil. Pont. *d. lib. 2. cap. 15. ex num. 7.* Ioan. Machado *d. docum. 5. num. 5.*

26 Quod quidem speciale est in Matrimonio, contra notissimam iuris regulam, qua constitutum est procuratoris reuocationem etiam tacitam nullius esse momenti, nisi ad illius peruenerit notitiam, imò & eius cum quo negotium in iudicio, vel extra fuerit peragendum. *l. si procuratorem 65. vers. vltimo. ff. de procurator. l. si pecuniam. 5. §. vlt. vers. item si quis. ff. de condict. causa data, l. 1. vers. sed ego quæro, ibi: & me certiorasset. ff. quod iussu, l. si mandassem 15. l. inter causas 26. in princ. l. si fideiussor 29. vers. si cum debitor ff. mandati, l. 1. §. fin. ff. de contrah. empt. cap. ex parte Decani, de rescript. cap. 3. & 4. c. mandato 13. de procurator.* Capra *commun. opin. tom. 1. lib. 2. tit. 8. num. 90. & 100.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 9. quæst. 25. num. 12.* Camill. Borrel. *d. tom. 1. tit. 66. à num. 379.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 63. num. 51.*

27 Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 18. n. 37. cum seqq. & cap. 191. num. vlt.* in quo hi actus differũt ab his, qui per nuntium, vel epistolam celebrantur, qui si post mittentis pœnitentiam etiam nuntio vel epistolam recipienti non intimatam fiant, statim viribus cadunt, nec aliqua ex eis oritur obligatio, vt contra *glos. vlt. in fine in d. l. 1. ff. de contrah. empt.* communiter improbatã longè verius docuit glos. *verb. teneat, vers. quare dicunt* alij *in d. Clem. vnic. de renunc. vbi* Zabarel. *n. 9.* latè probant Ioan. Andr. & Anchar. *n. 1.* Franc. *n. 7.* & Dominic. *sub §. sanè num. 2. in d. cap. fin. de procurat. in 6.* Felin. *in cap. ex parte 33. num. 18. vers. fallit 6. de rescript.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 4. num. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 26. num. 16. & 17. & glos. 63. num. 42. cum seqq.* Sanch. *d. disp. 11. num. 7.* Medran. *d. cap. 12. num. 7.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 861.*

28 *num. 32. & 33.* illam differentiæ rationem commendantes quòd nuntius, & epistola sunt tanquam merum instrumentum, & organum, per quod dominus verba profert, quæ proinde in eius persona concipiuntur, tex. opt. *in l. qui autem 14. §. fin. cum l. seq.* vbi glos. *verb. ministerium. ff. de constit. pecun. l. multum interest 6. C. si quis alteri vel sibi.* quare deficiente domini consensu tempore, quo verba eo modo profert, nihil epistola, aut nuntius operatur etiam data pœnitentiæ, seu reuocationis ignorantia, elegans tex *in l. si pœnituit. 4. ff. de diuort.*

29 Ratio verò specialitatis est, quia in cæteris contractibus potest ius supplere consensum contrahentium, illisque renitentibus dominium transferre: in matrimonio autem minimè potest: nam cùm ex reuocatione planè colligatur deficere consensum consentientis, sine quo matrimonium consistere nullo modo potest, *cap. gemma, cap. cùm locum, de spons.* consequens fit matrimonium postea subsequutum nullius esse momenti. Ita Sanch. *d. lib. 2. disp. 11. num. 6.* Rebello *d. p. 2. lib. 2. q. 5. num. 1.* Franc. Molin. *d. comp. 25. num. 16. cum seq.* Ioan. Machado *d. trat. 8. docum. 5. num. 5.* Gutier. *d. cap. 43. num. 6. & 7.* Filliuc. *d. tract. 10. de Sacram. matrim. p. 1. cap. 1. num. 24. vers. quarta.* Alia ratio decidendi ad *d. cap. fin. de procurat. in 6.* assignari solet quòd scilicet pro- 30
curator ad matrimonium contrahendum datus, censetur tanquam quidam nudus minister, & sic velut merum instrumentum, & organum, per quod dominus consensum exprimit, adeoque verba plerumque concipit nomine domini, imò id pro forma desiderarunt Host. *in sum. tit. de sponsal. §. qualiter contrahatur,* & Franch. *num. 4. in d. cap. fin.* quamquam longè verius sit sufficere si vel in sua, vel domini persona verba concipiat, dicens: *Recipio te in vxorem* 31
nomine Titij, vel, *Titius te accipit in vxorem me mediante,* vt tradunt post alios Cou. *de sponsal. p. 2. cap. 4. num. 8. alias 11.* Henriq. *in sum. lib. 11. cap. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 11. num. 16.* Card. Tusch. *d. tom. 5. lit. M concl. 124. num. 5.* Rebell. *d. lib. 2. q. 5. num. vlt. in fine,* Bonacin. *d. q. 2. puncto 5. num. 11.* Si igitur hic domini consensus iam cessauerit, seu reuocatus fuerit, licet reuocatio procuratori, & ei, cum quo contraxit, intimata non fuerit, matrimonium debet esse nullius momenti.

Tacita mandati reuocatio, hoc est, pœnitentia, signis, seu factis aliquibus declarata sufficit ad hoc 32
vt matrimonium per procuratorem reuocatum huiusmodi reuocationis ignarum contractũ, sit etiam in foro exteriori nullum, argumento *l. pœnituit 4. iuncta l. fin. vers. illud rectissime, ff. de diuort.* Tacitæ 33
reuocationis mandati exemplum est si ipse dominus post mandatum ad contrahendum cum certa persona datum, cum alia postea ante illius executionem contraxerit; nam cùm ad contrahendum cum secunda, necesse fuerit à voluntate contrahendi cum prima recedere, quia cum vna tantùm consistere matrimonium potest, inde necessariò consequitur vt dato mandato ad contrahendum cum secunda, vel de facto cum illa domino contrahente, prioris voluntatis reuocatio, seu pœnitentia veluti præambulum necessarium præcessisse censeatur. Ita Æmil. Ferret. *cons. 281. num. 12.* Gutier. *de matrim. cap. 43. art. 2. ex num. 24. & ex num. 28. & cap. 44. per tot, maximè num. 51.* Franc. Molin. *d. lib. 1. comp. 25. ex num. 14. 23. & 56.* Ioan. Machado *d. trat. 8. docum. 5. num. 7.* Ad probandum verò huiusmodi reuocationẽ, siue tacitam, siue expressam non est necessaria 34
scriptura, sed sufficiunt testes, qui ad cuiuslibet rei probationem regulariter parem vim obtinent cum illa, *l. in exercendis 15. C. de fide instrum.* quamuis aliàs mandatum in publica scriptura datum sit, vt sentit Panorm. *in cap. ex insinuatione 3. num. 1. not. 1.* per text. *ibi,* quem ad hoc quotidie allegari dicit, *de procurat.* Quales autem testes ad prædictam procuratoris reuocationem requirantur, latissimè explicat Gutier. *de matrimon. cap. 44. à num. 9. & à num. 68.*

Neque procuratoris ad matrimonium dati reuo- 35
catio etiam ignorata effectum suum sortiri desinet, etiamsi iuramentum de non reuocando præmissum sit: hoc enim in his, quæ sui natura à mera alicuius voluntate pendent, quale est procuratorem reuocare, vel non, solum efficit, vt reuocans periurij reus sit, cæterùm adhuc reuocatio valet, & consequenter matrimonium post huiusmodi reuocationem vtpote validam, tametsi ignoratam, contractum nullum quidem erit: ita glos. *verb. reuocatus in d. cap. fin. de procurat. in 6.* vbi Domin. *num. 5.* & Franch. *num. 5. & 6.* Cou. *d. cap. 2. c. 4. in initio n. 10. & cap.*

cap.6. num.2. plures,quos refert & sequitur Sanch. *d.lib.2. disp.11.n.8.*quibus addo Alex. Trentacinq. *var.resol.lib.2.tit. de procurat. resol.3.num.33.§.in hac,* Medran. *d. cap. 12. num.* 10. Franc. Molin. *d.lib.* 1. *comp.*15. *à num.*52.Rebell. *d.lib. 2. quæst.5.num.ult.* Basil. Pont. *d.c.15.num.*12. Filliuc. *d.c.1.num.* 24. *in 4. condit. vers. quod etiam est verum.*

36 Quoad forum conscientiæ, in quo sola veritas attenditur, *cap. veritate* 8. *dist.* valet reuocatio procuratoris merè interna, licèt quoad externũ Ecclesiæ, quæ de occultis non iudicat,*cap. erubescant* 11. *in fine*, 32. *dist.*.incumbat reuocanti onus, testibus, vel aliàs legitimè probandi, aliàs pro matrimonio iudicetur, quod nihilominus apud Deum nullum erit.Sic docent plures,quos refert & sequitur Sanch. *d.lib.2.disp.11.num.9.*quibus addo Gutier.*de matrim. cap.43.num.9.ad fin.* Filliuc. *d.c.1.num.24.vers.quarta,ad fin.*Ioan.Machado *d.trat.8.docum.5.num.6.*

37 Sed quæreret aliquis an matrimonium contractum per procuratorem,qui neque tacitè, neque expressè reuocatus fuerit, validum sit, si tempore quo contrahitur, consensus positiuus mittentis procuratorem realiter non concurrat, eo quòd in aliis forsan negotiis tunc temporis occupatus maneat, aut superueniat furor?Negatiuè respondent Salon de Paz *cons.6.n.6.cum seqq.*Basil.Pont.*d.lib.2.c.15.n.14.*dum probare contendunt matrimonium per procuratorem eo tempore contractum, quo dominus ipsum constituens demens factus est,quasi ex eius dissensu nullum esse.Et pro hac parte facit illud,quod traditum est de Sacerdote,qui audita confessione amens fit,& sic pœnitentem absoluit, nempe vt eius absolutio nulla sit,eo quòd ministri actus debet esse humanus: vnde cùm matrimonium per procuratorem contrahentes ipsi sint ministri huius Sacramenti, non verò procurator,vt suprà dixi; consequens videtur vt si tempore,quo procurator consensum explicat,is qui mandatum dedit, rationis vsu destitutus sit, irritum matrimonium reddatur.

38 Verùm,contrarium,immo tale matrimonium validum quidem esse,& receptius, & verius quidem iudico,quoniam ad valorem huius matrimonij sufficit durare priorem consensum, saltim in virtute, cùm non sit obex contrariæ voluntatis,ideoque meritò ex eius voluntate iam semel explicata contractum dicitur matrimonium,sicut si eo tempore dormiret,vt in simili de eo,qui Baptismum sic recepit, cùm prius baptizari voluisset, quod valide illum recipiat, respondit tex. *in cap. maiores* 3 *§. item quæritur,vers. dormientes, de Baptismo.* Er in specie quòd

39 per superuenientem furorem constituentis procuratorem ad matrimonium contrahendum eius voluntas non magis quàm superueniente somno cesset,quin potiùs duret saltim in virtute,adeoque non impediat quominus matrimonium eo tempore per procuratorem contractum validum sit, ac teneat: prout in terminis docent Ildephons. à Veracruce *in speculo coniug.p.1.art.16.dub.6.sub vers.sed quid si primo consensit,* Henriq. *in sum.lib.11.c.4. n.4.* Sanch. *d. lib.2.disp.11.num.11.& 12.ac num.32.ad 3.* Gutier.*de matrim.c.43.n.14.*Bonacin.*d.q.2.puncto 5.n.13.& 14.* Filliuc. *d.p.1.c.1.n.25.in princ.*

40 Et ideo cauendum est à Salone de Paz & Basilio Pontio *locis proximè citatis*, falluntur enim ex adductis per Doctores numero præcedenti citatos. Et ad difficultatem,de Sacerdote, qui audita confessione amens fit,quam monet Sanch.*d.n.12.vers.obiicies tamen*, rectè idem satisfacit dicens argumentum procedere,vbi aliquis per se ipsum ministrat,vt contingit in Sacerdote absoluente, secus si medio instrumento,vt in contrahente per procuratorem, qua in specie consensus semel illi procuratori datus durat in virtute,licèt quo tempore ab eo explicatur,is,qui dedit mandatum propter dementiam,vel aliàs consensu careat,iuxta regulam *l.furiosi 41.ff.de regul.iuris*, cum similibus.

Vallisoletana fideiussionis.

Instrumentum conditionale non habet executionem nisi purificata conditione, resoluto contractu ob defectum adimplementi, fideiussor ab obligatione liber remanet. Prorogationi consentire debet fideiussor,aliàs ei nocere non potest.

VOTUM LXXXVI.

1 *Facti series.*
2 *Executio contractus conditionalis fieri non potest nisi liqueat iudici de purificata conditione.*
3 *Instrumentum conditionale conditione non adimpleta deficit.*
4 *Conditio donec pendet, non potest dici parti ius quæsitum.*
5 *Promissio habetur pro non facta, non adimpleta conditione.*
6 *Paria sunt aliquid non fuisse factum, vel factum sub conditione non adimpleta.*
7 *Conditionis adimplementi verificatio incumbit petenti executionem.*
8 *Fideiussio data pro certo tempore, transacto illo remanet extincta.*
9 *Fideiussor ab obligatione liber remanet transacto tempore, intra quod purificanda erat conditio.*
10 *Obligatio extincta non potest reuiuiscere absque nouo omnium consensu.*
11 *Donatio facta Ecclesiæ sub conditione post rei conditionem reuocari non potest.*
12 *Actus resolutus actus dici non potest.*
13 *Instrumentum nullum non meretur executionem.*
14 *Fideiussor liber remanet ab obligatione resoluto contractu ob defectum adimplementi conditionis.*
15 *Obligatione extincta, extincta quoque dicitur fideiussio in ea inserta.*
16 *Reconductio præsumitur facta cum omnibus qualitatibus, dummodo non dependeant à tertij voluntate.*
17 *Prorogationi debent consentire fideiussores, aliàs non obligantur.*
18 *Fideiussio semel extincta non potest postea validari sine facto fideiussoris.*

19 *Vincentius Carot.* alleg.54. *intelligitur.*

20 *Fideiussor intelligitur promittere rebus in eodem statu, & terminis permanentibus.*

21 *Fideiussio est stricti iuris, & non extenditur.*

22 *Fideiussor non tenetur quando variatur res, causa, vel actio.*

23 *Fideiussor, qui in certam causam fideiussit, non obligatur vltra consensum proprium.*

24 *Conditio apposita in contractibus vltro, citróque obligatoriis, censetur apposita respectu omnium.*

25 *Conditionis implementi defectus in contractu conditionali operatur defectum consensus respectu omnium.*

26 *Conditio ab omnibus in contractu apposita ab vno illorum relaxari non potest.*

27 *Contractus consistunt ex copulato consensu.*

28 *Contractus quando dependet à voluntate duorum, non statur voluntati solius promittentis.*

29 *Conditionis adimplementum ante vel post tempus, non est admissibile.*

30 *Fideiussionis natura est vt illius effectus nunquam extendatur, nisi in quantum se extendunt verba.*

31 *Fideiussor in dubio semper videtur se restrinxisse ad id, de quo verisimiliter fuit actum inter partes.*

32 *Fideiussor solùm præsumitur fideiussisse pro causa, pro qua fuerat tractatum.*

33 *Conditio quæ in principio, & præfatione contractus fuit apposita, influit in omnes eius partes.*

34 *Pacta plura quando posita sunt in eodem instrumento, sumunt omnia robur eodem tempore.*

35 *Actus vt possit dici approbatus aliquam ob causam, causa illa debet interuenire ob illum actum.*

36 *Solutio facta in vim alicuius, contractum illum non ratificat, nisi respectu ipsius soluentis.*

37 *Soluens ob causam celebrati contractus censetur illum approbare, & ratificare, habita illius notitia.*

1 ANtonius in quibusdem capitulis matrimonialibus se obligauit vti fideiussorem ad promissæ dotis solutionem, ea tamen conditione ad hoc vt matrimonium desideratum effectum sortiri posset, quòd prius per sententiam, aut concordiam lis super concursu creditorum per illos contra dotantem mota præfixo termino finiretur: sed antequam liqueret de purificata conditione, imò ante litem vt requirebatur extinctam, & creditoribus nondum satisfactis, & termino præfixo iam transacto, in vim dictæ obligationis petitum fuit mandari relaxari mandatum executiuum contra personam & bona dicti fideiussoris, & consultus respondi dictum mandatum non esse relaxandum, ex sequentibus.

Primò, quia ad hoc vt obligationis instrumen- 2
tum exequi posset, tenebatur dotis promissæ creditor priùs ostendere purificatam conditionem; non potest enim executio contractus conditionalis fieri nisi liqueat iudici de purificata conditione, Bald. Angel. Imol. Alex. Ias. & Alciat. *in l. fin. §. totum, ff. de vulgari*, idem Alex. *in l. illa, ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. proinde. §. notandum, ff. ad leg. Aquil.* Parlad. *rerum quotid. lib. 2. p. 1. c. fin. §. 12. n. 39.* Steph. Gratian. *discept. forens. p. 2. c. 325. n. 7.* Cou. *lib. 2. var. c. 11. n. 2.* dicens quòd prius debet constare iudici citato reo, quòd iam euenerit conditio, & postea debet fieri executio, aliàs non potest, ad quod allegat tex. *in l. hoc iure, ff. de verb. oblig. & in l. Fulcinius. ff. quibus ex caus. in possess. eatur.*

Ratio est, quia instrumentum conditionale con- 3
ditione non adimpleta deficit, & habetur pro non facto. *l. si quis fundum. ff. de contrah. empt. l. qui heredi. §. Plautius*, vbi omnes, *ff. de condit. & demonstr. l. pecuniam quam, ff. de rebus cred. l. necessario. §. quod si pendente, ff. de periculo & cõmodo rei vend.* Dec. *cons. 485. n. 4.* Cephal. *cons. 395. n. 20. & cons. 754. n. 11.* Tiraq. 4
in l. si vnquam, verbo reuertatur n. 277. Et donec pendet conditio, non potest dici ius parti quæsitum. *l. si quis sub conditione, ff. si quis omis. causa testam.* Menoch. *cons. 452. n. 42. lib. 5.* Surd. *cons. 186. n. 12. lib. 2.* And. Galgan. *de condit. & demonst. p. 1. . 8. n. 9.* & cessat obligatio *c. fin. de sponsal. in 6.* Et non adimpleta condi- 5
tione habetur promissio pro non facta, extincta, & annullata, Bald. *in l. pactum quod dotale C. . e collation. & in l. fin. C. de pact.* Aretin. & Paul. de Castro *in l. superstitis. ff. de acquir. hered.* Et in iure pacificatur ali- 6
quid non fuisse factum, vel factum sub conditione non adimpleta, Crauet. *cons. 15. n. 3. lib. 1.* Surd. *cons. 381. n. 1. lib. 3.* Viui. *decis. 34. n. 6.* Carthar. *decis. 48.*

Et ad hoc vt impediatur mandati executiui re- 7
laxatio, sufficit sola allegatio fideiussoris quòd non fuerit adimpleta conditio, & tunc adimplementi illius verificatio incũbet petenti executionẽ Cephal. *cons. 667. n. 43. lib. 5.* Alex. *cons. 91. n. 9. lib. 7. & cons. 123. n. 2. eod. lib.* Franc. Monald. *cons. 81. num. 6. lib. 1.* Magon. *Lucensi decis. 21. n. 26.* & interim à iudicio repellenda petitio. *l. hæc venditio, in princ. ff. de contrah. empt.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1. glos. 2. n. 140.* Surd. *d. cons. 186. num. 12.*

Præcipuè cùm iam transierit terminis præfixus, 8
intra quem non fuit finita dicta lis super concursu creditorum mota, vt requirebat conditio, & sic eo ipso remansit obligatio extincta vnà cum fideiussione in ea præstita, iuxta tex. *in l. si fideiussor 27. C. de fideius.* ibi, *nisi in tempus certum data sit fideiussio, tunc enim in tantum eam extendi, in quantũ etiam attestatio fuerit expressa*, &c. *l. si vnus §. si cum reo ff. de pact.* ibi, *Si cum reo ad certum tempus pactio facta sit, vltra nec reo, nec fideiussori prodest*, &c. resoluunt Pyrrh. Maur. Aretin. *de fideiuss. sect. 10. §. 44. per tot.* Hering. *eod. tract. c. 20. §. 18. n. 1. 2. & 3.* vbi *n. 5.* ait quòd licet tempus non sit capax terminandi & finiendi obligationem, nihilominus adjectio temporis certi operatur quominus in futurum vlterius quis obligari queat; & concludit quòd si fideiussor post tempus conueniatur ratione futuri temporis, potest exceptione debitorem summouere, ex *l. obligationum. §. placet, ff. de oblig. & act.*

Vnde cùm non fuerit purificata conditio, & iam 9
transactum sit tempus, intra quod purificanda erat, fideiussor ab obligatione liber remansit, vt benè docet Socin. sen. *cons. 273. n. 3. vers. ex quibus vol. 2.* ibi, *Et hoc maximè in casu nostro, in quo fideiussores in-*

tercesserunt

terceſſerunt, ſub conditione, ſi tranſactio ſortiretur effectum, quæ non fuit purificata, igitur non tenentur, d. l. cedere diem, &c. Et inferiùs *num.* 8. ibi, *Et hoc maximè procedit quando fideiuſſores non interceſſerunt ſimpliciter, ſed ſub conditione, caſu quo concordia ſortiretur effectum; ſi ergo non fuit ſortita effectum, quia non fuit ſatisfactum omnibus, ad rationem ſolidorum 16. pro libra, dicitur conditio defeciſſe, & fideiuſſores non teneri, d. l. cedere diem,* &c. Et reſoluta ob id ſcriptura, ac extincta obligatio in ea facta, non erat amplius in facultate vnius partis contractum perficere, abſque nouo omnium conſenſu, vt ex-
10 preſsè deceditur *in l. Sabinus, ff. de in diem addict.* ibi, *Quid tamen ſi hoc erat nominatim actum, vt liceret reſilire emptori meliore conditione allata, dicendum erit diſſolutam priorem emptionem, etiamſi venditor*
11 *ſequentem non admittat,* &c. Et confirmatur ex deciſione tex. *in cap. verum, de condit. appoſ.* vbi probatur donationem factam Eccleſiæ ſub conditione, poſt rei traditionem reuocari non poſſe, quamuis conditio deficiat, ibi, *niſi fortè tali ſit conditione collatum, quòd ea ceſſante debeat reuocari*; quia tunc ex defectu conſenſus, qui remouetur ab actu, fauor Eccleſiæ non attenditur. Ita Bald. *in l. dictam num.* 5. *verſ. hac omnia vera. C. de condict. ob cauſam,* Card. *in d. cap. verum num.* 5. vbi Abb. *num.* 2. Præpoſ. *num.* 6. Rip. *in l. vlt. num.* 124. *in fine C. de reuoc. donat.* Tiraq. *de retractu conuent. ad finem tit. num.* 11. 14. & 15. Cou. *lib.* 1. *var. c.* 14. *n.* 6. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 44. *num.* 13.

12 Remanente igitur nulla ac reſoluta matrimonialium capitulationum ſcriptura, ob non adimplementum conditionis, illa amplius talis dici non poteſt, quia actus reſolutus actus dici non poteſt. *l. Iulianus.* §. 1. *ff. de verbor. oblig. l. etiam, ff. de ſolut.* & ſi reuocatur actus, reuocati etiam cenſentur omnes effectus ab eo venientes. *Clem.* 1. *de immun.* Crauet. *conſ.* 302. *num.* 29. Menoch. *conſ.* 212. *num.* 33. *& ſeq.* Vnde fit conſequens mandatum executiuum in vim illius ſcripturæ relaxari non poſſe, quia inſtrumen-
13 tum nullum non meretur executionem. *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iud.* Deci. *conſ.* 401. *num.* 1. Cephal. *conſ.* 118. *n.* 11. Bart. *in l. diuus Traianus. ff. de teſtam. mil.* Azin. *de execut.* §. 1. *c.* 33. *n.* 3. Rodet. Xuar. *ad l. poſt rem iudicatam, in declarat. ad l. Regni p.* 2. §. *ſed pro euidentia num.* 51. *verſ. intellige quarto,* Cancer. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 22. Valenzuel. *conſ.* 32. *num.* 63. *vol.* 1.

14 Hinc etiam prouenit vera & legalis concluſio, quòd reſoluto contractu ob defectum adimplementi conditionis, ſub qua celebratum fuit, quamuis matrimonium celebraretur non expectata conditionis purificatione, nihilominus ab obligatione liber remanſit fideiuſſor, per tex. *in l. fin. ff. de pact.* ibi, *Si reus poſtquam pactus eſt à ſe non peti pecuniam, (ideoque cœpit id pactum fideiuſſori quoque prodeſſe) pactus ſit, vt à ſe peti liceat, an vtilitas prioris pacti ſublata ſit fideiuſſori quæſitum eſt, ſed verius eſt ſemel acquiſitam fideiuſſori pacti exceptionem, vlterius ei inuito extorqueri non poſſe,* &c. quia, vt ait Franciſcus Niger Cyriacus *tom.* 1. *contron.* 101. *num.* 21. extincta fideiuſſione, illa amplius ad præiudicium fideiuſſoris ſine nouo eius conſenſu reuiuiſcere nequit, & poſt eum Noguerol
15 *alleg.* 21. *num.* 28. Et extincta obligatione, extincta quoque dicitur fideiuſſio in ea inſerta, cùm illa ſtare non poſſit ſine obligatione principali. *l.* 2. *ff. de fideiuſſ.* §. *fideiuſſor. Inſtit. eod.* Menoch. *d. conſ.* 212. *n.* 39. & 40. Facit tex. *in l. item quæritur.* §. *qui impleto. ff. locati,* ibi, *Si non alius pro eo in priori conductione res obligauerat, huius enim nouus conſenſus erit neceſſa-*

rius, &c. cuius argumento Cancer. *lib.* 1. *var. reſol. c.* 14. *num.* 40. tenet quòd quamuis reconductio præſumatur facta cum omnibus qualitatibus, vinculis, & clauſulis acceſſoriis poſitis in primo contractu, quæ dependent à mera partium voluntate, vt pignus, hypotheca, terminos ſolutionis, & ſimilia, hoc non procedit ſi vincula, & alia id genus dependerent à tertij voluntate, quia talia in eius præiudicium non cenſentur repetita in reconductione. 16

Hinc quoque prorogationi compromiſſi, ſeu termini aſſignati in contractu principali debent conſentire fideiuſſores, aliàs non noceret eis, ſi damnum daretur termino prorogato, etiamſi à principio fuiſſet actum de prorogatione, quia fideiuſſores non cenſentur ſe obligaſſe niſi ad damnum, quod daretur in primo tempore. Ita per text. *in l. habeo, in princip. iuncto* §. *fin. ff. de recept. arb.* reſoluit Paul. de Caſtro *in l. dies cautioni num.* 2. *ff. de damno infecto,* Tiber. Decian. *conſ.* 72. *numer.* 14. *vol.* 2. Surd. *conſ.* 460. *numer.* 73. *verſ. quatenus vol.* 4. Anton. Hering. *de fideiuſſor. cap.* 20. §. 18. *numer.* 8. Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. conuention. lib.* 16. *titul.* 21. *per tot.* & præcipuè *num.* 3. Facit quod in ſimili tenet Donat Anton. de Marinis *quotid. reſolut. cap.* 133. *numer.* 21. videlicet quòd fideiubens filiofam. in mutuo quod recepit ſine patris conſenſu, quamuis pater poſtea contractum ratificet, adhuc tamen poterit fideiuſſor vti exceptione Macedoniani, quia licèt ratificatio illa retrotrahatur ad tempus contractus, & illum approbet in præiudicium filij, & eiuſdem patris, *ex l. fin. C. ad SC. Maced.* nihilominus in damnum fideiuſſoris nihil operatur niſi nouus illius conſenſus interueniat: eodem modo in præſenti caſu non obligatur fideiuſſor non adimpleta priùs conditione, quamuis poſtea matrimonium celebraretur: nam limitati temporis ea eſt vis vt lapſo tempore contineat depoſitionem contrariam. Ita Bart. *in proœmio Digeſtor in* §. *hæc autem tria,* Surd. *conſ.* 216. *num.* 2. *& conſ.* 294. *num.* 9. *& conſ.* 403. *num.* 18. & poſt eos Galgan. *d. p.* 2. *c.* 1. *q.* 36. *num.* 6. Semel enim extincta fideiuſſio, non poteſt poſtea validari ſine facto fideiuſſoris, vt agnoſcit Hering. *de fideiuſſor. cap.* 20. §. 38. *num.* 4. ibi, *ſi obligatio fideiuſſoria per vnum aliquem ſupra citatorum modorum ſemel perfectè & firmiter ſit ſublata, finita, & extincta, quòd non poſſit in effectum redrci ſine facto fideiuſſoris. l. qui res* §. *aream ff. de ſol.* gloſ. & DD. *in l. vlt. C. de pactis.* Æmil. Arreto *reſp.* 49. *num.* 4. 17 18

Licèt autem Donat. Anton. de Marinis *d. c.* 133. referat in caſu de quo agebat, contrarium tenuiſſe Vincent. Carot. *deciſ.* 54. attamen ſi Auctor iſte attentè legatur, facilè deprehendetur cauſam ob quã Senatus in caſu illius deciſionis condemnauit fideiuſſorẽ, eam fuiſſe, quia contractus non fuit nullus, ſed elidibilis, nam ſi nullus eſſet, tunc conſenſus ſequens non noceret fideiuſſori, vt videre eſt per Carot. *ibid. n.* 18. *& n.* 27. *&* 28. addit quòd quando conſenſus præſtari debet intra certum tempus, ſi tunc nõ præſtatur, licèt poſtea ſuperueniat, ſequens ratificatio nihil operatur, niſi fiat intra illum certum tempus. Et facit ad propoſitum quod dicit Surd. *conſ.* 460. *n.* 73. *verſ. reſpondeo ſecundò,* ſcilicet quòd licèt virtualiter fideiuſſores videantur cõſenſiſſe prorogationi factæ per principales obligatos, nihilominus tamen obligati non remanent ipſi fideiuſſores quando tempus adminiſtrationis alio modo prorogaretur non æquè idoneo, & cauto. 19

Maximè, quia fideiuſſor intelligitur promittere rebus in eodem ſtatu, & terminis permanentibus, 20

non autem eis mutatis, Menoch. *cons.* 212. *num.* 24. *& cons.* 719. *num.* 48. Cyriac. *tom.* 2. *controu.* 285. *n.* 5. *& 6. & tom.* 1. *controu.* 101. *num.* 33. Donat. Antoni. de Marinis *d. cap.* 136. *per tot.* Noguerol *d. alleg.* 21.
21 *num.* 9. Et fideiussio est stricti iuris, & non extenditur, *l. stipulationum aliæ.* §. *satis acceptio. ff. de verb. oblig. l. fideiussores Magistratuum.* §. *pro Aurelio, l. si in pignore, ff. de fideiuss.* Deci. *cons.* 103. *num.* 3. Natta *cons.* 202. *num.* 5. Roland. *cons.* 58. *num.* 20. *vol.* 1. vbi ait quòd fideiussor non tenetur quando variatur
22 res, causa, vel actio, Bald. *cons.* 106. *in fine vol.* 2. Anchar. *quæst. famil.* 63. *num.* 3. *lib.* 1. Valenzuel. *cons.*
23 9. *ex num.* 20. *cum seqq. tom.* 1. vbi dicit quòd fideiussor, qui in certam causam fideiussit, non obligatur vltra consensum proprium, sed solum ad ea, quæ per stipulationem promisit, & *num.* 23. tradit quòd nec aliquo modo extendi in suum potest præiudicium dicta obligatio, cùm actus agentis contra, vel præter agentis intentionem extendi nequeat, & *n.* 25. ampliat vt ne extendatur vltra quàm in ea fideiussione contineatur.

24 Contra suprapositam resolutionem aliquæ obiectiones sunt adductæ, quæ licèt eam oppugnent, nullatenus tamen euertunt, aut dubium faciunt. Imprimis opponitur conditionem illam de extinguenda ante matrimonium lite mota super creditorio concursu, fuisse appositam ad fauorem contrahentium, & ideo eos illi renuntiare potuisse, prout renuntiarunt, sed excluditur hæc obiectio, quia conditio prædicta fuit apposita in fauorem contrahentium, & in contractibus vltro citroque obligatoriis conditio apposita vni eorum, censetur etiam apposita respectu aliorum, vt aduertit Alex. *cons.* 40. *in princip. vol.* 5. ibi, *Circa primum videtur prima consideratione dicendum, quòd illud pactum adiectum ex parte Antonij, & reddens contractum transactionis conditionalem ex parte sua, reddat similiter contractum conditionalem, seu resoluendum sub conditione ex parte Nicolai, quia contractus claudicare non potest, & non potest ab initio ex conuentione fieri quòd alter contrahentium sit liberatus, vel obligatus, & alter non,* &c. Et licèt in casu de quo agit, aliud resoluere videatur, nihilominus tamen *num.* 2. *vers. non obstat,* prædictæ nostræ resolutioni assentitur; aliàs enim sequeretur absurdum quòd vnus, & idem actus pro parte sit purus, & pro parte conditionalis, ex Crauet. *cons.* 273. *num.* 12. *vers. sexto,* ibi, *& absurdum,* Rota apud Farin. *decis.* 567. *num.* 5. *cum seqq. p.* 1. *in posthum.* aliàs *p.* 3. *recent.* vbi notat quòd si non fuisset ita, non fuisset contractus vltro citroque obligatorius, vt de illius substantia requiritur ex *l.* 1. *in fine. ff. de action. & oblig. l. ex empto* 11. *ff. de action. empti.* Vnde rectè
25 sequitur defectum implementi conditionis in contractu conditionali, respectu omnium operari defectum consensus perinde ac si contractus nunquam fuisset initus, *ex l. necessario.* §. *quod si pendente, ff. de periculo, & commodo rei vend. l. si quis fundum, ff. de contrah. empt.* Cephal. *cons.* 118. *num.* 1. *cum seqq. vol.* 1. & alij citati per Rot. *d. decis.* 567. *num* 9.

26 Cùm ergo dicta conditio in fauorem contrahentium omnium apposita fuerit, nullo modo potuit vnus illorum efficere vt contractus perfectus remaneret, licèt conditio non fuisset adimpleta, ex duobus. Primò, quia apposita ab omnibus conditio in contractu, ab vno illorum relaxari non potest, nisi omnium consensus concurrat, ex *l.* 1. *C. de pact.* vbi Bald. *num.* 3. expressè requirit remissionem fieri ab eo, qui est obligandus, nam remissio sola vnius, cui obligatio debebat quæri, non sufficeret, Galganet. *de condit. p.* 4. *cap.* 1. *q.* 61. Secundò, quia contractu existente nullo ex defectu consensus contrahentium, qui ad obligationem promissæ dotis tantum teneri voluerunt conditione contractus adimpleta, & non aliàs, non potest illorum quidam conditioni renuntiare, & efficere quòd contractus sine aliorum consensu valeret, acsi ex sua sola voluntate & consensu totalis validitas illius dependeret, contra decisionem *l. in vendentis C. de contrah. empt.* vbi obligatio fuit nulla, ex eo, quia vis contractus collata est in voluntatem vnius contrahentis: ita Petr. Surd. *decis.* 114. *num.* 2. & contra doctrinam Baldi *in d. l. in vendentis num.* 29. *vers. octauò quæro,* vbi eam adducit rationem, quia contractus consistunt ex copulato extremo, id est, ex copula voluntatum, non ex voluntatibus tempore separatis, prout considerat Rota *d. decis.* 567. *num.* 10. *vers. quibus.* Et contra aliam doctrinam Bart. *in l. si mihi & Titio* 110. §. *si stipulatus, ff. de verb. oblig.* dum dicit quòd quando contractus dependet ex voluntate duorum, non statur voluntati solius promittentis, vbi Paul. de Castro, & Donel. *num.* 3. 27 28

Et nihil releuat conditionis adimplementum cùm fuerit factum post tempus, nam quotiescunque intra tempus præfixum, & limitatum non adimpletur conditio, non est admissibile si ante vel post tempus fiat, vt tradunt Azo *in sum. C. de condit. substit. num.* 7. Bart. *in l. si in diem, ff. de condit. & demonstr.* Pereg. *de fideicom. art.* 15. *num.* 8. Galganet. *de condit. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 36. *num.* 5. nam hoc insinuant verba contractus in quo interuenit fideiussio, cuius natura hæc est, vt illius effectus nunquam extendatur nisi in quantum se extendunt verba, ideoque fideiussor non obligatur nisi in quantum est specificatum. Mari. Muta *cons.* 100. *per tot.* præcipuè ex *num.* 8. vbi *num.* 17. addit quòd in dubio semper videtur fideiussor se restrinxisse ad id, de quo verisimiliter fuit actum inter partes, & nō voluisse suam obligationem ampliare, Card. Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 42. *num.* 17. ibi, *nec in dubium venit quin implementum conditionis debeat etiam considerari cum effectu de quo fuit cogitatum, itaut si ille effectus non sequatur, non possit dici impleta conditio,* &c. Valenzuel. *cons.* 158. *num.* 24. *vol.* 2. vbi dicit quòd fideiussor solum præsumitur fideiussisse pro causa, pro qua fuerat tractatum, & ideo non obligatur in causas futuras & simulatas, vt resoluit Bald. *cons.* 143. *vol.* 5. quem refert & sequitur Mari. Muta *d. loco num* 19. *& num.* 30. vbi assignat rationem, quia confessio principalis ad augendam obligationem fideiussionis non nocet fideiussori, maximè post contractam fideiussionem. 29 30 31 32

Nec obstat quod secundo loco opponitur, videlicet quòd dicta conditio non cadit super effectuatione matrimonij subsequuti, sed super alimentis promissis matrimonio subsequuto, quia respondetur totum illum contractum effectum fuisse conditionalem, itaut nihil ex eo deberetur ea conditione non adimpleta, quæ in principio & præfatione illius apposita influit in omnes eius partes, ex tex. expresso *in l. Titia* 134. §. *idem respondit, ff. de verb. oblig.* ibi, *Plerumque ea, quæ præfationibus conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur,* &c. quam sic summat Bart. *Ea quæ in præfationibus dicuntur, in sequentibus repetita intelliguntur.* Et maximè, quia de matrimonio conditionaliter fuit actum in capitulis matrimonialibus, in quibus etiam promissa fuerunt alimenta ex causa matrimonij, & quamuis respectu illorum pura videatur promissio, nihilominus vt conditionalis habenda, quia etiam conditionale fuit matrimonium, & in hoc est 33

tex.

tex. expressus *in l. item quia §. idem Iuliano, ff. de pact.* vbi contractus proœmium fuit conditionale, ibi, *Cùm conuenisset vt donec vsuræ soluerentur, sors non peteretur,* & stipulatio fuit pura, ibi, *& stipulatio purè concepta fuisset,* & nihilominus Iureconsultus decidit conditionem inesse stipulationi, acsi hoc expressum fuisset. Et demum, quia cùm conditio in vno instrumento apposita fuerit, nihil refert an in vno, vel in alio illius capitulo inserta sit; totum enim quod in vna scriptura continetur, censetur vnum constructum, vt dicit Bald. *in l. peremptorias num. 12. ad med. C. sentent. rescindi non posse*; & in eodem con-
34 tractu non datur prius, nec posterius, Surd. *cons. 457. num. 22. vol. 4.* vbi aduertit quòd quando plura pacta posita sunt in eodem instrumento, sumunt omnia robur eodem tempore, licèt vnum in principio, alterum verò in fine sit positum, tamen iuris censura non datur inter ea prius, vel posterius; & meliùs *decis. 157. num. 5. & 6.* vbi dicit quòd in dubio traditio censetur conditionalis quando fit in executionem contractus conditionalis, nec interest quòd traditio sequatur, vel præcedat reseruationem, quando vtraque fit in eodem contractu, & instrumento, quia tunc non datur prius, nec posterius.

35 Minus obstat quod tertio loco opponetur, videlicet quòd partes contrahentes contractum approbasse visi sunt, dum ad illius complementum attendentes plura ex vi illius adimpleuerunt, quia respondetur non constare an solutiones factæ fuerint ex causa dotis promissæ; nam vt actus dici possit approbatus aliquam ob causam, causa illa debet interuenire ob illum actum, *l. 2. ff. de condit. & demonstr. l. cùm seruus, ff. de verb. oblig.* & vtrobique adnotauit Bart. quòd non sufficit dicere aliquid esse factum, nisi constet factum fuisse ob eam causam ob quam fieri debuit, Corn. *cons. 75. col. 2. lib. 3. & cons. 283. in fine lib. 4.* Crauet. *cons. 197. num. 12. cum seqq.* Debebat etiam constare quòd expressè solutio facta fuerit in vim dictæ scripturæ, & cum scientia quòd illa esset nulla, Menoch. *cons. 389. per tot.* &
36 præcipuè *num. 10. cum seqq.* Deinde illa solutio facta fuit à principali debitore, quæ si haberet vim ad ratificandum contractum, hoc esset tantum respectu ipsius soluentis, non verò fideiussoris, vt in terminis resoluit Menoch. *d. cons 389. num. 10. vers. respondetur & tertio*, ibi, *Admisso quod esset pecunia exacta à Prouenciale post illam mutationem factam à D. Aliprando, non tamen ex hoc infertur ratificatio D. Valentini respectu fideiussionis a se præstitæ, sed tantùm infert præiudicium ipsi Prouenziali, qui semel ob eam mutationem liberatus, noluisset se ipsum intromittere in ipso vectigali, non tamen inferre quoad Valentinum quod ratificauerit, ex quo ei numerata non fuit hæc pecunia,* &c.

37 Quare conclusio illa quòd soluens ob causam celebrati contractus censeatur illam approbare, & ratificare, *l. si filius, ff. de minor. 25. an. l. cum fidem C. de non num. pecun.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 119.* Salon de Pace *cons. 33. num. 20.* Intelligitur si probetur illum, qui soluit, seu solutionem recepit, habuisse plenam notitiam dicti contractus, ob cuius causam se soluisse, aut solutionem recepisse dicitur, nam aliàs non diceretur ratificasse id, quod ignorauit, seu de quo plenam notitiam non habuit, nec sufficit habuisse qualem qualem scientiam in genere, Natt. *cons. 162. num. 31.* Menoch. *d. remed. 15. num. 123.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 83. num. 69.* Cæs. Barz. *decis. 57.* Cancer. *var. resolut. lib. 2 cap. 6. num. 103.* qui omnes concludunt, allegantè ratificationem debere probare dictam scientiam. Et ratione huius tacitæ approbationis non potest contra fideiussorem mandatum executiuum relaxari, nisi denuo fideiussorio nomine se obligauerit. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 5. num. 16.* ibi, *Ex hac autem regula deducitur, quòd si fideiussor, qui accessit obligationi principalis vsque ad certum tempus, & eo transacto contractum approbauerit, non possit intelligi tanquam fideiussor obligatus, quia cum fuerit liberatus, non potuit sine stipulatione rursus fideiussorio nomine obligari; nam obligatio semel extincta ex pacto non resuscitatur, l. qui res §. aream ff. de solut. & l. si vnus. §. pactus ne peteret, ff. de pactis,* &c. & allegat Menoch. *d. cons. 389. num. 14.* ibi, *Quintò confert, quòd* (vt diximus) *obligatio D. Valentini pro fideiussione ob eam mutationem factam à D. Aliprando extincta fuit: atqui obligatio semel extincta amplius non reuiuiscit. l. qui res, §. aream, ff. de solut. quod procedit etiamsi consensus partium vt reuiuiscat, præcederet, l. si vnius. § pactus, vers. sed si pactum, ff. de pact. quam in specie ita intellexit Dec. in l. cum mota in 3. notab. C. de transact. ergo ex ea approbatione fideiussionis obligatio extincta non potuit reuiuiscere; & si dicatur noua obligatio extorta est, respondetur esse falsum, quia fideiussor non obligatur nisi mediante stipulatione l. 5. §. satis acceptio, ff. de verb. oblig.* &c.

Toletana renuntiationis.

Iuramentum secundum contra primum, an & quando sit validum? Renunciatio futuræ hæreditatis filij à matre factæ, an reuocari possit? & ex capite enormissimæ læsionis quando sit nulla?

VOTVM LXXXVII.

1 *Dubij propositio.*
2 *Legitima descendentium ex legitimo matrimonio sunt omnia bona parentum, deducto quinto.*
3 *Parentes in tertio quod deducto quinto superest, possunt aliquem ex filiis, vel descendentibus meliorare, sed extraneo illud relinquere non valent.*
4 *Legitima parentum est omne filiorum parentum deducto tertio.*
5 *Filij vltra tertium disponere non possunt in damnum parentum.*
6 *Successio descendentium, & ascendentium æquiparatur.*
7 *Ascendentes possunt agere ad supplementum legitimæ sicut ipsi filij.*
8 *Ascendentibus in legitima nullum grauamen imponi potest.*
9 *Ascendentes si exhæredentur, possunt agere querela inofficiosi contra testamentum filiorum.*
10 *Renunciatio, seu pactum inter patrem & filium per quam ipse filius impeditur à petitione legitimæ, non valet.*

11 *Renunciatio inter patrem & filium facta in praiudicium legitimæ paternæ, vel maternæ non valet.*

12 *Pactum de non succedendo est reprobatum ascendentibus, & descendentibus.*

13 *Licentia siue renunciatio legitimæ iuramento confirmata valet.*

14 *Iuramentum primo præstitutum facit quòd secundum iuramentum contrarium non valeat.*

15 *Filia iurans patri non alienare, nec alienationi fundi dotalis consentire, si postea etiam cum iuramento consentiat dictæ alienationi illa non valet.*

16 *Cautela contra Auth.* Sacramenta *puberum.*

17 *Iuramentum factum contra primum iuramentum licitum, iuridicum, & honestum non valet.*

18 *Mulier iurans non alienare bona dotalia sibi donata propter nuptias, si postea alienet, & iuret non contrauenire non valet alienatio.*

19 Cap. sicut, de sponsalib. *intelligitur.*

20 *Actus, qui sine iuramento erat pro ipso iure nullus obstante prohibitione legis, non potest sustineri ratione iuramenti.*

21 Cap. quamuis pactum, de pact. lib. 6. *non habet locum quandocunque prius filia iurasset nunquam renunciaturam hæreditati paternæ.*

22 *Fideiubere si mulier iurat, talis fideiussio non valet contra primum iuramentum.*

23 *Cautela pro filia renuntiante vt non obligetur.*

24 *Mulier si iurauit non alienare in futurum rem dotalem, & postea alienet cum iuramento, nihil valet alienatio iurata propter iuramentum primum.*

25 *Procuratorem iuramento præstito de non reuocando constituens, periurus est si reuocet.*

26 *Licentia ad testandum futuræ hæreditatis, nihil aliud est, quàm hæreditatis futuræ renunciatio.*

27 *Protestatio in actu dependente à voluntate solius protestantis contraria actui subsequenti facit hunc actum contrarium nihil operari.*

28 *Protestatione quando inest metus propter scientiam aduersarij, non est necesse quòd fiat notificatio.*

29 *Renunciationis pœnitentia in solo animo, & voluntate consistit, & ideo voluntatis declaratio fieri potest parte absente.*

30 *Pater qui dedit licentiam filio liberè testandi, an possit eam reuocare?*

31 *Pactum negatiuum de non succedendo bene iuramento confirmatur.*

32 Cap. quamuis pactum, de pactis in 6. *non procedit quoties renuntians ex sua renuntiatione, seu licentia iurata ad testandum enormiter læderetur.*

33 *Sub distinctione hæc materia resoluitur.*

34 *Læsio non attenditur in renunciatione, quæ donationem importat.*

35 *Donatio dicitur quasi doni datio.*

36 *Donatione ob causam habet locum remedium rescisorium ob enormem læsionem.*

37 *Renunciatione facta ob benemerita, videndum an merita æquiualeant valori talis donationis.*

38 *Benemerita generaliter enuntiata videntur pro colore apposita.*

39 *Donata filio à patre propter benemerita, & vice versa; præsumuntur potius facta ex affectione quàm ex causa meritorum.*

40 *Seruitia præstita parentibus per filios debent esse obsequialia & reuerentialia.*

41 *Læsionem enormissimam excludunt periculum mortis, & vita incerta.*

42 *Læsionis ad probationem regulariter debet attendi tempus conuentionis, seu actus, qui geritur.*

MVlier quædam nobilis sub die 26. Februarij 1622. filio maiori licentiam iuramento firmatam concessit vt posset per viam testamenti, aut ex quauis alia inter viuos dispositione, cuicunque voluerit omnia bona sua relinquere, cum antea per diem, scilicet 25. eiusdem Februarij protestata esset se per vim & instantissimas, ac importunas filij prædicti persuasiones eam licentiam pro redimenda sua vexatione paratum esse concedere, quod etiam mediante iuramento affirmauit, atque etiam prædictam licentiam non concessuram iurauit: & postea die, scilicet 1. Iunij 1625. eam licentiam in forma reuocauit, & iuramento reuocationem firmauit. Dubitatum fuit, vtrum hæc licentia effectum sortiri debeat, an vero illa non obstante mater in bonis filij deducto tertio succedere valeat? 1

Ad quod dubium resoluendum primò præsupponendum est, legitimam descendentium ex legitimo matrimonio esse omnia bona parentum deducto quinto, de quo ad libitum pro anima vel extraneis disponere possunt, *l.* 28. *Tauri, quæ est l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* Anton. Gom. *l.* 17. *Tauri num.* 1. vbi tradit quantam fuisse de iure communi, Mariens. *l.* 10. *num.* 20. *tit.* 4. *& l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* Et præter dictum quintum poterunt parentes etiam in tertio, quod deducto quinto superest, aliquem ex filiis, vel descendentibus meliorare, sed extraneo illud relinquere non valent, Anton. Gom. & Matiens. *citatis locis*, per *l.* 17. *Tauri* quæ est *d. l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* 2 3

Secundò præsupponendum parentum legitimam esse omne patrimonium filiorum deducto tertio, de quo ad libitum etiam in extraneos filij disponere possunt, *l.* 6. *Tauri*, quæ est *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop.* Si verò vltra eam quantitatem, filij disponat in parentum damnum, & præiudicium suæ legitimæ per querelam inofficiosæ donationis, reuocatur vsque 4

ad

ad debitum bonorum ſubſidium ; vt per Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, ampl.16. C. de inoff. teſtam.* Emman. Coſta *in cap. ſi pater p. 3. verb. priuare non poſſit, a num. 1. de teſtam. lib. 6.* Mangil. *in tract. de imput. q. 93. num. 54.*

6 Tertiò præſupponendum eſt ſucceſſionem deſcendentium, & aſcendentium æquiparari, *l. nam etſi parentibus ff. de inoff. teſtam.* ibi, *Non minus parentibus quàm liberis piè relinqui debet,* &c. *l. 6. Tauri,* quæ eſt *1. tit. 8. lib. 5. Recop.* ibi, *Que los aſcendientes legitimos por ſu orden, y linea derecha ſucedan ex teſtamento, y abinteſtado a ſus deſcendientes, y les ſean legitimos herederos, como lo ſon los deſcendientes a ellos en todos ſus bienes de qualquier calidad que ſean en caſo que los dichos deſcendientes no tengan hijos o deſcendientes legitimos, o que ayan derecho de los heredar; pero bien permitimos que en la tercia parte de ſus bienes puedan diſponer los dichos deſcendientes en ſu vida, o hacer qualquier vltima voluntad por ſu alma, lo qual mandamos ſe guarde,* &c. vnde notat Azeued. *in d. l. 1. num. 11. in fine,*
7 quòd cùm aſcendentes neceſſarij ſint hæredes deſcendentibus ſuis legitimis, poſſunt aſcendentes agere ad ſupplementum legitimæ, ſicut ipſi filij poſſunt, vt per Roder. Xuar. *in prælud. l. quoniam in prioribus num. 12.* Anton. Gom. *var. tom. 1. c. 11. n. 24. in med.* & communem dicit Mench. *de ſucceſſionum creatione. §. 30. num. 85.* Craſſ. *recept. ſentent. verbo legitima. quæſt. 35.* Vnde Gutier. *in rep. l. pater filium n. 14. ff. de inoff. teſtam.* per tex. *in l. 1. in fine tit. 8. part. 6.* illis compertere ius dicendi nullum teſtamentum filij, & *num. 18.* aduertit quòd ſicut in legitima filij non po-
8 teſt imponi per patrem grauamen; ita ob id quod aſcendentes eis neceſſarij ſunt hæredes, nullum grauamen in legitima per deſcendentes imponi quoque poteſt. Roder. Xuar. *in d. l. quoniam in prioribus ampl. 6. per tot.* Caſtill. *d. l. 6. Tauri, verb. ſuccedant*
9 *ex teſtamento,* ibi, *Quòd ſi aſcendentes exhæredantur, poſſunt agere querela inoſſicioſi contra teſtamentum filiorum,* tradunt omnes *d. l. 6.* &c.

10 Ex quibus rectè infertur quòd ſicut non valet renunciatio, ſeu pactum inter patrem, & filium, per quam, ſeu quod filius impediatur à petitione legitimæ, & eius ſupplemento, *l. ſi quando. §. illud C. de inoff. teſtam.* Anton. Gom. *tom. 1. var. cap. 11. num. 14. prope fin.* Aluar. Valaſc. *de partit. cap. 16. num. 35. cum ſeqq.* Caſtill. *quotid. tom. 5. cap. 107. num. 75. verſ. ſecundo,* Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap. 17. de renunciat. ex n. . .*
11 Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 80. à num. 9.* Ita è contra non valebit renunciatio, ſeu pactum inter eos factum in præiudicium legitimæ paternæ, ſeu maternæ, vel eius ſupplementi. Sic Roder. Xuar. *in repet. d. l. quoniam in prioribus ampl. 16. num. 3.* vbi refert ita ſentire gloſ. *in d. l. ſi quando §. & generaliter,* Gutier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 19. num. 1. & 2.* Anton. Gom. *l. 22. Tauri num. 3.* ibi, *Sed dico quòd prædicta opinio Baldi eſt falſa, imò teneo quòd ſicut filius, vel deſcendens non poteſt renuntiare ſucceſſioni patris, vel aſcēdentis; ita è contra pater, vel aſcendens non poteſt renuntiare ſucceſſioni filij vel deſcendentis,* & *in d. §. illud*
12 *dicta l. ſi quando,* dicit, & tenet formaliter Petr. de Bellapert. *quòd pactum de non ſuccedendo eſt reprobatum aſcendentibus, & deſcendentibus,* vbi Iacob. Burr. Cyn. Alberic. Fab. Paul. & communiter Doctores.

13 Quibus præſuppoſitis, videbatur reſoluendum quod cùm fuerit hæc licentia, ſiue reuocatio iuramento confirmata, propter religionem iuramenti, regulariter loquendo, dicta licentia ſiue renunciatio valere debeat, per text. expreſſum *in cap. quamuis pactum, de pactis in 6.* cum ibi adductis per Roder. Xuar. *citato loco,* & Gutier. *in verb. omnino ſeruari, & de iuram. confirmat. p. 1. c. 19. n. 3* Menoch. *conſ. 335. in fine,* Valaſc. *de partit. c. 16. n. 3 cum ſeqq.* Azori. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 28. q. 1.*

Sed iuramento non obſtante fuit concluſum dictam licentiam & renunciationem fuiſſe & eſſe inualidam, ex ſequentibus.

Primò, quia in proteſtatione, quā mulier per diem 14
ante fecit, expreſsè dixit, & proteſtata fuit ſe eſſe per vim & metū compulſam renunriare, & dictā licentiam concedere, iuramento promittentem eam nunquam facturum, aut conceſſurum; quo caſu renunciatio ſubſequens etiam iuramento confirmata non valet, nam primum iuramentum præſtitum in dicta proteſtatione præualuit ſecundò iuramento præſtito in dicta licentia, ſeu renunciatione. Ita reſoluit Angel. Aretin. *conſ. 39. num. 36. & 37.* ibi, *Quartò per tres dies antequam dicta Catherina faceret finem, & liberationem de dictis bonis patri ſuo, ipſa proteſtata fuit cum iuramento quod ſi contingat liberationem aliquam facere patri ſuo de dictis bonis, illam faceret, non volens reuerentiæ paternæ contradicere, & propter metum mariti, qui minatus fuit ſibi, ideo iuramentum prædictum primo præſtitum facit quod ſecundum iuramentum contrarium præſtitum per dictam Catherinam in dicta renunciatione, & liberatione non valeat, vt eſt text. cum gloſ. in cap. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. & hoc tenet Hoſt. in cap. cùm contingat, de iureiur. vt refert illa gloſ. vbi dicit quòd ſimiliter ſi iurat patri non alienare, nec alienationi fundi dotalis conſentire, ſi poſtea etiam cum iuramēto conſentiat dictæ alienationi, quòd* 15
non valet alienatio, nec ſecundum iuramentum: facit c. intellecto, de iureiur. & hoc etiam tenet Archid. in d. c. licet mulieres, & Specul. in tit. de empt. & vendit. §. in tertio loco, verſ. & nota conſilium, ex quo dixit dominus meus Ioannes in d. cap. cum contingat, quod poteſt dari cautela contra auth. Sacramenta, quod minor iuret 16
non contrahere; nec alienare ſine curatore, & decreto iudicis; vnde licet poſtea alienet etiam cum iuramento, non valet alienatio, quia cum primum iuramentum fuerit ex iuſta cauſa, & ſecundùm ius commune, quod fuit ſeruandum, & præualet ſecundo iuramento: ita in caſu noſtro cùm dicta Catharina iurauerit quod id faceret propter metum, & ſit clarum quod ſi feciſſet per metum quod in effectu iuramentum non ligaſſet, & non valuiſſet renunciatio, vt in d. cap. 2. de pact. in 6. Ergo dictum ſuum iuramentum præſtitum in dicta ſua proteſtatione valuit, & præualet dicto ſecundo iuramento in dicta renunciatione; ergo iuramentum præſtitum in dicta renunciatione non valuit, &c.

Idem Angel. Aretin. *num. 40. dicto loco* reſpon- 17
deat ad aliquas obiectiones, quæ contra dictam Catharinam renuncianrem deducebantur, vt videre eſt ibi. *Et primo non obſtat primum argumentum quod tale iuramentum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ: quia poſito quod dictum iuramentum teneat ipſo iure dicta cauſa, tamen quia enormiter lædit, vel quia dicetur factum metu, & reuerentia: vel quia contra primum iuramentum licitum, iuridicum, & honeſtum; ergo neceſſariò ſequitur, quod non eſt ſecundum, vt patet per ſupradicta,* &c.

Eandem reſolutionem tenet Abb. Panor. *in cap.* 18
intellecto 33. num. 8. de iureiur. ibi, *Vlterius aduerte, allegatur communiter iſte tex. quod alienatio facta contra iuramentum non tenet, etiamſi ſit iurata; vnde gloſ. notabilis in cap. licet infra eod. lib. 6. per iſtum text. dicit quod ſi mulier iurat non alienare bona dotalia ſibi donata propter nuptias ſine legali ſolemnitate, ſi poſtea alienat 3. & iurat non contraυenire, non valet alienatio, quia vltimum iuramentū fuit primo licito contrariū,* &c

Et-

19 Et licèt *ibidem num.* 8. opponat de textu *in cap. sicut, de sponsalib.* vbi valet iuramentum contra iuramentũ, & ex aliis iuribus, in quibus resoluitur quòd non obstante primo iuramento actus valet, licèt remaneat periurus contrauenıens iuramento, nihilominus intelligit hos textus prout colligitur ex sequentibus verbis. *Ego dico sic, quod quandoque actus dispositio dependet à mera voluntate, seu facultate iurantis, & tunc procedit contrarium, vt alienatio etiam non iurata valeat contra iuramentum prius præstitum, licet iurans sit periurus. Quando verò actus dispositio non dependet à mera facultate iurantis, vt quia interdicitur à lege fauore ipsius iurantis, exemplum in muliere, & minore, cap. cum contingat supra eod. & in auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. & tunc actus etiam iuratus contra primum iuramentum non valet; ratio est quia actus sine iuramento erat ipso iure nullus, obstante prohibitione legis: ratione autem iuramenti sustineri non potest, quia iam obligauerat se Deo per prius in contrarium, & sic secundum fuit illicitum*, &c.

20

21 Idem tenet Menchaq. loquens de renunciatione hæreditatis quòd non valeat etiam cum iuramento, casu quo ante illam adesset aliud iuramentum de nõ renunciando, *in tract. de success. creat. tom.* 1. *§.* 18. *requis.* 29. *limit.* 1. *num.* 148. ibi, *Sexta limitatio & principalis vt d. cap. quamuis pactum, non habeat locum est quandocunque prius filia iurasset nunquam renuntiaturam hæreditati paternæ per pactum, quia licet postea renuntiaret, etiam cum iuramento talis renunciatio esset nulla propter iuramentum præcedens, ita eleganter reperio tenere Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta* 2. *casu col.* 1. *post med* &c.

22 Ad quam resolutionem comprobandam idem Menchaq. infert ad alios casus similes, eos resoluens iuxta distinctionem Abbatis, de qua *supra num.* 19. & sic *num.* 158. docet quòd si mulier iurat non fideiubere, quod iuramentum concordat cum prohibitione iuris, vt *Cod. & Digest. ad Velleianum*, quod si postea fideiubeat etiam cum iuramento, talis fideiussio non valet contra primum iuramentũ, & ita limitat textum in cap. ex rescripto, de iureiur. vbi fideiussio mulieris valet, quando est iuramento firmata: & *num.* 159. tradit quòd si quis iurat non apponere *pactum l. commissoriæ*, quod iuramentum est consonans iuri, vt *Cod. de pactis pignor. per tot.* quòd si postea iuret, tale pactum iuratum non valebit contra iuramentum primum: & ita singulariter limitat textum *in cap. significante, de pignor.* vbi pactum legis commissoriæ reprobatum in pignoribus firmatur iuramento, & *num.* 160. subdit quòd si mulier iurauit non donare marito, quod iuramentum cum prohibitione iuris concordat, vt *Cod. & ff. de donat. inter virum & vxor.* quòd si postea donat etiam cum iuramento; talis donatio non valet contra iuramentum primum, & ita limitat conclusionem singularem, quæ habet quòd donatio inter virum & vxorem firmatur iuramento: & *n.* 161. tenet quòd licèt donatio excedens 500. solidos, firmatur iuramento sine insinuatione, tamen si quis iurat non donare vltra legitimam sine insinuatione, quod iuramentum est secundum ius *in l. sancimus: C. de donat.* postea sequuta etiam cum iuramento, erit inualida, quia contra iuramentum primum.

23 Et hanc opinionem sequendo, cautelam ex ea ponit vt filia renuntians cum iuramento non obligetur, Cardin. Tusch. *practic. conclus. verb. Renunciatio concl.* 181. *num.* 44. ibi, *Cautela contraria pro filia renuntiante vt non obligetur, est, quòd antequam renunciet, secretò faciat rogare protestationem quod ipsa compellitur minis à patre & marito etiam metu mortis cedere successioni paternæ, vel maternæ, & fraternæ, & ideo quod si deuenire contingat ad talem liberationem, & renunciationem protestatur & iurat quod dolo, metu, & inuita faciet, & non voluntate, & ita iurat, quia tunc iuramentum secundum non operatur contra primum, & læsa poterit reclamare, & repetere*, &c.

Comprobatur expresse ex *glos. verb. compellendos vers. quid dices in d. cap. licet mulieres, de iureiur. lib.* 6. quæ dicit si mulier iurauit non alienare in futurum rem dotalem, & postea alienet cum iuramento, nihil valere alienationem iuratam propter iuramentum primum, & eam sequuntur Bernard. *regul.* 479. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 52. *pag.* 437. Palat. *in rep. rub. de donat. inter virum.* §. 54. *num.* 6. Cou. *in d. c. quamuis pactum p.* 2. *§.* 2. *n.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 1242. *num.* 17. Corduba de Lara *in l. si quis à liberis. §. parens num.* 103. *ff. de liber. agnosc.* Gutier. *de iuram. conf. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 79 Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 6. *q.* 2. Suar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 2. *de iuram. cap.* 30. *num.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 13. *num.* 2. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 1. *num.* 26. Cui resolutioni videtur opponi alia glos. verb. reuocatus *in cap. fin. de procur. lib.* 6. dum ait constituentem procuratorem iuramento præstito de non reuocando periurum esse si reuocet, at valide reuocare, cuius dictum videtur fundare *in l. duobus. §. fin. ff. de iureiur.* ibi, *posterior causa iurisiurandi potior habebitur*, &c. & *in cap. intellecto, de iureiur.* sed reiecta earundem glossarum conciliatione, de qua per Cou. *d. §* 2. *n.* 4. Gutier. *d. c.* 1. *n.* 81. illa magis placet, quam tradit Sanch. *d. disp.* 13. *num.* 5. distinguens inter actus iure validos, ac licitos, quorum valor ab agentium potestate pendet, vt hoc casu valeat secundum iuramentum, licet sit contra prius factum, & inter actus iure inualidos, nec pendentes ab agentis voluntate, & tunc si iuret quis se non facturum id si postea faciat, iuramentoque confirmet, hic posterior actus contra primum iuramentum inualidus est. 24 25

26 Cùm ergo renunciatio futuræ hæreditatis filii in bonis paternis prohibita sit de iure tam fauore ascẽdentium, quàm descendentium, & actus renunciationis huiusmodi solus valere non posset sine iuramento ob dictam legis prohibitionem, bene sequitur quod ratione iuramenti in ea appositi sustineri non potest, quia iam, vt dixit Abb. & notant DD. obligata erat Deo per prius iuramentum in contrarium, & sic secundum illicitum fuit. Nec releuat quòd resolutio de qua suprà, & doctrinæ pro hac parte citatæ procedunt in renunciatione hæreditatis futuræ, non verò in licentia ad testandum futuræ huiusmodi hæreditatis liberè concessã, quia hæc nihil aliud est quam hæreditatis futuræ renunciatio, vt dicit Gutier. *pract. quæst. lib.* 5. *q.* 75. *num.* 1. ibi, *Sequitur D. Molina, ex hoc dicens quod in hac licentia ab ascendente præstita descendenti vt possit ex eius legitima liberè testari, eoque pacto primogenium ex vniuerso patrimonio instituere, iuramentum interuenire debet cum effectu sit renunciatio hæreditatis viuentis, quæ absque iuramento non valet*, &c. & ibi, *Vbi facultas concessa libere testandi à filio patroni liberto, non liberat eum quin legitimam relinquat, ille enim consensus continet pactum de non succedendo, & ideo nisi confirmatur iuramento, non valet*, &c. Et ideo Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 49. hoc ipsum firmat, concludens in hac hæreditatis viuentis renunciatione debere interuenire iuramentum, itavt absque illo non valeat, & aduertit hæc omnia mente tenenda esse, quia frequenter in practica in opulentissimis hæreditatibus contingunt.

Hinc

27 Hinc etiam colligitur quòd cùm renunciatio hæreditatis futuræ filij à matre facta ab animo solius protestantis pendeat, bene sequitur quòd actus licentiæ, seu renunciationis postea præstitæ contrarius ipsi protestationi fuit nullus, Bart. & Doctores *in l. qui in aliena. §. Celsus, ff. de acquir. hered. & in l. non solum. §. morte, ff. de noui oper. nunciat.* Simon de Prettis *cons. 173. num. 6. lent. 2.* ibi, *Nam protestatio in actu dependente à voluntate solius protestantis contraria actui subsequenti, facit hunc actum contrarium nihil operari l. qui in aliena. §. fin. de acquir. hered. & ibi Bart. & Alex. & in d. l. pacta nouissima, & Bart. in d. l. si quis col. 3. nisi in actu subsequenti dicatur expresse velle recedere à prima protestatione. Ita in terminis d. l. si quis tenet, Bart. in l. non solum. §. morte col. 4. vers. & tunc quæro, de noui oper. nunciat. Gozadin. cons. 9. num. 26.* Bald. *cons. 165. vol. 2. num. 6. vbi quod protestatio præcedens in actu sequenti contraria facit vt subsequens actus nihil operetur. Ideo protestatio non tollitur, quia præsciens se cogendum ad euitandam iniuriam compulsionis fuit protestatus,* Surd. *cons. 356. num. 21.*

28 Nec requirebatur vt ille contra quem facta fuit protestatio, illius scientiam haberet, quia quando in protestatione inest metus propter scientiam aduersarij, non est necesse quod fiat notificatio, *l. de pupillo. §. is si Prætori, ff. de noui oper. nunciat. cap. si iustus metus, de appellat. l. fin. C. de his qui per met. iud. c. non appel.* resoluit Bald. *d. cons. 165. num. 6.* Menoch. *cons. 308. num. 23.* ibi, *Ita enim secretis his protestationibus consulere sibi solent, qui palam loqui & suam declarare voluntatem timent, sicuti scribunt Bart. in d. l. qui in aliena, & Socin. sen. in consil. 263. numero 8. lib. 2. respondit in filia, quæ patri suo non audet contradicere, vt scilicet clam protestetur,* &c.

29 Nec item requirebatur quòd reuocatio dictæ licentiæ postea subsequuta intimaretur filio, cui prædictam licentiam mater concesserat, vt in terminis reuocationis renunciationis, notat Surd. *cons. 136. num. 49.* ibi, *Secundo respondeo intimationem non fuisse necessariam, quia pœnitentia, & reuocatio renunciationis consistit in solo animo, & voluntate, & ideo voluntatis declaratio fieri potest parte absente. l. Pomponius. ff. de negot. gestis,* &c. vbi citat Alexand. Crauet. & alios.

30 Et omni difficultate caret quòd valida sit dictæ licentiæ reuocatio, nam in ea quæstione resoluenda an pater, qui dedit licentiam filio libere testandi possit prædictam licentiam reuocare? Gutier. *pract. lib. 5. quæst. 75. per tot.* ad vtramque partem plura adducit fundamenta, & tandem concludit in hæc verba. *Ego profectò hanc secundam opinionem veriorem esse iudico, ac proinde tenendam, eo nempe casu, quo filius virtute prædictæ licentiæ, & facultatis à patre sibi datæ in forma sufficienti; iam fuerit testatus in fauorem alterius, vel aliorum, tunc enim pater minime poterit illam licentiam, & facultatem reuocare in vita filij absque eius consensu, & à fortiori nec post mortem filij qui virtute illius licentiæ iam testatus fuit in præiudicium illorum, quibus iam erat ius quæsitum. At vero antequam filius ipse testetur, & sic re integra, crederem profectò reuocationem validam esse, ac proinde filium postea minime in præiudicium legitimæ patri debitæ per nostram l. Regiam testari posse,* &c.

Nec limitatio, quam adducit idem Gutier. *d. quæst. 75. num. 7.* nempe quòd renunciatio iurata ratione iuramenti & ob implementum ipsius, nec etiam re integra, reuocari potest, ibi, *nisi renunciatio prædicta præuenit esset iurata, tunc enim reuocari non poterit,* &c. præsenti casui accommodari potest, in quo licentia & iuramentum in ea appositum, erat contrarium præcedenti protestationi, & iuramento in ea insertο, & ideo nil mirum iuxta supradicta, si secundum iuramentum non possit operari nec liget contra iuramentum licitum antea factum; limitatio autem procedit quoties iuramentum oppositum in ipsa licentia ad testandum, seu in renunciatione legitimæ filij obligat, & obseruari debet, nempe in casu, in quo talis licentia cùm renunciatio confirmatur iuramento, in quibus terminis loquitur Gutier. *d. quæst. 75. num. 8.* vt videre est ibi, *Attamen cum id cesset in pacto negatiuo de non succedendo, bene iuramento confirmatur,* &c. 31

Secundò probatur dictam licentiam & renunciationem fuisse & esse inualidam ex eo, quia renuntians enormissime læsus fuit; nam text. *in d. cap. quamuis pactum, de pact. in 6.* non procedit quoties renuntians ex sua renunciatione, seu licentia iurata ad testandum enormiter læderetur. Ita in terminis Matth. de Afflictis *decis. 322. num. 8. cum seqq.* vbi refert ita fuisse votatum, & determinatum in consilio Neapolitano, Deci. *cons. 180. num. 2. & 3.* vbi dicit quòd sicut *in d. cap. quamuis pactum,* excipitur dolus, ita pariter quando quis enormiter læsus reperitur; & licet in casu de quo consuluit, tenuerit contrariam sententiam, se motum asserit quia renuntians non videbatur ita enormiter læsa, vt contrauenire posset. Idem Deci. *cons. 379. num. 15. tom. 2.* resoluit Hippolitam de qua ibi tanquam circumuentam propter enormem læsionem contrauenire posse non obstante renunciatione facta cum iuramento. Marian. Soccin. *cons. 53. num. 2. & 3. & cons. 48. num. 23. lib. 1.* vbi testatur non solum esse communem, sed ab ea non esse recedendum in iudicando, & consulendo, Curt. iun. *cons. 141. num. 8. tom. 1.* Petr. de Anchar. *cons. 38.* vbi concludit textum *in d. cap. quamuis pactum,* habere locum prout loquitur, nempe quando recepta fuit dos competens vsque ad legitimam in bonis patris, cui filia renunciauit, secus quando hæreditati patris, vel matris, ex quorum bonis legitimam non recepit, quia tunc cum sit enormiter læsa, reclamare potest. Gutier. *in Auth. Sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. num. 92* dum tenet enormissimam læsionem esse iustam causam rescindendi contractum iuramento firmatum, *& de iuram. confirm. p. 1. cap. 19. num. 3.* vbi post fundatam resolutionem quòd renunciatio hæreditatis filij facta per patrem, vel matrem cum iuramento, vel è contra valeat & subsistat ex vi iuramenti, ex *d. cap. quamuis pactum,* limitat eam, scilicet quando filius ex prædicta renunciatione iurata enormissime læderetur; optimè Cou. *in d. cap. quamuis pactum p. 2. §. 4. num. 8.* vbi post relatam vtriusque partis sententiam ita concludit. *Etiam maior, iuramento præstito, renunttians hæreditati acquisitæ, vel acquirendæ, aut contractum emptionis vel venditionis paciscens; si læsio grauissima admodum enormis, multoque maior quam vltra dimidiam contigerit, ex æquitate absoluendus est à iuramento vt agere valeat ad rescisionem contractus, vel ad læsionis compensationem.* 32

Hac conclusio conuenit priori opinioni, cuius modo mentionem fecimus, & plane traditur à Guillelm. Cassad. in d. decis. 1. idem notant Aym. cons. 7. num. 5. Paul. Paris. *cons. 75. lib. 3.* Corn. *cons. 27. col. 5. lib. 4. & cons. 133. col. pen. idem cons. 214. col. 3. & cons. 288. col. 9. lib. 3.* Hieron. Grat. *cons. 88. lib. 1.* Franc. à Ripa *lib. 3. respons. cap. 15. col. 3. quorum ea est concors ratio quod iurans non videatur in tantam læsionem consensisse, nec de ea pracogitasse, præsertim quia ita grauis læsio non potest absque vero dolo alterius contrahentis contingere, atque ita respondet Corn. sæpissimè se consuluisse; & Cassad. testatur frequenter in Prætorio Rotæ ita Romæ iudicatum fuisse*, &c. Eandem opinionem tuentur Surd. *cons. 395. num. 28.* ibi, *Hac verò dubio carent stante enormissima læsione D. Claudij, qui habito respectu ad integrum patrimonium, modico recepto renuntiauit opulenta hæreditati*, &c. Anton. Fab. *in suo Cod. lib. 5. tit. 6. de dotis promiss. definit. 7.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 97. num. 15.* Fontanel. *de pactis nuptialib. gloss. vnica p. 1. num. 16.*

In hac etiam materia non defuerunt, qui sub distinctione rem hanc componere voluerunt, videlicet inter donationem simplicem & absolutam in fauorem alicuius factam, & non respectu alicuius dati, seu remissi per illum cui renuntiatur, & donatur, quoniam tunc læsionem attendendam affir-
33 mant; & inter donationem, seu iurium remissionem factam per maiorem ex mera liberalitate, non respectu alicuius dati vel recepti, & tunc læsionem non esse attendendam dicunt. Ita glos. *in verb. contractibus in auth. Sacramenta puber. C. si aduersus vend.* Bart. *cons. 46. num. 6. vol. 2.* Aretin. *in l. qui superstites. ff. de acquir. hæred.* Barbat. *cons. 90. num. 2. lib. 1.* Anton. Gabr. *cons. 129. num. 29. vers. quartus casus*, Scip. Rouit. *cons. 44. num. 30. lib. 1.* Capic. *ad consuet. si moriatur p. 3. §. 10. num. 6. pag. 330.* Thesaur. *decis. 66. num. 1.* Cancer. *var. tom. 1. cap. 5. de renunciat. num. 226.* Castill. *lib. 3. controuers. cap. 2. num. 96.* Noguerol *alleg. 6. ex num. 56. vsque ad 51.* præcipuè quando in terminis primæ partis distinctionis fit donatio ex causa paupertatis, vt obseruat Cou. *in d. cap. quamuis pactum. §. 2. num. 6. in vers. etenim*, ibi, *Etenim si filiam diues admodum ex bonis maternis, aut aliunde hæreditati paternæ renuntiauerit, nulla dote recepta, & iuramento præstito, vt patris hæreditas diuidatur inter fratres pauperes, profectò pia est hæc renunciatio, nec aliquam iniquitatem habet, nec grauissimæ læsionis ratione rescindi potest, cum nulla verè in hac specie contigerit læsio*, &c. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 3. num. 30.* ibi, *In secunda specie quando scilicet nullo accepto nec retento, ea renunciatio facta fuerit à filiis maioribus consulto, & ex causa donationis eis, quibus aliunde alimenta supersint, nulla actio ei danda erit ad petendam ex enormissima læsione renunciationis rescissionem*, &c.

34 Ratio omnium supradictorum est, quia in renunciatione, quæ donationem importat non attenditur læsio, præcisiuè si donatio ex liberalitate procedat, Crauet. *cons. 160. num. 1. & cons. 162.* Curt. iun. *cons. 141. num. 14. & seq.* Mandel. Alba *cons. 81. num. 55. & seq.* Hieron. Gabr. *cons. 156. num. 17.* Cancer. *d. tit. de renunciat. cap. 15. num. 223. & 225.* Cabreros *de metu lib. 2. cap. 3. num. 29.* consistit enim donatio in mera liberalitate, ex *l. 1. ff. de donat.* & ideo dicitur quasi donida-
35 tio, ex *l. senatus 35. §. 1. ff. de donat. causa mort.* Mendoc. *de pactis lib. 1. quæst. 1. num. 6. in vers. tertio qui promittit*, Solorzan. *de iure Indiarum lib. 2. cap. 2. num. 43.* Mari. Cutel. *de donat. inspect. 6. num. 4. & tract. 2. insp. 10. num. 5.* Et maximè, prout in nostro casu, quando donationi à patre filio factæ fuisset appositum iuramentum, quia ea donatio statim valeret, ad quod plures refert Doctores Fontanel. *de pactis nupt. claus. 4. glos. 7. num. 57.*

Hanc resolutionem limitant, & bene aliqui, in 36
donatione ob causam, in quo habet locum remedium rescissorium ob enormē læsionem. Ita Crauet. *cons. 192. num. 1. cum seqq.* Curt. iun. *cons. 141. num. 4.* sed in casu præsenti non videbatur applicari attentis verbis enunciatiuis à matre prolatis in dicta renunciatione, ibi, *por las buenas obras y seruicios que del tengo recebidas*; quia videndum est an merita & seruitia æquiualeant valori talis renunciationis. Oldrad. *cons. 226.* 37
col. pen. Surd. *decis. 290. num. 4.* tum quia vbi 38
donatio fit personæ coniunctæ ob benemerita, non intelligitur donatio ob causam, sed simplex, quia merita generaliter enuntiata, videntur pro colore apposita. Oldrad. *cons. 5. incip. Titius dedit*, Caroc. *decis. 86. num. 19.* tum etiam, 39
quia donatum filio à patre, & vice versa propter benemerita & sanguinis affectionem præsumitur potius facta ex affectione, quàm ex causa meritorum, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 254. num. 17.* Fontanel. *d. claus. 4. glos. 1. num. 24.* tum denique quia seruitia præstita pa- 40
rentibus per filios debent esse obsequialia, & reuerentialia, non verò similia illis, quæ dominis præstant famuli & serui, *l. velut. ff. de iustit. & iure l. nullum pen. ff. de obseq. parent. præstan.* ibi, *nam pietatem liberi parentibus non operas debent*, Afflict. *decis. 308. num. 4.* Gutier. *de iurament. confirmat. part. cap. 5. num. 3. & 4.* vbi reprehendit Albericum, & Angel. contrarium tenentes.

Prædictam resolutionem declarant non pro- 41
cedere quando nulla adest læsio, quæ possit in considerationem venire, quia mater renuntians nullam habebat securitatem posse superuiuere filio, & in eius bona succedere, imò iure naturæ contrarium potius præsumendum erat, ex *l. nam etsi parentibus. ff. de inoff. test am.* ibi, *turbato ordine mortalitatis*, &c. immo & multo magis læsio excludebatur ex verosimili timore & suspicione, ac contingentia quod potuisset filius bona sua prius consummare, & de illis ad libitum disponere, antequam ad matrem deuenissent si illa superuiueret, Angel. *cons. 223. in fine num. 4. in vers. restat igitur*, Paul. de Castro *cons. 174. incip. contra col. 2. num. 3. in vers. Neque obstat*, Ioan. Anton. Rub. *cons. 12. num. 7. & 12.* Paul. Paris. *cons. 29. num. 81. cum seqq. lib. 3.* Crauet. *cons. 114. num. 13. cum seqq.* Socin. iun. *cons. 50. num. 3. cum seqq. lib. 2.* Burg. de Paz *cons. 5. num. 7.* Periculum enim mortis, & vita incerta excludunt læsionem enormissimam, & contractum legitimum efficiunt, vt in censu ad vitam resoluunt Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 388. num. 4.* Felician. *de censib. p. 2. lib. 2. cap. 1. num. 10.* Auendan. *eod. tract. cap. 34. num. 38.* Bonacin. *de contractib. disp. 3. quæst. 4. puncto vnic. n. 18. vers. serua tamen*, Noguerol *alleg. 19. num. 8.* Et in contractu assecurationis propter periculum, & incertitudinem, Molin. *d. tract. 2. disp. 507. n. 1. & 2.* Aluar. Valasc. *cons. 64. n. 1.* Quia ad probationem læsionis, regulariter loquendo, 42
debet

debet attendi tempus conuentionis, seu actus, qui geritur, ex *l. si voluntate C. de contrah. empt. c. cum dilecti, de empt.* Crauet. *cons.* 11. *num.* 17. *& cons.* 151. *num.* 7. Hippol. Rimin. *cons.* 97. *num.* 14. *lib.* 1. Sfort. *de restit. in integ. p.* 2. *q.* 57. *art.* 3. *num.* 18. Abb. *cons.* 56. *in fine lib.* 2. Afflict. *decis.* 316. nisi quando effectus seu executio negotij confertur in futurú, quia tunc non debet attendi tépus conuentionis, sed executionis, vt ex Panorm. Dec. Ias. & aliis resoluit Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. p.* 3. *c.* 2. *num.* 16. & magis in terminis Cephal. *cons.* 34. *tom.* 1. vbi *numer.* 18. sic ait. *Et hoc maximè verum est inspecto tempore mortis patris, quod magis est considerandum quàm tempus renunciationis, quæ prius effectum non sortitur, quàm hæreditas potuerit renunciantibus esse delata, vt pulchrè Ruin.* &c. Anton. Natt. *cons.* 548. *numer.* 36. *tom.* 3. ibi, *Respondetur quòd læsio vtrum interuenerit, consideratur tempus contractus, vbi contractus perficitur vnico momento, & non habet tractum successiuum; & ita loquitur d. l. si voluntate: secus vbi habet tractum successiuum, vel est explicandum aliquid de futuro, quia tunc intelligitur rebus sic stantibus, & succurritur etiam ex æquitate læso & grauato*, &c.

Salmantina lectionis.

Presbyteris licet in aliqua vniuersitate ius ciuile publicè legere. Et tales docentes, vel addiscentes fructus suarum præbendarum, non tamen distributiones in absentia causa studij percipere valent.

VOTVM LXXXVIII.

1 Cap. non magnopere 3. ne clerici vel monachi, *adducitur.*
2 Cap. super specula fin. ne clerici vel monachi *loquitur de Presbyteris secularibus.*
3 Cap. super specula, de priuileg. *allegatur*
4 l. culpa C. de malefic. & l. omnes C. de hæret. *citantur.*
5 *Indecentia an resultet ex eo quod Sacerdos cathedram iuris ciuilis moderatur.*
6 *Doctores referuntur qui tenent non licere Presbyteris ius ciuile publicè legere.*
7 *Leges audire prohibitum est clericis.*
8 *Doctorari potest Presbyter in iure ciuili sine priuilegio.*
9 *Abbas regularis potest doctorari in iure ciuili, & leges docere si eas studuit ante monachatum.*
10 Cap. non magnopere, & cap. fin. ne clerici vel mon. *loquuntur in audientibus, seu studentibus addiscendo.*
11 Cap. non magnopere, ne cleric. vel mon. *intellectus.*
12 *Monachis solum vetatur auditio publica legum, non autem prælectio.*
13 *Iuri ante clericatum operam dans post illum ad Doctoratum in eodem iure poterit promoueri.*
14 *Presbyteri docentes leges, vel Physicam etiam extra domum, nullam incurrunt censuram.*
15 *Legem vel Physicam docentes Presbyteri non comprehenduntur sub dispositione d. c. super specula, ne clerici, vel mon.*
16 *Presbyteris quamuis non liceat audire leges, licet tamen eas docere.*
17 *Excommunicationem non incurrunt Presbyteri leges vel Physicam etiam extra domum docentes.*
18 *Decisio* cap. non magnopere, & cap. super specula, ne clerici vel mon. *est pœnalis, & odiosa.*
19 Eugeniana Bulla *Salmantinæ Vniuersitati concessa refertur.*
20 *Permissum censetur quod non inuenitur prohibitum.*
21 Cap. non magnopere, ne clerici vel mon. *intellectus.*
22 l. Hispana 28. tit. 7. part. 1. *refertur.*
23 Cap. super specula fin. ne clerici vel mon. *intellectus.*
24 Cap. super specula, de priuileg. *declaratur.*
25 l. culpa C. de malef. & l. omnes C. de hæret. *intelliguntur.*
26 *Forenses disceptationes quæ dicantur?*
27 *Iulianus apostata ad quid studia litterarum prohibuerit?*
28 *Scholarum erectio ex qua causa?*
29 *Ecclesia Dei regitur & sustinetur litterarum scientiis.*
30 *Docentes & studentes in Theologica facultate integrè percipiunt fructus suarum Præbendarum.*
31 *Studiorum causa absentes Reip. causa abesse existimantur, proindeque pro præsentibus habentur.*
32 *Doctores referuntur asserentes docentes & addiscentes S. Scripturam percipere posse fructus suarum Præbendarum.*
33 *Bulla Eugeniana concessa Vniuersitati Salmantinæ extenditur ad quamlibet aliam Vniuersitatem approbatam.*
34 *Legentes, seu studentes iuri canonico, aut ciuili, fruuntur priuilegio de percipiendis fructibus suarum Præbendarum in absentia.*
35 *Facultati cuicunque licitæ & honestæ* etiam

etiam Philosophiæ & Logicæ operam dantes in vniuersitate Salmantina fruuntur Eugeniana.

36 *Docentes, seu studentes ad hoc vt causa studij in absentia fructus percipiant suarum Præbendarum debent esse in studio generali, seu celebri vniuersitate.*

37 *Studium generale quod dicatur.*

38 *Studium non sufficit quod non est vniuersitas, quamuis in eo optime & publice legatur.*

39 *Cathedratici an debeant docere conducti, & salariati vt in absentia suarum præbendarum fructus percipere valeant.*

40 *Parochi docentes causa studij in absentia fructus beneficiorum suorum percipiunt.*

41 *Parochis post Concilium Trid. non datur studendi licentia.*

42 *Parochus ciuitatis potest ibi in publica Vniuersitate S. Scripturam legere.*

43 *Docentes in absentia fructus suarum Præbendarum in absentia percipiunt, quamuis Præbendæ sitæ sint in Cathedrali eiusdem ciuitatis.*

44 *Canonici plures causa studij fructus suarum Præbendarum in absentia percipiunt, dummodo id status Ecclesiæ patiatur.*

45 *Docentes nullam habent temporis determinationem ad percipiendos fructus suorum beneficiorum in absentia, secus in studentibus.*

46 *Licentia Episcopi non requiritur in docentibus ad hoc vt priuilegio de percipiendis fructibus in absentia gaudeant, secus in studentibus.*

47 *Distributiones quotidianas non percipiunt absentes causa studiorum nisi consisterent in tota grossa, & massa communi, vt num. 48.*

IN gratiam docentium & studentium ius Canonicum & Ciuile fui non semel interrogatus de duobus dubiis multum curiosis Primò, an Presbyteris liceat ius Ciuile publicè legere, & interpretari? Secundò an docentes, vel studentes Theologiæ, Iuri Canonico, vel Ciuili semper & omni tempore fructus suorum beneficiorum in absentia percipere valeant?

DVBIVM I.

An Presbyteris liceat ius Ciuile publicè legere, & interpretari?

1 PRo parte negatiua primò adducitur tex. *in cap. non magnopere 3. ne clerici vel monachi*, in illis verbis, ibi, *Statuimus vt nulli omnino post votum Religionis & post factam in aliquo loco religiosæ professionem ad physicam, leges sue mundanas legendas permittantur exire, &c.*

2 Secundò allegatur tex. *in cap. super specula fin. eod. tit. ne clerici, vel monachi*, quo loci prohibitio citat *cap. non magnopere*, quæ tantum loquitur de Religiosis, extenditur ad Presbyteros seculares, & ad alios clericos dignitates, vel personatus habentes; & licèt hic tex. *in d. c. super specula*, loquatur de audientibus leges, vel Physicam, cùm tamen inferiùs agat de studentibus, ibi, *In quorum diœcesibus huiusmodi student*, negari non potest verbũ hoc esse commune etiam docentibus, iuxta Senecæ dictum *epist. 7. Mutuo hæc duo fiunt, doctores dum docent discunt.* Ad quod respexit versiculus ille, quem refert Rebuff. *de priuil. scholast. priuil. 51. num. 136.*

Discere si quæris doceas, sic ipse doceris.

Tertiò ponderatur tex. *in cap. super specula, de priuileg.* ibi, *Ne Parisius, vel in ciuitatibus, seu aliis locis vicinis quisquam docere, vel audire ius ciuile præsumat*, &c. ex quo colligunt nonnulli esse prohibitum in ordine Presbyterali & ecclesiastica dignitate constitutis non solùm audire, sed etiam publicè interpretari ius ciuile legendo. 3

Quartò ad idem allegantur tex. *in l. culpa C. de malefic. & mathem.* ibi, *Culpa similis est tam prohibita discere quàm docere*, &c. & *in l. omnes C. de hæret.* ibi, *vel docere, vel discere.* 4

Quintò pro eadem opinione negatiua aliquæ rationes decidendi in dictis iuribus considerãtur, & in primis ex *d. cap. non magnopere*, ibi, *ne occasione scientiæ spirituales viri mundanis rursus actionibus inuoluantur*, &c. iuncta D. Pauli auctoritate. *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Deinde ex *d. cap. super specula* ibi, *Quia Theologiæ studium cupimus ampliari*, &c. Denique ex indecentia quæ resultat ex eo quòd Sacerdos Cathedram iuris ciuilis moderetur, & leges doceat, argum. *l. repetita C. de Episcop. & cleric.* & *l. consulta diualia. C. de testament.* ibi, *Absurdum clericis est, immo etiam opprobriosum si peritos se vellent ostendere disceptationum esse forensium*, &c. 5

Ex quibus, & aliis hanc partem negatiuam sustinent, vel sustinere videntur Host. *in d. cap. magnopere*, Ioan. Monach. *in cap. 1. num. 5. ne clerici vel monachi lib. 6.* ibi, *Et sic Monachus non potest intra ciuilia audire, ita neque docere. C. de malef. & mathem. l. culpa.* Archidiacon. *in cap. non dicatis 12. q. 1. num. 1.* Ioan. Andr. *in lectura ad d. cap. super specula*, Siluest. *in sum. verb. excommunicatio 9. num. 26.* Maiol. *de irreg. lib. 2. cap. 1. num. 13. vers. physicam*, Rebuff. *in tract. nominat. q. 5. num. 18. cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu 425. num. 33.* Quintil. Mandos. *in praxi tit. licentia audiendi leges & Physicam vers. idem Honorius*, vbi resoluit quòd Monachi professi, & Presbyteri, & alij suprà nominati leges audire prohibentur, illasque aliis publice legere, & declarare, & *in vers. necessariò*, refert Apostolicam dispensationem esse necessariam vt legere possit. Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. M. concl. 319. vers. limita quia.* 6

Verùm his non obstantibus contraria opinio affirmatiua, quòd scilicet liceat Presbyteris ius ciuile publicè legere, verior & receptior est à pluribus non contemnendæ auctoritatis Doctoribus, qui in duas classes diuiduntur, primam eorum, qui dixerunt solum esse prohibitum audire leges, sic intelligentes textus, quos suprà citaui. Aliam eorum qui expressè & in indiuiduo resoluunt licitum Presbyteris esse ius ciuile publicè interpretari. Ex numero illorum, qui primam classem occupant, sunt glos. *in d. c. non magnopere notab.* vbi ex illo textu colligit auditum tantùm prohiberi, & nihil de prohibitione doctrinæ adiicit. De auditu etiam tantummodo summauit Host. *in princ.* ibi sic dicens. *Prohibetur ne Religiosi leges, vel Physicam audiant.* Sequuntur per eadem ferè verba loquentes Ioan. Andr. Henric. Boich *Collectar.* Card. Zabarel. Anchar. Anton. de Butrio, 7

Abb.

Abb. Panorm. & Boët. Eponfrisius. Idem probant glos. & omnes *in d. cap. super specula, fin.* vbi de auditu tantùm acceperunt, & summarunt illum textum, glos. *etiam in d. cap. 1. notab. 1. eod. tit. lib. 6.* vbi Ioan. Monach. Franchus, Anchar. & Domin. Idem etiam probant Host. *in sum. tit. ne clerici vel monachi num. 11. vers. & religiosi, & tit. de sentent. excom. §. quis possit excõmunicare vers. 22. & 23.* idem Archid. *in c. 2. ne clerici vel monach. lib. 6. verb. dimisso*, Greg. Lop. & Montaluus *l. 28. tit. 7. part. 1. & in l. 2. tit. 9. part. 1. vers. la onzena*, Gambara *de officio, & potestate legati de latere lib. 2. tit. de variis ordinary nominibus num. 282. cum seqq.* Selu. *de benefic. 3. p. q. 5. fol. mihi* 194. Ludou. Gom. *ad reg. de non tollendo iure quaesito q. 3. in fine*, Bernard. Diaz *in praxi c. 59.* Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico. lib. 2. cap. 35.* Marol. *de irregul. lib. 3. c. 5. num.* 8. Petr. Greg. *symag. iuris p. 2. c. 7. n. fin. & c. 9. in fine, & de partit. iuris canon. lib. 4. tit. 8. c. 10. n. 3.* Zerol. *in prax. Episcop. p. 1. verb. studium. §. ad 5. el 1. vers. primum dubium*, Marta *de iurisdict. p. 4. cent. 2. casu 168. num. 2* Ex Theologis S. Antonin. *in sum. tom. 3. tit. 24. c. 52.* Siluest. *in sum. verb. irregularitas vers. 22.* Armil. etiam *in sum. verbo excommunicatio 48.* Caietan. etiam *in sum. verb. excommunicatio c. 50.* Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiae lib. 2. c. 69. col. 22. fol. mihi* 199. Pedraca *in sum. tit. excommunicationes Papales vers. contra Religiosos pag.* 142. Fr. Ludou. Lopez *in instructorio conscientiae tit. de clauibus Ecclesiae c. 20. de excommunicationibus nulli reseruatis pag.* 944. Viuald. *in candelabro aureo tract. de excommunicat. num. 132. vers. 6.* Lael. Zechi. *de republ. ecclesi. tit. de clericis vers. 3. num. 88. pag. mihi 466. & tit. de relig. ingred. cap. 4. vers. hi verò à multis cauere debent pag.* 605. Crispet. *in sum. ecclesi. discipl. verb. monachus interdicitur pag.* 627. Fr. Emman. Roder. *qq. regul. tom. 3. q. 67. art. 3.*

Alij item qui secundam conficiunt classem, & expressè tenent licere Presbyteris leges publicè docere, sunt qui sequuntur.

8 Ioan. Andr. *ad reg. cum quid vna via, de regul. iuris in 6.* post longam disputationem, & responsionem ad omnia argumenta concludit circa fin. *Doctrina legum non est prohibita, & quod sic de iure communi etiam sine priuilegio posset Presbyter doctori, & docere; nec esse simile quod dicitur de patrocinãdo in iure ciuili, quia illud specialiter & expressè inuenitur prohibitum, docere verò ius ciuile minimè.*

9 Gaspar Calderin. *cons. 2. de magistr.* inter consilia Ioannis Calderini, vbi consuluit Abbatem Regularem posse doctorari in iure ciuili, & leges docere, si eas studuit ante monachatum, & ait non obstare opinionem eorum, qui dicunt Religiosos non posse etiam priuatim incumbere studio iuris ciuilis, quia illud procedit in eo, qui de nouo incipit studere, non in eo qui studuit ante Monachatum, & post Monachatum, & dignitatem Abbatialem, & vult licentiari, & doctorari in iure ciuili.

Angel. de Clauisio *in sum. verbo excommunicatio, 5. casu 7. num. 4.*

10 Abbas Panorm. *in d. cap. super specula ex num. 16.* & tandem post longam disputationem ita concludit. *Concludo quod cap. non magnopere, & istud solum loquuntur in audientibus, seu studentibus addiscendo, & isti sunt, qui incurrunt poenas praedictas; legentes autem, id est, docentes non puto incurrere has poenas, nec etiam illos, qui non student, vt addiscant, quia verba illis non conueniunt, & à verbis constitutionis poenalis non est recedendum*, &c. Et licèt illum loqui de legentibus in Camera aliqui existimauerint, nihilominus ferè omnes, qui eum allegant, inter quos expressè Syluest. *d. verb. excommunicatio 9. num. 26.* illum intelligunt loqui de legentibus publicè.

Boet Eponfrifius *lib. 5. quaestionum heroicarum iuris Canonici in comment. ad tit. ne clerici vel mon. ad lectionem d. cap. non magnopere num. 17* hoc idem resoluit & intelligit his verbis. *Ait Pontifex, ad legendas leges, & paulo post. Legis siue mundanas legendas. Legendas, id est, audiendas. Auditores enim quoque legunt, & relegunt audita. Sic prater interpretes alios hac Alexander III. verba boni Pontifices interpretantur, Honorius III. videlicet, & Bonifacius VIII. vbi pro legere (quod hic ponitur obscurius) ipsi ponunt audire. Seruiunt hac ad varias quaestiunculas de monacho, vel alio clerico studere ciuilibus legibus prohibito dissoluendas, vt exempli gratia, qui non audiat quidem profitentes Doctores, ac per sese studeat, ac leges ciuiles legat, relegatque, tametsi pro studio suo principali sit ne videlicet ob tale studium censendus anathemate per huius cap. decisionem percussus: quia cùm constitutiones poenales restrictam recipiant interpretationem, nec ab ipsis earundem verbis, & quidem syllabis recedendum sit, itaut proprium casum non excedant, quantumlibet fortè ratio videretur eadem, proprius est, vt hac excommunicatio talem non tangat: quemadmodum nec illos tangit Monachos, vel clericos, qui leges ciuiles vel priuatim, vel etiam publicè docere aggrederentur*, &c. Et licèt paulo infrà videatur insinuare peccare tales legentes, & egere in dubio absolutione ad cautelam, quia in dubio id sequi debemus, quod animarum saluti magis expedit, nihilominus cum non adsit legis alicuius praeceptum, cuius transgressio inducat peccatum, securè tenendum nullum in hoc casu reperiri; quia peccatum nihil aliud est quam leges transgressio iuxta definitionem peccati, de qua per *glos. fin. in c. ille Rex, de poenit. dist. 3.* S. Thom. & alij *1. 2. q. 71. art. 6.* & ideo peccatum non cognoscitur nisi per legem, iuxta illud D. Pauli. *Peccatum non cognoui nisi per legem.* facit *cap. qui peccat 23. q. 4.* & quae notant omnes *in cap. nam concupiscentiam, de constitut.* 11

12 Nauarrus vir pius & doctus *in man. c. 27. n. 116.* vbi quòd nemo ex contentis *in d. c. super specula* incurrit poenam illius textus, eo quod doceat ius ciuile, etiam extra domum suam, iuxta Innocent. & Panorm. quicquid dicat Siluest. *& in cap. non dicatis num. 2. vers. tertio dico*, vbi insurgens contra Rebuffum, tenet iure verius esse contrarium eius quod Rebuffus ait, nempe quia sola auditio publica, & studium audientium publicè vetatur monachis, sed non auditio priuata, nec praelectio, seu, vt ita dicam, doctio publica, vt efficaciter probat Panorm. *in d. cap. super specula* per contextum illius adiuncto contextu cap. *non magnopere*, quod solide confirmatur per praedictam determinationem Calderini *cons. 2. de magist.* &c. Et *cons. 1. ne clerici vel mon.* ait quòd Presbyter etiam sine alicuius licentia & incursione poenae potest doctorari in iure ciuili, & *cons. 5. num. 2. eod. tit.* dicit quòd non vetatur praelectio legum ciuilium etiam constitutis in dignitate, sed tantum auditio; & quòd legens non debet timere incursionem irregularitatis, eo quod praelegat materias criminales, quia illa non incurritur propter praelectionem legum criminalium, nec propter commentarios super illis compositos, & *num. 3.* asserit quòd non est necessaria ad hoc dispensatio, & quòd potius consuleret ei, qui dispensationem petiuit, vt citius eam eiiceret à domo, & non haberet in arca, quia ad nihilum prodesset, & veniens in manus alicuius parum eruditi posset nocumentum afferre.

13 Salzedo *in addit. ad Bernard. in pract. c. 59. in vers. illud tenet*, tradit quòd is, qui ante clericatum iuri ciuili operam dedit, post clericatum ad Doctoratum in eodem iure poterit promoueri, & similiter reprehendit Rebuffum, qui de contrario curiæ stylo testatur: & rursus *in vers. fin.* ait quòd *in d. cap. super specula*, tantùm legum auditio clerico prohibetur, non tamen ipsarum prælectio, vt egregie post Innoc. scribit Nauar. quem ibi refert & sequitur.

14 Iacobus de Graffiis *in aureis decisionibus casuum conscientiæ lib. 4. cap. 21. num. 3.* de eodem agens sic concludit. *Non tamen incurrunt si docent leges, vel Physicam etiam extra domum suam*, &c.

Card. Toletus (de cuius eruditione non solum Vrbs, sed totus Orbis testimonium reddit, teste Philiarcho *de offic. Sacerdot. tom. 1. lib. 3. cap. 30.*) *in sum. lib. 1. cap. 37. num. 4* tenet non comprehendere docentes dictas scientias.

16 Stephanus de Auila *de censur. p. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 10. vers. si opponas*, vbi referens & sequens Panormitanum ait quòd quamuis non liceat Presbyteris audire leges, licet tamen eas docere.

17 Vega *in sum. Hispana tom. 1. cap. 85. verbo descomunion caso 179.* ibi, *lo quartos vltimo que se ha de notares qui ninguno destos incurre por enseñarla aunque sea fuera de su casa, segun Inocencio y Panormitano, à vn que Siluestro diga lo contrario.*

18 Franciscus Suarez vir vsque ad miraculum doctus, *tom. 5. de censuris disp. 23. sect. 3. ex num. 17.* cum in hoc Panorm & Nauar. tenet quòd docentes non comprehenduntur, & quòd verbum legendi, de quo suprà, intelligendum est vt non sit idem quod docere, sed quod studere huiusmodi doctrinis, & *num. 18.* tradit quod ita declaratum est à sequentibus Pontificibus, & quod decisio *d. cap. super specula, & d. cap. non magnopere* est pœnalis & odiosa, nec valet in ea argumentum ob similitudinem rationis, & quod est maxima disparitas in exitu ad docendum has disciplinas, quia tarissimus est, & vix moraliter contingit, & ideo de illo non oportuit legem condere.

19 Denique iuuat Bulla Eugeniana Salmantinæ Vniuersitati concessa, quam refert Nicol. Garc. *de benef. cap. 2. num. 58.* quatenus loquitur de studentibus & legentibus, vt videre est; ibi, *In quacunque facultate licita & honesta per octo menses continuos, vel interpellatim legendo, aut aliàs huiusmodi litterarum studio insistendo fructus, redditus, & prouentus omnium & singulorum suorum beneficiorum ecclesiasticorum, quæ ad præsens obtinent, & in posterum obtinebunt, etiamsi Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates, Personatus, perpetuæ administrationes etiam maiores post Pontificales cum cura, & sine cura, &c. cum ea integritate (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis) libere percipere valeant*, &c. Dum ergo legentibus in dicta Vniuersitate concedit priuilegium percipiendi fructus suorum beneficiorum in absentia, videtur præsupponere tales Beneficiarios & Præbendatos posse in ea legere, aliàs dictum priuilegium ad nihil deseruiret. Facit etiam pro hac parte text. in simili *cap. 2. de priuileg. lib. 6.* vbi Bonifacius VIII. constituit vt in Romana Curia haberetur studium iuris canonici, & ciuilis, & quod ibi studentes in altero eorum lucrarentur fructus quoruncunque beneficiorum.

20 Tantò magis, quia nullibi in iure reperitur prohibitum Presbyteris publicè ius ciuile legere, vt ex responsionibus infrà adducendis ad iura suprà pro contraria parte negatiua adducta patebit, & sic intrat vulgaris regula & notum iuris axioma quòd permissum censetur quod non inuenitur prohibitum, *l. necnon, vers. quæ clausula, ff. ex quibus caus. maior. l. mutus. §. cum quæritur, ff. de procurat. l. 1. §. fin. ff. de testib.* cum citatis per me *Axiom. 178. n. 1. & Axiom. 193. num. 7.* Quia quod non est Sanctorum Patrum decreto sancitum, non est superstitiosis adinuentionibus præsumendum. *cap. consuluisti 2. q. 5.* Surd. *cons. 173. num. 71. & cons. 222. num. 5* Ego *d. Axiom. 178. num. 2.* Et quod Canones non definierunt, nec à nobis definiendum est. *cap. quod si dormierit 31. q. 1.* Et quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. dissentientis C. de repud. l. illam. C. de collat. auth. de non eligendis secundo nubentib. §. optimum itaque, collat. 1.* Et sic intelligitur id quod vulgo dici solet, *Erubescimus cùm sine lege loquimur. Auth. de triente & semisse. §. considerемus collat. 3.* cum pluribus per me citatis *Axiom. 83. num. 1.* Et valet argumentum, non est ita, quia iure cautum non reperitur, *cap. illa, ne Sede vac. cap. Romana, de suppl. negl. Prælat. lib. 6.* tex optimus, vbi notat glos. *in Extrauag. antiqua, de voto, Ioannis XXII.* Et ideo temere & superbè præsumit, qui sine lege præsumit, glos. *verb. præsumptiuè in Auth. de nuptiis. §. sic itaque*, & glos. *verb. præsumant in cap. Iudæi, de testib.* vbi latè Felin alia glos. *verb. non inuenitur, in fin. in cap. inter corporalia per tex.* ibi, *in cap. nam concupiscentia, de constitut.* ibi, *Nesciebam esse peccatum nisi lex diceret.* Ratio desumitur ex *l. statuas C. de religios. & sumpt. funer.* ibi, *cum iure suo eorum, quæ minus prohibita sunt vnicuique facultas non denegetur*, &c. Et ex iuris præsumptione quod quilibet actus in dubio præsumitur permissus, de qua latè Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 16 per tot.*

Qua quidem affirmatiua opinione retenta non obstat tex. *in d. cap. non magnopere, suprà* citatus *n. 1.* 21
quia respõdetur in eo Religiosis minimè prohiberi tanquam magistris leges interpretari, docendo illas alios secretè, aut publicè, sed solum vetari illis vti discipulis legere, studendo, vel discendo de nouo leges; vt patet ex eodem textu dum ait Religiosos, de quibus ibi è monasteriis eggressos fuisse ad legendas leges, & confectiones Physicales ponderandas sub obtentu languentium fratrum consulendi corporibus, & ecclesiastica negotia Fidelibus pertractandi; & deinde rationem prohibitionis huiusmodi præstat, dicens, *ne occasione scientiæ spirituales viri*, &c. Cui intelligendi modo non contradicit verbum, *legendas*, quia respondent omnes ferè secundæ classis pro hac parte citati, in dicto *cap. non magnopere* ex mente & verbis ipsius, particulam lectionis accipi pro lectione discipuli, vna magistri, prout in multis aliis iuribus, *cap. 1. de elect. cap. cùm ex eo, eod. tit. in 6, cap. fin. 36. dist. cap. fin. de ætate, & qual. cap. post translationem, de renunciat.* vt dicit in terminis Ioan. Andr. *ad reg. cùm quid vna via num. 8. in mercurialib.* quem refert & sequitur Abb. *in d. cap. super specula num. 16.* Et sic concludens dico quòd *d. cap. non magnopere*, minimè loquitur de legentibus, sed de addiscentibus, quia ponitur ibi, *legere* largo modo, omnis enim qui studet, vt proficiat, legit.

Et quatenus difficultatem haberet ea expositio 22
ad illud verbum, *legendas*, cessaret vtique ex declarationibus deinde factis per Romanos Pontifices deinceps succedentes, & præcipuè per Honorium III. *in d. cap. super specula, fin. eod. tit. ne clerici, vel monachi*, vbi verba referens *dicti cap. non magnopere*, loco verbi *legendas*, semel & iterum vsus fuit verb. *audiendas*; similiter per Bonifacium VIII. *in c. 1. eod. tit. lib. 6.* vbi referens decisionem Honorij *in d. c. fin.* eodem *verb. audiendas* vsus est, & eodem modo idem Pontifex *in cap. vt periculosa 2. eod. tit.* ibi, *Religiosos leges, vel Physicam audientes*, &c. Ad quod respexit

respexit *l. Hisp. 28. tit. 7. p. 1.* quæ vt nullus dubitandi locus hac de re deinceps remaneret, quando dispositionem *d. cap. non magnopere*, in vulgarem sermonem Hispanicum vertit, non vtitur de la palabra *leer*, ni de la palabra *oyr*, si no muchas veces de la palabra *aprender*. ibi, *Physica ni Leyes no tuuo por bien santa Eglesia que aprehendiesse ningun home de Religion*, &c. & ibi, *los vnos que iuan a aprender phisica, porque pudiessen mantener los Frayles en salud y guarecerlos quando enfermassen en sus monasterios, e los otros las leyes porque pudiessen amparar las cosas de sus mismos lugares*, &c. & ibi, *Que no aprendan ninguno destos saberes, e si les demandassen licencia para yr aprender*, &c. & ibi *con atencion de aprenderlo*, &c. & ibi, *fuere a estudiar*, &c. Et quicquid sit *d. cap. non magnopere* agit de Religiosis, & nullum quidem verbum de clericis secularibus, & sic in hac materia prohibitiua appellatione Religiosorum non comprehenduntur clerici seculares. Ego *appellat. 233. num. 2.*

23 Nec obstat tex. secundo loco allegatus *suprà n. 2. in d. cap. super specula fin. eod. tit. ne clerici vel monachi*, quia respondetur per illum, si rectè inspiciatur, non prohibere clericis secularibus tanquam Magistris legere, & alios docere priuatim, aut publicè ius ciuile, sed solum prohiberi eis tanquam discipulis illud audire, & addiscere; vtendo verbo *audire* quod propriè ad discipulum refertur. Et vt bene aduertit Ioan. Andr. *ad d. reg. cùm quid vna via n. 14.* Concilium Turonen. *in d. cap. non magnopere*, cùm de Monacho loquitur vtitur verbo lectionis, & Decretalis *super specula*, quæ loquitur de clericis secularibus, illud verbum non ponit, sed vtitur verbo auditus, vt ita tolleret quoad clericos omnem difficultatem, quæ oriebatur per verbum *legere* in alio textu appositum quoad Religiosos; diuersa enim sunt inter se legere, audire, & docere, quod tripliciter probat Ioan. Andr. *d. loco num. 9.* Primò ex diuersitate nominum arg. *l. si idem C. de codicil.* Secundò, quia diuersis membris actus illi conueniunt, quod per se patet, vt *1. ad Corinth. cap. 12. & cap. singula 89. dist.* Tertiò, quia iura ponunt hæc pro diuersis, vt colligitur ex *proœm. Decretalium, & libri Sexti, & ex cap. 1. de locato, & d. cap. super specula, de priuileg.* ibi, *discere, vel docere, l. secunda culpa. C. de malefic. l. omnis. C. de haret.* cum similibus. Cui intellectui non obest verbum *student*, de quo *in d. cap. super specula fin.* quia licèt Host. ibi ex eo colligat in eo textu, quantum ad verba, damnari non solum studium, sed & lectionem, & auditum, quia verbum *studere* commune videtur magistris, & discipulis; nihilominus decipitur Host. quia verbum *studere*, & *studium*, magis propriè in iure applicatur discipulo in quantum distinguitur à Magistro, cui potius conuenit nomen Doctoris, & docentis, vt probat Ioan. Andr. *vbi suprà num. 13.* per tex. *in d. cap. super specula, de magistr. cap. ex studiis, de præsumpt.* & dubitari non potest quod *in d. cap. fin.* verbum, *student*, accipiatur pro discipulis audientibus, quia ad eosdem retulit illud verbum, de quibus prius dixerat exisse de claustris ad audiendas leges, vt ponderauit idem Ioan. Andr. *vbi suprà*, & post eum Panorm. *in d. cap. super specula*, vbi reprobat quoad hoc Hostiens. & conformiter ad supradicta ait poni pro ipsis studentibus, scilicet addiscentibus: nam studium magis conuenit addiscentibus, quàm docentibus: studere enim est valde cupere, sic litterarum studia dicta sunt à cupiditate lectionum, vt notat Archid. *in cap. in nona 16. quæst. 7.* Vnde quod priùs hîc dixerat de audientibus, postea subiicit de studentibus, quasi audientes sint studentes; sic insinuat *l. 2. tit. 9. part. 1.* quæ cùm referat casus, in quibus quis incidit in excommunicationem à iure Canonico impositam, ita ait. *La onzena* (scilicet *escomunion*) *et si algun monge o Canonico reglar o clerigo que sea de Missa, o otro que aya dignidad, o personaje fue a Escuelas para estudiar en Physica o en Leyes*, &c.

Minus obstat tex. tertio loco citatus *suprà num. 3. in d. c. super specula, de priuileg.* respondetur illud non esse constitutionem generalem, sed solum continere prohibitionem specialem circa ciuitatem Parisiensem & alias vicinas, in quibus Pontifex absolutè prohibuit ne quisquam docere, audireve ius ciuile præsumeret; cùm ergo sit constitutio, & prohibitio localis, extra eius limites egredi non potest; nec est nouū inter Decretales aliquas esse speciales, vt indicat gloss. *verb. iudiciis*, & ibi scribentes *in proœmio Decretal.* & nonnullas locales, vt *in cap. 1. & ibi* Abb. *num. 10. de locato*, notat D. Barbos. *in l. 1. part. 7. num. 52. ff. soluto matr. & in cap. olim, de cleric. coniug.* vt notant omnes *ibi.* Ratio verò specialitatis *in d. cap. super specula*, ea fuit, vt pleniùs sacræ Paginæ insisteretur, nam cùm de anno 1127. vt scripserunt Balduin. *in proœm. instit. in prolegomen. de iure ciuili §. cùm verò, cum seqq.* & Posseuin. *in sua bibliotheca sacra tom. 2. lib. 13. de iuris prudentia cap. 17.* & alij, qui de historia iuris scripserunt, in Italia iuris ciuilis libros iam penè obliti apparerēt in lucem, qui propter Lōgobardorum bella in desuetudinem abierant, & quasi in totum dependi cœperant, exinde publicari, & in scholis legi cœperunt. Et sic Imperatores Lotharius & Fredericus primus & secūdus, ac alij, abrogato Longobardorum iure, statuerunt, vt ius ciuile seruaretur, & publicè in scholis doceretur, & addisceretur; & ab eo tempore fuit in magno pretio habita Iurisprudentia, propter quam cùm intelligeret Pōtifex in studio Parisiensi sacræ Theologiæ studium posse minus frequentari, concurrentibus omnibus ad ius ciuile addiscendum, vel docendum, ideo meritò Pontifex idem dictam prohibitione fecit comprehendērem vniuersaliter tam Ecclesiasticas, quàm seculares personas, nam, vt aduertit *ibi* Abb. antè *num. 1.* benè hoc potuit facere Papa fauore sacræ Scientiæ, habet enim occasionaliter iurisdictionem in laicos. 24

Et multo minus obstat text. quarto loco allegatus *in d. l. culpa C. de malefic. & in d. l. omnes C. de haret.* quia respōdetur eos loqui in reprobatis & prohibitis scientiis, qualis est magia, de qua *in d. l. culpa*, & hæreses, de quibus *in d. l. omnes.* Scientia verò legalis laudata ab omnibus, & approbata est, *l. 1. ff. de iustit. & iure, l. 1. ff. de var. & extraord. cognit.* ibi, *Est quidem res sanctissima ciuilis scientia, d. cap. super specula, de priuileg. cap. 1. & 2. de noui operis nunciat.* cum pluribus aliis abductis à Rebuff. *in tract. nominat. q. 5. ex num. 14.* 25

Vltimò nihil obstant rationes decidendi, quas quinto loco suprà adduxi *num. 5.* nam ad primam desumptam ex *d. cap. non magnopere* in illis verbis ibi, *Ne occasione scientiæ, spirituales viri mundanis rursus actionibus inuoluantur*, respondet Abb. *in d. cap. super specula num. 16.* quòd procedit in eo, qui de nouo vadit ad discendum, nam iste id facit vt rursus inuoluatur actionibus secularibus, sed ille, qui prius scientiam iam didicitam docet, non inuoluitur de nouo, sed communicat aliis scientiam in se bonam & necessariam ad regimen Orbis terrarum. Ad auctoritatem *D. Pauli* & ad alia ibi adducta respondetur tam clericos, quàm Monachos non debere 26

re se immiscere negotiis secularibus; sed respectu clericorum quædam talia nō dici, quæ quoad Monachos secundùm regulæ districtionem illis prohibentur, *cap. alia 16.q.1.cap.nunquam de manu,de consecrat.dist.5.* ibi, *Ecce illi* (scilicet Presbyteri seculares) *fruuntur suis rebus, ministrant Ecclesiis, adeunt balneus,vnguenta non spernunt,& in omnium flore versantur. Ad quod & ante respondi, & nunc breuiter respondeo me in præsenti non de clericis disputare,sed monachum instituere,*&c. Et ad rationem, quæ colligitur ex *d.c.super specula*,ibi, *quia Theologiæ studium cupimus ampliari,* &c. respondetur cum Panormit. ibi *num.* 16. aliud esse in audiente, qui est in actu discendi,qui potest ad arbitrium suum eligere studium scientiæ quam maluerit, & aliud in docente, qui docere tenetur scientiam quam didicit, in quo non potest considerari Theologicæ facultatis detractio, eo maximè, quia vt dicit Suar. *tom.5. de censur. sect. 23. disp.3. num.*18.*in fine*, exitus ad docendum has disciplinas rarissimus est, & vix moraliter contingit, & ideo non oportuit de illo specialem legem condere, quia ad ea, quæ frequentius accidunt, potius iura adaptantur, *l. nam ad ea. ff. de legib.* Denique ad indecentiam consideratam respondet glos. *verb. si peritos, in d. l. repetita C. de Episcop.& cleric.* ibi, *vt clerici prohibita non faciant, permissa autem à lege faciunt, vt suprà eodem,l. placet, & ideo scire leges debent;vt infrà de legibus,& constit. l. leges.* Et ad verba relata *d.l. consulta diualia*, ibi, *forensium disceptationum*, respondemus esse intelligenda de ministerio iudicandi inter laicos, & super rebus temporalibus iuxta propriam verbi significationem, de qua *in cap. forus, de verb. signif.* & de ministerio aduocandi, quia Aduocati disceptant in foro *l. quisquis*,cum aliis. *C. de postul. l. 1. l. aduocati C. de aduoc. diuers. iudicior.* & ad hæc duo disceptationum genera referunt sacri Canones indecentiam prædictam, *cap. sed neque procurationes.* ibi, *procurationes villarum,aut iurisdictiones seculares sub aliquibus Principibus secularibus viris, vt neque iustitiarius eorum fiat, cap. clericis.* ibi, *Neque Sacerdos officium habeat Vicecomitis,aut præpositi secularis, cap.*1. ibi, *in placitis secularibus postulare, ne clerici, vel mon. cap.*1. ibi,*coram seculari iudice Aduocati in negotiis secularibus fieri non præsumant, cap. Sacerdotis, de postulando.*

DVBIVM II.

An & quando docentes, vel studentes Theologiæ, iuri Canonico, vel ciuili fructus suorum beneficiorum in absentia percipere valeant?

27 Litterarum studia, tam in addiscentibus, quàm in docentibus ad vtilitatem publicam, & Catholicæ Fidei defensionem & incrementum, sanæque doctrinæ conseruationem instituta fuisse non est qui ignoret, & vt frustratentur commoda quamplurima ex talibus studiis prouenientia Iulianus ille Imperator apostata edictum publicum promulgari fecit, quo prohibuit Christianis,quos Galilæos vocat, ne scholas frequentarent, in quibus scientiæ docentur, futurum sperans vt absque liberali eruditione Religionem tueri suam non possent, vt post Amianum Marcellin. *lib. 22. & 25.* & Theodoret, *ecclesiastica historia lib. 3.* refert Francisc. Duaren. *de sacris Ecclesiæ minister, lib.4. cap.2. prope med.* & addit Theodor. tyrannum illum impatienter lamentari solitum fuisse his verbis crudelitatis,& auaritiæ plenis, *propriis pœnis configimur, ex nostris enim libris arma capiunt, quibus in bello aduersus nos vtantur.* erat enim, vt de eo refert Ioannes Baptista Egnatius, *puer ingenio sublimi, callido, & litterarum ardentissimo*; postea, vt idem Ioan.Baptista testatur *lib. 1. pag.*371. Christianos improbo quodam odio adeò insectatus, vt studia hisce interdixerit; S. Gregor. *orat. 1. in Iulianum*, vbi hoc eius factum appellat scelus, & tyrannidem, optimè Franc. de Monçon *en el espejo del Principe Christiano lib. 1. cap. 36.fol.86.* ibi, *De la qual* (Iglesia Romana) *como se aparto el apostata Emperador Iuliano luego entendio tambien en hacer destruir Vniuersitades y Colegios porque no habiesse sabios,* &c.

Pontifices verò tanquam veri Catholicæ Ecclesiæ parentes,& Imperatores, ac Principes Christiani illius defensores, & protectores, paterna solicitudine procurarunt ad scientiarum studia plurimis priuilegiis, & præeminentiis iuuentutem allicere,& scholas fundare, & erigere: & colligitur ex ratione tex. *in cap.2. de priuileg. in 6.* vbi Innocentius in erectione studij generalis Romanæ Curiæ hoc ipsū insinuat, dicens, *Nos ad communem tam ipsorum, quàm aliorum omnium commodum, & profectum paterna solicitudine intendentes,* &c. Quæ quidem studia si defecerint, id sine dubio vergeretur in grande vniuersalis Ecclesiæ, (quæ ad sui regimen viris litteratis permaximè noscitur indigere) dispendium & iacturam,vt legitur *in c.cum ex eo 34.de elect.lib.6.* 28

Hinc fit quòd licèt summi Pontifices statutis pœnis vsque ad beneficiorum priuationem ad residentiam omnes induxerint, vt videre est in titulis *de clericis non residentibus in Decretalibus,& in Sexto*,nihilominus tamen iudicantes quàm vtile & fructuosum esset Ecclesiæ Dei addiscere & docere litterarum scientias,quibus regitur, & sustinetur, *d. cap. super specula, de priuileg. d. cap. cum ex eo*, Perett. *ad Extrauag. Ambitiosæ, verb.ex quibus Ecclesia num. 21. de rebus Eccles. non alien.* Redoan. *de spol. quæst. 9. §. vlt. num.20. cum seqq.* Carol. de Grassis *in tract.de effectib. clerical. in præl. à num. 63.* cum aliis per me citatis *de officio, & potest. Episcopi p.2. alleg.46. n. 1.* statuerunt vt tam docentes in Theologiæ facultate dum in scholis docuerint, quàm studentes in ipsa integrè percipiant prouentus & fructus suarum Præbendarum, & beneficiorum. Ita Henricus III. *in d. cap. super specula, fin. de magistr.* ibi, *Docentes verò in Theologica facultate dum in scholis docuerint, & studentes in ipsa, integre per annos quinque percipiant de licentia Sedis Apost. prouentus Præbendarum,& beneficiorum suorum, non obstante aliqua contraria consuetudine, vel statuto, cum denario fraudari non debeant in vinea Domini operantes. cap. licet 32. de præbend. & dignit.* Concil.Trid. *sess.5. de reformat. cap.1.in fine*,ibi, *Docentes verò ipsam sacram Scripturam dum publice in scholis docuerint, & scholares, qui in ipsis scholis student, priuilegiis omnibus de perceptione fructuum,prebendarum,& beneficiorum suorum in absentia à iure communi concessis,plene gaudeant, & fruantur.* 29 30

Ratio est, quia studiorum causa absentes, Reip. causa abesse existimantur,glos. *in cap. de quibusdam 37.dist.*glos. *in d.cap.cum ex eo*, & ex indulto Principis abesse censentur,*l.si cui 38.ff. ex quibus causis mai.* ibi,*Si cui in prouincia sua Princeps assidere ex speciali beneficio permiserit,puto eum Reip. causa abesse*,&c.& constat in nostris terminis ex *d.c.fin. de magistr.* ibi, *de licentia Sedis Apost.*Proindeque pro præsentibus haberi debent,& præsentium commodis frui. *l.quæsitum 78.ff.de legat.3.*& ibi copiosa additio marginalis,Iacob.Cuiac.*ad responsa Scæuolæ in l.Seia 20.§. Pamphilia* 31

Pamphiliæ. ff. de fundo instr. ibi, *inde verò non malè constituit in cap.* 14. *de cleric. non resid. in Ecclesia, & in cap. vlt. de magistr. pro absente non haberi eum, qui ad tempus studiorum causa alibi degit*, &c. Luti. *in tract. de priuileg. scholar. priuil.* 10. *&* 11. vbi ait studiosos quoad commoda pro præsentibus haberi, quoniam absentia studiorum causa dicitur iusta, iustissima, probabilis, honesta, rationabilis, priuilegiata, legitima, publicæ vtilitatis.

32 Quare in docentibus, & addiscentibus sacram Scripturam quod percipere possint in absentia prouentus & fructus suarum Præbendarum, & beneficiorum, resoluunt Horar. Luti. *d. tract. de priuileg. scholar. priuil.* 99. *&* 100. Rebuf. *in simili tract. priuil.* 29. *&* 31. Petr. Lesnaud. *de priuileg. Doctor. p.* 2. §. 22. Iacob. Benni. *de priuileg. Iurisconsult. p.* 1. *priuil.* 15. vbi *num.* 6. inquit quòd non minus seruire dicitur Ecclesiæ qui docet, vel studet, quam cæteris Diuinis interessentes. Fusch. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 10. Nau. *in man. cap.* 25. *num.* 120. Felin. *cons.* 18. Fr. Emman. Rodr. *in sum. tom.* 1. *cap.* 33. *num.* 2. *& tom.* 2. *cap.* 36. *num.* 2. Didac. Perez *ad l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 1. *Ordin. & l.* 8. *tit.* 2. *glos.* 2. *col.* 74. *eodem lib.* 1. *Ordin.* Anton. Gom. *in explicat. Bullæ Cruciatæ cap.* 7. *ad* 4. *claus. num.* 27. Carol. de Grassis *de effectibus clerical. in prælud. à num.* 106. Vgolin. *de officio, & potest. Episcopi cap.* 19. *in princ. num.* 6. *& cap.* 43. §. 2. Azori. *institut. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *quæst.* 3. *& cap.* 5. *quæst.* 1. *&* 8. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. num.* 180. Alex. Moneta *de distribut. quotid. p.* 2. *quæst.* 10. *à princip.* Sanctarel. *var. resolut. quæst.* 3. *num.* 9. *cum seqq.* Solorzan. *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 26. Bonacin. *de Horis Canon. disp.* 2. *quæst.* 6. *puncto* 3. §. 9. *num.* 3. Nicol. Garcia *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 54. *cum seqq.* Trullenck *in exposit. Decalogi. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 12. §. 9. *num.* 2. Ego *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 56. *num.* 18. *& de Canonic. & dignit. cap.* 27. *num.* 46. *&* 47. Machado *en su perfecto Confessor y Cura de Almas lib.* 4. *p.* 4. *trat.* 4. *docum.* 9.

33 Et magis corroboratur extante Eugeniana constitutione, cuius litteram præter alios recenset Nicol. Garcia *d. cap.* 2. *num.* 58. & de ea meminerunt Didac. Perez *d. l.* 1. *vers. vnde infero, & d. l.* 8. *vers. inter alia*, Ioan. Ocon. *in cap.* 1. *de cleric. non resid. lib.* 6. *num.* 37. Solorzan. *d. cap.* 14. *num.* 24. Machado *d. docum.* 9. *num.* 5 quæ legentibus, vel studentibus, etiamsi ob hanc causam non resideant, indistinctè concedit omnes fructus, redditus, & prouentus & cum ea integritate, qua illos perciperent, si in suis Ecclesiis personaliter residerent; quæ quidem Eugenij IV. Bulla concessa Rectori Vniuersitatis, & singulis DD. Magistris, Licentiatis, Baccalaureis, Scholaribus ecclesiasticis tam Regularibus, quàm secularibus Vniuersitatis studij Salmantini præsentibus, & futuris, confirmata fuit per aliam Nicolai V. *sub Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ* 1407. *quartodecimo Kalend. Aprilis, Pontificatus sui anno primo*: eamque Eugenij constitutionem ad quamlibet Vniuersitatem approbatam extendunt Solorzan. & Machado *citatis locis*, & benè explicat Cened. *practic. & Canon. quæst.* 1. *num.* 31.

34 Primò amplia procedere non solum in docentibus, & addiscentibus Sacram Scripturam, vel Theologiam scholasticam, aut expositiuam, sed etiam in legentibus, seu studentibus iuri Canonico, aut Ciuili, *cap. tuæ fraternitatis, de cleric. non resid. d. cap.* 2. *de priuileg. in* 6. *glos. verb. litterarum in cap. cum ex eo, de elect. in* 6. Iacob. Benn. *d. priuil.* 15. *num.* 4 vbi reddit rationem, quia hodie ad benè Ecclesiam regendam non minus prodest ius Canonicum, quàm Theologia, Moneta *d. cap.* 10. *num.* 10. vbi *num.* 21. id declarat in audientibus ius Ciuile, qui si fuerint Sacerdotes, Archidiaconi, Decani, Præpositi, Cantores, vel personatum habentes, non poterunt in absentia fructus habere suorum beneficiorum, cum illis prohibitum sit leges & Physicam audire, *in cap. fin. ne clerici vel mon.* Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 65. Quintanad. *lib.* 4. *Ecclesiasticor. num.* 51. *&* 52. Didac. Perez *d. l.* 1. *vers. vnde infero, & d. l.* 8. *verb. Estudios generales vers. inter alia*, Vasq. *in opuscul. tract. de benefic. cap.* 4. §. 2. *art.* 2. *dub.* 2. *num.* 184. Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. Lorich. *in thesauro nouo vtriusque Theolog. litt. L, verb. Lector vers. secundo lectores*, Anton. Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verb. Studium num.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *cap.* 5. *num.* 54. Lessi. *de instit. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 29. *num.* 163. Solorzan. *d. cap.* 14. *num.* 26. Trullench *d. dub.* 12. *num.* 4. Machado *d. docum.* 9. *num.* 5. Palao *in opere morali tract.* 7. *disp.* 3. §. 9. *num.* 3. Ego *d. alleg.* 56. *num.* 26. Et conducit dicta Bulla Eugeniana ibi, *Indulgemus*, &c. *vt eorum singuli etiam perpetuis futuris temporibus ibi in quacunque facultate licita & honesta per octo menses continuos vel interpollatim legendo*, &c. per quam ita nuncupatim resoluunt 35 Perez *d. l.* 1. *vers. vnde infero*, ibi, *quod etiam cuicunque facultati operam dantibus in nostro insigni Studio Salmanticensi per Eugenij indultum competit*, &c. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 66. ibi, *Et idem erit in dicta ciuitate Salmantina in qualibet facultate honesta ex dicta Eugeniana*, &c. *& num.* 104. ibi, *In Vniuersitate tamen Salmantina ex priuilegio Eugeniana supra adducta poterit quis operam dare etiam Philosophiæ, & Logicæ, & alij cuicunque facultati licitæ, & honestæ*, &c.

Secundò amplia, seu potiùs declara procedere in 36
docentibus, & studentibus in Studio generali, seu celebri Vniuersitate, *cap. tua, de cleric. non resid. d. c.* 2. *de priuil. in* 6. ibi, *Vbi generale regitur studium*, Didac Perez *in d. l.* 1. *vers. est etiam aliquando*, Lœl. Zechi. *de Republ. ecclesi. tit. de cleric. num.* 7. *vers.* 28. Horat. Lut. *ad fin. tract. de priuileg. scholar. tit. de his qui gaudent priuilegiis scholar. n.* 23. Nicol. Garcia *d. c.* 2. *n.* 55. Flores de Mena *var. q.* 24. *n.* 19. Trullench *d. dub.* 12. §. 9. *n.* 3. *in princ.* Castro Palao *d.* §. 9. *n.* 1. Machado *d. docum.* 9. *n.* 2. Ego *d. alleg.* 56. *num.* 21.

Studium autem generale illud dicitur quod est erectum, & institutum per Papam, Regem, seu Principem. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p.* 10. *consid.* 32. Perez *d. l.* 1. *vers. ad secundum*, vbi dicit quòd in Regno Castellæ præcipua studia sunt Salmantinum, Complutense, & Pincianum, Hortig. *in patrocinio pro Cæsaraugustano gymnasio p.* 1. *à n.* 13. *& p.* 3. *num.* 2. Trullench *d.* §. 9. *n.* 3. Machado *d. docum.* 9. *num.* 3. Solorzan. *d. c.* 14. *n.* 36 Ego *d. alleg.* 56. *n.* 12. Vnde non 38
sufficit Studium, quod non est Vniuersitas, quamuis in eo optimè legatur, & publicè cuicunque audire volenti, Zerol. *verb. studium* §. 4. Vgolin. *de potest. Episcopi c.* 43. §. 1. Trullen. & Machado *proximè citatis locis*, Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 55.

Tertiò amplia, seu potiùs declara procedere in 39
Cathedraticis, qui docent conducti, aut salariati, vel ratione stipendij, seu Cathedræ quam habent,

habent, non verò in iis, qui sponte, aut voluntarie legunt sine stipendio & cathedra, nisi legant cum licentia Vniuersitatis, seu claustri, siue collegij Doctorum; nam *in d. cap. vlt. de magistr.* & in Concil. Trid. *d. cap.* 1. solùm requiritur quòd publicè in scholis doceant, seu legant, & ne quilibet hoc titulo velit se à residentia excusare, requiritur licentia Vniuersitatis, seu claustri, quæ non debet dari nisi iis, qui apti & vtiles videantur ad docendum. Ita Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 59. *&* 60. Castro Palao *d.* §. 9. *num.* 2. Ego *d. alleg.* 56. *num.* 27.

40 Quartò amplia, seu potiùs declara procedere in docentibus quamuis sint Parochi, nisi legant Grammaticam. Ita Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 62. Castro Palao *d.* §. 9. *num.* 4. Trullench *d.* §. 9. *num.* 2. *in fine*; & constat ex Bulla Eugeniana, ibi, *vt fructus, redditus, & prouentus omnium & singulorum suorum beneficiorum ecclesiasticorum secularium & Regularium, cum cura, & sine cura*, &c. Et licèt idem Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 81. dicat quatuor requiri vt Parocho ex gratia concedatur per Sedem Apost. studendi facultas, ad hoc vt fructus suos faciat, nihilominus hodie cùm attento Concilio Trid. non admittantur nisi qui per concursum magis idonei fuerint iudicati, post illud non datur
41 Parochiales Ecclesias obtinentibus studendi licentia, ac in absentia studiorum causa fructus percipiendi. Ita Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 81. *&* 84. Ego *de officio, & potest. Parochi cap.* 8. *num.* 27. *& d. alleg.* 56. *num.* 30. *& in collect. ad Concil. Trid.*
42 *d. cap.* 1. *num.* 61. vbi *num.* 63. refero decisum quòd Parochus ciuitatis potest ibi in publica Vniuersitate Sacram Scripturam legere, ita tamen vt cura animarum per ipsum exercenda nihil detrimenti patiatur.

43 Quintò amplia procedere etiamsi Præbendæ, quas obtinent docentes, sitæ sint in Cathedrali eiusdem ciuitatis in qua publicè lectoris munere funguntur. Ita decisum referunt Nicol. Garc. *in addit. ad d. cap.* 2. *num.* 83. Solorzan. *d. cap.* 14. *num.* 32. Machado *d. docum.* 9. *num.* 8.

44 Sextò amplia priuilegium hoc de percipiendis fructibus in absentia causa studij, non esse restringendum ad duos Canonicos, sed extendendum ad plures, dummodo id status Ecclesiæ patiatur. Ita Moneta *de distribut. quotid. p.* 2. *quæst.* 10. *num.* 20. Ego *d. alleg.* 56. *num.* 25.

45 Septimò amplia priuilegium percipiendi fructus beneficiorum in absentia, causa studij quoad docentes non habere vllam temporis determinationem, sed eo gaudere quandiu docuerint. Ita Abb. *in d. cap. vlt. de magist. num.* 4. *&* 5. Moneta *d. quæst.* 10. *num.* 10. Castro Palao *d.* §. 9. *num.* 11. Ego *d. alleg.* 56. *num.* 32. In studentibus verò priuilegium huiusmodi illis non suffragari, vltra quinquennium à die quo cœperunt studere, probat tex. *in d. cap. vlt.* & resoluunt Monet. *d. quæst.* 10. *num.* 14. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 105. Castro Palao *d.* §. 9. *num.* 11. Trullench *d. l.* 9. *num.* 3. *vers. hac autem licentia.*

46 Octauò amplia ad dictum priuilegium de percipiendis fructibus Præbendarum in absentia causa studij consequendum non requiri licentiam Episcopi in docentibus, Ita Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 87. *& num.* 559. *ad* 4. Castro Palao *d.* §. 9. *num.* 4. *in fine*, Ego *d. alleg.* 56. *num.* 33. Requiri verò videtur in studentibus, per *cap. tuæ fraternitatis, de cleric. non resid.* vbi gloss. *verb. indultum*, *d. cap. cùm ex eo, de elect. lib.* 6. & declarauit Pius IV. *constit. sua incip. Sanctissimus, die* 24. *Nouemb.* 1564. *Monet. d. quæst.* 10. *num.* 9. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 88. Castro Palao *d.* §. 9. *num.* 7. *vers. nihilominus.* Ricc. *in praxi aurea resol.* 223. Trullench *d. dub.* 9. *num.* 3. *vers. secundò requiritur.*

Limita in distributionibus quotidianis, quæ absentibus causa studiorum non conceduntur, *cap. licet, de præbend.* & circa hoc Concilium Trid. nihil innouauit. Ita Sandoual *de offic. eccles. p.* 6. *cap.* 17. Quarant. *in sum. Bullar. verb. residentia vers. quod autem*, Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 12. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. distributiones quotidianæ.* §. 3. Gonzal. *d.* §. 7. *proœm. à num.* 78. Monet. *d. cap.* 10. *num.* 23. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 166. *num.* 17. Vgolin. *d. cap.* 19. §. 2. *num.* 6. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. §. 2. *de resident. num.* 67. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis.* 495. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 386. *n.* 3. *in* 2. *edit.* Castro Palao *d.* §. 9. *num.* 13. *in fine*, Solorzan. *d. cap.* 14. *num.* 21. Trullench *d.* §. 9. *in princ.* Ego *d. alleg.* 56. *num.* 19. 47

Intellige de illis, quæ propriè distributiones appellari possunt; quales non sunt quando tota grossa & massa communis Præbendarum in illis consistit, seu illæ solæ constituunt Præbendam, *glos. verb. distributiones, in fine in cap. licet* 32. *de præbend. & verbo receperint, vers. sed quid dices in cap.* 1. *de cleric. non resid. lib.* 6. Petr. Gregor. *de benefic. cap.* 7. *num.* 12. Fr. Emman. *in sum. tom.* 4. *cap.* 17. *num.* 3. Azori. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 7. Gratian. *d. cap.* 168. *num.* 29. *& tom.* 2. *cap.* 233. *num.* 10. Cened. *d. quæst.* 1. *num.* 31. Zerol. *d. p.* 1. *verb. distributiones num.* 3. Nicol. Garcia *d. cap.* 2. §. 2. *num.* 443. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 70. *num.* 3. vbi tenet quòd quando Præbenda est tenuis, & ferè omnes fructus consistunt in distributionibus, absens causa studij lucratur etiam distributiones dempta tertia parte; & sic quando omnes redditus consistunt in distributionibus quotidianis, eandem tertiam illarum partem detrahendam, vt iis, qui intersunt, accrescat, reliquo penes legentes, & studentes remanente, resoluunt Nicol. Garcia *in addit. ad d. cap.* 2. *num.* 353. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. Prosper. de August. *in addit. ad Quarant. d. loco.* §. 1. Ego *d. alleg.* 56. *num.* 20. Solorzan. *d. cap.* 14. *num.* 28. 48

Quæ pro studiosorum laboribus præmia illis non proponantur concedenda? cùm & mente & corpore semper intendant libris, etenim, vt Flaccus monet,

——Nihil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.
Ad summa nemo sine labore peruenit.

Nam, vt idem ait Comicus,

Quæ pulchra sunt, multis constant laboribus.

Rectè quoque Euripedes in Archelao, *labore expers quis celebris gloria.* Sic Liuius *lib.* 4. *decad.* 1. *labor & periculum impenduntur, vnde honor & emolumentum speratur.* Et D. Hieronym. *in epist. Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet; quo gloria æternitatis acquiritur.*

Nil mirum si Pontifices, si Reges tam ampla concesserint studentibus priuilegia: *nam*, vt inquit Eumen. Rhetor. *in orat. pro instaurandis scholis Augustodunensibus, litera omnium fundamenta sunt virtutum, vtpote continentia, modestia, vigilantia, patientia magistra; quæ vniuersa cùm in consuetudinem tenera ætate venerunt, omnia; deinceps officia vitæ, ad ipsa quæ diuersissima videntur, militia, atque castrorum munia conualescunt.*

Et

Et rectè Cassiodor. 10. *var. epist.* 5. ait quòd *desiderabilis eruditio litterarum naturam laudabilem eximiè reddit ornatam; ibi prudens inuenit, vnde sapientior fiat; ibi bellator reperit vnde animi virtute roboretur, inde Princeps accipit quemadmodum populos sub æqualitate componat, nec aliqua in Mundo potest esse Fortuna, quam litterarum non augeat gloriosa notitia.* Et idem Tertullian. *de idololatria cap.* 10. *non minus rectè dixit litteraturam instrumentum esse ad omnem vitam.*

Quæ vt faciliùs assequi possint, necesse est vt præmiis, & priuilegiis ad scientias & studia iuuenes incitentur, scimus enim bonas artes honore nutriri, atque hoc specimen esse florentis Reipubl. vt disciplinarum professoribus præmia opulenta pendantur, Symmach. *lib.* 1. *epist.* 73. & *epist.* 37. Cassiodor. *lib.* 9. *var. epistol.* 21. præmium artes nutrire scripsit, & *lib.* 7. *epist.* 5. manus larga artium nutrit ingenia, quando qui de victu non cogitat, perficere iussu festinat, & *epist.* 15. *in princip.* Claud. *de laudibus Stilichonis panegyr.* 2. In eodem sensu Cassiodor. *lib.* 2. *epist.* 16. Nutriunt enim præmiorum exempla virtutes: nec quisquam est qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod scientia teste laudatur.

Vt enim, inquit Iustin. Episcop. *in Cantica Cantic. fruges non tam Solis ingenio, quàm Cœli beneficio & temperie latius prouenium, ita quoque artes bonæ, eximiaque ingenia Principum, ac Magistratuum benignitate excitantur.*

Nullius Abbatiæ sanctæ Anastasiæ.

Abbas benedictus & perpetuus, ac titulatus in Abbatia Ordinis S. Benedicti, Prælatitio habitu incedere, & Regentiam Consilii supremi Italiæ obtinere potest.

Votum LXXXIX.

1 *Facti series.*
2 *Dubiorum propositio.*
3 *Abbatia Consistorialis quæ dicatur.*
4 *Beneficij ecclesiastici de essentia est perpetuitas.*
5 *Congregationes reformatæ S. Benedicti quinque sunt.*
6 *Congregatio Italica S. Benedicti dicebatur olim S. Iustinæ: nunc appellatur Cassinensis.*
7 *Abbatiæ Congregationum reformatarum S. Benedicti sunt temporales.*
8 *Prioratus S. Augustini, & S. Dominici sunt potius nuda officia quàm ecclesiastica beneficia.*
9 *Abbatiæ perpetuæ in reformatione an reperiantur?*
10 *Abbatia claustralis quæ sit, remissiuè.*
11 *Beneficium quod confertur, dicitur etiam committi.*
12 *Abbates benedicti & perpetui possunt idem quod Episcopi Religiosi circa bona temporalia, fructus, ac redditus Abbatiarum.*
13 *Religiosi in Episcopum electi, & illi qui ad aliquod beneficium sunt promoti æquiparantur.*
14 *Abbates, quibus à summo Pont. collatio facta est, habent ius administrandi, & dispensandi fructus suorum beneficiorum.*
15 *Religiosi obseruantes, qui sub Prælatorum obedientia existunt, ius non habent dispensandi fructus beneficiorum, quibus præsunt.*
16 *Abbatis benedictio in iure aliquando vocatur ordinatio, aliquando consecratio.*
17 *Abbatis benedictio siue consecratio auctoritate Apost. collata tres operatur principaliores effectus.*
18 *Abbatis benedictio non est iterabilis.*
19 *Benedictio Abbatis est ornamentum & quasi admiratio, & consecratio personæ perpetua, & indelebilis.*
20 *Benedictionis Abbatis auctoritate Apost. collatæ effectus est collatio Ordinum minorum.*
21 *Benedictionis Abbatis alter effectus versatur circa vsum omnium ornamentorum, & insignium Pontificalium.*
22 *Papa potest simplici Sacerdoti facultatem concedere Ordinem Subdiaconatus conferendi.*
23 *Benedictio Abbatis est quoddam ornamentum spirituale consecratione Episcopi inferius.*
24 *Episcopi consecratio non imprimit characterem.*
25 *Vnctio in Episcopo non est de essentia consecrationis, sed est quædam cæremonia accidentaria.*
26 *Consecrationis Episcopi essentiale consistit in impositione manuum, verborum forma non exclusa.*
27 *Abbatia in multis æquiparatur Episcopatui.*
28 *Abbas temporalis non est benedicendus.*
29 *Pontificalia insignia ex vi priuilegiorum conceduntur Abbatibus temporalibus, perpetuis verò re ipsa benedictione accepta.*
30 *Abbas auctoritate Apost. benedictus, insigniis & ornamentis Pontificalibus vtens præcedit omnibus Prælatis ecclesiasticis non benedictis nec consecratis.*
31 *Abbas, cui in titulum perpetuum Abbatia confertur, tenetur sicut Episcopus ad faciendum processum informatiuum de genere, vita, & moribus, & ad professionem Fidei.*

32 *Mensam Abbatialem, & sigillum cum propriis armis habet Abbas, cui in titulum perpetuum Abbatia collata fuit.*
33 *Abbas contrahit Matrimonium spirituale cum Ecclesia.*
34 *Abbates ad Concilia generalia vocandi sunt sicut Episcopi.*
35 *Legato qui non sit à latere minimè subijciuntur Abbates benedicti, & titulati.*
36 *Abbas, qui cura & conuentu caret, non tenetur residere.*
37 *Monachi nigri S. Benedicti qui? remissiuè.*
38 *Religiosus professus in vna Religione, ex qua assumitur ad Prælaturam alterius auctoritate Papæ, non tenetur in secunda expressam professionem emittere.*
39 *Essentialia ad veram professionem emittendam quæ? remissiuè.*
40 *Habitus monachorum S. Benedicti reformatorum in quo differat à claustralibus non reformatis, ostenditur.*
41 *Habitus S. Benedicti essentiale in quo consistat, ostenditur.*
42 *Scapulare habere sufficit vt monachus S. Benedicti cum habitu dormire dicatur.*
43 *Scapulare portans retento colore habitus quamuis peccaminosè addat partem aliquam indecentem, nullatenus facit contra obligationem portandi habitum S. Benedicti.*
44 *Habitus Abbatum S. Benedicti reformatorum, & claustralium qui?*
45 *Abbates reformati temporales in priuilegio Apost. gestare possunt habitum Prælatitium.*
46 *Verba in dubio iuris ita interpretanda sunt vt naturæ contractus & dispositionis non repugnent.*
47 *Abbas in fauorabilibus venit nomine Monachorum.*
48 *Monachi non obligantur sub peccato mort. nisi quoad tria substantialia vota quantum est ex iure & virtute regulæ.*
49 *Abbas potest secum dispensare in illis casibus, in quibus potest cum subditis.*
50 *Clericis prohibetur cupiditatis negotia suscipere.*
51 *Monachorum nullus forensis negotij susceptor, vel executor existat.*
52 *Religiosi & clerici communem obtinent prohibitionem circa negotia secularia exercenda.*
53 *Episcopis & Sacerdotibus olim licebat inter seculares iudicare causas ciuiles.*
54 *Reges in Hispania olim causas tam ciuiles quàm criminales Episcopis iudicandas committebant.*
55 *Clerici possunt exercere iurisdictionem temporalem annexam ecclesiasticæ iurisdictioni, dummodo non infligant pœnam mortis, aut truncationis membrorum.*
56 *Clericis & Regularibus personis prohibitum est munus iudicandi causas ciuiles non excepta natura actus, quia per se malus est, sed ex speciali iuris prohibitione.*
57 *Monachorum nomine in Decreti & Decretalium libris veniunt illi qui Religionem S. Benedicti professi sunt.*
58 *Canonicorum Regularium appellatione in Decreti & Decretalium libris veniunt professi regulam S. Augustini.*
59 *Religiosus poterit esse arbiter, & forensis negotij susceptor exposcente monasterij vtilitate, & præcedente Superioris licentia.*
60 Cap. eos, qui 20. q. 3. *declaratur.*
61 *Monachorum appellatione in odiosis non comprehenduntur Abbates.*
62 Cap. Sacerdotibus 2. ne clerici, vel monachi *declaratur.*
63 *Clericus laico deseruire non potest in domo vel extra pro suis negotiis peragendis.*
64 *Regum ministri speciali nota digni sunt.*
65 Cap. sed nec 4. ne clerici vel monachi, *declaratur.*
66 *Iustitiarius quid significet in iure Canonico.*
67 *Clerici an possint esse Consilij, seu ministri in Curiis Principum & Regum?*
68 *Ecclesiasticæ personæ dicuntur tam clerici quàm Regulares.*
69 *Curiales qui dicantur, ostenditur.*
70 *Curialium irregularitas laicis imposita durante officio.*
71 *Clerici post Ordines susceptos, licet Curialitatis officia exercuerint, nullam irregularitatem incurrunt.*
72 *Irregularitas aliquando impedit solam susceptionem, non vsum.*
73 *Clerici sine metu alicuius irregularitatis occasione Curialitatis contractæ possunt esse iudices Principum in causis ciuilibus.*
74 Cap. clericis. §. iubemus ne clerici vel mon. *declaratur.*
75 *Sacerdos potest Principis vices agere in iurisdictione seculari exercenda.*
76 *Præpositi secularis appellatione quis veniat?*
77 *Sententiam sanguinis nullus clericus dictare, aut proferre potest.*
78 *Clericus ex commissione Principis bene potest cognoscere de causis criminalibus, dummodo non deueniat ad condemnationem sanguinis.*
79 *Ecclesiastica persona si fuerit alicuius Principis secularis consiliarius, cum eo absque metu irregularitatis concurrere potest in lege edenda qua delinquentibus imponatur*

tur pœna sanguinis.

80 *Clerici & Religiosi prohibentur grauissimis pœnis in bello militare.*

81 *Clerici & Religiosi quando possint ad bellum iustum persuaderi, & hortari?*

82 *Clericus potest esse de consilio rerum bellicarum.*

1 Reuerendissimus D. M. Fr. Alphonsus Vasquez de Miranda Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum fuit ad præsentationem Regis Catholici promotus ad Abbatiam sanctæ Anastasiæ Ordinis sancti Benedicti in Regno Siciliæ, ad cuius fauorem mediante dicta præsentatione expeditæ fuerunt Bullæ Apost. sub dat. Romæ 3. Id. Martij 1636. in quibus hæc reperiuntur verba. *Prædicto monasterio, quod Conuentu caret*, &c. *de persona tua Apost. auctoritate prouidemus, teque illi in Abbatem præficimus, & Pastorem, curam ipsius monasterij, ac huiusmodi regimen & administrationem tibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo*, &c. Deinde facultas ei conceditur ad benedictionis munus recipiendum, vt videre est ibi. *Nos enim tibi vt à quocunque malueris Catholico Antistite gratiam & communionem sanctæ Sedis habente munus benedictionis recipere licitè valeas, ac eidem Antistiti vt illud tibi impendere possit per præsentes licentiam, & facultatem concedimus*, &c. Postmodum cum Abbatia prædicta sit Ordinis S. Benedicti, illi ordinatur vt post captam possessionem habitum istiusmet Ordinis gestet, necnon cum statutis & ordinationibus illius se conformet; prout apparet ex sequentibus verbis. *Volumus autem vtque tu cùm primum possessionem, seu quasi regiminis, & administrationis prædictorum fueris pacificè assequutus, illum gestes habitum, qui per Monachos dicti Ordinis geritur & habetur, & ipsius Ordinis S. Benedicti regularibus institutis te conformes*, &c. Denique additur, *Nullumque aliud monasterium dicti, seu alterius Ordinis, aut beneficium Regulare, vel seculare in titulum vel commendam obtinere possis*, &c. Et sic in prædictorum executionem idem Reuerendissimus D. Abbas possessionem dictæ Abbatiæ, nec non solemnem benedictionem cum cæremoniis in Pontificali Romano insertis sub tit. de benedictione Abbatis auctoritate Apost. obtinuit, & habitum d. Religionis sanctæ Mariæ de Mercede in habitum monachalem Ordinis sancti Benedicti commutauit, & in actu benedictionis Abbatialis à consecrante insignia, & habitum Prælatitium ab Abbatibus perpetuis, titularis, & benedictis auctoritate Apost. illius Ordinis gestari solitum, recepit, & de præsenti portat.

2 Nunc verò de duobus fuit dubitatum. Primò an liceat dicto Reuerendissimo D. Abbati prælatitio habitu incedere? secundò, an illi obstet aliquid vel ratione primæ professionis in Ordine S. Mariæ de Mercede, vel occasione Prælatitiæ dignitatis Regularis, quam modo obtinet, quin possit obtinere Regentiam Consilij supremi Italiæ, de qua fuerat dignissimè prouisus per Regem Catholicum, absque alia Apostol. dispensatione?

3 Ad primum dubium, & pro veriori illius resolutione est aduertendum quòd Abbatia de qua agitur, est & dicitur consistorialis, quia ad præsentationem Regis Catholici, & ad institutionem sanctæ Sedis Apost. spectat, Nicol. Garcia *de benefic. p.5. c.5. num.214.* Ascan. Tambur. *de iure Abbatum tom.1. disp. 5. quæst.2. & disp.7. quæst.1.* Est etiam perpetua, proindeque beneficium, cum hæ qualitates sint de es-
4 sentia beneficij ecclesiastici, Rota *in Palentina Abbatiæ de Beneuiuere* 14. *Aprilis* 1617. coram bonæ mem. Coccino, quam refert Tamburin. *de iure Abbatum in fine tom.3. decis.* 15. Doctores agentes de diuisione beneficij in secularem & Regularem, præsertim Nicol. Garc. *de benef. p.1. cap.6. à num.2.* Tamburin. *d. tom.3. disp.9. q.2. num.* 9. Ego *de iure eccles. vniu. lib.3. cap.4. num.84. & 85.*

Et ideo nulli Congregationi reformatæ & obseruanti sancti Benedicti subiicitur, quæ quinque numerantur, & sub quinque etiam Generalibus, & cum diuersis constitutionibus gubernantur, & reguntur, de quibus Franc. Suares *de Relig. tom.4. tract.9. lib.2. cap.3.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst.5. num.* 49. 53. 54. 57. & 58. Ego *de iure eccles. lib.1. cap. 41. num.38.* Et de Congregatione Hispania, seu Vallisoletana Ouiedo *de Repub. Regul. p.1. tract.10. cap.1.* Nam licèt Abbatia, de qua agitur, sita sit in Regno Siciliæ, est tamen independens & prorsus exempta à Congregatione Italica quæ olim dicebatur sanctæ Iustinæ de Padua, nunc verò appellatur Cassinensis, eo quòd vnita fuit Abbatiæ Montis Cassini, vt constat ex Bulla Iulij II. apud Tamburin. *de iure Abbatum tom.2. disp. 24. quæst. 5. num. 54.* ibi, *Necnon Congregationem ipsam propter nomen & dignitatem monasterij huiusmodi (quod aliorum monasteriorum dicti Ordinis caput est, vt prafertur) de cætero Cassinensem Congregationem alias sanctæ Iustinæ nuncupari debere*, &c. Omnes enim huius Ordinis Abbatiæ, quæ vnitæ reperiuntur alicui ex Congregationibus reformatis, temporales sunt, & ad electionem generalium Capitulorum, seu ipsorum Monachorum vt plurimum spectant, Ascan. Tamburin. *d. tom.1. disp.12. q.2.* vbi à *num.17.* refert omnes Abbatias Congregationis Cassinensis esse temporales, & ad electionem Capitulorum generalium spectare, ex Bulla Alexandri VI. confirmatoria alterius Eugenij IV. quam quidem Alexandri VI. 8
Bullam refert Tamburin. *in fine tom.1. pag. 484.* Et sic tales Abbatiæ tēporales potius nuda officia quàm ecclesiastica beneficia, dici possunt; prout nec esse possunt Prioratus sancti Dominici, & sancti Augustini, ac similes, ita docent Renat. Chopin. *lib. 1. monast. tit.1. num. 4.* Emman. Roderic. *quæst. regul. tom.1. q.14. art.3.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos. 8. num.52. cum seqq.* Antonin. Diana *moral. resol. p. 4. tract.4. resol. 156.* Tamburin. *d. tom. 1. disp. 7. q. 1. num.161.* Ego *de officio Episcopi p.3. alleg.57. n. 175.*

Sunt quoque Abbatiæ quædam beneficia Regu- 9
laria perpetua, nulli Congregationi vnita, & de præsentatione Regis Catholici, quam tamen monachi vniti reformationem receperunt, & Congregationi tanquam eius membra sunt, qui non ab Abbate, sed per Vicarium aut Priorem eiusdem reformationis gubernantur & reguntur, vt in Regno Siciliæ aliquæ Abbatiæ & monasteria monachorum reperiuntur, quorum meminit Ascan. Tambur. *d. tom.1. disp.14. quæst.6. num.2. & 3.*

Ex dictis primò infertur Abbatiam, de qua agi- 10
mus, esse claustralem, & nulli dictarum Congregationum subiici, de qua materia videas Nauar. *commento 2. de Regular. à num.6.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.1. q.34. art.7.* Lessi. *de iustit. lib.2. cap.41. dub.11. à num.90. & dub.12. à num.98.* Suar. *tom.4. de Relig. tract.8. lib.3. cap.19.* Sanch. *in præcept. Decalogi tom.2. lib.6. cap.6. à num.36 & lib. 7. cap.32. num.71.*

Secundò infertur ex verbis dictæ Bullæ collatio- 11
nis Abbatiæ de qua agitur, ibi, *Prædicto monasterio de persona tua Apost. auctoritate prouidemus, teque illi in Abbatem præficimus, & Pastorem curam ipsius*, &c. plenariè committendo, constare dictum Abbatiam esse

collatiuam, ac in titulum conferri solitam, & colligitur ex Rota *decis.77.p.2. diuers.* vbi concludit beneficium quod confertur his verbis, *de illo tibi prouidemus*, vel, *illi de te prouidemus*, &c. *teque illi*, &c. propriè dici in titulum conferri, non obstante verbo, *committimus*, quia beneficium, quod confertur, dicitur etiam committi, *cap. cum in illis, de prabend. in 6. Clem. 1. de suppl. negl. Clem. ne in agro Dominico, de statu monach.* Nicol. Garc. *de benefic. p.4. cap.4. n.2.* & constat ex forma creandi Abbates perpetuos apud Cæremoniale sanctæ Romanæ Ecclesiæ *sect.10. c.4. & 5.* quam transcribit Tamburin. *d. tom.1. disp. 8. quæst.3. pag.84. col.2. ad fin.* quæ quidem forma prouidendi ampliora priuilegia & præeminentias concedit, ad not. per Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.1. q.7. art.10.* Tambur. *d. tom.1. disp.16. quæst.4. & disp.10. quæst.1. à num.26.*

12 Tertiò infertur Abbatibus huiusmodi plenam concedi Abbatiarum & beneficiorum suorum administrationem, vt colligitur ex verbis dictæ Bullæ, *curam ipsius monasterij, ac huiusmodi regimen & administrationem in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo*, &c. eo modo quo concedi solet Religiosis ad Episcopatum assumptis, nam & istis cum similibus verbis conferuntur Episcopatus; & sic nulli dubium esse potest Abbates de quibus agitur, circa bona temporalia, fructus, ac redditus Abbatiarum suarum posse idem quod potest Episcopus Religiosus; & beneficiatos Regulares circa prædicta posse omnia, quæ gerere valent beneficiarij seculares; vt docent Zabarel. *in Clem.2. §. sed & tales, de vita & honest. cleric.* Nau. *commento 2. de Regul. à num.6. vsque ad 12. & de redditib. q.1. monito 8. & lib. 3. tit. de solut. cons.7. num. 7. & 12. & tit. de donat. cons.6. num.4. & de statu monach. cons.13. num.4. & 8.* Lessi. *de iustit. lib.2. cap.41. dub.11. à num.92.* Azori. *instit. moral. p.1. lib.12. cap.7. quæst.2. & cap.10. q.6.* Fr. Emman *quæst. Regul. tom.1. q.34. art.5.6. & 7. & q.58. art.8.* Anastas. Germon. Rodoan. & alij, quos referunt & sequuntur Iacob. de Graff. *in aur. decis. p.1. lib.3. cap.5. num.43.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.2. lib.7. cap.31. num. 4. & 76.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract.8. lib.3. cap.19. à num.24.* Layman *in Theologia morali lib.4. tract. 2. cap.3. num. 11.* Villalob. *in sum. p.2. tract.35. diffic.40. num.12.* Ego *de officio & potest. Episcopi p.3. alleg.114. num.22.* Rot. *decis.272. num.4. p.1. diuers.*

13 Æquiparantur enim Religiosi in Episcopum electi, & illi qui ad aliquod beneficium sunt promoti, quasi idem ius de vtrisque esse videatur; sic colligitur ex adductis per Nau. *cons.13. de Regular. num.8.* & per Azori. *d. p.1. lib.12. cap.10. q.6. & p.2. lib 3. cap.19. q.2.* vbi de Abbatibus, qui insignia Pontificia gestant, Lessi. *d. lib.2. cap.4. dub.5. num. 29.* vbi quòd Religiosi beneficiarij, vt Abbates, Priores, Commendatores habentes beneficia Regularia vel secularia, habent ius administrandi, & dispensandi fructus suorum beneficiorum, & possunt eos expendere in proprios vsus necessarios, & decentes; &

14 idem docet de Abbatibus, quibus à summo Pont. collatio facta est, *eod. lib.2. cap.41. dub.11. à num.91.* præsertim *num.94. & dub.12. à num.95.* Franc. Suares *d. tom.4. tract.8. lib.3. cap.19. à num. 24.* Layman. *d. lib.4. tract.2. cap.3. num.11. & tract.5. cap.1. num.9.* Fr. Emman. *d. tom.1. q.27. art.1.* Secus autem dicendum de Religiosis obseruantibus, qui sub Prælato-

15 rum obedientia existunt, vt per Nauar. *commento 2. de Regular. à num.1. & cons. 13. de statu monach.* Fr. Emman. *d. tom.1. q.27. art.2.* Sanch. *d. lib.7. cap.18. num.25.* Suar. *tom.3. de Relig. tract.7. cap.15.* Ouiedo *p.1. tract.9. cap.1. q.1. & 3.* Anton. Perez *ad regul. S. Benedicti cap. 33. commento 2. à 15. & dub. 3. per tot.*

Quartò infertur gratiam concessam à Pontifice in dicta Bulla dicto Reuerendissimo Abbati recipiendi auctoritate Apost. benedictionem, importare nouam aliam prælatitiis vestibus similiter vtendi; pro cuius conclusionis clariori & faciliori explicatione sciendum est benedictionem Abbatis auctoritate Apost. impartiendam, seu impositam aliquando in iure nostro vocari ordinationem, vt *in cap. Abbas, & in cap. Abbatem el 1. & in cap. Abbatem el 2. & in cap. quam sit necessarium 18. q. 2.* nonnunquam appellari consecrationem, vt *in cap. alienationes 37. 12. q. 2.* ibi, *Abbas qui secundum Ecclesia sua vsum consecrandus est*, &c. Et licèt magis communiter & propriè scriptores illam vocent benedictionem, nihilominus plures expresse illam consecrationem dicunt, & ita loquuntur inter alios Oldrad. *cons. 14. num.4.* Felin. *in cap. inter monasteria in princ. de re iudic.* Henriq. *in sum. lib.10. de Sacram. Ordin. cap.7.* Auila *de censur. p.2. cap.3. disp.1.* Suar. *tom. 3. in 3. p. disp.13. sect.2.* Villalob. *p.1. tract.4. diffic.11.* Ego *de offic. Episcopi p.2. alleg.3. num. 4.* In Pontificali Romano sub diuersis titulis agitur de benedictione Abbatum auctoritate Apost. & de benedictione Abbat. auctoritate Ordinarij, inter quos benedictiones plures reperiuntur differentiæ, quarum vna & principalis est quod Abbates auctoritate Apost. benedicti ornamentis Pontificalibus vti possunt, non sic qui benedicuntur auctoritate Ordinarij. 16

Benedictio, siue consecratio Abbatis auctoritate Apost. collata tres operatur principaliores effectus. Primus est, & consistit in constituendo aliquem in Abbatem & Prælatum per modum status & perpetuitatis, qui quidem etiam conuenit Abbatibus auctoritate ordinaria benedictis; ita colligitur ex Pontificali Romano *in rub. de benedict. Abbat. auctorit. Apost.* cùm Episcopus benedicens & manus imponens super benedicendi caput, dicit, *Vt qui per nostra manus impositionem Abbas hodie constituitur sanctificatione dignus*, &c. Et alibi in eodem Pontificali dicitur per hanc benedictionem acquiri dignitatem, ibi, *Da huic famulo tuo prosperum sua dignitatis effectum* &c. & deinde. *Tribue huic famulo tuo adeptam bene gerere dignitatem*, &c. & alibi. *Vt huic famulo tuo, quem ad Pastoralis officij culmen subire voluisti*, &c. Vnde fit certum Abbatis benedictionem non esse iterabilem, nec etiam tradi propter officium temporale; sic Nauarr. *cons. 2. de statu monach. & cons. 2. de Sacram. non iter.* Fr. Emman. *d. tom.1. q.12. art.3. & q.16. art.3 cum duobus seqq.* Suar. *tom.4. de Relig. tract. 8. lib.2. cap.29. n. 2.* Ouiedo *de Republ. Regul. p. 2. tract.1. cap. vnico q.2. num.81.* Tamburin. *d. tom. 1. disp.11. q.3. num.5. vers. præterea*, vbi refert hac de re determinationem Eugenij IV. & subdit Suar. *d. cap. 29. n. 2.* quòd benedictio Abbatis est ornamentum, & quasi ordinatio, & consecratio personæ perpetua, & indelebilis, & eodem *tom.4. de Relig. tract.8. lib.2. cap.30. n.6.* addit in ipsa benedictione Abbatis dici per eam ordinari Abbatem, & constitui in Ordine Prælatorum Ecclesiæ, & quodammodo participare dignitatem Episcopalem. Secundus effectus benedictionis Abbatialis auctoritate Apostolica, qui communis est etiam illis, qui auctoritate ordinarij in Abbates sunt promoti, est collatio Ordinum minorum, vt constat ex *cap. quoniam 69. dist. & ex cap. cum contingat, de ætate & qual.* nisi quòd si Episcopus tertiò requisitus benedicere Abbatem sine cau- 17 18 19 20

sa

ſa tenuerit, poſſet ipſe Abbas non expectata benedictione Ordines minores conferre, ac omnia quæ ſui ſunt muneris præſtare, *cap.1. de ſuppl.negl. Præl.* citati per me *de iure eccleſ.vniu.lib.1. cap.17.num.46.*

21 Tertius effectus dictæ benedictionis,& ſolùm auctoritate Apoſt.benedictis competere videtur, verſatur circa vſum omnium ornamentorum, & inſignium Pontificalium, Mitræ ſcilicet, annuli, & cæterorum ſimilium, *cap. vt Apoſtolicæ, de priuileg. in 6.* & conſtat ex Pontificali, vbi cum illis orationibus & benedictionibus, quibus hæc ornamenta Epiſcopis conferuntur, dantur eadem etiam Abbatibus auctoritate Apoſt. benedictis, vt aduertit Tamburin. *d. tom.1. diſp.11. quæſt.1. num.4. & diſp. 20. quæſt.1. & 2. & diſp.21. 23. & 24.* quamuis iam hodie omnes ferè Regularium Abbates, vel priuilegio, ſeu permiſſione ſummo cum Pontificum, licet benedictionis munus non acceperint, vti valent Baculo, & cæteris Pontificalibus, ac inſignia deferre, vt notaui *d. lib.1. cap.17. num.47.*

Et licèt, vt ſuprà diximus, Abbas etiam non benedictus Ordines minores conferre valeat, Epiſcopus tertio requiſitus benedicere Abbatem renuerit, non ex eo ſequitur benedictionem ex ſe & de iure nō producere illum ſecundum effectum, quia quod ante diximus, procedit ex ſpeciali Pontificis conceſſione, nam ſecundùm probabilem opinionem,

22 vt tenent Victoria *de Sacrament. Ordinis num. 234. & 237.* Fr. Emman. *d. tom. 1. quæſ. 13. art.1.& in ſum.cap.13. num.9. tom.2.* Suar. *d. tom.4. de Relig. tract.8. lib.2. cap. 29. num. 3.* poteſt Papa ſimplici Sacerdoti facultatem concedere Ordinem Subdiaconatus conferendi, & nihilominus non deſinit ob id hæc poteſtas ordinandi ſubdiaconum eſſe proprium effectum conſecrationis Epiſcopalis.

23 Quintò infertur erraſſe nonnullos exiſtimantes Abbatum benedictionem, eſſe ſolam deprecationem, in qua deprecatur vt Abbas ſuum officium ritè & rectè obire valeat, id enim conuincitur manifeſtè tum ex tex. *in cap. manus 1. q. 18.* dum ait manus impoſitionem aliud non eſſe niſi orationem ſuper hominem, & ſecundum gloſ. Turrec. & alios ibi loquitur ille tex. de impoſitione manus reconciliatoria, non vero ordinatoria: tum etiam ex Pontificali Romano, quo attento, & eius verbis perſpectis per benedictionem, & manus impoſitionem conſtituitur Abbas in ſuo gradu, & dignitatem accipit, ac conſecrationem lato modo ſumptam, quæ habet certam connexitatem cum vera conſecratione Epiſcopi; quia licèt abſque dubio illa Abbatis ſit quoddam ornamentum ſpirituale conſecratione Epiſcopi inferius, in eo tamen conueniunt quod benedictio Abbatis characterem non imprimit, plu-

24 res apud Tambur. *d.tom.1.diſp.11. q.4.* prout illud nec imprimit Epiſcopi conſecratio, iuxta ſententiam S. Thomæ *in addit. ad 3.p. q.40.art.5.* Henriq. *in ſum.lib.10. cap.2.in princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.1.num.5.* Bonacin.*de Sacram. diſp.8. q. vnica puncto 1.num.3.* Villalob. *in ſum.p.1. tract.11. diffic.2.*

25 Et quamuis in conſecratione Epiſcopi vtetur vnctione ſancti Chriſmatis, non verò in benedictione Abbatis, id non procedit quia vnctio ſit in Epiſcopo de eſſentia conſecrationis, ſed eſt quædam cæremonia accidētalis, vt expreſsè docet Card.Bellarm. *lib.1.de Sacram.Ordinis cap.12.* ibi, *Vnctio non eſt quidem cæremonia ſacramentalis, ſed accidentaria;* & col-

26 ligitur ex *cap.1. de ſacra Vnct.* & ideo idem Card. Bellarm. *d.lib.1.c.9.* cum Silueſt. & aliis reſoluit in impoſitione manuum, verborum forma non excluſa, conſiſtere eſſentiale conſecrationis; & idem dicendū de benedictione Abbatis, vt appatet ex Pontificali,& expreſſit tex. *in cap. quoniam 69.diſt.* ibi, *Si dumtaxat eidem Abbati manus impoſitio facta noſcatur ab Epiſcopo, ſecundum morem præficiendorum Abbatum,*&c. Et ideo nil mirum ſi Abbatia in multis æquiparetur Epiſcopatui, Oldrad. *conſ.14. verſ. non obſtat, circa fin.num.10.* Card.Tuſch. *pract. concl. tom.* 27
1. lit. A, concl.29. num.1. Ego *de iure eccleſ.lib.1.c.17. num.5.* & per illam participari quodammodo dignitatem Epiſcopalem dicit Suarez *citato loco.* Nam ex multis iuribus colligitur hæc æquiparatio, vt videre eſt *in cap. ſi quis deinceps 16. q. 7.* ibi, *Epiſcopatum, vel Abbatiam, & in cap. cum illorum 32. de ſentent. excom.*ibi, *aut in Epiſcopum, aut Abbatem*, &c. *& in cap. præſenti, de offic. ordin. lib.6.* ibi, *Epiſcopi, vel eorum ſuperiores, & Abbates, & quiuis alij Prælati*, &c. cum aliis adductis per Franc. Viui. *deciſ. 414.* Fr. Emman. *d. tom.1.q.17.art.3.*Cened. *ad Decretal. collect.79.num. 4* Aloyſ.Ricc. *in collect. deciſ.p.6.collect. 2414.*Malder. *2.2. tract.9. c.2. dub.1.* Tamburin. *d. tom.1.diſp.1.q.5. num.4. & diſp. 5.q.20. num. 4. & diſp.13.q.1.num.18.* Ouiedo *de Republ. Regulār.p.2. tract.1.cap.vnic.q.2. à num.74.* Ego *de iure eccleſ. lib. 1.cap.17.num.3.4. & 7. & in collect. ad cap.vt abbates num.6. de ætate & qual. & ad cap. tuam in Domino, eodem tit.num.2.*

Sextò refertur de iure nullum Abbatem tempo- 28
ralem eſſe benedicendum, quia, vt ſuprà dixi, hæc Abbatia ſolùm Abbatibus, qui in titulum perpetuum Abbatias obtinent, conferenda eſt, nam id inſinuant diuerſa priuilegia, quibus conceduntur Abbatibus temporalibus prærogatiuæ benedictionis, licet illius munus non acceperint, vt notauit Tambur. *d. tom.1. diſp.11. q. 1. num. 2.* & tale in ſpeciconceſſit Eugenius IV. Monachis Caſſinenſibus quod refert idem Tamburin.*in fine d.tom.1.pag.493*, per hæc verba. *Volentes inſuper quod Prælati Congregationis præfatæ, licèt munus benedictionis non acceperint, perinde tamen monaſteria ipſius Congregationis regere & adminiſtrare, ac omnes actus in ipſis valeant exercere, acſi munus huiuſmodi fuiſſent conſequuti*, &c. quod quidem priuilegium operatur hunc effectum in temporalibus Abbatibus, quem natura ipſa & iure attēto inducit benedictio ipſa auctoritate Apoſt. collata, abſque noua alia conceſſione, vt conſtat ex Pontificali,& notauit Tamburin. *d. tom. 1. diſp. 11. q. 1. num. 5.* aduertens inſignia Pontificalia ex vi 29
priuilegiorum concedi temporalibus Abbatibus, perpetuos verò ea conſequi re ipſa benedictione accepta.

Septimò infertur Abbatem auctoritate Apoſt. be- 30
nedictum, inſigniis & ornamentis Pontificalibus vtentem præcedere omnibus Prælatis eccleſiaſticis non benedictis nec conſecratis tam in Conciliis quàm in quibuſcunque aliis functionibus, & locis, Protonotariis de numero participantibus, ac Nunciis ſanctæ Sedis Apoſt. exceptis. Ita Nau. *conſ.1. 3. & 4. de maior.& obed.* Azori. *inſtit.moral. p.1. lib.12. cap.20.quæſ.18.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 17.* Pacian.*de probat.lib.2.cap.28. n.6. & 40.* Tamburin. *d.tom.1.diſp.25.q.2. & 6.* Ouiedo *de Rep. Regulari. p.2.tract.1.cap.vnic. q. 2. num. 79.* Ego *de iure eccleſ. lib.1.c.17.num.58. & 72.* & habetur in *Cæremoniali Epiſcoporum iuſſu Clementis VIII. edito lib.1. cap. 13. & 23.*ibi, *Abbates benedicti, & poſt eos, ſi erunt, aliqui Protonotarij ſupranumerarij, Generales Ordinum poſt Abbates, & Protonotarios ſupranumerarios*, &c. & ita fuiſſe in Concilio Tridentino, & in aliis obſeruatū refert Aſcan.Tamb.*d. tom.1 diſp.25.q.4.n.9.ū ſeqq.*

Octauò

31 Octauò infertur Abbatem, cui in titulum perpetuum Abbatia confertur, & beneficiatus duplex dicitur, teneri & obligatum esse sicut Episcopum ad faciendum processum informatiuum de genere, vita, & moribus, & ad professionem Fidei emittren-
32 dam, ex Tamburin. *d. tom.*1. *disp.*8. *q.* 1. *& q.* 3. & ad Bullas Apost. expediendas, vt beneficij possessionem consequi valeat, idem Tamburin. *eod. tom.* 1. *disp.* 9. *q.*1. & ad habendam propriam mensam; quæ dicitur Abbatialis, Ego *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 58. *num.*16. *Rota decis.* 204. *p.* 2. *recent.* Et posse habere sigillum authenticum cum propriis armis, resoluit idem Tambur. *d. tom.*1. *disp* 20. *q.*1. *num.*12. quod solùm in Abbatibus immediatè Sanctæ Sedi Apost. subjectis agnoscunt Franc. Marc. *decis.*1078. *num.*3. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 6.
33 *collect.* 2414. Contrahere Matrimonium spirituale cùm Ecclesia tenent Nicol. Garc. *de benefic. p.*1. *cap.* 6. *num.*18. Tambur. *d. tom.*1. *disp.*20. *q.*1. *num.*7. Ego
34 *d. lib.*1. *c.*17. *num.*9. Ad Concilia generalia vocandi sunt Abbates sicut Episcopi, in eisque votum decisiuum habent, Iacobat. *de Concil. lib.*2. *pag.*85. Card. Bellarm. *tom.*1. *lib.* 1. *de Concil. & Eccles. cap.* 15. Malder. 2. 2. *q.*1. *art.*10. *tract. de Concil. disp.*1. *dub.* 4. Tamburin. *d. tom.*1. *disp.* 24. *q.*1. Cùm renuntiant, debent facere sicut Episcopi in manibus Romani Pont. & cum assensu Regis Catholici. Tamburin. *d. tom.*1. *disp.*15. *q.*1. Cùm deponuntur vel priuantur, à Papa prout Episcopi deponi & priuari debent, Azori. *p.*2. *lib.*4. *cap.*20. *vers. secundum est.* Legato qui non sit à latere minimè subiiciuntur sicut Episcopi, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.*2. *q.*59. *art* 5. *&*
35 *q.*63. *art.*4. Tambur. *d. tom.*1. *disp.*15. *q.*1. *n.* 7. Ego *de iure eccles. lib.*1. *cap.*5. *num.* 77. Vocantur Pontifices, & vtuntur Pontificali Romano, & Cæremoniali Episcoporum in functionibus, quæ illis tanquam Episcopis incumbunt, Tambur. *d. tom.*1. *disp.* 1. *quæst.*6.

36 Cùm ergo Abbatia, de qua agitur, non habeat subditos Regulares nec seculares, nec aliquam iurisdictionem, aut curam conuentualem exerceat, quia conuentu caret, eiusdemque generis est illarum, de quibus mentio fit *in Clem. vnic. de rebus Eccles. non alien.* fit consequens Abbatem non teneri residere, vt resoluit Nicol. Garc. *de benefic. p.*3. *c.*2. *à num.*1. & declarauit Sacra Congr. Concilij his verbis. *Quando Abbatia cura & conuentu caret, non est Abbas cogendus residere.* cuius meminere Nicol. Garc. *d. cap.*2. *num.*179. *declar.* 9. Amendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.*1. *tit.*23. *l.*2. §. 2. *sub tit. sed an Parochi debeant residere in suis Curatis n.* 141. Ego *in collect. ad Concil. Trid. sess.*23. *de reform. c.*1. *num.* 46. *& de officio, & potest. Parochi cap.* 8. *num.*6.

37 Tenetur tamen iste Abbas translatus ex ordine Fratrum B. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum, in quo erat expresse professus, vt fuit Pontifici narratum, gestare habitum Ordinis S. Benedicti, vt colligitur ex verbis ipsiusmet Pontificis, ibi, *Volumus vtque tu cum primum possessionem, vel quasi regiminis & administrationis prædictorum fueris pacificè assecutus, illum gestes habitum, qui per Monachos dicti Ordinis S. Benedicti geritur, & habetur, & ipsius Ordinis S. Benedicti Regularis institutis te conformes*, &c. Intelligitur autē Pontificia hæc constitutio de Monachis nigris ad differentiam aliorum, qui alterius coloris habitum portantes, regulam S. Benedicti etiam sequuntur, vide *Clem. ne in agro Dominico, de statu monach.* Siluest. *in sum. verb. Religio* 1. *n.* 7. Bonacin. *tom.*3. *disp.*3. *q.*8. *puncto* 14. Anton. Perez *ad reg. S. Benedicti cap.*55. *commento* 1. *num.* 9. Suar. *tom.*4. *de Relig. tract.*8. *lib.*1. *cap.*1. *& tract* 9. *lib.* 2. *cap.*3. *num.*11. *&* 12. Tamburin. *d. tom.*1. *disp.*20. *q.*2. *num.*9. Ex qua habitus S. Benedicti gestatione & benedictione sequitur etiam, Abbatiam huiusmodi esse collatiuā, & fuisse Reuerendissimo D. Alphonso Vasquez in titulum collatam: aliter enim statuerat Pontifex si Abbatiam in commendam prouideret, ex notatis per Nicol. Garc. *de benef. p.*4. *cap.*4. *num.*27. *&* 28. Tambur. *d. tom.*1. *disp.*4. *q.*9. Ego *de officio, & potest. Episcopi p.*3. *q.*59. *n.*16.

Circa quam decisionem Pontificiam de tribus dubitati conuenit.

Primum dubium est an dictus Reuerendissimus 38
D. Abbas ex ordine B. Mariæ de Mercede ad ordinem Monachorum S. Benedicti translatus, teneatur in hoc ordine ad quem fuit assumptus, professionem emittere? Et videtur resoluendū quod non, est enim in hac materia certa Iuris conclusio quod Religiosus professus in vna Religione, ex qua assumitur ad Prælaturam alterius auctoritate Papæ, non tenetur in secunda expressam professionem emittere, quia iam in prima essentialia Religionis vota emisit. Ita Federic. de Senis *cons.*5. Nauar. *cons.*60. *n.* 2. *& cons.* 64. *num.*1. *de Regularib.* Azori. *p.*1. *lib.*12 *cap.*14. *q.* 13. Lessi. *de Iustit. lib.*2. *cap.*41. *dub.*13. *num.*101. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *q.*31. *art.* 22. & in quocunque alio transitu auctoritate Apost. facto de vna Religione ad aliam, agnoscunt Rebuff. *in praxi tit. de translat. Monach. num.*1. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. glos.*8. *à num.* 87. Rot. *decis.* 115. *n.*7. *p.*2. *recent.* Et in nostro casu procedit absque dubio hæc resolutio attenta dispositione Pontificalis Romani *in rub. de benedict. Abbatis*, dum statuit quòd quando benedicendus in Abbatem non est illius ordinis, sub quo est Abbatia, statim & immediatè emittit Monachi Abbatis professionem, sine vllo nouitiatu, aut maioris patris monasterij consensu, nec faciens eam in manibus Prælati illius Ordinis, 39
quæ omnia vti essentialia ad veram professionem emittendam necessariò requiruntur, & sine illis valere non potest, de quo Nau. *cons.*30. *&* 40. *de Regular.* Vasq 1. 2. *disp.*165. *cap.*4. Sanch. *de matrim. lib.*7. *disp.*37. *num.*47. *& in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 5. *cap.*4. *num.*74. Vasquez 1. 2. *disp.*165. *c.*4. Azor. *p.*1. *lib.*12. *c.*14. *q.*13. Lessi. *d. lib.*2. *c.*41. *dub.*7. *num.*6. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *q.* 31. *art.* 22. Suar. *de Relig. tom.*3. *lib.*2. *c.*18 *num.*2. *tract.*7. *& lib.*. *c.*11. Anton. Perez *ad reg.*5. *Benedicti c.* 58. *commento* 1. *num.*28. *&* 29. *c.*13. *dub.*3. *num.* 71. Tamburin. *de iure Abbatum tom.*3. *disp.*6. *q.*14. Ego *de iure eccles. vniuerso lib.*1. *cap.*42. *à num.*141. *& in collect. ad Concil. Trid. sess.*25. *de Regularib. c.*15. quo decreto attento requiritur, & est essentiale in nouitio, quòd ante professionem sit per integrum annum in nouitiatu, cuius dispositio limitatē per *cap.*21. *eiusdem sess.* 25. *de Regul.* dum inibi deciditur quòd Commendatarij Abbatiarum, seu monasteriorum, quæ capita sunt Ordinum, teneantur intra sex menses Religionem illorum Ordinum solemniter profiteri, & ita possunt statim in initio primi mensis huiusmodi professionem facere, Cordub. *in sum. q.*38. Henriq. *etiam in sum. lib.*13. *de excommun. c.*40. §. 2. *& in commento lit. O.* Fr. Emman. *in sum. tom.*2. *cap.*6. *n.*10. Gonzal. *glos.*8. *num.*88. Sanch. *d. lib.*5. *c.*4. *num.* 15. Non est enim idem sentiendum de his Prælatis ad Abbatialem dignitatem assumptis, & immediatè S. Sedi Apost. subjectis, quod de cæteris sub alterius Superioris obedientia degentibus, vt exempli gratia videre licet in decisione *cap.* 2. *ne clerici vel monachi*, vbi

vbi excommunicationis sententia imponitur Religioso, qui dimisso habitu vagatur extra claustra, cuius dispositio comprehendit tantum Religiosos, qui sub obedientia Prælatorum degentes sine ea dimisso habitu vagantur, non tamen intelligenda de Religiosis iam ad dignitatem assumptis, vt aduertunt Paul. Fusc. *de Visit. lib. 2. cap. 15. post num. 11.* Iacob. de Graff. *in sum. cap. 57. num. 11.* Cou. *in cap. 1. de testam. num. 18.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 58.* Catol. Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. n. 61.* Azori. *d. p. 1. lib. 12. c. 7. q. 4.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 6. c. 6. n. 23. & c. 8. n. 85.* Bonacin. *tom. 3. disp. 2. q. 8. puncto 6. n. 17.* Villalob. *in sum. p. 1. tract. 35. diffic. 40. n. 19.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 17. n. 11.* Tambur. *d. tom. 1. disp. 20. q. 3. n. 4.* Ego *de officio, & potest. Episcopi p. 1. tit. 1. c. 13. num. 17. & de iure eccles. vniu. lib. 1. cap. 43. n. 103.*

40 Secundum dubium petit quem habitum Abbates huiusmodi ex aliquo ordine assumpti gestare debeant? Ad quod dubium resoluendum aduertendum est Monachos nigros sancti Benedicti in duplici esse differentia; quidam sunt obseruantes & reformati sub quinque illis Cõgregationibus reformatis degentibus: alij dicuntur claustrales, quorum plures Abbatiæ reperiuntur in Catalonia, Aragonia, & Sicilia; qui inter se plurimum differunt, obseruantes enim sunt triennales, & beneficia possidere non dicuntur; claustrales verò perpetui sunt, & in titulum illis Abbatiæ conferuntur: habitus quoque licet in colore & materia idem sit in omnibus, cùm ex qualibet lanæ materia fieri possit, Anton. Perez *ad reg. S. Benedicti c. 55. commento 1. n. 16.* diuersificatur tamen in forma, quia obseruantes supra tunicam sotanam nigram (non dissimilem à tunica clericorum vt aduertit Anton. Perez *d. c. 55. commento 1. n. 5. & commento 2. n. 7. & 9.*) portant extra claustra scapularium, & caputium cum mantelo, & intra claustra, præcipuè in choro cuculla, & aliquando ad maiorem obseruantiam ea vtuntur cum foras exeunt, vt constat ex *Clem. 1. §. statuimus, de statu monach.* Claustrales verò intra claustra portant scapularium supra tunicam, colare, & birretum sine caputio, & in choro vtuntur quodam habitu longo, quem dicunt cogullon, extra conuentum cum mantello incedũt, prout notauit Fr. Anton. *de Y pes in chronica generali sancti Benedicti tom. 3. cent. 4. anno Domini 796. en san Felin de Ryoles,* donde dize que los Monges de san Benito en Cataluña y en Aragon vsan de escapulario con bonete y sin capilla, loquitur de claustralibus.

41 Ratio est, quia essentiale habitus S. Benedicti cõsistit in cuculla ad chorum, & in scapulario absque cuculla cùm monachi extra monasteria vadunt, vt expressè colligitur ex *regula c. 55. &* ex *d. Clem. 1. §. statuimus*, vbi glos. *verb. habitus, & verbo cappa,* Panorm. *ibi n. 9. &* 10. & aduertit Anton. Perez *ad reg. c. 55. commento 1. n. 6.* quod scapulare est habitus breuis, & monasticis ad vsus quotidianos accõmodatus, & *commento 2. n. 9.* ait quòd scapulare indumentum est non quidem ad fouendum, vel tuendum corpus, sed ad monasticè circumducendum, vt quod Vicarium cucullæ & supplementum est.

42 Vnde cùm *in cap. vidua 2. q. 1.* statuatur habitum Regularem nec diu nec noctu relinquendum, bene inde infertur sufficere scapulare habere, vt dicit Anton. Perez *d. c. 55. commento 1. n. 5.* aduertens Conuersos aliàs veros Religiosos solum scapulare cum tunica, & sotana portare; & ideo dum *in c. 22. regula* dicitur quòd monachi vestiti dormiant, illud intelligit Anton. Perez *ad regulam S. Benedicti c. 22. commento 1. n. 9.* vt sufficiat & adimpleat præceptum si cũ scapulari dormiat. Ex quo sequitur quòd portans 43 scapulare tetento colore habitus quamuis peccaminose addat partem aliquam indecentem, nullatenus facit contra obligationem portandi habitum sancti Benedicti, vt expressè docet Suares *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 5. num. 11.*

Quoad Abbates verò differentia versatur inter il- 44 los qui reformati seu obseruantes dicuntur, & inter eos qui claustrales appellantur. Reformati siue obseruantes Abbates, qui ad tempus eliguntur, eundem habitum cũ aliis monachis sibi subditis gestare solent, sed meliorem, vt ex Bald. *in l. sed etsi quod. §. sufficit ff. de vsufructu,* notat Tambutin. *d. tom. 1. disp. 27. q. 1. n. 3.* & hoc optimis rationibus ostendit Anton. Perez *ad reg. S. Benedicti c. 55. commento 2. n. 17. & 19.* Claustrales verò Abbates Benedicti perpetui, & beneficiati titulati Prælatitio vtuntur habitu, supra tunicam & scapulare: portantes mantelletum, & Mozzetani cum collari, & birreto nigro, quandoque cũ foras exeunt cappam portant: de quo latè Michael Leon Estensis *in speculo sacrorum Rituum verbo Abbatis vestes, & insignia,* Tamburin. *d. tom. 1. disp. 20. quæst. 2.* Ego *de iure eccles. vniuers. lib. 1. cap. 17. num. 56.*

Eundem Prælatitium habitum, quem de iure por- 45 tare possunt claustrales Abbates, de quibus supra, ex speciali sanctæ Sedis Apost. priuilegio gestare quandoque valent Abbates reformati temporales, vt in Hispania, Gallia, Italia, & Germania plures adsunt tali priuilegio vtentes, quorum aliquos referunt Michael Leon Estensis Ascan. Tamburin. & Ego ipse *in locis proximè citatis.*

Ex quibus rectè infertur dictum Reuerendissimũ 46 D. Abbatem Benedictum, claustralem, & perpetuum, & titulatum de iure posse, & debere Prælatitio habitu vt suprà incedere. Non obstât verba Bullæ Apost. de qua *suprà n. 1.* ibi, *illum gestes habitum, qui per monachos dicti Ordinis S. Benedicti geritur, & habetur,* &c. ex quibus videtur colligi eidẽ Reuerendissimo Abbati habitum monachalẽ, & non Prælatitium dari; quia respondetur ea verba de habitu cõgruenti statui Abbatiali, qui collatus fuit mediãte benedictione, intelligenda esse, cùm in dubio iuris interpretanda sint verba, itaut naturæ cõtractus, & dispositionis non repugnent, imò potiùs iuxta naturam *l. si vno, in princ. & in lege ff. locati,* Alciat. *resp. 46. num. 2.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. c. 6. n. 8.* Rot. *decis. 69. n. 5. p. 1. & decis. 415. n. 5. p. 2. recent.* repugnat enim benedictionis actui, vt quis non accipiat traditum sibi habitum huiusmodi Prælatitium in ipsa benedictione, & cum cæremoniis in ea assignatis; tum etiam, quia nomine Monachorum in fauorabilibus venit 47 Abbas, quia est ipse monachus monasterij, cuius est Abbas, *cap. ex ore, de priuil. c. fin. de simon.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 9. art. 11.* Ego *in collect. ad d. c. fin. num. 2. & in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. verbo Monachus num. 1.*

Minus obstant alia verba eiusdem Bullæ ibi, *& 48 ipsius Ordinis S. Benedicti Regularibus institutis te conformes,* &c. quia intelliguntur salua dignitate officij & beneficij prærogatiua, nam, vt dixi *d. lib. 1. de iure eccles. c. 17. n. 93.* Abbas tenetur ad ea omnia vitanda, vel seruanda, quæ de Regularibus retuli, salua eius dignitate, & officij prærogatiua; ad regulam namque obseruandam tenentur Abbas & Monachi, cum hac tamen differentia, subditi obediendo, Abbas rectè imperãndo; & Trithem. *ad regul. S. Benedicti c. 3. n. 1.* dum docet Abbates teneri obedire suis Superioribus, hos declarat esse sũmos Põtifices, cum nullum alium in Superiorem recognoscant. Il-

lud aduertere oportet Monachos non obligari sub peccato mort. nisi quoad tria substantialia vota quantum est ex iure,& virtute regulæ, Anton. Perez *ad regul. S. Benedicti in prologo diuis. 5. num. 122. & cap. 22. num. 9. commento 1.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract.8.lib.1.cap.3. num.6. cum seqq.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. disp. 4 q. 4.* Ouiedo *de Republ.*
49 *Regul.tract.7. cap. vnico q. 5.* Deinde aduertendum est Abbatem ipsum posse secum dispensare, vel per personam sui Confessoris, in illis casibus in quibus potest cum subditis dispensare, Villalob. *in sum.p.1. tract.2.differ.49.* Sanch. *d. tom.2.lib.6.cap.11.& c.13. num. 18.* Tambur. *d. tom. 3.disp.17.q. 6. num.1. & disp.4.q.8. & 12.* Ego *d.lib.1. cap.43.num.44.* Anton. Perez *ad reg.S.Benedicti cap.55. commento 20. n. 25.* vbi dicit quòd in omnibus præter essentialia Abbas est prorex, imò Pontifex regulæ.

50 Deueniendo ad secundam quæstionem, quæ petit, an Reuerendissimo D. Abbati aliquid obstet, vel ratione primæ professionis in ordine B. Mariæ de Mercede emissæ, vel occasione Prælatitiæ dignitatis in Ordine S. Benedicti quam modò obtinet, quin consequi possit regentiam supremi Consilij Italiæ, de qua fuerat dignissimè prouisus per Regem Catholicum, absque aliqua Apost. dispensatione?

Pro cuius quæstionis resolutione præmittendum est in iure clericis prohiberi cupiditatis negotia suscipere, & iam ex septimo Canone Apostolorum id erat statutum, vt refertur *in cap. 3. dist. 88.* ibi, *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus nequaquam seculares curas assumat, sin aliter deijciatur*: & eodem tempore Apostolorum Episcopis prohibebatur ne mundialibus negotiis se implicarent, vt habetur *in epist. 1. Clementis ad Iacobum Fratrem Domini*, & refertur in *cap. te quidem 29. 11.q.1.* ibi, *Te quidem oportet irreprehensibiliter viuere, & summo studio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abijcias, ne fideiussor existas, ne Aduocatus litium fias, neve in vlla aliqua occupatione prorsus inueniaris mundialis negotij occasione perplexus; neque enim iudicem, aut cognitorem secularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus*, &c. Et *in Concilio Chalcedonensi cap.5.* relato *in cap. peruenit 26.dist.86.* ita legitur. *Decreuit ergo sancta & magna Synodus neminem horum deinceps, hoc est, Episcopum, siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri secularibus procurationibus*, &c. eandem prohibitionem innouant, & aliquando de nouo constituunt *cap. quia Episcopus 5.q.3. cap. cum simus 9.q.3. cap. clerici, cap. Canonum 14.q.4. cap. denique 14.q.5. cap. obseruandum vnic. 15. q.2. cap. Monachi 35. cap. de præsentium 20. 16.q.21. cap. eos qui 20. q.1.* quod loquitur de honoribus spiritualibus, atque de clericis, & Monachis, *& cap. credo 21. q. 3.* In Decretalibus etiam eadem reperitur prohibitio, vt per *tot. tit. ne clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant, cap. clerici officia, & cap. ex litteris, de vita & honest. cleric. c. 2. de testam. in 6. clem. Religiosus, de procurator. & clem. vnic. de testam. Concil. Trid. sess. 22. de reform. c.1. & sess. 24. de reform. cap. 12.*

51 Et quoad Religiosos augetur prohibitio ex *cap. Monachi el 2. 16.q.1. & ex c. 2. de postulando*, quod primum confirmauit & ad Canonicos Regulares extendit, ibi, nullus Monachorum forensis negotij susceptor, vel executor existat, &c. & licèt ibi glos. Turrecrem. Innoc. Host. Ioan. Andr. & Cardin. explicent verbum susceptor, id est, aduocatus, executor, id est, procurator, nihilominus idē Ioan. Andr. Host. Abb. Anton. Cardin. & Anchar. *in cap. 2. de postulando* intelligunt sub illis nominibus omnes iudiciales occupationes, & officia ad causarum forum spectantia, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib.6.c.13.n.1.* vbi *n.55.* cum aliis docet per supradicta quod in iudicem arbitrum eligi non potest Religiosus: & nouissimè Fr. Anton. Ximenez *in tract. de peritia curationis status languentis Religiosi p.4. tract. 7. art.8.* vbi probat alienum esse à nomine, & instituto Monachi, & Religiosi implicari se negotiis secularium. Et ideo in Religione Societatis Iesu, *p. 6. suarum Constitut. cap.3. §. 7.* ad hoc vt pleniùs rebus spiritualibus iuxta suum institutum vacare possit, statuitur quòd eius Religiosi à negotiis secularibus abstineant, qualia sunt testamentorum, vel executorum, vel procuratorum rerum ciuilium, aut id genus officia, nec ea vllis precibus adducti obeunda suscipiant, vel in illis se occupare sinant.

Secundò præmittendum est relatas prohibitiones 52
quoad secularia negotia in iuribus citatis & aliis de materia agentibus communes esse clericis omnibus tam secularibus, quàm Regularibus, S. Thom. *2.2.q. 187. art.2.* Suar. *de Relig. tom.4. tract. 10. lib.9. c.8.* & de actionibus quæ specialiter Religiosis, & nō aliis prohibitæ reperiuntur, idem Suar. *d. tom. 4. tract. 8. lib.1. c.11.* cum aliqua tamen differentia quoad actus aliquos secularis negotij, qui absolutè conceduntur clericis secularibus, Religiosis tamen non permittuntur nisi præmissa Superioris licentia, & interueniente Conuentus vtilitate; vt in casu exercendi officium testamentarij, quod clericis secularibus absolutè conceditur *in c. tua nobis, de testam.* & in Religiosis licentia Superiorum exigitur in *c. Religiosus eod. tit. in 6. & in Clem. vnic. eod. tit.* Idem videmus in exercendis officiis Aduocati, & procuratoris, arbitri, & assessoris, necnon vt testes esse possint, quia has actiones clerici exercere benè valent, Religiosis vero sine licentia Superiorum, minimè licent, de quibus Sanch. *in præcepta Decalogi tom.2 lib 6. c.11.12. & 13.* qui *in d. c.11. num.4* benè aduertit præfatas iuris prohibitiones, quæ de Religiosis mentionē faciunt, intelliguntur de illis qui sub Prælatorum obedientia degunt, non verò de illis, qui extra claustra sunt, vt beneficiis perpetuis præsint.

Tertiò præmittendū est quoad iudicandi ministe- 53
ria, olim Episcopis & Sacerdotibus per longū tempus licuisse inter seculares, causas ciuiles iudicare, vt constat ex S. Clemente *lib.2. constit. 49. 50. & 51.* & ex *epist.1. ad Iacobum fratrem Domini*, refertur *in c. si qui ex fratribus 32. 11.q.1.* ibi, *Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores seculi non iudicentur, sed apud Presbyteros Ecclesiæ, quidquid illud est, dirimatur*: vbi verbum illud *fratribus* interpretatur, id est, Christianis, vt ibi notauit glos. & colligitur ex *c. ad mensā 11.q.13.* Idē constat ex *c. quæcunque 7. 11.q. 6.* & iuxtà hanc consuetudinē Episcopis & Sacerdotibus illo tēpore concessam iudicandi causas laicorū Christianorum ciuiles, intelliguntur *c. Presbyter 2. q.5. c. ecce. §. presbyteri 95. dist. c. relatum 4. & c. placuit. 43. 11.q.1.* quod optimo iure pro tunc fuit vsitatū, vt scilicet Fideles à tribunalibus paganorum iudicum retraherentur ob periculum subuersionis: & etiā Imperator Constantinus idem eo tēpore quo Iudices Christiani erant, statuit in appellationum causis, vt scribit Sozom. *lib.1. c.9.* ex quo desūpsit Genebr. *lib.3. chronol.* ibi, *Prouocationes à ciuilibus iudiciis ad Episcopos concessit, sed & potiores eorum quàm aliorū sententias esse voluit*, &c. Idem quoque successiuis temporibus Theodosius Imper. extendit ad primas instantias ex vnius partis arbitrio, *lib.16. de Episcop. iudic. l. 1. §. quicunque in Cod. Theodos.* & refertur *in cap. quicunque 35. 11. q. 1.* & deinde confirmauit Carolus Magnus, vt constat ex *cap. volumus 37. 11. q. 1.*

&

54 & vtriusque mentionem fecit *Innocentius III. in cap. nouit, de iudic.* & in Hispania olim Reges causas tam ciuiles quam criminales Episcopis iudicandas committebant, vt constat ex *Concil. Toletano IV. cap. 30.* & refertur *in cap. sæpè Principes 29. 23. q. 8. & ex l. 48. tit. 6. part. 1.* Idem in Sicilia iuxta *cap. in Archiepiscopatu, de raptorib. & cap. pessimam 32. 23. q. 8.* Ob idque inter seculares iudex fuit sanctus Gregorius Thaumaturgus in ciuitate Neocæsariensi, vt in eius vita refert Gregorius Nyssenus; & etiam S. Ambrosius, vt videre licet *lib. 2. offic. c. 29. Et S. Augustinus in opere monachor. cap. 20.*

55 Quartò præmittendum est prohibitiones hoc tempore inductas ne munus iudicandi causas ciuiles Clerici suscipiant, intelligi debere quando officium, seu iurisdictio est aduentitia personæ: nam si iurisdictio temporalis annexa sit, vel de nouo annecteretur ecclesiasticæ dignitati (vt contingit in Episcopis, vel aliis Prælatis habentibus vtramque iurisdictionem) tunc eam per se exercere poterunt, dummodo non infligant pœnam mortis, aut truncationis membrorum, Ego *in collect. ad cap. clericis 5. num. 6. ne clerici vel monachi, & num. 8.* post glos. *verb. aut iudicent,* & plures ibi citatos Doctores resolui quòd Episcopus, seu Prælatus habens temporalem iurisdictionem non incedit in irregularitatem, quamuis alteri committat causam in qua postea ingeratur pœna sanguinis, vt iustitiæ debitum exequatur, per tex. *in cap. Episcopos, ne clerici vel monach. in 6.*

56 Ex quibus rectè colligitur officium iudicandi causas ciuiles inter seculares minimè statui ecclesiastico repugnare, nec per se & ex natura sua importare periculum proximum peccandi, aut distrahendi à ministeriis & ecclesiasticis obligationibus, cùm in primitiua Ecclesia, & primis illis temporibus tale munus permissum fuerit, & nunc in clericis temporalem iurisdictionem habentibus agnoscimus, ex supradictis: & ideo non ex natura ipsa actus qua per se malus sit, sed ex speciali iuris prohibitione munus iudicandi causas ciuiles clericis & Regularibus personis prohibitum esse necessarium est vt ostendamus, iura ipsa percurrendo, quæ de materia agunt, & solent ad eam quotidie allegari.

57 Primò igitur infertur intellectus ad text. *in cap. monachi el 2 16. q. 1. & cap. 2. de postulando,* in quorum primò prohibetur vt nullus monachorũ forensis negotij susceptor, vel executor existat, nisi quod monasterij exposcit vtilitas, Abbate sibi nihilominus imperante; & in secundo eadem verba referuntur, & deciditur quod idem iudicium de Canonicis Regularibus, quod de Monachis quantum ad supradicta obseruandum est, licet de Monachis tantum in d. c. primo loco citato specialiter sit expressum: & aduertit Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 3. num. 11.* quòd omnia antiqua Decreta in Decreti & Decretalium libris inserta de monachis loquentia intelliguntur de illis, qui Religionem S. Benedicti professi

58 sunt, & agentia de Canonicis Regularibus intelligi debent de profitentibus regulam sancti Augustini.

59 Ex quibus iuribus colligitur quòd exposcente monasterij vtilitate, & præcedente Superioris licentia poterit Religiosus esse forensis negotij susceptor, & sic arbiter qui iudex est, vt per Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 6. c. 13. num. 55. cum seqq.* & potest esse cubicularius non solũ Episcopi, iuxta *c. Pastoris 2. q. 1.* sed etiam alicuius magni Principis, vt post Abb. *in c. quanto n. 1. de offic. ordin.* tenet Deci. *in c. in præsentia n. 73. de iudic. in noua edit.* veluti si hoc in magnã monasterij vtilitatẽ cedat, sequitur Sanch. *d. c. 13. n. 98.*

Secundò infertur intellectus ad *c. eos qui 20. q. 3.* 60 cuius verba ita se habent. *Eos qui semel in clero taxati fuerint, siue in monasterio deputati, decreuimus neque ad militiam neque ad honores seculares venire. Eos autem, qui hoc ausi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint, vt ad hoc idem reuertantur, quod ante obtẽtu Dei sibi proposuerunt, conuenit anathematizari.* Quæ verba clericis conueniunt & Religiosis, non tamen comprehendunt Abbates, Prælatos, & Episcopos, cùm in pœnalibus clericorum, seu Religiosorum appellatione hi non veniant, nec cõprehendantur, in Episcopis quod in stricta interpretatione, & in odiosis, clericorum appellatione non veniat, agnoscunt plures per me citati *de appellatiua verborum signif. appel. 51. n. 4.* Et in monachis quòd eorum appellatione 61 in odiosus non comprehendantur Abbates tenent Panorm. *in c. vlt. n. 2. cum seqq. de priuileg.* vbi Felin. *in princ.* Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 1. q. 7. n. 4.* Ego ipse *d. tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appel. 154. n. 1. in fine.* Et circa verba illa, *honores seculares,* doctè glos. *eod. verb.* intelligit, de honoribus in quibus exercetur iudicium sanguinis, vel in quibus turpia lucra exercentur: & ita constat textum non agere de iudicio causarum ciuilium.

Tertiò infertur intellectus ad *cap. Sacerdotibus 2.* 62 *ne clerici vel monachi,* cuius hæc sunt formalia verba. *Sacerdotibus, & clericis tuis denunties publicè ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant, quod si postmodum facere præsumpserint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude, indignum est eis ab Ecclesia subueniri per quos constat in Ecclesia scandalum generari.* Ex quo colligunt non posse clericos deseruire alicui laico in domo, vel extra pro suis negotiis peragendis, Bernard. Diaz *in pract. c. 57. aliàs* 63 *60. in nouiss. edit.* Farinac. *fragm. crimin. p. 1. verb. clericus num. 184.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. c. 62. n. 20. in addit.* vbi quòd non potest officium maioris domus alicuius Principis exercere, & alij per me citati *in collect. ad hunc tex. n. 2.* sub quo dispositione minimè comprehenduntur Religiosi in materia stricta & odiosa, vt cum multis notaui *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell. 51. n. 7.* & sic etiam iuxta subjectam materiam, & specialissimam dispositionis rationem ex Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 15. n. 74.* & dictio illa *Sacerdotibus*, intelligenda est de subjectis Episcopo, vt colligitur ex illo pronomine *tuis*, quod significat loqui textum de clericis & Sacerdotibus Episcopo Lucano vt ordinario subjectis. Et quamuis expressè illis prohibeat textus ne mini- 64 stri laicorum fiant, eius verba ita generaliter prolata non sunt apta comprehendere ministros Regum, qui speciali nota digni sunt, iuxta *cap. ne aliqui, de priuil. in 6. c. vlt. in princ. vers. ne aliqui, de offic. deleg. lib. 6.* & quæ notant Cai. *pract. c. 36. n. 2.* Cened. *ad Decretal. collect. 79. n. 2.* Ceuall. *commun. tom. 4. q. 897. n. 491.* Azeued. *cons. 34. n. 6.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 2. num. 36.*

Quartò infertur intellectus ad *cap. sed nec 4.* 65 *eod. tit. ne clerici vel monachi,* cuius verba ita se habent. *Sed nec procurationes villarum, nec iurisdictiones etiam seculares sub aliquibus Principibus, aut secularibus viris, vt iustitiarius eorum fiat clericorum quisquam exercere præsumat; si quis autem aduersùs hoc venire tentauerit (quia contra doctrinam Apostoli dicentis nemo militans Deo, implicet se secularibus negotiis seculariter agit) ab ecclesiastico fiat ministerio alienus, pro eo quòd (officio clericali*

clericali neglecto) fluctibus seculi, vt Potestatibus placeat, se immergit. Districtius autem decernimus puniendum si Religiosorum quisquam aliquod praedictorum ausus fuerit attentare. Aliqui per hunc tex. probare intendunt negotiationem tam clericis, quam Religiosis prohibitam, ex quorum numero sunt Angel. *verb. clerici* 9. *num.* 3. Medina *de restit. q.* 30. *art.* 2. Conrad. *de contract. q.* 52. *concl.* 4. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 342. Villalob. *in sum. p.* 2. *tract.* 21. *differ.* 2. Renat. à Valle *in tract. inscripto, Hipparcus, siue disceptatio de Religioso negotiatore.* §. 5. *num.* 87. Sed Ego non inuenio in eo tex. tale quid probari, debebant allegare *cap. secundum instituta, d. tit. ne*
66 *clerici, vel mon.* Verba autem, *vt iustitiarius eorum fiat*, intelligenda sunt de ministro criminali, qui de causa sanguinis cognoscit; nam licèt originem trahat verbum illud *iustitiarius* à particula iustitia, & videatur intelligendum de illo, qui exercet officium iustitiae ciuilis, aut criminalis; nihilominus in iure nostro vtplurimum sonat in criminalitatem, vt expressè colligitur ex *cap. ex literis* 5. *de pignorib.* vbi iustitiarius appellatur minister quidam Regius, qui cognouit de quodam delicto, & ex *Clem.* 1. *de Poenit. & remiss.* vbi postquam Romanus Pontifex statuerat sacramentum Poenitentiae vltimo supplicio damnatis non esse negandum, ita de illis qui tales condemnarunt, loquitur. *Iustitiarios omnes, & dominos temporales vt ab huiusmodi desistant abusu in Domino hortamur*, &c. insinuat glos. *verb. iustitia mediante, in cap. Episcopus, ne clerici vel mon. lib.* 6. dum ministrum illum, qui commissione Episcopi secularem iurisdictionem habentis cognoscit de causa sanguinis, appellat iustitiarium; nam cum tex. ita decidisset. *Quamuis ipse Balliuus, vel alius contra malefactores ad poenam sanguinis processerit iustitia mediante.* Sic quaerit glossa. *Quia si contra iustitiam? Dic idem: nam Episcopus, qui mandauit iustitiam fieri, non est in culpa si iustitiarius delinquat.*

67 Huius tex. *in d. c. sed nec* nonnulli meminerunt in disputanda illa quaestione an clerici possint esse Consiliarij, seu ministri, aut Iudices ordinarij causarum ciuilium in Curiis Principum & Regum? de qua vide Azeued. *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop. & in addit. ad Curiam Pisan. lib.* 2. *cap.* 21. *in princ.* Mench. *de success. creat. lib.* 3. §. 30. *num.* 312. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 25. *cum seqq. & num.* 32. *lit. F.* Botrel. *de praestantia Regis Cathol. cap.* 73. *num.* 6. *& de magistr. lib.* 1. *cap.* 10. Mastrill. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 6. Franc. Zypae. *in simili tract. lib.* 1. *cap.* 37. Martin. Mager *de aduocatia armata cap.* 7. *n.* 207. Fr. Laurent. Landmet. *de Veteri clerico lib.* 2. *c.* 15. *pag.* 47. In primis P. Suarez *tom.* 5. *de censur. disp.* 51. *sect.* 3. *num.* 16. ita ait. *Statim verò occurrere potest practica difficultas: nam videmus in Curiis Principum & Regum clericos esse ordinarios iudices causarum ciuilium & huic muneri esse deputatos, nec propterea censeri irregulares, etiam durante tali munere, & tamen ministerium illud non minus implicat negotiis secularibus, quam officium aduocati, & similia?* Cui difficultati respondet communiter Doctores excipere ab hac regula Consiliarios Principum, vt videre licet in Panormitano *in cap. sed nec, ne clerici vel monachi, & in cap. clericis, eod. tit.* vbi idem sentit Ioan. Andr. idem Panor. *in cap. non est, de voto*, Dec. & Bald quos referunt, & sequuntur Bernard. Diaz & Salzedo *in pract. cap.* 61. cui sententiae fauet lex Hispaniae *part.* 1. *tit.* 6. *l.* 48. vbi Greg. Lop. id aduertit citans ad hoc *cap. in Archiepiscopatu, de raptor.* Et nihilominus eidem Suar. videtur haec iura non conuincere, quia aliud esse videtur esse iudices ordinarios, in publico Regni Tribunali, quod videtur prohiberi in dictis iuribus, videlicet in *d. cap. sed nec, & in d. cap. clericis*; aliud verò adesse Regi ad ferendum consilium; sed tandem sic concludit. *Nihilominus vsu receptum est siue ex concessione Pontificum, siue quia consuetudo ita interpretata est ipsa iura vt clerici absque vlla nota irregularitatis, vel alterius impedimenti Canonici possint esse Consiliarij Regum in huiusmodi iudiciis, siue Tribunalibus, in quibus de conuenienti Regum gubernatione, & prouidentia, vel ad summum de ciuilibus causis agitur.* Paul. Laymann. *in Theologia morali tract.* 5. *p.* 5. *cap.* 8. *num.* 5. omnes ecclesiasticos comprehendit, dicens. *Per ecclesiasticam consuetudinem concessum est vt personae ecclesiasticae in Principum etiam secularium Curiis fungi possint officio Consiliarij, Cancellarij, imo etiam iudicis in causis ciuilibus, vt notat Abb. in c. sed nec, ne clerici, vel mon. non autem in causis criminalibus, excepto casu si Fidei defendendae causa, aut bonum spirituale animarum id exigat, vt notat Molin. tract.* 3. *disp.* 8. *num.* 10. *argum. tex. in cap. in Archiepiscopatu, de raptorib.* &c. Dixit, 68
persona ecclesiastica, vt comprehenderet tam clericos, quàm Religiosos, iuxta doctrinam Vgolini *de censur. Pontifici reseruat. t.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. dum tenet ecclesiasticam personam eam esse quae aut per Ordinis susceptionem, aut per Religionis ab Apost. Sede probatae ingressum se Deo dedicauit, vt habetur *in cap. duo sunt genera hominum* 12. *q.* 1. *& in cap. si quis suadente diabolo* 17. *q.* 4. siue igitur clerici sint, siue Religiosi, ecclesiasticae personae habentur, ac sunt.

Quintò infertur resolutio ad illam quaest. An 69
Consiliarij seu iudices ordinarij Principum secularium Curiales dicantur, ad hoc vt irregularitatem incurrant contra tales positam in *cap.* 1. 2. *&* 3. *dist.* 51. & aliis in locis? Ad quod praemittendum duxi cum glos. communiter recepta *in princip. dist.* 51. dici Curiales, omnes, qui aliquo modo sunt obligati Curiae, siue milites, siue Aduocati forenses, siue Iudices siue officiati, Suar. *d. tom.* 5. *disp.* 47. *sect.* 4. *n.* 1. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de discipl. cleric.* §. 11. *n.* 6. qui ad effectum irregularitatis contrahendae Curiales appellat illos qui saeua, turpia, seu vilia in Curia exercuerint, vel qui fuerunt officiales in causa sanguinis. Deinde praemitto hanc Curialium irregula- 70
ritatem laicis impositam fuisse, ne scilicet eis ordinari permittatur: ita colligitur ex *cap. praecipimus dist.* 34. ibi, *Praecipimus ne vnquam* &c. *vel Curiae, aut cuilibet conditioni obnoxium ad sacros Ordines permittas accedere*, &c. & ex pluribus decretis *dist.* 51. praecipuè ex *cap.* 2. *& cap.* 3 item *dist.* 53 ex quibus benè probatur hanc Curialitatis irregularitatem siue impedimentum arcere laicum ab ordinibus suscipiendis durante officio, post illud nanque finitum si de causa sanguinis nō cognouit, cessat impedimen-
tum, vnde clerici post ordines susceptos, licèt Cu- 71
rialitatis officia exercuerint, nullam irregularitatem incurrunt, nec impedimenta contrahunt, ita Siluest. *in sum. verb. Curialis, & verb. Ordo* 4. Tolet. etiam *in sum. lib.* 1. *cap.* 56. Henriq. *etiam in sum. lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 5. Vgolin. *de irregular. cap.* 58. §. 1. *num.* 8. Suar. *d. tom.* 5. *disp.* 49. *sect.* 4. *& disp.* 51. *sect.* 3. *num.* 15. Bonacin. *de censur. disp.* 7. *q.* 2. *puncto* 4. Villalob. *in sum. p.* 1. *tract.* 21. *differ.* 37. Non obstat doctrina Suar. *d. tom.* 5. *disp.* 40. *sect.* 1. dictans irregularitatem impedientem Ordinis susceptionem, impedire etiam illorum vsum, quia seipsum meliùs declarat *eadem disp.* 40. *sect.* 3 *num.* 24. ibi, *Omnis irregularitas priuans Ordinis susceptione, priuat etiam vsu eius, si cum tali irregularitate sumatur, quamuis non necessariò priuet vsu Ordinis suscepti ante talem irregularitatem,*

ratem,&c.& antea sæpe citata disp.40.sect.1.num.11. constituerat regulam certissimam quod in moralibus longè aliud est non recipere personam ad aliquem gradum,& deiicere illam à tali gradum postquam semel quis admissus est,quod moraliter con-
72 tumeliosius est; quod insinuat Emman.Saa in aphorism.verb. irregularitas num. 1. quatenus dicit quod irregularitas est impedimentum accipiendi Ordines, aut acceptis vtendi, impedit verò aliquando solam susceptionem, non vsum, aliquando vsum vnum,& non alium.Et inueni plura exempla apud Doctores: Cou. in Clem. si furiosus §.1.in initio n.9. loquens de exposito cuius parentes omnino ignorantur, resoluit secundùm suam opinionem, quod talis ordinari non potest absque dispensatione, sed si fuerit ordinatus, quod potest in ordine suscepto administrare: Auila de censur.p.7. disp.4.dub.5.tenet quòd licèt histriones ex officio prohibeantur ordinari,nihilominus si ordines suscepissent,illis vti possent per cap.cùm decorem, iuncta glos. de vita & honest.cleric. Bonacin. de censur. disp. 7. q. 2. puncto 4. postquam docuit obligatos ad ratiocinia ordinari non posse,per tex. in cap. vnic. de oblig. ad ratiocin. asserit sibi videri eos ordinibus susceptis vti posse.

Quibus in materia præhabitis resoluendum est
73 à regula in principio quinti corollarij præscripta excipi illos, qui sunt Consiliarij Principum, ita Suar. d.tom.5. disp.51. sect. vlt. vbi ad hoc allegat Panorm. Ioan. Andr. Dec. Bald. Bernard. Diaz & Salzedo, ac Greg. Lopez, concludens consuetudinem adesse quòd sine metu alicuius irregularitatis occasione Curialitatis contractæ possint Clerici esse iudices Principum secularium in causis ciuilibus, cuius verba suprà retulimus num. 67. cum seqq. Fr. Henric. de Villalobos in sum. p.1. diffic. 38. agit de hac irregularitate quæ colligitur ex dictis cap. 1.2. & 3. dist.51. & cum Maiolo de irregul. lib.2.c.5.n.9. tenet laicos Curiales ordinari nō posse;& in præcedenti diffic.37.idem Villalobos tractans de obligatis ad ratiocinia, & de Curialibus, qui causas agūt,vel quibuslibet publicis functionibus occupantur; addit: *que los clerigos que tienen estos ministerios no quedan irregulares, porque solo habla de los legos*:& paulo post. ibi, *y tambien se aduierse en especial que los clerigos sin nota de irregularidad pueden ser Consejeros en causas Ciuiles, y donde se trata de gouierno, como dizen Bernardo Diaz, y Salzedo, siguiendo a Decio y Baldo, y lo tiene Gregorio Lop.l.48. tit. 6. part. 1. y consta de la costumbre*,&c.Hanc eandem exceptionem de consiliariis Principum modo laicis, modò ecclesiasticis, tenent Mercer. in 3. p. D. Thom.q. 24.dub. 3. Petr. Cornejo in eandem 3. p. tract. de irregularit.disp.14. dub.2. num.3. Filliuc.in quæst. moral.tom.1.tract.19. de censur. in particulari cap.7. n.197.Paul. Laymann in Theolog. morali tract.5.p.5.cap.8. num.5.P.Ludou. de Torres de censur.lib.9. disp.72. dub.6.qui attestatur illam consuetudinem Pontifici notuisse; Gaspar Hurtado de censur. tract. de irregular. disp.2. dub.18. vbi expressè de Consiliariis laicis, Anton. Diana moral. resol.p.4. tract.2. resol. 98. vbi de consiliariis Principum,qui sunt Regentes, Præsides,& Magistri Rationales.

74 Sextò infertur intellectus ad cap. clericis. §. iubemus, ne clerici vel mon. vbi postquam Pontifex Alexander III. statuerat ne clerici per se truncationes membrorum inferant, aut iudicent inferendas, addit. *Iubemus etiam sub interminatione anathematis ne quis Sacerdos officium habeat Vicecomitis, aut Præpositi secularis. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit,& commonitus emendare noluerit, excommunicationi subiaceat.* Ex quo textu Doctores passim colligunt Sacerdotibus interdictum esse ne possint esse Vice-Reges, seu Vicecomites, vel locum tenentes Principum secularium in iurisdictione seculari exercenda,nec gubernatores Regni, vel administratores Prouinciæ, tanquam Officiales Principum secularium,vt per Nau. in man. cap.27.num.117. vers. septima,Maiol.de irregul.lib.2.c.3.num.3. & cap. 5. n. 15. Bernard.& Salzed. in pract.cap. 60. Azeued. ad 75
Curiam Pisanam lib.2.c.21.num.1. cum seqq. & l. 1. à princ. tit.4.lib.2.recop.& nuncupatim Panorm. in d. §. iubentes & Siluest. verbo excommunicatio 9.num. 28.postquam docuerant non posse Sacerdotem per hunc tex. Principis vices agere in iurisdictione seculari exercenda, quamuis nullam pœnam mortis, aut mutilationis imponat; addunt quòd Prælati possunt esse Consiliarij Principum, licet esse non debeant officiales exercendæ iustitiæ,hoc est, criminalis; Caietanus in sum. cap. 76. existimauit in excommunicationem huius cap. incurrere Gubernatores, seu Vice Reges, quoniam appellatione Præ- 76
positi secularis omnis huiusmodi præsidentia iurisdictionem habens secularem venire videtur: cum Caietano sentit Nauarrus; Tolet. in sum. lib.1. cap. 37.excom.7. tradit sub appellatione Vicecomitum & Præpositorum secularium comprehendi Gubernatores,Vicegerentes,& Præsidentes iurisdictionem à secularibus obtinentes; & deinde loquens de Sacerdotibus,Diaconis & Subdiaconis subdit.Possunt tamen esse Consiliarij Principis secularis, vt notat Abb. in d. c. clericis. num. 10. post Host. ibi num. 4. dummodo à pœna sanguinis se abstineant secundùm Host & Abb. vbi supra, quam quidem pœnam sanguinis esse debere grauem dicit Boich. ibidem in fine; Bonacin. de censur. extra Bullam Cœna disp.2. q.4. puncto 5. docet non videri in illo textu interdictum Sacerdoti munus Consiliarij apud Principem secularem suscipere, modò illud non exerceat in causa sanguinis in particulari.Villalob. d.p. 1. trat. 17. diffic.28. num. 5. ait textum illum loqui de Sacerdote officium Vicecomitis, aut iudicis secularis exercente; & postea addit. *Mas aduiertase con el mismo Abad in d.cap.clerici num. 10. despues de Host. ibi num.4. que pueden los dichos ser Consejeros de Principe seglar conque no den pena de sangre*,&c. Et quicquid sit, certum est in Hispania, vel ex consuetudine legitimè præscripta, vel aliquo Apostolico priuilegio passim Episcopos fieri Proreges,aut Præsides Senatus Regij,vt testatur Enriq. in sum. lib.14. de irregul. cap.5.§.5. in commento lit. Q.

Septimò infertur nullum clericum dictare, aut 77
proferre posse sententiam sanguinis, cap. sententiam sanguinis,ne clerici vel mon. cum ibi per me citatis in collect. num.2.cap. ne clerici eod.tit.in 6. & addo Machado *en su perfeto Confessor y Cura de Almas* lib. 1. p.3.trat.18. docum.2. vbi ait intelligendam esse resolutionem prædictam de quacunque sentētia mortis siue mutilationis membrorum, sequuta scilicet cum effectu morte seu mutilatione in vim dictæ sententiæ ad hoc vt talis irregularitatem incurrat, etiamsi mere laicus sit.Ita contra Maiol. lib.2.cap.6. num.3. docent Siluest. verb. homicidium 3. q. 1. Sot. de Iustit.lib.5.q.1.art.9.Medina in sum.lib.1. c.10.§. 10. Villadieg. de censur.cap.6.num.20. Suar.d.tom.5. disp.47.sect.1.num.3. & sect. 4. num. 2. Bonacin. de censur. disp.7.q.4.puncto 1.prop. vnic. num.23.Auila eod. tract.p.7. disp.2. dub.1. Filliuc. tract.19.cap.10. num.239. Villalob. in sum.p.1.trat.21. diffic.25. n. 2. quod quidem procedit quamuis miraculosè mors, seu mutilatio cum effectū non sequatur, vt declarat

Auila *d. tract. de censur. p.7. disp. 5. sect. 1. notab. 3.*

78 Vnde benè deducitur clericum posse ex commissione Principis cognoscere etiam de causis criminalibus, dummodo non deueniat ad condemnationem sanguinis, mutilationis, aut deformationis membrorum, vt docent Cou. *in Clem. si furiosus p.2.§.5.n.9.* Fr.Emman. *in sum. p.1. cap.169. concl. 5.* ex tex. *in c. sæpè 23. q.8. & ex d. cap. in Archiepiscopatu, de raptorib.* non obstante *cap. nullus Episcoporum 15. q. 4.* vbi videtur ecclesiasticis personis prohiberi causas criminales iudicare, quia *ibi* glos. *verb. iudicari*, ait prohibitionem locum habere cum agitur de effusione sanguinis. Similiter poterit Ecclesiastica persona

79 absque metu irregularitatis si fuerit alicuius Principis secularis Consiliarius, cum eo concurrere in lege seu constitutione edenda, qua delinquentibus in certo crimine pœna sanguinis imponatur, quia proximè non concurrit ad causam sanguinis. Ita Henriq. *in sum. lib.14. cap.12. n.6. & c.16. n.4.* Auila *d.p.7. disp.5. sect.2. dub.5.*

80 Octauò infertur tam clericos iuxta *cap. clerici, cap. quicunque 23. q.8.* quàm Religiosos, vt constat *cap. eos 20. q.3.* grauissimis prohiberi pœnis in bello militare. Bañez 2.2. *q.40. art.2.* Molin. *de Iustit. tom. 1. disp.108.* Auil. *de censur. p.7. disp.6. sect.3.* Candid. *disquis. moral. 17. art.9. dub.1.* Machado *d. lib. 1. p.3.*

81 *trat.17. docum.10.* Poterunt tamen ad bellum iustum persuadere, hortari, & ad illum milites inducere, vt strenuè dimicent, dummodo talis inductio non dirigatur ad particularem aliquem occidendum, absque irregularitatis periculo; iuxta doctrinam S. Thomæ *2.2. q.40. art.2. ad 3.* & constat ex *cap. igitur, cum seqq. 23. q.8.* & resoluunt Bonac. *de cens. disp. 7. q.4. p.4. n.11.* Molin. & Auila *citatis locis.* Henriq. *d. lib.14. c.12. num.4. lit. R.* Filliuc. *tom.1. tract. 19. n. 266.* Candid. *dicta disquisit. 17. art.4. dub.4.* Villalob. *in sum. p.2. trat.5. diffic.8. num.2.* Machado *d. trat.17. docum.10. num.5.* Præcipuè si faciat pro defensione Ecclesiæ, vel Reipubl. vel Fidei, quamuis sequantur ex vtraque parte homicidia & mutilationes, nisi ipse occidat, vel deformet. *cap. Dominus 23. q.1. cap. hortatu 23. q.8.* Suar. *tom.5. disp.47. sect.6. num. 8.* Sayr. *de censur. lib.7. c.19. num.3.* Bonacin. *eod. tract. disp.7. q.4. puncto 4. num.7.* Rota *decis.3. in fine p.2. recent.* Bellet. *disquisit. clerical. p.1. tit. de discipl. cleric. §.5. num.141.* vbi *num. 142.* secus dicit si bellum iniustum esset, quia tunc clericus fieret irregularis præstans fauorem, vel auxilium, vel consilium, dummodo inde sequuta fuerit mors hostis, aut mẽbri mutilatio etiam per alios, latè D. Roder. à Cunha *in comment. ad princ. 21. dist. ex num.5.* Et idem Bellet. *vbi suprà num. 143.* aduertit quòd si clericus interfit in bello iniusto ad pacem componendam, seu ad Confessiones audiendas, quamuis ex hoc per accidens augeatur animus militibus, non fit tamen irregularis. Ex quo

82 igitur quod clericus dans consilium vt inducatur bellum iustum non manet irregularis, sequitur esse posse de consilio rerum bellicarum, vt expresè docent Henriq. *d. lib.14. c.13. num.1.* Auila *d. p.7. disp.6. sect.3. dub.2. ad finem.*

Ex quibus omnibus colligitur circa cognoscendas & iudicandas causas ciuiles in consilio Principum secularium nullam inueniri in iure prohibitionẽ, quæ clericos depellat à tali cognitione, & quod plus est, nec vlla adest, quæ Regulares ex hoc capite excludat si id faciant de Superiorum suorum licentia, & debito modo, imò maiorem libertatem in illis cognoscendis & diiudicandis habere dicimus Episcopos, & Abbates, ac Prælatos, qui nulli subsunt ordinario superiori, sed immediatè S. Sedi Apost. subjecti sunt, non enim ita indigent speciali licentia, sicut alij. Et ad omnem dubitandi ansam tollendam Portugaliæ & Algarbiorum Rex Sebastianus obtinuit à summo Pontifice Pio IV. vt pro administratione iustitiæ in Regnis, Insulis, & dominiis eidem, & pro tempore existenti Regi subjectis, posset quasvis ecclesiasticas, quam cuiusvis Ordinis Regulares personas, quauis etiam Pontificali dignitate pollentes (si aliàs cum eis, si extra eorum monasteria, aut alia Regularia loca degere possint, legitimè dispensatum fuerit) consilio suo adhibere, ipsæque in omni consilio pro tempore adhibitæ personæ in quibusvis criminalibus, prophanis, & mixtis causis, etiam pœnam sanguinis concernentes consulere, & votum dare, seu suffragium ferre, ac causarum earundem decisioni, & terminationi interuenire, necnon personæ ecclesiasticæ cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentes per ipsos Portugaliæ Reges ad secularia officia Regnorum, insularum, & dominiorum huiusmodi pro tempore deputatæ officia ipsa acceptare, & regere, eoque tempore durante cognitioni, & decisioni quaruncunque causarum, & quæstionum criminalium contra quoscunque incumbere, & quibusvis negotiis criminalibus se immiscere liberè & licitè valeant; absque aliquo conscientiæ scrupulo, aut irregularitatis, seu inhabilitatis, vel aliarum sententiarum, censurarum, & pœnarum contra se in præmissis ingerentes latarum incursu, vel infamiæ nota, etiamsi exinde sanguinis effusio, & mutilatio membrorum, aut mors hominum subsequatur, dummodo per se ipsos sententias non ferant: vt plenius in dictis litteris in forma Breuis expeditis, Pij Papæ IV. continetur, incip. *Pro salubri*, sub Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1559. Kalend. Martij, quæ impressæ circumferuntur in libello priuilegiorum, facultatum, & gratiarum, quas summi Pontifices Regibus Portugaliæ & ad eorum instantiam concesserunt, Vlyssipone ex officina Petri Crasbeck 1609.

Seguntina priuilegij.

Priuilegij vsus, & obseruãtia, ex quibus inducatur, & confirmetur? Priuilegium immunitatis à collectis, gabellis, & alcaualis concessum, de quibus intelligatur? & vtrùm comprehendat impositas post earum concessionem?

VOTVM XC.

1. *Potestas concedendi immunitatem à collectis residet penes supremum Principem.*
2. *Principis etiam secularis assertio plenè probat.*
3. *Confirmatio nouam concessionem, & nouum titulum operatur.*
4. *Confirmatio in forma specifica quæ dicatur.*
5. *Confirmatio pluries repetita per diuersos*

primi

primi concedentis successores extinguit defectum.

6 *Priuilegium ex causa onerosa, & quod transit in vim contractus, est irreuocabile.*

7 *Immunitas concessa mercatoribus nauigantibus ad aliquem portum pro augenda illius habitatione, non potest reuocari.*

8 *Priuilegium immunitatis obtinentes non comprehenduntur sub constitutione Principis iubentis collectam soluendam nemine excepto.*

9 *Voluntas Principis non præsumitur extendi ad ea, quæ de iure facere non potest.*

10 *Statutum semper sumit interpretationem à potestate statuentium.*

11 *Princeps semper dicitur disponere prout ius disponit.*

12 *Priuilegia ex contractu, & ex causa onerosa non comprehenduntur in generali reuocatione priuilegiorum.*

13 *Priuilegia reuocabilia solùm comprehenduntur sub generali reuocatione priuilegiorum.*

14 *Doctrina Bart.* in l. Antiochensium ff. de priuil. credit. *declaratur.*

15 *Immunitatis priuilegium per legem generalem non tollitur.*

16 *Contractui cum Principe gesto derogari non potest per legem generalem ab eo latam.*

17 *Confirmatio Pragmaticæ denuò censetur impetrata post centum annos ab eius editione.*

18 *Præscriptio quæcunque etiam immemorabilis contra tributa, & vectigalia excluditur.*

19 *Materia quando est impræscriptibilis ad acquirendum dominium, sufficit titulus insufficiens iuncta obseruantia quadraginta annorum.*

20 *Materiæ inpræscriptibiles ex incapacitate possidentis desinunt esse tales.*

21 *Laici sunt incapaces possessionis, & præscriptionis in materia decimarum, nisi cum præscriptione allegetur priuilegium ante Conc. Lateran. obtentum.*

22 *Iurisdictio ecclesiastica est impræscriptibilis respectu laicorum.*

23 *Consuetudo obtinendi duas Dignitates in eadem Ecclesia, improbatur, nisi cum illa concurreret allegatio priuilegij.*

24 *Bona & loca ad vsus communes vicinorum deputata sunt impræscriptibilia nisi cum immemoriali allegetur titulus priuilegij.*

25 *Præscriptione immemoriali prohibita ex incapacitate possessoris, admittenda nihilominus si allegetur priuilegium.*

26 *Vectigalia præscriptibilia sunt respectu particularis ordinario decem, vel viginti annorum spatio.*

27 *Decimæ contra laicum præscribuntur ordinario tempore.*

28 *Tertiæ Regales contra priuatum præscribuntur ordinario tempore.*

29 *Pecho, Pedido, & Alcauala sunt synonyma.*

30 *Alcauala est nomen generale comprehendens omnia tributa.*

31 *Vectigal nomen comprehendit omne quod fisco soluitur.*

32 *Generalis loqnutio omnia comprehendit.*

33 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

34 *Exemptio vectigalium concessa generaliter exceptis certis casibus, est generalissima in casibus non exceptis.*

35 Clauf. Prout constitutum est solui, *non stat conditionaliter, sed causatiuè.*

36 *Solutionem consuetam probare non requiritur quando conceditur vectigal tantæ quantitatis, prout consuetum est soluere.*

37 *Stipulatio ne luminibus officiatur comprehendit lumina tam tempore contractus existentia quàm futura.*

38 *Priuilegium immunitatis extenditur ad decimas futuras.*

39 *Immunitas per verba generalia concessa comprehendit collectas de nouo impositas ratione belli superuenientis.*

40 *Immunitas ex causa onerosa concessa comprehendit collectas futuras.*

41 *Ex obseruantia subsequenti declaratur quòd ius exigendi vectigal comprehendatur.*

42 *Immunitas à gabellis comprehendit onera, & gabellas futuras.*

43 *Priuilegium concessum villis extenditur ad villas de nouo auctas.*

44 *Castrum cum territorio si nobili concedatur, debet habere territorium postea auctum.*

45 *Priuilegium immunitatis extenditur ad bona post priuilegium quæsita.*

46 *Immunitatis priuilegium comprehendit incolas de nouo superuenientes.*

47 *Priuilegium concessum collegio 16. virorum extenditur ad septem collegas postmodum auctos.*

48 *Priuilegium de percipiendis gabellis extenditur ad gabellas superadditas.*

49 *Focularia de nouo aucta comprehenduntur in functionibus fiscalibus Baroni per verba vniuersalia, vel indefinita concessis.*

50 *Doctores* in l. si ex toto ff. de legat. 1. *declarantur.*

Dubitaui

DVbitaui an priuilegium immunitatis à collectis & gabellis concessum oppido de Sendin hodie sit in vsu, & debeat obseruari etiam quoad collectas post eius concessionem impositas? Materia præsentis voti diuidetur pro faciliori illius explicatione, in hunc qui sequitur, modum.

Priuilegio immunitatis à gabellis & tributis an aliquid obstet quin obseruari debeat?

§. I.

1 NIhil impedire hodierum vsum, & obseruantiam huius priuilegij, ostendam multis, & primò quòd supremus Princeps (penes quem residet latissima potestas concedendi immunitatem à collectis, *l. sunt munera, ff. de vacat. muner. toto tit. C. de immun. nem. conced. l. immunitas. C. de agricol. & cens. lib.* 11. *cap. super quibusdam. §. præterea, de verb. signif. l. Hisp.* 1. *tit.* 11. *lib.* 6. *Recop.* Sacca *cons.* 15. *num.* 7. Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 127. *cum seqq.* Glorit. *resp.* 1. *p.* 2. *num.* 12. *&* 45. Gutier. *de gabell. q.* 4. *num.* 4. *&* 5.) in concessione dicti priuilegij & deinde in illius confirmatione affirmat illud in vsu esse, ac obseruari debere, quæ quidem Principis assertio plenè 2 probat, *Clem. litteris, de probat. c. nobilissimus* 95. *dist.* Mascard. *de probat. concl.* 1227. Carol. Tapia *in decis. supremi Consily Italiæ decis.* 23. *num.* 73. Mastrill. *d. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 51. *cum seqq.* Et procedit etiam in Principe seculari. Cardin. *cons.* 128. Deci. *cons.* 606. *incip. Serenissimus Imperator num.* 1. *vers. & primo facit,* Tapia *d. decis.* 23. *num.* 73 Aliàs enim si Principi aliquid asserenti non crederetur, esset illum de mendacio redarguere, quod non est dicendum, vt notatur *in d. Clem. litteris,* & concludunt Franch. *in cap. si motu proprio num.* 8. *de præbend. lib.* 6. Menoch. *cons.* 100. *num.* 23. Mastrill. *d. c.* 4. *num.* 54. Et hæc opinio totius Mundi praxi recipitur. Menoch. *d. cons.* 100. *num.* 26. Tapia *d. decis.* 23. *num.* 74. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 4. *glos.* 10. *p.* 2. *num.* 28. Mastrill. *d. cap.* 4. *num.* 52.

3 Secundò, quia dictum priuilegium deliberatè & ex certa scientia confirmarunt diuersi & pro tempore existentes Castellæ Reges, quæ confirmatio nouam concessionem & nouum titulum operatur, *c.* 1. & ibi glos. *verb. confirmata, de transact.* Bart. *in l. more, ff. de iurisd. omn. iud.* Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. *cum seqq.* Georg. *alleg.* 6. *num.* 3. *cum seqq. & alleg.* 46. *num.* 39. *&* 40. *& in repetit. feudal. lib. cap.* 16. *num.* 33. *&* 34. Rouit. *in pragm.* 4. *de possess. non turb. num.* 20. *&* 21. Costa *cons.* 1. *num.* 23. *& cons.* 2. *n.* 43. *cum seqq.* Cabed. *Lusit. decis.* 21. *num.* 5. *p.* 2 Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 992. *num.* 11. Castill. 4 *controu. tom.* 5. *cap.* 89. *num.* 206. *&* 207. Dicitur autem confirmatio in forma specifica quando fit inserto tenore priuilegij confirmati, prout in nostro casu, *cap. venerabilis, de confirmat. vtili,* & ibi Abb. *num.* 1. *&* 2. Dec. *in cap. inter dilectos num.* 1. *de fide instrum.* Paschal. *de patria potest. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 59. *&* 60. vbi *num.* 58. addit priuilegium confirmatum dici ex certa scientia quando fuit confirmatum à pluribus retro Principibus, Petra *de potest. Princip. cap.* 32. *num.* 37. Castill. *d. tom.* 5. *cap.* 81. *num.* 209. Lanar. *cons.* 21. *num.* 2. Rota apud Farinac. *decis.* 192. *n.* 3. *p.* 1. *recent.*

5 Ex qua quidem confirmatione pluries repetita, & facta per plures primi concedentis successores, fuit quicunque sic existeret defectus, extinctus, & tacitè [illegible]atus, vt in simili tradit Fraccia *de subfeudis lib.* 2. *in c. quis dicatur Dux, in alleg. pro Regente Albertino num.* 68. *vers. secundò quia Princeps per suas litteras, pag. mihi* 138. vbi loquitur de pragmatica Regni Neapolitani, hodie est 1. *tit. de priuil. inf. a annum registrandis,* in qua ipso iure annullantur & cassantur priuilegia non registrata, quem defectum suppleri ait si Princeps illo non obstante iubeat obseruari priuilegium, Ponte *cons.* 3. *num.* 30. *lib.* 1. Rouit. *in pragmat.* 1. *de priuileg. infra annum præsentandis num.* 5. Idem etiam operatur clausula perinde valere, Gemin. *cons.* 11. *num.* 2. *vers. quoad rescriptum, & cons.* 128. *n.* 3. *&* 4. *vers. nam gratia,* Marr. *de clausul. p.* 1. *claus.* 225.

Tertiò, quia dictum priuilegium ex causa onerosa fuit concessum, & sic transiit in vim contractus, ac 6 proinde est irreuocabile, Bart. *in l. omnes populi n.* 30. *ff. de iustitia & iure,* & ibi Bald. *q.* 3. *& in l. si cum mihi num.* 1. *ff. de dolo,* Alex. *cons.* 54. *Viso puncto n.* 11. *cum seqq. lib.* 4. *& cons.* 101. *num.* 1. *post princ. lib.* 1. *& cons.* 1. *num.* 11. *& cons.* 116. *num.* 6. *vol.* 2. Bertachin. *in repert. p.* 4. *lit. P. vers. priuilegium si est concessum, pag.* 174. *vol.* 3. Petra *de potest. Princip. c.* 32 *sect. capio nunc secundam principalem dubitationem num.* 172. *pag. mihi* 182. Muta *ad pragm. Siciliæ p.* 1. *tit.* 16. *num.* 34. *pag.* 197. Tortus *ad statuta Papiæ statuto* 23. *de regimine potestatis num.* 27. *pag.* 71. *& statuto* 40. *num.* 14. *&* 15. *pag.* 92. Tapia *cons.* 8. *num.* 8. *&* 9. Pricut quilibet alius contractus cum Principe celebratus reuocari non potest, Bald. *in l. qui se patris num.* 33. *&* 34. *vers. hoc scias, C. vnde liberi,* Aretin. *in cap.* 1. *de constit. n.* 16. *&* 17. Gomez de Leon *alleg.* 34. *n.* 3. *&* 4. Ioan. Andr. Georg. *alleg.* 49. *num.* 4. *&* 5. Muta *ad c. Regni Siciliæ tom.* 1. *in proœm. num.* 25. *cum seqq. pag. mihi* 10. *&* 11. Paschal. *de patria potest. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 49.

Et in terminis immunitatis concessæ mercatori- 7 bus, nauigantibus ad quendam portum pro augenda illius habitatione, quòd non debeat, nec possit reuocari, tradit Berard. senior *cons.* 21. *num.* 1. *cum seqq.* sequitur Petra *d. tract. cap.* 24. *num.* 255. *fol. mihi* 130. *col.* 3.

Ex quo fit quòd vbi Princeps imponit aliquam 8 collectam, & iubet soluendam ab omnibus, nemine exempto, nullo modo intelligitur voluisse comprehendere obtinentes priuilegium immunitatis, vt per Rendin. *in promptuario tit. de priuileg. n.* 6. & plures citatos à Glorit. *resp.* 1. *p.* 1. *n.* 9. Et procedit etiamsi collecta imponatur per legem generalem. Menoch. *cons.* 1105. *n.* 19. *cum seqq. lib.* 12. vbi dicit quòd non præsumitur Principem voluisse derogare priuilegiis nisi id in lege specificè expresserit, sequitur Bonacin. *de legib. disp.* 1. *q.* 3. *puncto* 8. *§.* 3. *n.* 11. *vers. secundò non extenditur.*

Et in his terminis non dubitatur de potestate 9 Principis, sed de eius voluntate, quæ præsumitur non extendi ad ea, quæ de iure facere non potest, *l. Lucius, §. pen. ff. ad municip. c. a nobis, de sentent. excom.* Marr. *cons.* 40. *num.* 29.

Et statutum semper sumit interpretationem à 10 potestate statuentium, Bart. *in l. si quis sub conditione in fine. ff. de condit. & demonstr.* Ioan. Monach. *in c.* 2. *de constit. lib.* 6. Marr. *d. cons.* 40. *num.* 30.

Et Princeps semper dicitur disponere prout ius 11 disponit. Gozadin. *cons.* 101. *n.* 10. & cum aliis Marta *d. cons.* 40. *num.* 31.

Et in specie quòd in generali reuocatione priui- 12 legiorum non comprehendantur priuilegia ex contractu, & ex causa onerosa concessa, Lap. *alleg.* 95. Roman. *cons.* 436. *num.* 14. *vers. septima ratio,* Card. *cons.*

conſ.147.num.2.vſque ad fin. Putc. deciſ.314. lib.1. in
nouis, Pinel. in rub. C.de reſcind.vendit.p.1.cap.2.col.
vlt.Roland.conſ.13.n.22.lib.3. Burſar. conſ.16. n.57.
lib.1.Seraph. deciſ. 1082. num. 3. Hercul. Marcſcot.
lib.2.var.cap.40.num.28.Marta d.conſ.40.ex num.22.
& conſ.145.num.16.cum ſeqq.Gonzal.ad reg.8.Cancel.
gloſ.36. num. 36. cum ſeqq. vbi quòd per derogatio-
nem generalem non cenſeatur derogatum priuile-
giis per viam contractus conceſſis,Paſchal.de patria
poteſt.p.1.cap.1. num.97.cum ſeqq. Tortus ſtatuto 41.
num. 20.& 21.Muta ad cap.Regni Siciliæ tom. 1.in
prœm.num.86.Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.tom.5.
cap.845.num.17.& cap.891.num.61. Tapia deciſ. 8.
num.7.Bonacin.in tract.de legib.q.3. puncto 8. §. 3.n.
13 12.& 13.Et quòd ſub generali reuocatione priuile-
giorum ſolum comprehendantur priuilegia reuoca-
bilia, tradunt Menoch. conſ.1007. num.79. vol.11.
Marra d.conſ. 40.num.25.

14 Non obſtat doctrina Bart. in l.Antiochenſium,ff.de
priuileg.credit. per quam habetur reuocationem pri-
uilegiorum factam in lege generali præiudicare
particularibus illud obtinentibus, ac proinde quòd
quando per legem generalem iuri tertij præiudica-
tur, non ob id naſcitur obligatio reſtituendi ſubdi-
to damnum ex tali præiudicio proueniens: quia
contrarium verius, & receptius eſt,ex ea ratione,
quia cum ſubditus iure naturali rerum ſuarum do-
minium & proprietatem habeat, ac proinde à Prin-
cipe eis priuari non poſſit, nihil intereſt quòd per
reſcriptum,aut per legem generalem, priuationem
inducere velit,cùm in vtroque caſu eadem reperia-
tur incapacitas, & idem ius offendatur:ita aduertit
Iaſ. in l.Barbarius num.44.ff. de offic.Prætor. ſequun-
tur Felin. in cap.quæ in Eccleſiarum num.26.& 28.de
conſtit. Matth. de Afflictis in prælud. ad Conſtit.
Neapol. q. 4.num.7. & deciſ. 321. num.16. Roch.
de Curte in cap. fin. de conſuet. fol. 46. col. 3. iuxta
paruam impreſſ. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4.
num. 355. & ſeq. Rodolphin. de ſuprema Principis
poteſt.cap.6. num. 165. verſ. contrarium tenet, & num.
166. & in priuilegio immunitatis ita aduertit
Syluan. conſ.66. num.24.adductus auctoritate Cra-
uettæ, qui pariter loquitur in materia immunita-
tis conſ.276.ſub num.7. verſ. ſi dicatur, & conſ. 508.
num.1 lib. 2. In eiſdem terminis hoc etiam voluit
Cephal. conſ. 451. num. 306.& cum aliis pluribus
Glorit. reſp.1.p.3.num. 234. cum ſeqq. Gonzal. ad
reg.8. Cancel.gloſ. 36. num.36.& 38. Petr. de Gre-
gorio in conceſſione feudali p.1.q.7. num. 27.& 28.
Muta ad cap. 38. Siciliæ tom.1.num.10.& 12. cum
ſeqq.pag. 250. Menoch. conſ. 1105. num. 19. cum
15 ſeqq. lib. 12. vbi reſoluit priuilegium immunitatis
per legem generalem non tolli, Lancelot. Gallia
conſ.44. num.43.& 44. Stephan. Gratian. d. tom. 5.
cap.991. num.58.

16 Et quatenus derogatio facta per legem genera-
lem comprehenderet ius quæſitum ex contractu,
hoc poſſet procedere quando contractus inter par-
tes fuit celebratus, non ita ſi cum Principe ſit ge-
ſtus, cui per legem generalem ab eo latam dero-
gatum non cenſetur, Butr. conſ. 59. num.1. & 2.
Paul. de Caſtro conſ. 317. num. 5. vol.1. Felin. in
cap. quoniam num. 3. de conſtitut. Mandel. Alben.
conſ. 185. num. 18. cum ſeqq. vol.1. Crauet. conſ.
933. num. 9. vol.5. Siluan. conſ. 66. num. 23. &
24. & poſt Butr. & Deci. tradit Tuſch. pract. con-
cluſ. tom. 6. lit. P. concl. 680. num. 8. Petra de poteſt.
Princip. cap. 32. §. capio nunc ſecundam principalem
dubitationem num. 145. verſ. ad duodecimum. Præci-
puè cùm ab initio conceſſionis vſque ad præſentem
diem, ea reuocatione non obſtante, priuilegium
fuerit obſeruatum, per quam obſeruantiam confir-
matum remanſit, & dictæ legi derogatum per tole-
rantiam Principis, Pereg. de iure fiſci tit. 8. de præ-
ſcript. fiſcalib. num. 26. Mieres de maiorat. p. 4. q...
num.50. in 2 edit. Ponte conſ. 155. num. 8. cum ſeqq.
vol.1. vbi notabiliter dicit quòd ſi omnia priuilegia 17
per nouam pragmaticam reuocentur, niſi ſint con-
firmata, quod ſtante curſu centum annorum poſt
dictam pragmaticam cenſetur denuo impetrata
confirmatio, & quòd ita fuit iudicatum in Regia
Camera Summariæ, ſequitur Capiblanc. de Baronib.
pragm.11.num.172.

Quartò, quia dictum priuilegium magis corro- 18
boratur, & firmum manet, cum eius obſeruantia, &
vſus iam hodie in vim præſcriptionis allegatur, nam
licèt per l.Hiſp. 1.tit.18. lib.9.Recop. contra tributa
& vectigalia excludatur quæcunque præſcriptio
etiam immemorialis, nihilominus titulus etiam
inſufficiens iuncta poſſeſſione quadraginta anno-
rum ſufficeret ad confirmandum dictum priuile-
gium, & ad præſcribendam eius obſeruantiam, vt
amplius de eo dubitandum non ſit, vt per l.vlt.§.fin.
C.de fundis patrim. lib.11. notant Ioan. de Platea in
ead.l.fin.num.3.verſ.ſecundò nota,Salicet.in l.comperit.
C.de præſcript.triginta num.2. Alex. conſ. 30. num. 11.
& 12.lib.5.Bart. conſ.196. num. 7. lib. 1. vbi quòd ſi
conceſſio priuilegij in aliquo deficiat, curſus tem-
poris id roborat, & ita hanc materiam explicat D.
meus Petr. Barboſa in d.l. comperit à num.46.cum ſeqq. 19
vbi quòd quando materia eſt impræſcriptibilis, titu-
lus inſufficiens iuncta obſeruantia quadraginta an-
norum ſufficit ad acquirendum dominium. Et in
indiuiduo, & in materia d.l.Hiſpanæ 1.tradit Giron-
da de priuilegiorum, & exemptionum explicat.num.75.
dicens ſufficere titulum, ſeu priuilegium non ple-
num cum poſſeſſione quadraginta annorum, quod
prius dixerat Auiles ad c.13. Prætor. verb. Alcaualas
ſub num.5.ad finem.

Sextò, quia poſſeſſio quæ allegatur eſt pluſquam 20
immemorialis, & adeſt dictum priuilegium loco ti-
tuli, vnde ſuccedit Iuris concluſio quod materiæ
impræſcriptibiles ex incapacitate poſſidentis, deſi-
nunt eſſe tales, ſi cum immemoriali concurrat alle-
gatio tituli, ſecundùm Menchaq. quæſt. illuſtr.
cap. 84. num. 13. & 14. D. Barboſ. in l. omnis C.
de præſcript. 30. num. 47. & 48. legendus ex num.
41. & in d. l. comperit num. 24. verſ. limita tamen
prædicta non procedere; & in terminis d. l. comperit
vectigalium Principis præſcriptionem prohibentis
idem tradit Mieres de maioratu p. 4. q. 20.num.256.
& 257. in 2. edit. Et probatur à ſimili in materia 21
decimarum, quarum poſſeſſionis & præſcriptionis
incapaces ſunt laici, cap. 1.16.q.7. cap.cauſam, de
præſcript. cap. tua nobis, cap. prohibemus, de decim.
& tamen ſi cum præſcriptione allegaretur priuile-
gium ante Concilium Lateranen. obtentum, ſuffi-
ceret vtique, Ioan. Andr. in cap. cum Apoſtolica
num. 9. ad fin. verſ. ſatis videtur, & ibi Abb.num.12.
de his quæ fiunt à Prælat. Felin. in d. cap. cauſam quæ
num. 3. & ibi Alex. de Neuo num. 8. Burg. de Paz
conſ. 50.num.5. Gutier.practic. lib. 1. quæſ. 16. per
tot.& lib.3.q.14.n.59.& 60.Pereg.conſ.8.n.27.lib.6.
Moneta de decim.c.5.q.3.n.74.Ego de officio, & poteſt.
Parochi p.3.cap.28.§.2.n.52.Rota deciſ.215.ſub n. 4.
p. 2. diuerſ. & deciſ. 474. num. 3. & deciſ. 702.
num.1.p.1.recent. & deciſ.193.n.6.p.2.etiam recent.Et 22
idē videmus in iuriſdictione eccleſiaſtica, quæ licèt

sit impræscriptibilis respectu laicorũ, Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu* 1. *ex n.* 372. si tamen iudex secularis priuilegium aliquod allegasset ad cognoscendum de clericorum causis, & immemorialem probasset, vtique obtineret, Pute. *decis.* 355. *lib.* 1. *in nouis*, Carol. de Grassis *d. effectu* 1. *num.* 381. *cum seq.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 14. *&* 15. Mieres
23 *d. p.* 4. *q.* 20. *n.* 253. *&* 254. *in* 2. *edit.* Sic similiter videmus quòd licèt per *cap.* 1. *de consuet. lib.* 6. reprobetur consuetudo etiam immemorialis obtinẽdi duas Dignitates in eadem Ecclesia, nihilominus si cum illa consuetudine concurreret allegatio priuilegij, sufficeret vtique ad obtinendum contra talem prohibitionem, vt per Pute. *decis.* 57. *n.* 5. *vers. potest tamen*
24 *lib.* 2. *in nouis.* Eodem modo constat bona & loca ad vsus communes vicinorum deputata impræscriptibilia esse per *l.* 7. *tit.* 29. *part.* 3. vbi notat Gregor. Lop. *glos.* 1. & nihilominus si eorum possessor vnà cum immemoriali, allegasset titulum priuilegij, vtique sufficeret ad obtinendum, Rip. *in l. quominus n.* 102. *ff. de fluminib.* Greg Lop. *d. l.* 7. *glos.* 1. Azeued. *in l.* 1. *n.* 64. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recop.* Mieres *d. p.* 4. *q.* 21. *num.* 50. *&* 51. *&* 52. *in* 2. *edit.*

25 Denique in iure nostro conclusio communiter recepta tenet quòd prohibita immemoriali ex incapacitate possessoris, illa nihilominus admitti debet, si allegetur titulus, Alex. *cons.* 74. *ex n.* 17. *vsque ad* 22. *lib.* 4. Crauet. *de antiquit. tempor. p.* 4. §. *absolutis n.* 96. Oliban. *de iure fisci c.* 13. *n.* 8. *cum seqq.* Pereg. etiam *de iure fisci lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 22. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 61. Cancer. *var. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 43. *cum seqq.* Auendan. *de exequendis mandat. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 7. *vers. prima conclusio*, quicquid dicat *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 27.

26 Septimò, quia in casu nostro non agitur de præscribendis vectigalibus aduersùs fiscum, sed contra quẽdam particularem prætendentem illa ad se pertinere, quo casu cessat omnino illa prohibitio præscriptionis, quæ talia vectigalia impræscriptibilia fauebat, & respectu dicti particularis præscriptibilia sunt ordinariè decem, vel viginti annorũ spatio, vt per Bart. *in l. si publicanus.* §. *in omnibus ante n.* 1. *vers. & hoc intellige quando quis, ff. de publican.* & *ibi* Imol. *n.* 8. Abb. *in c. super quibusdam.* §. *præterea n.* 2. *ff. de verb. signif.* Cou. *in reg. possessor. p.* 2. §. 3. *num.* 5. *vers. secunda conclusio*, Cabed. *Lusit. decis.* 41. *n.* 6. *& decis.* 17. *n.* 6. *p.* 2. D. Barbos. *in d. l. comperit n.* 15. *&* 86. Vasquez *in opuscul. moralib. tract. de restit. c.* 6. *dub.* 1. *num.* 10. *&* 11. Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *p.* 15. *n.* 35. *pag. mihi* 601.

27 Similiter decimæ, quæ sunt impræscriptibiles cõtra Ecclesiam, vt suprà dixi, benè contra laicum præscribi possunt ordinario tempore, Zabarel. *cons.* 146. Cuman. *cons.* 83. *aliàs* 84. Felin. *in c. causam quæ n.* 4. *de præscript.* Paris. *cons.* 25. *à n.* 11. *lib.* 4. Valasc. *de iure emphyt. q.* 17. *n.* 15. Menoch. *cons.* 1092. *n.* 6. *cum seqq. lib.* 11. Et quod in hoc casu tempus ordinarium sufficiat ad præscribendum probant Bald. *cons.* 180. *n.* 2. *lib.* 1. Crauet. *cons.* 479. *n.* 4 *& cons.* 496. *num.* 11. *lib.* 3. Paris. *cons.* 25. *n.* 11. *lib.* 4. Balb. *de præscr.* 5. *p. q.* 7. *num.* 22.

28 Item Tertiarum Regalium tributum contra priuatum præscribitur tempore ordinario, cùm tamen contra Regium fiscum absque immemoriali præscribi non possent, vt post Menoch. & Gutier. resoluit Azeued. *l.* 1. *n.* 41. *tit.* 21. *lib.* 9. *Recop.* Et idem in iurisdictione Regali præscribenda agnoscunt Bald. *in l.* 2. *col.* 5. *q.* 7. *n.* 31. *C. de seruit. & aqua*, Alex. *cons.* 16. *num.* 27. *lib.* 5. Franchis *decis.* 131. *n.* 33. Greg. Lop. *l.* 6. *glos.* 3. *ad fin. tit.* 29. *part.* 3. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 204.

Priuilegium immunitatis à collectis, gabellis, & Alcaualis concessum, de quibus intelligatur?

§. II.

Multum amplè loquitur priuilegium de quo agitur, in immunitate huiusmodi concedenda, ibi, *de todo pecho e de todo pedido, &c. Pecho* propriè dicitur quod penditur, & *Pedido*, quod petitur, & sub his nominibus comprehenditur *Alcauala*, nam tributũ, *pecho*, Alcauala, datio, sũt synonyma, Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 1. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 661. *n.* 11. Gutier. *de gabell. q.* 1. *num.* 6. Salon *de Iustit. tom.* 2. *tract. de vectigalib. art.* 4. *controu.* 3. *vers. huiusmodi gabella pag.* 416. vbi quòd Alcauala est nomen generale comprehendens omnia tributa. Et omne quod fisco soluitur, comprehendit nomen Vectigal, Cuman. *cons.* 162. loquens de tributo salinatum, Gig. *de gabell. in prælud. n.* 3. Vasq. *in opusculis moral. tract. de restitut. c.* 6. *dub.* 6. *n.* 88. ibi, *Rex Ioannes II statuit quòd publicanus, qui colligit gabellas, almoxarifazgos, tercias, y pedidos, y otras monedas, quibus vt reor, comprehendit omnia Regia tributa.* Et ad inducendam hanc comprehensionem moueor sequentibus fundamentis. 29 30 31

Primò, quia dicta exemptio fuit concessa per verba generalia & geminata, ibi, *de todo pecho, e de todo pedido*, &c. & ideo cõprehendere debent genera omnia tributorum, quia generalis loquutio omnia cõprehendit. *l. cum quærebatur, ff. de verb. signif.* Ioseph. Sesse *Arag. decis.* 48. *n.* 12 Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 54. *n.* 4. Et verba geminata magis operantur. *l. Balista ff. ad Trebell.* plures per me citati *Axiom.* 222. *n. vlt.* 32

Secundò, quia in eodem priuilegio excipitur certũ genus tributi vulgò *Iantar*, quæ exceptio firmat regulã in contrarium quoad alia genera tributorũ ibi non expressa. *l. præuaricationis.* §. *pr. ff. de præuaricator. l. illam C. de collat.* cum adductis per Tapiam *in decisionibus supremi Consilij decis.* 23. *num.* 57. *&* 58. 33

Tertiò, quia in terminis, concessa exemptione vectigalium, generaliter exceptis certis casibus, est generalissima in casibus non exceptis, vt probat Bolognet. *cons.* 1. *n.* 12. *&* 13. ibi, *Ex quibus apparet quòd in hoc regno Rex non potest pro quacunque causa etiam vrgentissima & insolita, & per necessitatem belli, & rebellionis, vel alia quacunque necessaria & improuisa causa imponere collectam, seu gabellam, exceptis dictis quatuor casibus cũ suis qualitatibus expressis*, &c. Alex. Raudens. *resp.* 1. *n.* 288. *cum seqq. vol.* 2. *& de analogis p.* 4. *n.* 61. vbi voluit quòd in concessione immunitatis facta per viam transactionis inter dominum, & vasallũ in omnibus casibus excepto vno, quod ex ea exceptione illius casus expresse Princeps nõ possit collectare pro quacunque causa, etiam prætextu belli, & notabilis inuasionis etiam in quocunque casu concernẽte publicam vtilitatem tam cogitato quàm incogitato; & cum aliis hoc etiam latè tradit Tapia *d. decis.* 23. *num.* 58. *& cons.* 15. *n.* 27. 34

Non obstat transactio postea facta super Alcaualis a priuato exigendis cum claus. *prout consuetum est solui*, quia illa verba clausulæ non stant conditionaliter, sed causatiuè & apta sunt transferre ius irreuocabile & fixum, vt colligitur ex *cap. Abbate, de verb. signif.* & ex doctrina Bart. *in l. cum qui.* §. *Iulianus* per illum text. *ff. de constit. pecun.* vbi quòd si sententia dicit, Condemno te ad vnum par caponũ omni anno secundùm quod tui antecessores cõsueuerunt, ista verba non stant cõditionaliter 35

sed

sed causatiuè; Aretin. *cons.76.num.5.vers. circa ter-*
36 *tium*, vbi quando conceditur vectigal tantæ quantitatis, prout consuetum est soluere, quòd non sit necessarium probare consuetam solutionem, Felin. *in c.2. de rescript.num.*10.*&* 11.Bologn. *in l.edita num.* 142.*&* 143.*C.de edendo*, Grammar.*decis.*58. *num.*22. *cum seqq.* Mandos. *de priuileg. ad instar, q.* 5. *num.* 4. *cum seqq.* Pereg. *de fideicom. art.*16.*num.*11 .Cancer. *var. lib.*3.*cap.*3.*num.*119. *cum seqq.* Thoro *in compendio p.*2.*lit.P.vers. Possessor feudi pag.* 462.§.2. Amat. *lib.*1.*var. cap.*41.*num.*12.*&* 13.

Priuilegium exemptionis à tributis, & vectigalibus, an comprehendat imposita post eius concessionem?

§. III.

37 Comprehendere ex multis, & solidis comprobatur fundamentis; & primò ex *l.si seruitus.ff.de seruit. vrban.* vbi stipulatio ne luminibus officiatur, comprehendit tam lumina tempore contractus existentia quàm futura; & ex *l.pen.ff. de fundo instructo*, vbi quòd in concessionibus vniuersalibus veniunt augmenta.

38 Secundò ex *cap. quia circa, de priuileg.* vbi priuilegium immunitatis extenditur ad prædia de nouo adquisita, & ad decimas futuras, & ibi hoc notat Abb. *n.*5.*vers. à primo membro*, vbi quòd quando in priuilegio est dispositio indefinita, & præiudicat tantum concedenti, licèt præiudicium sit graue, extenditur ad futura.

39 Tertiò, quia exéptio de qua agitur, cōcessa fuit per verba generalia, ac proinde extendēda ad gabellas postea inductas, Siluan.*cons.*66.*num.*13. *ad fin. & n.* 14.vbi quòd immunitas per verba generalia concessa comprehendit collectas de nouo impositas ratione belli superuenientis, Sacca *cons.*15. *n.*1. *cum seqq.* Decian. *resp.*44.*num.*96.*cum seqq.lib.*4.Lancel.Gallia *cons.*44.*num.*16.*cum seqq.& num.*34. Tapia *decis. supremi Consilij* 8.*n.*2.*cum seqq.* Glorit.*resp.*1.*p.*2.*n.*184. *cum seqq. & p.*3.*num.*197.

40 Quartò, quia immunitas prædicta fuit concessa ex causa onerosa, & ideo comprehendere debet collectas futuras, vt per Menoch.*cons.*1105.*n.*14.*vol.*12.

41 Quintò, quia licèt super comprehensione verborum dictæ immunitatis aliqua insurgeret dubitandi ratio, nihilominus ex obseruantia per tot annos subsequuta non soluendi tributa & vectigalia de nouo & post priuilegij concessionem imposita, elicitur resolutio ad dubium propositum, vt in specie priuilegij immunitatis docent Siluan.*cons.* 66. *n.*20. *cum seqq.* Decian.*resp.*44.*n.*28.*tom.*4.Tapia *decis.*8 *supremi Consilij n.*10.*&* 12.Et generaliter in concessione Regalium quod ex obseruantia subsequenti declaretur quid fuerit comprehēsum in titulo, tenent Cuman. *cons.*162.*n.*3.*vers.præterea terminus*, Roman.*cons.*271. *n.*3.vbi quòd ex obseruantia subsequenti declaratur quòd ius exigendi vectigal comprehensum fuit in inuestitura, Ioseph.Ludou.*concl.*38. *illat.*12. *fol. mihi* 85.Menoch. *cons.* 648.*n.*18. *cum seqq. vol.*8. Lanar. *cons.*34.*n.*1.*ad fin.& n.*2.*&* 3.Mastrill.*de Magistr.lib.* 1.*cap.*15.*num.*7.

42 Sextò, quia ab omnibus est receptissima conclusio quòd immunitas à gabellis, comprehendit onera, & gabellas futuras, Alex.*cons.*193.*Ex themate, dub.* 2.*n.*8.*vol.*2.Natta *cons.*100.*n.*17.*& cons.*525.*num.*19. Bursat.*cons.*16.*n.*77.*vol.*1. Tapia *in l.fin.ff. de constit.* Princi *p.p.*1.*c.*4.*n.*5.Aloys.Ricc.*decis.*167.*n.*9.*p.*3. *& in collect.decis.collect.*2727.*ad fin. p.* 7. Modir. *in suis dubitat. iuris.§.plebiscitum dubit.*18.*p.*2. Glorit.*resp.*1. *p.*3.*n.*196.*& n.*264 plures refert Bellon.iun.*cons.*69. *num.*75.

Septimò, quia si Imperator concedat priuilegium villis ciuitatum, extenditur ad villas de nouo auctas, vt tradit Ioan. Andr. *in addit. ad Specul.tit.de censibus.§.nunc dicendum in addit.magna circa pen.col.& in reg.qui sentit, de regul.iuris in* 6. *in mercurialib.* Bald. *in l.cum fundus.ff.de legat.*2.Cou. *pract.c.*2. Girbnda *de priuil.num.*116. Muta *ad pragm. Siciliæ tom.* 1. *tit.* 16.*num.*33. *&* 34. 43

Octauò, quia si alicui nobili concedatur castrum cum territorio, debet habere territorium postea auctum, Imola *in l. damni infecti.§.si is qui,ff.de damno infecto, num.*16. *vers.& prædicta etiam faciunt*, & ibi Roman. *num.*7. Menoch. *cons.*201. *num.*147. *lib.* 3. Anel.Amat. *cons.*39.*num.*12. 44

Nonò, quia priuilegium immunitatis extenditur ad bona post priuilegium quæsita, Bart.*cons.*59.*n.*4. *lib.*1. Viui. *opin.*79. *num.*2.*& opin.*641.*n.*3. Nouar. *tom.*1.*q.*127.*num.*26.Marescot.*var.lib.*2.*c.*85.Franc. Antoni.Costa *cons.*80.*num.* 16. 45

Decimò, quia simile priuilegium immunitatis comprehendit incolas de nouo superuenientes, Bald.*in cap.*1. §.*si quis de manso col.*3.*num.*7.Nouar. *d. q.* 127. *ex num.* 8. Aloys. Ricc. *post decis.*250. *p.*2. *in allegat. ibi posita num.*4.Muta *ad pragm.Sicil.tom.*1. *tit.*10.*num.* 33. *&* 34. 46

Vndecimò, quia priuilegium concessum collegio sexdecim virorum extenditur ad septem collegas postmodum prædicto collegio additos, Alex. *cons.* 178. *num.* 8. *lib.* 2. Bertach. *p.* 1. *lit. A. vers. Augmentum consulum fol.mihi* 183.*col.*1 .Cabed.*Lusit. decis.*113.*num.*2. *p.*2. 47

Duodecimò, quia priuilegium de percipiendis gabellis extenditur ad gabellas superadditas etiam ex facto Principis, Bald. *in l. vtrum, tam in* 1.*quàm in* 2. *lectura, ff. de petit. hered.* Brun. *de augmento concl.* 16. *num.*5. *&* 6. latè Menoch. *cons.* 201.*num.* 150. *lib.* 3. *& cons.*1105. *ex num.* 5. *lib.* 12. Aloys. Ricc. *decis.* 167. *num.* 9. *post princ. p.* 3. Fab. de Anna *cons.* 61. *num.*20.*&* 21. Camil. de Medicis *cons.* 51. *num.*42. 48

Decimotertiò & vltimò, quia in functionibus fiscalibus Baroni per verba vniuersalia, vel indefinita concessis, comprehenduntur focularia de nouo aucta, vt per Fab. de Anna *d.cons.* 61. Iacob. Gall.*cons.* 21. Rouit. *ad pragmat.* 1. *de iuribus & exactionibus fiscalib. ex num.* 8. *vsque ad* 63. Camil. de Medices *d.cons.* 51. Nouar. *d. q.* 127. *num.*15. Aloys. Ricc. *decis.* 250. *in allegat. ibi posita num.*9. *p.*2. *& in collect.* 2727. *vers. amplia conclusionem*, Petra ad Grammat. *decis.* 4. *num.*9. Thoro *in compendio tom.*1 .*lit. A. vers. Augmentum focularìorum, & ver. Augmentum functionum fiscalium, & p.*2. *lit. A. ver. Augmentum focularìorum pag.*34. 49

Non obstant quæ resoluunt DD. *in l. si ex toto. ff. de legat.* 1. quia loquuntur in simplici immunitatis priuilegio, non verò quando conceditur per viam contractus, vt traditur à S. Seuerin. *in l. omnes populi num.*181. *de Iustit.& iure*, qui loquitur in terminis *l.*1.*C.vt nemini liceat ab empt. lib.* 10. & refert quòd cùm ciuitas Senensis superueniente magna ac graui penuria imposuisset collectam pro emptione frumenti, fuit consultum, & obtentum quod licèt exemptus per priuilegium tali casu non gaudeat, gaudet tamen immunis ex contractu, & quod 50

ita limitantur tradita per DD. *in d.l. si ex toto*, idem tenet Neuiz. *cons.* 12. *sub num.* 29. inter consilia Bruni, Siluan. *cons.* 66. *num.* 18. Bolognet. *cons.* 1. *n.* 138. Glorit. *d. resp.* 1. *p.* 3. *num.* 258. *& num.* 266. *& n.* 271. *cum seqq.* vbi hoc optimè declarat. Et adhuc in terminis quæstionis quam disputant DD. *in d.l. si ex toto*, immunitatem illam ad gabellas de nouo impositas ex causa belli extendendam, resoluunt ibi Paul. de Castro, Imol. Aretin. Socin. sen. *num.* 5. *Rip. num.* 13. *cum seqq.* & ad hoc sunt *cons.* 66. Siluani, & 44. Lancelloti Galliæ.

Toletana pensionis.

Pensio infanti reseruata auctoritate Apost. cum claus. *Ex nunc prout ex tunc, cùm clericali charactere insignitus fueris*, debetur à die suscepti Ordinis clericalis, non à die datæ Bullæ Apost. reseruationis illius.

VOTVM XCI.

1 *Casus intelligentia.*

2 *Claus.* Ex nunc prout ex tunc, *operatur vt actus postea factus censeatur iam à principio factus.*

3 *Et quòd vnum tempus videatur alteri inesse.*

4 *Claus.* Ex nunc prout ex tunc, *est retrotractiua ad tempus datæ.*

5 *Gratia expectatiua cum claus.* ex nunc prout ex tunc, *concessa, retrotrahitur ad tempus datæ ipsius gratiæ.*

6 *Claus.* ex nunc, *in dispositione conditionali non operatur retrotractionem nisi iustificata conditione.*

7 *Claus.* ex nunc, *in gratia conditionali refertur ad diem conditionis.*

8 *Conditio etiam casualis non retrotrahitur, sed tempus conditionis inspicitur, in rescriptis, & gratiis, quæ imitantur naturam vltimarum voluntatum.*

9 *Retrotractio non conceditur defectu extremi ad quod.*

10 *Retrotractio nusquam admittitur vbi extrema desinunt esse habilia.*

11 *Retrotractio vt fieri valeat, terminus à quo debet esse habilis.*

12 *Translatio pensionis si fiat in laicum cum claus.* ex nunc prout ex tunc, cùm clericali charactere insignitus fueris, *transferens potest exigere pensionem vsque ad diem initiationis.*

13 *Pensio translata cum claus.* ex nunc prout ex tunc cùm clericali charactere insignitus fueris, *extincta manet si medio tempore dũ translatarius initiatur clericatu, moriatur transferens.*

14 *Renunciatio facta ad fauorem laici cum claus.* ex nunc prout ex tunc, cum clericali charactere insignitus fueris, *antequam resignatarius clericus fiat, renuntians à se aliquid non abdicat.*

15 *Claus.* cùm clericali charactere insignitus fueris, *intelligitur de charactere exequibili.*

16 *Clericus qui non habet characterem exequibilem non est capax beneficij, nec pensionis.*

17 *Pensionis reseruatio facta alicui, qui tunc temporis clericus non erat, nulla est.*

18 *Habilitate personæ in consideranda debet attendi tempus, quo actus ad personam applicatur.*

NOn semel consultus an pensio à Papa reseruata cum hac claus. *Tibi ex nunc prout ex tunc, & è contra postquam ætate legitima tibi suffragante clericali charactere insignitus fueris*, &c. debeatur à die datæ Bullarum reseruationis, vel à die suscepti Ordinis clericalis? sæpissimè Rex Catholicus pro infantibus nondum ætatem legitimam, & clericalẽ characterem habentibus pensiones designat super mensis Episcopalibus, quando ad Cathedrales Ecclesias sui iurispatronatus idoneas personas summo Pont. præsentat, & ipse Papa ad suam nominationem personas easdem de talibus Ecclesiis prouidet, & pensiones huiusmodi cum dicta clausula in fauorem infantium prædictorum reseruat. 1

In qua quæstione multi existimarunt conditionem suscipiendi ordinem retrotrahi ad diem gratiæ concessæ, ac perinde habendam acsi fuisset pensio reseruata clerico iam effecto; quia de natura illius clausulæ, *ex nunc prout ex tunc*, est vt actus postea factus censeatur iam à principio factus, glos. *verb. ex nunc, in Clem. volentes, de heret.* & ibi Zabarel. *in* 1. *opposit.* Tiraq. *de retract. conuent.* §. 2. *glos. vnica num.* 86. *& de iure constituti p.* 3 *limit.* 2. *num.* 16. Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collat.* §. *vt verò, in verb. prout ex tunc*, Rebuff. *ad l. mulieris* 23. *vers. præterea. ff. de verb. signif. pag.* 91. Cened. *sing.* 14. *num.* 1. Operatur enim quòd vnum tempus videatur alteri inesse, Doctores *in l. huiusmodi la* 2. *ff. de verb. oblig.* Marches. *de commission. p.* 3. *pag.* 352. *num.* 89. *in vlt. impress.* Mascard. *de probat. concl.* 1239. *num.* 3. Mari. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 76. *num.* 3. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 239. *num.* 18. Duran. *decis.* 238. *num.* 10. Theodos. de Rubeis *in singularib. Rota tom.* 2. *p.* 4. *claus.* 398. *num.* 9. *&* 25. Et ideo est retrotractiua ad tempus datæ, Brunor. à Sole *in locis communib. verb. clausula* 20. Camill. Borrel. *in sum. omnium decis. tom.* 3. *tit.* 20. *num.* 383. vt in gratia expectatiuæ cum illa concessa, quæ ad tempus datæ ipsius gratiæ retrotrahitur, Felin. *in cap. licet causam num.* 6. *de probat.* Alex. *cons.* 111. *num.* 23. *lib.* 6. perinde acsi Papa tempore datæ gratiam contulisset, Crescent. *decis.* 14. *lib.* 2. *& decis.* 7. *num.* 13. *de concess. preb.* Rota *in Anconitana Canonicatus* 9. *Octobris* 1592. *coram Peña. Duran. decis.* 265. *num.* 39. 2 3 4 5

Verùm his non obstantibus contrarium censui esse resoluendum, ex eo quia aduerbia *ex nunc, de cætero*, &c. prolata sunt solùm respectu gratiæ puræ, 6

Fontanel. *de pactis nupt. clauf. 4. glos. 3. num. 27.* Et ideo in dispositione conditionali non operatur retrotractionem nisi iustificata conditione, Cassad. *decis. 3. num. 15. de prabend.* Put. *decis.* 383. *lib. 1. in correct.* Honded. *cons. 18. num. 43. & 64. tom. 1.* Aloys. Ricc. *collect. 753. in medio,* Greg. XV. *decis. 428. n.*
4. Quia in gratia conditionali hæc verba referuntur ad diem conditionis, glos. & Doctores *in d. Clem. 1. de concess. preb.* vbi Card. *num. 9.* Imola *num. 10.* Oldrad. *cons. 129. num. 4. & 27.* Paris. *cons. 82. n. 12.*
8 *vol. 4.* Secundò hæc eadem sententia comprobatur, quia in rescriptis & gratiis, quæ imitantur naturam vltimarum voluntatum, conditio etiam casualis non retrotrahitur, sed tempus conditionis inspicitur, & perinde est sicut si tempore conditionis fuisset gra-
9 tia facta, *cap. si pro te, de rescript. in 6.* Tertiò, quia hoc casu retrotractio non conceditur defectu extremi ad quod, quia tempore expeditionis Bullarum,
10 is, cui pensio cum hac clausula reseruata fuit, erat inhabilis, est enim in iure indubitatum nusquam retrotractionem admitti vbi extrema desinunt esse habilia. *l. necessario. §. quòd si pendente, ff. de peric. & commodo rei vend. l. bonorum, ff. rem ratam haberi,* Menoch. *cons. 946. num. 35.* Lotter. *de re benef. lib. 3.*
11 *q. 14. num. 64.* Et retrotractio ad hoc vt fieri valeat terminus à quo debet esse habilis, ita vt intra illum potuerit actus fieri, *d. l. bonorum,* vbi Bart. *num. 1. in fine,* Surd. *cons. 157. num. 17. & decis. 206. n. 2.* Duran. *decis. 265. num. 42.*
12 Ex quibus, & aliis in materia latissimè adductis hanc partem sustinent Hieron. Gabr. *cons. 185. à n. 3. & cons. 186. per tot. lib. 1.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 6. q. 4. num. 55. & 60.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 40. num. 21.* vbi resoluit quòd si translatio fiat in laicum cum claus. *ex tunc cum fueris clericali charactere insignitus,* vsque ad diem initiationis posset transferens exigere pensionem, perinde acsi nihil actum foret, ex quo semper ante diem illum, vel conditionis euentum nihil actum censetur, *cap. si per te, de rescript. in 6.* quod in tantum procedit, vt interim translatarius neque possit petere pensionem, vt sentit Hieron. Gabr. *cons. 189. ex num. 6. lib. 1.* Flamin. *d. q. 4. sub num. 23. vers. & huiusmodi trans-*
13 *latio,* Lotter. *d. lib. 1. q. 40. num. 132.* neque si medio tempore dum initiatur clericatu, moriatur transferens, fiat retrotractio, sed remaneat pensio extincta, vt benè defendit Hieron. Gabr. *d. cons. 186. n. 13. lib. 1.* vbi *n. 16. cum seq.* eam rationem assignat, quia etiam conditio casualis non potest hoc casu retrotrahi propter defectum extremorum.
14 Hinc etiam inferunt idem Hieron. Gabr. *d. cons. 186. ex num. 17.* quem probauit Rota *in Burgen. Canonicatus 27. Aprilis 1597. coram bonæ mem. Cardin. Pamphilio sen.* & refert Lotter. *d. tract. de re benef. lib. 3. q. 14. num. 73.* quòd si renunciatio fiat ad fauorem laici cum *clauf. ex nunc prout ex tunc cùm clericali charactere fuerit insignitus,* antequam resignatarius clericus fiat, renuntians à se aliquid non abdicat, & interim si dictus resignatarius moriatur ante initiationem, non dicitur consumpta vacatio, sed resignans remanet cum suo beneficio.
15 Quæ quidem clausula tam in pensionibus reseruandis quam in illis transferendis, semper intelligitur de charactere exequibili, idem Hieron. Gabr. *d. cons. 186. ex num. 7. & 8.* Lotter. *d. lib. 1. q. 40. n. 131.*
16 quia sicut clericus, qui non habet clericatum exequibilem, nón est capax beneficij, ita nec idem erit capax pensionis, vt contra Nauar. *cons. 11. num. 5. de tempor. ordinat.* censuit Rota, vt annotatum est in fine illius consilij, Hieron. Gabr. *d. cons. 186. sub num. 6. ad fin. vers. tamen puto, & num. 12. vers. tamen quia Papa,* Lotter. *d. tract. de re benef. lib. 1. q. 36. num. 21.*

Et semper intelligitur, vt suprà dicebam, de clericatu tempore gratiæ obtento, itaut reseruatio pensionis alicui facta nulla sit si tunc temporis clericus non erat, Rota *in Zamoren. pensionis 29. Octobris 1601. coram Reuerendissimo Atrebaten.* nec conualidetur si postmodum clericatus superueniat. Gig. *de pensionib. q. 22. n. 16.* Rot. *decis. 20. lib. 3. p. 3. diuers. & decis. 158. num. 3. p. 1. recent.* præterquam si agere- 17
tur de gratia respectu personarum, quibus applicetur, ambulatoria, & imperfecta, vt in casu indulti nominandi personas easdem quo sat est clericatum adesse de tempore, quo fit nominatio, quamuis non adesset tempore indulti, vt censuit Rot. *in Abulen. pensionis 27. Iunij 1608. coram bonæ mem. Cardin. Lancelloto,* recedendo à decisis *in eadem causa 11. Maij 1607. coram bonæ mem. Card. Sacrato,* ex ea ratione quòd in consideranda habilitate personæ debeat attendi tempus, quo actus ad personam applicatur, iuxta doctrinam Felini *in cap. post cessionem sub n. 8. de probat.* quam sequitur Rot. *in Burgen. Abbatiæ de Sobarzo 19. Decembris 1598. & in Aurien. Parochialis de Pao 22. Aprilis 1611. coram Penia.* 18

Toletana iurisdictionis.

In criminibus mixti fori iudex, qui præuenit per capturam rei delinquentis, cognoscit de causa, licèt alter iudex priùs verbaliter, & iudicialiter de eadem cognouisset. Laicos incarcerare potest iudex ecclesiasticus in casibus ad suam iurisdictionem spectantibus, & ad hoc carcerem & familiam armatam habere, & quid in hoc possit contraria consuetudo. Laicus punitus à iudice ecclesiastico in casibus mixti fori, an & quando iterum puniri valeat à iudice seculari?

VOTVM XCII.

1 *Iudex qui præuenit per capturam rei criminosi, cognoscit de causa, licet alter iudex prius verbaliter & iudicialiter de eadem cognouisset.*

2 *Præuentio realis per capturam personæ præfertur anteriori verbali præuentioni.*

3 *Iudex qui ex negligentia vel dolo capturam de delinquente facere distulit, cùm possit, præuenitur ab alio qui illam realem fecit, etiamsi primus in citatione & monitione præuenisset.*

4 *Doctores referuntur qui tenent licitum non esse ecclesiastico iudici in casibus mixti fori, hæresis crimine excepto, laicos ca-*

pere & incarcerare.

5 *Iurisdictione concessa ea omnia videntur concessa sine quibus iurisdictio explicari nequit.*

6 *Laici in delictis ecclesiasticis non minus sunt subditi Episcopo quam clerici.*

7 *Hæresis de crimine conuicti laici ab Inquisitoribus capi & incarcerari possunt.*

8 *Doctores referuntur qui sustinent; ecclesiasticum iudicem in casibus mixti fori laicos capere posse.*

9 *Clericos incarcerare non posse Episcopos per suos ministros qui teneant.*

10 *Territorium Episcopi vocatur eius diœcesis, seu prouincia.*

11 *Consuetudo quæ vbique recepta circa capturam laicorum in criminibus mixti fori.*

12 *Consuetudo specialis vt ecclesiastici iudices incarcerare valeant laicos delinquentes, illa seruanda est.*

13 *Consuetudine induci potest in ciuilibus causis vt ecclesiastici contra laicos iure aliquo cognoscentes, eos incarcerare valeant.*

14 *Iurisdictio ecclesiasticorum Iudicum ad spiritualem correctionem principaliter tendit, ciuilis ac secularis ad vindictam publicam.*

15 *Laicus punitus à iudice ecclesiastico iterum condigna pœna punitur à seculari in delictis mixti fori saltim atrocioribus.*

16 *Iudex vnus quando ex defectu iurisdictionis non potest certam pœnam imponere, recurritur ad alium, qui eandem imponere valeat.*

17 *Sacrilegium ab ecclesiastico Iudice præuentum, & punitum pœnis spiritualibus, & temporalibus, potest iterum à seculari Iudice condigna iuris Ciuilis & Regij pœna puniri.*

18 *Relinquens si puniatur pro delicto mixti fori à seculari Iudice præueniente maiori Iuris Ciuilis quam Canonici pœna, non poterit iterum puniri à Iudice ecclesiastico.*

19 *Ecclesiasticus Iudex simul cum seculari concurrere poterit in punitione delinquentis in aliquo ex criminibus mixti fori, si spiritualibus pœnis vti velit.*

20 *Laici delinquentes si condigna pœna de aliquo delicto mixti fori ab ecclesiastico Iudice puniti fuerint, non poterunt postea à seculari puniri.*

21 *Pœna duplici puniri quis non debet.*

ANtonius laicus pro quodam delicto mixti fori fuit captus, & carceribus mancipatus per iudicem ecclesiasticum, cùm prius à iudice seculari pro eodem crimine citatus & monitus, ac forsan in contumaciam condemnatus fuisset; mota litè seu controuersia inter vtrumque iudicem super competentia iurisdictionis, & pro veritate consultus censui causæ cognitionem spectare ad iudicem ecclesiasticum.

Ratio fundamentalis ea est, quia semper iudex, 1
qui præuenit per capturam rei criminosi, cognoscit de causa; licet alter iudex prius verbaliter & iudicialiter de eadem cognouisset, *l.3.* & *ibi* Bart. *ff. de custodia reorum*, Ægid. Bossi. *in pract. crimin. tit. de foro compet. num. 97.* vbi assignat rationem, quia captura præponderat citationi verbali, Afflict. *Neapol. decis. 219. num. 3.* Hippol. de Marsil. *in l. fin. num. 206. ff. de iurisd. omn. iudic.* Mascard. *de probat. concl. 1227. n. 8.* vbi quòd citatio realis præfertur verbali, & simplici citationi, Tiber. Decian. *in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 21. num. 8* Bobadil. *in sua politica lib. 2. c. 13. num. 74. & c. 17. n. 164.* Azeued. *l. 10. num. 7. tit. 13. lib. 8. Recop.* Mart. *de iurisd. p. 2. c. 2. num. 20.* Petr. Caball. *cent. 2. casu 117. num. 7.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 2. q. 678. ex num. 20. & de cognitione per viam violentiæ q. 81. num. 1. cum seqq.* Bayo *lib. 3. praxis verb. præuentio num. 146.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 7. n. 53.* vbi resoluit realem præuentionem per capturam 2
personæ præferri anteriori verbali præuentioni, proindeque secundùm iudicem, qui reum habet in manibus, posse illum punire etiam quod alius iudex primò illum citasset, & monuisset, siue etiam in contumaciam condemnasset. Vnde nil mirum si iudex ecclesiasticus, qui apprehendit reum, & in carcere suo detinet, in cognitione & punitione delicti præferendus sit seculari, licet iste præuenisset in citatione, & monitione: præcipuè data negligentia vel 3
dolo in laico iudice, qui capturam distulit, seu noluit facere cum posset, iuxta doctrinam Auendan. *de exequendis mand. p. 2. cap. 26. num. 5.* Bobadill. *in sua polit. lib. 5. c. 10. num. 21. & 22.* & Ceuall. *commun. tom. 4. q. 897. num. 196.*

Sed opponitur quòd nunquam ecclesiastico iu- 4
dici potest ex hoc capite realis apprehensionis præuentio concedi in hoc casu, cùm illi licitum esse non possit, hæresis crimine excepto, laicos capere & incarcerare, nisi temporalem iurisdictionem haberent: vt sentiunt Oldrad. *conf. 86. in fine*, Abb. Panor. *num. 10. vers. ex his infero*, Felin. sibi contrarius, *num. 4.* & August. Beroi. *num. 33. de officio deleg.* Iul. Clar. *§. fin. q. 37. num. 8.* Palat. *in repet. cap. per vestras notab. 2. §. sed est pulchra dubitatio num. 18. & 25. de donat. inter Virum*, Auiles *ad c. 20. Prætorum verb. vsurpan. n. 14. & 15.* Oliban. *in comment. ad vsaticum c. 15. num. 50. vers. sed quia familia*, Iacob. Berret. *conf. 4. 5. 6. & 7.* Auendan. *de exequendis mand. p. 1. cap. 1. num. 22.* Menchaq. *de success. creat. lib. 3. §. 22. num. 18. ad fin.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 20. num. 15. & lib. 8. c. 3. num. 47. ad fin.* Suarez de Paz *in pract. tom. 2. pral. 2. num 54.* Petr. Cened. *Canon. quæst. lib. 1. q. 39.* Amat. Roderic. *de execut. c. 2. num. 18.* Bobadil. *in sua politica lib 2. c. 17. num. 167. ante med. & 170.* Ceuall. *commun. contra commun. lib. 4. q. 897.* Franc. Salgado *de Regia protect. p. 2. c. 4. à num. 36.* Anguian. *de legib. lib. 3. controu. 30. à num. 12.* Ioan. Bapt del Arrea *Granat. decis. 1. num. 20.* Franc. Hieron. Leo *Valent. decis. 154. n. 9. lib. 2.* Franc. Amaya *ad l. 1. n. 36. C. de exactorib. tribut. lib. 10.*

Verior nihilominus & sanior sententia apud no- 5
stros semper illa visa fuit, quæ tenet Episcopos, & reliquos Ecclesiarum Prælatos non solùm contra laicos delinquentes censuris ecclesiasticis procedere, sed etiam eos personaliter capere, & in carcerem detrudere posse: quod multis probatur, &

primò

Primò ex tex. *in cap. attendendum 13. in fine 17. q. 4.* ibi, *Et carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis seruetur*, &c. *cap. contra idolorum 10. 26. q. 5.* ibi, *inclusione digni, districtamque sunt in pœnam dirigendi, &c. cap. 2. de adulter.* ibi, *corporaliter castigatus*, &c. Secundò, ex regula *l. 2. ff. de iurisd. omnium iud. & cap. praterea 5. in fine, de officio deleg.* qua traditum est concessa iurisdictione ea omnia videri concessa sine quibus iurisdictio explicari nequit, vnde cùm *in c. 1. de officio iud. ordin.* Episcopis, & aliis Prælatis concessa sit iurisdictio ad inquirenda & punienda crimina in suis diœcesibus commissa, consequenter & eis concessa videtur ea, quæ sunt huius iurisdictionis consecutiua, veluti incarceratio, captura, & similia.
6 Tertiò, quia laici in delictis ecclesiasticis, vel mixti fori, non minus subditi sunt Episcopo, in illis quidem priuatiuè, in his verò data præuentione, quàm clerici in omnibus delictis à se commissis: at Episcopus clericos delinquentes potest incarcerare, *cap. nullus clericus 6. in fine*, ibi, *triginta dierum inclusione mulctetur*, &c. *11. q. 1. cap. cùm Episcopus 7. de offic. iud. ordin. lib. 6.* ibi, *personas ecclesiasticas cum earum excessus exegerint, capere, ac carceri deputare*, &c. Ergo & laicos ob delictum ecclesiasticum, vel mixti fori, in quo Episcopus præuenit, sibi subditos poterit in puncto iuris incarcerare, vel ad custodiam, vel ad pœnam, similibusque pœnis afficere. Vltimò, quia in crimine hæresis quod merè ecclesiasticum est, id
7 ipsum apertè probat *cap. excommunicamus 15. §. fin. de heret. cap. commissi 12. vers. & contra illos, cap. vt inquisitionis 18. post princ. eod. tit. in 6.*

8 Quibus & aliis fundamentis moti hanc partem meritò sustinent glos. *in d. cap. contra idolorũ*, Ægid. Bellam. *num. 8.* Ioan. de Imola *ad fin.* & Guid. Papæ *num. 7. in cap. significasti 7. de offic. deleg.* Domin. *n. 9. vers. mihi nunquam*, & Franch. *in cap. cùm Episcopus, de offic. Ordin. lib. 6.* Ioan. de Anania *in cap. qualiter & quando 24. §. ad corrigendos num. 20. de accusat. & in rub. de sortileg. num. 5. vers. & sic patet quòd Episcopus*, Felin. *in cap. cum sit generale 8. num. 20. vers. contrarium, de foro comp.* vbi Marian. Socin. *in fine*, Deci. *in d. cap. significasti num. 19. vers. vnde infert, & num. 21. & in cap. cùm non ab homine n. 29. de iudic.* Steph. Aufrer. *de potest. ecclesi. super laic. num. 1. & 18.* Gondisalu. *de heret. p. 11. num. 70.* Læl. Iordan. *in tract. de Romana Sedis origine p. 2. cap. 8.* Peña *in direct. Inquis. p. 3. commento 105. vers. postremò, aliàs commento 116.* Anton. Cuch. *maior. instit. lib. 2. tit. 6. num. 112.* Cou. *pract. cap. 10. num. 2. circa fin. princ. vers. contrarium plane, & vers. secundò quoties*, Segura Daualos *in direct. iudic. p. 2. cap. 13. num. 24.* Martin. Vran. *cons. 7. num. 5. vers. septimo, & num. 13. & 14. lib. 1.* Anton. Scapp. *in tract. de iure non scripto lib. 5. cap. 209. n. 8.* Salzed. ad Bernard. *reg. 397. vers. sed nouum, post med. & in praxi Canon. cap. 153. num. 6. vers. contraria tamen*, Menoch. *de arbitr. casu 394. num. 70.* Sbroz. *de offic. Vicarij lib. 2. q. 191.* Ioan. Aloys. Leo *in auth. cassa num. 24. C. de sacros. Eccles.* Anastas. Germon. *de sacrorum immun. lib. 3. cap. 12. num. 78. vers. item si iudex*, Ioan. Vela *de modo procedendi in causis crimin. cap. 6. num. 18. ad fin. vers. licet contraria sententia*, Didac. Sahagun *in cap. praterea 5. num. 15. de offic. deleg.* Incertus Auctor apud Iacob. Berettam *cons. 3. num. 13. cum seqq. maximè ex num. 18* Ioan. Gutier. *canon lib. 1. q. 45. num. 2. in princ.* Fr. Mich. Aggia *de exhibend. auxil. fundam. 11. per tot.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 12. num. 3.* Franc. Leo *in thesauro fori eccles. p. 1. cap. 9. à num. 19. & p. 2. cap. 16. num. 16.* Vgolin. *de potest. Episcopi cap. 4. §. 12.* Cardin. Tusch. *pract. concl. lit. E, concl. 256. num. 3. & lit. F, concl. 153. num. 12.* Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 3. resol. 14. à princ.* Carol. de Grassis *de effect. lib. clerical. effectu 1. num. 129.* Amat. Roder. sibi contrarius *de execut. cap. 2. num. 20.* Marta *de iurisdict. p. 1. c. 50. n. 5. cum seqq. & p. 2. cap. 29. ex num. 1.* Iacob. Cancer. *var. resolut. lib. 3. c. 19. n. 57. cum seqq.* Hieron. Campanili *in diuers. iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 85.* & latiùs *num. 87. post med. vers. sed perlegi etiam, & num. 88.* latè & elegāter Franc. Molin. *de brachio seculari lib. 1. c. 4. per tot. & c. 18.* Alzed. *de potestate Episcopi p. 1. cap. 12. num. 63. & 72.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericor. reali. §. 1. num. 18. & tit. de bonis cleric. §. 14. num. vlt.* Bonacina *in Bullam Cœnæ disp. 1. q. 20. puncto 3. §. 1.* Duardos *etiam in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 1. q. 33. concl. 2. num. 23. & 26.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccles. cap. 41. num. 48.* Antonin. Diana *moral. resol. p. 1. tract. 2. de immun. eccles. resol. 88*, Ioan. Baptista Ciarlin. *controuers. forens. cap. 15. à num. 51. vers. & sanè non est dubitandum*, Melch. Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 9. num. 94. cum seqq.* vbi *num. 96.* asserit hodie non longè esse ab errore, qui contrarium teneret, Alexand. Sperell. *in decis. fori eccles. decis. 3. num. 10. & 16. & decis. 4. num. 3. cum seqq.* vbi testatur ita pluries censuisse sacram Cong. Eminentissimorum DD. Cardinalium sacri Concilij Trid. interpretum. Ego *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 107. num. 2. & de iure eccles. vniuerso lib. 1. c. 39. §. 4. num. 49. cum seqq.*

Contra quam resolutionem communi tantorum virorum calculo receptam non obstat primò quòd sentiunt à veritate toto cælo aberrantes nonnulli existimantes ideo ecclesiasticos iudices non solùm non posse laicos capere, & incarcerare, verùm neque clericos alioqui sibi subditos, quippe in quos neque merum imperium, neque aliquam propriam iurisdictionem illos habere putant, argumento *l. pupillus 239. §. territorium. ff. de verborum signif.* sed solùm notionem, & simplicem audientiam, iuxta tit. *C. de Episcopali audientia*, ac proindè armatam familiam Ecclesiæ omnino negantes: ex quorum numero sunt Cyn. *notab. vlt.* & Bald. *num. 2. in l. Episcopale 9. C. de Episcop. aud.* Alciat. *in d. §. territorium n. 4.* Bellug. *in speculo Principum rub. 14. vers. nunc videamus, à n. 39.* Duaren. *lib. 1. de sacris Eccles. minist. cap. 4.* Cuiac. *in paratitlis ad d. tit. C. de Episcop. audient.* Ioan. Bodin. *de Republ. lib. 3. cap. 5.* Anguian. *de legib. lib. 3. controu. 30. num. 6.* Ioan. Bapt. de Larrea *Granat. decis. 1. n. 17.* Franc. de Amaya *in d. l. nemo carcerem 2. num. 36. C. de exactorib. tribut. lib. 10.* Contrarium enim mihi magis probatur, ex tex. *in cap. omnes Basilica 16. q. 3.* vbi cùm dicitur Ecclesias esse in potestate eius Episcopi, in cuius territorio positæ sunt, patet Episcopum habere territorium, *& in cap. vt animarum, de constit. lib. 6.* vbi cùm Bonifacius Pontifex constituisset excommunicationem latam in fures non ligare subditos furantes extra diœcesim excommunicantis, eam suæ constitutionis rationem esse assignat, quia extra 10
territorium ius dicenti non paretur, quare inde infertur diœcesim, & territorium idem esse: quia territorium ipsum, intra quod iurisdictionem, & administrationem habent sibi à Canonibus concessam, diœcesis, vel prouincia appellatum est, *cap. Concilia 6. dist. 16. cap. propter ecclesiasticas 4. cap. peruenit 6. c. quoniam 7. cap. si Episcopus 12. cap. annis 15. & cap. fin. dist. 18. cap. studeat 39 dist. 50. cap. peruenit 20. cap. placuit 21. cap. Episcopus de diœcesi 26. cum aliis 7. q. 1. cap. nullum 6. cap. Episcopi 8. cum seq. 9. q. 2. cap. 1. cap. decreuimus 10. cum seqq. 10. q. 1. cap. 1. cap. vnio 3. cum aliis 10. q. 3. cap. Episcopi 8. 11. q. 3. d. c. omnes Basilica 10. 16. q. 7. c. sane 3. de foro comp.* Et sic contra præcedenti

denti numero citatos sentiunt omnes ferè, quos retuli suprà *in vers. quibus.*

11 Nec obstat secundò quod vbique ferè moribus est receptum,& practicatum vt ad laicorum delinquentium in criminibus mixti fori capturam ecclesiastici non procedant, vt testantur Cou.Iul.Clar.Gutier.& alij suprà citati, & Anastas. Germon. *de sacrorum immun.lib.3.cap.12.num.77.vers.quicquid sit*, Sigism. Scacc. *de iudic.lib.1.cap.12.num.* 80. qui tali consuetudini omnino deferendum esse docet:& id cautum esse repetitur *in l.Hispana* 14.*&* 15.*lib.4.nouæ Recop.* vbi contraria etiam consuetudo improbatur. Quia respondetur id procedere in causis ciuilibus,vel criminalibus ciuiliter intentatis,in quibus improbatur consuetudo,quæ ante illas nouæ Recop. leges vigebat vt ecclesiastici Iudices aduersus laicos ad capturam procederent, vt rectè notarunt Cou.*practic. cap.10.num.2.vers. tertio illud eris*, Anastas.Germon. *d.cap.12.num.*80. Azeued.*in d.l.*14.*num.*7.Gondis.de Paz *d. pral.2.num.*55.*&* 56. Secus autem dicendum in criminalibus causis criminaliter intentatis ad ecclesiasticum forum quomodolibet pertinentibus,in quibus possunt ecclesiastici, etiam stante consuetudine,contra laicos ad capturam procedere:quia imo iure communi, illa semota, poterant ante generalem consuetudinem,qua contrarium fuit receptum; vt apertè supponit Concil.Trid.*sess.25. de reform. c. 3.vers.in causis verò iudicialibus*, dum constituit, in huiusmodi causis licere iudicibus ecclesiasticis contra laicos procedere per mulctas pecuniarias,captionem pignorum, & personarum districtionem, per suos proprios,aut alienos executores faciendam.

12 In illis verò locis in quibus non solùm illa consuetudo minimè viguerit, sed etiam alia contraria obtentum fuerit vt ecclesiastici iudices incarcerare possint laicos delinquentes,in quos ex præuentione cognitionem habent, ea vti specialis, & iuri communi conformis seruanda erit, qualem in tribunali

13 Salmantino vigere testatur Gondiss.de Paz *d.pral.2. num.vlt. in fine*;& in puncto quòd in ciuilibus causis consuetudine induci possit vt Ecclesiastici contra laicos iure aliquo cognoscentes, eos incarcerare valeant,arg.*cap.cùm contingat* 13.*vers.nisi fortè, & ibi glos.verb.consuetudine, de foro comp.* resoluunt Cou. Iul.Clar.Salzed.& alij supracitati,Franc.Molin.*d.c. 4.num.vlt.* Amat. Roderic. *d.c.2.num.*19. Anguian. *d.controu.*30.*num.*26.

14 Cùm Prælatorum & aliorum iudicum ecclesiasticorum iurisdictio ad spiritualem correctionem principaliter tendat, neque proinde ad sanguinis pœnam extendi possit,*cap.pen.ne clerici vel mon.*& ciuilis ac secularis iurisdictio ad vindictam publicam magis tendat,non inconuenit quòd in delictis mixti fori saltim atrocioribus,& quibus sanguinis pœ-

15 na iure Ciuili est imposita, laicus punitus à iudice ecclesiastico, iterum condigna pœna puniatur à se-

16 culari; quando enim ex defectu iurisdictionis non potest vnus iudex certam pœnam imponere, recurritur ad alium,qui eandem imponere valeat,*l.si quid erit* 13 *ff. de offic.Procons. l.3. §. cognoscit.ff. de officio Praefecti vigil. l.2. vers.sin autem C. de sportul. Auth.de defensorib. ciuit, §. audient coll. 3. auth. de sanctiss. Episcop. §.si verò crimen collat.9.* Quare ita sentiunt Abb.*in c. 1. de offic. ordin. & in cap. tuæ num. 5. post med.vers.vnde in praposito, de procurat.* Felin. *in cap. de his 6.num.10. de accusat.& in cap. cùm sit generale 8.num.44.de foro comp.* Mench. *de success. creat.lib. 3. §.26.num.67. & 68.*Clar.*§. fin.q.57.num.14.in princ.* Anton. Gom.*tom.3.var.c.1.num.40. in 4. concl.* Cou. *lib.2.var.c.10.num.6.& in cap. Raynutius in princ. n.* 19.*aliàs 27.de testam.* Simanch. *de Cathol. instit.c.8. num.6.vers. nisi forte*,Auendan. *de exequend. mand. p. 2.c.5.num.18.*Auiles *ad c.25. Prætor.glos.1. num. 22.* Didac.Perez *ad rub.tit.8. lib. 8. Ordin. pag. pen. circa fin.vers.& punitus per iudicem ecclesiasticum*,Bobadil. *in sua politica lib.2.c.17.num.94.& c.18.num.254.& 258.* Farin. *in praxi crimin.tom.1.q.4.num.7.8.& 10.* Ioan.Montealegre *in praxi eiusd. lib.1.c.9. num.166.* Anastas.Germon.*de sacrorum immunit.lib.3.c.12.n.83. cum seqq.*Aggia *de exhibend.auxil.fundam.25.*Ceuall. *commun.contra commun.tom.1.q.11.num.10.& 11.& tom.4.q.897. num.576.& tom.5.q.85.num.5.* Scacc. *de iudic. lib.1.cap.12. num.85.& 88. iuncto num.92.* Cancer.*var.resolut.lib.3.c.19.n.61.cum seqq.* Thom. Valasc. *alleg. iuris tom.1.alleg.13. n. 96.* Gondiss. de Paz *d. pral.2.num.49.*Valenzuel.*cons.131.n. 15. 16. & 17.*Gabr Pereira *de manu Regia p.1. cap.10. n.12.* 17
& in sacrilegio ab ecclesiastico iudice præuento & punito nedum pœnis spiritualibus,sed & temporalibus, quod possit iterum secularis iudex condigna iuris Ciuilis, ac Regij pœna illis maiore plectere,tenent Cacheran. *Pedem.decis.*103.*n* 8. Zerol. *in praxi Episcop. p.1.verb. sacrilegium vers.*2. Hinc eo casu in quo pro delictis mixti fori regulariter maior est iure Ciuili imposita pœna, si illa puniatur 18
delinquens à seculari iudice præueniente, non poterit postea ab ecclesiastico regulariter puniri, resoluunt Anton.Gom. *d.tom.3.cap.1.n.40. in fine*, Clar. *d.q.57.n.14.vers subdit tamen*,Montealegre *d. cap. 9. n.167.*Scacc.*d.cap.12.num.83* nisi spiritualibus pœ- 19
nis, puta excommunicatione, vel salutaris pœnitentiæ impositione velit procedere,quia ad illas ecclesiasticus simul cum seculari concurrere poterit, vt resoluunt Clar.*d.§.fin.q.36.n.47. vers. mihi magis placet*,Octau.Cacheran. *Pedem. decis.* 103. *n. vlt. ad fin.vers.fateor tamen*, Salzed. *in pract. Canon. cap.*87. *aliàs 90.lit.B.§.vlt.vers.nisi nonnulli, iuncto vers. nec mihi displicet*,Azeued. *ad l.2. num.10. circa fin. vers. verum tamen est tit.2.lib.1.nouæ Recop.*& in sacrilegio videtur firmare Ceuall. *de cognit. per viam violent. q. 59.num. vlt.* Et denique si in aliis criminibus, quæ 20
atrociora non sunt,& quibus iure quoque Canonico pœna condigna est imposita, laici delinquentes ea condigna pœna ab ecclesiasticis sunt puniti, non 21
poterunt postea à secularibus iudicibus puniri, ne duplici pœna indebite puniantur. *l. licet 6. §. vlt. in fine*,ibi, *ne sapiùs de eiusdem hominis admisso quaratur. ff.nauta,caupones,l.Prætor edixit.§.si mihi plures, in fine* ibi,*cogendum iniurias,quas simul passus est,coniungere. ff. de iniur.l.senatus 14.ff. de accusat. l. sanctio legum 41. in fine*,ibi,*Nec sanè verisimile est delictum vnum eadem lege variis existimationibus coerceri,&c.ff.de pœn. l.iam collatores 18.§.quoniam verò 7.& §.idemque 8. C.de re milit.lib.10.cap.atsi clerici 4. §. de adulteriis, de iudic. c.de his 6.de accusat.&* ad varia expendunt Menoch. *de arbitr. lib.2. casu 416.num.12.& de prasumpt. lib.3.pras.112.n.2.& cons.674.num.18.vol.* 7. Valenzuel. *cons.* 145. *num.4. tom.2.*

***

Toletana

Toletana puritatis sanguinis.

Præmia & honores benemeritis de iure debentur, & quisquis secundùm propriam virtutem remunerandus est. Officiorum, honorumque omnium Christianæ Reip. de iure capaces sunt, qui Fidem Catholicam fideliter amplectuntur, & in ea immobiles persistunt, etiamsi à Iudæis conuersis originem duxerint. Purgata suspicione tales sanguinis puritatem, & antiquam suæ gentis nobilitatem & splédorem consequuntur, habilesque & capaces efficiuntur ad omnia consequenda præmia suis meritis æquiualentia.

VOTVM XCIII.

1 *Quæsiti series.*
2 *Honoris & famæ causa vitæ, & rebus præferenda.*
3 *Dispendium existimationis præferendum damno patrimonij.*
4 *Principes debent iubere vt nihil prius decidatur in Consilio Status quin priùs discussum fuerit in alio Consilio conscientiæ.*
5 *Gratia si sine causa denegetur, fit eadem gratia iniuria.*
6 *Existimatio minuitur quando quis ab officio remouetur.*
7 *Vulgus proçax est, & in conuicia semper armatum.*
8 *Populus ignarus est, morosus, crudelis, inuidus, immodestus.*
9 *Infamia facti quæ?*
10 *Improbrorum probra æque vt præconia bonorum immortalia manent.*
11 *Infelicitas est vt quis incurrat in inspectionem delicti, quamuis sit innocens.*
12 *Ingenuus vir debet agere de conseruando suo statu, & honore.*
13 *Diuitibus eligibilius est mori quam vilipendi.*
14 *Honorem proprium non curantes qualiter reprehendendi.*
15 *Fama bona, & honor ob quinque fines desideranda.*
16 *Fama integra cuiusque est necessaria Reip.*
17 *Intentio excusanda si opus excusari non potest.*
18 *Bonus malum nunquam suspicatur, malus ad bonum difficile inclinatur.*
19 *Sapientis est non citò facili credulitate ad falsum prolabi.*
20 *Veritas non opprimenda.*
21 *Veritas quanto magis oppugnata tanto clarior nebulis expulsis progreditur in lucem.*
22 *Natum esse ex bonis felicißimum est inter mortales.*
23 *Nobilitatem suam quis seruat si dedignetur seruire vitiis.*
24 *Generatio clara non prodest ei, quem mores sordidant.*
25 *Turpe est alienis ornare decoribus quem propria virtus non venustat.*
26 *Genitorum ignobilitas nihil obest filio.*
27 *Benemerentem remunerari est obligatio naturalis.*
28 *Principis obligatio est honores, & beneficia benemerentibus concedere.*
29 *Romanus Senatus iuxta valorem cuiuscunque meritorum præmia, & honores pendebat.*
30 *Pauli pater propter obsequia Romanis exhibita penulam à Romanis accepit.*
32 *Vir bonus amore virtutis & Reip. potius, quàm commodi, aut præmiis spe adductus bene aliis facere debet.*
32 *Virtus nullo honestamento eget ipsa & magnum sui decus est.*
33 *Naturale est neminem de Rep. benemereri velle nisi fructum aliquem speret.*
34 *Animi ad ardua augentur auctis honoribus.*
35 *Gloriæ cupiditas acuit industriam animosque ad res acritar & animose gerendas.*
36 *Magistratus quos honores, & onera portet?*
37 *Beneficij sub confidentia vnusquisque seruitio Principis se dedicat.*
38 *Bona non dicuntur quæ plus incommodi quam commodi habent.*
39 *Remuneratio est Reip. præsidium.*
40 *Præmiorum exempla virtutes nutriunt.*
41 *Compensatio meritorum tribuenda est iustis laboribus.*
42 *Sancti viri etiam spe præmij Deo seruire alliciebantur.*
43 *Studium omne torpescit dilatione.*
44 *Patriarchæ seminandi Apostoli metendo laborauerunt.*

45 *Officiis prouidendum est de bonis personis, non autem personis de bonis officiis, nisi cum vtrumque simul fieri potest.*

46 *Cardinalis Bellarmini responsio ad consultationem Clementis VIII.*

47 *Bulla Nicolai V. refertur.*

48 *Conuersi tam ex Gentilitate quam ex Iudaismo, eorumque posteri catholicè viuentes ad officia, & dignitates sunt admittendi.*

49 *Segregationes inter conuersos à Gentilitate, & conuersos à Iudæis faciens sunt: contemptores vnitatis ecclesiasticæ: in Hispania multi Iudæi, & plures ex iis ad Catholicam Fidem conuersi.*

50 *Ecclesia fundata fuit de Iudæis conuersis.*

51 *Gregorius se optare ait vt omnes Iudæi Christiani fierent.*

52 *Consuetudo, quæ non admittit ad Præbendas nisi nobilem, & illustrem, non est secunda.*

53 *Nobilitatis nulla distinctio est considerãda in prouisione Præbendarum.*

54 *Litterati viri, & idonei vndecunque originem duxerunt, in quibuscunque Ecclesiis etiam maioribus sunt admittendi.*

55 *Religiosi S. Francisci fieri possunt, & ad officia & dignitates in eo sunt admittendi descendentes ex Iudæorum genere.*

56 *Prædicatores Fratres admittere tenentur ad suum ordinem eos, qui reperti fuerunt originem trahere ab Hebræis.*

57 *Priuilegiis, libertatibus, & immunitatibus ciuitatum gaudent qui ad Fidem conuersi baptizantur.*

58 *Conuersi ex Iudaismo ad Fidem Catholicam toto corde, & sine fuco gaudent immunitate ab omnibus tributis, & nobiles habentur.*

59 *Conuersi nouiter ad Fidem, omnes honores, & officia habere possunt, quæ habent cæteri Christiani antiqui.*

60 *Christiani nouiter ad Fidem conuersi ex voto sancti Ignatij in Societate sunt admittendi.*

61 *Et ex voto R.P. Didaci Lainez.*

62 *Et ex voto R.P. Alphonsi Salmeron Toletani.*

63 *Irregulares non sunt qui iam à natiuitate Christianam Fidem professi fuerint, licet Patrem, aut auum, seu proauum habeant ethnicum, Iudæum, aut Sarracenum.*

64 *R.P. Alphonsus de Oropesa contra statuta puritatis sanguinis scripsit.*

65 *Differentia noui, veterisque Christicolæ vniuersorum animos à Fide distrahit.*

66 *Galli & Itali breui tempore nouiter Conuersos veteribus coæquarunt, vt iam inter eos nulla inueniatur distinctio inter nouos & veteres Christianos.*

67 *Siculi vno die Gentis Iudaicæ reliquias è Regno expellerunt.*

68 *Plebei in Hispania ob ignotum ascendentium genus nullam puritatis sanguinis controuersiam patiuntur.*

69 *Nobilissimi ac generosissimi Viri in Hispania sæpè in puritate sanguinis probanda cauillantur.*

70 *Conuersi ex Hebræis plures insignes Viri, Christianissimi, ac doctissimi extitere.*

71 *Conuersos ad Fidem, vel ab eo descendentes esse ab officiis & beneficiis excludendos quæ asserunt statuta, contrariantur Euangelicæ legi, & sacrorum Canonum decretis.*

72 *Distinctio inter nouos & antiquos Christi fideles est quasi hæretica.*

73 *Diuisiones inter nouos, & antiquos Christianos sunt contra charitatem, & vnitatem Christianam, & schismaticæ, & erroneæ.*

74 *Statuta, quibus descendentes ab Hebræis, & infidelibus excluduntur ab honoribus, beneficiis, ac Ordinum Militarium insigniis, qui reprobent, referuntur.*

75 *Doctores, qui in defensionem statutorum puritatem sanguinis requirentium scripserunt, referuntur.*

76 Cap.constitut.17.q.4. *ponderatur.*

77 *Conuersi ex Iudæis aliquando in Ecclesias, personas, & bona Christianorum conspirarunt.*

78 *Paulum Burgensem dixisse fertur ex Gente Hebræa prognatis nullam Resp. partem committendam.*

79 *Suspicio sinistra, quæ communiter habetur contra conuersos ex Gente Hebræa purgari potest vel temporis diuturnitate, vel actibus positiuis maioribus Christianitatis.*

80 *Filij tales sunt quales parentes.*

81 *Descendentes ex gente Hebræorum in gradibus notis & propinquis licitum est excludere ab aliquibus congregationibus propter rationabilem præsumptionem de eorum reditu ad vomitum.*

82 *Suspecti conuersi ab officiis publicis expellendi.*

83 *Statuta excludentia conuersos ab Hebræis fundantur in iusto timore dissimulatæ impietatis.*

84 *Ex*

84 *Exclusio conuersorum iusta erit si intelligatur de illis, qui paucis abhinc annis ex perfidis Iudæis & apostatis ad Fidem conuersi fuerunt.*
85 *Prohibitio ne conuersi ad officia & beneficia admittantur, intra quos gradus possit esse rationabilis.*
86 *Crudele nimis est innoxios homines occidere.*
87 *Sanguinem elicit, qui vehementer emungit.*
88 *Vnionem Christianam inter vtrumque populum postulat Dominus Iesus ab æterno Patre.*
89 *Effectus admirabiles ex æqualitate prouenientes.*
90 *Ciues optimi, & de Rep. benemeriti muneribus, honoribusque honestandi sunt.*
91 *Posteri arcendi non sunt perpetuo à Rep. parentum culpa ne omnino felicitatem desperent.*
92 *Ciues vt æquali iure inter se viuant summopere laborandum.*
93 *Infideles dubitant propter perpetuam inhabilitatem suis descendentibus obuenturam, Fidem Catholicam amplecti.*
94 *Exempla referuntur de quibusdam infidelibus, qui propter talem inhabilitatem, & contractam infamiam fieri Christiani noluerunt.*
95 *Hæreticorum descendentes ad nullum ecclesiasticum beneficium, vel officium admittendi vsque ad secundum gradum per lineam paternam, & vsque ad primum per lineam maternam.*
96 *Suspicio mala, quæ habetur contra nouiter conuersos ad Fidem tollitur ex actibus positiuis denotantibus Christianitatem, & sanam doctrinam.*
97 *Hæreticum quem non esse ex quibus actibus probetur.*
98 *Conuersi duo ex Mauris pro Fide Catholica martyrium passi sunt.*
99 *Conuersi ex Hebræis nullatenus sunt excludendi à beneficiis, & officiis si procedant de genere Regio, vel sint illustres, aut eruditione litterarum pollentes, aut præclaritate morum, sanctitatis, &c.*
100 *Lex corrigitur per epiikiam.*
101 *Epiikia quid sit? ostenditur.*
102 *Iustissime à lege, seu statuto recedi potest ex iusta causa superueniente.*
103 *Pontifices ex iusta causa ius diuinum declarare, & Principes ius naturale limitare possunt.*
104 *Leges, Canones, & statuta ex magna & euidenti causa transgredi possunt.*
105 *Periturus dici non potest qui ex causa rationabili transgreditur statutum.*
106 *Prouisiones generales statutorum recipiunt tacitas exceptiones propter emergentes casus.*
107 *Edicta prohibentia non sunt edita contra valde meritos.*
108 *Statuta puritatem sanguinis requirentia stricte in casu, & in personis, & ob causas de quibus loquuntur, sunt intelligenda.*
109 *Statuta diuina à Domino promulgata ex iusta causa suspendit ac relaxat.*
110 *Lex diuina & naturalis quando dispensationem, seu interpretationem admittat.*
111 *Conuersorum sponte descendentes, qui à ducentis annis Christiani sunt, ad collegia, & Cathedrales statuta puritatem sanguinis exigentia habentes, sunt admittendi.*
112 *Neophytus qui ordinari & beneficiari prohibetur, dicitur recenter conuersus, seu baptizatus.*
113 *Neophytus in Episcopum promoueri non potest ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.*
114 *Neophytus si talis sit qualem decet esse bonum Pastorem, & humilis inueniatur, ac integra Euangelicæ legis institutione præditus, in Episcopum eligi non prohibetur.*
115 Cap. constituit 27. quæst. 4. *intelligitur.*
116 *Henricus Rex cum consilio Petri Thenorij Archiepiscopi Toletani statuit ne aliquis Fidelium conuersus ad Christi fidem repelleretur ab officiis publicis.*
117 *Nobilitas Christianorum ab Hebræis descendentium omnium antiquissima.*
118 *Abrahamo Dominus mirabilia promittit.*
119 *Isaac fuit viua imago filij Dei facti hominis.*
120 *Patriarchæ sancti à Domino magni habiti.*
121 *Hebræorum natio & progenies inter omnes Mundi, selecta, inclyta, & magna fuit.*
122 *Colloquium refertur venuste quidem & argute habitum inter Inicum Lopes de Mandoça, & Alphonsum de Carthagena.*
123 *Magnum antiquitus erat ex Iudæis esse.*

124 *Conuersi ex Iudæis ad Fidem Catholicam retinent priorem nobilitatem.*

125 *Populus, à quo nostra redemptio processit, est excelsior cunctis gentibus.*

126 *Hebræa gens habuit Deum sibi vnitum, & appropinquantem secundum carnem.*

127 *Israelitæ propter perfidiam amiserunt gloriam, legem, repromissiones, & adoptionem filiorum.*

128 *Fidelibus reliquis Israelitici populi Petrus annuntiauit honores iure sanguinis illis competentes.*

129 *Paulus Gentium doctor se gloriatur esse de semine Abrahæ.*

130 *Fideles ex Gentilitate ad Ecclesiam venientes quomodo se vniuerint cum conuersis à Iudæis.*

131 *Fideles filij Abraham cæteris paribus anteponendi fidelibus ex Gentilitate prouenientibus.*

132 *Nobilitatem primæuam non recuperant nisi ex Iudaismo ad Fidem Catholicam conuersi, relicta prorsus infidelitate, & Iudaica perfidia.*

133 *Excellentiora de Natione Hebræa referuntur.*

134 *RR. PP. Alphonsus de Oropesa, & Hieronymus à Cruce bona mente affirmant desiderare cum hac gente propinquitate coniungi.*

135 *Conuersi ad Fidem ex Iudaismo plures referuntur qui post prima tempora sanctitate & litteris floruere.*

136 *Ioannes Baptista Elianus natione Hebræus vir pius, & qui pro Fide Catholica multum laborauit, & scripsit.*

137 *Iulianus Pomerius Archiepiscopus Toletanus ex genere Hebræorum sanctitate & omnigena virtute præclarus.*

138 *Paulus de Carthagena, alias Burgensis professione antea Iudæus, propter probitatem eruditionemque fuit primum Carthaginensis Præsul, deinde Burgensis Episcopus.*

139 *Gonçalus de Carthagena Pauli filius fuit Episcopus Placentinus.*

140 *Alphonsus de Carthagena eiusdem Pauli filius, fuit sicut pater Burgensis Episcopus.*

141 *Franciscus Episcopus Caurien. à Iudæis conuersis originem ducens.*

142 *Cardinalis N. descendens ab auis conuersis.*

143 *Auctoritas illa,* sanguis eius super nos, *&c. quomodo intelligenda.*

144 *Iudæi omnes, qui Christi morti consensere vnà cum suis miserè perierunt in obsidione Hierosolymitana.*

145 *Descendentes à Caino in Generali diluuio periere.*

146 *Christianus nullus in obsidione Hierosolym. remansit intra ciuitatem.*

147 *Iudæos morti Domini consentientes excusat S. Paulus Apost. propter ignorantiam.*

CVm quidam N. pro Fide Catholica & pro Rege, ac Christianæ Reip. vtilitate plura indefessus præstitisset seruitia, & de illis debitè remunerandis in supremo ageretur Consilio, vnus illius Minister, qui ad certum officium, seu dignitatem vacantem idoneam personam Regi proponere tenebatur, cœpit dubitare an dicto N. omnibus requisitis ad tale officium ornatissimo, & meritissimo, posset in conscientia votum suum denegare eo quod audiuerat illum à Iudæis originem ducere, licèt id liquidò non constaret. Pro veritate à tali Ministro consultus & rogatus vt liberè sententiam meam proferrem, respondi materiam esse quæ quemlibet etiam timoratæ conscientiæ, & intrepidi animi virum ab ea decidenda retraheret, si vellet calumniantium linguas effugere: sed iterum & tertiò importunè petitus, sciens me exponere prauæ maledicorum censuræ, & aliorum iudicio, vt amici desiderio satisfacerem, sequentibus tribus conclusionibus illi respondendum duxi. 1

CONCLVSIO I.

Præmia, & honores benemeritis de iure debentur, & quisquis secundùm propriam virtutem remunerandus est.

SVmma tua prudentia, Senator doctissime, primum locum in syncera & Christiana veritate hac de re amplectenda, obtinere debet, ne in causa esse possis vt proximi honor detrimentum aliquod patiatur, & conscientia tua magis ac magis lædatur dum volens illi bono animo consulere alteri damnum irreparabile inferas; scias rogo honoris & famæ causam vitæ, & rebus præferendam, vt Iurisconsulti nostri satis nobis demonstrant *in l. isti quidem 8. cum bonis viris iste metus maior quàm mortis esse debeat, &c. ff. de eo quod metus causa, l. si adulterium. §. fin.* ibi, *Nam cuius famæ multo magis vitæ parcendum est. ff. de adulter. l. codicil 91. §. mater,* ibi, *Scis filium nostrum occidisse, sed & alia mihi deteriora fecit, &c. ff. de legat. 2. l. 2. §. initium.* ibi, *& cùm castitatem filiæ vita quoque eius præferendam putaret, ff. de origine iur. l. Iulianus. ff. si quis omissa causa testamenti, l. iusta. ff. de manum. vind. §. suspectus,* vbi glos. *verb. ob culpam, Instit. de suspect. tutor. l. Hisp. 4. & vlt. tit. 13. part. 2.* cum aliis adductis per Valenz. *conf. 92. num. 1. & seqq.* Castill. *controuers. lib. 5. cap. 123. num. 21. tom. 6.* Moreno de Vargas *de nobilit. disc. 1. num. 1. & disc. 12. n. 7.* Melch. Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 26. num. 27.* 2

Ad quod respexit S. Ambros. *lib. 3. offic. c. 4.* dicens, *Quis enim vitium corporis, aut patrimonij damnum non leuius ducat vitio animi & existimationis dispendio?* Et Apost. 1. *ad Corinth. 9.* ait. *Expedit mihi magis mori quàm vt gloriam meam quis euacuet.* & Marc. Tull. *Philip. 3. Ad decus, & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur. cap. si non licet 23. q. 5. d. l. Hispan. 4.* ibi, *Tal podria ser* 3

el

el enfadamiento que major le seria la muerte que la vida, &c. & *d. l. fin.* ibi. *E perende los antigos pusieron esta ferida por mas estraña que de la muerte por que essa no es mas de vna vez, y esta es de cada dia*, &c. Matth. Rader. *in explanat. ad Q. Curtium lib. 7. cap. 2. in fine*, Mieres *de maiorat. p. 1. q. 52. num. 8. & 19.* Amescua *de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 1. num. 12. cum seqq. & cap. 12. per tot.* Valenzu. *cons. 92. à num. 1. & cons. 142. num. 35. cum seqq.* Escobar *de purit. probanda p. 1. q. 1. proœm. §. 1. & 2.* eleganter Minograph. *Vbi non sis qui fueris, non est cur viuere velis.*

4 Iuxta conscientiam rectam, & in foro interiori, vir clarissime, debes prius votum tuum examinare, quia, vt rectè aduertit Ioan. Boter. *lib. 2. de rat. liber. stat. cap. pen.* debent Principes cauere, & iubere, vt nihil prius decidatur in consilio Status, quin priùs visum, ac discussum fuerit in alio consilio conscientiæ. Podetare debes quæ & qualis iniuria ex tali denegatione prætendenti sequatur, quis vt benè colligitur ex decisione Iuteconsulti *in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. Neque est hoc beneficium, sed iniuria, si quis fortè non impetrauerit*, &c. *Potius enim debitam libertatem præstitit, quàm beneficium vllum*, ait tex. *in l.*
5 *proximè, ff. de ritu nupt. quia licèt sit gratia, tamen si sine causa negatur, gratia fit iniuria*, de quo vide plura
6 apud D. Solorzan. *de iure Indiarum lib. 1. cap. 17. n. 20. & lib. 3. cap. 19. num. 22. tom. 2.* Sicut etiam minuitur existimatio quando quis ordine mouetur, vel ab officio remouetur, cùm per hoc videatur ei honorem auferri & iniuriam fieri, *l. fin. in fin. ff. de offic. Præsor. l. iudices C. de dignit. lib. 12. glos. in l. testamento Centurio, in fin. ff. de manum. testam.* Auiles *ad cap. Prætorum verb. fiel num. 42.* Boër. *decis. 149. ex num. 11.* Anton. Fab. *in suo Cod. tit. de reuocan. donat. definit. 18.* Menchaq. *de success. progr. lib. 3. §. 30.* Personal. *cons. 30. lib. 1.* Mastrill. *de magistrat. lib. 1. cap. 27. num. 18.*

7 Ex denegatione, vel remotione solent plerumque exclusi, vel remoti etiam iniustè, & indebitè infamiæ nota maculari saltim in ore vulgi, quod procax est, & in conuicia semper armatum, ex sententia S. Hieronymi, Tacit. *hist. lib. 1. Plebi non iudicium, non veritas*, & *lib. 2. Municipale vulgus pronum ad suspiciones.* ibi, *Procacia plebis ingenia, ægris oculis alienam felicitatem intuentur.* D. Hieron. *epist. 22. Vulgus habet os barbarum, procax, & in conuicia semper armatum, quicquid nouũ insinuauerit, aut auctor, aut exaggerator est*
8 *famæ.* Plato *in Axioch. Populus ignarus est, morosus, crudelis, inuidus, immodestus, vt qui sit ex colluuie turba, & stultis, insolentibusque collectum.* Seneca *de vita beata cap. 11. Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant, argumentum pessimi turba est.* Et tradunt alia de vulgo non vulgaria. Iust. Lips. *in polit. lib. 4. cap. 5. per tot.* Pacian. *cons. 113. num. 7. cum seqq.* Mench. *citato loco* ibi. *Quia populus semper huius erit opinionis, vt is, cui ademptum esset, ignominia*
9 *notatus videretur*, &c. Nec sufficit restitutio, aut declaratio super fama semel maculata, & purgatio innocentiæ, quia, vt inquit Cassiodor. *lib. 7. epist. 2. nulla potestas est, quæ qualitatem famæ suæ de ore hominum possit auferre.* Sfort. Odd. *de restit. in integ. p. 2. q. 92. num. 34. Infamia verò facti cum mentibus hominum imprimatur, ibique residear, non potest inde ab aliquo amoueri, quia opinio hominum de bonitate, vel malitia alicuius non potest ab aliquo etiam maximo, & supre-*
10 *mo Principe remoueri*, &c. Et rationem reddit Sidon. Apollin. *lib. 5. epist. 8. nanque improbiorum probra æquè vt præconia bonorum immortalia manent.* & eleganter expressit *l. Hisp. 6. tit. 6. part. 7.* ibi, *La nombradia e el precio de mal ganan a las vegadas los omes (con razon a las vegadas) no seendo en culpa, e es de tal natura que despues que las lenguas de los omes anpuesto mala nombradia sobre alguno, no la pierde ia mas, maguer no la merecies̄se*, &c. vbi Greg. Lop. *in glos. 1.* notant DD. *in cap. ex tuarum, de purgat. Canon. cap. Euphemium. §. hinc colligitur 2. q. 3.* Sylua nupt. *lib. 4. num. 87.* Anton. Fab. *iurisprud. Papiniani tit. 12. princip. illat. 2.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 27. à n. 16.* Laërt. *in vita Filolai*, vbi asserit infelicitatem esse 11
quòd quis incurrat in inspectionem delicti, quamuis sit innocens, his verbis, *Et si nihil committis, sed tamen videaris, infelix es.*

Non mirum igitur si pro viribus ingenuus vir de 12
conseruando suo statu, & honore agat, vt dicit Anchar. *cons. 188. à num. 4.* & S. August. *de bono viduit. cap. 22.* reprehendit eos, qui conscientia sua freti, famam suam negligunt; & subdit. *Nobis enim* 13
necessaria est vita nostra, aliis fama nostra, Bald. *cons. 512. num. 3. lib. 4.* vbi quòd diuitibus eligibilius est mori quàm vilipendi, Sebast. Medices *de casib. fort. p. 1. q. 7. num. 7.* Amescua *d. lib. 2. cap. 5. à num. 11.* Testay. *alleg. 7. num. 2.* Scip. Theodor. *alleg. 19. num. 2.* Cabreros *de metu lib. 2. cap. 47. à num. 20.* Valenzuel. *cons. 92. num. 7.* Menoch. *cons. 303. num. 1. lib. 4.* ibi, *Qui honoris, & dignitatis suæ, Maiorumque suorum tuendæ causa, omnem diligentiam, & curam adhibent, non modo damnandi non sunt, sed summopere laudandi* &c. opti- 14
me tales proprium honorem non curantes improbat Nau. *ad cap. cùm mulier 23. q. 5. de finibus humanor. actuum tom. 2. fol. 487. num. 74.* ibi, *Nona decisio Abulensis super Math. cap. 6. q. 3. col. 2. scilicet dignum esse vituperio eum, qui honorem iam quæsitum non curat conseruare; tum quia, vt ille inquit, honor sicut non potest iuste quæri nisi per virtutem, & aliquam veram excellentiam, ita nec perdi iustè, nisi perdita illa: tum per illud præceptum Eccles. 41. curam habe de bono nomine: cum per illud Apost. 2. ad Corinth. 9. melius est mihi mori quàm vt gloriam meam quis euacuet: tum quia idem, quod maximè duco notandum, etiam de gentilitia nobilitate se laudauit 2. ad Corinth. 11. ibi, Hebræi sunt, & Ego, semen Abrahæ sunt, & Ego. Et illud Machab. 9. Absit vt fugiamus ab his, & inferamus crimen gloriæ nostræ: tum quia crudelem esse illum, qui famam negligit, intelligit inordinatè desinit S. Augustin. in cap. non sunt audiendi 11. q. 3. tum quia licèt magis curandum sit de virtute, vel excellentia vera quàm de honore, vel laude illi debita, eo quod honoris perditio frequenter sine culpa eius, cui debetur, contingit, cap. renouantes 22. dist. nihilominus tamen curandum est de honore, ne vulgus quod nouit effecta, & eorum causas ignorat, videns quem ab honore decidisse, præsumat eum virtutem quoque & excellentiam amisisse, & ex eius casu præsumpto scandalum accipiat ob speciem mali, à qua vt caueamus Apostolus relatus in c. cùm ab omni specie mali, de vita & honest. cleric. præcipit 1. ad Thes. 5. tum denique quia ob quin-* 15
que fines bonam famam & honorem desiderare conuenit, vt in repet. cap. inter verba 11. q. 3. concl. 5. scripsi, quorum quartus est vt constantius virtutes colamus, reputantes nos tanto esse obligatiores, tantoque plus peccaturos, si contra fecerimus, quanto magis credimus eas colere. Hactenus Nauarrus.

In his ergo tanti ponderis & momenti negotiis, 16
in quibus agitur de re vita cariori, debet iudex, vel informationem faciens benigniorem amplecti partem in fauorem prætendentis, & si fortè eius fama in aliquo læsa fuerit, honorem si potest, defendat, quia fama integra cuiusque est necessaria Reip. vt aduertit Cou. *lib. 1. var. c. 2. num. 8.* & causæ huius-

modi benignè ac blandè tractandæ sunt. Abb. & Deci. *num.* 33. *in cap. venientes, de testib. & in cap.* 1. *num.* 49. *de appellat.* Mathes. *sing.* 51. *num.* 8. Franch. *decis.* 2. *num.* 27. Hoied. *de incompat. benef. cap.* 23. *num.* 143. Menoch. *cons.* 96. *num.* 27. Castill. *controu. lib.* 5. *cap.* 123. *num.* 17. Seraph. *decis.* 162. *num.* 3. Valenz. *cons.* 90. *num.* 201. Rot. *decis.* 355. *num.* 6. *p.* 2. *recent.* & sic in conflictu potius errare debet iudex in absoluendo, quàm in condemnando, *cap. alligant* 4. *vers.*
17 *deinde* 26. *q.* 7. Azeued. *cons.* 30. *num.* 14. Menoch. & Franch. *vbi sup.* Valenz. *d. cons.* 90. *n.* 49. 190. & 202. & eleganter S. Bernard. *serm.* 40. *in Cantic. in fine. Etiamsi perperam factum deprehendas, nec si iudices proximum, magis autem excusa, excusa intentionem, si opus non potes, puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum, quamuis vitio naturæ prompti in peiorem partem omnia vitia interpretemur*, teste Euerardo VVeston *de moribus Reip. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 8.

18 Nec benigno & humaniori animo procedentem suspectum te reddere existimes, imò apud timoratæ conscientiæ viros te meliorem haberi, puta; nam qui bonus est, malum nunquam suspicatur, & qui malus est, ad bonum difficile inclinatur. Ita nos docet S. Chrysostom. *super Math.* ibi, *Sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui bonus est, sic difficile aliquem suspicatur bonum qui malus est, omnis ex se existimat alterum, fornicarius neminem putat castum, castus de fornicario non facile suspicatur, superbus neminem putat humilem, humilis neminem putat esse superbum, sic qui non est ex Deo Sacerdos, neminem putat ex Deo Sacerdotem.* Cicero *ad Quintum Fratrem* ibi, *Vt quisque est vir optimus ita difficillimè esse alios improbos suspicatur.* Nilus apud Anton. & Maxim. *serm. de Innocent.* ibi, *Qui ad malum suscipiendum paratus non est his, nec ad malam quidem suspicionem est facilis.*

19 O miserandus humanæ naturæ status, si inimicos habuero, ipsi omnem conuitij & infamiæ maculam me habere falsò probabunt; si verò in amicitiam meam eos reduxere, conuitij & infamiæ notam, si quam forte habuero, in honores & nobilitatis titulos conuertent. *Sapientis igitur erit hæc dicta examinare, & non citò facili credulitate ad falsum prolabi*, vt
20 Seneca consuluit; est enim veritas modis omnibus perquirenda, & laborandum ne opprimatur, prouocat enim Dei iram super se, qui veritatem opprimi conspiciens, eam pro viribus non defendit, *cap. quisquis, cap. nolite timere* 11. *q.* 3. Ludou. Zuntus *in resp. pro vxore num.* 36. *& seq.* Neuizan. *in sylua lib.* 5. *n.* 117. *& cons.* 34. *num.* 6. *cum seqq.* Paul. de Castro *cons.* 234. *in causa appellationis, ante num.* 1. *vol.* 2. Socin. iun. *cons.* 76. *num.* 1. *& cons.* 127. *num.* 1. *lib.* 1. *& cons.* 41.
21 *num.* 1. *cum seqq. & cons.* 134. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 3. Illa nanque quanto magis oppugnata, & contrita est calumniis, tanto clarior nebulis expulsis progreditur in lucem, sicut aromata, quæ magis redolent quanto magis conteruntur, *cap. graue* 35. *q.* 9. *glos. verb. postquam in cap. cùm Ioannes, de fide instrum.* Crauet. *cons.* 135. *num.* 18. Roland. à Valle *cons.* 6. *num.* 1. *& cons.* 80. *num.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 66. *n.* 1. *lib.* 2. Ioan. Neuiz. *in principio sylua nupt. n.* 4. *cum seqq.* Ludou. Zuntus *vbi sup. num.* 2. Marc. Anton. de Amatis *Marchia decis.* 41. *num.* 6.

22 Quibus præhabitis tam circa proprij honoris æstimationem, quàm circa obligationem illum defendendi, iam rectè infertur ad responsionem qualiter debeas in his seruitiis remunerandis te habere. In primis licèt sit felicissimum inter mortales natum esse ex bonis, vt protulit Hecuba apud Euripidem, quasi bonũ semen degenerare non possit, ex Seneca *epist.* 87. cum aliis per Roland. *cons.* 1. *num.* 35. *cum seqq. vol.* 3. Frizze apud Domin. Arumæ. *de iure publico discursu* 16. *de nobilit.* Sim. de Pretis *cons.* 34. *n.* 5. *vol.* 2. Federic. Marscl. *lib.* 1. *de Legat. cap.* 9. Barth. Iegi. *tract. crimin. p.* 9. *num.* 12. *cum seqq.* Velasquez *in defens. statuti Tolet. cap.* 42. Valenz. *cons.* 163. *n.* 52. *tom.* 2. quia magnus verecundiæ stimulus est laus parentum, dum illis non patimur esse impares, quos gaudemus auctores, vt aduertit Cassiodor. *lib.* 9. *epist.* 22. Nihilominus tamen propria virtus magis æsti- 23
manda, *ille enim clarus, ille sublimis, ille nobilis, ille tunc integram suam nobilitatem se seruare putet si dedignetur seruire vitiis, ab eisque nõ superari*, vt inquit S. Hieron. 24
ad Demetridem. Quid prodest ei, quem mores sordidant, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis quem mores adornant? ipse enim se vacuum ab omnibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus, vt dicit S. Ioan. Chrysost. *in cap.* 8. *Ioan. Nihil prodest carnalis generositas*, ait Cyril. *in cat. ad cap.* 3. *Lucæ, nisi consimilibus studiis fulciatur; vanum est igitur extolli de bonis prædecessorum, & deficere ab eorum virtutibus, & turpe est alienis ornare decoribus, quem propria virtus non venustat.* Quare S. Ioan. Chrysost. *homil.* 3. *in Matthæ.* af- 25
firmat quòd si quis propria virtute decoretur, parentum suorum non decoloratur opprobriis. *Nulli te vnquã de generis nobilitate præponas*, dicente S. Hieron. ad Celantiam, *nec obscuriores quoque humiliori loco natos se inferiorem putes; nescit Religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed animos suscipit singulorum, seruum & nobilem de moribus pronuntiat, sola apud Deum libertas est non seruire peccatis, summa apud Deum nobilitas est clarum esse virtutibus. Ex adulterino sæpè coniugio*, ait S. Petr. Damian. *opusc.* 6. *c.* 19. *pulchra soboles nascitur, & ex obscœna voluptate parentum, spectabilis oritur species liberorum; quid enim certius cõfirmatum esse potest quàm ex pessimis optimos aliquando generari. Non dicis, Pater meus qui est in Cœlis* (verba sunt S. Ioan. Chrysost. *hom.* 20. *in Matthæ.*) *sed Pater noster, superbiam remittens, inuidiamque explodens, & introducens matrem bonorum omnium charitatem, & humanarum rerum inæqualitatem prorsus expellens, & miram Regis cum paupere æqualitatem honoris ostendens; si tamen in maximis, & ad æternam gloriam necessariis communione sociemur. Quid enim noxæ de terrena nobilitate timendum est, quando cœlesti omnes nobilitate compungimur. Cumque nullus alio amplius de illo honore possideat, neque locuples paupere, neque dominus seruo, neque iudex ministro, neque Rex milite, neque Philosophus barbaro, neque sapiens imperito? Cunctis enim vnam atque eandem nobilitatem donauit Deus, cum dignatus est omnium pater vocari.* Optimè Pelagius noster *de planctu Ecclesiæ lib.* 2. *art.* 76. *fol.* 252. hæc de re agens sic concludit. *Vera nobilitas Christiana est. Primò, quia sumus filij Dei, & hoc per creationem, Actuum* 17. 29. *q. vlt. c. omnibus. Ipsius enim, & genus sumus. Esai.* 64. *Tu Domine Pater noster es, nos verò lutum, tu fictor noster, & opera manuum tuarum omnes nos. Et in hoc sumus eius filij chari. Secundò per gratiam adoptionis. Vnde* 1. *Ioan.* 3. *in princ. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Psalm.* 81. *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes.* 1. *Ioan.* 4. *In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli, omnis, qui non est iustus, non est ex Deo, & de hoc de Pœnit. dist.* 1. *§. hoc idem vers. item vt Christus ait, & vers. qui natus; & per hoc sumus filij chariores. Tertiò per gloriam ratione adoptionis hæreditatis æternæ, Ioan.* 8. *Roman.* 8. *si filij, & hæredes. Galat.* 4. *Et in hoc erimus filij charissimi. Ephes.* 5. *Imitatores Dei estote sicut filij charissimi. Contra carnis nobilitatem, ext. de præbend. cap. pen. §. nos ergo. Attendentes, quòd non generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas gratum Deo faciunt & idoneum seruitorem.*

Ad

Ad cuius regimen non multos secundùm carnem nobiles, & potentes elegit, sed ignobiles, Matth. 4. & pauperes.

26 Vides igitur qualiter propria virtute decoratus præmia ex se meretur, licèt ab ignobili parente procedat; ideo S. Anton. Abbas *serm. 79.* consultus quid sentiret de quodam, cui maximè obstabat parentum ignobilitas, sic respondit. *Nihil tibi obest genitorum ignobilitas, si tu ipse probus sis.* Magis enim resplendet ille, ait Chrysost. *homil. 3. in Matth.* qui ex parentibus à virtute prorsus alienis, ipse tamen sit de virtute mirabilis. Sic è contra, parentum sublimitas nihil prodest filiis, qui eorum opera non faciunt, vt ait Chrysolog. *Qui genitoris opera non facit, negat genus Domino dicente, Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ feceritis, ille fidem generis probat qui tantum paterni operis assertor existit.* Et bene ad hoc propositum Philon *in libro* quem scripsit de educatione Principis, sic ratiocinatur. *Nemo suam felicitatem in generis nobilitate collocans, honestas actiones negligat, reputans grauiori animaduersione fieri obnoxium, quisquis ex optimis progenitus Maiores suos vitiis dedecorat, descendens à virtutis exemplis domesticis, quorum reliquiis omnibus deletis ex animo non potest meritam reprehensionem effugere.*

27 Vnde merita à qualicunque homine bene & rectè operante proueniant, pro seruitiorum qualitate remunerari debent, & ad id naturaliter Princeps obligatur, *l. sed etsi lege 25. §. consuluit*, iuncta glos. *verb. obligauerunt, ff. de petit. hæred.* ibi, *Naturaliter quis obligatur ad remunerandum benemerentem, ipsaque natura ducimur ad benefaciendum, ei, qui nobis bona fecit. l. etiam 15. §. ex præterito, ff. de manum. vind.* ibi, *Ex præterito tempore plures causæ esse possunt, veluti quod dominum in prælio adiuuauerit contra latrones tuitus sit, quòd ægrum sanauerit, quòd insidias detexerit, & longum est si exequi voluerimus, quia multa merita incidere possunt, quibus honestum sit libertatem cum decreto præstare, quas æstimare debebit is apud quem de ea re agatur.* qui text. videtur in materia speciali nota dignus, quia loquitur de præmiis seruis concedendis propter seruitia magis ex obligatione quàm liberaliter dominis præstita. *l. in nomine Domini 2. §. hac autem non solum, in fine C. de offic. Præf. Prat. Africa*, ibi, *semper prouidemus vnumquenque secundùm labores suos ad meliores gradus, & ad maiores dignitates perducere, & duces, ac tribunos secundùm labores suos de imperiali largitate remunerationē sperare debere*, &c. *l. 1. in princ. ff. de censib.* ibi, *Huic enim diuus Seuerus, & Imperator noster ob egregiam in Rempubl. Imperiumque Romanum insignem fidem ius Italicum dedit*, &c. *l. semper in ciuitate. §. negotiatores, ff. de iure immun.* ibi, *nam remuneranda pericula eorum, quin etiam & hortanda* (seu vt glossa legit, coronanda) *præmiis merito placuit*, &c. *l. eum qui 58. C. de Decurien. lib. 10.* ibi, *habita consideratione videlicet meritorum, & hoc bene cogniti priuilegium consequantur, nec eo passim fruantur indigni*, &c. *l. iubemus 4. C. de proxim. sac. scrin. l. cornicularij 3. C. de apparit. Præfect. Prat. lib. 12.* ibi, *Pro multis erga Remp. sudoribus ab omnibus indictionibus tam militarium quàm ciuilium Iudicum semper habeantur immunes*, &c. *l. 3. C. de offic. Magistr. milit.* cum aliis adductis per Andr. de Isernia *lib. 1. ad Constit. Neapol. tit. 37.* Greg. Lopez *l. 51. tit. 18. part. 3. glos. fin.* Georg. Accac. *lib. 1. de priuileg. cap. 10. num. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 4. num. 9.* Sebast. Fox *lib. 2. de Regis instit.*

28 vbi concludit Principum obligationem esse honores, & beneficia benemerentibus personis concedere.

29 Hinc Senatus populusque Romanus iuxta valorem cuiusque meritorum præmia, & honores pendebat, statuasque æneas ad æternam benemeritorum memoriam, qui ciuitates, & prouincias Romano Imperio subiecerant, erigere cum summa gloria nunquam prætermisit, vt *in l. defensorem. §. qui militiæ, ff. de re milit. l. 1. C. de statuis, & imag. l. 1. C. de veteran. lib. 12.* Plini. *lib. 7. natur. histor. cap. 28. & lib. 33. cap. 2.* Alex. Sard. *lib. 3. de morib. & ritib. gentium c. 10.* Patrit. *lib. 9. de Regno tit. 6.* Lambertin. *de Iurepatron. lib. 3. q. 5. princ. art. 4. num. 1.* Petr. Greg. *syntag. iuris p. 2. lib. 19. cap. 3. num. pen. & vlt. & cap. 4. num. 4. cum seqq.* Melch. Iuni. *polit. quæst. p. 3. q. 107. num. 2.* Ribadenera *lib. 2. de Principe Christiano cap. 7.* Iust. Lipsi. *lib. 3. de magnit. Romana cap. 9.* Bobadil. *in sua politica lib. 4. cap. 2. num. 75. & lib. 5. cap. 4. num. 13.* Iacob. Gutier. *lib. 3. de veteri iure Pontif. cap. 4.* Et refert 30
Massutius *in vita sancti Pauli* ex Auctore *historiæ scholasticæ*, & ex glossa & Dionysio Carthusiano Pauli patrem propter obsequia Romanis exhibita, & quia eorum Legatis in Ciliciam venientibus cum pace, & coronis obuiam processisset, ius & insigne Romanæ ciuitatis penulam, id est, vestem vt ipsi interpretantur, senatoriam sibi, suisque filiis singulari fauore esse consequutum.

Et licet vir bonus amore virtutis, & Reip. potius 31
quàm commodi, aut præmij spe adductus bene aliis facere debeat, & soleat, vt Cicero protulit *Philip. 4.* & non minus eleganter id ipsum dixit Ludou. Gom. *in orat.* quæ legitur post *comment. ad reg. 3. Cancel. num. 13.* desumens ex S. Augustin. *lib. 5. de ciuitate Dei*, dum commemorat quòd sola virtutis gloria nos debemus esse contenti; cui sententiæ consonat illud Senecæ *lib. 1. de Clementia cap. 1. & epist. 63.* *Virtus nullo honestamento eget ipsa, & magnum sui decus* 32
est, & corpus suum consecrat; & Sillij Italici *lib. 3. bellor. Punic.*

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.

Nihilominus rarò, vel nunquam aliquis inueniri poterit, qui gratis, & postposita omni præmij spe sponte laboret, vt idem *Sillius lib. 13.* expressit.

Ipse decor recti, facti si præmia desint,
Non mouet & gratis pœnitet esse probum.

Et Iuuenalis *satyra 10.*

Tanto maior famæ sitis est quàm virtutis,
Quis enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas?

Et Cicero *in orat. pro Aulo Cecina* humanæ natu- 33
ræ insitum asserit, vt opus aliquod magni ponderis & momenti facere non incipiamus si ex eo fructum consequi non speremus, his verbis. *Ea est natura nobis insita, vt neque inter flagitiorum impunitates viuere, neque de Republ. benemereri possumus, nisi fructum aliquem speremus bona nostra voluntatis*, &c. & idem asserere videtur *in orat. pro Caio Rabirio. Pro sua patria pauci post genus humanum nati reperti sunt, qui nullis præmiis prapositis vitam suam hostium telis obiicerent*, &c. Et fuit sententia Xenophontis *in tyrannico. Honores eam vim habent quod ipsos appetens non dubitet omnes sufferre labores, & pericula, vt illos assequatur, & in hoc anteire hominem rationis participem animantibus cæteris, nec erit tam difficile, & insigne facinus quod homines non audeant si condigna præmia proposita perspexerint. In Republica enim in qua maiora præmia, & honores fuerint propositi benemerentibus, maior numerus reperitur hominum, qui gloriæ stimulis accensi, & desiderio consequendi agitati conatu omni benemereri procurent: nam auctis honoribus augentur animi ad ar-* 34
dua, & insignia opera; tradit etiam Plinius *in panegyrico ad Imper. Traianum*, & Simanch. *lib. 9. de Republ. cap. 20. num. 15.* Valenzuel. *consil. 82. num. 38. vol. 1.* ibi.

Tamen

Tamen sic vita hominum est, vt quemadmodum ad maleficium nemo conatur, nisi spe, atque emolumento accedere: ita pauci post genus humanum creatum, reperti sunt, qui præfatam philosophiam degustare vellent, & nulla præmiorum spe ostensa Reip. vtilitatibus, & commodis inseruierint, quique laboribus susceptis, periculisque additis, nullam rerum gestarum mercedem, aut certe gratiam desiderarent: etenim honos alit artes, omnesque incendimur ad studia gloriæ, dicente Tito Liuio lib. 4. nihil non aggressuros homines si magnis conatis magna præmia proponantur.

35 Eleganter Osorius noster de gloria humana lib. 1. in princ. ibi, Multa sunt, Rex inuictissime, quæ magnam vim habent ad hominum vitam vel rectè constituendam, vel funditus euertendam, tum nihil est quod in vtramque partem tantum valeat, quantum ardens quoddam laudis, & famæ desiderium. Primum enim adeò latè patet vt nullus sit neque tanta humanitate præditus, neque tam agrestis, & inhumanus, neque tantis honoribus insignis, neque tam obscurus, & ignotus, neque tot virtutis ornamentis excultus, neque tam multis flagitiis coopertus, qui non flagret infinita quadam gloriæ cupiditate. Deinde ita est id communibus sensibus infixum, vt neque vi rationis euelli, neque lege, aut more vllo mutari, neque vllo metu exerceri, & comprimi possit; postremò tam vehemens est vt animum nullo in loco consistere patiatur, sed semper incentum trahat & rapiat ad maiora in dies, & altiora inflammato studio consectanda; ex hoc autem animi motu clarissimæ virtutes, ex eodem teterrima vitia nascuntur. Acuit enim industriam animosque ad res acriter & animosè gerendas exsuscitat; ita tamen vt alios ad ius humanæ societatis tuendum, patriamque beneficiis immortalibus obligandam, alios ad leges nefarias colendas, & Remp. delendam solicitet. Vt enim antiquissima commemorem, illi primi vrbium conditores, qui homines in syluis bestiarum more dissipatos vnum in locum compulerunt, & in ciuilis vitæ societatem conuocarunt: omnes, quod ex historiis constat, ardenti gloriæ cupiditate fuerunt in studium tam præclari muneris excitati. Quid qui optimis legibus & institutis, ciuitates suas ad summam amplitudinem perduxere? Quid qui pro patria caput suum in summum vitæ discrimen intulere? Quid qui maximarum artium disciplinis ciues suos excoluere? Nam obscurum est neminem sese sine magna spe laudis, vel ad homines inter se iustitiæ munere conciliandos, vel ad Remp. virtute & industria defendendam contulisse? Contra verò qui patrias euertere, aut scelere, & amentia conuulsere, omnes fuerunt ad tam tetrum & tam immane facinus gloriæ cupiditate compulsi. Vtriusque autem rei ciuitatis vnius varij casus infinita exempla suppeditant. Si enim inuestigare velimus per quos fuerit olim Roma fundata, eiusque imperium latissime propagatum, vt à Romulo ordiemur, & sortem illam clarorum hominum vsque ad extrema florentis imperij tempora perducamus, intelligemus omnes adeo appetentes laudis, & gloriæ fuisse, vt illius parandæ causa neque laborem fugerint, neque vitæ periculum recusauerint. Rursus: si naturam spectemus eorum Romanorum, qui Romanum Imperium per summum scelus euerterunt, aut saltim de illius pernicie, & interitu cogitarunt, omnes reperiemur ad gloriæ cupiditatem incredibiliter exarsisse.

36 Ioannes Brantius de Senatore lib. 1. cap. 8. vbi in principio incommoda Senatorum scitu digna refert, & tandem fol. 29. in proposito concludit. Quid homini potest dari maius quàm gloria, laus, & æternitas? vt interim omittam quid sit magistratuum, comitatus, & egressus, quæ in publico species, quæ in iudiciis veneratio, & illa salutari, appeti, decedi de vita, de semita assurgi, reduci, consuli. Quæ primo aspectu parua forsitan & leuia memoratu videri non sum nescius; at sunt tamen honorabilia, & apud nos, & in aliis ciuitatibus, vt quæque optima mora est, & optimè constituta, illa diligentissimè obseruantur. Quid hominibus tam expetendum quàm virtutem suam moderationem animi temperantiam non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce ciuitatis, in oculis clarissimarum prouinciarum, atque in auribus omnium gentium ac nationum esse positam ipsos tanquam in alta quadam specula conspiciendos se monstrandosque præbere? Pulchrum est digito monstrari, & dicere, hic est. Quanquam enim laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione, & sine populo teste fiunt, omnia tamen bene facta in luce se collocari volunt. Quid inquam tam eximium viro politico quam versari assiduè in optimorum ciuium vel flore, vel robore? neque enim augeri dignitate, quam bonis æquari gratius. Atqui ordine Senatorio flos nobilitatis, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reip. continetur. Pulchrum eminere est inter illustres viros; illustre eorum munus, qui ex tam magna multitudine ciuium tam pauci de hominum fortunis sententiam ferunt, &c.

Guillelm. Benedict. in cap. Raynutius, de testament. verb. duas num. 44. ibi, Postremo est vnum peremptorium, quia sub confidentia beneficij vnusquisque statu suo derelicto, quibuscunque cæteris viuendi modis, qui plures sunt, seruitio Principis se dedicat, supplantaretur in sui honoris, & totius familiæ denigrationem; itaque mandadatum Principis imo beneficium sibi foret illusorium, & decisorium contra omnem iustitiæ æquitatem, quæ neminem permittit beneficio decipi, sed potius iuuari, &c. 37

Ioan. Baptist. Valenzuel. d. cons. 82. num. 50. ibi, Et confirmatur: nam si munus, vel officium esset cum damno, vel sine honore, non esset præmium, sed è contrario onus & pœna, l. proprie, ff. de verbor. signif. vbi non dicuntur bona quæ plus incommodi quàm commodi habent, Roman. cons. 510. num. 3. &c. 38

Idem Valenz. eod. cons. 82. num. 43. ibi, Quare Cardinalis Contaren. lib. 2. de Republic. Venetorum dixit quòd regula conuenientior ad rerũ publicarum augmentum, & conseruationem consistit in præferendo, & honoribus afficiendo benemeritos, cùm remuneratio sit Reip. præsidium, vt ait Demosth. in alleg. orat. aduersus Leptinem, Petr. Lenaud. de priuileg. Doctor. p. 4. c. 21. num. 39. Petr. Bellus de re milit. p. 7. tit. 1. num. 1. Horat. Lut. de priuil. Scholar. in præfat. num. 4. & 5. &c. Alia vide apud Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 4. num. 23. ibi, sunt remunerandi tanquam benemeriti, qui pro Principe, seu patria laborauerunt, & fidelem operam præstiterunt, &c. Pinel. in l. 1. C. de bonis mat. p. 3. num. 62. vers. infertur 14. vbi testatur ita obseruasse antiquam Romani Senatus prudentiam, omnemque Remp. benè institutam. Gabr. Pereira decis. 4. num. 4. Bursat. cons. 343. num. 24. vol. 4. 39

Optimæ ad hoc assumptum probandum referuntur auctoritates Cassiodori, & præcipuè lib. 2. var. epist. 28. Nutriunt præmiorum exempla virtutes, nec quisquam est qui non ad morum summa nitatur ascendere quando irremuneratũ non relinquitur, quod conscientia teste laudatur: graue nimis est vt fructu laboris sui defraudetur industrius, & cui debet pro sedulitate conferri præmium dispendium patiatur. Iniustum, & malorum omnium probatur extremum, vt inde quis cogatur detrimenta suscipere, vnde credebat auxilia prouenire; molestiam pati sine causa; pœnam hac culpa, damna sine delictis. Tribuenda est iustis laboribus compensatio meritorũ, quia exprobrata militia creditur, quæ irremunerata transitur; athletam populis palma designat esse victorem, sudores bellicos ciuica corona testatur. Expectant etiam equos præmia sua, & tanta iustitiæ vis est vt nec illis tardius detur laboris pretium, qui sentire non poterant 40 41

poterant denegatum. Quod si ita est, dignum hoc homini reddere, qui per honesta cognoscitur obsequia placuisse. Æquum est enim vt vnicuique proficiat labor suus, & sicut expendendo cognoscit incommoda, ita rebus perfectis consequatur augmentum. Idem *lib.1.epist.3. Quamuis proprio fruatur honore, quod est natura laudabile, nec desinit probatæ conscientiæ fasces, cum generat animo dignitates; omnia siquidem bona suis sunt coniuncta cum fructibus, nec credi potest virtus, quæ sequestratur à præmio*, &c.

42 Sancti etiam viri & Dei amici spe præmij ei seruire alliciebantur, & non diffitetur Dauid *Psalm.* 118. ibi, *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem*; & Princeps Apostolorum Petrus apud Matth. *cap.* 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Super quibus verbis S. Hieronym. *lib.3. in Matth.* mirari videtur quomodo Petrus præmiũ tam audacter quærebat, dicens: *Grandis fiducia, Petrus piscator erat, diues non fuerat, & tamen loquitur confidenter, reliquimus omnia, quid igitur dabis nobis premij.* Facit Concil. Trid. *sess.6. de Iustificat. can.*31. ibi, *Si quis dixerit iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema sit*, &c. S. Th. 2.2.*q.*27.*art.*3.*&* 4. Durand. *q.*3. Syluest. *in sum. verb. charitas q.*7. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*1.*lib.*2. *c.*35.*n.* 2. Diuus Paulus *ad Hebræos cap.*11.*vers.*26. de Moysi agens, qui contempsit Ægypti Regnum, & quod hoc fecit. *Aspiciebat enim in remunerationem.* Gabr. Aluarez *de priuileg. pauperum p.*1. *q.* 6. *n.* 45. *cum seqq.*

43 Sanctus Ambros. *lib.*1.*de Pœnit. cap.*16. id ipsum manifestat, ibi, *Omne studium torpescit dilatione; & ideo Dominus vt præsentium fructu cumularetur deuotio Discipulorum dixit, quoniam qui dimisisset omnia sua, & eum sequutus esset, centies tantum reciperet, & hic & in futurum prius promisit, vt fastidia dilationis auferret.*

44 Sanctus Ioannes Chrysost. aureis verbis idem expressit *in cap.* 4. *Ioannis homil.* 33. *Nam veteres Patriarchæ seminando, Apostoli autem metendo quodammodo laborauerunt; sicut autem satio longiùs abest à fructu quàm messis: ita Patriarcharum labores longius aberant à præmiis vitæ æternæ, quàm labores Apostolorum; labores igitur Patriarcharum duros, ac difficiles reddebat absentia præmiorum: at vero Apostolorum labores, quamuis multo grauiores, & acerbiores fuerint, tamen ipsa præsentia præmiorum leues, ac penè nullos efficiebat*: noster Francisc. de Mendoza *in lib.*1. *Regum cap.*8. *numer.* 8. *sect.* 2. §. 3. *fol. mihi* 1031. Si quæris, amice, Senatorem doctissimum, Pastorem vigilantissimum, ministrum fidelissimum, qui muneri suo rectè satisfaciant, qui Deum in rebus agendis præ oculis semper habeant, qui mandata Principis sancto zelo adimplere curent, iuraque & leges obseruare faciant, de genere nihil cures. Cùm Tobias interrogasset Angelum, qui filium erat comitaturus, de qua domo, aut de qua Tribu esset, respondit ei Angelus. *Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium, qui cum filio eat?* quasi diceret, non genus hominum, sed personas esse perpendendas. Alia vide in meo *tract. de officio, & potest. Episcopi part.* 1. *tit.* 2. *gloss.* 17. *num.*13.*cum seqq.* Et optimè Bion Philosophus. *Cùm iudiges ô Rex sagittariis, benefacis non interrogando genus, sed scopum proponendo, optimos illorum tibi diligis, sic etiam amicos explora non vnde nati, sed qui & quales sint.* Prouidendum est officiis de bonis personis, non vero personis de bonis officiis, nisi cum vtrumque simul fieri potest; legimus enim *in vita doctissimi, ac piissimi Cardinalis Bellarmini lib.* 3. *cap.* 5. §. *rursus*, ad consultationem Clementis VIII. sic respondisse. *Deberent prouideri Ecclesiæ de bonis personis, non autem personæ de bonis Ecclesiis. Fateor tamen optimam illam esse prouisionem, cùm vtrumque simul fieri potest, vt & personæ benemerenti, & Ecclesia vacanti vtiliter prouideatur*; cui Pontifex ita respondit. *Scimus, & hoc quantum in nobis est præ oculis habemus, prouidere Ecclesiis, non autem personis, nisi quando & Ecclesiæ, & personæ æquè nos prouidere putamus*, &c. refert D. Ioannes Solorzan. *de Indiarum gubern. tom.* 2. *lib.* 3.*c.*7. *num.* 13. 46

CONCLVSIO II.

Officiorum, honorumque omnium Christianæ Reipub. de iure capaces sunt qui Fidem Catholicam fideliter amplectuntur, & in ea securi & immobiles persistunt, etiamsi à Iudæis conuersis originem duxerint, ita ut notoria illis inferatur iniuria si præcisa infidelitate ob suam descendentiam ab illis obtinendis aliquo statuto excludantur.

COmmunis humani generis inimicus, diabolum dico, in primitiua Ecclesia zizaniam seminandi causa distinctionem inter Christianos ex omni natione ad eam venientes introducere volens, ab Apostolo Gentium Doctore conuincitur, dum *ad Roman. cap.*10. ita ait. *Non est enim distinctio Iudæi, & Græci, nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum*; omnes nos, addit ipse 1. *ad Corinth.* 12. *in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles.* Quid melius, & ad propositum vtilius in comprobationem huius Catholicæ conclusionis referri potest, quàm Bulla quædam summi Pontificis Nicolai V. quam ad litteram transcribit & se vidisse sub plũbo affirmat Corduba *lib.* 1.*q.*54 *fol.*434. & illius meminere Ioãnes de Mariana *in historia Hispaniæ lib.* 22. *cap.*8. & P. Hieron. de la Cruz *in responso apologetico ad discursum P. Fr. Augustini Salucij cap.* 3. §. 2. cuius tenor est qui sequitur. *Nicolaus Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Humani generis inimicus illico, quo Verbum Dei cadere in terram bonam conspexit, operam dedit seminare Zizanium, vt conculcato semine nullum fructum produceret, prout vas electionis Apostolus Paulus huius Zizaniæ præcipuus extirpator refert quod in initio inter conuersos ad Fidẽ differentia antelationis exorta est: Iudæis cum Gentibus de prælatione contendentibus, aliis aliter in Dei Ecclesia scissuram inducere cupientibus; cum alij Cephæ, alij Apollinis esse certarent, Redemptor noster his prouidens ab initio nascentis Ecclesiæ ordinauit qui huiusmodi Zizaniam extirparent, humanaque imbecillitate peccantibus, aut lapsis occurrerent; prout ipse Apostolus ad Romanos scribens omne huius antelationis dissidium diuinis verbis euertit. Atque Petrus Apostolorum princeps in singulis diœcesibus ordinatis Episcopis omnem schismatis occasionem submouit. Nos igitur Redemptoris nostri exemplo, cuius vices ad huiusmodi tollenda dissidia, locumque licèt immeriti tenemus in terris, præfatorum exemplis edocti omni vigili cura com-* 47

pellimur operam dare, vt his, quæ inter fideles possent aliquam diuisionem parere, nostri Pontificalis officij auctoritate occurramus: vt inter Fideles charitatis amor, & vnitas vigeat. Nihil enim est quod tam inter Fideles conueniat quam quod in omnibus sit velle vnum, dicente Apostolo. Sicut enim corpus vnum membra multa habet, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi omnes in vno spiritu potati sumus: vnum corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vnam spem vocationis vestræ, vnus spiritus, vna fides, vnum Baptisma, vnus Deus, & pater omnium. Percepimus quosdam nouos Zizaniæ seminatores affectantes huius vnitatis, & Fidei nostræ salutare documentum contemnere, & quod per vas electionis Paulum Apostolum extirpatum fuerat, dissidium in diuersis partibus, maxime in Regnis charissimo filio nostro Ioanni Castellæ, & Legionis Regi illustri subjectis renouare ausu temerario asserere, quod qui ex Gentilitate, aut ex Iudaismo, aut alio quouis errore Christianæ Fidei veritatem cognouerunt, & baptizati sunt, &, quod grauius est, eorum filios propter nouam assumptionem Fidei non debere ad honores, dignitates; officia, tabellionatus, & ad testimonium in Christicolarum causis admitti, & eos verbo, & facto contumeliis afficientes. Quæ cùm à Redemptoris nostri institutis aliena sint, eodem Paulo Apostolo testante cùm dicat, Gloria, honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum, & Græco, non est enim acceptio personarum apud Deum. Et omnis qui credit, non confundetur. Non est enim distinctio Iudæi & Græci, nam idem Dominus omnium diues in omnes, qui inuocant illum. Et alibi, *In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed Fides, quæ per dilectionem operatur. Hos vt à veritate Fidei Catholicæ aberrantes, ad viam veritatis reducere, ac quatenus excesserunt, animaduertere cupientes: cum non tam auctoritatibus præmissis diuinis contradicant: sed illustrium Principum quondam Alphonsi sapientis cognaminati, & Henrici, & charissimi filij nostri Ioannis moderni Castellæ, & Legionis Regum pro Fidei augmento perpetuis sanctionibus, authenticis litteris eorum sigillo munitis grauibus pœnis vallatis per nos visis, & mature discussis, quibus sanxerunt, vt inter nouiter conuersos ad Fidem maxime de populo Israëlitico, & antiquos Christianos nulla in honoribus, dignitatibus, & officiis tam secularibus, quam ecclesiasticis suscipiendis, & habendis discretio fiat: ac affectantes, vt quisque, quæ recta sunt, sapiat, & qui contra Christianæ legis normam falsa seminare, & proximos scandalizare, quæ vnitatis & pacis contraria sunt, præsumpsere, debitis pœnis affecti errores eorum agnoscant, præfatorum Principum ordinationes, & decreta vt Iuri, & sacris Canonibus conformia super his edita, & proprio Motu, & certa scientia approbamus, & Apostolicæ auctoritatis munimine coloramus, ac omnibus, & singulis cuiuscunque status, gradus, ac conditionis fuerint, ecclesiasticis,*
48 *vel secularibus sub excommunicationis pœna mandamus, vt omnes, & singulos ad Christianam Fidem conuersos, & in posterum conuertendos seu ex Gentilitate, seu ex Iudaismo, seu ex quauis secta venerint, aut venire contigerit, & eorum posteros tam ecclesiasticos, quàm seculares Catholicè, & secundum quod decet Christianum viuentes, ad omnes dignitates, & officia, tabellionatus, testium depositiones, & omnia alia, ad quæ alij Christiani quantumcunque antiqui admitti solent, admittant: nec propter Fidei nouam receptionem inter eos, & alios Christianos discretiones faciant, nec verbis, aut facto contumeliis afficiant, aut affici permittant, sed omni eorum possibilitate contradicant, & opponant. & eos cum charitate prosequantur sine personarum acceptione. Omnes Catholicos vnum esse corpus in Christo secundùm Fidei doctrinam, quos omnes tales esse, & pro talibus ab omnibus haberi harum serie decernimus, & declaramus. Verùm si qui ex eis post baptisma Christianorum Fidem non sapere, aut Gentilium, aut Hebræorum errores sectari, vel dolo, vel ignorantia Christianæ Fidei non seruare præcepta inuenti fuerint, quibus casibus, quæ in Toletano Concilio maxime cap. constituis, & alibi contra huiusmodi apostatas à Fide non pariter cum aliis Fidelibus bonis ad huiusmodi honores admittendos decreta sunt, locum sibi vendicent (prout præfati Reges rectè sacros Canones intelligentes in præmissis eorum Constitutionibus quasdam eorum leges interpretati sunt) aut alias ad competentem Iudicem, & quod iustum est fieri publica auctoritate legis seruato ordine studeat, nec quisquam propria auctoritate, aut iuris ordine non seruato contra diuinarum, humanarumque legum doctrinam aliquid in eos, vel eorum aliquem audeat attentare. Et venerabilibus fratribus Episcopis committimus & mandamus vt contra eos, qui contraria præmissis in posterum dogmatizare præsumpserint, & præfatis Christi fidelibus, verbo vel facto propter præmissa iniurias intulerint, aut hactenus intulerunt, & contra præstantes auxilium, consilium, vel fauorem omni Iuris solemnitate omissa sola facti veritate inspecta ad priuationes, inhabilitationes, corporalem capturam, & alias pœnas pecuniarias, prout qualitas delicti requirere videbitur, procedant, vel alter eorum procedat. Datum Fabriani Camerinensis diœcesis anno Incarnationis Dominicæ 1409. Pontificatus nostri anno tertio.*

Exquibus omnibus prosequitur idem Corduba, in hac Bulla contentis patet Nicolaum V. declarasse & diffinisse eos, qui horum generum segregationes faciunt esse contemptores vnitatis ecclesiasticæ, transgressores salubrium Fidei documentorum, seminatores zizaniarum, scandalizatores proximorum contrarios vnitati, & paci Christianæ, errantes à veritate Fidei, seminatoresque falsitatis, contra regulas Fidei Christianæ, & contra Sacram Scripturam, vt ex infra dicendis etiam apparebit.

Constat enim de tempore promulgationis sancti 49
Euangelij plures in Hispania extitisse Iudæos, nam *Actor. cap. 2.* dicitur. *Erant in Hierusalem habitantes Iudæi viri Religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est,* quarum nationum vnam esse Hispanam certum est, in qua, vt dicebamus, plures fuisse referunt Ioseph. *antiquit. Iudaic. lib. 10. cap. 11. & lib. 11. c. 5. & lib. 14. c. 1. cum seqq.* Strabo *Geograph. lib. 5.* Garibai *lib. 5 c. 4.* P. Mariana *lib. 4. c. 4.* Fr Ioan. de la Puente *tom. 1. de la Monarchia lib. 2. cap. 23.* & 24. qui Matrimonia cum Catholicorum filiabus contrahebant, quæ tamen circa annum Redemptionis nostræ 300. *in Concilio Illeberitano can.* 16. deinceps contrahi prohibita fuerunt, vt affirmat D. Ferdinandus de Mendoça *de confirmation. Concilij Illiberitani libro 1. cap.* 2. & Fr. Ioannes de la Puente *d. cap.* 24. §. 1. de quibus, & aliis, qui ad Fidem Catholicam conuersi sunt tempore Catholicorum Regum Ferdinandi

dinandi & Elisabethæ, & vigore *l. Hisp.* 2. 3. *& 4. tit.* 2. *lib.* 8. *Recop.* & de eorum filiis, & descendentibus minimè loquuntur statuta excludentia à Iudæis originem ducentes, sed tantum de illis, qui ab eo tempore conuersi sunt, vt tradunt Didac. Velasquez *in defensione statuti Toletani cap.* 10. Fontanel. *de pactis nuptialib. clauf.* 5. *p.* 1. *num.* 107. Tempore etiam Gothorum Catholici cum Iudæis matrimonialiter copulabantur, non obstante ad Arrianam sectam transierunt ab anno 370. & in ea perseuerarunt vsque ad annum 586. in quo eam reliquerunt, vt referunt Oros. *lib.* 7. *cap.* 33. Card. Cæs. Baroni. *annal. Eccles. tom.* 3. *anno* 370. *num.* 109. Morales *lib.* 12. *cap.* 1. Fr. Ioan. de Puente *lib.* 3. *cap.* 24. §. 1. Idem Maurorum temporibus vsitatum fuit in Hispania, qui cùm ea irruerent de anno 714. per sexcentos fere annos illam inhabitarunt, nam iidem Hispaniæ Reges cum Maurorum filiabus matrimonia contrahere non inficiebantur, ex Setrar. *de Matrim. heret. cap.* 1. *&* 2. Sanch. *de Matrimon. lib.* 7. *disp.* 72. *ex n.* 1. Solorzan. *de iure Indiarum lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 13. in omnibus enim præter ea quæ ad Religionem spectabant, Christiani & Mauri ita commixti incedebant, & commorabantur, vt vulgò dicerentur Mixtarabes, quasi mixti Arabibus, deinde Muzarabes, vt colligi videtur *ex chronica generali Regis Alphonsi p.* 4. *fol.* 235. *& ex historia Archiepiscop. D. Roderici lib.* 3. *c.* 2. *& lib.* 6. *cap.* 26. *& ex Alcocer en la historia de Toledo lib.* 1. *cap.* 68. *& ex Pisa lib.* 3. *cap.* 22.

50 Præter hanc Nicolai V. sententiam, idem prius senserunt alij Pontifices eius prædecessores. Alexander enim III. *in cap. eam te, de rescript.* Episcopum Torn. censem merito reprehendit eo quòd ad Præbendam suæ Ecclesiæ admittere recusabat quendam qui antequam Christianus fieret, Iudaicam perfidiam professus fuerat, asserens non ob id excludendum esse, vt patet ex illis verbis ibi, *Pro eo quòd Iudæus extiterit, ipsum dedignari non debes.* vbi glos. *verb. Iudæus* decidendi rationem præstat, dicens. *Quoniam de Iudæis Conuersis Ecclesia fundata fuit cap. in nouo dist.* 21. *& existimandus erat iste dignus fauore.*

51 Gregorius *lib.* 3. *epist.* 26. *ad Ianuarium Episcopum Calaritanum*, relatus *in cap. quod autem* 33. *q.* 7. tanquam Pastor vniuersalis Ecclesiæ, Fidei Catholicæ propaguandæ zelo accensus, ait se optare vt omnes Iudæi Christiani fierent, simulque nobiscum in pace & charitate nostra possideant.

52 Gregorius IX. *in cap. Venerabilis* 37. *de præbend.* refert quòd cùm Capitulum Ecclesiæ Argentinæ admittere ad Præbendas nolet, nisi illos, in quibus secundùm Ecclesiæ instituta, nobilitas, & eminens scientia concurrerent, ibi, *Consuetudinem allegans antiquam inuiolabiliter obseruatam, iuxta quam nullum nisi nobilem, & liberum, & ab vtroque parente illustrem honestæ conuersationis, ac eminentis scientiæ in suum consortium hactenus admiserunt*; nihilominus ipse Pontifex ita consultationi sibi factæ respondit. *Nos igitur attendentes quòd non generis, sed virtutum nobilitas, vitæ quoque honestas gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem. Discretioni vestræ mandamus quod ipsum ad eam recipi faciatis*, &c. vbi

53 glos. *verb. consuetudinem* mirabiliter ad propositum. *Hæc consuetudo quantumcunque fuerit obtenta & etiam antiqua, non est obseruanda, quia in talibus nulla distinctio nobilitatis est consideranda, sed vndecunque nati fuerint legitimè, dummodo honestæ vitæ fuerint, admittendi sunt, cap. nos qui dist.* 40. *cap. vndecunque dist.* 56. *& cap. ad decorem, de instit. quia non sanguini, sed vitæ meritis beneficia sunt conferenda. cap. Moyses* 8. *q.* 1. *cap. recurrat* 2. 32. *q.* 4. §. *inuenis, qui cùm totus sit* Sancti Augustini *tract.* 11. *super Ioan. eius verba aurea, & notatu dignissima referam. Inuenis ibi bonos filios Iacob natos de ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis, nihil obfuit natiuitas de vteris ancillarum, quando in patre cognouerunt semen suum; & consequenter Regnum cum fratribus tenuerunt. Quomodo ergo in filiis Iacob non obfuit illis, qui nati sunt de ancillis, quominus tenerent Regnum, & terram repromissionis cum fratribus ex æquo acciperent? Non illis obfuerunt natales ancillarum, sed præualuit semen paternum, sic quicunque per malos baptizantur tanquam de ancillis videntur nati, sed tamen quia ex semine verbi Dei quod figuratur in Iacob non contristentur, simul hæreditatem cum fratribus possidebunt.*

Innocentius III. *in cap. ad decorem, 5. de instit.* reprehendens Constantinopolitanum Patriarcham, quia in admittendis ad suam Ecclesiam nationum, & generis differentiam faciebat, ita respondit. *Nos attendentes quòd in omni gente, qui facit iustitiam, acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei conuenit iure hæreditario possideri. Quocirca mandamus quatenus moneatis eundem vt viros litteratos, & alios idoneos vndecunque originem duxerint, in prædictis ecclesiis & maximè in maiori instituere non postponat.* 54

Sanctæ mem. Pius V. agens de quadam exclusione, quæ in Ordine Seraphici P. Francisci fieri prætendebatur, ne scilicet in ea admitterentur qui à Iudæis originem ducerent, ita statuit. *His, qui ex Iudæorum genere descendunt cum post susceptum Baptisma Græci & Iudæi distinctio esse non debeat, nullatenus defectus generis huiusmodi, quominus in Ordinem prædictum recipiantur, & ad consequendas in dicto Ordine dignitates, gradus, & officia Religionis, vel quidpiam alteri concessum, possit, vel debeat.* 55

Cardinalis Caietanus interrogatus à P. M. Fratre Martino de Paz regente monasterij Sancti Stephani Salmanticensis, an liceat ad religionem suam admittere, vel ab ea iam admissos expellere qui reperti fuerint originem trahere ab Hebræis, *tom.* 1. *opuscul. tract.* 31. *resp.* 6. *ad fin.* ita respondit. *Et quamuis ita esse mihi videatur, irrationabile tamen mihi videtur perpetuum statutum, aut opus huiusmodi, & refutationes respectu illorum, qui nulla alia suspicionis nota sunt affecti, nisi quòd originem ex Iudæis traxerunt; tum quia salus nostra ex Iudæis est, ex quibus natus est Christus secundum carnem, & Apostoli, & plurimi Patres fides, & ingrati inuenimur sui generis filios expellendo: tum quia occasio daretur Iudæis ne ad Fidem conuertantur, dum intelligunt Conuersorum filios in generationem & generationes repulsos à Religione: tum quia status Religionis est talis vbi ipsi potius si in aliquo dubitant solidari in fide potius quàm alios deficere possint. Hæc sunt Pater Reuerende, quæ mibi occurrunt respondenda in die S. Matthæi Apost. Senis* 1514. Idem quoque docet S. Thom. *opusc.* 17. *cap.* 4. *tom.* 17. scribens contra nonnullos, qui affectatis doctrinis intendebant à Religionibus euertere Iudæos ad fidem nouè conuersos. 56

Basiliense Concilium generale celebratum anno 1431. in quo omnes Episcopi Hispaniæ, Galliæ, 57
& Germaniæ interfuerunt, *sess.* 19. statuit vt ad dignitates, Officia, & honores admittantur in qualibet

qualibet Mundi parte qui ex Iudæis Catholicam Fidem amplexi fuerint. his verbis. *Et quoniam per gratiam Baptismi ciues Sanctorum, & domestici Dei efficiuntur, & hæredes, longeque dignius sit regenerari spiritu quam nasci carne, hac edicta lege statuimus vt ciuitatum, & locorum, in quibus sacro Baptismate regenerantur, priuilegiis, libertatibus, & immunitatibus gaudeant, quæ ratione dumtaxat natiuitatis & originis alij consequuntur.*

58 Concilium Toletanum Nationale XVI. *cap.* 1. celebratum anno Domini 643. & in quo interfuerunt Hispani Episcopi 66. vt refert Mariana *lib. 6. cap.* 18. statuit toto corde conuersos ex Iudaismo ad Fidem Catholicam gaudere exemptione ab omnibus tributis, & immunitatibus, & nobiles ac honorabiles haberi: his verbis. *Qui ex Iudæis ad Christum plena mentis intentione se conuerterint, & Fidem Catholicam absque aliquo infidelitatis fuco seruauerint, ab omni exactione, quam fisco persoluere consueti sunt, securi, extorrésque permaneant, & suis vtilitatibus, vt cæteri ingenui vacent, nam id æquitatis ordo deposcit, vt qui Fide decorantur coram hominibus nobiles, atque honorabiles habeantur.*

59 Et *lege Regia Hisp.* 6. *tit.* 24. *part.* 7. cautum est vt omnes ministri & subditi obseruent, colant, honoresque deferant illis, qui ad Fidem Catholicam sincero animo conuersi fuerint, & tandem concludit. *Los tales recien conuertidos puedan auer todos los officios, y todas las honras que han todos los otros Christianos.*

60 P. Sanctus Ignatius eiusdem sententiæ fuit, vt apparet ex quadam epistola, quam P. Petrus Polancus scripsit ad P. Arauz. primum Hispaniæ Prouincialem, sub dat. Romæ die 19. Iunij 1553. tenoris sequentis, videlicet. *Ha nuestro Padre insto loque dize V. R. de las baterias que dan de palacio y de otras partes sobre no admitir Christianos nueuos en la Compañia, y no le parece que los tales ajan de ser excluidos,* &c. Idem asseruit P. Petrus de Ribadenera in alia epistola, quam ex Matritensi oppido ad Romanam Curiam eo tempore quo celebrabatur Capitulum Generale *sub dat. die* 19. *Ianuarij* 1608.

61 P. item Didacus Laynez, ex eadem Societate Iesu primi sui fundatoris vestigia sequutus ad eundem P. Arauz scribens, idem censuit his verbis. *Digo que a mi parecer, y creo que este sera el comun de la Compañia, no podemos vzar deste remedio (conuiene à saber de no admitir à los notados en la Compañia) y aunque podiessemos, no conuenia: y quanto a lo primero que no podiamos consta porque si se acuerda V. P. ha escrito sobre esto à nuestro Padre Ignacio que esta en el Cielo, y entontes nuestro Padre mirada la cosa, y encomendada à nuestro Señor, se resoluio en lo contrario, y assi lo pazo en las constituciones las quales en la Congregacion passada se comprobaron y se hizo dello vn decreto que no se mudasse nada,* &c.

62 P. Alphonsus de Salmeron Toletanus ex eadem Societate Iesu non minus vitæ sanctitate, quàm doctrinæ præstantia celebris, in opusculo hac de re inter eius opera impresso, sic loquitur. *Monendi præterea sunt, Religionum Regularium Antistites nullam grauiorem pestem inter Religiosos grassari posse, quàm hanc generum distinctionem, quam qui mortui mundo profitentur, iterum ad vitam mundi, & seculi huius pompam diabolico miraculo suscitentur,* &c.

63 P. Zapata *in tract. de Iustit. distribut. p.* 2. *cap.* 11. *num.* 7. ibi, *Qui iam à natiuitate Christianam Fidem professi fuerint, & ab ipsa infantia Fidei se addixerint, tamen si patrem, auum, aut proauum Ethnicum, Iudæum, ac Sarracenum habuerint, irregulares non sunt, neque tanquam neophyti à beneficiis, & ecclesiasticis dignitatibus, aut officiis secularibus prohibentur, neophyti non sunt, nec dici debent, cap. fin.* 48. *dist. nec etiam iure communi à sacris Ordinibus, beneficiis, dignitatibus ecclesiasticis, & honoribus publicis secularibus repelluntur, vt post alios resoluit* Cou. *in Clem.* 1. *de homicid. §.* 1. 6. 2. *num.* 7. &c. refert R. P. Hieron. de la Cruz *lib.* 2. *de la moderacion de las informaciones cap.* 9.

R. P. Alphonsus de Oropesa, Ordinis S. Hieronymi in Hispania Prior Generalis, ac in Castellæ Regnis Inquisitor etiam generalis, in libro quem scripsit, *lumen ad reuelationem gentium*, plura pro hac parte syncero animo, & Christiano zelo adducit, maximè *cap.* 4. 64

D. Franciscus Torreblanca Villalpando *de iure spirituali lib.* 13. *cap.* 32. *à princip.* vbi agit de puritate sanguinis requisita in statutis Hispaniæ, & eius probatione per famam, & latè de hac materia.

D. Marius Cutellius I C. Siculus vir doctissimus, & mei amicissimus, *in suo Codice ad leges Federici cap.* 63. *nota* 73. *num.* 1. hanc partem multis defendere conatur, & inter alia quoad propositum hæc verba summorum iudicio refert. *Moreus hanc Hispana gens si fortè renocasset, Agarenos, qui apud eos morabantur, reliquias Granatensis Regni etiamnum incolas, ac Christi veros cultores haberent, vtique nobilissimo, omniumque bonorum referto imperio deessent, quod hodie desertum quodammodo accolis conspicitur. Etiat profectò obliuiscenda pristina perfidia sponte sua conuersis ad publica munera, honoresve, nullo seruato delectu, nec vllo discrimine admissis, obliuiscendaque nomi, veterisque Christicola differentia, quæ vniuersorum animos propter paucorum concupiscentiam, vt ipsis solummodo summa, præstantiave committerentur, à Fide distraxit,* &c. & 65
paulo inferiùs, *num.* 7. ibi, *Moneor secundo cæterarum* 66
*nationum exemplo, qui cùm multos Hebræos incolas nihilominus quàm Hispani habuissent, illis ad Fidem conuersi breui temporis curriculo cæteris fidelibus æquarunt ne vllum nominis, nec rei discrimen agnosceretur. Galli enim anno Christi orbis 1395. Iudæi, qui nostram Fidem amplexari nolent, eiectis, Genebrardo teste, quamquam pene omnes perfidiam exuere potius quam exulare deliberassent, id tamen multi nominetenus effecere simulatam Religionem professi, vt in suis laribus manerent; quorum nequitia temporis obliuione ac descendentium pietate exoleuit. Itali quoque licet etiam nunc sedes Iudæis tribuant, distinctio autem hac inter veteres, ac recentiores fideles inter eos non inspicitur, nec vllum vnquam ob promiscuam horum ad honores admissionem Reip. periculum cognitum fuit, multoque minus in reliquis nostri Regis in Italia prouinciis, Neapolis nempe ac Insulorum, etenim quo die conuersi ad Fidem fuerunt, nulla
anteacta perfidiæ nota imputati sunt; nam quoad Siculos* 67
*attinet certum est nullas apud nos gentis huius reliquias remansisse, omnes enim quotquot erant vno die, vlla neque conuersionis pactione concessa, eiecti fuerunt anno salutis nostra 1474. nec mirum sit vllam puritatis rationem à nobis scrupulosius exigi, si ad honores, ac munera illa euehi contingat, quæ nonnisi vetustissimis quibusque fidelibus largiuntur, generis tantum ratione habita, quod
Hispania, horrendum dictu, aliter euenit, nam cùm plebei* 68
qualescunque sint, spurcissimi etiam ordinis ob ignotum ascendentium genus, nullam ex hoc capite controuersiam patiantur, nobilissimi tamen, ac generosissimi viri in dies ob remotissimam ac sæpè confictam affinitatem cauillantur, ac honoris augendæ studio mirificè dehonorantur, &c.

R. P. Fr. Hieronymus de la Cruz sacræ Reli- 70
gionis

gionis S.Hieronymi alumnus, & scriptor nobilissimus, & doctissimus, ac profunda eruditione, morum grauitate, eloquentiæque vrbanitate præditus, in tract. quem scripsit, *Defensa de los statutos y noblezas Españolas lib.2. de la moderacion de las informaciones, per tot.* hanc partem multis argumentis, & auctoritatibus strenuè defendit, ibique *in cap. 8. prope fin. pag.201.* eleganter hæc dictat. *Añado que no solo no tiene inconueniente que entren sino que pueden tener grande vtilidad por que se Zele la fe con mas rigor. Porque si no estan notados haran todo lo que hassen los demas, y si lo estan sehan de procurar resinar, Zelando con maior voluntad y desvelo las culpas que entendieren se cometen contra la fe, como lo an hecho otros de la misma Nacion, delatando de los suyos sin atender a parentesco, à sangre o respeto temporal, escreuiendo contra ellos apologias y tratados cõfirmando con euidentes testimonios nuestras sancta fe Catholica y derribando la Synagoga por el suelo, y ensalçando la Iglesia hasta los Cielos: A de mas de que en los primeros trecientos años del Euangelio, la predicacion y conuersion del Mundo corrio por cuenta de los Hebreos, conuertidos por los Apostoles vniuersalmente hablando; y en todos tiempos se han hallado entre ellos Varones señaladissimos en letras, y virtud, que an sido causa de la conuersion de otros muchos. En los mas antiguos tiempos fueron muy señalados escrittores ecclesiasticos Iusto Tyberiense, y Iudas Syro, Iosepho Tiberino, Iudio, y en la Dignidad Conde y gran Caualero: despues que le conuertio Dios milagrosamente, fue singular presidio de los Christianos contra la tyrania de Constancio Anino. Edificò en diuersas partes muchas Iglesias, y principalmente donde auia Synagogas para atraer à los Iudios al conocimiento de Christo, como en Tyberiades, Diocesaria, Nasareth, Cafarnau: A el se le deue segun escriue san Epifanio el descubrimiento del Euangelio de san Mateo en Hebreo, y otros libros Canonicos que tenian los Iudios ocultados en el garofilacio de Stycopoli. S. Helian Arçobispo de Toledo escritor nobilissimo Español, Michael Adan Aleman, Nicolao de Lyra Ingles, Paulo de Heredia doctissimo defensor de nuestra sagrada Religion, Pedro Alfonso declarado enemigo de los errores de los de su Nacion, y zelador de la fe de Christo, Paulo Burgense, Don Alonso de Cartagena, y sus hermanos, Paulo Riccio Varon clarissimo en diuersas faculdades. y finalmente el que quisiere ver maior nomenclatura de hombres famosos y santos desta Nacion lea à Eusebio todo el libro 4. de la historia ecclesiastica, y vera que en la sangre Hebrea no vniuersalmente asienta mal la fe de Iesu Christo, &c.*

71 Doctor Alphons. de Montaluo *in l.2. verb. tomadizo tit.3.lib.4.fori num.22.* vbi diuini, & humani iuris, ac Sanctorum Patrum auctoritatibus eandem comprobat sententiam, & post prologum incipit suum discursum his verbis. *Itaque cùm quidam nostris temporibus maligni spiritus consilio repleti, tanti reatus pondera tradidisset vt ad dismembrandam Christianam Fidem ex Christi fidelibus facere infideles in sana mente per deuia sophismata & cauillationes accessissent, & sacrilego schismate vnitatem Christianam collidere non erubuissent indiscretam, imò verius differentiam inter Christi fideles ad veram Christi Fidem nouiter conuersos cum antiquis faciendo, temerariéque asserendo quòd noui sunt perpetuò damnati, & quòd officia publica, seu ecclesiasticos ordines in dicta Ecclesia nullatenus habere possunt, antiqui verò saluati. Quæ conclusiones, seu opiniones sic generales quantum sint detestabiles, quantum Deo, Sanctisque sint contraria, diuina, & prophetica, necnon Euangelica lex, & sacri Canones docent, & ferè omnibus rectè credentibus manifestum existit. Exurgat itaque Deus omnipotens, & tam nefanda consilia dissipet iudicans causam suam. Quod autem sic generaliter promulgatum hereticum, & insanam sapiat doctrinam per legem, & Prophetas, & Sanctorum Patrum auctoritates liquidò intimatur,* &c. Et postquam in suæ opinionis comprobationem plura iura, Doctorum auctoritates, & sacræ Scripturæ loca retulit, sic ait. *Quartò verò quod sit heretica inter hos, & antiquos Christi fideles sectio, differentia, seu distinctio quoad officia publica consequenda patet,* &c. & *in §. 8.* ita prosequitur. *Pro his enim dissensionibus schismaticorum, & hæreticorum, qui quandam sanctitatis simulata specie hoc faciunt, qui oculos diuinæ Maiestatis offendunt, & graue in se continet periculum animarum, nonnunquam Ecclesia Dei concussa periclitatur: nam cùm isti noui Fideles videant sectione illa se esse à Christi fidelibus segregatos, ab officiis publicis separatos, necnon & grauissimè diffamatos, leuiter perpendent sacri Baptismatis vnda non esse ablutos, nec virtus Baptismi aliquid operari, & esset occasio vt in heresim laberentur,* &c. Et paulo infrà. *Item propter hoc scandalum pars generalis Ecclesiæ periclitatur, & oues Christi diminuuntur, & ab ouili fugiendo lupus eas deuorat; vnde laborare debemus eas lucri facere, vt mansuetudine, & ratione prouocatæ, sequi nos velint, non frigere.* 72

Fr. Anton. de Corduba *in quæst.q.54. concl. 1. fol. 435.col.1.* vbi postquam Bullam Nicolai V. ad litteram retulit, eius decisionem multis exornat, dicens: *Proinde decreuit prædictus Pontifex quòd nulla fiat differentia inter hos, & illos Christianos, etiam nouiter ad Fidem conuersos ex hac vel illa Natione Gentilium, vel Iudæorum in omnibus dignitatibus, & officiis, & aliis actibus ecclesiasticis & secularibus; Et quidem Papa ita declarauit, & diffiniuit, & statuit, quia verè tales diuisiones sunt alias contra charitatem & vnitatem Christianam, & schismaticæ, & erroneæ,* &c. & antea *fol. 432.* ibi, *Damnabile est non communicare cum hac, vel illa natione iam fideli extra casus, & causas supradictas eos repellendo à collegiis, & communitatibus, officiis, dignitatibus, & administrationibus publicis conuenientibus communiter omnibus aliis Fidelibus Christianis si id sola ratione generis sine vlla causa rationabili fiat.* &c. & deinde hoc multis probat mediis, & rationibus. 73

Quorum plures hinc inferunt ad nullitatem constitutionum, & statutorum, quibus descendentes ex Hebræis, & infidelibus ab honoribus, beneficiis, ac Ordinum Militarium insigniis excluduntur, eandem sententiam vel scribendo, vel dictando tenuere Don Petrus Gonzales de Mendoça Archidiaconus de Guadalaxara, & Don Aluarus de Mendoça Archidiaconus de Talauera in sancta Ecclesia Toletana, qui de anno 1547. statuto Toletano se opposuerunt, & iuridicas informationes contra illud promulgarunt. Cardinalis D. Franciscus de Mendoça Archiepiscopus Burgensis librum scripsit prò statutorum limitatione. Cardinalis item D. Fernandus Niño de Gueuara Archiepiscopus Hispalensis, & Generalis Inquisitor in responso quod ad Philippum III. de anno 1600. transmisit, eandem limitationem approbat Frat. Franciscus de Vzeda Seraphicæ Religionis alumnus hac de re librum edidit, quem vidit, & laudauit Rex Philippus II. P. Ioannes de Montemaior ex Societate Iesu Supremi Consilij sanctæ & generalis Inquisitionis Hispaniæ Qualificator, & Prouincialis Castellæ, ac sacræ Theologiæ Lector tractatum doctum & eruditum hac de re scripsit. P. Ferdinandus de Valdes ex eadem Societate, Qualificator similiter, Prouincialis, & Lector, alium de eadem materia tractatum scriptum reli- 74

quit, dignum sanè vt prælo mandaretur. D. Ioannes Roco de Campofrio in supremo Consilio sanctæ & Generalis Inquisitionis Hispaniæ Fidei quæsitor postea Episcopus Zamorensis, deinde Pacensis, & demum Cauriensis tractatum satis doctum contra statuta puritatem sanguinis exigentia scripsit. Don Didacus Serranus da Sylua eiusdem supremi Consilij Inquisitor, diuinarum, humanarumque litterarum Doctor insignis eloquentiæ flumen & fulmen, latè & eleganter multis adductis argumentis, & rationibus in particulari tractatu, quem Illustr. DD. Andreæ Pacheco Generali Inquisitori, & Episcopo Conchensi dicauit, probauit leges & statuta huiusmodi vim hodie amittere, & limitationi locum esse. Fr. M. Ludouicus de Leon in Salmantino studio sacræ Scripturæ cathedram regens in libro quem scripsit *de los nombres de Christo*, eandem sententiam tuetur. Venerabilis F. M. Benedictus de Peñalosa Benedictinos Monachos integræ vitæ, & doctrinæ non vulgaris vir moribus suauissimus præditus idem defendit *in tract.* quem scripsit *de los cinco excelentias del Español.* P. M. Fr. Alphonsus de Hojeda Dominicanus primus Hispalensis Inquisitor eiusdem fuit sententiæ. Doctor Alphonsus de Hojeda *in tract.* quem edidit *de incompatibilitate beneficiorum*, idem sentire videtur. R. P. Fr. Hieronymus de Oropesa Generalis sacri Ordinis S. Hieronymi, vir litteris, & virtute insignis, ac regibus Ioanni II. Enrico, & Ferdinando ac Isabellæ eius vxori charis neruosè hoc ipsum defendit. Hanc eandem opinionem tenent Turrec. *in cap. constituit* 17. *q.* 4. Tostat. *in Leuit. cap.* 19. *quæst.* 32. Alphons. Carthagena *in defensorio veritatis Christianæ*, Henric. Monroi *in apologia contra Archiepiscopũ Toletanum.* Christoph. à S. Stephano *in libro*, quem scripsit, *Mar de historias in vita Don Pauli à sancta Maria Episcopi Carthaginensis, & Burgensis*, Auendan. *de exequendis mand. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 20. Didac. de Couarruuias *in Clem. si furiosus p.*1, §.2. *concl.* 5. *&* 6. Nauar. vir pius, & doctus *in man. cap.* 27. *num.* 205. *& cons.* 3. *&* 26. *de Regular. & cons.* 22. *de hæret.* Caiet. *tom.* 1. *opusc. tract.* 31. *cap.* 6. Didac. Perez *l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 1. *ordinam. & l.* 4. *tit.* 3. *lib.* 8. *etiam ordinam.* Honcala *var. verb. Neophytus*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 14. *art.* 2. 6. *&* 7. *& tom.* 3. *quæst.* 11. *art.* 1. P. M. Doza 2.2.*q.*11.*art.*4.

Et illorum nonnulli ad prædicta statuta impugnanda fundantur in rationibus superius relatis, alij verò pro limitatione pugnant, vt sic probatio possibilis fiat, quæ aliàs difficillima reputatur si ad vnguem obseruentur huiusmodi statuta, de qua materia latè D. Franciscus Torreblanca Villalpando *in tract. de iure spirit. lib.* 13. *cap.* 22. *à num.*7. cuius verba cùm sint scitu dignissima ea hîc apponere non grauabor. *Probatio autem huiusmodi adeò omnibus difficillima visa est, vt vix vnus ex millibus dari possit, qui in rigorosa statutorum acceptione possit satisfacere; nam ad hoc vt quis dicatur non descendere ex Iudæis, aut Mauris, probare debet antecessores suos, qui primi Euangelium susceperunt, non fuisse ex Iudæorum, aut Mahumetanorum prolunie, sed ex Gentilismo, seu Paganismo conuersos, quod omnino est improbabile; tum quia tempore promulgationis Euangelij tota Hispania Iudæis scatebat.* Ioseph. *lib.* 10. *antiq. Iudaic. cap.* 11. *& lib.* 11. *cap.* 5. *& lib.* 14. *cap.* 1. *cum seqq.* & contra Apion *lib.* 1. Philon in Flac. Strabo *Geograph. lib.* 5. Lorin. *in Act. Apostol. cap.*8. Garibai *lib.*5. *cap.*4. Marin. *lib.*4. *cap.* 4. Puente *de las Monarchias tom.* 1. *lib.* 2. *cap.*33.§.1. Peñalosa *de las excelencias de España cap.* 4. *Tum etiam, quia post Maurorum inuasiones Fideles adeò in eorum captiuitate oppressi fuerunt (vt multi eorum qui ad Mahometanos ritus non transierunt) cum eorum filiabus se copulabant, vt temporalibus honoribus potirentur, & qui in eorum inuasione ad Montana Legionis, & alibi se receperunt dum Hispaniam recuperarunt, quamplures eorum cum filiabus Maurorum & infidelium Matrimonia inierunt, cum inter ipsosmet Hispaniæ Reges talia coniugia non fuissent indigna, vt probant Serarius de matrim. hæret. cap.* 1. *&* 2. Thom. Sanch. *tract. eod. tom.* 2. *lib.* 7. *disput.* 72. *ex num.* 2. D. Ioan. Solorzan. *de iure Indiar. lib.* 3. *cap.* 5. *ex n.* 13. *Tum demum quia licet non sit tã longa successio quærenda (quamuis macula ascendentium ab Adamo impedimentum faciat) quia nec testes, nec instrumenta de illis reperiri possunt, quamuis ad posteriores seculos nos conuertamus, non minoris difficultatis est probare nullum ex suis progenitoribus maculam contraxisse, nam vt ait Peñalosa in libro relato (quem edidit post Memorialem, quem scripsi D. D. Regi nostro infra referendam) d. c.* 4. *ibi. Por que es verdad que a dote generaciones biene a tener cada persona quatro mil y nouecientos y seis ascendientes, y es possible que tenga otros tantos linajes por que no auia de casar siempre con dispensacion. I pues en toda Castilla y Andalucia no ai millon y medio de vezenos y por poco que si estiendia cada linage tendra mas de treinta personas, no se que testigo en el Mundo pueda deponer de semejante calidad, ni que escrituras se puedan hallar. que lo allanen todo.* &c.

Idem D. Franciscus Torreblanca Villalpando *in dicto Memoriali*, quod scripsit D. D. nostro Regi, & typis mandauit, *d. cap.* 22. *in fine fol.* 386. ita Regem alloquitur. *De suerte señor, que el mas noble que tratare probar su origen de aquellos primeros Españoles (que es la maior nobleza que puede auer) tendra trabajo en probar que de todas estas borrascas escapo libre su generacion, y se tuuo algun defeto, o despues aca hubiere caido no le passam el vulgo en cuenta tanta Nobleza y tan heroicas Virtudes no hallando que decir en el que se leuanto aier del poluo de la tierra por no conocer sus ascendientes. Por que si vn Cauallero y vn Plebeio caen en vn mesmo delito, la infamia del pri mero es eterna, y la otra no llega ni a vn a los hijos, ni ai vezino que lo sepa, ni se acuerde dello. De suerte que el menos noble, y menos conocido satisface mejor al Estatuto por la menos noticia que ai de sus antepassados; de que se sigue que lo que se instituyo pora grandes caualleros y personas principales queden priuados dello, y vengan a darse à personas que ni por su linaje sin conocidos, ni por su valor merecen serlo; y que no hallando los primeros honra en España por la macula quiza de su setima abuela (que en el plebeio no se conoce la de su padre) la desamparen, y se baian à otros Reynos, donde no se mira tanto en esto, y los hombres baxos que padiecẽ el mismo defetto, y quizans maior, por que no ai memoria del, queden con el officio, dignidad honra y insignias della*, &c. Et paulo inferius. *I por que las familias mas calificadas por la memoria que ai siempre dellas quando padecen algunos destos defetos por algun mal casamiento, nunca se Oluida, aunque le toque mui lexos al pretendiente; sera iusto pues todas las leyes an puesto fin i termino a estos impedimentos, que la deshonra de España le tenga siendo assy que la ley de Dios tenia edades para los alienigenas, y las leyes Canonicas y Ciuiles le tienen hasta la segunda generacion, y se a esto no se pone limite es impossible que se pueda (como a ora passa) dexar de perder mucha Nobleza de España, o se an de dar los premios de honra y sus insignias à personas*

que

que realmente padecen defetos, de los que agora se iuzgan por tales, o se an de venir a dar a los de tan baxa calidad que no tengan origen ni ascendientes conocidos, &c.

75 Non defuerunt tamen qui in defensionem statutorum puritatem sanguinis requirentium insurgerent contra supradictos, vel eorum aliquos, in primis specialem tractatum in lucem pro defensione statuti Toletani edidit Didacus Velasquez, & de eadem materia tractantes hanc partem sequuntur Rojas *sing*. 104. Hoieda *de incompat. benefic. p. 1. cap.* 23. Simanch. *de Cathol. institut. tit.* 47. *n.* 81. Otalora *de nobilit.* 2. *p.* 3. *p. c.* 7. *num.* 26. Perez de Lara *de anniuersar. & capell. lib.* 2. *c.* 4. *à princ.* & præcipuè ex *n.* 57. *& in compendio vitæ hominis cap.* 1. *ex num.* 47. Castill. *controuers. tom.* 4. *p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 125. *ex n.* 16. Ceuall. *commun. tom.* 4. *q.* 900. *ex num.* 84. Paz *de tenuta tom.* 1. *c.* 32. *num.* 89. *cum seqq.* Escobar *de puritate prob. p.* 1. *q.* 2. *ex num.* 4. Amaya *obseru. iuris lib.* 2. *c.* 6. *num.* 52. Gonzal. de Salzedo *de lege politica lib.* 1. *cap.* 5. *à num.* 5. Metina *p.* 2. *q.* 105. *art.* 2. Pacian. *de consilio sapientis lib.* 1. *cap.* 10. Perez de Lara *de anniuers. & capellan. lib.* 2. *cap.* 4. *à princ.* Petr. de la Escalera Gueuara *en vn particular tratado que escriuio del origen de los monteios de Espinosa, su calidad, preeminencias y essenciones p.* 2. *cap.* 12. D. Ferdinandus Pizarro y Orellana *in tract. de viris illustribus noui Orbis in vita Ferdinandi Cortes cap.* 5. *obseru.* 3. *pag.* 106. latè Ignat. del Villar *in sylua respons. lib.* 1. *resp.* 12. *num.* 37. *cum seqq.* Solorzan. *de Indiar. gubernat. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 4.

76 Mouentur ex *cap. constituit* 17 *q.* 4. desumpto ex Concilio IV. Toletano *cap.* 64. in quo sic statuitur. *Constituit sanctum Concilium vt Iudæi, aut hi, qui ex Iudæis sunt, officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt. Ideoque Iudices prouinciarum cum Sacerdotibus eorum subreptiones fraudulenter elicitas suspendant, & officia publica eos agere non permittant*, &c. Cuius meminit P. M. Fr. Ioannes Marques, suo seculo ingeniorum phœnix, in sacro Inquisitionis Hispaniarum Senatu Qualificator, raræ facundiæ, & exquisitæ eloquentiæ vir, Philippo III. Hispaniarum Regi à sacris Concionibus, is inquam in libro quem inscripsit el Gouernador Christiano *lib.* 1. *cap.* 3. postquam plura Pontificia decreta, & diuersorum auctoritates adduxerat ad comprobandam exclusionem huiusmodi, addit tandem hæc verba. *Atendiendo a estas razones en el Concilio Toledano IV. se ordeno que se quitassen los oficios publicos a los Christianos que descendiam desta gente, segun la interpretacion que dan a aquel Canon algunos Doctores curiosos. y aunque nos pueden responder que virtudas vencen señales toda via bechar mano de hombres sospechosos, sobrando otros sin sospecha, seria peligrarde valde, que todo Principe prudente lo deue escusar.*

Fundatur quoque illa Toletani Concilij constitutio, siue decretum in Conuersorum conditione, & naturali inclinatione, quia communiter, suapte natura, vt dixit Rojas *citato loco*, Christiani noui sunt seditiosi, sunt nimis inquieti, & passim Christianos antiquos opprimere nituntur.

77 Plura referuntur accidisse facinora per eos perpetrata, propter quæ indigni efficiuntur officiorum & honorum omnium, proindeque optimo iure qui veteres habentur Christiani, de eis diffidunt, & iam omnem communicationem cum illis habere nolunt; narrari vulgo solet quòd cùm Iudæi consulerent aliarum Prouinciarum Synagogas quomodo euerterent Christianorum Ecclesias, personas, & bona, responsum acceperunt; vt refert Didac. Velasquez. *d. tract. cap.* 9. in hæc verba. *Dabitis operam litteris, & cum Theologia vestra subuertetis Christianorum fidem, cum iurisperitia eos expoliabitis, cum medicina vestra eos impunè occidetis; præterea consequentes quocunque modo beneficia ecclesiastica Sacramentis eorum abundamini, & Ecclesias peruertetis; ingressi monasteria pacem, & concordiam perturbabitis. Denique artes illas, & officia secularia discetis, & occupabitis, quibus Christianorum bona deuoretis.*

Refert D. Ioannes de Mariana *in sua historia Hispaniæ lib.* 19. *cap.* 8. Paulum Burgensē, de quo infrà, sensisse originem à Iudæis trahentibus nullum Reip. officium tradi debere, his verbis. *Eiusque illa vox fuit, sic fama tulit, ex ea gente prognatis nullam Reip. partem committendam videri moribus ex fraude, atque mendacio compositis simulare, mentirique natis neque bello, bonis, neque pace*, &c. Idem refert in eius vita Fr. Christophorus de Santotis Ordinis S. Augustini, & Stephan. de Garibai en la historia General *lib.* 15. *cap.* 48. his formalibus verbis. *Este notable Prelado. Dom Publo por auer sido Aribrispo de Burgos es llamardo entre los Theologos el Burgense; el qual con ser conuerso a consejo a el Rey Dom Enrique per causas notables que a ello le denieron mouer, que a ningun Iudio ni Conuerso recebisse en el seruicio de sa casa Real, ni en el Consejo, ni en otros officios publicos Reales de sus Reynos, ni en la administracion del patrimonio Real. Cosa notable que con ser de ellos el mesmo sapientissimo Prelado fuesse deste parecer contra su propria nacioc*, &c. Additque Regem Enricum eo quòd ei fidem non adhibuit, mortuum fuisse à quondam medico Iudæo. 78

79 Non anderem his & aliis ponderatis, quæ horrorem cuilibet ingenuo viro efficiunt, condemnare vnam, nec alteram opinionem, sed mediam inter eas tenere viam, vt scilicet sinistra illa suspicio, quæ contra huius nationis homines habetur, duobus modis purgari possit, vel temporis diuturnitate, vel actibus positiuis maioribus Christianitatis, vt de quodam mihi constitit per fidem authenticam Ordinarij de eximio Fidei Catholicæ zelo, quo progrediebatur in partibus vbi proh dolor, aliqui iudaizantes non deerant pessimi homines: verba autem testimonij, quod vidi, sunt quæ sequuntur. *Conuersioni Iudæorum, & apostatarum à Fide totum se dedit, suis opibus Sacerdotem Hispanum, hominem pium, & doctum, qui Iudæorum conuersioni operam daret, & vacillantes in Fide confirmaret, cum aliis piis sustentauit, & in paterna domo in conuictu habuit; suspectos de Iudaismo omnes & vbique ita euitauit, vt ne alloquio quidem suo eos dignaretur. Reconciliatos Ecclesiæ apostatas multis erigatis pecuniis recreauit. Neophytum quendam adultum ex Iudaismo de sacro fonte suscepit, eique & necessaria omnia ad vitam & commercium subministrauit.*

Potissima exclusionis ratio à Doctoribus tam Iureconsultis, quàm Theologis adducta, qua huiusmodi Conuersi, & ab eis originem trahentes incapaces fiunt cuiuscunque officij Reip. Christianæ, consistit in iusta suspicione quæ timetur ne ad vomitum redeant, cùm vulgò dici soleat tales fore filios, quales parentes. Ita arg. text. *in l. quisquis* §. *filij C. ad leg. Iul. maiest.* ibi, *Paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarij criminis exempla metuuntur*, probant *Cassan. in catal. gloriæ mundi p.* 1. *consid.* 25. *Tiraq. l.* 7. *connub. p.* 7. *glos.* 1. *à n.* 1. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 27. *n.* 7. ibi, *Ratio potissima harum pœnarum est iura præsumere fore vt filij mores parentum imitentur, &*

num. 8.

num.8. in fine, ibi, *Et ob id dicitur deesse timorem viri constantis non solùm quando malum timetur in propria persona, sed etiam quando in filiis*, &c. Et in nostris propriis terminis Fr. Anton. de Corduba *d.q.* 54.
81 *concl.* 3. ibi, *Sed magis ad particularia descendendo sit conclusio tertia quod legitima internemente auctoritate licitum est ab aliquibus congregationibus & muneribus supradictis repellere descendentes ex genere Hebræorum in gradibus notis, & propinquis propter rationabilem præsumptionem de eorum reditu ad vomitum contra Fidem*,&c. & ibi, *Propter horum, vel illorum inconstantiam,& relapsum frequentem,& vt plurimum expertum iam communiter censentur, & habentur viles vel infames in tali patria,vel regione ij, qui ab eis in gradibus prædictis notis originem trahunt. Nam & ea natura est, vt ramus, idest proles, vtplurimum suam originem sapiant: quo fit vt ablata occasione ad priorum suorum, & generis antiqua vitia redeant*,&c.

82 R.P.M.Augustinus Salucius *in cap.*1.*sui discursus*, ibi,*Ya que en el capitulo 6.vimos que la razon vnica de hazer los estatutos fue el iusto recelo*,&c & expressiùs *in cap.*4.§.3.*in fine*, ibi, *Mientras no ay seguridad de que se emplea bien el cargo y la dignidad por auer iusto recelo,razon es que como indignos sean excluidos los sospechozos, pero donde no corre esta razon no es digno de grandes Principes excluyr de las honras alguna nacion de las que estan debaxo de su imperio y prouidencia paternal*, &c.

83 Mari. Cutellius *ad leges Federici d. cap.* 63. *nota* 73.*num.*5. ibi, *Primò propter cessatam statutorum præcipuam rationem ad quam & cætera rediguntur, quæ in iusto timore dissimulata impietatis fundabatur, ne gradus,ac honores Christianæ Reip. fidefragis,ac consequenter infamibus,& Religionis nostræ proditoribus committerentur, vt ex Pauli III. diplomate quo Toletanum statutum probauit, ac Salicei Archiepiscopi scriptis, quibus ęditurum per se statutum tuetur cognosci potest*,&c.

84 D. Ioan. de Escobar del Corro *in tract. de puritate,& nobilit. probanda p.*1.*q.*4.§.2.*num.*23. ibi, *Quoad verò Iudæos intelligendum est de illis, qui paucis abhinc annis ex perfidis Iudæis, & apostatis conuersi ad Fidem fuerunt,quorum conuersio, prout maximè facta fuit, & praui mores,& vt plurimum nociui*,&c.

85 Ego *de officio,& potest. Episcopi p.*1. *tit.*2. *glos.* 17. *num.*24.ibi, *quia intra hos gradus poterit esse prohibitio rationabilis propter suspicionem, quæ haberi potest ne parentum crimina imitentur*,&c.

86 Vnde cessante hac suspicione debet & cessare exclusio propter eam inducta, argum. vulgaris illius Axiom. cessante ratione legis,cessat ipsa lex. *l. quod dictum,ff. de pact. l.si maritus.§. scripsit, ff. de adulter*, Anguian. *de legib. lib.*1.*contron.* 3. Bonac. *eod. tract. in p.*1.*q.*1.*p. vlt.paragr.*2.*num.*1. aliàs esset iniustum ex capitali iudicio addicere, & innocentem condemnare,contra Domini mandatum *Exodi cap.*13.*Innocentem & iustum non interficies*; nam,vt inquit Dionys.Alicarnas. *lib.*2. *de abstinentia ab vsu immolandorum,crudele nimium videtur innoxios homines occidere*: nihil aliud importat nimius rigor quo in hac materia proceditur,nisi sanguinem exhaurire, iuxta sen-
87 tentiam Spiritus Sancti *Prouerb. cap.* 30. *Qui vehementer emungit,elicit sanguinem, & qui prouocat iras, producit discordias*,quam sententiam repetit S.Greg. *lib.*21.*moral. cap.* 11. *Plerumque enim dum verba quidam sacri eloquy plusquam debent,discutiunt, in carnalem intellectum cadunt,sanguinem quippe elicit,qui vehementer emungit,quia carnale efficitur hoc quod eximia*
88 *spiritus discussione sentitur*. Vnde inter vtrumque populum non diuisionem, sed Christianam vnionem ad perpetuum Ecclesiæ fundamentum Dominus Iesus ab æterno postulat Patre apud Ioan. *cap.* 17. *vers.*21. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Non pro eis rogo tantùm* (Iudæis scilicet) *sed pro eis, qui credituri sunt per Verbum eorum in me* (Gentiles videlicet) *vt omnes* (Iudæi & Gentiles)*vnum sint,vt credat Mundus quia tu me misisti*. Quo loci Anton. de Belinghen agens de illius explicatione,ita ait. *Tantam vult esse inter suos charitatem,vt Mundus eam videns, credat eum esse filium Dei, per quem talis vnio facta est: nam re verâ nemo Fideles tali vnione vnire potuit, nisi Deus.*

Est enim magna dignum consideratione admira- 89
biles cernere effectus ex æqualitate prouenientes, vt inquit S.Basilius. *Homines ex diuersis Nationibus ac regionibus profectos per exactam morum ac disciplinæ similitudinem,adeo in vnum veluti coaluisse, vt in pluribus corporibus vnus modo esse animus videatur,vicissimque plura corpora mentis vnius instrumenta cernantur*, &c. & Angelicus Doctor S. Thomas super illa verba Apostoli *ad Ephesios cap.*2.*Ipse enim est pars nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens,inimicitias in carne sua legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem vt reconciliet ambos in vno corpore, in lect.* 5.*pag. mihi* 45. multis sacræ Scripturæ locis probat vnionem,de qua agimus,esse iuris diuini,& Christi Domini intentum fuisse vt Iudæorum & Gentilium æmulationes inuidiæ, & inimicitiæ penitus cessarent. *Quia scilicet*, inquit, *Christus vtrumque populum,videlicet Iudæorum colentium Deum verum, & Gentilium ab huiusmodi Dei cultura alienatorum conjunxit in vnum, iuxta illud* Ioan. *cap.* 10. *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili,& fiet vnum ouile,& vnus Pastor; Et Ezech. cap.* 36. *Rex vnus erit omnibus imperans. Christum autem hunc parietem remouit,vt nullum remaneret interstitium factus populus vnus Iudæorum & Gentilium,& soluere parietem maceriæ,est soluere inimicitias,quæ erant inter Iudæos,& Gentiles, ex quo oriebatur inter eos ira & inuidia*,&c.Comprobatur hæc doctrina ex S.Augustino *lib.*18.*de ciuitate Dei cap.* 28. ibi, *Propterea sequitur, & dicit, & congregabuntur filij Iuda, & filij Israel in id ipsum,& ponent sibimet Principatum vnum.& ascendent à terra. Hoc si adhuc velimus exponere, eloquy prophetici obtundetur sapor, recolatur tamen lapis ille angularis, & duo illi parietes vnus ex Iudæis,alter ex Gentibus,ille nomine filiorum Iuda,iste nomine filiorum Israel,eidem vni Principatui suo in id ipsum innitentes, & ascendentes agnoscantur in terra*, &c.

Exclusa igitur tali suspicione per vnum ex modis 90
infrà referendis non videtur iusta inhabilitas totalis de qua suprà, & esset dare causam multis inconuenientibus, de quibus infrà. Optimè hac de re Franc.Patrit. Senensis *in lib.de Regni & Regni instit. tom.*2.*Non laudandum censeo quòd in plerisque ciuitatibus nostro tempore vsurpari solet,& a nonnullis doctissimis viris argumento etiam defendi, vt familiæ complures perpetuo ab omni publica functione excludantur,quæ in re in primis peccatur, & iniusti sumus erga conciues nostros,qui cum onera nobiscum ferant à muneribus omnino excluduntur*,& deinde. *Optimi nanque ciues, & bene de Republ. meriti, muneribus, honoribusque honestandi sunt; deterrimi autem omni fœditatis exemplo afficiendi: quocirca qui deliquerunt mulctandi sunt, parcendum est tamen eorum posteris,fieri enim potest vt optimis parentibus orti pessimi fiant, & ex deterrimis nonnunquam optimi*,&c. Et paulo inferiùs.*Non igitur po-* 91
steri arcendi sunt parentum culpa perpetuo à Republica, ne omnino felicitatem desperent, cum videant nullam

veniam

veniam sperandam esse, nullaque virtute sese redimere posse. Fit enim sæpenumero vt eorum animi ad res nouandas promptissimi sint, & desperatio aliquando in virtutem conuertitur, facile enim qui periclitantur, Maronis doctissimi Poetarum sententiam vsurpant. Vna salus victus nullam sperare salutem.

92 Optimum puto, ait Aristoteles, ad æqualitatem ciuium seruandam inter se si omnes senserint se participes esse publicorum munerum. Laborandum igitur in primis erit vt æquali iure inter se ciues viuant, & ne alij perpetuò imperent, alij autem perpetuo famulentur, Honori siquidem quisquis studet, prosequitur Senensis, quem cum viderit se præreptum, speque se esse fraudatum, nunquam animo quiescet, & vel negligentior in Republica erit, vel male omnino animatus. Ex quo quilibet ingenuus vir potius optaret semel mori, quam sine culpa, ac contra ius se videre perpetua inhabilitate maculatum, vt ad aliud propositum aduertit eleganter Dominicus Baudius *induciarum belli Belgici lib. 2. fol. mihi* 186. *Sanè si tam dura lege viueremus, quis generosa virtutis indole præditus non optaret semel mori, quàm hac perpetua solicitudine conflictari?* Hinc etiam prouenit vt propter perpetuam inhabilitatem multi infideles dubitarent nostram Catholicam Fidem amplecti, sicut asserit Caietan. *d. opusc.* 1. *tract.* 3a. *responso* 6. his
93 verbis Hispano idiomate transcriptis. *Es vn grande impedimiento paraque los Iudios no se reduzgan à nuestra santa fe el ver que despues de conuertidos ellos, sus hijos y descendientes han de viuir sin honra, aunque mas la merezcan, y assi lo que por vna parte hademos combizandolos que vengan à la Iglesia y se conniertan à Iesu Christo, por otro lo deshazemos, excluyendo de las honras a los que han entrado en ella, bien al contrario de lo que hazen los Turcos con los Christianos que se conuierten à su impia secta*, &c. *Auctor* quidam modernus *in tract. de nobilitate cap.* 3. *num.* 18. hac de re agens, ita loquitur. *Entre los Moros es tan al contrario que si alguno se haze Christiano y despues retrocede de la fè y se buelue a su mala seta, es preferido a todos los demas, haziendole infinitas honras, y enriqueciendole todos como si hubiera hecho alguna grande hazaña, y dan la razon (y es mucho para quien tan poco la conoce como ellos) porque dizen que el que no conocio otra ley no es mucho que abrasse aquella en que se crio, pero el que supo y experimento otras leyes, y mas la de los Christianos que son tan poderosos y sabios, y la dexa por la suya, este les da grande credito y haze grande honra a su seta, y merece ser Alfaqui, y gran señor, y como saben esto los que se han baptizado, y se ven por otra parte inabiles acapara las honras, y notados de los Christianos antiguos, es vn fuerte enemigo encerrado en su pecho que perpetuamente les hase guerra para dexar la verdadera ley de Christo, y boluerse a su ley falsa y antigua seta, como se an visto muchos.*

94 Nota est historia huius temporis de Cigala, qui cùm esset; Christianus ex parentibus Catholicis & nobilibus Regni Siciliæ procreatus à Christiana religione deficiens ad perfidam Mahumetis sectam se transtulit, ac Turcarum Imperatori admodum charus euasit, ab eoque in Baxam & maris ducem generalem electus fuit, quo in Officio Christianorum terras infestabat, multaque damna illis crudeliter inferebat: sed cũ desiderio flagraret in Fide Catholica vitam cum morte commutare, & Dei ac Regis Catholici ministerio ex toto corde, & ex tota voluntate se dedicare, & cùm iam ad hunc effectum prope Neapolim nauigasset vt illic magnam classem omni tormentorum genere præmonitam in Christianorum manibus tradere posset, retrocessit, ea solùm motus ratione ne post reconciliationem audiret vocari hæreticus, perfuga, & Christianæ Religionis desertor, & perpetua infamia ob id notari vnà cum eius filiis, eligens magis velle in perfida Turcarum secta summis ornamentis insignis obire, quàm apud Christianos cum dedecore & perpetua infamia viuere. Huic casui multum similis est alius, quem mihi retulit Pater quidam Prædicator ex Societate Iesu, qui cùm in Orano colloquium haberet cum quodam Iudæo nomine Ibaac Cansino perspicacis ingenij viro, ad hoc vt Christianus fieri vellet, existimans se id facilè consequi posse, eo quòd homo ille cum multis Christianis strictam contraxerat amicitiam, Catholicæque Religioni multum semper detulerat, nihilominus quando Pater ille Prædicator existimauit Iudæum ad Christianam militiam reuocatum ac ad Deum conuersum esse, respondit, ad quid Pater mi vis vt Christianus fiam si statim ego & descendentes mei perpetuam notam & famæ maculam incurrimus, inhabiles ad officia publica, & ecclesiasticas dignitates euasimus, non est iste cursus certus ad honores & gloriam, vt decebat, sed aditum & viam ad eos obtinendos præcludit mihi, qui non solùm inter meos, sed etiam inter Christianos, & Mauros magni sum habitus, & per honorificè tractatus.

Videamus modò quò temporis cursu purgetur 95 illa suspicio, seu purgata intelligatur; de Iure Canonico vltra secundum gradum per lineam paternam, & vltra primum per lineam maternam purgata censetur, *c. quicunque* 2. §. *hæretici*, ibi, *vsque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium admittatur, c. statutum* 15. *iuncto* §. *hoc sanè*, *de hæret. lib.* 6. ibi, *ipsorumque filij vsque ad secundam generationem ad aliquod beneficium ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur, primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus per maternam verò ad primum dumtaxat*, &c. *l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 8. *nouæ Recop.* ibi, *Mandamos que los reconciliados por el delito de la heregia y apostasia, ni los hijos y nietos de los quemados y condenados por el dicho delito hasta la segunda generacion por linea masculina, y hasta la primera por linea feminina no pueden seruir*, &c. Cou. *lib.* 2. *var. c.* 8. *n.* 2. Clar. *lib.* 5. *recept. sentent.* §. *læsæ maiestatis n.* 13. Anton. Gom. *tom.* 3. *var. c.* 2. *n.* 4. Cordub. *d. q.* 54. *concl.* 3. *circa fin.* Molin. *de Iustit. tom.* 3. *disp.* 658. *n.* 19. *vers. filij tamen*, Suar. *tom.* 5. *in* 3. *p. disp.* 43. *sect.* 3. *n.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 13. *q.* 8. *in pœna* 8. *hæreticorum*, Sanch. *in præcepta Decal. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 27. *n.* 2. Valenz. *cons.* 91. *n.* 67. 68. 69. *&* 75. *Ego d. p.* 1. *tit.* 2. *glos.* 17. *n.* 24. *&* 25.

Purgatur etiam mala illa suspicio ex actibus positi- 96
uis denotantibus Christianitatem, & sanam doctrinã, vt probat tex. *in c. laici* 6. *dist.* 33. in quo cùm Felix Nocerinus Episcopus Papam Innocentium I. consuleret, an laici qui tempore maximè Baptismi, vxores habuerint, possint promoueri; ita respondit. *Si se sic instituerint vt opinio eorum in nullo vacillet, aut clericis iuncti sint, aut monasteriis, & in omnibus operibus bonis vigilauerint, non prohibentur*, &c. & faciunt *l. desertorem* 3. §. *is qui ff. de re milit.* ibi, *Inspecto vitæ eius præcedenti tempore*, &c. *l. non omnes* 5. §. *à barbaris*, *ff. eod.* ibi, *& si bonus miles ante æstimatus fuit*, &c. *l. famosi*, *ff. ad l. Iul. Maiest.* ibi, *nam & personam spectandam esse an*

potuerit facere, & ante quid fecerit, &c. Ex ea ratione quia suspicio, quæ poterat considerari cùm sit debilior, & infirmior ipsa præsumptione, vt cum multis probat Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 30. *num.* 2. omnino vires suas amittit præsumptione actuum
97 exteriorum Christianitatis. Qui autem hi sint per quos omnis suspicio, & mala præsumptio personæ tollitur, refert Farin. *de hæresi q.*187. §.1. *num.*20 his verbis, *Amplia tertiò, quia sicut quem hæreticum esse ex illius factis dignoscitur, ita etiam & è contra quem non esse hæreticum probatur ex actis, vt puta si probetur quotidie rem diuinam audire pro animis defunctorum orare, aliaque huiusmodi facere, quæ facere solent boni, & Catholici Christiani; non enim potest quisquam subitò fingi, nec cuiusquam repentè mutari, aut natura conuerti, ex allegatis per Simanch. de Cathol. Institut. tit.* 45. *rub. de contumacib. num.* 7. *Franc. Peña in addit. ad Eymeric. in direct. Inquisit. p.* 3. *commento* 170. *vers. sed quomodo fol. mihi* 736. *vbi quod hæresis præsumptio satis excluditur ex bona, & laudabili vita antecta, probando præsertim quod Sacramenta Ecclesiæ more Christianorum debito tempore recepit, cæteraque omnia peregit quæ à veris & Catholicis Christianis fieri solent*, &c.

98 Duobus apud nostros exemplis hæc veritas comprobatur, olim proximo Emmanuelis Lusitaniæ Regis imperio quidam Maurus in Africa natus ignobili pago prope montem Benargafate, qui ab Arzilla sex tantùm leucis recedit, Christo nomen dedit, Mahometem detestatus, & vocari voluit in Baptismo Gonçalus Vaz, cumque iste post aliquot annos transactos suorum desiderio ad Arzillam voluit pelago temeare, à Mauris inter nauigandum capitur, quem adduxere Tituanum, vbi nulla vnquam præda maiori cum gaudio excepta est. Mandarinus (is Maurorum omnium crudelissimus id temporis oppido imperabat) vinctum, exutumque medio in foro iussit alligari cratę ad id muneris parata. Multa ad spectaculum confluxerant hominum millia, quos Gonçalus instar victimæ circunspectabat. Aduolat illico mater, germaníque fletibus enixè deprecantes vt in antiquam, & primo cum lacte exceptam Mahometis legem rediret: nulla tamen vel blanditiarum, vel tormentorum vires Christi militem inflectere potuerunt: quinimò lingua (quod vnum habebat expeditum membrum) promerita in Mahometem, illiusque oratores conuitia expromens totum se Christo deditum strenuè fatebatur: & ob illius amorem plura identidem sibi tormenta ingeminarent, hortabatur, quo simillimum duci suo militem efficerent, neque sibi maiorem posse dari pœnam dicebat acerbiùs infligi supplicium, quàm si tormentis immanibus modum aliquem adhiberent. Omnes illico pro cuiusque studio iacentis corpus fœdè incipiunt lacerare, ille verò non cessabat piè admodum, & religiosè IESV ac MARIÆ nomina sacrosancta compellare, & infamem Mahometem conuitiis onerare, nullis deterritus tormentorum ictibus, quæ in loquentem acerbiùs sæuiebant. Nec id amplius passi carnifices linguam conati sunt euellere, forcipibusque & ferreis aliis instrumentis loquentis labia extorserunt, & effractis dentibus disruptum os fœdissimè deturparunt. Vngues statim à pedum, manuumque digitis extrahunt, & digitos abscidunt minutatim; tantùm in oculos non est sæuitum, Mandarino ita iubente, vt posset visis tormentorum generibus acerbiùs affligari. Hæc inter supplicia, Christi miles strenuè biduo perdurauit, quin diu noctuque vlla fuerit intermissio cruciandi, donec exhausto iam sanguine, euanescentique virtute corporis, integra animi constantia triumphalem accepturus coronam in æternum capitolium euolauit nostræ salutis anno 1516. Huiusce pugnæ, decorique triumphi testes fuere oculati plures Christiani, qui apud Mauros seruitio tenebantur, & mercatores, qui per id tempus in oppido agebant mercaturam, quorum testimonia publicè suscepta ad Regem Emmanuelem missa sunt. Refert P. Anton. Vasconcellos *in descript. Regni Lusitani sub tit. Martyres alij, pag.*453. *cum seqq.*

His nostris temporibus ex Tituano ad Ceptensem ciuitatem, quidam Maurus nomine Zaque causa concomitandi alium nobilem Maurum peruenit, sed cum negotio expedito nollet cum domino suo ad patriam redire, in qua vxorem & filium reliquerat, in dicta Ceptensi ciuitate remansit, in eaque Christianam amplectens Fidem, baptizari voluit, & vocari Didacus de Salado, & vxorem suscepit Christianam nomine Franciscam de Padilla, quæ ex parentibus Mauris procreata, eandem Catholicam Fidem in tenera ætate susceperat. Per plures annos Didacus contra Mauros dimicans, eos in multis damnificare non destitit, sed inopinato euentu ab illis in quodam conflictu captus Tituanum ducitur, & coram oppidi gubernatore sistitur, qui vitam largiùs decoram promissis capto offert, si Christum, cui adhærebat, deserens, ad Mahometum, quem deseruerat, verteretur: vt verò pectus inuictum hominis teneritudine demoliret, vxorem Mauram & filium adducit coram, si qua possint Christi militem expugnare: at iste Christi strenuus miles semper constanti asserebat animo in Fide Christiana se esse moriturum, & contra Mahometanam perfidiam plura in eius detestationem loquutus dicebat sibi ad tolerandum maius inesse robur quàm carnificibus sæuitiem, aut iracundiam, & ad vltimam vitæ periodum fassurum Christi, quam susceperat, Religionem: hanc dicendi libertatem acerbis primùm verberibus tortores immanissimi castigarunt, & sæuissimis tormentorum additis generibus, demum clauis affixus, manibus, pedibusque ex alta turri per quinque dies viuus nunquam cessauit Catholicam prædicare Fidem, & perfidam Mahometi sectam detestari, vxorem Mauram & filium viuis ex alto rationibus inducens vt Christiani fieri vellent, & hoc crudelissimæ mortis genere insignis Christi Miles Imperatori suo vltimam magna cum laude nauauit, opera omnia abunde explens tam Christiani, quam magnanimi militis munera, de mense Ianuarij huius currentis anni 1645. de quo factæ fuerunt authenticæ informationes, quæ ad supremum Portugaliæ Consilium Matriti degens transmissæ fuerunt. Videant nunc lectores an ex his actibus purgata remaneret mala illa suspicio, itaut horum filij ex Christianis vxoribus procreati tanquam à veris Christianis descendentes ad honores, & officia admitti debeant.

Bene ad propositum Fr. Anton. de Corduba *d. q.* 54. *fol.* 438. *col.* 1. *ad med.* ibi, *Nam etiamsi sit in gradibus, imò etiamsi ipsamet persona conuersa fuit ex Hebreis Sarracenis, aut aliis infidelibus, si tamen sunt adeò excellentes, putà de genere Regio, vel alias illustres*, 99

illustres, aut eruditione litterarum pollentes, aut praeclaritate morum, sanctitatis, vel fortitudinis, aut alia denique notabili excellentia sufficiente illos apud homines illustrare, & habilitare ad talia munera, & societates, tunc certe videtur eorum vilitas, & ineptitudo ex genere proueniens purificata per talem ipsorum excellentiam. Neque enim est inauferibilis, vt supradictum est, ex quo solum consistit in accidenti conditione, seu qualitate hominis, & aliorum aestimatione, legumque decretis. Purificari igitur vel auferri potest non solum per diuturnitatem temporis, sed etiam per id omne per quod habilitas, seu idoneitas, & illustratio personae & generis secundum leges acquiri potest, putà per excellentes litteras, per heroica gesta ad vtilitatem Reip. per notabilem Fidei, vel morum profectum, ex tali persona prouenientem, per quae & per alia huiusmodi persona alias vilis cum sua etiam posteritate secundum leges, & rectam rationem in Mundo apud homines illustris, aptusque homo ille, & genus eius ad talem dignitatem, societatem seu munus obeundum efficeretur. Itaque de his, & aliis eiusmodi excellentibus personis etiam recenter conuersis, ex quacunque secta, vel natione, si alias sunt idoneae, non videtur licitum tales non admittere ad dicta munera atque collegia omnibus communia etiamsi vniuersaliter, & indistincte rationabiliter alicubi sit institutum ne de tali genere admittantur. Nam vel cum tali epiikia seu limitatione tale statutum generale est intelligendum secundum glos. in cap. Sanctorum dist. 70. vel potius facile cum praedictis personis dispensandum est; consonat expresse Turrec. in decreto dist. 46. c. 1. & facit dist. 61. cap. statuimus, cap. Neophytus, & cap. Osius. Hactenus Corduba.

100 Cessante igitur ratione legis, seu statuti, vel occurrente casu aliquo, qui ex circunstantiis non iudicatur à legislatore intentus, cessat & ipsa lex, seu statutum, & per epiikiam in casu particulari corrigitur, ex doctrina Martini Bonac. quondam mei amicissimi in tract. de legib. disp. 1. q. 1. puncto vlt. §. 2. n. 9. vers. quarto, vbi loquēs de casibus qui per epiickiam, non censentur comprehensi in lege, ita ait. Quarto quando casus aliquis occurrit, qui ex circunstantiis non iudicatur à legislatore intentus, & quem legislator excepisset, si eum praeuidisset, vt patet ex rationibus mox allatis. Quamobrem bene dicit Aristot. legem corrigi per epiickiam quatenus legislator adesset, hoc modo respondisset, & ita legem suam moderaturus & interpretaturus esset, vide Suar. lib. 6. de legib. cap. 7. num. 11. Lessi. lib. 2. cap. 47. dub. 9. num. 63. Vasq. 1. 2. q. 96. art. 6. Saa verbo lex 1. Sanch. lib. 2. de Matrim. disp. 41. num. 32. & lib. 7. disp. 37. Salas de legib. disp. 2. sect. 10. Becan. tract. 3. cap. 6. q. 14. &c. quem locum Aristotelis à Bonacina citatum, refert Laymam in sum. Theologia moralis lib. 1. tract. 4. cap. 19. num. 2. ibi, Altera restrictio secundum aequum & bonum
101 dicitur epiickeia, quae definiri solet, Benigna interpretatio significans casum aliquem particularem ob suas circunstantias lege vniuersaliter lata non esse comprehensum, de ea Aristot. 5. ethic. cap. 10. ita loquitur. Aequum, & bonum siue epiickeia est emendatio insti legitimi, nam lex quidem vniuersalis est, ferri autem non potest, vt de quibus vniuersaliter recte dicatur, sed lex id accipit quod sit plerumque non ignorans quandoque deficere, & est nihilominus lex recta: defectus autem non est in lege, nec in legislatore, sed in ipsa rei natura; continuo enim rerum earum, quae sub actione cadunt, materia talis est, cum igitur lex quidem vniuersaliter loquitur, in his autem praeter vniuersale quippiam accidit, tum recte secum habet, vt ea parte qua legislator omisit, atque peccauit absolute loquutus emendetur defectus, quod & ipse legislator si adesset, hoc modo dixisset, &c.

Ex iusta causa superueniente iustissime à lege seu 102
statuto recedi potest, tex. elegans, & valde singularis in l. si hominem 30. ff. mandati, l. 4. §. fin. ff. de re milit. Ias. in l. Barbarius à num. 14. ff. de offic. Praetor. Felin. in cap. 1. à num. 48. de constitut. tantusque
est effectus iustae causae, vt ex ea summi Pontifices 103
ius diuinum declarare, & Principes ius naturale limitare possint, vt tradunt Panorm. in cap. quae in Ecclesiarum de constit. & ibi Felin. num. 19. & 26. & Deci. num. 13. & 18. Con. de sponsal. p. 2. cap. 6. § 9. num. 4. facit Mysing. cent. 2. obseru. 54. num. 1. dum dicit quod Iudices etiamsi iusserint seruare le-
ges, Canones, & statuta, tamen ex magna & euidenti causa possunt ea transgredi iuxta Innoc. in cap. 104
Canonum statuta in vlt. glos. de constit. & num. 5. subdit periurum dici non posse, qui ex causa rationabili transgreditur statuta, ex Baldo in l. quid ergo. §.
poena grauior, ff. de his, qui not. infam. Iuuat doctrina 105
Parid. de Puteo in tract. de syndicatu verbo Doctor num. 3. qui dum ageret de statutis requirentibus quod Potestatis assessor esset Doctor, dicit quòd quamuis hoc gradu insignitus non sit, si tamen aliàs idoneus, & eminentis scientiae esse reperiatur, hoc sufficit ad statuti verba, & mentem explendam arg. l. vnicuique C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & eorum, quae tradit Bald. in l. sed reprobari, ff. de excus. tut. Ludou. Roman. in l. quid tamen, ff. de arbitr. & in l. cùm quid, ff. si certum pet. quem locum refert & sequitur Ioan. de Solorzano de Indiarum gubernat. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 43.

Prouisiones generales statutorum, inquit Bald. 106
cons. 53. lib. 2. recipiunt tacitas exceptiones propter emergentes casus, in quibus oportet specialiter prouideri: vnde succedente causa speciali, cessat prouisio generalis; hinc est quòd propter singularia merita singularis fit prouisio, quae secundùm statuta generalia non possunt fieri. l. 3. §. hi quoque, ff. ad Syllan. Et veris & iustis meritis suffragantibus, & ad antidota commune obligantibus, singularis in honore domino Potestati fieri potest. l. Aquilius Regulus & l. si pater. ff. de donat. nā contra valde meri-
tos nō sunt prodita edicta prohibentia, l. sed reprobati, ff. de excus. tut. & maximè, quia huiusmodi statuta 107
sunt strictè in casu, & in personis atque ob causas, de quibus loquuntur, intelligenda, ita vt vbi nō militet ratio in eis expressa, eorum quoque dispositio locū non habeat. l. semper. ff. de iure immun. l. 1. §. quod autem, vbi Bart. ff. ne quid in loco publ. Solorzan. de Indiarum gubern. lib. 1. cap. 27. num. 79. & lib. 2. cap.
21. num. 15. Elegans ad propositum adduci solet 108
sacrae Scripturae locus Regum lib. 1. cap. 14. vers. 45. vbi refertur quòd cùm Rex Saul edictum promulgasset, & contra illud violantes poenam mortis imposuisset in eum commisisse eius filium Ionatham postea reperiit, & volens paterni amoris oblitus in filium illam poenam exequi facere, Populus executionem impediuit existimans eum, qui gloriosa facinora in Remp. fecerat, mori non debere, vt videre est, ibi, Dixitque Populus ad Saul, ergone Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israël? hoc nefas est; viuit Dominus si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie, &c. Singularis etiam ad hoc comprobandum adducitur Eliani locus lib. 5. variae histor. cap. 19. ibi, Aeschylus tragoedius ob quoddā drama impietatis damnatus erat, cumque Athenienses iam parati essent eum lapi

lapidibus obruere, Amynias iunior frater detecta veste cubitum ostendit manu carentem; fuerat autem Amynias vnus ex his qui fortissimè propugnarant in Salamine, vbi manum amisit, & primum ex omnibus Athemensibus fortitudinis præmium consequutus est: vbi verò Iudices hominis animum, & miserationem intellexerunt, repetentes facinorum eius memoriam Æschylum absoluerunt.

109 Licèt Domini veritas æterna, firma, & constans sit, iuxta illud, *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt*; ipse tamen statuta diuina à se ipso vel per Apostolum eius nomine promulgata nonnunquam suspendit, & ex iusta causa interpretatur, ac relaxat: vt videmus in peccato originali, quod omnes à primo Parente Adamo incurrimus, ex Apost. *ad Roman. cap. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt*; & nihilominus Beatissimam Virginem Mariam Dei genetricem à labe huius vniuersalissimi decreti, hoc est originalis peccati fuisse præseruatam piissimè, & quasi de Fide omnes Catholici credimus, & acerrimè defendimus. Sic etiam statutum à Domino erat, dicens. *Non enim videbit me homo, & viuet, Exodi cap. 33. vers. 20.* & nihilominus dispensatum fuit cum Moysi, cum Apostolo Paulo, & Patriarcha Iacob, qui *Genes. cap. 32. vers. 30.* sic ait. *Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.*

110 Lex autem diuina & naturalis licèt in aliquibus casibus particularibus propter circunstantias aliquas, & accidentia de nouo superuenientia, dispensationem, seu interpretationem admittat, eius natura nō ideo mutatur, aut variatur, nam semper constat & perpetuò perseuerat, persistente lege in se vt antea erat. Idem dicendum est de decretis peccatoribus supplicia minitantibus, in quibus Dominus pro sua summa pietate & misericordia ianuam apertam suspensioni executionis relinquit pro eo tempore, quo ipsi animum mentemque à vitiis abduxerint, ad bonam se frugem recipientes. Vt de Niniuitis. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, Iosue cap. 3. vers. 4. Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est Deus super malitiam, quam loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit, vers. 10.* Simile est quod refert Propheta Hierem. *cap. 18. vers. 7. & 8. Et factum est verbum Domini ad me dicēs: Repentè loquar aduersùs gentem & aduersùs regnum, & eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersùs eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui, vt facerem ei.*

111 Cùm igitur quamplurimi viri, quorum maiores Iudæi ad Catholicam Fidem ante ducentos annos sponte conuersi sunt, Religione, pace, & bello sanctissimi, præclarissimique euaserint, ex quorum doctissimis scriptis, Respublica Christiana incrementum suscipit, nulli dubium esse potest statuta & prohibitiones quæcunque tales non comprehendere, nec cum illis loqui, iuxta supradicta. Et refertur ita censuisse Archiepiscopū Siliceum statuti Toletani Auctorem, & dixisse his verbis. *Este estatuto se ha de entender en todo su rigor perseuerando las cosas en el estado en que ay se hallan, las quales mudadas en mejor no tendra con quien hablar.* Intelligo & Ego de conuersis ex antiquis Iudæis, quorum parentes, aui, proaui, & alij ascendentes viri Christiani sine vlla macula, aut infidelitate extiterunt, & in quibus nulla vnquam inuenta fuit perfidia, & in hæresim lapsus, hi enim sicut & ab antiquissimis Gentilibus descendentes, ad Collegia, & Cathedrales, quæ habent statuta, puritatem sanguinis exigentia, sunt admittendi, ad not. per Velasquez *in defensorio statuti Toletani c. 41. vers. tum & illud adde, & cap. 53. à princ.* Ioan. de Escobar *de purit. & nobilit. probanda p. 1. q. 4. §. 2. num. 24.*

Ad cæteras autem Dignitates etiam Episcopales, 112 & alia ecclesiastica beneficia, & officia, quæ sub iuris communis, non autem alicuius particularis statuti dispositione remanent, non tam lata requiritur conuersorum ad Fidem Catholicam genealogia, sed sufficit quòd ipsi beneficiari cupientes ab infantia Fidei se addixerint, vt colligitur ex his, quæ suprà adduxi *concl. 2. à princ.* neophytus nanque qui ordinari & beneficiari prohibetur, dicitur recenter conuersus, seu baptizatus, vt optimè declarat Nau. *in man. cap. 207. num. 205. vers. tertio*, ibi, *Dixi recenter conuersus, & non nouus Christianus, quia vulgus nouos Christianos appellat, etiam abhinc plus decem, viginti, triginta, & quadraginta annis conuersos, in quibus hoc locum non habet, & minus in eorum filiis, quos etiam praua nonnullorum consuetudo nouos Christianos appellat, quamuis statutis aliquarum Ecclesiarum à Sede Apost. confirmatis aliud statutum sit*, &c & aliquantulum largiùs resoluit Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 28. num. 12.* ibi, *Quamuis etiam non sint ante rationis vsum baptizati, sed post poterunt ad sacros Ordines, & beneficia promoueri, cum iudicio Episcopi sint satis moribus, & Christiana disciplina instructi, ita quidem vt iam veterani Christiani censeri possint*, &c.

Prohibet Apost. 1. *ad Timoth. 3.* Neophytum in 113 Episcopum promoueri ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli; Origen. *lib. 3. contra Celsum* eandem suscitat prohibitionem, dicens. *Qui ex Gentili, vel ex Iudæo fit Christianus, aut ex vita praua ad honestam conuertitur, ne statim Episcopus fiat, indignum est enim vt qui non dum documentum vitæ suæ dederit aliorum fiat magister. Nec nuper*, inquit Anselmus, *baptizatus, nec nuper à secularibus negotiis, vel à militia separatus fieri debet Episcopus, quia vnusquisque talis est Neophytus.* Sed quando vita neophyti osten- 114 dit illum esse talem, qualem decet esse bonum Pastorem, cessat ratio prohibitionis, & consequenter prohibitio propter rationem inducta, vt sunt expressa verba *cap. Neophytus 61. dist.* vbi Vercellenses vituperabant electionem Ambrosij, quia neophytus erat, quibus respondet idem Ambrosius hoc ideo esse prohibitum ab Apostolo, quia nephyti consueuerant propter honores superbire, sed si humiles inueniantur, & bonis moribus, ac integra Euangelicæ legis institutione præditi bene possunt ordinari. Ita Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo Iuris Pontificij c. 10. paulo post princ. pag. 31.* Ego *de officio, & potest. Episcopi p. 1. tit. 2. glos. 17. num. 7.* vbi etiam aduerto Apostolum prohibuisse neophytum in Episcopum promoueri non ex præcepto Christi, sed secundùm legem communem, quia ipse hoc pronuntiauit tanquam Ecclesiæ Doctor, non vtique præcipiens nomine Christi.

Optimè Didac. de la Mota *in tract. de confirmat. Ordinis Militiæ S. Iacobi de Spatha lib. 2. cap. 2. paragr. 2. ad 2. num. 15. pag. 223.* ibi, *Quòd si placet candide lector, hîc amplius immoremur, afferamus exemplum ex doctrina eiusdem Apost. 1. ad Timoth. 3. in qua dicit, Neophytus non assumatur ad Episcopatum, iam ex hoc non licet inferre quòd nullus Neophytus in Episcopum assumatur, vide quod sequitur in littera D. Pauli ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli, ecce causam ne superbiat, putans quòd religio Christiana illo*

lo indigeat. Itaque D. Paulus loquitur de neophytis, qui non solùm sunt neophyti ætate, sed etiam perfectione, vt explicat D. Thomas hoc loco; ex quo sequitur quod si sit humilis, & moribus ac integra Euangelicæ legis institutione præditus aliis se confirmare valens, iam poterit in Sacerdotem, & Episcopum assumi, vt inter alios explicant Cou. *in Clem. si furiosus part.* 1. §. 2. *num.* 7. Nau. *cap.* 27. *num.* 205. Maiol. *lib.* 1. *cap.* 32. *Et ratio est, quia cessat causa inhabilitatis text. dist.* 61. *cap. neophytus: & iure optimo, quia quoad istum effectum iste homo non est neophytus, sed veteranus miles Christianæ Religionis, & in Christiana Religione, & disciplina neophytus non est, nec sit appellandus. Facit etiam text. in cap. statuimus, ead. dist.* 61. *quòd laici prohibentur eligi ad Episcopatum: cessantibus autem causis prohibitionis cessat ipsa constitutio, vt si laicus merito suæ perfectionis clericalem vitam transcendit, eius electio potest recta haberi*, &c.

115 Non obstat *d. cap. constituit* 27. *quæst.* 4. quod suprà citaui *num.* 76. cui similis text. *in cap. officia.* 54. *dist.* quia Montalu. *loco citato pag.* 185. duplicem asserit posse recipere sensum illa iura, & præcipuè verba illa *d. cap. constituit*, ibi, *aut hi, qui ex Iudæis sunt.* Primò quoad domesticos, & familiares Iudæorum, quorum consortia sæpè bonos corrumpunt, *cap. sæpè* 28. *quæst.* 1. Secundò quoad eos, qui sunt eiusdem erroris participes, & colligitur iste sensus ex *cap. habes* 24. *quæst.* 3. absurdum tamen esset quòd de illo loqueretur, qui per sacri Baptismatis vndam gratia Dei resurgit à lapsu, & in seipso ab eo, qui genuit, alter est effectus. Deinde addit ipse Montalu. regulariter loqui de his, qui adhuc in Fide non sunt radicati, & informati, & repentè volunt officia beneficiaque publica habere, quod non licet Fidei doctrina in eis deficiente. Sed si quærimus de istorum filiis fidelibus, tales indistinctè admittuntur, nec possunt repelli, hæreticum namque esset quod allegatum *cap. constituit*, ad Christianos extenderetur, qui sua sponte paternam malitiam detestati sunt, cum neophyti non sint, & in eos causa cessat prohibitionis, vt in allegato *cap. Iudæi* 1.
116 *quæst.* 4. Et paulo inferiùs ita concludit: *Et licèt ista distinctio de iure colligatur manifestè per iura suprà allegata; Illustrissimus insuper Rex Henricus Domini nostri Regis Ioannis II. genitor cum consilio laudabilis memoriæ Petri Thenorij Archiepiscopi Toletani, & cũ maturitate suorum de consilio dictam legem fori iuigo declarando, & hoc scandalum à Regno suo radicitus extirpando, statuit, & priuilegium concessit ne deinceps huiusmodi prætextu aliquis Fidelium nouiter ad Christi fidem conuersus repelleretur ab officiis publicis, seu ab aliis priuilegiis, & libertatibus Christianorum, sub certis, & grauissimis pœnis: per quæ priuilegia penitus videtur dicta hæretica opinio sublata & destructa.*

CONCLVSIO III.

Purgata suspicione per vnum ex mediis conclusione præcedenti allatis, ij, qui ab Hebræis originem trahunt, sanguinis puritatem, & antiquam suæ Gentis nobilitatem ac splendorem consequuntur, habilesque & capaces efficiuntur, ad omnia consequenda præmia suis meritis æquiualentia.

117 NObilitas Christianorum ab Hebræis descendentium (non loquimur de illis, qui in suis erroribus increduli permanent, ac vti perfidi, pertinaces, & infames nullam habere possunt nobilitatem, omnium antiquissima est, si recurramus ad vniuersalem generis humani reparationem, quæ post diluuium initium sumpsit à tribus sancti Patriarchæ Noë filiis, Sem, Chain & Iaphet; primus Asiam, secundus Africam, Iudæam, Ægyptum, & Arabiam, tertius reliquum Europæ tractum accepere: à quo tempore incepit descendentia primogeniti Sem communiter pro nobiliori inter alias eius fratrum habita, eo quòd ea sola cultum & adorationem veri Dei coluerit, quando reliquæ eam dimiserant, & idolorum cultores euaserant, ad quod respexit benedictio Noë eorum patris *Genes. cap.* 9. *vers.* 16. *Benedictus Dominus Deus Sem*; & sic in Heber, eiusque posteris, à quo Hebræi descendentes appellati sunt, inuenta fuit pura & vera fides, vt obseruat *Iacob. Tyrian comment. c.* 12. *Genes.* §. *petes fol.* 109. *col.* 2. *In solo Heber eiusque posteris, ab eo dictis Hebræis cum vera fide, religione & pietate mansisse primæuam Orbis linguam, indeque post nominatam Hebræam in cæteris habitu illius linguæ prorsus deleto.*

Quod magis resplendet in tribus illis sanctis Patriarchis, Abraham, Isaac, & Iacob typum & figuram trium personarum sanctissimæ Trinitatis gerentibus. Abrahamo ipse Dominus mirabilia promittit, cùm *Genes. c.* 12. *vers.* 2. & 3. illi dixit, *Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus, benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ*: seu, vt *Apostolus* legit ad *Galat. c.* 3. *In semine tuo, qui est Christus, benedicentur omnes Tribus terræ.* De Isaac certum est fuisse viuam imaginem filij Dei facti hominis, & à quo sanctum hoc & cæleste semen principium sumpsit. Quia in Isaac vocabitur tibi semen *Genes. c.* 21. *vers.* 12. à quo in Iacob productum fuit. Vnde Dominus Patriarchas huiusmodi magnificit, & multis in locis sacræ Scripturæ verba hæc sæpe sæpiùs repetita inuenimus. *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus Patrum vestrorum*; vt hosce *Sanctos*, dicente *S. Basilio in cap.* 2. *Isaiæ, honore afficeret perpetuo, & memorabili, eorundem seruorum nomina suo ipsius nomini attexuit, vt quoties Dei memoria celebraretur, horum quoque toties commemorarentur & nomina.* 118 119

Verebatur Iacob iter in Ægyptum aggredi, & vt animum Dominus illi excitasset, quadam nocte ei apparuit, dicens. *Iacob, Iacob, ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere, Genes. c.* 46. Quando ipse Dominus ex rubro Moysem vocauit, ita ei alloquutus est cùm vellet ille declarare quis esset. *Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob*, *Exodi cap.* 3. Et paulo infrà *vers.* 15. *Dixitque iterum Deus ad Moysem. Hæc dices filiis Israel. Dominus Patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem.* Propter merita Sanctorum Patriarcharum huiusmodi, Dominus constituit sanctissimos Apostolos Principes super omnem terram. *Pro Patribus tuis, nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terram.* 120

Hebræi igitur ab initio nobilissimi extiterunt, quorum natio, & progenies inter omnes Mundi selecta, inclyta, & magna fuit, propter ritus, & cæremonias, quibus Deum venerabantur. *En Populus sapiens, & intelligens, gens magna, quæ est enim alia* 121

gens sic inclyta, aut habeat ceremonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem, Deuteron. cap. 4. vers. 7. Et Abulens. ibi, *quæst.* 3. exponens verbum illud *inclyta* interpretatur, id est, *nobilis, vel excellens*, & inclytus dicitur ait ille, id est; *famosus, vel gloriosus, & sic isti Iudæi famosi erant apud alias Gentes.*

122 Comprobatur ex verbis cuiusdam colloquij, quod cum D. Inico Lopez de Mendoza Marchione de Santillana, & Ioanne de Mena Cordubensi Regio Chronista, venustè simul & argutè habuit Alphõsus de Carthagena Episcopus Burgensis, qui eos in hũc qui sequitur modum alloquutus fuit. *No pienses correr me por llamarlos Hebræos mis padres, son lo por cierto, y quierolo: ca si amiguidad es nobleza a quien tan lexos? si virtud quien tan cerca? o si al modo de España, la reqneza es hidalguia, quien tan rico en su tiempo? Fue Dios su amigo, su Señor, su legislador, su Consul, su Capitan, padre, su hijo, y al fin su Redentor: o imortal Dios! todos los oprobrios son transmutados en gloria, y la gloria conuertida en dennesto*, &c. Et postquam plura alia dixerat, quæ ad nostram rem nihil faciunt, prosequitur. *Assi tambien los infieles Gentiles idolatras, sin Dios, sin Ley, y sin Religion, a quien solo era pecado lo que natura, madre comun les prohibio, igual con las bestias, y todo en grande vituperio de toda nobleza y dignidad priuados, eran llamados Gētes; agora ya si alguno desciende dellos, de los Eneidos Troyanos, de los Griegos Agamenonitas, de los Godos Germanicos, o de los doze Pares de Francia, sea quan vicioso fuera, es gentilhombre poco menos igual con Apolo. Y si de los Leuitas, de los Machabeos, o de los doze Tribus de Israel sea quan virtuoso, quan lezos de vicio sea, vaya vaya que es maldito marrano, poco mas baxo del poluo. O infieles Christianos que tal dezen! marrados tengan los ojos de la cara, llaman marrado al cuento perfeto, y errado al que entra en carrera, contrastan callando la verdad Euangelica, deziendo que la verdadera luz no ilumina los venientes a ella, la culpa es bien se auya, con su pan se lo comam?* Ita reperitur scriptum in libro antiquissimo, curiosè ligato, qui seruatur in bibliotheca Excellentissimi D. D. Gasparis de Guzman, Duce Comite de Oliuares.

123 Idem assumptum probat Modernus quidam Auctor his compendiosis verbis plura comprehendentibus. *Vnde etsi vnius cuiusque laudem in particulari æqualiter dixerimus, in publicum tamen & commune illam proferimus, dum hos, vel illos proclamamus Hebræos; nam, vt inquit Theophyl. post Chrysost. in epist. ad Colossens. cap. 3. magnum quid antiquitus erat ex Iudæis esse, & ab illa Hebræorum gente traxisse originem. Iudæi enim Orbi vniuerso noti, fama Fidei, & virtutis olim cogniti, celebratissimi sanctitate summis semper dotati priuilegiis: ex Iudæa enim ortus est Dominus, inquit Apostolus, & rursum in Euangelio legimus, quia salus ex Iudæis est Ioan. 4. Cuius quidẽ tam antiqua nobilitatis Iudæi adeò gloriabãtur, vt particulare efficerent studium ad tenendam ascendentium cuiusque familiæ memoriam, vt refert Eusebius. Erant autem nonnulli antiquitatis replicandæ studiosi, qui nomina auitæ stirpis, vel tenentes memoriæ, vel ex scriptis annalibus promentes priuatim, sibi indices eorum conficiebant, magnopereque præterea gloriabantur, quod ipsorum nobilitas ita foret ad posteritatem reseruata.*

124 Et non dissentit Gardiola *in tract. de nobilit. cap.* 60. ibi, *Los conuertidos a nuestra Sancta Fè que eran antes nobles segun su ley o secta retienen la nobleza de su linage despues de Christianos, y no solamente la retienen mas aun la acrecientan todo el tiempo que honestamente viuieren sin entremeterse en officios viles, ni venir a malas costumbres*, &c. *& paulo inferius. Que entre los Iudios aya assi nobles como entre los Christianos, a los sabios es harto manifiesto aun que los ignorantes iuzgan lo contrario por causa de su rudeza y poco saber.*

Doctor Montaluus *citato loco fol.* 186. §. *Ecclesia*, 125 ibi, *Negare enim non possum, quod populus, à quo nostra redemptio processit; scilicet virgo sanctissima Saluatoris genitrix, necnon & sancti eius Apostoli, Martyres, & Confessores, à quibus Ecclesia Domini est fundata, est excelsior cunctis gentibus, quas Dominus creauit in laudem, & nomen & gloriam suam, & est Populus sanctus Domini*, Deuteron. 26. *prope fin. quod asserit* Isai. 60. *circa fin. inquiens. Populus autem tuus omnes iusti in perpetuum hæreditabunt terram.*

Quæ gens in Mundo erit, quæ sicut Hebræa, habear Deum ita sibi vnitum & conglutinatum secundùm carnem loquor. *Nec est alia Natio tam grandis*, vt habetur Deuteron. *cap.* 4. *quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest, cunctis obsecrationibus nostris. Non fecit taliter* (ait Psalm. *Psalm.* 147. *vers.* 9.) *omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* Noluit enim Deus cum Angelis cognatione coniungi, sed cum semine Abraham, vt dicit Apost. *ad Hebr. cap.* 6. *Nusquam Angelos apprehendit; sed semen Abrahæ apprehendit: quia notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.* Et *in epist. ad Roman. cap.* 6. grauiter sentit quòd Israëlitæ non 127 fruantur gratiis, & prærogatiuis sibi concessis, amittentes gloriam, legem, obedientiam, & repromissiones, ac adoptionem filiorum propter perfidiam, ibi. *Veritatem dico in Christo, non mentior testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christ opro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem, qui sunt Israëlitæ, quorũ adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum Patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.*

Apostolorum princeps Petrus *in prima Canonica* 128 *epist. cap.* 2. *vers.* 7. 8. & 9. Fidelibus reliquiis Israëlitici Populi annuntiauit honores iure sanguinis illis competentes, hoc modo. *Vobis igitur honor credentibus. Vos autem genus electum, regale Sacerdotum, gens sancta, Populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.* Et Gentium Doctor pluribus in locis ma- 129 teriam hanc prosequitur, & nimis gloriosè seipsum ex semine Abrahæ dicit, *ad Rom. cap.* 11. *Dico ergo nunquid Deus repulit plebem suam? Absit, nam & ego Israëlita sum ex semine Abrahæ de Tribu Beniamin, non repulit Deus plebem suam quàm præsciuit.* Et *in epistol. ad Galat. c.* 2. *vers.* 15. loquens cum Principe Apostolorum ait, *Nos natura Iudæi, & non ex Gentilibus peccatores.* Et *ad Corinth. cap.* 11. *vers.* 22. *Hebræi sunt, & ego, Israëlitæ sunt, & ego, semen Abrahæ sunt, & ego.* Nihilominus tamen Fideles ex Gentilitate ad 130 Ecclesiam venientes ita alloquitur, *Vobis enim dico Gentibus quandoquidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorifico si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis.* Cuius auctoritatem sic dictus Modernus Hispano idiomate conuertit in codicillo quodam impresso, & Regi Catholico exhibito, *Con vosotros hablo Fieles Gentiles, mientras soi vuestro Apostol, procuro honorar mi ministerio, y ver si con la emulacion de engrandeceros y honoraros puedo prouocar mi carne (esto es a los Iudios) y hacer saluos algunos dellos. Pero aduertid (prosigue) que si bien algunas de las ramas se quebraren,*

y vos

y vos otros siendo azebuches os ingeristes en ellas, hechos compañeros de la raiz y de lo fructifero de la oliua, no os glorieis ni ensoberuezcais contra estas ramas, por que si lo hazeis sabed que no sois vosotros los que sustentais la raiz mas antes la raiz os sustenta a vosotros, y que vuestros principios, origen y naturaleza son de azebuche (esto es) *nacimiento villano y agreste, y que contra naturaleza estais ingeridos en buena oliua* (*esto es*) *en Iesu Christo nuestro Señor, por cuya Fè gozais lo ilustre y glorioso que oy tan iustamiente posseis, mas no entendais que por cortada perdieron el derecho a su antigua nobleza, ni a las exempciones y priuilegios de que siempre gozaron, por que al punto que se conuiertan boluerian a su lugar como de antes; quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cùm oleaster esses insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis eius factus es, noli gloriari aduersùs ramos, quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Nam tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus in bonam oliuam; sed & illi si non permanserint in incredulitate inserentur. Vltimamente concluye el Apostol enseñando que los dones y gracias que Dios hizo y communico a los Fieles desta Nacion, no son alquitas ni reuocables, si la culpa y el delito de la infidelidad no lo impediere: Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei, por que en llegando la gracia, todo se restaura.* Hactenus Modernus.

151 Propter quam nobilitatem hi filij Abraham non solùm vbicunque vixerint, ab omnibus honorari, sed etiam cæteris paribus vti magis digni præcedere aliis debent, si res hæc iudicanda est iuxta Apostoli sententiam *ad Roman. cap. 2. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæo primum & Græco. Gloria autem, honor & pax omni operanti bonum Iudæo primum & Græco: & secundùm explicationem ad illum prastitam per* S. Ambros. *lib. 4. de sacram. Semper*, inquit, *Iudæum Gentili anteponit, prærogatiua Patrum, vt aut coronetur primus, aut damnetur, quia credens propter Abraham honorificentior est: diffidens autem peius tractandus est; quia donum promissum Patribus refutauit.*

152 Sed quamuis prima facie nobilitas hæc præcedentia, ac sanguinis ingenuitas, generalis videatur, comprehendens omnes filios Abraham, nihilominus eam consequi seu recuperare non merentur, nisi qui ex hac natione verè ad Fidem Catholicam conuersi fuerint relicta prorsus infidelitate, & Iudaica perfidia, vt docet *Apost. ad Roman. cap. 9. vers. 5. Non enim omnes, qui ex Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui semen Abrahæ, omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen*: id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine. Et *in epistol. ad* Galat. *c. 3. Cognoscite ergo, quia qui ex Fide sunt, hi sunt filij Abrahæ, prouidens autem Scriptura, quia ex Fide iustificat Gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex Fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham, quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.*

133 Tandem eleganti & succincta methodo rem totam absoluit dictus Modernus his verbis. *Que naciõ ha auido en el Mundo que aya merecido tener vn Rey como Dauid; tan valiente y alentado que niño desquixaraua leones, vencia exercitos de Philisteos, tan santo y religioso que profetizo clarissimamente todos los misterios sagrados de nuestra redempcion, cuyos vaticinios y alabanças de Dios canta, y cantara la Iglesia Catholica hasta la fin del mundo, y finalmente Varon aiustado al coraçon de Dios con que se dize todo, Inueni seruum iuxta cor meum. Vn Salomon cuya sabiduria y grandeza ni tuuo igual ni tendra segundo. Vn Ezechias y vn Ionas tan zelozos de la honra de Dios que repararon las quiebras de la Ley, abrieron las puertas del Templo, y reformaron al pueblo de sus Idolatrias. Vn Patriarcha Ioseph condecorado con el titolo de redctor de la Monarquia de los Egipcios. Vn Moysen de quien dize la escritura entre otros encomios y alabanças suyas. Loquebatur autem Dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum* Exodi *cap. 33. vers. 11. Vn Iosue a cuya voz detuuo el sol su curso, y la luna su carrera. Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Araron, steteruntque sol & luna donec vlcisceretur gens de inimicis suis. Iosue cap. 10. vers. 12. & 13. Y añade en el mismo y en el siguiente. Stetit itaque Sol in medio Cæli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei, non fuit antea, nec postea tam longa dies obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel. Vn Sanson, cuyas fuerças y valentia no son imitables, si no admirables, como se lee en el libro de los Iuezes. Vna Esther y vna Iudith mugeres tam famosas, y Varoniles como refieren sus historias con otros innumerables de que esta llena la sagrada Scriptura. Qual por mas bellicosa celebrada llego a conseguir las victorias y triunfos de tan barbaras y fieras Naciones como la Hebrea? Treinta y vn Reynos y Reyes sujetaron a su imperio, y obediencia por las armas, como consta del cap. 12. de Iosue à vers. 7. vsque ad 24. Hi sunt Reges terræ, quos percussit Iosue & filij Israel, nombrando cada vno por su nõbre. Y dexãdo a parte la sãtidad y meritos de los santos Patriarchas, Prophetas, Apostoles y Euãgelistas, los del gran Precursor Baptista, los de la santissima Virgen Maria, y de su hijo Iesu Christo nuestro Señor, santo de los Santos, que escogio este linage por el mas noble para que siendo en todo grande su altissima y soberana Magestad assi en la generacion eterna como en la temporal descubriesse mas a los hombres lo infinito de su amor, y los tesoros de su liberalidad y grandeza. A quien no admira la constancia y zelo de los santos Martyres Machabeos? la firme y valerosa Fè del santo Protomartyr Esteban, como la valentia del viejo obispo Polycarpo y del anciano Simeon, de quien refiere su historia las palabras siguientes. Quare multis cruciatus tormentis, eodem passionis genere, quod Saluator noster subierat, afficitur, mirantibus omnibus quod homo ætate confectus* (*erat enim centum & viginti annorum*) *acerbissimos Crucis dolores fortiter constanterque pateretur; A quien la fe, lagrimas y penitẽcia de la Madalena, y las de mas santas mugere primas del Saluador? A quien la piedad y religion de vn Nicodemus, Ioseph ab Arimathia, Lazaro, Iuliano, Maximino, Celidonio, Gamaliel, y Abibar su hijo todos obispos y gloriosos martyres desta Nacion? A quien las exemplares virtudes de los santos Marcial, Trophimo, Crecencio, Timoteo, Herodiano, Honessimo, Dimas, Nonsa, Sila. Epaphra, Eraste, Prisco, Secundo, Rufo, Apolo, Quarto, Crispo, Tarcisso, Amplosso, Philemon, Aristion, Simon, Gaio, Fortunato, Achaio, Marco, Demetrio, Dositeo, Ioannes Senior, Manacessen, Ioseph y otros innumerables que la virtud y santidad de su fertilissima y pingue oliua Christo produxo con lucidissimos frutos para gloria y credito de su Iglesia. Gouernaron la de Hierusalem quinze santissimos Prelados desta Nacion, cuyos nombres refere Eusibio lib. 4. cap. 5. Y presidieron en la Vniuersal los santos Lino, Cleto y Euaristo, el feruor andaua encendido entre los moradores de Alexandria ciudad de las mas populosas del mundo, cabeça de Egipto, Lybia y Tebaida, plantada la Iglesia por san Marcos, de alli se propago la Christiandad por todo el oriente y occidente, y passo a la Africa, y como los Indios estauan derramodo*

modos por toda la superficie de la tierra, y eran los ministros y Predicadores de su Nacion, infinitos dellos abraçaron nuestra santa Fè Catholica, y a centanares se criauan y elegian obispos todos desta sangre por que eran tan feruorozos y espuestos al martyrio y a derramarla por Iesu Christo que no se hallaua a penas alguno que deshechar, son palabras del Padre Antonio Posseuino de la Compañia de Iesu, in sua Bibliotheca lib. 9. cap. 2. ibi, *Facile vero docenti fuerit petere ex Ecclesiasticis historiis, quæ ad hanc rem faciunt, cum præter multos Apostolicos viros, qui à Iudaismo conuersi diuinum Fidei negotium vsque ad sanguinem propagarunt, quindecim fuerint Hierosolymitani Archiepiscopi, qui continenter eam administrarunt Ecclesiam, plures Episcoporum decades passim vt Christiana crescebat res*, &c. Hactenus Modernus.

134 Quis non optaret Abrahæ filius ex fidele esse, aut sanguine cum sanctissimis viris coniungi, quãuis in vulgi opinione hoc non esset gloriam Mundi appetentibus ad illam conseruandam, seu acquirendum medium proportionatum, sed penitus oppositum; omnes qui hac de re scripserunt, protestantes imprimis & ante omnia se sanguinis puritate gaudere, nec vlla illius attinentia esse coniunctos, nihilominus bona mente affirmant desiderare cum illis propinquitate coniungi. Sic insinuat P. Fr. Alphonsus de Oropesa omnigena doctrina, & virtute *in lib.* quem inscripsit, *Lumen ad reuelationem gentium, cap. 4. Non me iterum mouet affectus cognationis, & carnis tanquam in hoc agerem propriam causam, existimans defendere genus meum, cùm in nullo mihi attineant, aut ego illis in parentela carnali; imò longissimo fine distamus, quia statim vt existimo post Noe diuisimus genus, adeo vt nullus in quem de me in hac parte cuiusquam suspicionis sit locus apud omnes, qui me nouerant, quamquam non propter hoc in Christi Fide molestius incederem, eo quòd filius essem Abrahæ secundùm carnem, cui ex semine suo nasciturus promitti dignatus est Christus, vt in eo totum Mundum redimeret, imo potius in hoc gloriarer, si tamen Apostolus gloriari non prohibuisset in carne*, &c. Idem de se sentire visus est R. P Hieronym. de la Cruz vir satis doctus, quem pro merito virtutum, & singularis doctrinæ laudare, & extollere debeo, *in tract. de la defensa de los estatutos lib. 2. de la moderacion de las informaciones cap. 4. vers. alguno inzgara.* ibi, *Desde que nos diuidimos en los hijos de Noe, hecho cada vno de nuestros passados por su parte, ni ay noticia que se boluiessen a juntar nuestros maiores, aun que la tenemos de duzientos años atràs. Pero quando lo fueron (por quanto a mi noticia) no viuiera desconsolado en la Ley de Iesu Christo, ni me tubiera por menos hijo de la Iglesia que el que mas se preciara de limpio, ni por mas infelix y deshechado que el mas preciado. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Por que no es mas digno de alabança el que se alaba a si sino el que Dios calisica, y quiça me gloriara con la consideracion profunda de que la carne y sangre de mi linaje fue derramada como sangre de Dios para redemir al mundo, y que vn contribulo mio es hijo natural de Dios y dios verdadero.* Ego libenter idem cũ tantis viris dicerem, & optarem, nec ob id quicquam diminueretur qualificata de me apud omnes opinio, cùm de illo gratias Deo referens gloriari oportet, quòd nullus extiterit ex parentibus, auis, proauis, atauis, & plus vltra ex vtroque latere procedentibus, qui Fidem Catholicam non teneret, aut contra diuinam, seu humanam Maiestatem crimen vllum committeret, de quibus, eorumque nobilitate & puritate dixi *de officio, & potestate Episcopi p. 1. tit. 3. cap. 8. num. 4.*

Non possum non silentio præterire nonnullos 135 huius nationis viros, qui post prima illa tempora sanctitate & litteris insignes floruere vsque ad hanc tempestatem, Fideique acerrimi defensores extitere; ex quorum numero ad omnium notitiam in medium adduco Iustum Tyberiensem, Iudam Syrum, Iosephum Tyberinum, Michaëlem Adamum, Nicolaum de Lyra, Paulum de Heredia, Petrum Alphonsum, Paulum Riccium, & Sixtum Senensem ad Catholicam Fidem recenter conuersos, viros quidem de Religione Catholica benemeritos. Extant & alij, de quibus apud scriptores mentio habetur, & cum in chronicis & libris, qui circunferuntur impressi, eorum nomina scripta reperiantur, non est cur ea sub silentio prætereamus; plures enim quasi desperati viuunt cum sciant, vel forsan præsumant studia sua, & omnigenam virtutem non esse ad remunerationem adducenda, horum autem exemplo, afflictum animum erigent, & iustum dolorem minuent, si rem non ita desperatam, vt putant, habere credant; & si patienter id sustinuerint, sperent Deum cum cursum cõsummauerint, & fidem seruauerint, coronam iustitiæ repositam sibi redditurum; neque eos vnquam, fidelis est enim Dominus in omnibus viis suis, fraudaturum: virtus sola æterna manet, Regna verò, opes, diuitiæ, dignitates, & voluptates huius mundi momentaneæ sunt, & breui dilabuntur: maximum bonum, & longè optimum hominibus est finem & exitum vitæ sortiri bonum, vt rectè scribit Aristot. *in libro de Cælo & mũdo*, quod etiam dictum, symboli instar, familiare fuit Friderico Pulchro Cæsari, qui summum hominis bonum esse dixit bonum ex hac vita exitum, significans nimirum illud morte beata nihil esse beatius. Sed vt bona sit mors, vita bona opus est, si quidem, teste Augustino, vix benè moritur is, qui malè vixerit, sicut nec potest malè mori is, qui bene vixerit. Hinc rectè Poëta Naso,

Viue pius, moriere pius.

Et Cœlius Calcagninus.

Vt tibi mors felix contingat, viuere disce.
Vt felix possis viuere, disce mori.

Cui cõgruit alterum hoc epigramma VVolfianum.

Vna est viuendi ac moriendi regula rectè,
Vt moriare pius, viuere disce piè.

Multi, vt suprà dicebam, ex hac Natione præstantes viri euaserunt, quorum aliquos refert Simon Maiol. *in diebus canicular. tom. 3. colloq. 1. de perfidia Iudæorum pag.* 858. & ait quòd circa annum Christi 1412. Hieronymus *de sancta Fide* ex Iudæo nuper factus Christianus, libellum edidit contra Iudæos, ad cuius lectionem 5000. Iudæi conuersi sunt; & quod floruit etiam anno 1568. Elias Leuita Iudæus Germanus eximius, natus in noua ciuitate Eyslch, haud procul à Norimberga, qui admonitu Pij V. Pontificis Romani Christianus factus fuit, adductis secum triginta aliis Iudæis ad Baptismum; & meminit etiam de Nicolao de Lyra, & Paulo Burgensi. De quodam Religioso ex Iudaismo ad Fidem Catholicam conuerso scribit P. Ribadanera *in libro scriptorum Societatis Iesu, in verb. Ioannes*, prout infrà.

Ioannes Baptista Romanus siue Elianus, natione 136 *Ægyptius, patria Alexandrinus, is religione Hebræus Elias nomine ab auo materno Elia Aschenasio puer institutus, & in Germaniam ductus est. Mox adita Ægypto, Hierosolyma, Constantinopoli, ingenio, & memoria*

ria pollens præter Hebraicam, Latinamque linguam, Italicam, & Hispanicam, etiam Germanicam, Turcicam, & Arabicam didicerat. Venetias appulsu vt fratrem Christiana sacra complexum retraheret, à Ioanne Baptista Contareno clarissimo viro deductus ad Andream Frusium nostrum vt hominem Hebraicè perdoctum, sanctumque vita conueniret. Hunc vt vidit Elias singularem oris modestiam, & suauissimã grauitatem admirãs, Angelum videre sibi visus est. Eius consuetudine & exemplis virtutum excitatus, oculos ad veritatem aperuit, & sacro Euangelista Matthæi die anno 1551. tinctus est Baptismo nomine Ioannes Baptista delecto, cognomentumque ex veteri nomine Elianus adsciuit; nec multo pòst Sacrorum magis magisque consuetudine illectus, & Indicarum lectione litterarum incensus, contendit à Frusio vt in Societatem sese ipsam reciperet, quod sancto Ignatio consentiente ad multarum animarum remedium impetrauit. Anno 1561. Christophoro Roderico nostro qui à Summo Pontif. Pio IV. Nuncius Melphim legabatur ad Christophorum Patriarcham additus est socius ob linguarum, & nationum peritiam, superexcellentem virtutem, & flagrantissimam charitatem. Vix Alexandria Elianus apparuit, cùm oculos in eum sibi notum coniecerunt Hebræi, & quia grauissimè oderunt, quod non solùm ipse ad Christum transierat, sed & fraudes eorum in lucem proferens, redarguensque perfidiam multos alios attrahebat, & magnam Romæ Thalmuditorum librorum vim incendendam curauerat: fictis criminibus exitium ei sunt machienati: auctor consilij fuit Ioannis Baptistæ mater anus Hebræa, quæ instigare nunquam Iudæos destitit quoad constituere omnino Ioanni Baptistæ vel Christum, vel vitam eripere. Eum raptum per vim sistunt Iudici, proferunt tabulas, quibus appareret trecentos sibi, ad vigintiquinque ab eo aureos deberi, cum ne soluat Iudæus cùm sit, simulare se Christianum: id facile esse constitutum si nudetur. Hinc illi certa mors impendebat cùm Turcis ratum sit oportere ad ipsorum transire legem quisque à sua decisceat, cremari si recuset. Mercatores Catholici contra niti negare Iudæum, nolle Sacerdotem suam per contumeliam nudari, conferre in manum Iudici largè munera vt faciat. Interea Ioannes ad fundendum pro Christo sanguinem se lætus comparabat. Dum vtrinque res acriter vrgetur, nec apparet, aut impendiis modum, aut periculis fore clam specie mercatoris Ioannes educitur, & naui impositus properè in Italiam remittitur. Verùm illico grauissima maris procella exceptus, fracto ad Cypri latera nauigio, multis vectoribus, nautisque demersis, ipse semianimis, cruentusque vulneribus solus tectus indusio ita enatauit, vt cùm apprehenderet tellurem nequiret, prorsusque desperans, clementia Dei sese permitteret, vndis erectum accurrens, homo nunquam ab eo ante, nec postea conspectus arripuerit, tenueritque. Eo toto in discrimine ita sui compos fuit Elianus, ita memor instituti sui, vt copiosam fecerit messem animarum. Demum recreatus, instauratusque ab Archiepiscopi Nicosiensis Vicario Romam repetiit incolumis, vbi Hebream deinceps, Arabicamque linguam publicè explicuit. Iterum verò, iterumque in Ægyptum ad Maronitas in Syria, aliosque Orientales populos ab eodem Pio IV. & Gregorio XIII. Summis Pontificibus missus est, nunc cum P. Thoma Razzio, iterum cum P. Joanne Bruno, demum cum P. Francisco Gasso, vbi sæpè in vita discrimen adductus est: atque interdum cùm sibi intendi mortem cognouisset, furori cedere, & in loca se tutiora recipere coactus est. Ad extremum multis perfunctis laboribus, Romæ cessit è vita die 3. Martij anno salutis 1589. vir omnino pietate despicientia sui, & in proximos charitate insignis, multarum repertor artium, quibus peccantes arcerentur illecebra, seu pauperes inopia sublenarentur. Sic prorsus vt cùm in eosdem dies incidisset mors Cardinalis Farnesij vulgo diceretur duo fulcra pauperatis concidisse. Scripsit Italicè doctrinam Christianam cum iconibus mysteriorum Fidei, quæ in varias linguas translata est. Cathechismum lingua Hebræa, Arabica, Maronitica, quo Orientalium errores refutantur. Concilium Tridentinum transtulit Arabicè. Octoginta Canones Concilij Nisseni, primi ex Arabico Codice, quem Alexandria Romam protulit, in Latinum conuertit, vnde eos retulit Alphonsus noster. Hactenus P. Ribadenera.

Alexander de Franciscis, vulgò Hebrainus nuncupatus, cùm esset in Hebraismo natus & altus, ad Fidem tamen conuersus, non solùm Christianam pietatem sinceris fuit amplexatus affectibus, sed sanctissimam Dominicam familiam ingressus ibi euasit homo charitate insignis, & Prædicator egregius: ob quæ, & alias tanti viri præclaras virtutes, & merita à sanctæ mem. Clemente VIII. ad Episcopatum Foroliuiensem meritò assumptus fuit, cuius Pontificis Confessionem non semel excipit; refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi pars. 1. titul. 2. gloss. 17. num. 9.* Et in quodam libello consultiuo, quod Regi Catholico obtulit Eminentissimus D.D. Ferdinandus Niño de Gueuara, S. R. E. Cardinalis, de eo mentionem facit his verbis. *Y eon el Obispo de Forli Frayle Dominico se confesso el Papa algunos años, seindo assi que fue Iudio de señal y se baptizo de mas de treinta años*, &c.

In Hispania faciunt & alij Prælati litteris, & omnigena virtute insignes, qui ab Hebræis genus suum ducebant. Inter quos primum locum obtinet vir Dei Iulianus Pomerius Archiepiscopus Toletanus, cuius meminit Roderic. Archiepiscopus etiam Toletanus *in historia Regum Hispaniæ cap. 40.* ita rem commemorans. *Hoc tempore tria Concilia in Toletana Vrbe sunt celebrata sub Iuliano Primate. Hic Iulianus Archiepiscopus dictus Pomerius ex genere Hebræorum, vt flores rosarum inter vepres spinarum productus, omnibus Mundi partibus in doctrina Christi manet præclarus. Non enim perfidia maiorum suorum, qui Fidem Catholicam pertinaciter recipere noluerunt, sed fidelis Abraha, qui credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, vestigia sequutus rebellium, & incredulorum Iudæorum pertinaciam abhorrens, vt verus Israelita, in quo dolus non est, Christianæ veritatis cultor, & prædicator fuit, & inter multos claros Pontifices, qui Toleti fuerũt, vnus hic de clarioribus fulsit. Depingitur quoque in margine Iulianus Pomerius Archipontifex, quia famosus vita & scientia fuit. Non tamen ponitur in aureola, quia non legimus eum in catalogo Sanctorum collocatum, licèt sanctus communiter reputetur*, &c. De eodem Doctor Montaluus *citato loco fol. 186. col. 2. in fine. Item in chron cap. per Rodericum Archiepiscopum Toletanum cõposita legitur quod Iulianus Pomerius de genere Hebræorum tantũ fuit in doctrina Fidei præclarus, quod sua virtute & prudentia fuit in Archiepiscopum decoratus, & in Fidei fauorẽ librum composuit trinæ substantiæ. Legitur etiam de aliis quamplurimis Prælatis religiosis fidelibus Christianis, qui retro temporibus, & nostris fuerunt, & sunt nationis illius boni fideles, virtuosi diuersorum statuum suis moribus approbati. Nõ ergo Fideles noniter ad Fidem conuersi sunt dedignandi, sed suffragãtibus meritis ad bonos mores vita eos perduxit. Hi enim sunt, qui venerunt de magna tribulatione, & lauauerunt stolas suas, & lauauerunt eas in sanguine agni*, &c. De eo etiam mentionem

mentionem facit P. Ioan. de Mariana *in sua historia Hispaniæ tom. 1. lib. 6. c. 18.*

140 Alter huius nationis Prælatus fuit Don Paulus de Carthagena, de quo insignem memoriam agit idem P. Mariana *in d. historia tom. 2. lib. 19. cap. 8.* ibi, *Henrico Villena ætate, eruditioneque æqualis Paulus Carthagena fuit cognomento Burgensis à patria vnde ortum habuit, & vbi Episcopum egit, professione antea Iudæus, copiis, nobilitate, doctrinæ laude in ea gente facilè princeps. Is diui Thomæ Aquinatus scripta de Theologia peruolutando facilè intellexit quantum Christiana religio Iudaicæ superstitioni præstaret, noster effectus, religionis, quam susceperit, placita litteris illustrauit, librosque edidit in suo genere mirandos. Erat enim ingenio facili, copioso, perspicaci, & diuinarum litterarum cognitione præstabat. Treuigni Archidiaconus primum, deinde Carthaginensis Præsul, postremò Burgensis creatus, id probitatis, eruditionisque præmium, fuit addita consequentibus annis scriniy Regij præfectura. Tres filios ex vnis nuptiis reliquit, priusquam noster esset susceptor, Alphonsum ex Decano Segobiensi in defuncti patris locum subrogatus Burgensis Episcopus, cuius extat de Hispaniæ Regibus opus non inelegans, cui Anacephaleosi nomen fecit; Gonsalum virtutum merito Placentinum Episcopum, Aluarum Garciam familiæ propagatorem sanguine vti erant eius tempestatis mores cum nobilibus Hispaniæ familiis confuso; cuius extant commentaria de rebus à Ioanne II. Castellæ Rege gestis non ineleganter conscripta.*

De Don Gonzalo de Carthagena prædicti Don Petri de Carthagena filio, qui fuit Episcopus Placentinus, & de Don Alphonso de Carthagena Episcopo Burgensi, ab eodem Don Petro procreato meminit Ferdinandus Perez de Guzman *in chronica Regis Ioannis II. cap. 243. anno 34. fol. mihi 135.* ita dicens. *Fue embiado por Embaxador Don Gonçalo de Cartagena Obispo de Placencia hijo assi mismo de Don Pablo Obispo de Burgos, y alli hubo gran debate entre los Embaxadores de Castilla y Inglaterra como muchos tiempos à que se auia: y por vna disputacion que ai hizo el Obispo Don Alonso de Burgos, fue sentenciado deuia ser preferida la silla Real de Castilla a la silla Real de Inglaterra, el qual fue muy señalado seruicio al Rey, y a la Corona destos Reynos: sobre lo qual el dicho Obispo de Burgos hizo vna obra muy solene que se llama el tratado de las sessiones. Fue este Don Alonso tan gran letrado y tan señalado que estando el Papa Eugenio en publico consistorio con todos los Cardenales, como le fue dicho que el Obispo Don Alonso de Burgos auia de ir a le hacer reuerencia, el respondo. Por cierto si el Obispo Don Alonso de Burgos en nuestra Corte viene con gran verguença nos assentaremos en la silla de san Pedro,* &c. De huius Don Alphonsi singularibus virtutibus, Ferdinandus del Pulgar Catholicorum Regum Chronista in libro, quem inscripsit *los claros Varones de España titul. 22.* latè agit, & inter alia refert quod fuit vnus ex electis ad Concilium Basileæ, & quod à Rege Ioanne Castellæ fuit missus Legatus ad Regem Portugaliæ.

141 De Don Francisco Episcopo Caurien. qui ad istum Episcopatum ex Decano sanctæ Ecclesiæ Toletanæ assumptus fuerat, sermonem intexuit idem Ferdinandus del Pulgar *in dicto libro titul. 23.* eius autem verba sunt quæ sequuntur. *Don Francisco Obispo de Coria fue hombre pequeño de Cuerpo, y hermoso de gesto, la cabeça tenia grande. Era natural de la Ciudad de Toledo, sus aguelos fueren de linage de Indios conuertidos a la Fè Catholica. Desde su menor edad fue honesto, y tuuo inclinacion a la sciencia. Huuo noticia de su abilidad la Reyna doña Maria de Aragon hermana Del Rey Don Ioan, y por que le placia mucho ver Castellanos dados a la virtud, le tomo para su capilla, y despues le embio a estudiar a Paris, donde obtuuo el grado de Magisterio, supleandole los Rectores de aquel estudio por su gran ciencia y integridad de vida el defecto de la edad. Fue muy gran Predicador, y tenia singular gracia en sermonear y tambien en lengua Latina, como en la suya misma materna. Era obseruantissimo en la Orden clerical que tuuo. Sustento muchas vezes conclusiones de Theologia en Paris, en Corte Romana, donde alcanço honra y fama de gran Theologo. Era de vida honestissima, y no fue visto en ninguna de sus edades iugar ni Iurar. Era hombre justo no por temor de la pena mas por amor de la justicia. El Cardenal N........ en Roma, visto por experiencia lo que deste claro Varon se dezia por fama, le hizo su Confessor, y al tiempo de su fin le establecio albacea de su anima. Muerto aquel Cardenal el Papa Pio le recibio por su familiar y le proueyo del Deanazgo de Toledo y de otros beneficios. Embiole diuersas vezes por Embaxador al Rey Don Luis de Francia, y al Rey Don Alonso de Aragon. Fue vno de los Theologos escogidos que el Papa embio dos vezes a reducir a los Boemios herejes, donde trabajo mucho el espiritu y la persona en aumentacion de la Fè Catholica. El Rey Don Enrique quarto le dio cargo de la embaxada y procuracion suya y de sus Reynos en Corte Romana, y el Papa Sixto le hizo su Datario, que es oficio de gran confiança, y le proueyo del Obispado de Coria, y le embio a Genoua por su Legado deseando pacificar aquella prouincia de las diuersiones y escandalos que en ella se auian leuantado, aparejados a la destrucion de la tierra, y todo lo compuso y pacifico. Puestas en paz las cosas de aquella prouincia y buelto a la Ciudad de Roma estando para ser creado Cardenal en edad de 55. años falecio sus dias, y torno a la tierra tan virgen como salio della. Fue amado de los buenos, y aborrecido de algunos malos, de cuyos mordimientos huuo molestias que sufrio y vencio con verdadera paciencia. Ciertam ente quien considerare la vida deste claro Varon, hallara ser exemplo y dotrina para todo hombre que quisiere bien viuir, y que la fortuna no le fue fauorable para alcançar la honra y estimacion grande que huuo, mas la perseuerancia que tuuo en la vida virtuosa le abrio la puerta para entrar en grandes lugares.*

De alio Prælato litteratissimo meminit idem Ferdinandus del Pulgar *citato loco cap. 17.* qui talem 142
de eo nobis intelligentiam reddit, his verbis. *Don N. Cardenal de santo Sixto fue natural de la Ciudad de Burgos, sus aguelos fueron de linage de Indios conuertidos a nuestra santa Fè Catolica, aprendio Theologia siendo moço, offreciose a la Religion, y como crecia en dias assi crecia en virtudes, honestidad y limpieza de su vida, fue elegido por prior de san Pablo de Valladolid, y despues lo fue de san Pedro Martyr. de la Ciudad de Toledo. Leuantose contra el tal emulacion de persona de su Orden que le forço ir a Roma; quando fue quitada la schisma que huuo en la Iglesia entre el Papa Eugenio y el que se llamo Felix, y llego a tiempo que se hauia de hacer Congregacion de letrados en Roma, y determinar algunas dudas que de la schisma passada auian resultado, y conocida la fama que este Religioso tenia de gran Theologo, le embio a mandar el Rey*

Don Ioan que se juntasse con sus embaxadores, y lo hizo y como en aquella Congregacion se esmerasse sobre todos los otros, el Papa le hizo mucha honra, y a suplicacion Del Rey Don Ioan le crio Cardenal: y quando acaecia alguna duda o question de Theologia de qualquiera parte de la Christiandad todos se referian a la determinacion deste Cardenal. Era hombre apartado, estudioso, manso y charitatiuo, y en su buena y honesta vida mostro tener gracia singular, con la qual gano honra para sy, y dio exemplo a otros para vzar de virtud. Hizo vna glossa del Psalterio deuotissima, y otros tratados y declaraciones de la sacra Escritura prouechozos y dotrinables. Fundo en Roma a sus expensas el monasterio de la Minerua, reedificó ansi mismo todo el monasterio de san Pablo de Valladolid y tornolo en obseruancia, y hizo otros labores y reparos en monasterios y casas de Oracion.

143 Obiiciant scrupulosiùs procedentes, vel curiosiùs quàm decet materiam particulari respectū tractantes, auctoritatem Christi Domini apud Lucam *c.22. Sanguis eius super nos, & super filios nostros*, ex qua videtur hanc Gentem primæuam suam nobilitatem amisisse, & subiectam fieri velle omnibus pœnis, quas hodie meritò patiuntur. Quia multipliciter respondetur.

Et primò locum illum aliter esse interpretandum, nam verba illa, *sanguis eius*, hoc est pœna & supplicium propter eam obeundum, *super nos & super filios nostros*, intelligenda de illis descendentibus, qui in affectu maiores suos imitati, eorumque vestigia perfidè sequuti fuerint; & ideo Ioseph ab Arimathia semper suam natiuam nobilitatem conseruauit, nobilem enim decurionem illum appellat S. Marcus Euangelista *c.15. vers.28.* & S. Lucas *c.23. vers.30.* ex ea, quam ibi præstat, ratione, *quia non cōsenserat actibus eorum*. In quem sensum adducenda est alia Christi Domini sententia *Matthæi cap.21. Malos malè perdet, & vineam suam aliis agricolis dabit*. Nam aliàs deficere viderentur plures auctoritates supra adductæ, à Christo Domino diuino ore promulgatæ, à sanctis Apostolis prolatæ, à Summis Pontificibus statutæ, & à sacris Conciliis generalibus, approbatæ ad admissionem vtriusque Populi ad spiritualia & temporalia bona simul obtinenda, & ad vnionem conseruandam in illis adquirendis.

144 Secundò respondetur probabile esse quod aliqui probāt Auctores, & sequitur doctissimus Arias Montanus super verba illa *Psalm. 20. Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum*, quòd scilicet Iudæi omnes, qui Domini nostri Iesu Christi morti consenserunt, aut in ea culpabiles reperti fuerūt, miserè cum suis descendentibus & familiis nullo excepto interierunt in obsidione Hierosolymitana tempore Titi & Vespasiani succedente: quia si Datan cum filiis suis periit, quia rebellauit se contra Moysen & Aaron *Num.c.16.* & omnes à Caino descendentes in generali diluuio, teste Glossa ordina-

145 ria, periere quia certum est Noë, eiusque vxorem, filios, & nurū à Seth descēdisse: tum si Dauidis persecutores vna cum suis descendentibus extincti fuerūt *Ps.20. & 108.* nil mirum si idē successisse dicamus in perfidis Saluatoris homicidis, & confirmant Euseb. *l.3. histor. c.5.* & Card. Cæs. Baron. *annal. Eccles.*

146 *tom.1. anno Christi 68. n.10. §.48.* affirmantes in dicta obsidione Hierosolymitana nullum Christianum intra ciuitatem remansisse, sed omnes ad Pellam confugisse, admonitos à Christo Domino.

147 Tertiò respondetur quòd licèt præsupponatur Iudæos in morte Saluatoris nostri concurrentes, & culpabiles repertos in Hierosolymitana obsidione minimè periisse, sed eos mansisse per diuersas Mundi partes dispersos, & in Hispania eorum descēdentes permāsisse, & hodie permanere, adhuc excludendi non erant, nam illos alloquens Apostolorum Princeps Petrus, excusatos illos habere intēdit propter ignorantiam, Act.3. *vers.17. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri.* Et S. Paulus Gentium Doctor 1. *ad Corinth. c.2. vers.* 8. eiusdem ignorantiæ protextu eos excusat, dicens: *Si enim cognouissent, nunquā Dominum gloriæ crucifixissent*, animū excusatione illis dans ne se de venia obtinenda desperent; & ideo S. Petr. *Act. c.2. vers.39.* Fideles Hebræos alloquens sic eis animum addit, & consolatur. *Vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus, qui longè sunt quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster.* Et in sequenti *cap. vers.26.* illis dicit, *Vobis primum Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis.*

Quartò respondetur infideles Iudæos esse diuerso 148 modo considerandos, quosdam qui Domini Saluatoris nostri morti non consenserunt, sed verè credētes miseratione commoti, sequebātur illum flentes, vt patet *Lucæ c.22* ibi, *Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum*, alios verò ad mortem concurrentes, illico pœnitentiam pro tanto scelere suscepere, vt cōstat *Lucæ 23. vers.48. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur.* Et ex actis Apostolorum similiter constat quatuor & quinque millia ad Fidē conuersos, baptizatos fuisse. Inde dictus Modernus concludit. *Assi que lauadas las culpas con el Sacramento de la regeneracion, y oluidadas con la perseuerancia en la Fè, se ha purificada la maucha de la infidelidad, y todas las calidades reuiuen, renueuan, y restauran su valor, y entonces la sangre de los desta Nacion sin mescla de vicios, ni corrupcion de pecados, es tan fiel a Dios, y a los hombres que sin ningun riesgo ni peligro de mal lograr los empleos sino de mejorarlos con conocidos frutos y felices aumentos, se pueda con toda seguridad hacer della las confianças mayores. De otra manera seria ingratitud horrible, y agena de toda razon la que vzan los conuertidos de la gentilidad con los Conuersos del Iudaismo, no reconociendo las obligaciones que aquellos tienen a estos por auer plantado la Fè y enseñadola a la Gentilidad, sacandola de la seguedad y errores de sus idolatrias, y dando la luz y conocimiento del verdadero Dios, derramādo su sangre y perdiendo sus vidas por ganar y saluar las deste Pueblo, introduziendo los en la Iglesia indistintamente con los del Iudaismo a la communion de los bienes espirituales, y a la participacion de los honores y officios temporales dellos, de que estuuo en su primitiuo tan reconocida, que testifica el Cardenal Baronio en diuersos lugares del primero tomo de sus Anales, y en special anno Christi 98. §. 4. que porque los Gentiles reconocian a los desta Nacion por sus Maestros de la Fè llamaban a todos los Christianos indistintamente Iudios son sus palabras:* tū quòd è Iudæis Christiani descēderēt, tum etiam quòd sicut illi idola omnia execrantes, ab illis æquè impij dicerentur; cæterum frequenter Iudaico nomine Christianam Religionem Gentiles esse solitus consignare multis aliis in locis ante demonstrauimus, &c. Et ibidem referens auctoritatē Dionis agentis de martyrio Flauij Clementis, & Domicillæ eius vxoris, & dicentis cuius rei causa multi, qui in mores Iudæorum transierant, damnati sunt, concludit, *haud dubium de Christianis intelligens, ludibrij enim causa in mores Iudæorum transire dicebantur*, &c.

149 Denique respondetur nequaquam filios propter delictum patris honores amittere, aut puniri debere, quia peccata parentum non nocent filiis nisi eos imitentur, iuxta sententiam Regis Theodorici apud Cassiodor. *lib. 2. epist. 11. Omne facinus auctores solos insequitur, & nouo infelicitatis euentu fit dedecus proprium scelus alienum*; & aliam non minus celebrem Bionis, cuius meminit Plutarch. *in libro de sera numinis vindicta*, & in notis ad eundem Fabrius Turretus, & Guillelmus Fornerius. *Puniri filium ob scelus patris tam ridiculum existimandum est, quàm si ob parentis, aut aui morbum velit imperitus medicus nepoti medicamentum adhibere.* Idem sentire visus est Marcus Tullius *epist. 19. ad Brutum*, & meliùs *lib. 3. de natura Deorum, circa fin.* à quo videtur desumere Patrit. *de Regno, & Regis instit. Quocirca, qui deliquerunt, mulctandi sunt, parcendum est tamen eorum posteris, idcirco videndum erit ne facinus vnius multos perdat, néve pœnas luant nati natorum, & qui nascentur ab illis*, vt ait Ennius. Facit text. *in l. diui fratres 17. ff. de iurepatron*, ibi, *magis visum est nepotem neque verbis, neque sententia legis, aut edicti Prætoris ex persona, vel nota patris sui excludi à bonis auiti liberti*, &c. Et rationem præstat *gloss. marginalis, verb. patris, quia iniquum est, vt vnus puniatur pro alio, non enim debet vltra progredi pœna, quàm reperiatur delictum*. Et contra Proculi sententiam id ipsum censuit Iurecconsultus Vlpianus, Iuliani dictum sequens *in §. item dicta l. diui fratres. Et Proculus quidem in hac fuit opinione notam adspersam patroni filio liberis eius nocere, Iulianus autem negauit; sed idem quod Iulianus erit dicendum. l. Paulus respondit §. fin. ff. de bonis libert. l. si abrogator, de adopt. l. iura sanguinis, ff. de regul. iuris, lib. 3. titul. 21. part. 2*, Paul. de Castro *in l. adoptionem. §. patronum num. 3. ff. de in ius vocando*, Bart. *in l. si constante numer. 69. ff. soluto matrim.* Tiber. Decian. *cons. 66. per tot. maximè num. 87. lib. 3.* Tiraq. *de nobilit. cap. 35. num. 4. & 5.* Otalora *eod. tract. 2. p. 3. princ. c. 9. n. 7. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 733.* quos refert, & sequitur Valenzuel. *cons. 90. tom. 1.* vbi *num. 114* ita ait. *Et hoc planiùs procedit in eo, quod filius non recipit ab eius patre, vt est nobilitas, aut sanguinis puritas Maiorum suorum*, &c. Anton. de Corduba *d. q. 54. pag. 442. vers. quod ergo, cum seq.* vbi latissimè contrariis respondet, vt in iure libertorum probant text. *in l. iura libertorum, ff. de iurepatron.* ibi, *Iura libertorum patronorum liberis, cùm pater eorum perduellionis esset damnatus, diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt*, &c. *l. eorum ff. ad leg. Iul. Maiest.* ibi, *Eorum, qui maiestatis crimine damnati sunt libertorū bona liberis dānatorū conseruari diuus Seuerus rescripsit*, Bald. *in l. 1. C. de bonis libert.* vbi Castro *n. 4. dicens* id procedere etiā in crimine læsæ maiestatis in primo capite. Dec. *in tract. crimin. l. 7. tit. 41. n. 29.* vbi respondet ad text. *in l. eum qui ff. de interd. & releg.* Molin. *de primog. l. 4. c. 11. n. 38.* Et in bonis, quæ pater grauatus fuit per fideicōmissum restituere posteris, Prob. ad Ioā. Monac. *in c. cum secundū n. 3. vers. pœna, de heret. in 6.* Simanch. *de Cathol. instit. cap. 9. n. 94.* Et in emphyteusi acquisita sibi, filiis, & descendentibus, Ruin. *cons. 149. n. 12. & seq. lib. 1.* Crauet. *cons. 859. n. 14.* Corbul. *de iure emphyt. tit. de causa priuation. ob mortem ciuilem n. 26.* per doctrinam Henric. Boich. *in cap. vergentis in 2. col. post med. vers. cum illis verò*, ibi, *In illis verò quæ sunt ventura ad filios aliter quàm ex successione, aut persona patris, vt puta, quia sunt concessa patri & suis filiis, vel ea emit, vel alias acquisiuit, vel pater nomine suo, & filiorum suorum, quo casu videtur acquirere secundùm ordinem primò sibi, secundò filiis, & credo quòd talia non confiscantur, sed quòd debent ad filios peruenire*, &c. Et quicquid sit suspicio, si qua forte sit in hac gēte, purgatur temporis decursu, hoc autem de iure restrictum est ad primū & secūdum gradum per lineam paternam, per maternam verò ad primum dumtaxat, vt suprà diximus *concl. 2. vers. videamus.* Sed hæc computatio ad nihil hodie valet, cùm iam nullus ex conuersis, & descendentibus ab eis sit intra illos gradus, sed omnes ferè septimum excedunt à primo conuerso computandum, & tanto magis suspicio purgata censetur. Et ideo concludo ex dictis prædictum N. aliàs benemeritum, & idoneum, non debere excludi propter suum genus; & si aliter fiat, non euitabitur peccati mort. incursus, tum ob denegatum debitum suis laboribus & seruitiis præmiū, tum etiā ob notoriam illatā ei iniuriam sine iure, nam licèt officiorum distributio pertineat ad Principem, iure tamen naturæ ea maximè idoneis & Reip. vtilibus conferre tenetur, Less. *de iustit. lib. 2. c. 32. n. 7.* Summum in Regibus bonum est iustitiam colere; & sua cuique iura seruare, vt ait S. Greg. *lib. 7. epist. 20.* Sub censura, &c.

Seguntina Matrimonij.

Ex quibus verbis Matrimonium per verba de præsenti contractum censeatur? & ex quibus contracta dicantur sponsalia de futuro?

VOTVM XCIV.

1 *Facti contigentia.*
2 *D. Didacus Osorio laudatur.*
3 Cap. si inter virum, de sponsal. *refertur.*
4 *Verba* promitto quod nunquam accipiam aliam in vxorem nisi te, *non inducunt matrimonium contractum de præsenti, secundum Alexandr.*
5 *Veba*, prometo de ser tuo marito, *non important matrimonium de præsenti, ex Ferreto.*
6 *Verba quando sonant in futurum, significant sponsalia.*
7 *Sponsalia de futuro per verba*, iuro vel promitto quod tenebo, aut habebo te in vxorem.
8 *Verba non exprimentia consensum de præsenti non inducunt matrimonium, sed sponsalia contracta.*
9 *Verba, volo contrahere tecum matrimonium, inducunt contractum sponsalitium de futuro.*
10 *Sponsalia erunt si verbum*, volo, *adiungatur infinitiuo indicanti initium actus, eiusque suspensionem.*
11 *Verba*, volo accipere te in sponsam & vxorem, *indicant censeri contracta sponsalia.*

12 *Verba*

12 *Verba debent significare consensum de praesenti vt Matrimonium inducant.*

13 *Matrimonij vinculum ex eius firmitate & indissolubilitate proueniens fortius ligat quam iuramentum.*

14 *Confessio oris praesumptionem facit eorum, quae sunt in corde.*

15 *Matrimonium contrahendum per verba de praesenti praecedentibus monitionibus.*

16 *Obligatio incontinenti contrahitur in materia obligationum si non destinatur dies in contractu.*

17 *Verba*, promitto quod non habebo aliam in vxorem nisi te, *indicant matrimonium contractum.*

18 *Verba*, promitto me nō accipere aliam in vxorem, *iuncta responsione mulieris consentientis, important Matrimonium de praesenti.*

19 *Verba, promitto aliam non ducere, iuncta responsione mulieris consentientis, promissionem affirmatiuam inducunt.*

20 *Verba*, habebo te in vxorem, *licet non addatur particula ex nunc, secundum opinionem Basilij, verum efficiunt matrimonium.*

21 *Verba quando sunt dubia ad significandum an matrimonium, vel sponsalia fuerint contracta, ad coniecturas recurrendum.*

22 *Sponsalia si praecesserunt quod postea fuit contractum, dicitur Matrimonium.*

23 *Tractatio tunc temporis de matrimonio contrahendo est sufficiens coniectura animi contrahendi matrimonium.*

24 *Tractatus sponsae tanquam vxoris, traductio ad domum, & copula carnalis arguunt matrimonium fuisse contractum per verba de praesenti.*

25 *Determinare idem est quod certo exprimere, & definire.*

26 *Verba*, Volumus contrahere matrimonium, *demonstrant matrimonium, non sponsalia celebrandum.*

27 *Verba formalia Matrimonij nulla sunt, sed sufficit quoquo modo vt consensus exprimatur.*

28 *Verba*, Volo accipere in vxorem, *quando proferuntur deliberatè, vt in apparatu matrimonij, vel ad interrogationem alterius partis, inducunt perfectum matrimonium.*

29 *Contrahentes debent interrogari de mutuo consensu.*

30 *Matrimonium potius quam sponsalia in dubio praesumere debemus.*

31 *Sententia in dubio proferenda in matrimonij fauorem.*

32 *Iudicandum est in vtroque foro iuxta communem verborum intelligentiam si de intentione contrahentium constare nequit, & res dubia sit.*

33 *Opinio singularis alicuius Doctoris celebris Matrimonium sustinentis, praeferri debet opinioni plurium impugnantium.*

IOannes de Peregrina & Lorençana, & Catharina de Turbica & Lara Seguntinae Dioecesis coram Vicario Generali comparuerunt die 26. Septembris 1641. & dixerunt se adinuicem de contrahendo matrimonio fidem dedisse, & eam obseruare paratos esse; proindeque dictus Ioannes dixit se fore suum sponsum & maritum, ac aliam non esse ducturum: & dicta Catharina acceptando protulit eadem verba respectiuè dicendo se fore suam sponsam & vxorem, ac alium non esse ducturam, iurantes adinuicem id obseruaturos, nec vnquam reclamaturos, supplicantes insimul dictum Vicarium vt eos ad praedictū, contractum seruandum compellat, quem ex nunc celebrare affirmant siue praemisso, siue alio meliori modo & forma quo possunt, & de iure efficere valent, praesentibus ad hoc tribus testibus, & Notario. 1

Dubitatum fuit an remaneret contractum matrimonium per verba de praesenti, an verò dicantur contracta sponsalia de futuro? Causa coram dicto Vicario generali Seguntino introducta praetendente dicto Ioanne per illa verba fuisse sponsalia de futuro contracta, Catharina verò dicente Matrimonium de praesenti fuisse contractum, deuentum fuit ad sententiam ipsius Vicarij, qua declarauit matrimonium fuisse contractum, & sub certis poenis iussit eos vt maritum & vxorem cohabitare. A qua sententia fuit pro parte dicti Ioannis appellatum, & causa ab Eminentissimo & Reuerendissimo D. meo Cardinale Panzirolo in Hispaniarum Regis Nuntio Apost. commissa D. Didaco Osorio Protonotario ac Coniudici nostro Apost. pro causis commissariis in Nunciatura Hispaniae specialiter deputato, nunc simul supremi Consilij sanctae Inquisitionis Matriti Relatori, meritissimo, viro sanè doctissimo, & integerrimo, ac qui de se grauia in dies pollicetur, ipse pro vtraque parte omnibus ponderatis fundamentis, & auditis Aduocatis acerrimè informantibus iudicauit sententiam Ordinarij esse confirmandam; & vt veritas clariùs elucescat in suo voto sub die 8. Augusti 1644. edito vtriusque partis fundamentum protulit in medium, & sequendo partem, quae Matrimonio fauet, contrariis eodem ordine quo adducta fuerunt, respondet, prout sequitur. 2

Pars quae tenet per dicta verba solùm sponsalia de futuro censeri contracta, videtur probari *in cap. si inter virum, de sponsalib.* ibi, *Si inter virum, & mulierem legitimus consensus interueniat de praesenti, ita quòd vnus alterum mutuo consensu verbis consuetis expresso recipiat, vtroque dicente: Ego te in meam accipio, & ego te accipio in meum, vel alia verba consensum exprimentia de praesenti, siue sit iuramentum interpositum, siue non, non licet alteri ad alia vota transire, quòd si fecerit, secundum Matrimonium de facto contractum (etiamsi sit carnalis copula subsequuta) separari debet, & primum in sua firmitate permanere. Verùm si inter ipsos accessit tantummodo promissio de futuro, vtroque dicente alteri: Ego te recipiam in meam, & ego te in meum, siue verba similia, si alius mulierem illam per verba de praesenti desponsauerit, etiamsi inter ipsam, & primum iuramentum interuenerit (sicut diximus de futuro)* 3

huiusmodi dispensationis intuitu secundum Matrimonium non poterit separari, sed eis est de violatione fidei pœnitentia iniungenda. Ex quo textu Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 19. num. 25.* colligit verba illa, *Non aliam ducam nisi te*, non posse inducere matrimonium de præsenti. Et hanc partem videntur tenere qui sequuntur.

4 Alex. *cons. 152. num. 3. lib. 5.* ibi, *Quia dico quòd per hæc verba, promitto quòd nunquam accipiam aliam in vxorem nisi te, non inducitur contractus matrimonij per verba, seu consensum de præsenti, quia illa dictio* nisi, *posita post orationem negatiuam ponit, & affirmat in exceptione; & denotatur per dictionem,* nisi, *illud quod in præcedenti oratione fuerat negatum, l. actione, & ibi notatur C. de transact. & in reg. peccatum lib. 6. sed præcedentia verba non negant, nisi de futuro, ergo dictio exceptiua* nisi *non ponitur pro præsenti*; idem dicit *Rot. decis. 121. num. 10. p. 1. diuers.*

5 Ferret. *cons. 181. num. 8.* ibi, *Ex quibus infero quòd verbum illud,* prometo de ser tuo marito, *non important matrimonium de præsenti, cùm non præcesserint verba inter ipsos importantia matrimonium, d. cap. pen.* &c. Et paulo inferius. *Quòd si contrahentes vtuntur verbo præteriti imperfecti subjunctiui, vel infinitiui, contractus non dicitur perfectus, sed rem imperfectam significat, & mentem, & desiderium contrahendi, cui contractui datum fuit initium.*

6 Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 3 num. 4.* ibi, *Quartus casus est quando verba sonant in futurum, & significant executionem actus consummati, atque perfecti, sed tamen præcedunt verba significantia sponsalia, vt si vir dicit, Promitto quòd ducam te in vxorem, & tenebo te pro legitima vxore, hoc casu censentur contracta sponsalia tantummodo. Ita tradunt Abb. in cap. ex parte n. 7. verbo, hæc procedunt, & ibidem Butr. num. 10. in vers. secum, in verbo te ducam.*

7 Gutier. *de Matrim. cap. 3. num. 11.* ibi, *Tertia conclusio communis Canonistarum est quòd per hæc verba iuro, vel promitto quòd tenebo, aut habebo te in vxorē, celebratur Matrimonium; sed contraria imò quod tantum celebrentur sponsalia de futuro, est verior, probabilior, & tenenda, prout eam tenuerunt antiqui Canonistæ, & est communis sententia Theologorum, vt latissimè examinanimus d. lib. 1. cap. 21. Canonic.*

8 Basil. Pont. *de Matrim. lib. 2. c 9. num. 2.* ibi, *Prima ergo sententia docet illis non confici matrimonium, sed sponsalia, quorum fundamentum hoc est, quia illa verba non exprimunt consensum de præsenti, eodem enim modo vera essent, si de futuro intelligerentur, habebo te in vxorem, vera enim erunt, quamuis modo te non habeam,* & ita hanc sententiam tenet Cou. *2. p. cap. 4. §. 1. num. 3. & citatis aliis* Thom. Sanch. *lib. 1. disp. 18. num. 18.*

9 Secundò probatur, quia hæc verba: *Volo contrahere tecum matrimonium, te habere, ducere, & accipere in vxorem*, non inducunt Matrimonium, sed tantùm sponsalia, quia verbum *volo*, adjungitur infinitiuo significanti initium actus, Gutier. *d. tract. de Matrimon. cap. 3. num. 9.* ibi, *Verba hæc, volo contrahere tecum Matrimonium, te ducere, te accipere in vxorem, inducunt tantum contractum sponsalitium de futuro,* Ioan. Andr. & Abb. *in cap. ex litteris, de sponsal.* Idem Gutier. *lib.*
10 *1. canon. cap. 21. num. 22.* Sanch. *d. lib. 1. disp. 18. n. 24. & 25.* ibi, *Si verbum, volo, vel placet, adiungitur infinitiuo indicanti initium actus, eiusque suspensionem, erunt sponsalia, vt volo contrahere, ducere, accipere te in vxo-*
11 *rem,* Menoch. *d. lib. 3. præs. 3. num. 6.* ibi, *Sextus casus est quando vir ita dicit, volo accipere te in sponsam, & vxorem, & in te consentire per verba de præsenti, hoc casu respondit Corn. in cons. 91. num. 10. lib. 3. contracta censeri sponsalia tantùm,* Basil. Pont. *de Matrim. lib. 1. c. 9. n. 7. Rota apud Farin. decis. 74. n. 2. p. 2. in posthum, alias p. 4. recent.*

Tertiò, quia verba ab his contrahentibus prolata 12
non sunt significantia consensum de præsenti, prout requirebatur, ad hoc vt inducerent matrimonium, *d. cap. inter virum,* Magist. *senten. in 4. dist. 27. c. 2.* & ibi Theologi Sot. *q. 1. art. 2. concl. 3.* Gutier. *d. lib. 1. Canon. cap. 21. num. 8.*

Quartò, quia cùm in actu celebrationis interue- 13
nerit iuramentum, ex illius appositione potest induci sponsalia, & non Matrimonium fuisse contractum, cùm illud non soluat nec possit cum iuramento celebrari, nam eius vinculum ex firmitate, & indissolubilitate proueniens, fortius ligat, quam iuramentum.

Quintò, quia dicta Catharina semper existimauit, 14
& pro certo habuit per illa verba solùm contrahere sponsalia de futuro, vt constat ex mandato procuratorio ad reuocandum dictum contractum, & promissionem contrahendi factam vt suprà, & ex propria confessione facta in libello eius nomine per procuratorem Vicario generali porrecto, in quo idem testatur: quæ oris confessio præsumptionem facit eorum, quæ sunt in corde. Aristot. *lib. 1. de interpell. cap. 1.* ibi, *Ea igitur quæ voce versantur signa sunt effectuum, quæ in animo sunt, & ea quæ scribuntur, notæ sunt eorum, quæ in voce versantur.* Bald. *in cap. mandatum num. 1. de præscript.* Soccin. sen. *cons. 10. num. 2. lib. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 1. num. 38. & 39.*

Sextò, quia idem videtur sentire Vicarius prædi- 15
ctus, dum decreuit vt dicti Ioannes & Catharina præcedentibus monitionibus requisitis à Concilio Tridentino Matrimonium contraherent per verba de præsenti, quæ verum matrimonium efficiant, & ne aliud celebrarent sub censuris & pœnis; ex quo videtur colligi dictum Vicarium pro certo tunc temporis habuisse per illa verba, de quibus suprà, sponsalia tantùm fuisse contracta, cùm iubeat deinde eos Matrimonium per verba de præsenti celebrare, non est enim præsumendum voluisse illos obligare ad iterum contrahendum, si crederet eos iam verè contraxisse.

Verùm his non obstantibus contrariam senten- 16
tia, immo quòd verba de futuro, *habebo te in vxorem,* vel *promitto quòd non habebo aliam in vxorem quàm te,* vel *non accipere aliam in vxorem nisi te* faciant verum Matrimonium de præsenti contractum, verior videtur, quia verba illa, *habebo te in vxorem*, significant executionem, & verum Matrimonium efficiunt, *cap. si quis diuinis 30. q. 5.* tum quia in materia obligationum, si non destinatur dies in contractu, incontinenti obligatio contrahitur. *l. in omnibus. ff. de regul. iuris*; tum denique, quia id ipsum plures sustinent non contemnendi Auctores.

Menoch. *d. lib. 3. præs. 3. num. 8.* ibi, *Octauus casus* 17
est quando vir dicit, promitto quod non habebo aliam in vxorem nisi te, vel quàm te; hoc casu dicitur contractum Matrimonium. Ita post Specul. & Ioan. Andr. docuit Abb. in d. cap. ex parte num. 8. de sponsal. & ibidem Præp. num. 6. testatur communem esse opinionem Alex. cons. 52. num. 4. & in cons. 153. num. 3. lib. 5. Barbat. in cons. 6. col. 4. lib. 1. Siluest. in sum. verb. Matrimonium 10. Vngarel. in addit. ad Angel. in verbo Matrimonium illat. 2. num. 12. Ias. Deci. & Curt. iun. in l. actione. C. de transact. Alciat. d. resp. 3. num. 5. vers. tamen contrarium, & Couar. in epit. de sponsal. 2. p. cap. 4. num.

num. 4. Rot. Roman. 2. p. nouiss. decis. 43.

18 Seraphin. *Rota decis.* 270. ibi, *Cùm ex communi sententia Doctorum verba illa, Promitto me non accipere aliam in vxorem, iuncta responsione mulieris consentientis, importent matrimonium de præsenti, Ioan. Andr. Card. Abb. & Prepos. in cap. ex parte, de sponsal. Ias. in l. actione] num. 4. de transact. & ibidem Deci. & Prepos. Alex. de Neuo cons. 8. n. 4. Ioan. Bapt. Ferret. cons. 79. num. 8. Cou. in epit. cap. 4. §. 1. num. 6. quam opinionem tenuit Rota, vt per Caputaq. decis. 63. lib. 1. & licèt multi per eundem Cou. allegati, & ipsemet teneat contrarium, tamen noluerunt domini recedere à communi sententia, maximè in hoc casu, in quo plura concurrant, vt per informantes; & præsertim tractus per eosdem testes probatus,* &c. Cuius decisionis casus videtur multum similis huic de quo agimus, in eo etiam concurrit responsio Catharinæ acceptantis, vt suprà diximus.

19 Eadem Rota *in Colimbrien. Matrimonij* 14. *Decembris* 1615. apud *Farin. decis.* 772. *num.* 7. *p.* 2. *recent.* ibi, *Nam etiam verba illa, promitto aliam non ducere, iuncta responsione mulieris consentientis, inducunt promissionem affirmatiuam, iuxta communem, de qua Prepos. Alex. de Neuo, Ferret. & alij, quos refert Card. Seraph. d. decis.* 270. *num.* 1. *Menoch. plures congerent præs.* 3. *n.* 8. *lib.* 3. *& hanc Rota approbauit, vt apud Seraph. d. decis.* 270.

20 Basil. Pont. *de Matrim. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 3. post aliorum sententias relatas, pro constanti tenet & sequitur quòd illa verba de futuro, *habebo te in vxorem,* faciunt verum Matrimonium de præsenti, vt patet ibi, *Mihi autem verius semper visum est, eam formam, habebo te in vxorem, vel prouidebo tibi vt vxori, licèt non adsit particula, ex nunc, aut alia similis, verum efficere Matrimonium, Innoc. in d. cap. ex parte, de sponsal. Host. in sum. de sponsal. §. qualiter contractus num.* 13. *Card. in d. cap. ex parte, Abb. ibidem num.* 3. 6. *&* 7. *Turrec. in cap. si quis diuinis* 30. *q.* 5. *Anton. de Butrio in d. cap. ex parte num.* 10. *Petr. Gregor. syntagm. lib.* 9. *cap.* 5. *in princ. Cou. loco citato fatetur esse communem.* Et ratio est quia verbum *habebo* denotat executionem, vt idem Basil. *ibidem num.* 5. ostendit, dicens. *Quod sic ostendo expensa & considerata ratione verbi habendi, vt optimè ibi Abb. num.* 7. *nam habere pro legitima vxore, non denotat initium contractus, siue non est idem atque contrahere, sed denotat executionem matrimonij, haberi enim, & tractari pro legitima vxore non potest nisi quæ iam vxor est*: idem antea dixerat Menoch. *d. lib.* 3. *præs.* 3. *num.* 3. Vndè si ex istorum sententia verba illa, *te habebo in vxorem*, Matrimonium de præsenti contractum efficiunt, quia verbum, *habebo*, denotat executionem, quanto magis executiua sunt verba à contrahentibus prolata in actu celebrandi matrimonij, vt videre est ibi. *Estan determinados à casarte vno con el otro, porque para ello se dieron palabras, y se reconoce de ambas partes obligaciones de executarlas,* &c. & ibi: *y ambos pedieron y suplicaron à su merced les apremie y compela a la execucion y cumplimiento deste contrato, que desde luego hazen y otorgan en la meior forma que de derecho lugar aya.* Quid clarius?

21 Et in omni euentu contrariæ sententiæ assertores & omnes ferè hac de re agentes, eam intelligunt nisi ex coniecturis appareat voluisse contrahentes per ea verba Matrimonium, vel sponsalia inire, veluti si de hoc tunc temporis agebatur. Ita Cou. *d. p.* 2. *de sponsal. cap.* 4. *n.* 3. *cum seqq.* Menoch. *d. lib.* 1. *præs.* 3. *n.* 1. Sanch. *d. lib.* 1. *disp.* 19. *n.* 7. Gutier. *de Matrim. d. c.* 3. *num.* 13. Basil. Pont. *d. lib.* 2. *cap.* 11. Rota *decis.* 121. *n.* 22. *p.* 1. *diuersor.* Coniecturæ autem plures ab eisdem referuntur, quæ nostro casui accommodatæ ostendunt prædictos contrahentes matrimonium per verba de præsenti celebrasse.

Prima, si sponsalia præcesserint, Gutier. *d. cap.* 3. *n.* 11. *vers. tandem, & n.* 13. *vers. intelligendum, & Canon. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 36. *vers. vltimo*, Sanch. *d. disp.* 19. *n.* 7. Seraph. *d. decis.* 170. *n.* 2. Rot. *d. decis.* 121. *n.* 23. Quòd autem in præsenti casu sponsalia præcessissent, fatetur ipse Ioannes de Peregrina. 22

Secunda: si tunc temporis de matrimonio contrahendo agebatur, quia huiusmodi tractatio esset sufficiens coniectura animi contrahendi matrimonium. Ita Palud. Verac. & alij, quos refert Sanch. *d. lib.* 1. *disp.* 19. *n.* 7. ibi, *Vt si de hoc tunc temporis tractabatur, & disp.* 18. *num.* 4. ibi, *Item attendendum est de quo tunc temporis tractabatur; si enim de matrimonio verba dubia, dicendum est constituere matrimonium, & si de sponsalibus sponsalia,* vt colligitur *ex cap. intelligentia, de verbor. signif. &c.* per eadem ferè verba idem tenet Gutier. *d. cap.* 3. *n.* 14. Rot. *d. decis.* 121. *n.* 23. *p.* 1. *diuers.* Quod autem tunc temporis tractabant hæ partes de matrimonio contrahendo, satis ostenditur tum ex confessione dicti Ioannis de Peregrina asserentis se & dictam Catharinam quando comparuerunt in præsentia Vicarij cum duobus testibus iam determinatos fuisse Matrimonium contrahere: tum quia dictus Ioannes petierat à Vicario Generali vt dignaretur dispensare in monitionibus à Concilio Trid. petitis, quæ petitio insinuat contrahentes agere de matrimonio, cùm ad sponsalia celebranda huiusmodi monitiones necessariæ non sint: tum denique, quia Ioannes & Catharina dicta verba in præsentia Vicarij generalis, & testium duorum protulerunt, cùm certum sit illos eorum præsentiam non requisituros si sponsalia tantùm contrahere intentassent. 23

Tertia. Si subsequuta fuit traductio ad domum, ac tractatus sponsæ tanquam vxoris, & copula carnalis; quæ certissimè arguunt matrimonium fuisse contractum per verba de præsenti. Ita Alex. *d. cons.* 151. *sub n.* 4. Menoch. *d. lib.* 3. *præs.* 1. *n.* 6. Gutier. *d. c.* 3. *n.* 10. Basil. Pont. *d. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 9. Rota *d. decis.* 121. *n.* 23. Et licèt hi Doctores non requirant omnium concursum, sed quidam tractatum, alius copulam, alius verò traductionem etiam non solemnem exigant, nihilominus in casu præsenti omnia verificantur, quia dictus Ioannes Catharinam exinde vt vxorem tractauit, ad domum traduxit, & ea nocte illam carnaliter cognouit. 24

Vlteriùs hæc secunda opinio magis certa & inconcussa remanet, si bene considerentur verba, quæ ipsi contrahentes dixerunt cùm Vicarij generalis præsentiam inspexerunt, & coram eo comparuerunt; videlicet, *Estamos determinados a casarnos porque para ello nos hemos dado palabras y reconocemos obligaciones de executarlas*, &c. quæ verba præcisam denotant deliberationem contrahendi matrimonium per verba de præsenti: quia verbum *determinados* significat omnimodum deliberationem, & animi resolutionem, ac voluntatem: determinare enim idem est quod certò exprimere, & definire. *l. fin. ff. de iustit. & iure*, Brison. & Caluin. *verb. determinare*: & aliud verbum subsequens, *a casarnos*, insinuat deliberationem fuisse ad matrimonium per verba de præsenti contrahendum, Didac. Perez *l.* 2. *glos.* 2. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin.* Azeued. *l.* 5. 6. *&* 7. *tit.* 1. *lib.* 5. *noua Recop.* Et verba simul iuncta, *Estamos determinados a casarnos,* idem operantur perinde acsi dicerent. *Volumus contrahere Matrimonium*, quæ verba demonstrant Matrimonium, non sponsalia celebrandum, vt per Basil. Pont. 25 26

Pont. *d.lib.11.cap.9. num.* 8. ibi, *At ego cum hac secunda sententia conuenio, addo tamen etiam illis verbis, volo ducere, contrahere, accipere, etiam matrimonium celebrare, non sponsalia*, &c. Sanch. *d.lib.1. disp.18.n.27.* Gutier. *d.c.3.n.*10. Rota *d.decis.121.num.12. & 13.p.1.diuers.* & apud Farinac. *decis.74.n.2.p.1.in posthum. aliàs p.4. recent.* ibi, *Contrarium fuit resolutum; nam verba instrumenti clara sunt, quòd conuenerant pro concludendo matrimonio, vt dictum est, & in responsionibus hinc inde specialiter exprimitur quòd praestarent consensum per verba de praesenti, itaut nullus ambigendi locus videatur, & tamen cùm ista verba, vis, & volo accipere, adaptari possint tam ad contractum sponsalium, quàm ad Matrimonij, ex adjunctis & circunstantiis interpre-*
27 *tatio capienda est*, Corn. *d. cons.91.num.9. Nulla enim sunt verba formalia Matrimonij, sed sufficit quoquo modo vt consensus exprimatur, cap. sufficiat 27.q.2.cap.tue, de sponsal. cap. nuptias, ff. de regul. Iuris*, Card. *in d. Clem. vnic.n.*16. *in fine*, Mandos. *in addit. ad allegation.*
28 *Lapi 56. in verb. Verba non sunt necessaria. Quando autem hac verba; Volo accipere in vxorem proferuntur deliberatè, vt in apparatu matrimonij, vel ad interrogationem alterius partis, vt in proposito, tunc sunt apta ad inducendum perfectum contractum matrimonij*, Butr. *in d.cap.ex litteris*, Card. *in d. Clem. vnic.n.16.vers. solutio, idque efficaciter probatur ex praecedenti tractatu de contrahendo, qui operatur vt verba dubia intelligenda sint de Matrimonio* &c.
29 Deinde pro hac parte, quae tenet Matrimonium per illa verba contractum fuisse, facit quòd testes instrumentales vnanimiter deponunt ipsos contrahentes interrogatos fuisse à Vicario generali de mutuo eorum consensu, in quo visus fuit Parochi officium agere velle in illo actu, iuxta dispositionem Concilij Trid. *sess.24.de reform.matrim.cap.1.* ibi, *Viro & muliere interrogatis*, & cùm deinde post dictam interrogationem factam in apparatu matrimonij, contrahentes dicta verba protulissent, & post ea prolata, & matrimonium celebratum, traductio ad domum, & copula carnalis subsequeretur, quis dicet aliud quàm Matrimonium per verba de praesenti contractum fuisse: eo maximè, quia tertius quidam testis de interrogatione praedicta deponit, affirmatque Matrimonium contractum fuisse per verba de praesenti, & conducit declaratio ipsiusmet Vicarij generalis idem attestantis.
30 Denique in dubio potius praesumere debemus Matrimonium contractum fuisse, quàm sponsalia. Ita Menoch. *d.lib.3.praes.3. n.9.* ibi, *Nonus, & vltimus casus est, quando verè sumus in dubio, hoc sanè casu praesumitur Matrimonium potius quàm sponsalia. Ita Butr. in d.cap.ex parte num.10. vers. quandoque proferuntur*
31 *verba dubia, de sponsal.* Lap. *alleg.56. num.14.* &c. Et in dubio in Matrimonij fauorem proferenda est sententia, *cap.ex litteris, de probat. cap.fin. de sentent. & re iudic.* Lap. *d.alleg.56.n.14.* Sanch. *d.lib.1. disp.18.n.5.* Basil. Pont. *d. c.8.n.15.* Gutier. *d. cap.1. num.* 16. vbi
32 *n.18. in fine* sic ait. *Quòd si de intentione contrahentium constare nequit, & res dubia sit, iudicandum est in vtroque foro iuxta communem verborum intelligentiam, sed si hac non adsit, & sit dubium omnino, in tali dubio pro matrimonio est iudicandum in vtroque foro*, &c. & me-
33 lius *n.19.* ibi, *Quod adeò procedit, vt opinio singularis alicuius Doctoris celebris Matrimonium sustinentis praeferri debeat opinioni plurium impugnantium, nisi textui aperto innitantur, iuxta doctrinam Host. in sum. de cognat. spirit. sup. verb. aliter, Doctores in rub. de sponsalib. Barbat. cons.6. n.2. vol. 1. Anton. Gabr. tom. 2. commun. opin. fol.95. col.1. in vers. opinio huius Doctoris, Menoch. plura referens lib. 2. praes.71.n. 30. cum seqq. Anton. Cuch lib.5.instit. moral. tit.11. num. 157. Nauar. in man. latino c.17. n.287. Sanch. plures allegans de Matrim. lib.1. disp.18. num.7* &c.

Ex quibus patet responsio ad contraria supra adducta, & sic fuit iudicatum a dicto D. meo Coniudice die 8. Augusti 1644.

Calciaten. Canonicatus.

Prouisio facta per Episcopum in suo turno, an dicatur spectare ad suam liberam collationem? Et an & quando Episcopus & Capitulum in suis turnis gaudere possint beneficio alternatiuae?

VOTVM XCV.

1 *Casus contingentia, & n.* 3.
2 *Concordia à Sede Apost. confirmata inita inter Episcopum & Capitulum Calciaten refertur.*
4 *Alternatiua antiqua olim gaudebant etiam Capitula Cathedralium, & sic extendebatur ad beneficia simultanea, & non liberae collationis.*
5 *Alternatiuae moderna à Sixti V. tempore solum comprehendunt beneficia, quae ad liberam dispositionem seu praesentationem Episcopi spectant.*
6 *Alternatiua acceptata per Episcopum Capitulo olim prodebat, non sic hodie.*
7 *Prouisiones Canonicatuum in Ecclesia Calciaten. referuntur iuxta temporum diuisionem facta.*
8 *Varia sunt non esse, & esse sine effectu.*
9 *Gonzales distinctio refertur.*
10 *Turnus non tollit communionem in collatione, sed diuidit exercitium.*
11 *Prouisiones omnes turnatim ex vi concordiae tam ab Episcopo quam à Capitulo factae habentur tanquam simultaneae, & coniunctim factae.*
12 *Fratres plures si diuidant inter se comitatum, & separatim vnusquisque iurisdictionem exerceat in portione sibi coniungente, non intelliguntur disiunctim quidpiam agere respectu ipsius iurisdictionis.*
13 *Domus si in partes locetur in vtilitatem domini, non ideo desinet esse eadem domus.*
14 *Senatorum tribunal si gratia commodioris expeditionis diuidatur in diuersas domos siue aulas, talis diuisio non facit diuersum Senatum.*
15 *Interpretatio mentis conseruatiuae simultanea*

taneæ capienda.

16 *Clauſ.* Saluis reſeruationibus, & affectionibus Apoſtol. *ſtante in nullo caſu intrat alternatiua.*

17 *Concordia præſupponit præexiſtentiam vſus alternatiuæ.*

18 *Papa nunquam facere ex certa ſcientia videtur niſi id exprimat.*

19 *Concordia non inducit nouam diſpoſitionem concedendæ alternatiuæ.*

20 *Prouiſio beneficiorum ſimultaneæ Epiſcopali Sede vacante ſpectat ad Capitulum iure proprio, alias ad Papam ſpectat.*

21 *Diſpoſitio qualibet declaratur per obſeruantiam.*

22 *Obſeruantiæ multum defertur in interpretandis conſtitutionibus.*

23 *Contradictor legitimus non eſt prouiſus ab Ordinario ad impediendam prouiſo Apoſt. immißionem in poſſeſſionem beneficij vacantis in menſe reſeruato.*

24 *Proteſtatio in ipſo actu captæ poſſeßionis facta operatur, vt illa non ſit manutenibilis.*

25 *Proteſtatio declarat conſenſum abeſſe ab animo.*

26 *Poſſeßio turbida & offuſcata non eſt manutenibilis.*

27 *Poſſeßio vigore prouiſionis ordinariæ capta de beneficio reſeruata dicitur infecta.*

28 *Collatio inferioris nunquam ſuſtinetur ſtante reſeruatione.*

29 *Manutentio non eſt danda quando conſtat de improbitate & vitio poſſeßionis.*

30 *Leges & ſacri Canones non intendunt tueri vitioſum poſſeſſorem.*

31 *Poſſeßio, quæ liti cauſam dedit, non eſt manutenibilis.*

1 CVm Epiſcopus vti caput, & Canonici vti membra conſtituant in Eccleſia vnum corpus *cap. noui, de his quæ fiunt à Præl.* ideo ad Epiſcopum & Capitulum ſimul ſpectat prouiſio Præbendarum in Cathedralibus Eccleſiis, quæ ideo dici ſolet ſimultanea, quia ſimul & cóiunctim ab Epiſcopo & Capitulo facienda eſt, vt habet communis Doctorum ſententia, & tenet ſacræ Rotæ Romanæ firma, & inueterata reſolutio, conſtatque ex infinitis propemodum deciſionibus à me citatis *de Canonicis, & Dignitat. quæſt. 14. num. 2.*

2 Verùm cùm inter Epiſcopum ex vna parte, & Capitulum ex alia ſuper huiuſmodi ſimultaneis prouiſionibus quamplurimæ, & diuerſæ lites orirentur, ſeu verti, & oriri formidarentur, partes ipſæ cupientes litium anfractus euitare, & laboribus, ac expenſis parcere, ad certam concordiam, & conuentionem in aliquibus Eccleſiis deuenerunt, prout reperi deuentum fuiſſe in Calciatenſi, vt ſcilicet diuideretur exercitium iſtius iuris prouidendi ſimultaneè & coniunctim, inter Epiſcopum, & Capitulum, aut per turnum, aut per genera beneficiorum, vt ſcilicet Epiſcopus conferat vnum, & Capitulum conferat aliud genus, ſeu alium turnum. Et nuncupatim in dicta Eccleſia Calciaten. deuentum fuit ad concordiam & conuentionem ſic vt ſequitur factam. *Quo autem ad prouiſiones vacantes aliarum Dignitatum & Canonicatuum, ac dimidiarum Portionum dictæ Eccleſiæ Calciaten. faciem quod deinceps in huiuſmodi Eccleſia Calciaten. Epiſcopus, & eius in Epiſcopatu ſucceſſores, necnon Decanus, & Capitulum prædicti ſimul, & coniunctim de huiuſmodi vacatione ſiue per obitum, ſiue alias quomodocunque, & in quocunque menſe ſiue ordinario, ſiue alternatiuo, aut alias vacan. prouidere deberent; ita quod dictus, & pro tempore Epiſcopus Calciaten. primò & deinde Decanus, & Capitulum prædicti, ſicque alternatim inciperent, videlicet hoc modo; quod turnus inciperetur ab Epiſcopo in Dignitatibus, & Canonicatibus, & dimidiis portionibus dictæ Eccleſiæ Calciaten. dictuſque Epiſcopus de vna Dignitate prouiderit, ſimiliter Decanus & Capitulum de alia prouideret, & ſic de Canonicatibus & dimidiis portionibus intelligeretur, ita quod qualibet vacatio, videlicet de Canonicatibus, Dignitatibus ac præbendis, necnon dimidiis portionibus ſuum turnum haberet, ac quilibet turnus eſſet de per ſe, nec vnus alteri nec alter alteri cũ alio ſe immiſceret; & ſic tres turni eſſe deberẽt: quodque ſi Epiſcopus, & ſucceſſores ſui prædicti aliquam Dignitatem in perſonam Canonici, ſeu dimidij Portionarij, vel è cõuerſo Canonicatum in Portionarium, aut quamlibet ex dictis Dignitatibus, Canonicatibus, & dimidiis portionibus in aliquam perſonam taliter quod per aſſecutionem ſecundi primũ vacaret; inſuperque dictus Epiſcopus libere prouidere poſſet per ſeipſum abſque Capitulo prædicto de Dignitate, Canonicatu, ſeu dimidia portione, per ſic prouiſum vacante perſonæ ſibi bene viſæ, & quod idem Decanus & Capitulum in ſuo turno ita facere poſſent, & ſi per prouiſionem a dictis Decano & Capitulo faciendã aliqua Dignitas, ſeu Canonicatus, vel dimidia portio vacaret illos, ſeu illas perſonæ beneuiſæ etiam abſque dicto & pro tempere exiſtente Epiſcopo Calciaten prouidere poſſent; nec non toties quoties Epiſcopus, & ſucceſſores prædicti, aut Decanus, & Capitulum prædicti de aliqua Dignitate ſeu Canonicatu, vel dimidia portione cuicunque perſonæ prouiderent, & ſi ſuper prouiſione huiuſmodi aliqualis foret, etiam ſi talis prouiſus cum titulo, ſeu aliqua parte fructuum, vel penſione reſpectu ceſſionis faciendæ remaneret, illa talis prouiſio ſuum ſortitam eſſe effectum non intelligeretur quantum ad complementum turni:* quæ quidem concordia, conuentio, & tranſactio fuit à Sanctæ mem. Gregor. XIII. confirmata *nono Kalend. Octobris anno 11.* cum clauſula, *ſaluis reſeruationibus, & affectionibus Apoſtolicis.*

Poſtmodum in vim dictæ concordiæ, conuentionis, & tranſactionis Epiſcopus, & Capitulum, quilibet in ſuo turno cum præfata diuiſione prouiderunt Dignitates, Canonicatus & dimidias portiones, prout eas vacare contigerat. Denique cum de anno 1641. per obitum D. Gaſparis de Melgar de menſe Auguſti Epiſcopo alternatiua gaudente, vacaret Canonicatus in dicta ſancta Eccleſia Calciaten. Epiſcopus de illo vti de vacante in ſuo turno & menſe alternato prouidit Don Ioannem de Sandin, & illico ei collationem fieri, & poſſeſſionem dari iuſſit Papa verò de eodem vti de vacante in menſe Apoſt. prouidit Don Petrum de Yxea & Manrique: ſed orta inter huiuſmodi prouiſos lite & controuerſia ſuper ſuarum prouiſionum validitate, fui conſultus, & coactus reſpondere pro veritate: & pro prouiſo Apoſtol. reſpondendum eſſe duxi. 3

Præſentis dubij reſolutio pendet ab alterius deciſione, quo quæri ſolet: an prouiſio facta per Epiſcopum in ſuo turno dicatur ſpectare ad eius liberam collationem, vt ſit locus alternatiuæ ad fauorem ipſius Epiſcopi? Et pro faciliori illius reſolutione 4

præsuppono olim alternatiuam antiquam non fuisse restrictam ad solos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, sed ea gaudere etiam potuisse Capitula Cathedralium, siue collatio esset simultanea inter Episcopum & Capitulum, siue fuissent diuisi menses Ordinarij ex concordia inter Episcopum & Capitulum, quo tempore attento loquuntur & procedunt decisiones Achillis de Grassis, & Putei, quarum meminit Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos.42.n.3.cum seq.* Et sic alternatiuæ de illo tempore extendebantur ad beneficia simultaneæ. Et nō liberæ collationis, quarum verba erant huiusmodi. *Vt de quibuscunque beneficiis ad tuam vnà cum dilectis filiis Capitulo ipsius Ecclesiæ collationem, prouisionē, præsentationem electionē, seu quamuis aliam dispositionem*, &c. teste Gonzal. *glos.45. n.24.*

5 Hodie verò, & postquā Sixtus V. ad Pōtificatus apicē assumptus fuit, & sic in modernis alternatiuis, & regulis declaratum fuit intrare solùm alternatiuā in beneficiis, quæ ad liberam dispositionē, seu præsentationē Episcopi spectarent, & ex eo tēpore in eis reperiuntur addita verba illa, *nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut alias pertinentibus*, vt refert Gonzal. *glos.45. n. 25.* &

6 vtrumque clarius dixit idē Gonzal. *glos.24.n.48.* ibi, *Item quia quamuis olim alternatiua acceptata per Episcopum prodesset etiam Capitulo, vt insimul cum Episcopo posset prouidere in mēsibus a'ternatiuis, Calderin. conf. 22.d. prabend. Pute. decis.88. incip. In vna Tyra sson. lib. 3. Achilles decisio.3. de praben. Simonet de reseru. q.71. à n.3. Hieron. Gabr. conf.197.n.2.lib.1. Rota decis.11. lib. 3. par.3. diu. Hodie vero quamuis Episcopus acceptet alternatiuam, & quamuis beneficia sint simultanea collationis, & collatio sit diuisa per menses, alternatiua Episcopi non prodest Capitulo, vt fuit resolutum in vna Salmantine alternatiuæ 27. Nouembris 1581. coram Robusterio, & in Lunen. Sarzanen. Canonicatus 13. Octobris 1598. coram Illustrissimo Card. Seraphino*, &c.

7 Iuxta quam temporū diuisionem sunt accipiendæ nōnullæ prouisiones Canonicatuum & portionū in sancta Ecclesia Calciaren vacātium, & per Episcopū seu Capitulū illius factæ, videlicet de mense Aprilis anni 1571. & de mense Februarij 1573. & de mense Augusti 1574. qui erant alternati, expeditæ fuerunt secundùm alternatiuas antiquas: nōnullæ verò deinde factæ fuerunt secundùm modernam alternatiuā, postquam, etiam Episcopis ea gaudentibus, semper Papa prouidit in suis octo mensibus, vt accidit tempore Episcopi Don Petri Gōzalez de Castillo vacante quodam Canonicatu Calciaten mense Augusti 1614. de quo Dominicus de Mendiola à Papa prouisus fuit, & de illo pacificam accepit possessionem; item de tempore Episcopi Don Michaelis de Ayala vacauit portio de mense Octobris anni 1631 de qua à Summo Pōtifice prouisus etiam fuit Don Christophorus de Aguirre. Aliæ verò, si quæ factæ fuerūt per Episcopum vel Capitulum in mensibus alternatiuis, effectum sortitæ non fuerunt, proinde de illis, quoad hoc, non est habenda ratio, quia paria sunt non esse, vel carere effectu. Surd. *decis.51 n.21.& 22.& conf.3. à n.8.& conf.179.à n.49.* Marc. Anto. *variar. lib.1. resolut.61.n.24.*

8 Restat modò videre an Episcopus & Capitulū in suis turnis gaudere possint alternatiuæ beneficio, vigore dictæ concordiæ? non obstante quod hodie in modernis alternatiuis solū illa concedantur, vt vidimus, in beneficiis quæ ad liberam prouisionem, seu præsentationem Episcopi spectant. In quo dubio Gonzal. *glos.45.§.1.à n.12.* qui loquitur stante cōcordia inter Episcopum & Capitulū inita, & auctoritate Apostolica confirmata habentes vicissim per turnos diuisas collationes beneficiorum vacantium in suis mensibus ordinariis distinguit hoc modo. *Aut quæ-* 9 *ritur si Episcopus in casu proposito potest simpliciter, & absolute frui alternatiua, perinde ac si tale beneficium sēper esset liberæ collationis, & in omnibus vacationibus cōtingentibus in sex mēsibus ordinariis vigore alternatiuæ, & tunc proculdubio dicendum dicit quod non; tum quia tā in alternatiuis, quam in regulis conceditur duntaxat Episcopis alternatiuæ commodū in beneficiis spectantibus ad liberam illorū collationem, vt supra dixi, tum etiā quia si Episcopus gauderet alternatiua, sequeretur quod esset auferendū Capitulo ius conferēdi in duobus mensibus ordinariis, videlicet Martij & Septembris, qui menses, mediātè alternatiua, ex ordinariis efficiuntur Apostolici: sequeretur etiam inconueniens quod Episcopus, qui nō potest prouidere, nisi alternis vicibus cum Capitulo, cum omnimoda paritate & æqualitate prouidere posset in quatuor mensibus Februarij, Aprilis, Augusti & Octobris liberè in omnibus vacationibus, quæ cōtigissent, in quibus Capitulū habet manus ligatas, obstante reseruatione & postea in duobus mēsibus Iunij, & Decembris, qui semper sunt Ordinarij, posset idē Episcopus similiter prouidere alternatiua cū Capitulo, & hac via locupletaretur cū iniuria & iactura Capituli*, quod non licet ex vulgaribus perme citatis *de Axiom. iuris vsufreq. Axiom.139. n.1.* cum aliena enim iactura sciēter locupletari dolosum est. *l.1.§. an in pupillum, ff. depositi* Ego citato loco. *Aut quæritur*, inquit idem Gonzal. *vbi sup. n.15. An Episcopus quando est in turno duntaxat possit gaudere alternatiua, cum ipse solus conferat sine consilio, consensu, vel interuētu alterius, & in hoc casu tenet ipse affirmatiuam partē, quòd scilicet intret alternatiua acceptata, & allegat sic pluries fuisse in sacra Rota decisum, præstatque rationem, quia Episcopus quando est in turno, stante dicta diuisione, habet liberam collationem, & beneficium pro illa vice dicitur liberæ collationis, ex quo solus ipse confert.*

Sed hæc ratio pace tanti viri non videtur con- 10 cludere, quia in essentia, & ex primæua natura actus prouisiones sic factæ non possunt dici liberæ, quia turnus non tollit communionem in collatione, sed diuidit exercitium tantum, Collect. *in c. querimoniam n.3. de iurepatron.* quæ quidem diuisio exercitij istius iuris inter Episcopum, & Capitulum, aut per turnū, seu per genera beneficiorum, vt scilicet Episcopus conferat vacantes in vno turno, & Capitulum in 11 alio, non tollit quin omnes istæ prouisiones tam ab Episcopo quam à Capitulo factæ habeantur tanquā simultaneæ, & coniunctim factæ: nam licet exercitium sit diuiduum, non est tamē diuiduum ius istud potestatis, Nicol. Garc. *de benef. p.5.c.1.n.23.* præcipuè *n.239.* Ego *in d. tract. de Canon. & dignit. c.14 n.4.* & desumpti ex Lotter. *de re benef. lib.2.q.21.n.29.* vbi 12 *n.30.* quoddam simile adducit de pluribus fratribus diuidentibus inter se Comitatum, qui etiamsi separatim exerceant iurisdictionē in portione sibi contingente, non tamen intelligitur disiunctim quidpiam agere respectu ipsius iurisdictionis, quæ est indiuidua, adeo vt si alter delinquat in territorio alteri assignato, non possit per eum puniri, cum propter indiuiduitatem huiusmodi par in parem non habeat imperium, ex doctrina Bart. censuit Rota *coram Seraph. decis.980. num.11.*

Idque aliis similibus probatur, nam si domus in 13 partes locetur, quod nonnunquam in vtilitatem domini fieri solet, *l. Caius 88.§. fin. ff. de legat.2.* ibi, *Sed quo facilius conductorem inueniret per duas partes locabat*, &c. non ideo ob talem diuisionem desinit esse eadem domus, *l. planè 34. §. 1. ff. de legat. 1.* ibi, *Nam & pars fundus rectè appellatur*, *l. si quis duas. §. plane, ff. communia præd.* cum aliis, quæ ibi notant Bald. & Doctores. Simon de Prettis *de interpret. vltim. volunt. lib.3. solut.2. col.2. num.6. fol.23.* Anton. Gom.

14 Gom. *tom. 2. variar. cap. 10. num. 2.* & conducit optimus text. *in l. inter tutores 37. ff. de administ. tutor.* ibi, *Nam diuisio tutelæ, quæ non iuris, sed iurisdictionis est, modum administrationis facit*, &c. Deinde si Senatorum tribunal gratia commodioris expeditionis negotiorum, in diuersas domus, siue aulas diuidatur, non ideo ista aularum separatio facit diuersum Senatum, sed apud omnes Senatores adhuc tota iurisdictio in solidum remanet, *l. si vt proponis C. quomodo & quando iudex, l. 1. ff. de officio Consul.* vbi Bald. *num.* 1. idem Bald. *in l. fin. ff. de senator.* Felin. per *tex.* ibi *in cap. prudentiam.* § 1. *num. 4. ff. de officio deleg.* Grammat. *consil. 66. num.* 2. Vincent. de Franchis *decis. 253. num. 7.* Menoch. *cons. 711. num. 54.* Valenzu. *cons. 94. num. 24. cum seqq. tom.* 1. Solorzan. *de Indiarum gubernat. tom. 2. lib. 4. cap. 3. ex num.* 72.

15 Et facit doctrina Lotterij *d q. 21. num. 33.* quod vbicunque potest capi interpretatio mentis conseruatiuæ simultaneæ, ea omnino est capienda, vt actus valeat, iuxta regulam *l. quoties, ff. de rebus dub.* Vnde infero adhuc stante concordia & diuisione simultaneæ per turnos verificari clausulam conditionalem, de qua in prouisione D. Petri ibi, *dummodo collatio & prouisio pertineat Episcopo, & Capitulo coniunctim,* quia iuxta supradicta adhuc necessariò habenda est tanquam simultanea, & coniunctim facta, licet sit turnalis, & maxime quia supplicantes in concordia simul & coniunctim prouidere referunt stante alternatiua.

16 Et quicquid sit, certum est quod stante clausula illa in fine confirmationis Apost. apposita, *Saluis reseruationibus & affectionibus Apost.* in nullo casu intrat alternatiua, nec Episcopus eius commodo gaudere potest, Mohedan. *decis. 25. n. 2. & 3. de prabend.* Gonzal. *d. glos. 45. §. 1. n. 67. 68. & 74. vers. secundus casus.* Gregor. XV. *decis. 95. n. 7. in fin. & decis. 314. n. 4. & 5.* Ego *de clausul. vsu frequent. claus. 114. n. 2.* licet Nicol. Garc. *de benef. par. 5. cap. 1. num. 727.* contrarium tenuerit, melius veritatem agnoscens ab ea opinione, quam prius defenderat, recessit *in addit. ad dict. num. 127.*

17 Non obstat, quòd illa præseruatiua clausula reseruationum & affectionum Apost. videtur intelligenda de illis reseruationibus præter in ea confirmatione expressis, in qua repetitur mentionem fieri de vacationibus in quocunque mense, siue ordinario, siue alternatiuo, succedentibus, & sic videbatur insinuari, aut saltim præsupponi, concordiam comprehendere menses alternatiuos, illósque ea stante pertinere ad Episcopum, quia respondetur eam suppositionem præsupponere præexistentiam vsus alternatiuæ in Episcopo, quod beneficia huiusmodi simultaneæ prouisionis, vigore præcedentis gratiæ, quia nisi eam petierit, & obtinuerit, Papa nullum illius vsum concedit in dicta confirmatione. Cùm ergo de illo tempore initæ concordiæ & obtentæ confirmationis Apost. alternatiua acceptata prodesset Capitulo, illaque extenderetur ad beneficia simultaneæ, & non liberæ collationis, nil mirum, si illa clausula non comprehenderat reseruationes ratione mensium, in eadem confirmatione expressas, sed saluaret eas tantùm, quæ obueniunt ratione personæ. Verùm cum postea, & iuxta modernas alternatiuas, ea Episcopo concessa, non prosit Capitulo in beneficiis simultaneæ collationis, nec illa tam Episcopus, quàm Capitulum gaudere valeant, prout nec gaudere potest Episcopus Calciaten. absurdum esset dicere dictam clausulam non saluare illas reseruationes ratione mensium, sicut & ratione personarũ pro tempore succedentes, quia expressio mensium alternatiuorum, vt supra dixi, præsupponit concessionem præcedentem de alternatiuæ vsu, qui iam existere non poterat in persona Episcopi respectu beneficiorum; quæ non sunt eius liberæ, sed simultaneæ collationis in moderna forma, qua nunc omnes alternatiuæ concedi solent. 18

Minus obstant Rotæ decisiones *in Salamantina alternatiuæ, & in Salamantina Portionis, & in Colimbrien. Canonicatus,* quarum meminit Gonçal. *d. glos. 45. §. 1. n. 73.* in quibus videtur decidi stante huiusmodi concordia inter Episcopum & Capitulum intrare alternatiuam, quia loquuntur, vt ipse Gonzal. aduertit, eo casu quo dicta concordia per Sedem Apost. ex certa scientia confirmata fuerit; cùm ergo in nostra confirmatione non adsit illa clausula, nec eam facere ex certa scientia Pontifex exprimat, confirmationi inesse non est dicendum, glos. *verb. litterarum in fin. in c. statutum in princ. de rescriptis in 6.* Rota *decis. 192. n. 3. par. 1. recent.* Ego *in collect. ad cap. cum dilectam num. 15. in fine, de confirmat. vtili.* 19

Obseruantia autem, postquã dictæ modernæ alternatiuæ concedi cœperunt, & in beneficiis non liberæ collationis Episcopi locũ minime habere declaratũ fuit, vacationibus occurrẽtibus interpretata est deinceps dictam concordiam & confirmationem nõ inducere nouam dispositionẽ concedendæ alternatiuę Episcopo, quoad dicta beneficia simultaneę collationis, sed dare facultatẽ eam retinendi quatenus tunc temporis, post scilicet initã concordiam & diuisionẽ factam per turnos inter Episcopum & Capitulũ eam habere permissum esset, quæ quidem facultas hodie denegata repetitur, & sic nõ intrat alternatiua, vt vidimus supra in prouisionibus factis per Sedẽ Apost. succedentibus vacationibus in mensibus Augusti, & Octobris, qui debebant esse ordinarij, si Episcopi Calciaten. tunc temporis existentes, & alternatiuam habentes, ea respectu horum beneficiorum gaudere, & vti possent. 20

Sicut etiam vidimus in prouisionibus factis à Capitulo Calciaten. sede Episcopali vacante, videlicet vnius Canonicatus ad fauorẽ Don Petri de Zuñiga de anno 1633. & cuiusdã Portionis ad fauorẽ Licentiati Ozij de anno eodẽ, & alterius de anno 1632. ad fauorem Licentiati Vergari, & nouissimè alterius ad fauorem Licentiati Merini Mansi, ex ea ratione, quia diuisio prouisionum per turnos inter Episcopum & Capitulum illarum naturam nõ immutauit, & sicut antea stante simultanea Prouisio Episcopali sede vacante spectabat ad Capitulum iure proprio *c. 1. ne sede vac. lib. 6.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de deuol. n. 74. cum seqq.* Quaranta *in summa Bullar. verb. Capitulum sede vac. vers. quæ conclusio pag.* 138. Ego *d. tract. de Canon. cas. 14. n. 13.* ita post diuisionem factam dicendum erit stante dicta concordia, vt vidimus in exemplis supra relatis; aliàs enim non posset Capitulum prouidere, sed prouisio semper spectaret ad Papam, vt dicitur in *reg. 2. Cancel.* Gonçal. *glos. 51. n. 52.* vbi sic limitat, dummodo non sit simultanea cum alio, vel aliis aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertineat.

Quæ quidem obseruantia attendẽda est ad huius negotij resolutionẽ, cùm per eã quælibet dispositio declaretur cùm venissent, vbi Butr. *num. 12. & 21.* & Imol. *n. 19. de constit.* Cassan. *cons. 45. n. 144. cum seqq.* Valenz. *cons. 52. n. 45. cum seqq.* Solorzan. *de Indiarum iure lib. 2. c. 24. ex n. 84.* Castillo *tom. 3. de test. c. 31. n. 75.* & in interpretandis constitutionibus illi plurimũ defertur, *l. si de interpretatione, ff. de legibus, c. cum dilectus, de consuet.* Aym. *cons. 244. n. 6. vers. 21.* Menoch. *cons. 276. num. 19.* Surdus *cons. 362. num. 10.* 21

Rota decis.455.n.1.part.2.in posth. cum aliis per me citatis *lib.2.voto 52.n.43.cum seqq.* Et sic cùm fuerit interpretatiua dictæ concordiæ, & illius confirmationis, non autem industria noui iuris, sufficit aliquando ita obseruatum fuisse, Crescent. *decis.* 1. *de constitut.* Putc. *decis.* 283.*n.*3.*lib.*1. Seraphin. *decis.* 1410.*n.*17. Rota *decis.*497.*n.*5.*p.*2.*in posthum.* quos refero *voto* 47.*n.*49.

Nec obstat quòd Ioannes Sandin vigore Ordinariæ prouisionis, & collationis ab Episcopo nulliter sibi factæ possessioné huius Canonicatus acceperit, in eaque se intruserit, quia nihilominus impedimento non esset quin D. Petrus de Yxea prouisus Apost. immitti in illius possessionem debeat, ex *seqq.*

23 Primò, quia prouisus ab Ordinario non est legitimus contradictor ad impediendam prouiso Apost. immissionem, vt possessionem beneficij vacantis in mense reseruato, Angel. *de legitimo contradicto.q.*15.*n.*96.*cum seqq.*

24 Secundò, quia eo tempore quo D. Ioannes capitularem possessionem capere intendebat, Capitulum agnoscens bonum ius prouisi Apostol. protestatus fuit his verbis, *Que se la daua sin preiuicio de otro tercero que meior derecho tenga por auer vacado dicho Canonicato en Agesto que era mes Apostolico.* Quæ quidem protestatio in ipso actu captæ possessionis facta operatur vt illa non sit manutenibilis, ex adductis per Post. *de manuteni. obseru.* 35.*n.*36. *cum seqq.* Gregor.XV. *decis.*332.*n.*2. ibi, *Possessio data cum clausula, sine praiudicio alterius, nullo modo est possessio quæsita contra eum pro quo facta fuit reseruatio,*

25 &c. Nam protestatio declarat consensum abesse ab animo, Soccin. sen. *cons.* 27.*n.*14.*vol.*3. Aym. *cons.* 114.*n.*6. *in princ.* Lotter. *de re benefic.lib.*1.*q.*38.*num.* 205.*cum seqq.*

26 Tertiò, quia ob dictam protestationem possessio cum illa data remansit intricata, turbida, & offuscata, ac proinde non manutenibilis, Caputaq. *decis.*200.*n.*1.*p.*1. Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel.glos.*45.§.2.*n.*39. Marescot. *var.resolut.lib.*1.*cap.*12.*à n.*21. Post. *d.tract.de manutent.obseru.*49.*n.*1.*cum seqq.*

27 Quartò, quia dicta possessio est infecta, cùm vigore prouisionis ordinariæ capta fuerit de beneficio reseruato, Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel.glos.*45.§.2.*n.*

28 44. Rot. *coram Duran.decis.*68.*n.*3.*&* 4. Nam collatio inferioris nunquam sustinetur stante reseruatione Gregor.XV. *decis.*153.*n.*3. Duran. *decis.*78.*n.*3. Rota *decis.*58.*n.*1.*p.*1.*recent.*

29 Quintò, quia stante euidenti mensis Augusti reseruatione iam constat de improbitate & vitio possessionis, ac proinde non est danda manutentio, *l. improba ff. de acquir.possess.* Menoch. *remed.* 3. *retin. n.*

30 790. Cancer. *var.p.*3.*c.*14.*n.* 54. *cum seqq.* Posti. *obseru.*42.*n.*137. Leges enim, & sacri Canones non intendunt tueri vitiorum possessorem. Valasc. *cons.* 76.*n.*19. citati à Postio *d.obseru.*42.*n.*150. aliàs si aliquis in possessione etiam iniusta defenderetur, daretur occasio delinquendi. Cancer. *d.c.*14.*n.* 56. & via calumniis pateficret, temerarij fouerentur litigatores, & notoria fieret iniustitia, Scacc. *de sentent. & re iudic.glos.*14.*q.*19.*n* 98.

31 Sextò, quia dicta possessio liti causam dedit, & ideo non est habenda in consideratione ad obtinendam manutentionem, latè Posti. *d.tract.de manutent. obseru.*17.*n.*44.*cum seqq.* Rot. *decis.*30.*n.*1.*p.*1.*recent.* & coram Gregor.XV. *decis.*4.*n.*2. *& decis.* 569.*n.*4. & coram Duran. *decis.*68.*n.*3.*&* 4.

Ex quibus, &c.

Toletana subsidij.

Subsidium an sit soluendum deductis oneribus, & redditibus census redimibilis super bonis ecclesiasticis impositi?

VOTVM XCVI.

1 Extrauag. vnic. §. ratione æris alieni, de decim. *ponderatur.*

2 *Papa non solùm decimas, sed etiam quæcunque alia iura Ecclesiarum & fructus capere potest ad tempus, quandiu necessitas iusta durat.*

3 *Decimas pro mensura necessitatum concedere solent Pontifices Principibus Christianis.*

4 *Decima papalis quæ dicatur?*

5 *Papa respondendo, & definiendo super particulari casu Canonem generalem condit.*

6 *Verba* æs suum, *comprehendunt omne quod est debitum creditori, & eius patrimonium augere potest.*

7 *Dictio*, res, *generalis est, continens tam mobilia quàm immobilia.*

8 *Dictio*, à quoquam, *de sui natura nullam exceptionem admittit.*

9 *Subsidium est onus fructuum, non verò proprietatis, nec principaliter personæ.*

10 *Decima Papalis accedit potius collectæ quàm tributo.*

11 *Collectæ onus respicit fructus.*

12 *Onera supportare debet qui fructus percipit ex re aliqua.*

13 *Fructus colligens functionum grauamina subire debet.*

14 *Pignus in bonis debitoris permanet.*

15 *Census emptor solum emit ius quoddam percipiendi & exigendi à venditore certam pensionem, aut redditus annuos, non vero proprietatem.*

16 *Lex quæ generaliter loquitur, generaliter debet intelligi.*

17 *Legis à verbis in dubio non est recedendum.*

18 *Argumentum valet de decimis consuetis ad decimam Papalem.*

19 *Expensæ pro colligendis fructibus factæ non deducuntur in decima ordinaria.*

20 *Verbum* fructus, *significat omne illud quod præcipitur etiam non deductis expensis.*

21 *Gabella*

21 *Gabella quando imponitur à statuto super fructibus, non deducuntur expensæ.*
22 *Expensæ non deducuntur de fructibus qui soluuntur in recognitionem dominij.*
23 *Tributum quando soluitur tempore belli ad defensionem Regni, ex fructibus non deducuntur expensæ.*
24 *Expensæ non deducuntur in decima tutorum.*
25 *Papa est dominus bonorum Ecclesiæ.*
26 *Casus enumerantur in quibus non deducuntur expensæ.*
27 Extrauag. vnic. §. prælati, de decim. *ponderatur.*
28 Extrauag. suscepti §. in illis. Ne Sede vac. inter communes *ponderatur.*
29 Cap. cùm olim 19. de censib. *adducitur.*
30 *Quarta Canonica an debeat solui absque vlla deductione.*
31 *Argumentum valet de quarta Canonica ad subsidium.*
32 L. neque stipendium, ff. de impens. in rebus dotal. *allegatur.*
33 *Maritus ratione fructuum dotis tenetur ad tributum, & ad collectas.*
34 *Vsufructuarius, cui relictus fuit integer vsusfructus, tenetur ad tributum, seu collecta postea super fructibus imposita.*
35 *Emphyteuta tenetur ad collectas.*
36 *Libellarius est ille, qui ab emphyteuta habente vtile dominium tantum accipit prædium emphyteuticum pro certa annua pensione.*
37 *Libellarius tenetur ad collectam.*
38 *Libellarius de annua pensione quam emphyteutæ soluit, non deducit collectam.*
39 *Feudatarius tenetur ad collectas, ob id tamen nihil deducit de seruitio quod præstat domino feudi.*
40 *Feudatarius filius primogenitus tenetur fratri secundogenito vitam & militiam præstare.*
41 *Releuium, & adhoam pro feudo integrè soluit feudatarius, nec ob id quod secundo genito præstat, aliquid deducit.*
42 *Adhoa soluitur integrè per primogenitum sine aliqua deductione.*
43 *Beneficiarius in solutione decimæ Papalis, & subsidij charitatiui nullam deductionem facit, propter pensionem quam soluit.*
44 *Promissa non sunt deducenda in Alcauala, & in laudemio.*
45 *Census ante omnia solui debet superiori.*
46 *Papa seu Princeps, cui debetur decima, aut subsidium cæteris creditoribus præferendus.*
47 *Pro tributis soluendis prædia, vel fructus, super quibus imposita sunt, tacite, & cum prælatione censentur hypothecata.*
48 *Papa est summus administrator & dispensator bonorum Ecclesiæ.*
49 *Administratio plenaria fructuum beneficiorum spectat ad Papam.*
50 *Papa potest omnes fructus Ecclesiarum, vel aliquam eorum partem ex iusta causa applicare alicui bello pio etiam sine consensu beneficiariorum.*
51 *Papa de potestate ordinaria potest accipere vni beneficium, & dare alteri.*
52 *Papa dominus est bonorum ecclesiasticorum, & tanquam talis ea communicat Ecclesiis, monasteriis, & beneficiis.*
53 *Ecclesia respectu omnes creditores posteriores sunt.*
54 *Ratio summa est quæ pro Religione facit.*
55 *Fauor nullus maior quàm Fidei.*
56 *Subsidium est fauorabile, & latissime interpretandum.*
57 *Cardinales quamuis expressè non nominentur, censentur in concessione subsidij inclusi.*
58 *Gratiæ, quæ aliquibus piis vsibus applicantur etiam de bonis Ecclesiasticis, quamuis redundent in aliorum odium, debent large interpretari.*
59 *Valor repartitionum & contributionum subsidij fieri debet secundum quantitatem bonorum cuiusuis ex contribuentibus.*
60 *Contribuens si ostenderit se grauatum in quantitate distributionis, debet audiri, & grauamen tolli.*
61 *Bona & substantia cuiusque intelliguntur, quæ supersunt deducto ære alieno.*
62 *Bonorum in promissione non plus est quàm quod superest deducto ære alieno.*
63 *Æs alienum dicitur quod debemus aliis.*
64 *Bona propriè dici non possunt quæ plus incommodi quàm commodi habent.*
65 *Census siue alia onera si reperiantur imposita super rebus, & bonis ecclesiasticis, bona & res illæ pro concurrenti quantitate censentur alienatæ, siue venditæ.*
66 *Census emptor videtur emere fundum, vel domum, super quibus census imponitur.*
67 *Collecta minui debet in iis, qui lapsi sunt facultatibus.*
68 *Clericus, qui habet beneficium ex quo soluit alicui annuum censum, non tenetur solidum soluere.*
69 *Onerum ecclesiasticis bonis, & rebus impositorum tres species.*
70 *Charitatiuum subsidium personis Ecclesiasticis non imponitur, sed redditibus.*
71 *Subsidium Regi Catholico concessum quamuis exigatur à personis, id procedit ratione fructuum.*

72 *Collecta propriè dicitur quæ imponitur personis pro rebus, & est variabilis secundum casus, & occurrentes necessitates.*
73 *Tributum imponitur rebus, quum fuerit reale, perpetuum, vniforme, inuariabile, & ordinaria.*
74 *Decima Papalis potest augeri, diminuive, actis, & diminutis fructibus.*
75 *Bona quorum causa subsidium soluitur, si alienarentur in secularem personam, in eam cum hoc onere non transeunt.*
76 *Fructus Ecclesiarum, & beneficiorum dicuntur deductis oneribus.*
77 *Onera in computando valore beneficij debent, deduci.*
78 *Redditus beneficiorum tantum æstimari debent, quantum valeāt, deductis oneribus.*
79 *Fructus beneficiorum sunt qui supersunt deductis oneribus.*
80 *Fructuum appellatione venit id dumtaxat quod superest deductis expensis.*
81 *Lucrum intelligitur omni damno deducto.*
82 *Mentio vbi fit de integris fructibus, intelligitur deductis oneribus.*
83 *Dictiones vniuersales restringuntur ad ea, quæ veniunt ex natura sermonis.*
84 *Releuium an sit integrè fisco soluendum, remissiuè.*
85 *Onera deducenda sunt quamuis concessio ad fructus dirigatur.*
86 *Concessio noua debet interpretari secundum terminos legis antiquæ.*
87 Cap cùm venisset, de instit. *ponderatur.*
88 *censualia onera super bonis Ecclesiasticis imposita deducenda sunt antequam subsidium soluatur.*
89 *Census super bonis vniuersitatum Ecclesiasticarum impositi an sint Ecclesiastici.*
90 *Census est ius quoddam reale ad percipiendum annuum redditum, quod inhæret rei, super qua imponitur.*
91 *Census sine re constitui non potest.*
92 *Census ad iustitiam requiritur, vt ex fundo, vel re, super quo imponitur, percipiantur fructus, qui pensioni commensurentur.*
93 *Census redditus loco fructuū sunt deputati.*
94 *Decima Papalis etiamsi imponatur pro fructibus adhuc in pecunia soluitur.*
95 *Censuum pensitationes deduci debent in solutione decimæ Papalis.*
96 Extrauag. vnic. §. & quia nonnulli, de decim. *declaratur*, & n. 97. cum seqq.
97 *Pecunia ex fructibus prouenieŝ vltra triennium non præsumitur durare.*
98 *Fructus vltra triennium durare non præsumuntur.*
99 *Fructus duplici solutione grauari non debent.*
100 *Pensionarius tenetur in subsidio contribuere pro rata.*
101 *Pensionarius debet contribuere cum proprietario in solutione decimæ Papalis.*
102 *Alcauala debetur de pretio, quod re vera exigitur, & ad se tradit venditor.*
103 *Hypotheca censualis est irregularis, & extraordinaria.*
104 *Exclusio necessaria est in hypothecis ordinariis vt contra tertium possessorem procedi valeat, non ita in hypotheca censuali.*
105 *Census non tam hypothecam inducit quàm ius quoddam, & onus reale prædio inhærens quod transit in quemcumque possessorem.*
106 *Verba potius referenda sunt ad id, quod regulare est, non autem ad irregulare & extraordinarium.*
107 *Census in constitutione principalius consideratur ius reale, & personalis obligatio est accessoria.*
108 Extrauag. vnic. vers. *expensæ autem*, de decim. *declaratur.*
109 *Decima Papalis est onus quod præcedit censum postea creatum.*
110 *Collectam in tantum quis soluere tenetur, in quantum fructus percipit.*
111 *Census ex postfacto impositus deducitur in collecta.*
112 *Subsidium an sit soluendum ex redditibus ad fabricam alicuius Ecclesiæ, vel monasteriis designatis, & numeris seqq.*
113 *Ablatiuus absolutus denotat conditionem.*
114 *Conditio dum pendet, dispositio sine effectu manet.*
115 Extrauag. vnic. de decim. *ponderatur.*
116 *Distinctio refertur non inelegans.*
117 *Personam duplicem repræsentans, in his, quæ pertinent ad præsentationem, consideratur tanquam procurator, & administrator.*
118 *Possessionis posterior qualitas declarat quid à principio fuerit intentionis.*
119 *Actus sequens declarat voluntatem præcedentem.*
120 *Consuetudo interpretatiua rudes sermones, & etiam significata transformat.*
121 *Consuetudo supplet verba omissa in dispositione.*
122 *Instrumentum virtute sequentis vsus extenditur ad illud, ad quod alias non extendebatur.*
123 *Consuetudo vt forenses collectentur pro bonis sitis in alieno territorio, restringitur ad illos tantum, qui consueuerunt soluere.*
124 *Interpretatiua declaratio cedit cuicunque alteri declarationi à Principe concedente factæ.*
125 *Declaratio interpretatiua vt introducatur sufficit*

sufficit decem annorum transcursus, cum vno vel duobus actibus.

126 *Concessum præsumitur sicut præsumitur immediatè obseruatum postquam emanauit rescriptum.*

127 *Animus statuentis qualis fuerit ex eo declaratur quod factum, & obseruatum postea fuit.*

128 *Decisiones Senatus tanquam leges obseruandæ.*

VIdi non semel dubitari, an de valore reddituũ Ecclesiasticorum ad contributionem subsidij assignato deducendi sint redditus census redimibilis super bonis Ecclesiasticis impositi?

1 Partem negatiuam huius dubij videtur probat re text. *in Extrauag. vnic. in §. ratione æris alieni, de decim.* cuius decisio vt clarior pro hac sententria appareat, sciendum est textum illum loqui de quadam decima, quam Pontifex Bonifacius VIII. super Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum redditibus totius Italiæ imposuit ad fauorem Regis Siciliæ, pro expeditione belli tunc eminentis in suo Regno; quæ quidem decima debita est Summo Pōtifici loco alterius quã Dominus dari iussit Summo Sacerdoti populi Iudaici *cap. 1. de decim.* cum pluribus allegatis à Monet. *de decim. cap. 9. à num. 1.* & sibi, aut Principi, cui voluerit in casu necessitatis eam decimam applicare valet, vt notat S. Thom. 2. 2. *q. 87. art. 4. in resp. ad 3.* vbi omnes Theologi, & Canonistæ *in d. cap. 1. & in Clem. 2. de decim.* immo & quartam fructuum, seu maiorem illorum partem, vt aduertit Abulens. *tom. 6. in Matth. super cap. 23.*
2 *q. 176.* vbi ait quòd quamuis Papa regulariter non recipiat decimas Ecclesiarum, si tamen pro aliqua necessitate capere vult, non solùm decimas, sed etiam quæcunque alia iura Ecclesiarum & fructus accipere poterit ad tempus quamdiu durat illa necessitas iusta; & *quæst. 192. vers. sed dicetur,* addit quòd non solùm decimas, sed etiam integros fructus, vel portionem quam voluerit, exigere potest.
3 Et pro mensura necessitarum has decimas Principibus Christianis concedere solent Pontifices, *cap. fin. de voto, cap. ad liberandam, de iudic. d. Clem. 2. de decim.* glos. *verb. vacantium, in fine in Extrauag. Suscepti, ne Sede vac. inter communes, & verb. decimæ in Extrauag. 2. de elect. Ioan. XXII.* refert plura alia exempla Petr. Greg. *syntagm. iuris p. 1. lib. 2. c. 2. à n. 3.* Et hæc concessio & gratia, quam Summi Ponti-
4 fices faciunt Principibus secularibus de aliqua parte siue decima, siue maiori, reddituum Ecclesiasticorum, appellari solet decima Papalis, sumpto nomine ab origine & communiter accidentibus, quia frequentiùs in illa quantitate concedi solebat; hodie verò magis propriè subsidium dicitur, quòd scilicet cedat in defectum reddituum Regis patrimonis exhausti, & est vera subsidij proprietas, de qua Remig. *de charit. subsid. q. 2. & 4.* Et sic quamuis dicta Extrauag. loquatur de decima (quia concessio, de qua in ea, fuit de decima parte) non ideo minus dicendum est quod loquitur in nostris terminis, quia plus, aut minus non constituunt differentiam *l. fin. ff. de fundo instr. l. si proprietarius,* vbi gloss. *ff. de damno infecto.*

5 Deinde præsupponendum est dispositionem *dicta Extrauag. vnic. in §. ratione æris,* ius commune ad omnes similes casus inducere: nã licèt in eius principio videatur specialiter loqui de illa decima concessa Regi Siciliæ, & non generaliter de aliis, vt probare nititur Marcus Mantua *cons. 1.* nihilominus tamen certo certius est, quicquid Mantua velit, quòd extendi debet ad casus similes: tum ex eo quod Papa respondendo & definiendo super particulari casu Canonem generalem condit, text *opt. in c. ex multa, in princ. de voto* ibi, *Ad hoc igitur respondemus quòd in consultatione nostra ius editur,* vbi Doctores, *gloss. fin. in cap. consultationi, de tempor. ordinat.* Abb. *in cap. fin. col. 3. de iureiur.* Felin. *n. 77. in cap. 1. de constit.* Tum quia licèt sit Extrauagans, & olim non haberetur in corpore iuris communis, hodie tamẽ est in eo inserta, & edita auctoritate Sũmorum Pontificum, & concurrunt in ea omnes qualitates, quas requirit *cap. pastoralis, de fide instrum.* & ita iudex tenetur eam sequi, & secundùm eam iudicare, aliàs sententia esset nulla, vt post Doctores *in d. cap. pastoralis,* notant optimè Roman. *cons. 260.* & Ioan. Franc. de Panuin. & Hieronym. Clarius Brixian. *in suis proœm. ad Extrauag. communes, & Ioannis XXII.* Tum quia Doctores omnes quotquot in locis ordinariis & extraordinariis de hac materia tractant quæstiones, quas de iure disputant, & casus similes, in quibus consulunt, decidunt per eam; & hoc antequam inserta esset in corpore iuris, vt videre est per *gloss. 1.* & Doctores *in d. Clem. 2.* & Feder. de Senis *cons. 81. num. 5. & cons. 280.* vbi additio, Ioan. Andr. *gloss. in Extrauag. Vas electionis, verb. Florenum, de cens. inter commun.* vbi loquendo de prædictis declarationibus, de quibus *in gloss. 1. dicta Clem. 2.* sic ait. *Quas Doctores post gloss. ibi dicunt extendi debere ad casus similes. Quanto magis hodie postquam, vt dictum est, habetur in corpore iuris?* Et ita Rebuff. *in tract. de decim. q. 3. num. 6.* monet vt vnusquisque ad eam recurrat, & Alexand. Monet. *vbi suprà à num. 27. vsque ad 30.*

His suppositis verba textus sunt. *Ratione autem æris alieni, quæ persona soluens decimam obligata consistat, nihil de decima minuetur, etiamsi certæ res Ecclesiasticæ propter hoc à quoquam fuerint obligatæ,* &c. 6
Vbi verba *æs alienum,* generalia sunt, & comprehendunt quicquid vnus alteri quomodolibet debet, & patrimonium debitoris diminuere potest: prout alia verba, *æs suum,* comprehendunt omne, quod est debitũ creditori, & eius patrimonium augere potest, siue sit mobile, siue immobile, *l. cedere diem. §. æs alienum. ff. de verbor. signif. l. ob æs alienum. C. de action. & obligat. l. fideicommissum §. 1. ff. de iudic. l. si hæres ff. ad Trebell.* & sic text. *in d. §. ratione autem,* loquitur generaliter de omnibus, & patet euidenter ex illis verbis. *Etiamsi certæ res Ecclesiasticæ propter hoc* (scilicet æs alienum) *à quoquam fuerunt obligatæ.* In quibus duo notanda sunt, primum quod particula illa, *res,* generalis est continens tam mobilia, quàm immobilia, *l. 1. & per tot. ff. de rebus cred. & toto tit. ff. de rebus eorum, l. rei appellatione. ff. de verb. signif.* Menoch. *cons. 758. num. 14. Ego de appellatiua verbor. vtriusque iuris significat. appellat. 235. à n. 1.* 7
Secundùm quod alia particula, *à quoquam,* (quod generalis est, & sui natura nullam exceptionem admittit, iuxta gloss. celebrem *in Extrauag. Suscepti §. fin. verbo etsi quicquam, ne Sede vac. inter communes*) non solùm comprehendit eum, qui pro tunc decimam, sed quemcunque siue prædecessorem siue alium, qui propter dictum æs alienum dictas res ecclesiasticas obligauerit. 8

Secundò eadem pars probatur, quia onus subsidij primò & principaliter impositum est super fructibus, redditibus, iuribus, prouentibus, obuentionibus, 9

nibus, & emolumentis omnium Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum, & secundariò super personis huiusmodi bona Ecclesiastica percipientibus, vt constat ex clausulis Bullæ impositionis huius subsidij, & sic vt illud debeatur, solum exigitur fructuum perceptio, quod est iuri nullum conforme, quia subsidium, de quibus agimus, est quoddam munus extraordinarium & mixtum, quod imponitur personis pro fructibus, quos percipiunt, & ita est onus fructuum, non verò proprietatis, nec principaliter personæ. Sic in terminis charitatiui subsidij, & decimæ Papalis, allegando plures tenent Bellencin. *in tract. de charitatiuo subsidio quæst.* 22. *&* 35. Remig. *in eod. tract. quæst.* 4. *num.* 3. *& quæst.* 25. *num.* 2. Alex. *cons.* 68. *in princ.* Calderin. *cons.* 444. *num.* 4. Deci. *cons.* 116. *num.* 2. & ideo dixit Bald. *in l. meminem C. de sacros. Eccles.* quòd decima
10 Papalis accedit potius collectæ quàm tributo, refert & sequitur Bertachin. *de gabell. in prælud. num.* 16. Hug. Cels. *cons.* 34 *num.* 12. Vincent. de Franchis *decis.* 107. *num.* 4. licèt Flores de Mena *var. iuris lib.* 2. *quæst.* 21. §. 1. *in princ.* teneatur defendere collectam non esse munus mixtum, sed patrimoniale, aut
11 reale, quod non est præsentis loci disputare. Onus autem collectæ respicit fructus, & onus fructuum est. *l. neque stipendium ff. de impens. in rebus dotal.* Ægid. Thomas. *in tract. de collectis* §. *exactis num.* 6.
12 Quia onera supportare debet, qui fructus percipit ex re aliqua. Bald. *in l.* 1. *C. de sentent. quæ pro eo, & in l. prædia C. de fideicom.* Martin. Laudens. *in tract. de fisco quæst.* 224. Nicol. Festas. *de æstim. & collect.*
13 *cap.* 3. *num.* 4. Et vulgaris regula iuris est quod qui fructus colligit, functionum grauamen subeat, quam ponit Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 17. *num.* 1. Ioan. Garc. *de expensis cap.* 11, *num.* 56. Pinel. *in l.* 1. *p.* 2. *num.* 72. *C. de bonis matern.* Et ita cùm Ecclesiæ, monasteria, & beneficiarij verè, realiter, ac integrè, & sine aliqua diminutione percipiant fructus huic oneri & contributioni subiectos, nulli dubium esse potest illos etiam obligatos esse integræ solutioni, siquidem super omnibus indiuidualiter imposita reperitur, argumento textus optimi, & in proposito omnino videndi *in l. certo generi*, §. *si certus*, cum similibus, & quæ ibi notantur, *ff. de seruitut. rustic.*
14 Tertiò, quia licèt fructus obligati, & hypothecati manent annuis censuum redditibus, non ideo sic obligantes & hypothecantes visi sunt dictos fructus alienare, sed nihilominus eorum dominium & possessionem vt priùs retinent, ac verè & integrè illos percipiunt perinde ac si hypothecati non fuissent; quia pignus in bonis debitoris permanet, *l. pignus*, cum ibi notatis, *C. de pignerat. act. l. neque*
15 *pignus*, cum vulgaribus, *ff. de regul. iuris.* Et maximè, quia iuxta censuum constitutionem nec in toto nec in parte venditur, aut alienatur fundus, seu proprietas, aut possessio, vel fructus rei censui suppositæ, vt aliqui perperam, & male existimarunt, sed solùm emptor illius emit ius quoddam percipiendi & exigendi à venditore certam pensionem, aut redditus annuos, nullo habito respectu quantū ad hoc ad proprietatem, vel fructus rei hypothecæ subiectæ, vt post longam disputationem cum Palatio Rubeo, Gregorio Lopez, Couar. Sarmiento, Menoch. & aliis resoluit Felician. *de censibus lib.* 1, *cap.* 4. *per tot.* & postea *in addit.* alios infinitos allegat, & post eum Gaspar Roderic. *de annuis redditib. lib.* 1. *q.* 3. *à n.* 6. & ante eos latè Redoan. *in tract. de rebus Ecclesiæ non alienandis rub.* 16. *num.* 6. quem adeo libentius refero, quia loquitur in censibus impositis super rebus Ecclesiasticis, & est etiam Theologorum communis opinio, vt latè per Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 383. Aliàs enim si ex obligatione soluendi aliquam pecuniarum summam deducenda essent onera, & expensæ, deducenda vtique essent etiam de illis, quæ fiunt in victu, vestitu, & salariis seruientium, ac in aliis quotidiano vsui necessariis, & sic nihil remaneret super quo onus imponeretur soluendum, vt in terminis decidendo pro nostra parte hoc considerauit text. *in d. Extrauag. vnic. vers. si autem personis, de decim. inter communes*, ibi, *sicut de aliis prouentibus, quos pro certis suis vtilitatibus expendunt, & in vers. sed expensæ officialium.*

Quartò, quia id colligitur ex Bulla huius subsidij, 16
quæ verbis adeò generalibus, & cōprehensiuis illud imponit super omnibus fructibus, & redditibus Ecclesiasticis, quos percipiunt, qui tenentur soluere, exclusa quacunque deductionis faciēdæ insinuatione: & lex quæ generaliter loquitur, generaliter debet intelligi, *l.* 1. §. *& generaliter ff. de legat. præst. l. regula* §. *fin. ff. de iuris & facti ignor.* cum aliis per me citatis *Axiom.* 136. *n.* 1. Et quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. *l. illam, C. de collat. Extrauag. Antiqua, de voto inter com.* & lex si voluisset, expressisset. *l. vnic.* §. *fin antē ad deficiēts, C. de caduc. tollen. c. ad audiētiam, de decim.* plures per me citati *d. Axiom.* 136. *num.* 5. Et in dubio docet nos legislator quod 17
non recedamus à verbis legis, *l.* 1. §. *si is qui nauim. vers. sed si sciente. ff. de exercit. action.* gloss. *in cap. humanæ aures* 22. *quæst.* 5. Roman. *cons.* 389. Afflict. *decis.* 319. *num.* 3. *&* 4.

Quintò, quia *in d. Extrauag. vnic* §. *in soluendo*, 18
disponitur, quòd in solutione facienda de decima Papali, seu subsidij (quod idem est vt infra ostendetur) deducuntur solæ expensæ necessariæ, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur, arando, colendo, & colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi, non tamen aliæ; quod quidem cùm sit tam conforme generalibus iuris regulis, & æquitati ac rationi consentaneum fructus non dici, nisi qui supererunt, deductis expensis, nihilominus ad maiorem huius partis cōfirmationem, seclusa dicta Extrauaganti, solo iure communi attento, probabilius mihi videtur, & ni fallor certum quod in solutione huius subsidij potest non admitti similis expensarum deductio, quia certissimum est in iure valere argumentum de decimis consuetis ad decimam Papalem, aut subsidium, de quo loquimur, *cap.* 1. *de decim. Clem.* 2. *eod. tit.* cum vtrobique notatis, gloss. *verb. consueuit in Extrauag. vnic.* §. *in illis, ne Sede vac. inter commun.* Et satis colligitur: nam si illam vti decimam consideramus, est quædā species ex relatis *in d. c.* 1. & valet argumentum de genere ad speciem, & è contra, ex citatis per me *de locis communibus argumentor. iuris, loco* 53. *&* 104. Si verò eam vti tributum consideramus, idem dicēdum, quia etiam valet argumentum de tributo ad decimam, & è contra, plures per me *loco* 116. In or- 19
dinaria autem decima certum est quòd non deducuntur expensæ pro colligendis fructibus factæ, iuxta textum, & communem *in c. tua nobis, de decim.* celebris glos. *in l. si à patre* §. *fin. ff. de petit. hered.* notant omnes *in l. fructus* 7. *ff. soluto matr.* vbi eleganter D. Barbosa, Ioan. Garcia *de expensis c.* 1. *n.* 17. Baëza *de decima tutor. cap.* 29. *in princ.*

Et quamuis dicti Doctores dicant id non procedere nisi in decimis prædialibus, quia in personalibus certum est quòd deducuntur impensæ, ex *cap. pastoralis*, cum ibi notatis, *de decim.* cuius argumento Dominic. *in cons.* 85. *per tot.* probare intendit quòd

quòd in decima Papali deducendæ erant hæ expensæ,quia,vt ipse dicit,est similis decimæ personali, & non prædiali;adhuc tamen contrarium videtur verius,quia subsidium hoc impositum extat super fructibus,& non super personis,vt dictum est.Et sic non est reputanda vtilitas prouenienes personæ tanquam in lucro personali,sed tanquam in fructibus, iuxta notabilia verba Innocentij *in d.c. pastorales n.2.*ibi, *Cum ergo de fructibus & redditibus integræ decimæ dãdæ sint,nullo modo integrè darentur, si expensæ deducerentur,sed de toto lucro dantur benè decimæ, licet detrahantur expensæ factæ in negotiatione.*Et paulo infrà cõcludit;sic dicens.*Videtur ergo sic tenendum,quia quando soluitur decima, à lucro deducendæ sunt expensæ, sed vbi soluitur de fructibus, seu redditibus, non deducuntur expensæ*; eadem verba allegando Innocentium refert & sequitur Hostiens. *ibi collect. 2. vers. cùm ergo.*

20 Ratio est,quia verbum *fructus* propriè,& secundùm veritatem significat omne illud,quod præcipitur etiã non deductis expensis,vt constat ex M.Varrone *lib. 4. de lingua Latina*, ibi, *Fructus dicuntur à ferendo,quia res,quas producit fundus,dominus fert ad fruendum,*notat gloss.*in d.l.fructus*,communiter ibi, & vbique recepta secundùm Barthol Soccin. *ibi n. 4.* Et ideo Bald. sequendo decimarum prædialium æquiparationem *in d.l.fructus*,indistinctè dicit quòd quemadmodum in decimis non deducuntur expensæ,ita nec in tributis,nec in gabellis Principum non debent deduci; & ante eum Innoc. *in d.cap.tua nobis*, ita dixit.*Sed & decima prædialis tributum est,sicut enim tributum nulla facta deductione soluitur, sic & hæc decima*: sequitur Cuman.*ibi n.2.*& Salicet. *in l. 1. C. de fructib. & lit. expens.* & Alberic. *in d. l. fructus, circa fin.* allegando ad id Iacobum de Arenis, vbi Barthol.Soccin. etiam tuetur opinionem Baldi, & respondet contrariis & Paul.de Castro *n.-.*nota-
21 biliter in proposito dicit quòd quando à statuto imponitur gabella super fructibus, non deducũtur expensæ,quia(vt ipse dicit)statutum non intendit vbi aliquid ille lucretur, sed potius ad ipsum onerandum gabella, vel decima, aut quarta: vbi notanda sunt duo vltima verba,quæ sunt in nostris terminis, Baldum quoque sequitur *ibi* Carol Ruin.*n.6. ad fin.* & Iacob.de Ayell. *... de iure ... n. 95* dicit
22 quòd de fructibus,qui soluuntur in recognitionem dominij,non deducuntur aliquæ impensæ etiam factæ colligendorum fructuum,& allegat ad id solemnem Doctorem Claudium *in d.l.fructus*, & Afflict. satis ad propositum *decis.252.n. 7.* vbi dicit quòd si
23 soluitur tributum tempore belli ad defensionem Regni,tunc ex fructibus non debent deduci expensæ. Idẽ in tributis Regiis & extraordinariis horum Regnorum notat Auendan.*de exequendis mandat.p. 2.cap. 14.n.15.* vbi ait quòd isto casu fructus considerantur ratione publicæ vtilitatis, non deductis expensis. Idem in gabellis tenet Lasarte *de decima vendit.c.16. n. 1.* Idem in decima tutorum quod in
24 ea non deducantur impensæ post longam disputationem concludit Baeza *de decim. tutor.c. 29. n. 11.* vbi dicit hanc esse æquiorem opinionem.

Vnde rationes,quas in contrarium præstant Do-
25 ctores, qui ab opinione Baldi recesserunt,sufficientes ex se non sunt, & multo minus in casu proposito. Nam illa quòd decimæ ordinariæ sunt fauorabiles, tributa verò & gabellæ odiosæ, non procedit in nostro subsidio, cuius concessio & præstatio est fauorabilissima, vt statim ostendam. Alia etiam vniuersalis dominij, quòd ad decimas in Deo considerauit *d.cap. tua nobis*, non habet locum in Principe quoad tributa, quia non est dominus,sed protector, vt notatur *in l. benè à Zenone C. de quadrien. præscript.* multo minus procedere potest in casu nostro, quia Papa, vt infrà dicetur, est dominus bonorum Ecclesiæ, si non vt absolutus, tamen vt vnicus& summus administrator, & dispensator eorum.Alia etiam quod non procedit æquiparatio tributi ad decimam,iuxta *glos.verb.tributa, in d.cap.tua nobis*, est prorsus à veritate aliena, quia Abb. *ibi n. 9.* reprobat dictum glos.& dicit quòd fundatur falsis fundamentis, & respondet ad ea euidenter. Et quamuis non desint qui existiment expensas fructuũ in decimis Papalibus deducendas esse, vt fuit glos. *verb.taxationem in d.Clem.2.de decim.* & Aretin.*in d. l.fructus col.3.*& quos allegant Tiraq *de retractu lig. §.15.gloss.1.n.16.*Gig.*cons.119.&* Monet. *de decim.c. 9. n.176.* Attamen eorum dicta procedunt attenta decisione dictæ Extrauag.non verò in strictiori iuris disputatione.

Sextò, quia quando penitus deesset iuris dispo- 26
sitio in hoc casu,quæ non desideratur,adhuc in similibus casibus plures adduci possent resolutiones, in quibus huiusmodi deductiones non admittuntur, licèt ad admissionem prædictam fortiores nos inducerent rationes.

Primum exemplum colligitur ex text.*in d.Extra-* 27
*uag.vnic.§.Prælati,de decim.*vbi beneficiati,qui ex valore suorum beneficiorum tenentur soluere procurationes,in victualibus Prælatis visitãtibus non possunt ob hoc in solutione decimæ Papalis facere deductionem,quamuis istæ procurationes ipsorum beneficiorum propria onera sint, vt notatur *in c.prohibemus §.porrò,cum similibus,*vbi glos.*verb. oneribus, de offic. Ordin.lib 6.*

Secundum *in Extrauag.Suscepti,§.in illis, ne Sede* 28
*vac.inter communes,*vbi diuisio fructuum fit inter habentem annalia beneficiorum ex cõcessione Apost. ex vna parte,& beneficiatum ex alia:& beneficiatus pro sua medietate tenetur integrè soluere omnia onera incumbentia beneficio,nec ob hanc rationẽ aliquam facit deductionem in solutione subsidij, quod quidem beneficij onus est, vbi glos. Zenzilini *verb.supportandis*,ait quòd hoc procedit, etiamsi illa medietas fructuum non sufficiat sibi. Et est videnda alia glos.Guillelm.de Monte Lauduno *in eadem Extrauag.Suscepti, verb. aliis Ecclesiæ oneribus,de elect. Ioan. XXII.* vbi latè disputat de hoc.

Tertium ex text. optimo in proposito *in cap. cùm* 29
olim 19.de censib. vbi statuitur quòd quarta decimarum, & alia iura Episcopalia debent Episcopo persolui, nullis factis deductionibus.

Quartum, ex *cons.43.*Federici de Senis, ponde- 30
rando illa verba posita *n.1.& hoc ne ...*,vbi præsupponit quòd quarta legatorum quam vocant Canonicam,debet solui absque vlla deductione, adeò vt si Fratribus Prædicatoribus relinquatur domus, & alicui laico ad vitã vsusfructus eius,Fratres tenentur soluere quartã sine deductione alqua ratione dicti vsusfructus.

Et est aduertendum quòd valet argumentum de 31
quarta Canonica ad subsidium, & è contra, vt per glos.*in d.Extrauag.Suscepti,de elect.Ioan. XXII.verb. soluere consueuit,*&per Bald.*in l.si quis ad declinandam §.in omnibus n.18. C. de Episc. & cleric.*

Quintum *in l. neque stipendium ff. de impens. in re-* 32
bus dotalib. vbi quamuis maritus ratione fructuum dotis teneatur ad tributum, & ad collectas, vt per Ægid.Thomas.*in tract.de col.§.pauperes n.25.* & Ni- 33
col.l.Festas.*in tract.de æstimo,& collect.cap.4.num.32.* & licèt aliàs impensas omnes deducat, vt *in l. 1.*

& per tot. ff. illo titul. nihilominus ob id nihil deducere potest in restitutione fructuum dotis, ex ratione de qua ibi, quæ multum facit ad nostrum propositum, videlicet, *Quia onus fructuum hæc impendia sunt.*

34 Sextum in vsufructuario, cui tametsi relictus sit integer vsusfructus alicuius prædij, & postea impositum sit aliquod tributum, seu collecta super fructibus, tenetur ad id soluendum, neque ex hac causa habet actionem aliquam contra hæredem, vel dominum proprietatis, *l. hactenus* 8. *l. si pendentes* 34. *§. si quid ff. de vsufr.* Festas. *vbi suprà num.* 26. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 17. *num.* 1. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 11. *num.* 45. vbi habetur in summario, sed id inuenitur *num.* 56.

35 Septimum in emphyteuta, qui tenetur etiam ad collectas, quia fructus rei colligit & suos facit, vt notatur *in l.* 2. per textum *ibi*, *C. de iure emphyt.* & allegando plures dicit communem ex Curt. iun. *cons.* 36. Festas. *vbi suprà num.* 24. latè Valasc. *d. quæst.* 17. *per tot.* præsertim *à num.* 8. vbi magis in specie loquitur de collectis, quæ imponuntur personis pro rebus: non tamen ob pensionem, quam domino directo soluit, deducit aliquid de collecta, etiamsi magna sit pensio, vel magnum onus collectæ, vt per eundem Valasc. *citato loco*, & Ioan. Garc. *d. cap.* 11. *numer.* 11. & Flores de Mena *lib.* 2. *var. quæst.* 21. *num.* 132.

36 Octauum in libellario: est autem libellarius ille, qui ab emphyteuta habente vtile dominium tantum accipit prædium emphyteuticum pro certa annua pensione, vt definit Valasc. *d. tract. de iure emphyteut. quæst.* 35. *num.* 1. Hunc enim, (quia rei fructus percipit) teneri ad collectas affirmant
37 Soccin. *cons.* 119. & Carol. Ruin. *cons.* 77. quos allegat, & sequitur Festas. *vbi suprà numer.* 25.
38 Nihil tamen de annua pensione, quam emphyteutæ soluit, posse propter hoc deducere, constat ex eo quòd in omnibus hic contractus habetur vt emphyteuticarius, vt per Valasc. *citato loco.* Cæterùm notandum est in duobus præcedentibus exemplis quod mero iure attento vterque habebit actionem contra dominum aut emphyteutam, vel vti poterit iure retentionis pro rata collectæ pensionem contingente, vt per Valasc. *vbi supra*, & Ioan. Garc. *d. cap.* 11. *num.* 57. qui plures allegat, quamuis id quod dictum est (quod absque deductione, & nullo recursu habito debent collectas, & tributa persoluere) seruari de consuetudine asserat Ioan. Garc. *d. c.* 11. *n.* 59. & de iure Hispaniæ Auend. *de exequend. mand. part.* 2. *c.* 14. *n.* 9. *&* 21.

39 Nonum exemplum sit in feudatario, qui & ipse ad collectas teneri constat ex eo quòd rei infeudatæ fructus percipit, & dominus vtilis est, vt probatur *in c.* 1. *§. ei autem, de inuest. de re alien. facta, in vsibus feudor.* Valasc. *d. q.* 17. *n.* 3. Festas. *d. c.* 4. *n.* 29. Inauditum tamen est vt ob id possit aliquid deducere de seruitio, quod præstat domino feudi.

40 Decimum rursus in eodem feudatario filio primogenito, qui tenetur fratri secundogenito vitam, & militiam præstare, quæ quidem præstatio (quod magis facit) reputatur portio, & onus feudi, Afflict.
41 *decis.* 43. *num.* 2. *& decis.* 133. *n.* 2. Nihilominus tamen adhoam, & releuium pro feudo integrè soluit, nec ob id quod secundogenito præstat, aliquid deducit, Afflict. *decis.* 252. *n.* 2. qui licèt in fine non videatur se firmare, Cas. tamen de Vrsill. *eius additionator n.* 5 plures allegat id tenentes, & vltra eum Iacob. de Ayell. *in tract. de iure adhoæ, releuij, ac subsidij num.* 93. dicit quod nunquam in adhoa est deducta vita & militia, sed soluitur integrè per primogenitũ sine aliqua deductione, quod idẽ repetit in releuio *ibi n.* 95. & Baëz. *de decim. tutor. c.* 29. *n.* 13. vbi in fine ex Boër. *decis.* 244. aliud adducit exemplum, quod & plura alia consulto omitto. 42

Vndecimum, in beneficiato, qui ex fructibus sui beneficij pensionem Ecclesiasticam soluit, nam ob id nulla deductio fit in solutione decimæ Papalis, vt probatur *in d. Extrauag. vnic. §. & quia nonnulli, de decim.* omnes *in d. Clem.* 2. *eod. tit.* Caccialup. *de pension. quæst.* 17. Gig. *eod. tract. quæst.* 38. *& cons.* 16. 100. 119. 135. Tiraquell. *de primog. quæst.* 74. VVemes. *cons.* 288. *sub tit. de præbend.* latè Monet. *d. cap.* 9. *à num* 87. Et idem in charitatiui subsidio, & decima Papali Bellencin. *q.* 37. & Remig. *q.* 44. Et licèt verum sit quòd beneficiarius habet recursum, & ius retentionis pro rata contra pensionariũ, vt per Doctores suprà allegatos, attamen quoad nos sufficit quòd ipse beneficiatus absque deductione soluere teneatur subsidium, & quod totius summæ debitor sit, vt patet. 43

Duodecimum, & vltimum exemplum sit in decimis ordinariis, tributis, collectis, & gabellis, ac seruitiis ordinariis & extraordinariis, de quibus satis suprà *in vers. quinto n.* 18. *& seqq.* vbi late probatum est quòd in illorum solutione nulla admittitur deductio ex Auend. Lasarte, & aliis, qui vltra ibi dicta subdit *n.* 6. in tributo vulgo *Alcauala* promissa non esse deducenda, idem in causa laudemij Amadæ. à Ponte *in quæst. laudemia lib. q.* 6. *præsertim num.* 7. 44

Septimò, quia pro eadem parte extant plures ita decidendi rationes, quæ omnem superant difficultatem. Quarum 45

Prima est, quam præstarunt Bellencin. *q.* 62. & Remig. *q.* 53. *in suis tract. de charitatiuo subsidio*, & Monet. *d. tract. de decim. c.* 9. *n.* 174. quòd ante omnia debet solui census superior, ex doctrina Ioan. Andr. & Antonij de Butrio *in c. eam te, de ætate & qualit.* & Archid. *in c. cum in singula, circa med. de præbend. in* 6. quorum auctoritate Bellencin Remig. & Monet. resoluunt quod si Papa, vel Princeps cui ex propria concessione deberetur decima, aut subsidium, concurreret cum aliis creditoribus, illis præferendus est, idem quoque dicendum est in tributis, collectis, & aliis impositionibus, quæ super rebus, & earum fructibus imponuntur. *l. fin. C. sine censu*, cum similibus, Bart. *in l. rẽ quæ nobis C. de acquir. possess.* Quia pro tributis soluendis prædia, vel fructus, super quibus imposita sunt, tacitè, & cum prælatione censentur hypothecata, *l.* 1. vbi glos. Bald. & omnes, *C. si propter publicas pensit. l.* 1. *C. in quibus causis pignus vel hypoth. l.* 25. *Hisp. tit.* 13. *p.* 5. vbi Greg. Lop. *verb. tributo.* Et non solùm prædia ipsa tributaria, vel fructus tali impositione onerati, sed & omnia bona debentis tributum, vel subsidium, sunt pro illis obligata, vt probat latè Valasc. *de iure emphyt. q.* 17. *n.* 20. quod totum desideraretur, si propter posteriora debita, & minus priuilegiata aliqua fieret defalcatio. 46 47

Secunda ratio est quòd licèt fateamur Summum Pont. nõ esse absolutum, & verum dominum bonorum Ecclesiæ, quia is est Christus Dominus; nihilominus negare non possumus quòd tanquam vniuersalis, & vnicus eius vicarius, est summus administrator, & dispẽsator illorum. Ita S. Bernard. *lib.* 4. *in fine, de consideras. ad Eugenium*, quẽ refert & sequitur Archid. *in c. non decet* 12. *dist.* Abb. cõmuniter receptus *in c. constitutus, de relig. domib.* S. Thom. communiter etiã à Theologis receptus 2. 2. *q.* 100. *art.* 1. *&* Concil. 48

cil. Lateranen. sub Leone X. *sess. 9. §. & cùm fructuum,* dicit quòd fructuum beneficiorum administratio
49 plenaria pertinet ad Romanum Pont. ideo dominus beneficiorum ab omnibus simpliciter appellatur, vt latè per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 1. procem. à n.*
50 1. Vnde dixit in nostris terminis Nau. *in manuali cap. 23. num. 108. vers. octauò infertur,* quod potest omnes fructus Ecclesiarum, vel aliquam eorum partem ex iusta causa applicare alicui bello pio, etiã sine consensu beneficiorum: immo, & de potestate or-
51 dinaria potest Papa auferre viri beneficium Ecclesiarum, & dare alteri, gloss. *verb. coactè in cap. omnis, qui geminat 7. q. 1.* quam ad hoc allegat, & sequitur Gemin. *cons. 99.* & Gonzal. *d. §. 1. procem. num. 36.*
52 Et hæc bona Ecclesiastica Summus ipse Pontifex communicat Ecclesiis, monasteriis, & beneficiis, & ab eo tanquam à fonte, & eius gratia & concessione, ipsæ Ecclesiæ, monasteria, & beneficia accipiunt, text. opt. *in cap. ita Dominus 19. dist.* ibi, *Vt ab ipso quasi à quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.* ita ut prius quasi sua ad Pontificem spectent dicta bona, & postea mediante eius concessione fiant eorum, quibus ille donauit, maiore tamen potestate super illis fructibus penes Papam remanente, arg. *cap. dudum, vers. nos igitur,* cum similibus, *de prebend. lib. 6.* ibi, *Penes nos tamen nihilominus remansit maior, licèt eadem potestas in prædictis,* & ideo nil mirum si Pontifex in sua parte integritatem habeat, & præferatur omnibus aliis creditoribus anterioribus & priuilegiatis, quia vtitur iure suo, proindeque nemini facit iniuriã, argumento optimi text. *in l. si in meo 21. ff. de aqua pluuia arc.* ibi, *Quia non videtur is damnum pati, qui eo veluti lucro, quo adhuc vtebatur, prohibetur, l. Proculus 26. ff. de damno infecto,* & ita nobiliter glos. *in d. Extrauag. Suscepti, verbo consueuit,* multum propriè, quia vtitur verb. *retinere* in similibus terminis dixit quòd non fit illis iniuria si aliquid sibi retineat, qui est dominus omnium. Et facit quod aliàs dicit text. *in cap. decimæ 16. quæst. 1.* ibi, *Dominus, qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere non sibi, sed nobis sine dubio profuturam,* &c.

53 Tertia ratio est, quia cùm subsidium huiusmodi imponatur super fructibus, vt sæpè repetitum est, & ipsi fructus priùs de Ecclesia fuerint, benè sequitur quòd primum ipsi Ecclesiæ contribuere debent, quia eius respectu omnes creditores posteriores sunt, & illa prior debet esse in exigendo: quã rationem subtilem, & elegantem cõsiderauit in terminis Bonifac. de Vitalim. omnino videndus, *in d. Clem. 2. n. 46.* & adducit ad id in argumentum text. *in l. fundi Trebetiani ff. de vsufr. legato.* Comprobatur etiam ex communi loquendi vsu, qui in similibus rebus magni habetur, iuxta text. *in l. librorum §. quod tamen Cassius ff. de legat. 3.* quia vulgo dici solet monasterium, aut maioratum reddere ducata duo millia, habita consideratione tantùm ad illius annuum valorem, licèt censuum quantitates soluat, vt in simili considerauit Baëz. *de decima tutor. c. 29. n. 10.*

54 Octauò, quia etiam pro hac parte stat fauor Religionis Christianæ, & Ecclesiæ Catholicæ, ex eo quòd huiusmodi subsidium semper imponitur pro eius defensione, & ad sustinenda bella contra infideles. Et summa est ratio, quæ pro Religione facit, *l. sunt personæ 45. ff. de relig. & sumpt. funer.* Fontanel. *de pactis nupt. clausf. 5. glos. 8. p. 12. num. 27.* Anton Fab. *dec. de 35. errore 7.* Carranza rectè explicans verba illa, *summam esse rationem de parte c. 2. n. 16.* Et nullus maior fauor, quàm Fidei, *cap. in Fidei fauorem, de heret. lib. 6. cap. Iudæi 2. q. 1. cap. 2. de conuers.* infidel. Versatur etiam fauor publicæ vtilitatis, vt mirabiliter in proposito dixit text cum glos. *in l. 1. §. si is qui nauem ff. de exercit. action.* ibi, *quia ad summam Reip. in vtilitatem nauium exercitium pertinet.* Et salus Reipubl. debet esse lex suprema, Cicero *de legib.* vtilitas publica priuatæ est præferenda. *l. vnic. §. fin. C. de cadnc. tollen.* ibi, *Quod communiter omnibus prodest, hoc priuatæ vtilitati nostræ præferẽdum esse censemus,* &c. text. *in l. actione §. Labeo ff. pro socio.* ideoque propter vtilitatem publicam multa in iure conceduntur contra strictam disputandi rationem. *l. ita vulneratus, circa fin. ff. ad legem Aquil.* Et maximè, quia ex beneficio Principis hoc subsidiũ habetur, ac proinde latissimè debet interpretari, *cap. cùm olim, de verb. signif. l. fin. ff. de constit. Princip.* cum similibus, quo argumento ad id probandum vtitur in terminis Mar. Mantu. *cons. 1. n. 4.* Et in terminis quòd simile 56
subsidium sit fauorabile, & largissimè interpretandũ, vltra alios probat latè Bellencin. *in d. tract. de charit. subsidio q. 66.* vbi per hanc rationem contra Ludou. 57
Roman. *cons. 498.* tenet quòd Cardinales quamuis expressè non nominentur, censentur in concessione subsidij inclusi, quod etiam contra eundem Romanum tenuit gloss. *in Extrauag. Vas electionis, verb. charitatiuum subsidium, de censibus, inter communes,* & in fortioribus terminis, quia loquitur in simili, sed minus necessaria & fauorabili concessione, videlicet quando Papa concedit aliquibus personis, fabricæ, vel pio loco fructus beneficiorum primi anni, tenet glos. *in Extrauag. Suscepti. §. cùm itaque verb. vacantium, vers. sed quid erit, & verb. priuilegio, in fine, & verb. mallent, ne Sede vac. inter commun.* vbi dicit in- 58
ter alia quòd similes gratiæ, quæ aliquibus piis vsibus applicãtur etiam de bonis Ecclesiasticis, quãuis redundent in aliorum odiũ, debent largè interpretari, quia ad hoc vt dispositio sit fauorabilis, attendi debet id, propter quod principaliter fit, quamuis minus principaliter, & per quandam consequentiam vergat in alterius præiudicium, argum. *l. quæritur ff. de statu homin. cap. non dubium, de sent. excom.* notant Dominic. & Franch. *in c. sciant cuncti de elect. lib. 6.* vbi glos. quã reputat singularẽ Felin. *in d. c. non dubium*: præcipuè quando constat voluisse Principẽ fauore alterius aliũ prægrauare, vt in præsenti subsidio, iuxta glos. celebrem in nostris terminis *in d. Extrauag. Suscepti, verb. consueuit.* Et fauor, & publica vtilitas consideratur in hoc quòd ista gratia ita intelligatur, & extendatur vt comprehendat plures res & personas, quia vt in terminis subsidij dixit Oldrad. *cons. 122. num. 6.* quanto erunt plures, faciliùs ea, quæ incumbent onera, supportabunt. *l. 1. C. de exactor. tribut. l. Auctores C. de priuileg. dom. August. lib. 12.*

Contrarium verò, immò partem affirmatiuam, 59
quòd scilicet subsidium huiusmodi deductis oneribus sit soluendum, multis, sed his potissimum comprobatur fundamentis.

Primò, quia valor repartitionum, & contributionum huius subsidij fieri debet secundùm quantitatẽ bonorũ, cuiusuis ex contribuentibus, text. in simili *in c. cùm Apostolus,* ibi, *& facultatibus Ecclesiarum, & in c. sopitæ,* ibi, *secundò facultates eorum,* vbi glos. ait quòd id semper considerandum est, & *in cap. cùm nuper,* vbi similis gloss. *de censib. cap. conquerente, de officio, Ordin.* vbi etiam gloss. text. *in Extrauag. Vas electionis, in princip. de censibus inter commun. l. cùm possessor,* ibi, *vt omnes pro modo prædiorum pecuniam tributi conferant, ff. eod. tit. l. 2. C. de annon. & tribut. l. 10.* Quod tanto veriùs procedit, vt si contri- 60
buẽs ostẽdẽrit se grauatũ in quãtitate distributionis,

aut bona sua diminutionem pati, debet audiri, & grauamen tolli, *l. qui grauatos*, vbi notant Bart. & Doctores, *C. de censibus & cens. lib.* 11. optimus & expressus text. *in l. forma, in princip. & in §. illam*
61 *enim æquitatem. ff. de censib.* Nam id abesse à bonis alicuius videtur, in quo alteri obligatus est, text. opt. vbi gloss. *verb. videtur in l. si quis mandato 29. ff. de negot. gestis.* Et bona & substantia cuiusque intelliguntur quæ supersunt deducto ære alieno, *l. subsignatum §. bona*, vbi etiam gloss. *ff. de verb. signif. l.* 2. *§. il-*
62 *lud autem. ff. de collat. bonor.* cum similibus. Et in promissione bonorum non plus est quàm quod superest, deducto ære alieno, *l. mulier bona ff. de iure dot.* Et idem in collatione bonorum, *l. ea demum ff. de collation.* Et in hæreditate, & in legato. *l. nō amplius 26.*
63 *in princ. ff. de legat.* 1. Et ideo quod nos aliis debemus, dicitur æs alienum, & quod alij nobis debent, dicitur æs nostrum, & in bonis nostris annumeratur. *l. bonorum 49. l. cedere diem 213. ff. de verbor. significat.*
64 glos. *in l. ob æs alienum. C. de action. & obligat.* quia propriè bona dici non possunt quæ plus incommodi, quàm cōmodi habent. *l. propriè 83. ff. de verbor. signif.*

65 Secundò, quia cùm super bonis & rebus Ecclesiasticis, Ecclesiarum scilicet, monasteriorum, seu aliorum contribuentium cum generali & speciali hypotheca, cēsus, siue alia onera imposita reperiantur, bona seu res illæ pro cōcurrenti quantitate onerum prædictorum censentur alienatæ, siue venditæ, vt probare videtur *l. Hisp. 5. tit. 15. lib. 5. Recopil.* ibi, *Las casas y heredades que compran.* Et est opinio multorum grauissimorum Doctorum, quos referunt Felician. *de cēsib. lib. 1. c. 4. n. 1. vers. denique* & Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. q. 3. n. 6. in princ.* qui
66 Doctores dicunt quòd emptor census videtur emere fundum, vel domum super quibus census imponitur, & breui manu reddere vēditori vt in illis cēsus funditur, & ideo ex contractu census debetur, Alcauala Lasarte *de decima vendit. c. 10. n. 18.* Et licèt concedamus horum opinionem certam non esse quoad alienationem, & dominij directi, & proprietatis rei censui suppositæ, ad minus admittenda foret aliorum non paucorum opinio, qui tenent in contractu census vendi, & alienari fructus prædij, & hypothecæ, super quo fuit impositus, quos etiam refert Felician. *vbi suprà n. 7.* & Rodrigu. *d. n. 6. vers. quamuis.* Admissa quælibet ex his duabus opinionibus sufficienter hanc partem affirmatiuam probat; quia si proprietas fuit alienata, res penitus periit, & tunc intrat expressa decisio text. *in d. §. illam enim*
67 *æquitatem*, & doctrina Baldi communiter recepta *in l. etiam n. 28. vers. nos quidam ff. de except. rei iudic.* vbi ait quòd minui debet collata in iis, qui lapsi sūt
68 facultatibus. Et in terminis quòd clericus, qui habet beneficium ex quo soluit alicui annuum censum, non teneatur solidum soluere, tenet Bellencin. *de charitatiuo subsidio q. 37.*

69 Tertiò, quia pro faciliori materiæ intelligentia sciendum est tres species onerum Ecclesiasticis bonis, & rebus impositorum reperiri. Prima species illorum est, quæ imponuntur Ecclesiis, & clericis ab omnibus simul debita, Ecclesiis scilicet propter se, clericis verò propter Ecclesias, vt in subsidio Episcopis debito; de quo *in cap. conquerente, de offic. Ordin.* & in procuratione Legatorum, & decima Papali; ac in aliis similibus oneribus, quæ tanquam mixta habentur, nempe personalia & realia Ecclesiarum, non tamen prædiorum. Secunda species munerum est, quæ merè realia sunt, vt *in l. forma §. si verò quis agrum*, & ibi Bart. *ff. de censib.* & huius distinctionis, ac effectuum ex illa resultantium meminere Ioan. Andr. *in cap. 1. de immun. Eccles. lib. 6.* & ibi Gemin. & Anchar. latè Federic. de Senis *cons.* 151. Paul. de Eleazar. *in Clem. 1. de iurepatron.* & ibi Zabarel. q. 7. idem Anchar. *cons.* 141. Bellencin. *de charit. subsid. q. 35. per tot.* Remig. de Gonni *eod. tract. q. 25.* Ioan Bapt. Ferret. *cons. 138. num. 6.* Tertia onerum species est subsidij scilicet à Sede Apost. Regi 70
Catholico concessi ab aliis multum dissimilis, cùm illius impositio facta reperiatur super fructibus, & redditibus Ecclesiasticis Ecclesiarum Hispaniæ, & ita onus est fructibus, non verò Ecclesiis, aut Ecclesiasticis personis impositum, vt patet ex prima Pij IV. concessione, ibi, *Super omnium & singularum Cathedralium, & Metropolitanarum fructibus, redditibus, & prouentibus, obuentionibus, emolumentis*, &c. Idem colligitur ex prorogationibus deinde concessis, vt patet ibi, *Ex fructibus, & redditibus Ecclesiasticis ciuitatum, & locorum Regnorum vniuersarum Hispaniarum*, &c. & in specie tradit Lasarte *cap. 19. num. 34. & 35.* ibi, *Planissima sanè est, & verissima resolutio si animaduertas quòd charitatiuum subsidium est onus iniunctum non quidem Ecclesiasticis personis, sed redditibus potius, & prouentibus totius Ecclesiæ*, &c. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 73. a. 6. in princ.* ibi, *Quia charitatiuum subsidium impositum est non quidem personis Ecclesiasticis, sed redditibus potius, & prouentibus totius Ecclesiæ*, &c.

Vnde dicta subsidij concessio fuit consignata su- 71
per fructibus Ecclesiasticis, non verò super personis, & quamuis ab illis exigatur, id non procedit ex aliqua earum obligatione personali, sed quatenus fructus Ecclesiasticos percipiunt, & sic tantùm tenentur ratione redditIuum fructuum Ecclesiasticorum, vt in specie concessionis subsidij factæ Principi tenent Ferret. *cons. 138. num. 11.* Ioan. Andr. *in d. cap. 1. num. 6. de immun. Eccles. lib. 6.* & ibi Dominic. *num. 7.* Cardin. *in Clem. 1. §. sanè num. 5. de iurepatron.* Federic. de Senis *d. cons. 151. per tot.* præcipuè *à numer. 5.* & alij, quos refert & sequitur Bellencin. *d. tract. de charitat. subsid. quæst. 35.* & omnes conueniunt hanc decimam potius æquiparari collectæ quàm tributo: nam collecta propriè dicitur, quæ 72
imponitur personis pro rebus, vt *in d. cap. 1. de immun.* & *ibi* Gemin. *num. 3.* & ideo est variabilis secundùm casus, & occurrentes necessitates, vt tradit Paul. *in l. Imperatores num. 3. de publican.* comprobat Franc. de Claperis *cent. causar. causa 42. q. 1. num. 8.* idem tenet Bald. *in l. neminem num. 3. C. de sacros. Eccles.* Bertachin. *in tract. de gabell. in prælud. num. 16.* Cassan. *in consuetud. Burgund. §. 4. vers. extraordinarium num. 43.* Hug. Cels. *cons. 34. num. 22.* Vincent. de Franchis *decis. 107. num. 4.* Secus est 73
quando tributum fuerit reale, perpetuum, vniforme, inuariabile, & ordinarium *l. 1. C. de vacat. publ. mun. l. 2. C. de indict. lib. 6. l. omnes C. sine censu*, Abb. *in cap. fin. num. 12. de vita, & honest. cleric.* Claper. *citato loco num. 8.*

Ex quo fit, hanc decimam Papalem super bonis 74
& fructibus personarum, & vniuersitatum Ecclesiasticarum impositam, tanquam subsidium ex causa à Pontifice impositum. Rebuff. *de decim. quæst. 3. num. 3.* Franc. Monald. *cons. 107. num. 1. lib. 2.* & tanquam onus variabile, Bellencin. *de charit. subsid. q. 69. n. 2 cum seqq.* augeri diminuiue posse, auctis, vel diminutis fructibus, vt in quocunque tributo, cùm onus fructuum hæc impendia sint, probat *l. neque stipendium ff. de impensis in rebus dotal. l. quæro ff. de vsufr. legato. l. hactenus, ff. de vsufructu; & in* collecta

collecta dicit tex. *in l. cura. §. inopis, ff. de muner. & honorib. l. forma*, vbi Bart. *ff. de censib. l. his oneribus. §. acutis, ff. de vacat. muner.* Franc. de Claper. *citato loco num.* 8. Purpur. *cons.* 356. *lib.* 1. in decima Papali Dominic. *cons.* 185. Rebuff. *cons.* 125. *num.* 11. Et est tex. in termin is loquens in *Extrauag. vnic. de decim. inter communes, in vers. in soluendo, & in vers. de iis quoque, & in vers. Rector.*

75 Secundò ex dicta ratione procedit, vt si bona, quorum causa subsidium soluitur, alienarentur in secularem personam, in eam cum hoc onere non transeunt, Bart. *in l. rescripto. §. sciendum num.* 4. *de muneribus & honorib.* Ruin. *cons.* 117. *lib.* 4. Franc. Claper. *causa* 27. *q.* 1. *num.* 22. Gregor. Lop. *l.* 51. *glos.* 4. *tit.* 6. *part.* 1.

76 Tertiò ex dictis oritur Ecclesiarum & beneficiorum fructus, ac eorum valorem considerari quatenus ex eis superest deductis oneribus, vt est tex. *in c. præsenti, de offic. Ordin. lib.* 6. ibi, *hoc de illis bonis solùm debet intelligi solutis debitis*, &c. Rot. *decis.* 60. *in antiquis de concess. prabend.* Felin. *in cap. ad aures num.* 13.

77 *vers. duodecima conclusio, de rescript.* vbi quòd in computando valore beneficij debent deduci onera, & quod hoc est regulare, siue fiat mentio de redditibus beneficij, ex Bald. *in l. cohæredibus, & in l. neque, in fine C. de compensat.* ex tex. *in l. fundi Trebatiani, ff. de vsufr. legato*; siue fiat mentio de fructibus beneficij, intelligitur de ductis oneribus, ex tex. *in l. fructus, ff. soluto matr.* & ibi Bart. & Doctores idem tradunt dicentes quoad probandum verum valorem beneficij probationem debere concludere quæ onera super eo sint imposita, vt eis deductis verus valor remaneat, post Ludou. Gom. & alios Ioan. Bapt. Ferret. *cons.* 354. *n.* 15. Crescent. *decis.* 2. *de probat.* & post plures Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 2. *n.* 164. vbi quòd debent deduci onera, & quod aliàs articulus super valore est ineptus, quia debet dicere quod valet tantum oneribus deductis, Felin. Sarnen. Gig. & alij *ibidem* citati.

78 Et quod fructus & redditus beneficiorum tantum æstimari debeant, quantum valeant deductis oneribus, tradunt Bald. *in l.* 1. *num.* 1. *vers. sed pone, impetraui à Papa, C. de fructib. & lit. expens.* Ioan. Bapt. Ferret. *cons.* 256. *num.* 8. Riminald. iun. *cons.* 717. *num.* 45. *& seqq. lib.* 6. Gutier. *canon. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 126. *cum seqq.* Caualcan. *decis.* 37. *sub num.* 89. *p.* 2. vbi quòd fructus beneficiorum sunt qui supersunt deductis oneribus,

79 & impensis, & quòd si beneficium esset ita tenue quòd onera absorberent totos fructus, & tunc ille, qui ex priuilegio Papæ debet percipere vel detrahere, nihil habebit, quia propter onera fructus non repetiuntur, & non entis nullæ sunt qualitates, & quia ex nihilo nihil fit, & nemo dat quod non habet, & idem tradit *decis.* 27. *num.* 15. *&* 16. *p.* 3.

80 Fructuum enim appellatione in iure venit id duntaxat quod superest, deductis expensis, tex. *in d. l. fructus, l. diuortio. §. impendi*, ibi, *quia ex fructibus prius impensis satisfaciendum est*, &c *l. si à domino. §. fructus, ff. de petit. hæred. l.* 26. *Hisp. tit.* 13. *part.* 4. Reinoso *in obseruat. pract. obser.* 56. *num.* 11. vbi quòd fructuum nomine continetur quod iustis sumptibus deductis superest. Ego *de appellat. verborum vtriusque iuris signif. appel.* 103. *num.* 22. imò & deductis etiam oneribus, vt probare videtur tex. *in l. sorori, ff. pro so-*

81 *cio.* Et lucrum quoque intelligitur omni damno deducto *l. Mutius* 36. *ff. pro socio*, adeò vt nullus casus interuenire possit, qui hoc genus deductionis impediat, text. celebris *in l. fundus qui, ff. famil. hercisc.* vbi glos. & Doctores.

82 Quod procedit licèt fiat mentio de integris fructibus, quia nihilominus intelligitur deductis oneribus. D. Barbos. *in d. l. fructus num.* 7. nam dictiones vniuersales, *omnes, integri.* & similes, restringuntur ad 83
ea, quæ veniunt ex natura sermonis, vt optimè probat, & declarat Caualcan. *d. decis.* 27. *num.* 15. *p.* 3. & notatur à Carolo Ruino *cons.* 62. *num.* 7. *vers. nam aliquando vol.* 1. dicens quòd quando res, de qua agitur, diminuitur verè, vel interpretatiuè mediante aliqua detractione, tunc dispositio simpliciter loquens de re, vel de integra, siue de tota re, verificatur in eo, quod superest, facta dicta diminutione, quia totalitas, & integritas ipsius rei remanet in eo quod superest, & ad illud restringitur.

In puncto huius quæstionis est singularis, & notabilis decisio Mastrilli 112. vbi in releuio debito 84
fisco Regio soluendo per hæredem in casu successionis feudi, quod releuium consistit in medietate fructuũ illius anni, in quo hæres successit, facta successione dubitatum fuit an releuium huiusmodi deberet integrè fisco persolui ex medietate fructuum absque deductione onerum; fuit resolutum, & iudicatum deducenda esse onera, vt latissimè habetur *in d. decisione*, vbi *n.* 54. dicitur quòd ita semper fuit iudicatum.

Ex qua decisione plura deducuntur huic materiæ 85
satis accommodata, primum quòd attenta iuris dispositione deducenda sunt onera, quamuis concessio ad fructus dirigatur, itaut debitum soluendum sit de eo quod ex illis superest deductis oneribus; quod ex pluribus iuribus, & fundamentis ibi adductis apparet, ex *n.* 25. *cum seqq. vsque ad num.* 34. Secundum 86
quòd cùm *in cap.* 55. *Regis Martini* de releuiis soluendis, & quomodo soluantur, nihil statutum sit qualiter regulari debeat dicta fructuum medietas soluenda fisco, ait esse casum omissum, ac ita debere regulari iuxta iuris communis dispositionem, & quòd eo attento onera debent deduci, vt latè ipsemet probat *num.* 25. subdens etiam *num.* 34. quòd prædicta concessio tanquam lex noua debet interpretari secundùm terminos legis antiquæ, & hoc non per viam extensionis sed per viam legalis interpretationis, ex Dec. Loffredo, & aliis ibi adductis. Tertium quod vt dicto *num.* 34 refertur, dispositio *dicti c.* 55. *Regis Martini* sic interpretabatur, vt onera deducerentur, & quòd hæc obseruantia, quæ prædictam legem subsequuta fuerat, dubietatem declarauit, ex iuribus ibi adductis, præcipuè *cap. cùm venisset, de institut.* vbi dubitabatur si concessio erat realis, vel per- 87
sonalis, & deciditur realem præsumi, quia vt realis fuerat obseruata, & Imol. *ibi*, dicit quòd ex solutione posterius facta declaratur animus & mens disponentis.

Ex quibus omnibus infertur onera censualia su- 88
per bonis ecclesiasticis imposita deducenda esse, antequam subsidium soluatur, eodem modo quo in solutione collectæ, quæ imponitur personis pro rebus deducitur, vt in simili probat *d. cap.* 1. *de immun. eccles. lib.* 6. vbi Gemin. *n.* 3. resoluit deduci debere quod censuario, vel emphyteutæ nomine redditus, vel pensionis soluitur, & tantum pro residuis fructibus collectari, quod tradunt Isernia *tit. quæ sint Regalia. §. & plaustrorum num.* 56. & ibi Afflict. *num.* 14. Luc. de Peña *in l. fin. n.* 6. *C. de fund. limit lib.* 11. *& in l.* 1. *num.* 7. *C. de impon. lucrat. descript* Valasc. *de iure emphyt. q.* 17. *num.* 9. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 11. *n.* 57. Purpur. *cons.* 156. *per tot. lib.* 1 Ludou. Sacca *cons.* 14. *cum seqq.* Vincent. de Franchis *decis.* 107. *num.* 4. Caualcan. *decis.* 21. *num.* 10. *p.* 2. Flores de Mena *var. lib.* 2. *q.* 21. *num.* 62.

Non obstat quòd census huiusmodi super bonis 89

vniuersitatum ecclesiasticarum impositi, antequam deducantur eorum redditus, ecclesiastici sunt, & necessariò ex illis soluendum est subsidium, vt videtur probari ex *d. Extrauag. vnic. de decim. in §. ratione autem,* de quo *suprà num.6.*

90 Quia respondetur quòd census est ius quoddam reale ad percipiendum annuum redditum, quod inhæret rei super qua imponitur, vt tradit Cou. *lib. 3. var.c.7.n.2.& 6.*Aluar.Valasc. *de iure emphyt. q. 32.*
91 *n.13.* adeo vt sine re constitui non possit, vt est verior, & communior opinio, quam latè plures referens confirmat Brunor. à Sole *in suis quæst.q.4.*Ioan. Franc.Milanen. *Siciliæ decis.2.n.115. cum seqq. lib.1.* Surd.*cons.*318.*n.2. lib.* 3. Et hodie est sine dubio extante Motu proprio Pij V. in quo hoc expressè disponitur, vt aduertit Surd. *d. n.* 12. quod quidem ius, & fructus redditibus census correspondentes venduntur, ad not.per Franc.Garc.*de contractib.p.2. c.4.*Sarabia *in instruct.mercat.c.15.* nec ab eo dissentit Felician.*de censib.lib.1.c.4.n.5.*saltim in censu su-
92 per re certa constituto ex Nau. *in comment. de vsur. n.79.*qui ait requiri ad iustitiam census, vt ex fundo, vel re super quo imponitur, percipiantur fructus, qui pensioni commensurentur, sequitur Menoch. *cons.*
93 445.*n.11.ad fin.vers.tertio admisso,& n.12.lib.5.*Et licèt redditus in pecunia, & non in fructibus soluantur, hoc ad rem nihil facit quia loco fructuum redditus illi sunt deputati, ex Menoch.*d.cons.445.n.13.* & ante eum melius dixit Bald. *in l.etiam num.8.C.de execut. rei iudic.* vbi tradit quòd huiusmodi obligatio, seu pensio annua succedit loco naturalis perceptionis fructuum, & in nostra specie considerat Rebuff. alios referens *d. cons.*125. *num.*18. vt videre
94 est in ipsa decima Papali, quæ etiamsi imponatur pro fructibus, adhuc in pecunia soluitur], vt notum est, & probatur *in d.Extrauag.vnic. de decim.*ibi, *Fiet autem solutio decimæ non ex ipsis rebus, quæ percipiuntur de prouentibus; sed in pecunia numerata.* Vnde tantum minus ex fructibus dicitur percipi, quantum soluendum est pro ipsis in pecunia, quia valor fructuum æstimatur deductis oneribus.Bald. *in l.sed etsi hoc.§.1* per illum text.*ff.de condit.& demonstrat.& in l.1. n. 8.C.de fructib.& litium expens.* latè Tiraq. *de retractu lig.§.15.glos.1.n.6.*& consequenter tanto minus debet pro subsidio imponi dictis fructibus, vt in specie argumentatur Rebuff.*d.cons.125.num.11.& 13.*& in terminis quod in solutione decimæ Papalis dedu-
95 ci debeant censuum pensitationes tradit Bellencin. *de charitatiuo subsidio q.37.*

96 Quod quidem probatur ex tex. *in d. Extrauag. vnica.§.& quia nonnulli, de decim,* vbi tres constituuntur casus. Primus est quando fructus & redditus pro pensione dantur in beneficium, & tunc ait textus de eorum prouentibus soluendam decimam; & ratio est, quia monasterium, siue Ecclesia, ad quam originaliter proprietas super qua pensio imponitur, spectat, nihil ex illius fructibus percipit, & ius percipiendi perpetuo alienatur, hoc enim necessariò requiritur, vt pensio dicatur dari in beneficium, vt per Caccialup. *in tract.de pensionib. q.* 11. Secundus est quando fructus ex contractu, puta ad pensionem, vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, dantur, vt *in vers.cum autem,* vbi habetur quòd perceptores pensionis, vel firmæ de ipsa decimam exhibebunt. Tertius est quando emuntur fructus ad vitam propriam, & de istis per tres annos decima exhibebitur. Quartus est quando ad vitam fructus gratiose fuerunt concessi, in quo non donator sed donatarius debitor est.

Ex his omnibus casibus solùm primus, rei de qua 9 agitur, applicabilis est, quia census est ius quoddam reale perpetuum super fructibus impositum, quod licèt sit redimibile, hoc tamẽ fit sorte principali prius persoluta, & sic pars fructuum redditibus census correspondens non est in bonis proprietarij, & ideo iustissimum ne ex illa soluatur subsidium, prout nec soluitur expensione in perpetuum concessa. Secundus verò casus potiùs pro hac parte stat, ex eo enim deprehenditur proprietarium nõ plus soluere quàm quod ex fructibus percipit, ex quo fit, soluentem, si ad subsidij solutionem obligatus esset, posse ex fructibus pensionem deducere, aliàs vna & eadem res duplici solutione grauaretur, quod absurdum est, vt infra ostendetur. At tertius casus pro contraria parte ponderari solet, sed ad rem nihil facit, quia aliter se habet censuum materia, & hoc sufficit, nam in extraordinariis non potest vnus casus trahi ad consequentiam alterius *l.quod verò contra.ff. de legib.* tum quia casus iste agit de fructibus ad vitam venditis, in quibus nullum ius in proprietate emitur, & emptio est temporalis, itaut vita extincta liberi remaneant fructus absque vlla sortis principalis restitutione, & pretium subrogetur loco fructuum, & virtualiter dici potest anticipata quædam eorum solutio, vt dicit tex.*in d. Extrauag. vnica. §.sin autem,*ibi, *qui inde per eum pro futuro tempore receperunt;* qui quidem contractus multum conductioni assimilatur, & vt discernatur an sit vnus vel alius, deferendum est contrahentium voluntati, vt constat ex traditis per Alex.*cons.3.n.1. lib.1.* & ex pluribus, quos refert Tiraq. *de retractu lig.§.1.glos.14.num.13.in fine,* & nihilominus *dicta Extrauag.* solutionem decimæ Papalis in hoc casu ad triennium restrinxit, ibi, *per tres annos decima exhibebitur.* Et hoc speciali quadam ratione, quia scilicet pecunia ex fructibus perueniẽs vltra triennium non præsumitur durare, vt post Curt.& Corn.tradit Paris.*cons.25.num.75.lib.2.* Sicut 98 & fructus vltra triennium durare non præsumuntur, glos.*verb.vsucapionem in l.1. C.si aduersus vendit.* sequuntur plures quos refert Tiraq.*de retractu lig.§.1. glos.7.num.51.*& alios referens D.Barbos.*in l.diuortio §.interdum,n.43.ff. soluto matrim.* Nec dicatur quòd mentio trium annorum *in d.§.si autem,* ex eo facta censeatur, quia concessio decimæ Papalis ad id tẽpus facta fuit; nam hæc est mera diuinatio, nec colligitur ex *§.de stagnis in ead.Extrauag.*ibi, *pro tribus annis, quibus durabit decima,* &c. quia dictum fuit eo speciali casu ex speciali quoque ratione, non verò pro termino fixo concessionis; nam aliis in locis dictæ Extrauag. aliter loquitur Pontifex, vt videre est *in §.similiter,*ibi, *Per totum tempus, quo durauit decima,* & *in §.soluentium,*ibi, *per totum tempus,*& in *§.declaramus,*ibi. *durante decima.*

Et prædicta resolutio adeò vera est, vt si contra 99 rium practicaretur, exinde plura orirentur inconuenientia, duo sunt principaliora. Primum, quia si census ad fauorem personæ seu Vniuersitatis ecclesiasticæ imponeretur, vtique illi subsidiũ pro rata redditũum distribueretur, iuxta tex.*in d. Extrauag.vnic. §.quia nonnulli* & iuxta opinionem ex aduerso contrariam etiam in hoc casu ad integram solutionem subsidij teneretur persona ecclesiastica, quæ censum imposuit, absque vlla redditũum detractione, & sic iidem fructus duplici solutione grauarentur, quod non est dicendum, *l. nauis §. cùm autem, ff. ad leg. Rhod.de iactu,*ibi, *quia non debet duplici damno onerari, & collationis, & quod res deteriores factæ sint,*& *in vers. quid ergo,*ibi, *indubitate vtrumque onus pati non debet,* &c.

&c. in quo plura congerit Tiraq. *de retractu lig.* §. 1.
glos. 18. *num.* 9 & probat tex. notabilis *in l. honorem su-*
stinenti, ff. de muneribus & honor. & hoc argumento in
decima Papali vtitur Bellencin. *in tract. de charitati-*
uo subsidio q. 37. in collectis Purpurat. *cons.* 356. *n.* 2.
lib. 1. Alterum absurdum esset, vt si census fuisset
constitutus ad fauorem secularis tributarij, occasio-
ne illius tributum illi distribueretur, Luc. de Peña
in l. fin. num. 10. *C. de fundis limit.* Afflict. *in tit. quæ sint*
Regalia. §. *plaustrorum num.* 14. Auendan. *de exequen-*
dis mand. lib. 2. *c.* 14. *num.* 15. Flores de Mena *d. lib.* 2.
q. de collectis num. 67. & nihilominus ecclesiasticus
bonorum possessor teneretur ex fructibus ad inte-
gram subsidij solutionem, & sic iidem fructus du-
plicem soluerent repartitionem, contra prædicta iu-
ra. Et aliud non minus sequeretur absurdum, quod
eo casu quòd census absorberet omnes fructus, ad-
huc subsidiũ integrè soluendũ esset, & sic possessor,
qui nullũ ex fructibus cõmodum, reportaret, nec il-
lis frueretur, eandẽ quantitatẽ solueret perinde acsi
eos integrè exigeret, quod iniquũ videtur, & contra
mentem Pontificis, & verba ipsius concessionis, ibi,
Ne Ecclesias nimio & multiplici, ac intolerabili onere
contingat grauare supradictas, &c. quam refert Fr.
Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 74. *art.* 1. iunctis iis, quæ
tradit Cæs. Vrsill. ad Afflict. *decis.* 242. *num.* 7. vbi re-
fert Philip. Deci. *cons.* 156. dicentem iniquum esse,
quod qui non percipit omnes fructus beneficij, quod
pro omnibus, acsi omnes percepisset, contribuat.

100 Nec in contrarium facit quòd titularis beneficia-
rius integre ecclesiasticas pensiones soluit, licèt illas
repetere possit pro rata à pensionario; quia pro so-
lutione præsentis dubij aduerto pensionarium iure
communi attento teneri in subsidio contribuere
pro rata, vt latè probat Caccialup. *de pensionib. q.* 17.
vbi *num.* 15. dicit quòd cùm ea scripserat, contulit
cum D. Nicolao de Castillo Aduocato Consistoria-
li, & Fiscali magno, & practico in Curia Romana, &
petiit quid viderat obseruari, & quod respondit se
pluries interrogatum dixisse quod pensionarius de-
beat contribuere cum proprietario in solutione de-
101 cimæ Papalis, idem latè probant Gig. *de pension. q.*
59. Rebuff. omnino videndus, *cons.* 125. Valasc. alios
referens *de iure emphyt. q.* 17. *n.* 9. Ludou. Sacca *cons.*
14. *num.* 23. Deci. *cons.* 156. *vol.* 1. Bellencin. *de charit.*
subsidio q. 37. Remig. de Gonni *eod. tract. q.* 44. Escobar
de ratiocin. cap. 30. *num.* 21. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1.
102 *cap.* 5. *num.* 17. Idem in tributo, quòd Alcauala dici-
tur, quod etiamsi debeatur ex pretio, pro quo res
venditur, hoc tamen intelligendum de pretio quod
re vera exigitur, & ad se trahit venditor, vt post alios
probat Lasarte *de decimis vendit. cap.* 10. *num.* 16. *cum*
seqq. Gutier. *lib.* 7. *practic. q.* 54. *num.* 7. 20. & 21. *cum*
seqq. Idem etiam in Laudemio, Fab. *in* § *pretium n.* 3.
Instit. de empt. & vendit. Peguera *in tract. de feud. vers.*
1. *num.* 128. *fol. mihi* 40. Lasarte *d. cap.* 10. *num.* 17. *ad*
fin. & *num.* 18. *ad fin.* Ponte *in q. laudemial. q.* 60.
Burg. *de laudem. p.* 2. *inspect.* 26. Gutier. *d. q.* 54. *n.*
23. & 24.

Maximè, quia *d. Extrauag. vnica.* §. *in ratione* pro-
cedit & loquitur in debito personali, etiamsi illi ac-
cedat hypotheca; quod patet, quia in principio agit
de hoc casu, ibi, *Ratione autem æris alieni quo persona*
soluens decimam obligata consistit, &c. & verba quæ se-
quuntur, ibi, *Etiamsi certe res ecclesiasticæ propter hoc*
a quoquam fuerint obligatæ non mutant, nec diuersi-
ficant casum, sed loquendo de eodem debito ordi-
nario personali, addunt quod de illo factum fuit, li-
cèt ad solutionem res aliquæ ecclesiasticæ obligatæ
sint, quod probatur ex dictione, *etiam*, quæ retentis
eisdem terminis implicat casum difficiliorem *l. etiam*
ff. soluto matr. Surd. *cons.* 505. *num.* 15. ex illis verbis,
propter hoc, quæ planè referuntur ad idem æs alie-
num, de quo in principio.

Præterea & hoc ex eo confirmatur, quia hypo- 103
theca censualis est irregularis, & extraordinaria, &
egreditur terminos aliarum, Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 7. *n.*
6. & 7. *circa fin.* & pluribus relatis Felician. *de censib.*
lib. 1. *cap.* 4. *num.* 9. vocans hypothecam censualem
annomalam, & priuilegiatã. Ex quo prouenit quòd 104
licèt in hypothecis ordinariis necessaria sit excussio,
vt contra tertium possessorem procedi valeat, *Auth.*
hoc nisi C. de pignorib. non ita necessaria est in hypo-
theca censuali. Guid. Papæ *decis.* 42. Cou. *d. cap.* 7. *n.* 6.
Valasc. *de iure emphyt. q.* 32. *num.* 14. Gam. *decis.* 145.
vbi additio alios refert, dicens hanc esse communio-
rem opinionem Felician. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 9. Gasp.
Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 51. & quoti-
diana praxi receptum testatur Redoan. *de rebus Ec-*
clesiæ non alienan. q. 17. *num.* 66. Petr. Surd. *decis.* 32. *n.*
15. Ratio est, quia census non tam hypothecam in- 105
ducit quàm ius quoddam & onus reale prædio in-
hærens, quod transit in quemcunque possessorem,
& sequitur ipsum fundum, prout onus tributi rem
tributariam *l.* 2. & *fin. C. si sine censu, vel reliq.* quam
rationem tradiderunt Valasc. *d. q.* 32. *num.* 13. & 14.
optimè Cou. *d. c.* 7. *num.* 6. Gasp. Rodrig. *d. q.* 9. *n.* 52.

Vnde absonum est intelligere verba *d.* §. *ratione* 106
autem, de hypotheca censuali, cùm verba ad id, quod
regulare est, referenda sint, non autem ad irregulare,
& extraordinarium, *l. Seio.* §. *medico Sempronio, ff. de*
annuis legat. nec ad causam priuilegiatam, *l. si adulte-*
rium, §. *liberto. ff. ad leg. Iuliam de adulter.* & pluribus
comprobat Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 14.
num. 93.

Rursus quod in constitutione census principa- 107
lius consideratur est ius reale, quod formatur super
rebus hypothecatis, & personalis obligatio est ac-
cessoria, quæ solùm permanet dum extat specialis
hypotheca, vt resoluunt Greg. Lop. *l.* 28. *verb. censo*
limit. 1. *tit.* 8. *part.* 5. Nau. *in cap. si fœneraberis* 14. *q.* 3.
§. 21. *noto, num.* 72. Valasc. *de iure emphyt. q.* 32. *num.* 10.
dicens communem, & in practica receptam, & plu-
res referens Gutier. *pract. lib.* 2 *q.* 177. *num.* 7. Parlad.
lib. 1. *rerum quotid. c.* 3. *num.* 21. Franc. Viui. *decis.* 369.
num. 15. Vnde quòd obligatio personalis in censibus
sit accessoria ad maiorem securitatem tradit Gutier.
d. loco num. 8. optimè Surd. *cons.* 318. *num.* 1. *lib.* 3. At
verò dictum §. *ratione æris alieni*, egit de obligatione
personali vti principali considerata, & de hypothe-
ca illi accessoria, vt patet ibi, *Propter hoc a quoquam*
fuerint obligata; ergo referri non potest ad hypothe-
cam censualem, quæ non contrahitur propter obli-
gationem personalem, immo obligatio personalis
contrahitur propter ipsam hypothecam tanquam il-
li accessoria.

Nec dicatur quòd si census imponitur vt expen- 108
datur in proprios vsus, non est ob id excusandus ne
contribuere teneatur ad solutionem decimæ Papa-
lis, argum. text. *in d. Extrauag. vnica*, *vers. expensæ au-*
tem, & *in* §. *illæ quoque expensæ*: nam respondetur con-
stitutionem census huiusmodi fieri debere propter
euidentem necessitatem, vel vtilitatem, & cum so-
lemnitatibus & causis requisitis ad alienationem
rei immobilis ecclesiasticæ, de quibus *in cap. sine ex-*
ceptione 12. *q.* 2. vt probat Redoan. *de rebus Eccles. non*
alien. q. 17. *num.* 30. *cum seqq.* Et sic iustificata census
constitutione, necessitate & iustitia, debet ex eo de-
trahi

trahi quòd sufficiat ad subsidij solutionem, & quicquid postea eueniat, sufficit quòd ius legitimè alienetur, & sic extra patrimonium personæ ecclesiasticæ, vt ex valore detrahatur ad solutionem decimæ Papalis, vt dicit Bellencin. *de charit. subsidio q.* 37. quòd autem in dicta *Extrauag. in citatis* §§ disponitur, respicit illum, qui remanet fructuum dominus, & illis fruitur, vt scilicet is non excusetur à solutione decimæ propter expensas, de quibus ibi: quod sanè diuersum est à nostro casu, in quo adest fructuum, necnon & iuris percipiendi in proprietate alienatio.

109 Nec rursus quidquam obest dicere quòd decima Papalis est onus quod præcedit censum postea creatum, & quod ita illius constitutio non potuit anterius ius Pontifici acquisitum tollere, nam in promptu solutio est, tum quia prima subsidij concessio facta fuit ad annos quindecim, & est indubitatum censum esse antiquiorem concessione præsentium etiam, quia qualitas huius decimæ non est imponi tanquam onus reale, & certum super fructibus, sed tanquam collecta variabilis, quæ imponitur personis ecclesiasticis pro fructibus, quos percipiunt ex propriis rebus, vt suprà dixi: vnde in tantum quis te-
110 netur collectam soluere, in quantum fructus percipient, & ita alienando rem quam possidet, non soluit hanc collectam, nec eius onus transit in possessorem secularem, vt dictum est, & eodem modo alienãdo partem, scilicet ius percipiendi redditus, quod alienatur in censu, debent personæ eximi à decima Papali pro rata, cùm idem sit de toto quoad totum, quod de parte quoad partem. *l. quæ de tota, ff. de rei vendic.* Vnde in hoc casu deductio census non ex eo procedit quòd ille sit antiquior onere subsidij, sed ex natura rei, & ipsius decimæ Papalis, quæ proculdubio admittit huiusmodi deductionem: & in ter-
111 minis quod in collecta deducatur census ex post facto impositus, probat optimè Purpur. omnino videndus *d. cons.* 356. *num.* 1. *vers. circa secundum, cum seqq. vol.* 1.

Ex quibus vtraque opinio videtur probabilis, sed probabilior est hæc vltima affirmatiua, quam sequutus fui *in meo tract. de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 87. *post num.* 15. in impressione Lugdunensi de anno 1641.

112 Dubitaui deinde, an ex redditibus ad fabricam alicuius Ecclesiæ vel monasterij designatis subsidium sit soluendum? Et respondi negatiuè, dum fabrica durat, & ipsi Ecclesiæ, vel monasterio bona seu redditus illi non applicantur: tum, quia fundator ita cauit, & expresè iussit ne applicarentur pio loco,
113 nisi absoluta fabrica, quæ verba denotant conditionem ex vi ablatiui absoluti, id est, ædificio perfecto, *l. à testatore, ff. de condit. & demonstr.* glos. *verb. sub conditione in l. cùm ab eo, ff. de contrah. empt.* tradunt Bart. *in d. l. à testatore, num.* 1. Orosc. *in l. ab emptione, num.* 13. *ff. de pact.* Padil. *in l.* 1. *num.* 16. *ff de legat.* 2. & dum conditio pendet, dispositio sine effectu manet,
114 *l. cùm ad præsens, cum l. seq. ff. si certum pet. l. conditionali* 54. *ff. de verbor. signif.* Aretin. *in l. ex facto num.* 12. *ff. de vulgari & pupil.* Menoch. *cons.* 459 *n.* 41. & 42. *vol.* 5. & *cons.* 388. *num.* 15. *vol.* 4.

115 Et in puncto est decisio Bonifacij VIII. *in d. Extrauag. vnic. de decim.* quæ loquitur in terminis alterius subsidij concessi super fructibus, & redditibus Ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum, & emanauit ad declarationem aliquorum dubiorum ab intelligentia concessionis dicti subsidij emanantium, & *in* §. *de eleemosynis verò*, expresè refert quòd de illo quod conceditur, vel applicatur ad opus fabricæ, non est soluendum subsidium, vt videre est ibi. *De eleemosynis vero, seu oblationibus datis ad opus fabricæ* &c. & sequitur inferius ibi, *decima non soluetur*, &c. & post prædictam *Extrauag.* dubium eleuauit glos. *verb. beneficiorum in d. Clem. de decim.* vbi inter alias quæstiones hanc excitauit. Videlicet si relicta ad opus fabricæ debeant contribuere in prædicta concessione? Et negatiuè respondet allegando dictam Extrauag. hanc glossam dicunt communiter receptam Cardin. ibi *num.* 3. & Imol. *n.* 5. dicentes in hoc casu contributionem fieri non debere, quod idem probat Franc. Monald. *cons.* 167. *in diffic. n.* 5. *lib.* 2. & meliùs Bonifac. de Vitalinis *in d. Clem.* 2. *n.* 46. ex cuius dictis colligitur singularis distinctio, 116
videlicet si redditus ad opus fabricæ consignati primum ecclesiastici fuerint, & postea ad fabricam applicentur, debent contribuere; secus verò si nunquam fuerunt ecclesiastici, itaut operarij fabricæ fructus per eorum manus reciperent, & non per manus beneficiati, quia tunc non dicuntur fructus ecclesiastici, cùm adhuc non peruenerunt ad Ecclesiam, ac proinde vti tales non subijciuntur contributioni, & ita intelligitur tex. *in d. Extrauag.* dum habet eleemosynas, & oblationes, de quibus ibi, non dici fructus ecclesiasticos, ad hoc vt contribuere tenerentur, & in effectu eandem distinctionem fecit glos. *in d. Clem.* 2. *de decimis, in vers. secundum etiam expeditur.* Et hoc sine dubio procedit vbi operarij fabricæ fructus per manus ipsorum reciperent, vt in terminis tenet Bonifac. de Vitalinis *in d. Clem.* 2. *n.* 46. ibi, *Ex quo inferri potest secus esse si ita essent assignati fabricæ, vt operarij fabricæ fructus per manus ipsorum recuperent, & non per manus beneficiati*, argumento *d. l. fundi, quia tunc non videretur esse fructus beneficij, sed ipsius fabricæ, & non auim percepti*, argum. *l. vsufructu legato. ff. de vsufructu, & istud bene probat limitatio apposita in istis declarationibus, vbi dicitur quod de oblationibus, & de aliis eleemosynis, quæ dantur ad opus fabricæ, decima non soluetur, & sit ratio, quia ista non sunt fructus beneficiorum, argum. l. in agris limitatis, de a quir. rerum dominio, nec percipiuntur per beneficiatum, sed per deputatum ad opus fabricæ*, &c. sequitur Bellencin. *de charitatiuo subsidio q.* 4.

Idem forsan procederet si monasterium fructus 117
reciperet, & ex illis operariis solueret expensas fabricæ, quia distributio, siue illorum administratio non fit per monasterium iure proprio, sed nomine fundatorum, vt ipsimet in fundatione dicunt; quando enim quis potest duplicem personam repræsentare, propriam scilicet, & officij, *l. tutorem, ff. de his, quibus vt indign.* Bald. & Salicet. *in l. eius C. de compensat.* Rot. Genuens. *decis.* 31. *num.* 11. & *decis.* 75. *num.* 13. Ioan. de Puteo *inter consilia Baldi cons. vlt. num.* 2. *vol.* 6. in eo quod pertinet ad administrationem, & facit eius nomine, consideratur tanquam procurator, seu administrator, & non nomine proprio. *l. fin. ff. de instit. action.* Bart. *in l. post mortem.* §. 1. *ff. quando ex facto tut.* & *in l.* 1. §. *nunciatio num.* 12. *ff. de noui operis nunc.* Alberic. *in l.* 1. §. *sufficit num.* 7. *ff. de administ. tutor.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 45. *n.* 17. Decian. *resp.* 85. *n.* 17. *lib.* 5. Hieron. Gabr. *cons.* 71. *num.* 2. *lib.* 1.

Hanc partem fauet obseruantia inconcussa, quæ 118
indicat sensum prædictæ concessionis Apost. quia eodem modo præsumitur concessum, quod successiuè fuerit exequutum, *cap. cùm dilectus, de consuetud. l. si de interpretatione, ff. de legib. l. semper in stipulationibus ff. de regul. iuris, cap. cùm venissent, de instit.* cum citatis

citatis *suprà voto 52. num. 43. cum seqq.* Posterior enim possessionis qualitas declarat quid à principio fuerit intentionis Bald.*cons.*245.ex tex. *in l.hoc legatum,ff. de legat.3.& in l.Sceuola §.tyranna, ff. de fundo instructo*; & quod ita fuit obseruatum creditur eodem modo fuisse intellectum, Anton.Natt.*cons.*406. *num.*25.27.& 28.*col.*2. loquens in quadam concessione,& dicit quod onera complectitur, ex eo quòd ita exequuta fuit, & quòd actus sequens declarat
119 voluntatem præcedentem, Pett.Surd.*cons.*140.*n.*43. *vsque ad num.*49. *lib.*1. Francisc.Becc. *cons.*96. *n.*13. & 14.*vol.*1. vbi quòd obseruantia subsequens omnem dubitationem tollit,& euidentissimum præstat intellectum, Bald. *in cap. fin. de consuetud. num.* 29.
120 adiiciens quòd consuetudo interpretatiua rudes sermones,& etiam significata transformat, vt *in l.*1.*C. si secund. nups. seru. mul.* Anton.de Butrio *in d. cap.*
121 *fin.num.* 47. vbi quòd huiusmodi consuetudo supplet verba omissa in dispositione,vt *in l.quod si nolit §. quia assidua, ff. de ædilit. edicto.* Soccin. sen. *cons.* 145.*num.*2. *vol.*1. subiiciens quòd licèt ex solis instrumentis non possit quis vrgeri ad prætensam solutionem, quasi instrumenta clara id non dixerint, adstringitur tamen iuncta obseruantia vel consuetudine, quia virtute sequentis vsus extenditur instrumentum ad illud, ad quod aliàs non extendeba-
122 tur,Honded.*cons*92.*num.*30.*vol.*1.Becc. *cons.*66.*n.*3. *lib.*1 Bald.*cons.*257. *lib.*2. tradit quod si consuetudo
123 vt forenses collectentur pro bonis sitis in alieno territorio,restringatur ad illos tantum,qui consueuerunt soluere, Aym. *cons.*3.Alben.*cons.*407. *num.*8. & ferè in terminis tenet Andr. Capan. *de iure releuij p.*1.*q.*13.*num.*24 ibi, *Et quia in regno nostro contraria est recepta consuetudo iudicandi in hoc casu, ideo secundum cuiusquam Regni consuetudinem est videndum, sicque amplius non est dubitandum in hoc Regno nostro, eo quod ibi talis vrget consuetudo iudicandi, vt releuium debeatur deductis oneribus,& expensis.*
124 Et licèt vbi concessiones dubiæ sunt, recurri debeat ad Principem concedentem, nihilominus tamen regula hæc cessat quando immediatus vsus, & consuetudo aliter fuit interpretata, quia hæc interpretatiua declaratio præcedit cuicunque alteri declarationi à Principe concedente factæ, *l.cum de nouo,& ibi* Salicet.*num.*1.*C. de legib.*Bart. *in l.neque leges num.* 3.*ff. eod.tit.* Decian. *cons.* 52. *num.* 26. &
125 *seq. vol.* 5. nec requiritur vt introducatur longo tempore, sed sufficit decem annorum transcursus cum vno, vel duobus actibus, Deci. *in cap. cum M. Ferrariensis num.*26.*de constit.* Corn. *cons.* 158. *num.* 10.*vol.*4. vbi notant quòd iure nostro dicitur longa consuetudo ad differentiam alterius, quæ breuis est, scilicet quæ per obseruantiam declaratiuam introducitur, Neuizan. *in sylua nupt. lib.* 5. *num.* 94. Francisc. Becc. *cons.* 101. *num.* 50. *vol.*1. Surd. *cons.*
126 335. *num.* 26. & 27. *vol.* 3. vbi ait quòd ita præsumitur concessum sicut reperitur immediate obseruatum postquam emanauit rescriptum, quamuis modico tempore sic fuerit vsitatum, Menoch. *cons.* 49.*num.*20. Hieron. Gabr. *cons.* 164. *num.* 7. *vol.* 1.
127 Qualis enim fuit animus statuentis ex eo declaratur quod factum,& obseruatum postea fuit, probat Roman. *cons.*520. *num.* 2. quinimo notanter dicit Deci. *cons.* 44. *num.* 17. *vol.* 2. post Bart. & Soccin. quòd licèt verba statuti, vel instrumenti non seruiant, & licet etiam consuetudo sola de per se non adstringeret, tamen statutum, & interpretatio per consuetudinem simul iuncta operabuntur quod in statuto vel instrumento videatur expressus ille casus, quem consuetudo interpretatiua comprehēdit.

Maximè cùm ita fuerit sæpe sæpiùs iudicatum, 128
quæ decisiones tanquam leges, seruari debent. *l. ex facto,ff. de vulgari, l.fin.C.de legib.cap.cùm venissent,de iudic.l.filiusfam.ff.ad leg.Cornel. de falsis,* ibi, *Sic enim inueni Senatum censuisse, l. an in totum C.de ædific. priuat.* ibi, *Præses probatis his, quæ in oppido frequenter in eodem genere controuersiarum seruata sunt,causa cognita statuet,l. Imperator,ff.de legib* ibi, *aut rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritatem vim legum obtinere debere,* &c. *l.Hisp.*5. *tit.* 2. *part.* 1. ibi, *E deue ser teni da por costumbre si en el tiempo misma fueren dados concejeramiente dos iuicios por ella de homes sabidores è entendidos de iuzgar è no auiendo quien ge las contralle.* Molin. *de primog. lib.*2.*cap.*6. *num.*27.& 28. Decian. *cons.*6.*num.*39.*lib.*4.Surd. *cons.*140.*num.*44. Bernard. Grauæ. *in proœm. conclus. num.*26. *cum seqq.*

Hispalen. Prouincialatus Eremitarum S. Augustini.

Possessor quicunque amouendus non est à sua possessione, nisi priùs citetur & audiatur. Executor merus quando de exceptionibus oppositis cognoscere valeat,& interim in executione supersedere,& plura de obreptione & subreptione quarundam litterarum adducuntur scitu dignissima.

VOTVM XCVII.

1 *Facti series.*
2 *Manutenendus est ille,qui de tempore litis motæ sui officij possessionem obtinebat.*
3 *Regularis suo officio priuari non potest absque citatione, & causæ cognitione.*
4 *Prouincialis à suo officio priuatus potest remedium recuperandæ intentare.*
5 *Mandata Regia, quibus iubetur aliquem à sua possessione amouendum non esse, exequenda.*
6 *Princeps licèt dicat aliquem esse à sua possessione amouendum,adhuc in tali amotione procedendum iuris ordine seruato.*
7 *Idem in rescripto Pontificio præcipiente aliquem suo beneficio priuari.*
8 *Papæ potestas non est tam amplissima in auferendo beneficio, quàm in conferendo.*
9 *Lex,aut statutum contra publicam vel priuatam vtilitatem factum potest per viam appellationis,aut simplicis querelæ impugnari.*
10 *Sententia iudicis fortior est sententia statuti, & quare.*
11 *Legis validitas quando est in controuersiam deducta, non potest innouari*

contra possessionem illius, qui eam impugnat.

12 Lite pendente super validitate priuilegij non est aliquis priuandus vsu possessionis, vel quasi, etiamsi sit contra ius.

13 Possessor in sua possessione est manutenendus lite pendente super executione litterarum Apost.

14 Tertius qui se opponit, potest impedire executionem rei iudicatæ.

15 Possessor non potest à sua possessione expelli nisi priùs fuerit citatus & iudicialiter conuictus ad eam dimittendam.

16 A possessione capta Superioris auctoritate quis amoueri non potest iuris ordine non seruato.

17 Executor etiam merus debet possessorem citare ad priuationem possessionis.

18 Violentia dicitur quam Iudex facit spoliando possessorem iuris ordine non seruato.

19 Possessio capta alium spoliando iuris ordine non seruato, dicitur capta per vim expulsiuam.

20 Possessio capta per prouisum Apost. possessore non citato non est manutenibilis.

21 Possessio turbatiua non est manutenibilis.

22 Possessio ex qua lis sumpsit originem non est manutenibilis.

23 Possessio antiquior & titulata præferenda.

24 Electus administrare non potest dum tractatur de exceptionibus & iustitia suæ electionis.

25 Lite introducta super nullitate electionis antequam fuit, eam suspendit.

26 Electus pendentibus obiectionibus non potest administrare etiamsi administrationem incœperit.

27 Officij alicuius in possessione existens impedire potest aliam electionem de eodem officio faciendam, etiamsi non probet rectitudinem electionis.

28 Manutentio non impeditur interim dum disputatur de vi decreti irritantis.

29 Executor mixtus potest partes iudicis assumere.

30 Executor omnis est mixtus quando agitur de remouendo possessore.

31 Executor tenetur assumere partes iudicis quando possidens docet de titulo colorato.

32 Executor iudicantis superior tenetur iudicialiter cognoscere de exceptionibus oppositis.

33 Facultas iudicialiter procedendi censetur concessa per clauf. Contradictores.

34 Cognitio omnis quando præcessit ante sententiam, in executione illius sola nuda remanet.

35 Executor merus potest causam cognitionis exceptionum oppositarum ad Superiorem remittere, & interim in executione supersedere.

36 Executor merus iurisdictionem habet ad cognoscendum de exceptionibus falsitatis, obreptionis, & subreptionis rescripti.

37 Executor merus debet cognoscere de oppositis exceptionibus ad effectum supersedendi in executione, vel illam denegandi.

38 Executor debet audire possessorem etiam intrusum, & assumere partes iudicis.

39 Executores gratiarum Apost. possunt cognoscere de legitimis exceptionibus.

40 Sententia in actione reali non potest exequi contra possessorem si non fuerit cum eo litigatum.

41 Sententiæ executio non potest fieri absque partis citatione.

42 Sententia omnis iustificatur ex actis processus.

43 Sententia non exhibito processu & sine illo lata nihil probat.

44 Acta in sententia enuntiata si non exhibeantur illi credendum non est.

45 Iudici asserenti acta iudicij præcessisse non est credendum.

46 Iudici asserenti in sententia præcessisse citationem, & alia acta iudicij non creditur.

47 Sententia enuntians quendam esse procuratorem non probat mandatum.

48 Præsumptionem solemnitatis actorum inducit diuturnitas longa temporis subsequentis sententiam.

49 Verba enuntiatiua sententiæ affirmantia eam causam fuisse agitatam cum procuratore non probant adfuisse talem procuratorem.

50 Notario asserenti transumptum fuisse à se confectum non creditur.

51 Factum à procuratore ante mandati acceptationem est inualidum.

52 Procurator sciens se procuratorem constitutum, sed ante mandatum susceptum, nihil validum facit.

53 Procurator non dicitur facere actum procuratorio nomine si adhuc mandatum non recepit.

54 Substitutio à procuratore facta virtute facultatis ad id sibi concessæ, nulla est antequam acceptet mandatum.

55 Procuratores à Definitorio temporali constituti expirant cum ipso Definitorio.

56 Procurator vniuersitatis non est procurator singulorum de vniuersitate.

57 Lega

57 *Legatus de latere potest electiones confirmare.*
58 *Legatus est Iudex competens contra exemptos.*
59 *Exemptus à iurisdictione ordinaria non est exemptus à iurisdictione Legati.*
60 *Prouisus à Nuntio dicitur prouisus Apostol.*
61 *Confirmatio electionis facta per Nuntium dicitur confirmatio Apostol.*
62 *Inferior facta Superioris euertere non potest.*
63 *Papa quod confirmat, nemo infirmat.*
64 *Solemnitas non necessaria ad validitatem actus quando in eo interuenit inualide & minus bene, non ob id remanet imperfectus, aut nullus actus.*
65 *Actus quando potest expediri sine præsentia iudicis, si fiat in præsentia illius, & minus solemniter, per hoc non vitiatur actus.*
66 *Citatio non necessaria nulliter facta non obest, nec actus nullitatem inducit.*
67 *Assensus Regius in contractu reseruatus, si in illo non requiratur, actus non vitiatur, si vel assensus deficiat, vel minus solemniter apponatur.*
68 *Electio dat plenum ius, in habitu tantum, confirmatio exercitium illius actus.*
69 *Confirmatio nihil noui iuris concedit, sed tantum exercitium iuris per electionem quæsiti.*
70 *Electus potest iudicialiter confirmationem suæ electionis petere, & Superiorem vt confirmet, compellere.*
71 *Confirmationem electionis petens nullam petit gratiam, cum pleno iure innitatur.*
72 *Superior ad quem spectat electionis confirmatio tenetur ex debito electionem confirmare, si nihil obstet.*
73 *Confirmatio sicut est debita ex parte electi, ita ex parte confirmare debentis est necessaria.*
74 *Generalis in Religione S. Augustini quomodo confirmat Prouinciales.*
75 *Rescripta & indulta intelligenda sunt prout de iure.*
76 *Verba intelligi debent secundùm terminos habiles, & dispositionem legalem.*
77 *Confirmator potest, & tenetur antequam confirmat inquirere de idoneitate electi, & de forma electionis etiam absque contradictore.*
78 *Confirmatio electionis fieri potest extraiudicialiter agendo, priuata scilicet scientia; & per viam iudicij contradictorij cum processu.*
79 *Confirmator quando procedit iudicialiter tenetur partes citare, & iuris ordinem seruare.*
80 *Confirmatio etiam temporalis dignitatis potest fieri etiam per viam iudicij.*
81 *Iudex si potest procedere vt ordinarius, vel delegatus, electa vna via licet inutili, non potest ad aliam redire.*
82 *Possessionem propria auctoritate apprehendendi facultatem habens, sibi praiudicat adeundo iudicem incompetentem.*
83 *Confirmator non debet ex abrupto, & inordinate ad electionem procedere.*
84 *Crimina electo opposita plene debent probari ad impediendam electionem.*
85 *Priuari suo officio nullus potest nisi prius audiatur & conuincatur.*
86 *Electus ad officia electiua habet firmum ius, & non potest eo spoliari sine causa.*
87 *Regularium in causis summarie proceditur, & admittuntur officiorum priuationes leuioribus de causis, sed obseruato semper iuris ordine.*
88 *Prælati manuales, quorum Prælatura non est electiua, amoueri possunt ab officiis ad Superiorum arbitrium.*
89 *Superior non potest sine causa professum in vna prouincia ad aliam transferre.*
90 *Superior non potest officio manuali subditum spoliare si faciat malo animo, vel odio.*
91 *Verba,* si sibi visum fuerit, *important viri boni arbitrium.*
92 *Verbum* videor, *importat arbitrium boni viri.*
93 *Arbitrium boni viri debet esse regulatum à iure communi.*
94 *Arbitrium boni viri non est libera dispositio.*
95 *Verba quando applicari possunt ad arbitrium liberum, & regulatum, debemus intelligere de arbitrio regulato.*
96 *Iudex, cui concessum fuit absolutum, & liberum arbitrium, potest sine causa cognitione & partis citatione procedere.*
97 *Commissum vbi aliquid fuerit per verba denotantia arbitrium boni viri, tenetur Iudex obseruare, & sequi omnes Canones iuris.*
98 *Deuolutio cessat quoad non culpabiles.*
99 *Præcepti pro iustitia in dubio præsumendum est.*

100 *Laici in electionibus quando interesse possint?*
101 *Principis ad regalia pertinet personam nominare, quæ Regularium electionibus quando timetur vis, intersit.*
102 *Rex pro scandalis, & seditionibus sedandis etiam inter Religiosos, & ecclesiasticas personas politica vtitur iurisdictione.*
103 *Notarius laicus si intersit electioni ad scribenda illius acta non vitiat ipsam electionem.*
104 *Conseruatio illarum rerum & dispositionum, in quibus Rex manum apposuit, attendenda est.*
105 *Præcepta Canonica relaxantur propter Regum, & Principum prærogatiuam.*
106 *Appellationis iudex non potest iudicare nisi coram eo productis & visis actis primæ instantiæ.*
107 *Sententia lata coram secundo iudice non reproductis actis primæ instantiæ est ipso iure nulla.*
108 *Processus non est in forma probanti si non sit à notario actuario authenticatus, & subscriptus.*
109 *Sententia ex processu non subscripto à Notario actuario est nulla.*
110 *Formæ omissio actum vitiat.*
111 *Forma est de genere indiuisibilium.*
112 *Electio quæ erat facienda de triennij tempore nulla erit si fiat de longiori.*
113 *Tempus certum assignatum alicui officio, currit officiali etiam impedito.*
114 *Attentata committuntur non solum exequendo sententiam à qua appellatum fuit, sed etiam in denegando appellationem interpositam.*
115 *Appellatio ab electione interposita quando suspendat.*
116 *Sententia super confirmatione electionis iudicialis, est appellabilis, sicut alia quælibet sententia.*
117 *Attentata est possessio cuiusdam cathedræ post appellationem ab oppositore interpositam.*
118 *Sententia per quam confirmatur electio est definitiua.*
119 *Sententia priuationis alicuius officij est appellabilis.*
120 *Sententia suspensionis, aut priuationis officij, aut vocis actiuæ, & passiuæ in Regularibus est appellabilis.*
121 *Gesta per suspensum post appellationem à suspensione interpositam sustinentur.*
122 *Regularibus prohibita est appellatio à sententiis suorum Superiorum, vbi proceditur extraiudicialiter per modum visitationis, & ad correctionem morum.*
123 *Prælatus in modo visitando vel corrigendi si excedat, tunc licitum est appellare.*
124 *Sententia reuocationis via executiuæ semel concessæ, est appellabilis.*
125 *Possessor officij, non est priuandus illius vsu pendente lite super priuatione.*
126 *Continuans, qui est in quasi possessione eligendi non attentat.*
127 *Actus quando est consequutiuus & accessorius ad titulum, qui præcedit litem, non dicitur attentatus, licet sit gestus post litem motam.*
128 *Confirmatio dum pendet non est electus à sua possessione amouendus si eam habuerit.*
129 *Possessionem in vim contractus celebrati sub conditione impetrandi assensum Apostol. non potest sua possessione spoliari pendente dicti assensus impetratione.*
130 *Possessor antiquior est præferendus, & manutenendus.*
131 *Prouincialis electus à Capitulo, cuius electio fuit cassata à Generali, & alius eius loco electus, potest appellare, & interim est manutenendus.*

R.P. M. Franciscus Nunus die 28. Octobris 1641, 1
electus fuit in Prouincialem Ordinis S. Augustini Prouinciæ Bethicæ, & statim à Præside Capituli per P. Generalem deputato, & ad abundantiorem cautelam ab Eminentissimo, & Reuerendissimo D. meo Cardinale Fachinetto, in Regnis Hispaniarum tunc temporis Nuntio Apost. confirmatus & approbatus fuit, ac ab omnibus acceptus, & obeditus, itaut per annum & vltra in pacifica Officij possessione permanserit. Sed deinde introducta causa in Romana Curia sub prætextu obtinendæ confirmationis à Reuerendissimo P. Generali fuit à sanctæ mem. Vrbano VIII facultas ei concessa vt Capitula duo immediatè præcedentia, ac in eis sequuta quæcunque, electiones, & alia acta auctoritate Apost. annullare liberè & licitè posset, itaut quicquid illius facultatis vigore per eundem Reuerendissimum P. Generalem gestum, actum, & ordinatum fuerit, id ab omnibus dictæ Prouinciæ Fratribus obseruandum foret. Qua facultate Reuerendissimus vtens non transportatis actibus, nec habita causæ cognitione, nec partibus citatis, & auditis, prædicta duo Capitula annullauit, & nulla ac inualida fuisse & esse declarauit, & in Prouincialem R. P. Fr. Ioannem Burron nominauit, & à sua possessione expellendum esse dictum R.P. Nunum declarauit. Verùm cùm multa circa obreptionem, & subreptionem litterarum à P. Generale super præmissis expeditarum fuerint deducta tam in tribunali Nunciaturæ, quàm in supremo Castellæ Consilio fui consultus quid iuris mihi videbatur, & respondendum esse duxi prout infrà.

Legalis est apud nostros conclusio quòd ille, qui 2
de tempore litis motæ prout erat P.M. Nunus, officij sui possessionem obtinebat, summariissimi possessorij remedio in ea manutendus est, & ab aduersarij perturbationibus tuēdus, *toto tit. ff. vti possidetis, §. retinendæ, Instit. de interdict. cap. cùm venissent, de institut.* & in terminis quòd pro tuenda possessione officij competat dictum remedium probant Guillelm.

Guillem. Benedict. *in cap. Raynutius, de testam. verb. duas habens filias numer.* 4. Ioan. Vincent. de Anna *alleg.* 103. Mastrill. *de magistrat. lib. 1. cap. 27. num.* 33. Sesse *Aragon.. decis.* 389. *num.* 1. *&* 2. *p.* 4.

3 Et in Regulari idem resoluit Monald. *cons.* 104. *num.* 22. *&* 23. *vol.* 2. vbi quòd Regularis suo officio non possit priuari absque citatione, & causæ cognitione.

4 Et magis in terminis in Prouinciali suo officio per P. Generalem priuato quòd habens se pro spoliato possit remedium recuperandæ intentare, tradit Valenzuela *cons.* 44. *ex numer.* 1. *vsque ad* 12. *lib.* 1.

5 Non obstat quòd dictus P. Nunus, & alij fuerint ab officiis suis amoti de mandato Regni Generalis, ex commissione sibi data à sanctissimo, vt ad amotionem, & priuationem huiusmodi executiuè procederet, quia nihilominus tenebatur ipse Reuerendissimus priùs citari facere dictum P. Nunum, & consortes, eosque audire, vt in rescripto Principis, quo iubetur aliquem suo officio priuari, probat *l. meminerint C. unde vi, l. si non cognitio C. si contra ius, cap. conquerente, de restit. spoliat. l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recop.* vbi statuitur Regia mandata quibus iubetur aliquem à sua possessione amoueri, non esse exequenda, Afflict. *decis.* 361. *num.* 35. *vers. nec obstat quartò, & num.* 36. Burg. de Paz *cons.* 25. *num.* 5. Azeued. *in l.* 2. *num.* 23. *cum seqq. tit.* 13. *lib.* 4. *Recop.* Cumia *in ritibus Siciliæ cap.* 38. *num.* 295. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 1002. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 11. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 167. *n.* 52. Giurba *cons.* 67. *num.* 32.

6 Quod quidem procedit etiamsi Princeps expressè dicat aliquem debere à sua possessione amoueri, adhuc enim in tali amotione procedendum iuris ordine seruato, ex doctrina Innoc. *in cap. cùm olim il* 2. *num.* 2. *de priuil. & in cap.* 1. *de concess. preb. in* 6. *collect.* 2. Nauar. *in cap. cum contingat, de rescript. causa* 3. *nullit. per tot.* Afflict. *in Constit. Neapol. rub.* 24. *num.* 50. Cumia *loco citato*, qui expresè loquitur in mandato Regis, in quo iubetur aliquem à sua possessione amouendum, & subiungit incautum, & imprudentem esse iudicem, qui possessore inaudito illud executioni demandauerit.

7 Idem locum habet in rescripto Pontificio præcipiente aliquem suo beneficio priuari, vt per Menchaq. *controuers. illustr. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 25. *&* 26. Petra *de potest. Principis cap.* 29. *ex num.* 17. Modern. *de supplicat. ad Sanctissimum cap.* 7. *ex num.* 40. *& seqq. & num.* 50. *&* 52. Anell. Amat. *cons.* 17. *n.*
8 8. *&* 9. vbi quòd potestas Papæ, non est tam amplissima in auferendo beneficio, quàm in conferendo, Ego *in collect. ad cap. cùm olim, de re indic. num.* 4. & in nostra specie Fr. Emman. Rodrig. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 6. *art.* 8.

9 Et in qualibet legis, aut statuti dispositione contra publicam, aut priuatam vtilitatem facti, vt possit per viam appellationis, supplicationis, aut simplicis querelæ impugnari, tenent DD. *in cap. cùm omnes, de constit.* vbi Abb. *num.* 2. Imol. *num.* 19. & Barbat. *num.* 14. Item Franch. *in cap. consuluit il* 3. *in fine sub num.* 5. *de appellat.* Bald. *in l.* 1. §. *similique*
10 *modo num.* 2. *ad fin. C. de Latina libert. tollen.* vbi quòd sententia iudicis fortior est sententia statuti, quia à sententia statuti potest Principi semper supplicari; à sententia autem iudicis, si transierit in rem iudicatam, non potest appellari, quod etiam benè explicat Deci. *cons.* 334. *num.* 5. Gutier. *practic. lib.* 3. *q.* 33. *n.* 10. Rot. *decis.* 50. *num.* 6. *p.* 2. *diuers.*

Et interim quod disputatur de validitate legis, 11
non potest innouari contra possessionem illius, qui eam impugnat, sed debet lite pendente in sua possessione manuteneri, vt in terminis decidit Rota *decis.* 41. *num.* 8. *& per tot. p.* 2. *diuers.* ibi, *Quartò non obstat quòd vbi actus à lege permittitur, non potest turbatio, vel spolium considerari* ad tradita per Soccin. iun. *cons.* 48. *num.* 6. *lib.* 2. *& cons.* 68. *num.* 31. *lib.* 3. *& per tot. inter consilia* Butrij *cons. vlt. num.* 10. quia id non procedit quando legis validitas est in controuersiam deducta, & super ea lis pendet, tunc huiusmodi iudicio pendente non debet quis commodo suæ possessionis priuari, per ea, quæ tradit Abb. *in cap.* 1. *num.* 4. *vt lite pend.* dicens per illum text. lite pendente super validitate priuilegij non 12
esse aliquem priuandum vsu possessionis, vel quasi, etiamsi sit contra ius, &c. Et in dictis stetit eadem Rot. *decis.* 50. 64. *&* 70. *d. p.* 2. *diuers.* quarum decisionum meminit Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 2180. *vers. amplia* 13. & sequuta est eadem Rota *in Assisten. statutorum* 22. *Maij*, 1619. *coram sanctissimo D. N. Gregorio XV.* quæ habetur apud Posti. *in fine sui tract. de manutent. decis.* 147. *num.* 6. *&* 7.

Et in executione litterarum Apost. quod lite pē- 13
dente super ea possessor sit in sua possessione manutenendus, censuit Rota apud Marches. *de commission. p.* 1. *pag.* 964. *num.* 4. *&* 6. resoluit Posti. *in tract. de manutent. obseru.* 46. *num.* 23. *&* 24. vbi *num.* 25. addit quod etiam quod litteræ Apost. fuerint iam executæ de facto, & non citato primo possessore poterit, si se non habuerit pro spoliato ratione ciuilis possessionis animo retentæ, non obstante dicta executione de facto, & in gradu appellationis petere se in ea manuteneri, & ad naturalem ab aduersario detentam restitui, *& num.* 26. resoluit hoc procedere etiamsi in litteris Apostol. adsit clausula Parito Breui.

Et in executione rei iudicatæ certum est tertiū, 14
qui se opponit, posse illam impedire, itaut contra eum, & in sui præiudicium ac in suis bonis ea fieri non possit, esset enim quemquam antequam condemnetur, rebus suis spoliare, Azin. *in praxi ciuili p.* 1. *cap.* 2. §. 31. *limit.* 25. *in princ. pag.* 149. Cou. *pract. cap.* 16. *num.* 3. *vers. tertia solet tradi species*, Carthar. *decis.* 52. *num.* 2. Ioseph. Ludou. *decis.* 26. *num.* 15. Peguera *decis.* 206. Sigism. Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 6. *membr.* 4. *num.* 52. Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 4 §. 5. *in princip.* Paschal. *de patria potestate p.* 1. *cap.* 8. *num.* 157. Modern. *de Regia protect. p.* 4. *cap.* 4. *à princip.* Barbat. *in tract. de assistentia gloss.* 3. *num.* 24. *ad fin. vers. notandum tamen est, aliàs num.* 56. *in* 2. *edit.*

Nec suffragari potest R. P. Butroni quòd in ali- 15
quibus monasteriis se fecerit in Prouincialem recognosci, quia id factum fuit inaudito & minimè citato dicto R. P. Nuno, & iudicialiter conuicto ad dimittendam suam possessionem, prout requirebatur *in cap. licèt Episcopus, de prabend. in* 6. vbi notant DD. Putc. *decis.* 44. *lib.* 1. *in* 2. *edit.* Lancel. *de attent. p.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 13. Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *cap.* 3. *num.* 323. *cum seqq. & p.* 3. *cap.* 2. *ex num.* 139. vbi *num.* 145. refert sic declarasse sacram Cong. Flores de Mena *var. quæst.* 13. *num.* 20. Gutier. *cons.* 10. *num.* 13. vbi agit de possessione capta superioris auctoritate, à qua amoueri quis non potest iuris ordine non seruato, Modern. *de Regia pro-* 16
tect. p. 2. *cap.* 15. *ex num.* 20. *& p.* 3. *cap.* 7. *num.* 10. *& num.* 75. & aliqua cumulat Nouar. *in schol. ad l. defensionis,*

pensionis facultas C. de iure fisci lib. 10. optimè Rot. apud Farin. *decis.* 187. *num.* 1. *ad fin. tom.* 1. *in posthum.*
17 aliàs *p.* 3. *recent.* vbi quòd executor etiam merus debet possessorem citare ad priuationem possessionis, & *num.* 2. subdit quòd clausulæ prægnantes non possunt tollere hanc citationem.

18 Vnde benè infertur ad decisionem *cap conquerente, de restit. spoliat.* vbi violentia dicitur quam iudex facit spoliando possessorem iuris ordine non seruato, & ibi notant DD. *glos. in d. cap. licèt Episcopus, de praben. in 6.* Menoch. *remed.* 8. *recup. n.* 8. 19. & 23. Burg. de Paz *cons.* 25. *num.* 13. *cum seqq.*
19 Cumia *ad ritum 36. Sicil. n.* 280. & *seq.* Et possessio hoc modo capta dicitur per vim expulsiuam, Rip. *in l. naturaliter* §. *nihil commune ff. de acquir. possess. num.* 59. Rot. *decis.* 139. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Et spolium hoc modo factum non dicitur turbidum, sed patens, Rot. *decis.* 365. *num.* 1. & *decis.* 555. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Hinc oritur quòd possessio
20 capta per prouisum Apost. possessore non citato nō est manutenibilis, Posti. *de manutent. obseru.* 12. *n.* 57. Noguerol. *alleg.* 25. *numer.* 189. & 190. Rota coram Buratto *inter eius impressas decis.* 263. *num.* 3. & *decis.* 527. *numer.* 2. & coram Duran. *decis.* 389. *num.* 6.

21 Addo quòd possessio de facto capta à R. P. Butrono est turbatiua, & per consequens non manutenibilis Rota coram Buratto *decis.* 285. *numer.* 5. & quæ dedit causam liti, qua pulsatus R P Nunus statim ad iudicium summariissimum manutētionis conuolauit, glos. *verb. pacificam, in cap. commissa, de elect. in 6.* quam ad hoc notat Archid. *ibi num.* 1. Soccin. sen. *cons.* 76. *numer.* 4. *vol.* 1. Decian. *cons.* 54. *num.* 28. & 29. *lib.* 4. Greg. XV. *decis.* 4. *num.*
22 2. & *ibi* addit. *lit. A.* & *decis.* 569. *num.* 4. vbi fuit dictum possessionem ex qua lis sumpsit originem, non esse manutenibilem, Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 4. *num.* 95. & 96. vbi quòd si facio circa possessionem aliquem actum eam propria auctoritate capiendo, de quo aduersarius statim conquestus est, talis possessio non dicitur manutenibilis, Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 10. *num.* 56. & 57. Ramon. *cons.* 56. *num.* 5. *cum seqq.* & *cons.* 58. *num.* 3. Posti. *d. tract. de manut. obseru.* 17. *num.* 44. *cum seqq.* Noguerol. *alleg.* 18. *num.* 65. & 66. & *alleg.* 25. *num.* 192. & *alleg.* 26. *num.* 181. & *alleg.* 28. *num.* 65. Rota *decis.* 291. *num.* 12. *part.* 6. *recent.* & coram Duran. *decis.* 330. *num.* 4. & *decis.* 349. *numer.* 1.

23 Secundò pro parte R. P. Nuni ponderatur eius possessionem præferendam esse cuicunque aliæ P. Butroni, quia antiquiorem, & titulatam, *cap. licèt causam, de probat.* Cou. *pract. cap.* 17. *ad fin. vers. duodecimo*, Surd. *cons.* 28. *num.* 24. Afflict. *decis.* 327. *num.* 2 Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 59. *numer.* 3. Thoro *in compendio part.* 2. *verb. possessor antiquus pag.* 452. & *verb. possessor iuris creandi colum.* 3. Post. *de manut. obseruat.* 71. Rota *decis.* 139. *numer.* 37. & 39. *tom.* 6. *recent.* & *decis.* 158. *num.* 1. & *decis.* 240. *num.* 6. *part.* 2. *recent.* & *decis.* 102. *num.* 2. & *decis.* 110. *numer.* 2. *part.* 5. *recent.* & coram Buratto *decis.* 15. *num.* 66. & *decis.* 139. *num.* 1. & *decis.* 250. *num.* 1.

24 Tertiò pro eadē parte fuit allegatum quòd dum agitur de exceptionibus oppositis cōtra prætensam electionem P. Butroni, & dum tractatur de earum iustitia; non potest idem P. Butron. electus administrare, Alex. ad Bart. *in l.* 1. *ff. de glande legenda lit. B.* Vincent. de Franchis *decis.* 419. *num.* 1. Auiles *ad cap.* 5. *Prætor. verb. suspendendus num.* 4. Rouit. *in pragm.* 2. *de administ. num.* 43. Capiblanc. *ad pragm.* 5. *de Baron. num.* 103. *vers. sed ante captam*, Azeued. *ad Curiam Pisanam lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 14. Cabed. *Portugal. decis.* 112. *ad fin. part.* 1. Amendol. de Franch. *decis.* 210. *num.* 23. Modern. *de Regia protect. p.* 3. *cap.* 8. *num.* 19. Aloys. Ricc. *in praxi p.* 4. *resol.* 54. *per tot.* Ego *in collect. ad cap. fin. de iudic. n.* 6. Optimè Cæpol. *caut.* 24. *incip. Si quis vult*, vbi 25 dicit quòd lite introducta super nullitate electionis, antequam fiat, eam suspendit, sequitur Amendol. *ad d. decis.* 210. *num.* 27. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 5. *quæst.* 22. *num.* 17. vbi eandem conclusionem comprobat, & quòd non possit fieri electo. Et Amaya *in l.* 2. *C. de decurion. lib.* 10. *ex num.* 26
22. *cum seqq.* latè probat quòd electus pendentibus obiectionibus non potest administrare etiamsi administrationem incœperit ex Phebo *Portug. decis.* 65. *à princ.* & Ego *in addit. ad commentaria parentis in Ordin. Reg. Portugal. tit.* 67. *num.* 8. *pag.* 65. Et de inquisito, vel accusato accusatione pendente Cabed. *Portug. decis.* 84. *num.* 18. *part.* 2. Tamburin. *d. disp.* 5. *quæst.* 20. *num.* 8.

Est namque ad hoc propositum litteris aureis notanda doctrina Innocentij *in cap. veniens il* 2. *de testib.* resoluentis quòd existens in possessione alicuius officij impedire potest aliam electionem de eodem officio faciendam, etiamsi non probet rectitudinem electionis, quia ad hunc effectum sufficit probare se electum, licèt non se rectè electum probet, sequitur *ibi* Zabarel. dicens esse centum manibus notandum, Pereg. *de fideicom. art.* 48. *num.* 31. Rot. *decis.* 698. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* vbi quòd nullitas tituli non debet disputari in iudicio retinendæ. 27

Non obstat quòd in litteris Apost in aliis R. P. Generalis insertis adsunt clausulæ multū prægnātes, quæ manutentionem impedire possunt, quia respondetur easdem clausulas tanquam dictis litteris accessorias, eorum naturam sequi, Surd. *decis.* 7. *num.* 28. & 29. Castill. *tom.* 6. *controuers. c.* 168. *à num.* 15. Modern. *de supplicat. ad Sanctissimum p.* 2. *cap.* 26. *num.* 64. Et in dubio vtrùm decretum irritans irritet nec ne, non impeditur manutentio, interim dum disputatur de vi dicti decreti, Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 430. *cum seqq.* Beltramin. *ad Greg. XV. decis.* 283. *num.* 8. Roman. *cons.* 58. *num.* 5. Modern. *de Regia protect. p.* 3. *cap.* 10. *n.* 161. & *seq.* Posti. *de manut. obseru.* 46. *num.* 14. & 15. Rot. *decis.* 752. *num.* 6. *p.* 2. *recent.* & *decis.* 48. *n.* 5. *p.* 5. *recent.* 28

Minus obstat quòd Eminentissimus D. Nuntius est dictarum litterarum merus executor, proindeque habere iurisdictionem tantùm ad exequēdum, non verò ad cognoscendum de exceptionibus oppositis Quia ad huius dubij resolutionem præmissa distinctione inter merum & mixtum executorem, de qua latè egimus in praxi exigendi pensiones *p.* 2. *quæst.* 12. *per tot.* respondemus Eminentissimum D. Nuntium esse dictarum litterarum mixtum executorem, ac proinde assumere posse partes iudicis procedendo iudicialiter, & cognoscendo de exceptionibus, ac super eis pronuntiando. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. *in annot. num.* 44. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 110. Valenz. *cons.* 9. *num.* 2. *tom.* 1. Amat. Roderic. *de execut. sentent. cap.* 2. *num.* 39. Greg. XV. *decis.* 337. *num.* 17. & ab illius pronuntiatione dari appellationem suspensiuam, quia non debet quis dimittere suam possessionem ad verbum executoris, Marc. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 50. *num.* 6. Nicol. Garc. *d. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 112. 29

cum

cum seqq. Greg. XV. *decis.* 69. *num.* 7. *& decis.* 91. *num.* 3. Rota *decis.* 701. *num.* 2. *p.* 2. *recent.* quod ex sequentibus comprobatur fundamentis.

30 Primò, quia dictus R. P. Nunus, & consortes ab anno cum dimidio & vltra legitimè in possessione officiorum suorum persistunt, à qua non debent amoueri nisi priùs citentur, eorumque rationes discutiantur; non enim quis est à sua possessione expellendus, nisi eo prius vocato, & audito, Card. *cons.* 75. *in princ. vers. verùm possessio*, Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 110. Greg. XV. *decis.* 500. *num.* 5. cum aliis suprà citatis *num.* 15. Et hoc casu, quando scilicet agitur de remouendo possessore, omnis executor est mixtus, idem Greg. *d. decis.* 500. *num.* 6. Bel-

31 tramin. *ad eundem decis.* 413. *sub num.* 4. *in princ.* vbi id maximè intelligit quando ille, qui est in possessione, docet de titulo colorato, & tunc executor tenetur assumere partes iudicis, Achil. de Grassis *super reg. de triennali decis.* 6. *num.* 4. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 11. *quæst.* 10. *num.* 33. vbi ampliat etiamsi non adsit claus. *Vocatis vocandis.*

32 Secundò, quia nunc agitur de executione sententiæ quam P. R. Generalis pronuntiauit super priuatione nonnullorum, & admissione aliorum ad officialis, Priorum, & Definitorum, & nulli dubium est posse in hoc euentu recurri ad Eminentissimum D. Nuntium tanquam iudicantis superiorem, illumque teneri iudicialiter cognoscere de exceptionibus oppositis, & super eis pronuntiare, ad not. per Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 6. Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 10. *n.* 46.

33 Tertiò, quia *per claus. Contradictores*, &c. in prædictis litteris insertam censetur concessa facultas iudicialiter procedendi. Ita Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 235. Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 112. *casu* 16. *vers. tertiò facit*, Rot. *decis.* 616. *num.* 4. *p.* 2. *recent.*

34 Quartò, quia ex contextura earundem litterarum constat quòd Generalis non præmiserit necessariam cognitionem, quo casu etiam merus executor potest de exceptionibus in executione oppositis cognoscere, & ad illarum verificationem deuenire: solùm enim vbi omnis præcessit cognitio, nuda remansit executio, quæ sola mandata dicitur, vt ex Bart. Morla, & aliis resoluit Cancer. *var. resol. lib.* 2. *c.* 15. *num.* 33.

35 Quintò, quia licèt merus executor non habeat iurisdictionum ad ferendam sententiam super exceptionibus oppositis, nihilominus tamen potest cognitionis causam ad superiorem remittere, & interim in executione supersedere. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 9. 11. *&* 12. Flores de Mena *var. quæst.* 4. *num.* 42. *& quæst.* 12. *num.* 17. *&* 18. Marches. *de commiss. in commiss. appellat. ab executione Breuium num.* 132. *pag. mihi* 328. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 10. *num.* 38. Cardin. Tusch. *pract. conclus. lit. E. concl.* 500. *num.* 3. 4. *&* 9. *& concl.* 501. *num.* 1. *&* 2. Modern. *de Regia protect. p.* 4. *cap.* 6. *ex num.*

36 14. vbi resoluit merum executorem iurisdictionem habere ad cognoscendum de exceptionibus falsitatis, obreptionis, & subreptionis rescripti ad hoc vt suspendat executionem.

37 Et in casu quo opponitur de nullitate ob defectum citationis contra sententiam, de cuius executione agitur, est indubitatum quod executor etiam merus debet cognoscere de oppositis exceptionibus ad effectum supersedendi in executione, vel illam denegandi, necnon remittendi causam ad Superiorem, Imol. *in Clem.* 1. *vers. sed nunquid*, & *ibi* Zabarel. *num.* 6. *de re iudic.* Cancer. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 35. *&* 36. *cum seqq. in* 2. *edit.* Franc. Molin. *de brachio Regio lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 23. *cum seqq.* Thesaur. *quæst. forens. lib.* 3. *quæst.* 2. *num.* 4. *cum seqq.* Leon *Valent. decis.* 168. *part.* 2. Valenzuel. *cons.* 9. *num.* 8. Ego *in collect. de cætero num.* 7. *de re iudic.*

Et in omni euentu vbi adest possessor in beneficio, vel præbenda, cuius possessionem alius de manu executoris assumere prætendit, tunc talis executor debet audire possessorem etiam intrusum, & assumere partes iudicis, Ita Butr. *in cap. fin. num.* 7. *de præsumpt.* vbi Abb. *ex num.* 11. Felin. *num.* 16. 24. 27. 33. *&* 34. Garc. *de benef. part.* 6. *cap.* 2. §. 1. *num.* 110. *& seqq.* Seraph. *decis.* 1031. *num.* 4. *& decis.* 1045. *& decis.* 1056. *num.* 3. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 12. *num.* 13. vbi dicit quòd executores gratiarum Apostol. possunt cognoscere de legitimis exceptionibus, & *n.* 17. dicit quòd debet cognoscere super causis allegatis, aliàs declarabitur vim facere, Marches. *vbi suprà num.* 132. *cum seqq.* Modern. *de Regia protect. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 57. *cum seqq.* & latiùs *in tract. de supplicat. ad Sanctiss. part.* 2. *cap.* 34. *à num.* 78. Beltramin. *ad Greg. XV. decis.* 413. *num.* 14. 38 39

Ex quibus omnibus resultant contra litteras, de quarum executione agitur, plures & insanabiles nullitates, de quibus distinctè agemus ad faciliorem præsentis materiæ intelligentiam.

NVLLITAS I.

Quia sententia non iustificatur ex rescripto, nec ex actis.

EX supradictis iam constat principalem nullitatem deduci ex defectu citationis omnium interesse habentium, & ideo quæ illis non citatis gesta fuerunt, debent reuocari, & denuo audiri, ac cum eis aliàs legitimis possessoribus causam agitari, vt tradit Mangil. *de euiction. quæst.* 177. *ex num.* 22. *& num.* 25. *cum tribus seqq.* vbi quòd sententia in actione reali non potest exequi contra possessorem, si non fuerit cum eo litigatum, vel sit alius quàm comprehensus in executione, & quòd nullus potest à sua possessione eiici absque citatione, & generaliter quòd sententiæ executio non possit fieri absque partis citatione, Ruin. *cons.* 128. *vol.* 5. Ceuall. *commun. contra commun. p.* 3. *quæst.* 809. *num.* 24. *cum seqq.* Rot. *decis.* 284. *num.* 15. *cum seqq. p.* 5. *recent.* Omnis enim sententia iustificatur ex actis processus, Rot. *decis.* 588. *num.* 3. *p.* 1. *recent.* Et sine illis nihil probat, nec pro ea præsumitur, Barz. 37. *n.* 4. *&* 5. Pereg. *de fideicom. art.* 26. *num.* 16. *lib.* 1. vbi quòd nihil probat non exhibito processu, Noguerol. *alleg.* 12. *num.* Rot. coram Buratto *decis.* 76. *n.* 2. *cum duobus seqq.* 40 41 42 43

Quod quidem locum habet quamuis iudex enūtiet in sententia præcessisse omnia acta necessaria, quia adhuc si non exhibeantur, minimè credendum est sententiæ, Chartar. *de execut. sentent. cap. fin. n.* 19. Stephan. Gratian. *discept. forens. lib.* 2. *cap.* 310. *num.* 89. Noguerol. *alleg.* 12. *num.* 12. *vers. quod procedit.* Pro quo est text. *in cap. quoniam contra, de probat. & in Auth. si quis in aliquo C. de edendo*, Mascard. *de probat. concl.* 32. *num.* 54 *vers. verùm contrarium*, *vsque ad num.* 59. vbi cum communi tradit iudici non esse credendum, qui asserit præcessisse acta iudicij, & alias solemnitates, nisi sententia fuisset 44 45

fuiſſet partibus præſentibus prolata, Alex. Trentaſinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. de ſent. reſol. 4. num. 3.* vbi loquitur quando ſententia partibus præſentibus & conſentientibus, & non appellantibus fuit prolata, & *num. 5.* agit quando ſententia partibus abſentibus fuit prolata, quia non creditur iudici aſſerenti præceſſiſſe citationem, & alia acta iudicij, idem Maſcard. *concl. 35. num. 2. cum ſeqq.* vbi dicit non credi iudici aſſerenti in ſententia libellum, litis conteſtationem, teſtiumque examen interueniſſe, idem Alexand. Trentaſinq. *lib. 1. tit. de verbor. ſignif. reſol. 2. num. 30. cum ſeqq.* dum ait quòd vbi fuerit appellatum à ſententia, ſiue ſit pars præſens, ſiue abſẽs, non ex ea probatur præceſſiſſe neceſſariam cauſæ cognitionem, cæteraque acta iudicialia plura Genua *de verbis enunciat lib. 2. cap. 9.* benè Felin. *in c. cum in iure num. 14. de offic. deleg.* vbi reſoluit ſententiam enuntiantem quendam eſſe procuratorem, non probat mandatum, plura cumulat Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſimum p. 2. cap. 30. §. 4. num. 19.*

46 (ta, & *num. 5.* agit …) — see above.

47 (tentiam enuntiantem …) — see above.

48 Sola enim longa diuturnitas temporis ſubſequentis ipſam ſentẽtiam poteſt inducere præſumptionẽ ſolemnitatis actorum, ex Seraph. *deciſ. 381. num. 4. & 5.* vbi exemplificat in diuturnitate centum annorum, quem refert Noguerol. *alleg. 12. num. 14.* At Gonzal. *ad reg. 8. numer. 6.* exemplificat in diuturnitate triginta annorum. Verùm Alex. Trentaſinq. *var. reſol. lib. 2. tit. de ſent. reſol. 4. num. 11. verſ. hinc eſt*, vbi dicit duos annos ſufficere, ſi tranſierint poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam; in præſenti autem caſu nec annus tranſiuit, & ſententia appellatione ſuſpenſa eſt.

49 Nec ex verbis enunciatiuis dictæ ſententiæ pronuntiantis, & affirmantis eam cauſam fuiſſe agitatam cum procuratore dicti R.P. Nuni & conſortiũ, probatur exiſtentia talis procuratoris ex reg. *Auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo*, notat Alex. *conſ. 81. Viſo & diſcuſſo col. 7. vol. 3. & conſ. 89. circa fin. lib. 2.* Golin. *de procurator p. 3. cap. 3. num. 13. cum multis*

50 *ſeqq.* vbi tenet notario aſſerenti tranſumptum fuiſſe à ſe confectum non credi, Modern. *d. cap. 3. §. 4. num. 19. & de Regia protect. part. 4. cap. 1. num. 58. cum ſeqq.*

51 Multo minus iuſtificatur ex mandato procuratorio facto à R. P. Nuno & conſortibus, & reproducto in actis per R.P. Button. quia non conſtat procuratores in eo nominatos illud acceptaſſe, aut eo vſque vſos fuiſſe, cùm omni iure certum ſit factum à procuratore ante mandati acceptationem eſſe inualidum. Ita Bart. *conſ. 73. vol. 1.* Imol. *in l. qui in Domini ff. de teſtam.* Alex. & Archid. *in cap. ſi qui, de procurat. lib. 6.* qui poſt Compoſtellan. & Specul.

52 *tit. de procurat. §. 1. verſ. ſed quid*, dicunt quòd ſi procurator antequam ſuſcipiat mandatum faciat aliquid tanquam procurator, etiamſi ſciat ſe procuratorem conſtitutum, dummodo non ſuſceperit mandatum, non valet, per text. *in d. cap. ſi qui, cap. vt ſuper, de appel. in 6* Et hæc eſt opinio verior, & magis communis, vt per Curt. iun. *conſ. 63.* Alex. *in l. licet. C. de procurat. col. 1.* Vanti. *de nullit. tit. de nullit ex defectu mandati n. 115. verſ. tertiò principaliter*, Lap. *alleg. 81.* Caſſad. *deciſ. 8. num. 12. de reſtit. ſpol. & deciſ. 3. num. 4. de appellat.* Ioſeph. Ludou. *concl. 46. ampl. 12.* Sigiſm. Scacc. *de appellat. quæſt. 5. num. 27. verſ. moneor tertiò, & de re iudic. gloſſ. 4. quæſt. 4. num. 7. & num. 52.* Golin. *de procurator. p. 2. cap. 3. num. 10.* poſt Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 877.*

53 *num. 15.* vbi ex Manent. *deciſ. 22. num. 14.* addit quòd procurator non dicitur facere actum procuratorio nomine, ſi adhuc mandatum non receperit, nec de eo notitiam habuit. Rota *deciſ. 45. in num. 1. & 2. p. 2. recent.* vbi ex hoc fundamento probat ſubſtitutio- 54 nem à procuratore factam virtute facultatis ad id ſibi conceſſæ nullam eſſe antequàm acceptet mandatum.

Non obſtat ſi dicatur R. P. M. Lyanum Prouin- 55 cialem vnà cum definitorio ſuæ electionis dediſſe mandatum procuratorium P. M. Thomæ de Paredes, qui illud ſubſtituit in perſonam P. M. Petri de Villanueua, qui cùm eſſet Romæ vti talis procurator aſſeritur cõparuiſſe in illa cauſa coram R. P. Generali; quia reſpondetur procuratores à Definitorio temporali conſtitutos expirare cum ipſo Definitorio, vt in terminis reſoluit Borrell. *in ſum. omnium deciſ. tit. de procurat. numer. 459. per gloſſ. verbo pro Eccleſia in Clem. fin. de procurat.* Deinde reſpondetur dictum P. Villanueuam à Definitorio pro ſuis cauſis conſtitutum procuratorem non poſſe in vim talis mandati agere cauſas ſingulorum de Definitorio, quia aliud eſt vniuerſitas, Definitorium, ſeu Collegium, & aliud ſingulares illius Collegij, 56 vt in terminis, quòd procurator vniuerſitatis, non ſit procurator ſingulorum probat text. *in l. 2. C. quod cuiuſque vniu. nom. cap. qui manumittitur 12. quæſt. 2.* Loſſæ. *de iure vniuerſ. part. 1. cap. 1. num. 22.* Golin. *de procurat. p. 1. cap. 3. num. 25.*

Nvllitas II.

Ex nulla caſſatione reſultans.

Reuerendiſſimus P. Generalis nulliter & iniuſtè proceſſit ad caſſationem electionis factæ in perſonam R. P. Nuni tam ex defectu poteſtatis, quàm ex defectu cauſæ.

Quod ad poteſtatis defectum attinet certum eſt 57 in facto Eminentiſſimum D. Card Fachinettum de illo tempore in Regnis Hiſpaniarum Nuntium Apoſt. cum facultate Legati de latere eam electionẽ confirmaſſe, prout poterat per text. expreſſum *in cap. ſi Abbatem §. 1. de elect. in 6.* ibi, *Huiuſmodi verò Legatus, qui inauis omnibus poſt Romanum Pont. in prouincia ſibi decreta imperium cenſetur habere, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & exemptorum electiones poteſt ex officio confirmare*, &c. Ego ipſe *de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 19. num. 250.* & rationem aſſignat text. quia Legatus eſt iudex competens contra exẽptos, refero *de officio & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 123. num. 32. & 33.* & hinc exemptus à iuriſdictione 58 ordinaria non eſt pariter exemptus à iuriſdictione 59 Legati, ſed illi ſubiectus, Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 63. art. 4.* Et prouiſus ab Illuſtriſſimo 60 Nuntio dicitur prouiſus Apoſtol. Gemin. *in d. cap. ſi Abbatem num. 5.* vbi Franch. *num. 4.* Viuian. *de iurepatron. lib. 11. cap. 4. num. 114. ante verſ. vt cum autem*, Ego *in d. cap. ſi Abbatem num. 4.*

Et in terminis quòd confirmatio electionis fa- 61 cta per Eminentiſſimum D. Card. Fachinettum Hiſpaniarum Nuntium, dicatur confirmatio Apoſtolica reſoluit Bayſ. *de elect. p. 3. c. 43. n. 4. tom. 15. tract. pag. 402.* ibi, *Hodie tamen eſt deciſum vt Legatus à latere valeat, & poſſit in prouincia ſibi decreta confirmare electiones Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & aliorum exemptorum*, ita tradit Ioan. Andr. & Panor. *in d. cap. nihil*, & idem Ioan Andr. Panor. Hoſt. Ægid. & Innoc. *in cap. cùm venerabilis, de conſuet.* text. *in cap. ſi Abbatem, de elect. in 6.* &c. Boër. ad Mandag. *de elect. cap. 56. lit. X. verſ. coram*

Papa

Papa d.tom.15. ibi, Quid si non compareant isti coram
Papa, sed coram Legato Apost. Sedis à latere misso, qui
est in prouincia, nunquid sufficit? Credo quòd sic, nam
talis Legatus benè potest confirmare electiones exemptorum,
&c. Lauor. vari. lucub.tit.4.de elect.c.25.n.46.
Laurent. de Peyrinis in formul. Regul. cap. 18.num.
4. circa fin.

62 Cùm ergo, vt dictum est, Capitulum fuerit au-
ctoritate Apost. per Eminentissimum Nuntiũ cõfir-
matũ, minimè potuit à P.R.Generali infirmari, cùm
inferior facta Superioris euertere non possit, c.cùm
inferior, de maior.& obed.c.cùm venisset, de iudic. Can-
cer.var.resol.p.2.c.2.n.314 prope fin.Rot.decis.293. n.
63 2.p. 2. recent. Ea enim quæ sunt confirmata à Sede
Apost. non possunt ab alio tolli, & quod Papa con-
firmat, nemo infirmat, Bald.in l.rescripta num.4.C.de
precib.Imper.offer. Dec. in cap. cùm accessisset num.43.
de constitut.Gemin.cons. 30. num. 6. & 7. Rota decis.
293.num.3. & 9.p.7.recent.

64 Non obstat quod R.P.Nunus, & alij in eo Capi-
tulo electi existimarunt Confirmationem R.P. Ge-
neralis necessariam esse, & ideo instarunt pro ea
obtinenda, quia respondetur quòd quando in actu
interuenit aliqua solemnitas nõ necessaria ad suam
validitatem, & hæc concurrit inualidè, & minus so-
lemniter, nõ ob id remanet imperfectus, aut nullus
actus, qui in se validus est. glos. verb. trãsitum in §.serui,
Instit. de libert. quæ tenet ideo valere manumissionẽ
factam in transitu, quia sine eo fieri poterat; vnde
aliud est quòd manumissio fieri poterat sine Præto-
re: ex qua glos. Ias. in l. vinum num.33. vers. secundò
65 confirmo ff. de rebus cred. notat quòd quando actus
potest expediri sine præsentia iudicis, & si fiat in
præsentia illius, & minus solemniter, per hoc non
vitiatur actus, & quod de illa glossa facit magnum
festum Bald. in pluribus locis ibi à Iasone citatis,
idem tradit Segura in l. ab exhæreditati num. 3. cum
seqq. ff. de legat. 1. Hippol. in l. de vnoquoque num.
42. ff. de re iudic. Vanti. de nullit. titul. quibus modis
senten. nullit. num. 114. Rot. decis. 36. num. 56. &
66 57.tom.5.recẽt. qui dicũt citationẽ nõ necessariã nul-
liter factã non obesse, nec actus nullitatẽ inducere.

67 Et in assensu Regio in contractu reseruato, quòd
si in illo non requiratur, actus non vitietur, si vel
assensus deficiat, vel minus solemniter apponatur,
Andr. de Isernia in cap. 1.§. sed nec audiuimus. 38. quæ
sit prima causa benefic.amit. Ponte cons. 95. numer. 8.
lib.1.& decis.4.n.36. Rouit. cons.14.n. 3. Capiblanc.
de Baronib, tom. 2. cap. 82.num. 14. vers. & proinde,
Rota apud Farin. decis. 144. num.10.p.2. in posthum.
aliàs part.4. recent. Et pro hac conclusione est text.
expressus in l. forma censuali §. si quis veniam petierit.
ff. de censib. Ego de Canon. & Dignitat. cap. 39. n.9.
vbi ex communi Doctorum sententia in cap.cùm in-
ter 18. de elect. dixi electionem non continere nul-
litatem, si vocati ad eam faciendam, non haben-
tes in ea vocem, spreti, aut admissi non fuerint.

68 Quoad secundam nullitatis partem de defectu
causæ mouentis ad cassationem, sciendum est per
electionem plenum ius acquiri, sed in habitu tan-
tùm, per confirmationem verò exercitiũ illius actus,
ita Seraph.decis.1011.n.16 Melch.Phœbos Lusit.de-
cis.101.n.7.tom.1.Cabed.etiam Lusit.decis.84.n.12.p.
2.Aloys.Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapol.decis.
280.n.2.p.2.Laur.de Portel in suis resp.moralib. p. 2.
casu 4.Castellin.de elect.Canon.c.1. num.17.Laurent.
de Peyrinis tom.1.c.3.§.6. in fine, Greg. XV. decis.
240. n.16.& 17. Tamburin.de iure Abbatum tom.1.
disp. 6.q.1.num.4.Lauor. d. tit.4. de elect.c.25.n.2.per
doctrinam Felin. in cap. cùm Bertoldus num. 6. de re
indic. vbi dicit quòd per confirmationem nihil no- 69
ui iuris acquiritur, sed tantùm exercitium iuris per
electionem quæsiti.

In tantum quòd electus potest iudicialiter cõfir- 70
mationem suæ electionis petere, & Superiorem vt
confirmet compellere, Abb.in c.cùm dilectus 8.n.2.de
consuet.ibi, Nota primò quòd Monachus electus in Præ-
latum potest electionem de se factã prosequi etiam in iu-
dicio contẽtioso, & in c.postulationem 5.de postulat. Præ-
lat.n.4.addit cum Ioan.Andr.quòd ille, qui petit confir-
mationẽ electionis nullã petit gratiam, cum pleno iure in-
nitatur, & quòd sic potest superbè accedere ante Superio- 71
rẽ etiam caputio, vel birreto non leuato si confidat de ido-
neitate personæ suæ, & cõminari quòd nisi ipse confirmet,
habebit recursum ad Superiorẽ; idem Abb.in c. postquã
3.de elect.n.1.ibi, Nota primò quod confirmatio est ne-
cessaria, licèt electio à principio fuerit volũtatis, Canonici
autẽ non tenentur eligere certũ, sed possunt eligere quem
volunt, dummodo idoneũ, vt in c.quia propter inf.eod. Su- 72
perior autẽ ad quem spectat electionis cõfirmatio, tenetur
ex debito electionẽ confirmare, si nihil impedit electũ, &c.
idem Abb.in c.querelã n.6.de elect. Fr. Emman.q.Re-
gul.tom.2.q.54.a.13.Greg.XV.decis.240.n.12.cũ seqq.
vbi quòd qui confirmat nihil dat, & quòd confirma-
tio non est imputanda ad beneficium, sed ad iusti-
tiã, Castellin.de elect.c.5.n.83.& c.14.n.15. & n.43.
& 56.vers.memor sit semper confirmator, Lauor.de elect.
c.25.n.28.& n. 44. vbi quòd si confirmator absque
iusta & rationabili causa differat electionem confir-
mare, potest recurri ad Superiorẽ pro cõfirmatione
facienda, Sigism.à Bonon.de elect.dub.43.n.1.vbi di-
cit quòd sicut ex parte electi confirmatio est debita, 73
ita ex parte confirmare debentis est necessaria, per c.
fin.de elect.in 6.& per c.postquã, vbi Butr.n.5 Abb.in 1.
notab.Dec.n.1.de elect.& n.3.& 4.Tambur.de iure Ab-
batũ tom.1.disp.6.q.1.n.25.vbi quòd electio est volũ-
tatis, confirmatio autem necessitatis, & q.2.n.10.Si-
gism.à Bon.de elect.dub.45.n.1.Lotter.de re benef.lib.
1.q.27.in princ.Laur.de Peyrin. tom.1.de subdito q.1.
c.31.§.6.ad fin.vers.vnde sequitur, & §.7.& §.11.vers.
dico 11 Ego de iure eccles.vniu.lib.1.c.19.num. 154.

Ad confirmationem huius electionis deuenire 74
potuit R. P.Generalis vel ex vi Constitutionis p.3.
c. 7. de elect. noui Prouincialis prope fin. ibi, Volumus
tamen & decernimus, vt præter illam per P. Præsiden-
tem factam confirmationem omnes Prouinciales per Re-
uerendissimum P. Generalem sese confirmandos curent,
quàm citius fieri possit, habita ratione maioris, vel mino-
ris distantiæ Prouinciarum, atque itineris difficultatem,
&c. Et eadem p. 3. cap. 7. §. quid litteris definitorio
delatis fieri debeat, in fine, vbi de definitionibus Ca-
pituli Prouincialis, ita concluditur. Et deinde ad Re-
uerendissimum Priorem Generalem, vt ab ipso si sibi vi-
sum fuerit, confirmentur, mittantur quàm citiùs fieri
possit, &c. Vel iure delegato ex vi litterarum Apost.
eidem R. commissarum, ibi, Tibi vt dicta duo Ca-
pitula Prouincialia, ac in eis sequuta & alia acta an-
nullare, &c. licitè possis & valeas eadem auctoritate te-
nore præsentium facultatem concedimus, &c. Similes 75
autem dispositiones, rescripta, & indulta semper
sunt intelligenda prout de iure, Anchar. cons.6.
numer. 8. vers. omnis enim, Cæsar de Grassis decis.
8, numer. 2. de re iudic. Achil. decis. 12. de rescript.
Rota decis. 39. numer.2. part. 1. recent. & decis.415.
in fine part. 2. recent. quia eorum verba intelligi de- 76
bent secundùm terminos habiles, ac dispositionem
legalem. Duran decis. 228. num. 9.

Ex quacunque causa, vel titulo procedat Reue- 77

rendissimus Generalis semper in cassanda & infirmanda electione tenetur procedere citatis, & auditis partibus, seruato substantiali iuris ordine: si procedat via ordinaria ex vi constitutionum Ordinis, de quibus suprà; est aduertendum quòd confirmator potest & tenetur antequam confirmet, inquirere de idoneitate electi, & de forma electionis, *c. postquā 3. c. à nobis, de elect.* Nau. *cons. 1. in antiq. aliàs cons. 2. in nouis, eod. tit.* Sigism. à Bonon. *de elect. dub. 46. n. 8. & dub. 47. n. 7. cum seqq.* Lauor. *d. tit. 4. cap. 25. n. 59.* Castellin. *d. c. 14. n. 15.* Tambur. *d. tom. 1. disp. 6. q. 5. n. 4. & 5.* Laurent. de Peyrin. *d. tom. 1. c. 31. §. 11. vers. dico secundo,* Portel. *in resp. moral. casu 4. n. 5. in fine,* etiā absque contradictore, vt post Pacian. resoluit Felician. de Vega *ad cap. intelleximus, de iudic. n. 67.*

78 Deinde scire oportet duobus modis confirmatorem posse in his confirmationibus faciendis procedere: vel extraiudicialiter agendo, priuata scilicet scientia, non in forma iudicij & contentiosa, inquirens de modo electionis an fuerit Canonicè facta, & de persona electi an sit idonea. Lauor. *d. cap. 25. n. 59.* Modern. *de Regia protect. p. 2. c. 13. n. 6.* Ego *de iure Eccl. s. lib. 1. c. 19. num. 251.* & in hoc casu quando nec directè, nec indirectè potest cognosci & penetrari causa cassationis, procedunt doctrinæ, de quibus *suprà voto 4.* Vel per viam iudicis contradictorij cum processu & causæ cognitione, Marescot. *var. lib. 1. cap. 52. à numer. 30.* Sigism. à Bonon. *dub. 46. n. 8. & dub. 47. cum seqq.* Ego *ipse d. c. 19. num. 251.* & tunc tenetur cum partis citatione & seruato iuris ordine procedere, Modern. *de Regia*

79 *protect. part. 2. cap. 13. num. 45.* ibi, *Si iam quis esset electus ad dignitatem, & ageretur de illum remouendo à tali dignitate, tunc enim iudicialiter agendum est, & in tali infirmatione procul dubio partis citatio requiritur,* &c. & est doctrina Butrij *in cap. cùm dilectus 32. numer. 63. de elect.* ibi, *Quadam est confirmatio contentiosa super qua proceditur iudicialiter, & tunc oportet quod in ipsa interueniat causæ cognitio & absque ea non valet confirmatio C. de iudic. l. iudices, C. quomodo & quan. index l. ea quæ,* &c. Idem Butr. *in cap. venerabilem 34. eod. tit. num. 15.* ibi, *Nota vndecimò quòd confirmator electionis, vel infirmator dicitur iudex & cognitor, & sic patet quòd confirmatio*

80 *etiam temporalis dignitatis fit per viam iudicij,* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 9. in annot. numer. 43.* Sigism. à Bononia *d. dub. 44. numer. 8. ad med. & num. 9. & dub. 45. num. 7.* Castellin. *d. c. 14. num. 54. ad fin. & num. 55.* Lauor. *d. c. 25. num. 54* Ego *d. lib. 1. c. 19. num. 151.*

81 Et in Religione Fratrum Eremitarum S. Augustini in confirmationibus, & cassationibus electionum semper proceditur secundo modo, & ob id tenetur R. P. Generalis causas cassationis in sententia exprimere, vt statuit Iulius III. *in Bullario Ordinis S. Augustini Romæ impresso anno 1628. pag. 216.* Et si contingat dictum Hieronymum, aut pro tempore existentem ipsius Ordinis Priorem Generalem, confirmationem huiusmodi denegare, eandem Hieronymū, & pro tempore existentem Priorē Generalem, teneri, & obligatū esse ad causā denegationis huiusmodi in eadē denegatione exprimendum, &c. Qua de causa idem R. vt refertur in dictis litteris, cœpit cognoscere iudicialiter de nullitatibus electionis, ibi, *Prætereaque auditis pluries ipsis partibus, earumque iuribus, & rationibus maturè discussis iudicaueris secundo dictum Capitulum Prouinciale nullum, & inualidum, nulliterque & inualidè celebratum fuisse,* &c. Quo casu & absque dubio, si posset summariè, secretèque, & per processum infirmatiuum procederet, iam teneretur per viam iudicij prosequi, iuxta doctrinam Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 5 n. 5.* dum dicit quòd si iudex potest procedere vt Ordinarius, vel delegatus, electa vna via, licèt inutili, non potest ad aliam redire, optimè Cancer. *var. resol. lib. 1. c. 17. de appellat. n. 43. in 2. edit.* vbi ex Innoc. *in c. bonæ il 2. de postulat. Prælat.* & aliis tenet habētem facultatem apprehendi possessionem propria auctoritate, & extraiudicialiter, sibi præiudicare adeundo iudicem incompetentem, *& lib. 2. c. 10. n. 47. cum seqq.* Hermolil. *i. 7. gl. §. 2. num. 21. tit. 4. part. 5.* & in optima specie Rota *decis. 778. p. 1. diuers.* 82

Non debet igitur confirmator ex abrupto, & inordinatè ad electionem procedere, vt aduertit Lauor. *d. tit. 4. c. 25. c. n. 51.* citans *c. cum ad monasterium, de statu monach.* Abb. *in c. monachi §. Prioratus n. 10. eod. tit.* Sylu. *verb. confirmatio humana n. 4.* & subdit quòd non debet per repentinam confirmationum propriā cupiditatem, & inordinatum affectum sui, & æquitati præferens, competitore, vel oppositoribus neglectis, nec discusso negotio contra doctrinā Apost. electo manus imponere. *c. vlt. de elect. n. 6* Sed tenetur cum plena causæ cognitione inquirere & cognoscere de delictis quæ electum indignum faciunt cōfirmare, ac illum priuare possunt sua dignitate, vel Prælatura, vt per Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 14. a. 3. vers. secundum argumentum,* vbi contra Nau. resoluit quòd ad impediendam electionē, etiam ante illius perfectionem, & crimina electo opposita plena debent probari, Hieron. Roderic. *in resolut. quæst. Regul. resol. 58. n. 49.* hanc conclusionē multis exornat, & reprehendit Laurent. de Portel. *in dub. Regul. verb. electio n. 19.* qui allegat Fr. Emman. *citato loco* pro contraria parte; licèt Nauarrum sequatur Lauor. *d. tit. 4. c. 19. n. 121.* Et quicquid sit sumus extra hanc disputationem; quia agebatur in nostro casu de infirmanda electione iam perfecta, cuius vigore electus ab anno cum dimidio erat in pacifica Prouincialatus possessione absque alicuius contradictione: ob quam rationem motus fuit doctissimus Valenz. *cons. 4. per tot. &* præcipuè *n. 5. & 6. vol. 1.* ad tenendum & consulendum quod P. Generalis, de quo ibi, nulliter & attentatè processit ad priuationem officij Prouincialatus P. Batres, eo inaudito. 83 84

Hinc infertur non esse ab officio excludendum indignum, aut eo priuari quemquam, nisi prius audiatur, & conuincatur de insufficientia, vel alia inhabilitate. Fr. Emmā. *q. Regul. tom. 2. q. 51. a. 12. vers. ad primum dubium,* Portel. *in dub. Regul. verb. electio in addit. ad addit. num. 5 & in resp. moral. p. 2. casu 4. n. 3. & casu 19. à num. 1.* Hieron. Roder. *d. resol. 58. num. 11.* Laurent. de Peyrinis *in formular. lit. C. cap. 18. vers. nono quinto, & n. 7. vers. sed dic quarto, & de subdito Relig. q. 1. §. 10. in princ. pag. 491* vbi subdit quòd non possunt priuari Religiosi sine eo quòd prius citentur, ipsisque detur copia eorū, quæ contra ipsos sint fulminata, vt se possint defendere. Sigism. à Bon. *de elect. q. 90 à princ. & præcipuè ex n. 8. & dub. 98. n. 2.* ibi, *Nā si postea cōgregato Capitulo, & causa cognita non constaret per concludētes, & veras probationes de dicta eiusdem Generalis insufficientia, profectò non posset deponi, vt pulchrè sustinet in terminis de Prælato Regulari,* Rota *decis. 234. numer. 7. part. 1. in recent. & probatum est suprà dub. 47. numer. 13. & dub. 91. num. 9.* &c. 85

Non obstat quòd Regulares cùm sint voto paupertatis adstricti, & non habeant velle, nec nolle, debent ad voluntatem Superiorum officia & Prælaturas deponere, per ea, quæ diximus suprà *voto 4. numer. 46.* quia procedit dicta 86

dicta resolutio in officiis manualibus, quorum prouisio & depositio spectat ad eũdem superiorem; non verò in electiuis, quæ per vocales in Capitulo, vel in Definitorio prouidentur, quando subest legitima & sufficiens causa; nam in illis habet electus firmum ius, à quo non est sine causa spoliandus, quæ seruato iuris ordine, & concludenter sit probata, *c. nullam potestatem* 18. *q.* 2. *cap. Monachus, in fine, de statu Monach.* vbi gloss. *verb. non mutentur.* Nec hoc votum paupertatis violat, cùm Religio ad cuius fauorem emittitur, officium prouidet, & illud ei concedit. Rot. *decis.* 772. *num.* 1. *cum seqq. part.* 1. *diuers.* Aloys. Ricc. *in praxi var. resolut. p.* 4. *resol.* 51. *num.* 1. *& per tot.* Sigism. à Bonon. *de elect. dub.* 47. *à princ.* vbi post factam distinctionem inter officia electiua, & manualia, *n.* 4. resoluit Superiores non posse sine causa electos officiis electiuis priuare, idem Sigism. à Bonon. *dub.* 91. *à num.* 1. *vsque ad* 9. *& num.*
87 10. *vers. attamen*, resoluit quòd licèt in causis Regularium procedatur summariè, & admittantur officiorum priuationes leuioribus de causis, nihilominus tamen requiretur quòd ordo iudiciarius seruetur, & cũ legitima causæ cognitione procedatur, ac vt delicta plenè probentur. Diana *resol. moral. p.* 3. 2. *tract. de dub. Regul. resol.* 117. quod summatur *in eius summa part.* 2. *verb. Prælati Regularis dur atio num.* 52.
88 dum tenet Prælatos manuales, quorum Prælatura non est electiua, amoueri posse ab officiis ad superiorum arbitrium. Et confirmatur ex iis, quæ latè, & in difficiliori casu cumulat Laurent. de Peyrinis *tom.* 1. *de subdito q.* 1. *cap.* 12. *per tot. pag. mihi* 36. *cum*
89 *seqq.* resoluens Superiorem non posse pro libito suæ voluntatis, & sine causa professum in vna prouincia ad aliam transferre, cum suo iure priuando, *& in col.* 3. *vers. secundo*, quia omnis sententia, subdit sententiam priuationis eo casu prolatam, subdito inaudito esse nullam.

90 Accedit quòd etiam officio manuali subditum spoliare non potest superior, si faciat malo animo, odio, vel malitia, Rot. *d. decis.* 778. *p.* 1. *diuers.* vbi sic fuit resolutum in capellaniis ad nutũ amouibilibus, Perez de Lara *de capellan. lib.* 2. *c.* 6. *ex n.* 22. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. §. 6. *n.* 48. Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 2. *n.* 88. eadem Rot. apud Posti. *in fin. sui tract. de manut. decis.* 283. *& coram Card. Caualer. inter eius impressas decis.* 272 quam transcribit Leon. *de officio Capellani q.* 5. *sect.* 16. *pag.* 74. *præcipue n.* 154. Et in officiis manualibus Regulariũ, Sigism. à Bon. *de elect. dub.* 47. *n.* 8. *&* 9. & cum Nau. *commento* 4. *de Reg. n.* 23. *vers. quarto potest agere, & comment.* 2. *n.* 65. *vers. addo octauò*, tradit Laurent. de Peyrinis *de subdito q.* 1. *c.* 12. *pag.* 37. *vers. secundo*, vbi quòd licèt Prælatus possit spoliare subditum officio aliquo manuali absque causa, & solùm pro suo libito, si tamen facit malo animo, habet subditus iustam causam agendi contra Prælatum.

91 Nec etiam Constitutio ordinis *p.* 3. *c.* 7. *in §. quid de litteris Definitorio delatis fieri debeat, in fine*, vbi agens de definitionibus Capituli, & officiis Priorũ Conuentualium, Visitatorum, Definitorum, & Discretorum, statuit quòd deferantur ad Reuerendissimum P. Generalem, *vt ab ipso si sibi visum fuerit, confirmentur*, sunt verba huius constitutionis: faciunt alia alterius *p.* 3. *c.* 4. vbi dum ageret de auctoritate eiusdem Reuerendissimi circa hanc materiam, ita ait. *Ad eius etiam officium pertinet Priores Prouinciales canonicè electos confirmare, & eosdem corrigere, suspendere, & etiam priuare, ac absoluere, si secundum Ordinis statuta casus emerserit priuationis, vel absolutionis*, &c. Quia respondetur prædicta verba prioris constitutionis non importare liberum, & absolutum arbitrium ad informandas electiones, sed secundùm vsũ rationis, & arbitrium boni viri. Ita resoluit in terminis Castellin. *de elect. Canon. c.* 4. *n.* 30. *& cap.* 14. *num.* 15. ibi, *Et si constitutio dicat quod Prouincialis Priorem electum confirmabit, si ei visum fuerit, quod verbum non designat liberam potestatem, sed discussionem rationis, & arbitrium boni viri, & ideo non debet Prouincialis secundùm libitum suæ voluntatis, sed secundùm iudicium rationis Priorem electum confirmare*, &c. Et hoc tanto magis procedit ex adductis per Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 4. *cum seqq.* & per me *de diction. vsu freq. dict.* 424. *n.* 4. vbi vnanimiter tenet verbum, *videor*, importare arbitrium boni viri. Quod quidem 92
arbitrium debet esse regulatum à iure communi, *l.* 93
respiciendum, l. hodie ff. de pœnis, l. vir bonus, ff. iudic. solui, l. Thais §. sorore ff. de fideicom. libert. ibi, *non expectandum quod heredibus displiceret, sed quod bono viro possit placere*, &c. Seraph. *decis.* 1017. *n.* 1. Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 3. *resol.* 7. *n.* 14. Ioseph. Sessé *Aragon. decis.* 45. *n.* 13. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 442. *num.* 5. vbi dicit quòd arbitrium 94
boni viri, non est libera dispositio, & licèt aliquando arbitrium solet aliquid remittere de rigore iuris, non tamen dat facultatem recedendi à dispositione iuris, iuxta doctrinam Bart. sæpè canonizatam, per Rot. *decis.* 312. *p.* 2. *in posthum.* Farin. *aliàs p.* 4. *recent.*

In dubio enim quando verba applicari possunt 95
ad arbitrium liberum, & regulatum, semper resoluere debemus viri boni arbitrium siue regulatum fuisse concessum, Dec. *cons.* 430. *n.* 4. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 9. *n.* 1. maximè si ex contraria interpretatione præiudicaretur opinioni tertij, idem Menoch. *d. q.* 9. *n.* 8. Denique licèt iudex, cui concessum fuit absolu- 96
tum, & liberũ arbitrium, possit sine causæ cognitione & partis citatione procedere, vt ex Bart. Felin. & aliis resoluit Menoch. *d. l.* 1. *q.* 19. *n.* 10. nihilominus si arbitrium fuerit à iure regulatum, tũc tenetur iudex obseruare & sequi omnes Canones iuris, idem Menoch. *d. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 15 Vbicunque enim aliquid 97
committitur per verba denotantia arbitrium boni viri, iste tenetur in commissione sua omnes iuris communis, & rationis regulas seruare. Alex. *cons.* 33. *num.* 3. *lib.* 1. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 1. *lit. A. concl.* 470. *n.* 2. Ego *Axiom.* 32. *num.* 2

Nec dicatur potuisse dictum R. P. Generalem ob 98
nullam pronunciatã electionẽ Capituli, iure deuolutionis eligere, & loco illius qui fuerat nulliter electus, aliũ nominare ad *c. cum Vintoniensis, & cap. ne pro defectu, de elect. & cap. quamquam, eod. tit. lib.* 6. quia respondetur dictã electionem fuisse nullam declaratã ob violentias ex aduerso factas tempore quo celebrabatur; & ideo cùm cæteri vocales, qui eam electionẽ nullã & inualidã fuisse & talẽ declarari intẽtarũt, nullã culpam ex eo cõtraxerint; quoad eos deuolutio omnis cessat, esset enim sine causa priuare innocẽtes non cooperãtes malo, *c. si electio, eod. tit. in* 6. *& ibi* communiter Doctores glos. *verb. priuatus in c. cupientes eod. tit. cap. quia diuersitatem*, & ibi DD. *de conceß. præb.* præcipuè Imol. *n.* 4. *&* 5. Butr. *in c.* 2. *num.* 13. *eod. tit.* Petr. Biax. *in direct. elect. p.* 3. *c.* 7. plura cõgerit Gutier. *can. lib.* 1. *c.* 28. *& pract. lib.* 3. *q.* 51. *n.* 9. Maximè, quia secũda electio post primam nullam & attentatam, facta fuit in vim cuiusdam decreti Illustrissimi D. Nuntij, & ideo culpæ vocalium imputari non potest, qui in executionem dicti decreti ad secundã deuenerũt electionem, *l. non videtur data* 127. §. *qui iussu ff. de reg. iuris*, & *ibi* Dec. & Cagn. *c. quod quis* 24. *eod. tit.* ibi, *Quod quis mãdato facit iudicis, dolo facere non videtur, cùm habeat necessè parere*; Menoch. remed.

remed.3.retin.num.640. Quod quidem procedit non solùm quando Superioris mandatū iustum est, & iustitiam continet, sed etiam quādo de illa potest dubitari, quia in dubio pro iustitia præcepti præsumédum est propter iuris auctoritatem, *l. sermo inuito §. cum Prator ff. ad Trebell. l. si Prator ff. de iudic.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.2.q.22.art.* 8. Mar. Alter. *de censur.lib.3.disp.2.c.1.pag.* 290.

100 Denique non facit Capitulum secundò celebratum nullum, & nulliter cassatū præsentia cuiusdam ministri Regij, qui in aula electionis interfuit, quia *in cap. Messana, de elect.* prohibetur solum ne laici ad vocandum in electionibus intersint, itaut fiat per abusū secularis potestatis, Tamburin. *de iure Abbatum tom.1.disp.5.q.22.n. 10. & 11.* Ego *in collect. ad cap. quisquis n. 2. de elect.* Sed quando intersunt pro defendendis, & coadiuuandis electionibus, ne illis vis aliqua, aut actus libertatis electionis impeditiuus fiat, tunc laici non prohibentur interesse, *c. benè §. sancta Synodus 96. dist. cap. cùm longè 65. dist.* notant Abb. *in d.c. Messana n.3. vers. vel vocantur laici*, optimè Biaxio *in direct. elect. p.11.c.12.num.2.* Cuch. *instit. maior. lib.4.tit.1.de elect.n.110.& 111.* Sigism. à Bonon. *de elect. dub.87.n.5.* Lauor. *d.tit.4 c.4.n.54.* Lancel. *instit. Canon. lib.1 tit.7.vers. laici quoque, in gloss. verb. Principes ad fin. tit.* O. & Fr. Emman. *tom.2.q. Regul.q.52.art.12.in inscript.* præsupponit tanquam certum in Hispania adesse consuetudinem, qua vsus Rex noster Catholicus solet mittere personā ex suis Senatoribus, vel aliā magnę existimationis, vt quādo

101 expedierit Capitulis Regulariū intersit, cui, si ecclesiastica sit, necessariam commissionem Illustrissimus D. Nuntius concedit, Valdes. *de dignitate Regnū, Regnorumque Hispaniæ c.1.n.4.* Portel. *in dub. Regul. verb. electio*, Mirand. *in manuali Prælat. tom.2.q.6.art.16. & 23.* Solorzan. *de gubernat. Indiar. tom.2.lib.3.c. 26. n. 19. cum seqq.* qui asserunt ad regalia Principis pertinere personā nominare, quæ Regularium electionibus intersit, ne in illis eligatur minus aptus ad Prælaturam regendam: latè Gonzal. de Salzedo *de lege politic. lib.1.cap.12. §. vnico per tot. tit. quo iure liceat laicis Principibus Præsides, Assistentesue mittere ad elec-*

102 *ctiones Superiorum Regularium.* Potest enim Rex pro scandalis & seditionibus sedandis etiam inter Ecclesiasticas personas, & Religiosos, politica vti iurisdictione; vt ad concordiam reducantur Gaspar Roder. *de annuis redditib. lib.2.q.22.num.60. cum seqq.* Borrel. *de præstantia Regis Cathol. c.71.num.* 88. Modern. *de supplicat. ad Sanctiss. p.1.c.4.n.* 47. Salzedo *d.*

103 *lib.1.cap.12. à num.* 51. Et quod Notarius laicus, si intersit electioni ad scribenda illius acta, non vitiet ipsam electionem, resoluit Abb. *in cap. quia propter 42.num.10.& in d.cap. Messana num.3. de elect.*

104 Præsentiam Senatoris assistentis electioni qualificat Regium mandatum ex iusta causa emanatum, vt inde iustificationem obtineat; semper enim attenditur conseruatio illarum rerum & dispositionū, in quibus Rex manum apposuit, *cap. fin. in princ. de offic. Legati in 6. cap. ne reliqui, de priuil. lib.6. Clem. 1. vers. nisi Regum, vel Principum, de Baptismo*, Staph. *de litteris iustit. §. petenti committi num.* 1. Paris. *cons.*

105 *112. in fine lib. 4.* Et ideo multa præcepta Canonica relaxantur propter Regum, & Principum prærogatiuam, *cap. Principes, cap. Regum 24. quæst.5. c. per venerabilem §. rationibus, qui filij sint leg.* Selua *de benef. part.2.q.23.n.5* plura per Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.24 à num.15.*

NVLLITAS III.

Resultans ex non transportatione actorum.

Reuerendissimus P. Generalis in suis litteris asserit se auditis pluries ipsis partibus, earumque iuribus, & rationibus maturè discussis iudicasse secundò dictum Capitulum Prouinciale nullum, & inualidum, nulliterque & inualide celebratum fuisse, quod fieri non poterat nisi transportatis & reproductis actis primæ instantiæ, *l. eos §. super his, l. præcipimus, vers. in his autem C. de appell. cap cupientes, de elect. in 6.* ibi, *cum omnibus actis, iuribus, & monumentis suis, & processus suos contingentibus, &c. & in vers. Si verò in discordia*, ibi, *vt dictum est cum actibus, & monimentis instructa*, &c. quæ quidem integra processus transportatio ad aduersarium appellantem spectabat, taliter quod non sufficit transportatio partis actorum, sed requiritur productio omnium etiam facientium contra appellantem, Vant. *de nullit. tit. a quo & quibus num 21.* & hodie disponitur expresse per Concil. Trid. *sess.24. de reform. cap. 20.* ibi, *Præterea si quis in casibus à iure permissis appellauerit, aut de aliquo grauamine conquestus fuerit, etc omnia coram Episcopo gesta ad iudicem appellationis expensis suis transferre*, &c. Et iudex appellationis non potest iudicare nisi coram eo productis, & visis primis actis, aliàs peruerteret ordinem iudicij. Bald. *in l.2.n. 5. vers. ex quo nota C. de edendo*; & sententia lata coram secundo iudice non reproductis actis primæ instantiæ est ipso iure nulla, Cas. de Grassis *decis. 9. alias 37. incip. Opponebatur num.5. de causa possess.* Anton. Gabr. *commun. tit. de appellat. concl. 5. in fine*, Giurba *decis.* 29. Sigism. Scacc. *de appellat. q. 20. n.* 8. Stephan. Gratian. *disc ept. forens. c.121. num.1 9.& 28.* Modern. *de Regia protect. part.1.cap.2.§.2. per tot.* Et notarius actuarius huius causæ refert nec processum, nec illius copiam per se, aut per interpositam personam partibus vnquam dedisse, prout requirebatur, ex Rot. *decis. 221.p.7.recent.* quia non est processus in forma probanti si non sit à Notario actuario authenticatus, & subscriptus, ad text. *in l. vlt. de assessor.* Rot. *decis. 18.num.2.p.7.recent.* in tantum quòd sententia ex processu aliter extracto est nulla, & non potest de iure producere effectum. *l. 4.§. condemnatum.ff. de re iudic.* Deci. *in l.2. num. 57. C. de edendo*, Cancer. *var.p.2.c.12.num.* 30. 106 107 108 109

NVLLITAS IV.

Ex quo electio longiori tempore quàm per concordiam fuerat permissum, celebrata fuit, & contra formam in ea assignatam.

Concordia auctoritate Apostolica cōfirmata statutum fuit vt in prouincia Bethicæ electiones 110
Prouincialium triennalium fierent alternatim, vno triennio ex partialitate Hispalen. & alio ex prouincia de Estremadura cum decreto irritanti: quæ concordia in hac parte non fuit obseruata, vnde electio contra formam in ea data, celebrata fuit nulla, cum eius omissio actum vitiet, *l. cùm hic, §. aut Prætor ff. de transact.* & in electione est text. *in cap. quia propter, de elect.* Molfes. *in sum. tract. 10.c. 16.num.150. pag.* 377.

Et

111 Et forma est de genere indiuisibilium, in qua eius contrauentio reddit totam electionem nullam *d. cap. Messana*, Alciat. *in l.1. §. sed si mihi num.13. ff. de verb. oblig.* Castellin. *de elect. c.4. n.17.* Sigism. à Bononia *de elect. dub.19. n.14. & 15.*

112 Et in terminis quòd si electio statuto, aut consuetudine facienda est de triennij tempore, erit nulla si fiat de longiori tempore quam triennij, Roman. *cons.66.* vbi addend. *lit. D.* Nicol. Garc. *de benef. p.2. c.1. num.59. & 60.* Fontanel. *de pactis nupt. claus.4. glos.10. p.1. num.54.* Cabed. *decis.84. num.7. & 15. p.2.* Sigism. *d. dub.19. num.15.* Castellin. *d. cap.4 num.17.* Nouar. *in nouo iure Pontificio concl.3. de elect. alias 88. num.3.* Ego *in collect. ad d. c. quia propter num.15. vers. nec etiam dici potest.*

113 Nec cohonestabit prorogationem illius temporis dicere quod R. P. Button vti non potuit toto tempore Prouincialatus ob impedimenta in praecedentibus electionibus data, quia cùm fuerit officiũ assignatum pro eo triennio sequenti, currit etiam contra impeditum, quia tempus vnum pro alio non subrogatur, vt in legato vsusfructus probat tex. *in l. si vsusfructus mihi in biennium ff. de vsufructu leg.* per quem text. in officiis temporalibus ita resoluunt Bart. *in l. si ita stipulatus sim 14. n.2. ff. de verb. oblig. & in l. si prius ff. de aqua pluuia arc. num.30. & in d. l. si vsusfructus n.4. & in l. si vnus. §. item cum quidam n.9. vers. restat vna quaestio, ff. locati*, quam resolutionem sequuntur Abb. *in cap. fin. de iudic. num.14.* Vincent. de Franchis *decis.419. & 451.* Rota Genuens. *decis.29. num.9.* Cabed. *decis.84. n.5. p.2.* Patens meus Emman. Barbosa *ad Ordin. Regias Lusit. tom.1. ad tit.67. n.9. pag.66.* Caualcan. *decis.25. n.2. p.1.* Mastril. *de magistrat. lib.1. c.29. num.90.* Fontanel. *d. claus.4. glos.10. p.1. num.102. & decis.99. num.16.* Rouit. *in pragm.5. num.3. de officio iudic.* Nouar. *d. concl.3. de elect. num.5. pag.198.* Modern. *de Regia protect. p.4. cap.11. num.54.*

NVLLITAS V.

Resultans ex non admissione appellationis interpositae.

114 CONdemnati per sententiam in dictis litteris Reuerendissimi P. Generalis insertam, antequam eis notificaretur, ab illa debito tempore & loco appellarunt, & nihilominus appellationi huiusmodi non deferens executor ad executionem procedit, in quo attentat, ex regula *cap. non solum, de appell. lat. in 6.* cum notatis à Lancell. *de attent. cap.12. in praefat.* Vnde Partiar. *cons.164. n.38.* Ioseph. Sesse *de inhibit. c.8. §.1. num.8. & decis.114. num.4.* & cum eis Modern. *de Regia protect. p.1. cap.6. num.23.* resoluunt attentatum committi non solum exequendo sententiam à qua appellatum fuit, sed etiam in denegando appellationem interpositam, etiamsi non fiat nouitas contra condemnatum.

Sed tota difficultas est an id procedat, & locum habeat appellatio suspensiua in electionibus officiorum Regularium? & videbatur respondendum negatiuè per *cap. constitutus 46. de appell.* cum latè per me adductis *suprà voto 4. ex num.25.*

115 At sub distinctione magis communiter resoluunt DD. hoc modo, vel electio facta fuit extraiudicialiter, vel iudicialiter compilato processu; primo modo cum executiue procedatur, appellatio non est suspensiua, nec causat attentata, vt probatur *in d. c. constitutus*, vbi Ego *in collect. num.4. & voto 4. n.26. cum seqq.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos.9. in annot. n.27. cum seqq.* Modern. *de Reg. protect. p.2. cap.13. num.9. & 105. cum seqq.* Secundo modo cùm agatur 116
seruato iuris ordine & cum processu appellatio suspendit; & ideo sententia super confirmatione electionis iudicialis est appellabilis, sicut alia quaelibet sententia, vt probatur *in d. c. constitutus, & in cap. oblatae, de appell. cap. si postquam 33. cap. fin. de elect. lib.6. glos. notabilis verb. & inanis in d. cap. fin.* ibi, *Quòd confirmatio facta vocatis his, qui vocandi erant, & cum causae cognitione habet vim diffinitiuae*, &c. glossam sequuntur Lancel. *de attentat. cap.12. limit.5. num. vlt. in fine, & limit.5. num.4. & limit.49. num.1. & cap.4. in praefat. n.725.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glos.9. in annot. num.38. cum seqq. & num.206. cum seqq.* Nicol. Garc. *de benef. p.9. c.4. n.16. cum seqq.* Modern. *de Regia protect. p.2. c.13. n.155. cum seqq. & p.3. c.11. n.32.* Fontanel. *d. claus.4. glos.10. p.1. num.98.* vbi dicit ita fuisse decisum in senatu Cathaloniae, Valenz. *cons.44. n.13. & 14.* appellationem à P. Batres interpositam attentata operasse, & *cons.76. num.13. & 14.* vbi ait attentatam fuisse possessionẽ cuiusdam Cathedrae post appellationem ab oppositore interpositã, Portel *in resp. moralib. p.2. casu 4. §. ad quartum num.7. circa fin. & vers. ad quintum n.9.* Sigism. à Bonon. *de elect. Canon. dub.44. num.14. & dub.45. num.7.* vbi 117
etiam cum glos. *verbo inanes in d. c. fin.* tenet sententiam per quam confirmatur electio, esse definitiuam, 118
Lauor. *d. tit.4. de elect. c.25. n.67. & 68.* Castellin. *eod. tract. c.4. n.53. vers. electio pariter facta, & num.59. & cap.14. num.42.* Laur. de Peirinis *tom.1. de subdito q.1. c.31. §.11. vers. dico sextò.*

Hinc procedit communis illa & recepta opinio, 119
quae habet sententiam priuationis alicuius officij esse appellabilem, & ea pendente officio priuatum posse & debere illud exercere, *l.1. ad fin. ff. ad Turpil.* Franch. *in cap. cùm teneamur, de appell. n.8. & 9.* Lancel. *de attent. c.12. in praefat. num.95. & 96. vers. tertio, & limit.26. n.4.* Gutier. *pract. lib.1. q.39.* Bobadil. *in sua polit. lib.5. c.1. n.171.* Mastril. *de magistrat. lib.6. c.11. num.35.* Salgado *de Regia protect. p.3. cap.8. in princ.*

Et in Regularibus quòd sententia suspensionis, 120
aut priuationis officij, aut vocis actiuae, & passiuae sit appellabilis, Fr. Emman. *quaest. Regul. tom.1. q.29. art.5.* Modern. *de Regia protect. p.2. cap.5. n.123. cum seqq.* vbi *n.127.* cum Dec. & Lancel. idem resoluit in suspensione, & priuatione officij, idem Modern. *d. p.2. c.13. n.123. cum seqq.* Sigism. à Bononia *de elect. dub.90. n.5. cum seqq.* Lauor. *d. tit.4. c.21. n.78.* Valenz. *cons.44. n.13. & 14.* Laur. de Peirinis *de subdito q.1. c.20. §. vnico pag.69. vers. respondeo, & tom.3. de priuileg. Minimor. c.4* Et quòd gesta per suspensum post appella- 121
tionem à suspensione interpositam sustineantur, probat Alphons. de Castro *de lege poenali lib.2. c.31. lit. B, in fine*, quem refert & sequitur Rub. *in aphorism. Episcop. verb. Praelatus n.12.* Scac. *de appellat. q.5. num.72.* Laurent. *d. tom.3. c.4. num.19. pag.97.* Et per Bullam Iulij III. expressè permittitur appellatio à sententia priuationis officij, his verbis. *Tuncque eisdem Congregationibus, & prouinciis, ac personis confirmandis huiusmodi licere ad praefatum Marcellum Cardinalem, & nos, ac pro tempore existentem ipsius Ordinis protectorem & Romanum Pont. intra terminum vnius mensis à die denegationis praedictae recursum habere*, &c.

Non obstat quòd Regularibus prohibita est ap- 122
pellatio

pellatio à sententiis suorum superiorum, *cap. ad nostram*, *cap. irreprehensibilis*, *cap. cum speciali, de appellat.* cum aliis congestis per me *d. voto 4. num. 50. cum seqq.* Et omnes ferè Religiones constitutionem, seu priuilegium habent, quæ similes appellationes Regularibus prohibent, Ego *d. voto 4. num. 67.* Fray Martin de san Ioseph *en el epitome de la orden iudicial cap. 18. de la appellacion num. 8. pag. 245.* Ludou. Miranda *in tract. de ordine iudiciar. tom. 2. quæst. 29. art. 4. vers. tertia conclusio.* Quia respondetur contrariam opinionem, quòd scilicet liceat Regularibus appellare à sententiis suorum superiorum, esse maiori Doctorum calculo receptam, & probari per tex. *in cap. de Priore, de appellat. & in c. licet, de offic. Ordin.* Et tenent Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 30. aliàs 29. art. 2. & 3.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 8. num. 101. cum seqq.* Laurent. de Peyrinis *in formulario tom. 2. cap. 12. num. 1. vers. nota primò, & tom. 1. de subdito quæst. 1. c. 20. in princ. pag. 65.* cuius verba Doctores propè modum infinitos citantia, refero. Videri potest pro hoc *cap.* D. Thom. 2. 2. *quæst. 69. art. 3.* Innoc. Abb. & alij Canonistæ *toto tit. de appellat.* Syluest. Armil. Angel. Rosel. Pesanel. Tabiena, Mald. & alij Summistæ *verb. appellatio*, Antonin. *p. 3. tit. 9. c. 14.* Quarant. *in sum. Bullarij verb. Archiepiscopi auctoritas num. 18. & 19.* Cassatub. *in priuil. Mendicant. verb. appellare*, Sot. *de iustit. lib. 5. quæst. 6. art. 3.* Nauar. *commento 3. de Regul. num. 51.* Rodrig. *tom. 1. quæst. Regul. quæst. 29. & de ordine iudic. cap. 13.* Valent. *tom. 3 disp. 5. quæst. 13 p. 3.* Sayr. *in claui Regia lib. 12. cap. 17. num. 37.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 11. quæst. 7. & 8.* Spatthar. *de modo corrigendi Regulares tract. 10. part. 4. cap. 1. & 2.* &c.

At primam opinionem locum habere dicitur quando Prælatus procedit extraiudicialiter per modum visitationis, & ad correctionem morum, vel ad obseruantiam regulæ, in his enim casibus, in quibus prædicta iura loquuntur, appellare non licet: ita Emman. de Monte Oliueto *in pract. Regul. part. 1. a. 7. num. 370. cum seqq.* Fragoso *de regimine Reip. Christiana p. 1. lib. 8. disp. 24. §. 9. num. 152. & seq.* plures refert Gonzal de Salzedo *d. lib. 1. cap.*
123 *12. num. 85. cum seq.* Nisi Prælatus in modo excesserit, *d. c. ad nostram*, Marant. *de ordine indic. p. 2. actu 2. num. 333.* Valenz. *cons. 43. ex num. 153.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 8. num. 103. cum seqq.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib. 6. q. 268.* Martin. de S. Ioseph, *d. c. 18. num. 7. & 10.* Laurent. de Peyrinis *tom. 1. de subdito c. 20. col. 4. vers. dico secundo, & tom. 3. de priuileg. Minim. c. 4 num. 20.* Villalob. *in sum. tract. 16. diffic. 8. num. 5.* Gonzal. de Salzed. *d. c. 12. num. 89.* Gonzal. de Salzed. *de lege politica lib. 1. c. 12. num. 85.*

124 Deinde admittitur appellatio hoc casu eo quòd prima electione vti nulla & attentata ac inualida pronuntiata, deuentum fuit ad secundam, quæ suum debitum sortita fuit effectum, & earum vigore electos possessionem suorum officiorum pacifice assequuti fuerunt, & sic reuocatio electionis huiusmodi quoad vtrumque effectum est appellabilis, exemplo instrumenti publici paratam executionem habentis, quæ si semel facta sit, & in secunda instantia reuocatur via executiua, remanet talis sententia reuocationis appellabilis, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. ex num. 202.* Modern. *de Regia protect. p. 3. cap. 4. num. 44. cum seqq. & de supplicat. ad Sanctiss. p. 2. c. 34. num. 40. cum seqq.*

125 Facit etiam quòd eo tempore, quo prætenditur R. P. Nunum & consortes suis officiis priuare, erant in pacifica eorum possessione à die electionis factæ, & sic pendéte lite super huiusmodi priuatione vsus talium officiorum eis auferri non debet, vt per Cou. *lib. 1. var. c. 16. num. 11. vers. secundo*, Fab. de Anna *cons. 80. num. 21. cum seqq. & cons. 94. num. 1.* Ioan. Garc. *de nobili. glos. 55. num. 94.* Et in terminis electionis quòd non attentet continuãs qui est in quasi possessione eligendi probat Lancel. *de attent. p. 2. cap. 4. limit. 1. num. 4.* quia quando actus est consecutiuus & accessorius ad titulum, qui præcedit litem, non dicitur attentatus, licet sit gestus post motam litem, idem Lancel. *d. cap. 4. limit. 5. num. 9. & 16.* 126 127

Non obstat defectus confirmationis, quæ obtineri prætenditur à P. R. Generali, ad hoc vt electi suis officiis vti valeant, quia post captam possessionem non est amouendus electus, nec sua possessione spoliandus, dum pendet confirmatio, ad not. per Vincent. de Franchis *decis. 163. per tot.* vbi resoluit capientem possessionem in vim contractus celebrati sub conditione impetrandi assensum Apostol. non posse sua possessione spoliari pendente assensus prædicti impetratione. 128 129

Iuuat quòd in hac lite contendunt duo Prouinciales, vnus primo loco canonicè electus & virtute suæ electionis ad possessionem diuturnam admissus, qualis est R. P. Nunus. Alius vltimò defectuosè electus, qualis est R. P. Butron, in quo euentu possessor antiquior est præferendus, & debet manuteneri. Capic. *decis. 77. per tot.* præcipuè *num. 13. & 14.* Menoch. *cons. 1002. num. 28. & seqq. lib. 11.* magis in nostris terminis Portel. *in resp. moral. p. 2. casu 4. ad 5. dub. num. 9.* Laurent. Peyrinis *in formular. lit. C. cap. 18. num. 10 cum seqq.* Legendus ex *n. 9.* vbi *num. 14.* nostrum casum dedit his verbis. *Ad vltimum attende primo pro practica quod Prouincialis electus à Capitulo, cuius electio fuisset cassata a Generali, & alius eius loco electus, posset habita notitia de noua electione intra tempus congruum appellare ad Superiorem, & interim se manutenere in possessione officij, & alter electus à Generali tenetur habere patientiam quousque per Superiorem ad quem fuit appellatum declaretur, electionem primam fuisse benè vel malè cassatam. Puto enim quòd appellatio executionem retardet, vt probaui tom. 3. priuil. Regul. c. 4. num. 17. & ita etiam tenuit P. Trimarchi noster: & licèt hic electus, à Generali sit electus & confirmatus, cùm tamen non adhuc habeat possessionem officij, quæ est de essentia illius, potest ille, qui est in tali possessione à prætenso grauamine appellare, & in dicta possessione se manutenere, cùm melior semper sit conditio possidentis*, &c. 130 131

Oueten. Capellæ.

Fundator capellaniæ, qui vocauit ad eam Presbyterum de sua domo, genere, vel progenie, quando dicitur loqui per verba ciuilia, vel naturalia, itaut spurij & descendentes ab eis excludantur.

VOTVM XCVIII.

1 *Clausula fundationis refertur.*
2 *Casus proponitur.*
3 *Testes de auditu alieno non probant.*

4 *Testes*

4 Testes plures de auditu non coniunguntur ad faciendum indicium.

5 Testes de auditu quando consanguinitatem probent.

6 Testes consanguinei intrà quartum gradum non probant.

7 Consanguinei testes pari vinculo cum vtraque parte coniuncti quando probent?

8 Commodum ex causa reportantes in ea integri testes esse non possunt.

9 Deponentes in casu, vbi affectionem aliquam habent, non probant.

10 Commodi affectio oculos caliginare solet.

11 Testi, qui pro parte dicit falsum, in nullo creditur.

12 Periurus in parte repellitur in totum.

13 Testi, qui dicit contrarium in secundo iudicio, ei, quod dicit in primo, non creditur.

14 Concordia in testibus non prodest ad probationem.

15 Crimen nullum est, quod ita vituperet famam, & statum hominum, sicut crimen falsi.

16 Homo per maculam falsitatis deuenit ad nihilum.

17 Testi, qui fuit carceratus de crimine quod per sententiam infamaret, non creditur.

18 Periurus testis à testimonio repellitur.

19 Ebrij testes à testimonio repellendi.

20 Testes viles, & pauperes simul, repelluntur à testimonio.

21 Paupertas nihil detrahit de fide testis si sit honestæ, & probatæ vitæ.

22 Familiaris quando in testem admittendus, vel repellendus veniat?

23 Repulsæ testium sunt defensiones, & si non recipiantur, appellari poterit.

24 Testium in iudicio seculari examinatorum depositiones, in iudicio ecclesiastico fidem non faciunt.

25 Testium inhabilitas non solum stat in personis testium, sed etiam in eorum depositionibus.

26 Iudex curare non debet de probatione facta super bonitate testium partis aduersæ, si ab alia repulsæ testium fuerint plenè probata.

27 Respondetur multipliciter ad quandam obiectionem, & n. 28. & 29.

30 Fundans se in identitate tenetur comprobare, & contra eum præsumitur pluralitas.

31 Identitas vt probetur sufficit verificare duas demonstrationes.

32 Nomen & cognomen an probent identitatem.

33 Familiæ & generis diuersitas præsumitur ex non identitate cognominis.

34 Respondetur ad alia obiecta, & n. 35. & 36.

37 Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi.

38 Capacitas in præsentato ad beneficium de quo tempore debet interuenire?

39 Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 4. & sess. 24. etiam de reform. c. 17. procedit in Parochialibus exigui valoris.

40 Testes magis se confirmantes cum dispositione iuris communis, cæteris præferendi.

41 Prouisionis appellatione venit nominatio, electio, præsentatio, & institutio.

42 Descendens transuersali etiam proximiori præcedere debet.

43 Spurij non veniunt appellatione consanguineorum de Iure Ciuili.

44 Transuersales non concurrunt cum descendentibus.

45 Proueniens ex radice infecta non dicitur de radice seu progenie fundatoris.

46 Fundator quando dicatur loqui per verba ciuilia, & quando per verba naturalia?

47 Spurij, & bastardi inspecta natura sunt filij, in eisque cadit affectio naturalis.

48 Consilium Nauarri 4. de Iurepatron. ponderatur.

49 Filius legitimus natus ex patre spurio an dicatur de familia?

50 Spurij & descendentes ab eis an dicantur de domo, & familia? Et quid vbi concederetur illis ferre arma, & insignia familiæ, vide num. 51.

52 Illegitimè nati admittuntur in Hispania ad insignia, arma, & nobilitatem patris.

53 Spurij de generali consuetudine dicuntur de familia, & de domo.

54 Beneficij patronati qualitas vt cognoscatur inspicienda est prima patroni prouisio.

55 Voluntatis interpretatio ab ipso testatore colligitur ex eo quod ipse facit.

56 Nominatus & honoratus in testamento à fundatore non comprehenditur in eius dispositione per verba naturalia loquēte.

57 Dispositio quando est facta à muliere non obseruante statuto simul cum masculo fœmina succedit.

58 Testatur quando est persona idiota in eo cadit interpretatio crasso modo.

59 Interpretatio voluntatis testatoris sumenda est à consuetudine, & communi loquendi vsu patriæ.

60 Affectio naturalis sanguinis æquè in omnibus inuenitur.

61 Consanguineus proximior etiam per lineam spuriam an præferendus legitimo remotiori?

62 Affectio, & dilectio maior præsumitur erga descendentes quàm erga transuersales.

63 Casus nunquam euenit idem per omnia.

64 *Filius præsumitur in dubio potius spurius quàm naturalis. Sed cōtrariū verius n. 65.*
65 *Lex in quantum potest fauet filiis vt sint legitimi.*
66 *Filius in dubio præsumendus est potius post matrimonium, & non ante, vt legitimus iudicetur.*
67 *Filius naturalis propriè quis dicatur.*
68 Cap. inter cæteras, de rescript. *declaratur.*
69 *Sacerdotis filius quis dicatur.*
70 *Exceptionem probare tenetur, qui eam apposuit.*
71 *Testes circa spurietatem quid deposuerint, & num. 72.*
73 *Testes deponentes de bona fama magis sunt attendendi, quam deponentes de mala fama.*
74 *Legitimitatis quasi possessio probatur ex eo quod quis possideat bona paterna.*
75 *Dos & alimenta filiabus spuriis debita secundum legem Hispaniæ quintum bonorum excedere non possunt.*
76 *Filius spurius vsque ad quintam bonorum partem efficitur capax, siue quintam sufficiat, siue non.*

1 DIdacus Aluarez de la Espina Presbyter in suo vltimo, quo decessit, testamento sub die 26. Nouembris 1549. instituit, ordinauit, & fundauit capellam siue memoriam Missarum trium in qualibet hebdomada pro sua, suorumque consanguineorum animabus celebrandum in Altari Assumptionis B. Virginis Ecclesiæ de la Pola de Salas: & in quadam dicti testamenti clausula, de capellanis dictæ capellæ pro tempore succedentibus agens, sic vt sequitur, disponit: *Item digo, que nombro por Capellanes de la dicha Capilla a Iuan Aluarez Capellan de Mallessu, y a Andres Aluarez Capellan de Linares, y a Diego Aluarez, y Andres Aluarez Clerigos sus hermanos de los dichos Capellanes: los quales mandò, que por sus dias siruan la dicha Capilla, y gozen, y lleuen los dichos bienes, y muriendo el vno quede en los otros: y muriendo el otro, quede en los dos: y muriendo los tres, quede en el otro: y muriendo todos quatro vaque la dicha Capilla, y mando, que la presente entonces, y dende en adelante cada vez que vacare el Patreno que yo nombrare en vn clerigo solamēte, que sea aprouado de Missa, y no de otra manera, el qual sea Capellan dello, y el clerigo que ansi presentare sea de mi LINAGE, y auiendo clerigo de mi linage, no lo pueda presentare en otro; y auiendo dos clerigos, o mas, de mi linage, le presente en el mas cercano de mi linage: el qual clerigo en que ansi se presentare, sea honesto, y de buena vida, y pobre que no tenga Beneficio curando: y despues que el tal clerigo fuere proueido de la dicha Capilla, y tuuiere diez mil mar auedis de renta allen de la dicha renta de la dicha Capilla, por el mismo hecho vaque la dicha Capilla, y el tal Patrono, que sea obligado a la apresentar dentro de quatro meses despues que tuuiere los dichos diez mil marauedis de renta el tal Capellan; el dicho Patron lo presente en otro clerigo segun y con las condiciones suso dichas, y ansi sirua solamente para siempre, &c.*

Mortuo fundatore, quatuor illi vt supra per eum nominati in bonis dictæ Capellæ applicatis successerunt, quorum vltimus & solus remansit Andreas Aluarez iunior, per cuius obitum successit Ludouicus Fernandez de Felgueras, quo nunc è viuis decedente ad dictam capellam se opposuere Ludouicus de Francos Arango, & Alphonsus Perez Danel, ac Antonius de Felgueras, inter quos cum fuisset coram Ordinario Oueten. acriter disceptatum, quis eorum ad illam obtinendam melius ius haberet, ipse tandem Ordinarius per suam definitiuam sentētiam dictam capellam Antonio de Felgueras vti Presbytero pauperiori, & proximiori consanguineo fundatoris adiudicauit; declarauitque dominam Marchionissam de Mirallo & Valdonquillo dictæ capellæ Patronam teneri & obligatam esse iuxta fundationis tenorem eundem Antonium de Felgueras in præsenti vacatione nominare; dummodo priusquam titulus nominationis huiusmodi cum fructuum perceptione illi fieret, Beneficium curatum Sancti Petri de Priero quod nunc obtinet, liberè dimitteret. A qua sententia cum pro parte tantum dicti Alphonsi Perez Daner fuerit appellatum (dicto Ludouico de Francos litem prosequi nolente) & causa appellationis, & appellationum huiusmodi commissa D. meo Licentiato don Didaco Osorio Protonotario, & Iudici Apost. qui ad nouas probationes dictas partes admittens, in omnibus & per omnia præfatam Ordinarij sententiam confirmauit. Et iterum eodem Alphonso appellante, fuit per Illustrissimum & Reuerendissimum D. meum Iulium Rospillosi S. Sedis Apost. in Hispaniarum Regnis Nuntium, & Collectorem Generalem causa mihi commissa, proposui dubium an dictæ sententiæ essent confirmandæ, vel infirmandæ? & infirmandas esse censui. 2

In facto quod attinet ad partium consanguinitatum gradus qualificandos constans est dictum Alphonsum Perez Daner esse nepotem Leonoræ Rodriguez, quæ fuit filia Ioannis Aluarez fundatoris filij, quem ad hanc capellam cum aliis tribus in dicto suo testamento nominauerat, & in hoc omnes conueniunt. Ex parte verò Antonij de Felgueras probare intenditur eum esse nepotem Didaci Fernandez de Felgueras fratris germani fundatoris; in quo non concordant, & valde suspecta, & inuerisimilia deponunt testes: nam eorum aliqui de auditu alieno loquuntur, ex quorum numero sunt Didacus Aluarez de Morgal in processu *fol. 91.* Thomas Garcia de Allence *fol. 107.* Ioannes de Fernandez de Lorix, *fol. 108.* Ioannes Aluarez de Lascara *fol. 116.* & in secunda instantia examinati Didacus Aluarez, & Petrus Aluarez *fol. 405.* & ideò non probant *cap. tam litteris 33. cap. licet, de testib. l. 28. tit. 16. p. 3* Mat. Anton. *lib. 1. resol. 106. num. 10. & lib. 3. resol. 27. num. 5.* vbi *num. 6.* post Alex. *consf. 28. col. 7. vol. 1.* resoluit plures testes de auditu non cōiungi ad faciendum indicium, citati per me *in collect. ad d. c. tum litteris, num. 2.* Præcipuè, quia non referunt à quibus personis audierant, & de quo tēpore; imò redditur dubia hæc auditus affirmatio cū plures testes pro parte Antonij examinati affirmauerint se nunquam audiuisse dictum Didacum Fernandez de Felgueras dicti Antonij proauum fuisse fundatoris fratrem, vt deponunt Menendez Diez de Soto in processu *fol. 96. B.* super 2. Didacus Menendez de Arellano *fol. 98.* Alphonsus Garcia de Martin *fol. 406. B.* & quamuis per testes de auditu consanguinitas probari possit, hoc debet esse cum requisitis 4 5

requisitis *cap. licet ex quadam 47. de testib.* veluti si sint personæ graues, & deponant à maioribus audiuisse ante litem motam, & quod non odio, amore, vel commodo testificentur, debentque specificare singulos gradus consanguinitatis dempto stipite, vt ibidem probatur, latè Farin. *in praxi crim. q. 69. n.* 117. quæ omnia desiderantur in depositionibus dictorum, & aliorum testium pro parte Antonij examinatorum.

6 Alij sunt inter quartum gradum Antonij consanguinei, & affines, videlicet Ferdinandus Rodriguez de Felgueras in processu *fol.* 95. & in secunda instãtia *fol.* 440. Rodericus Alphonsus de la Castanal *fol.* 118. Didacus Fernandez de Felgueras *fol.* 394. & Didacus de Felgueras *fol.* 438. ac alij, & ideò non probant, nec fidem merentur, *cap. 2. & cap. accusatores 3. q. 5. cap. absens el 2. 3. q. 9. l. 3. ff. de testib.* latè Farin. *q. 54. à num. 1.* Durand. *decis.* 427. *num.* 3. Non obstat quod aliqui sunt etiam consanguinei Alphonsi, quia non sunt pari vincu-
7 culo consanguinitatis cũ eo coniuncti, Anton. Gabriel *commun. tit. de testib. concl.* 13. *n.* 18. Mar. Anton. *variar. resolut. lib. 3. resol. 37. n. 10. & lib. 2. resol. fin. casu 32. vers. Quia Titius.* Et licèt consanguineorum huiusmodi dicta cum aliquorum testium depositione conueniant, & sic aliquo modo fidem mereantur, Roman. *cons.* 486. *in fin. vers. Licet fidei*; præcipuè cùm deponant super qualitate, quæ verisimiliter magis ipsis quàm alijs nota esse potuit, *cap. veniens ad Apostolicam, in fine, de testib. in cap. in litteris, n. 6. eodem tit.* Anton. Gabr. *commun. tit. de testib. concl.* 10. *n.* 34. nihilominus cum isti testes (quo Antonio Capella hæc adiudicetur, & sic qualificetur consanguinitas quam prætendit cum fundatore ad hunc effectum habere, commodum
8 reportent vt eorum filij, vel descendentes aliquãdo in illa succedant, certum sit eos non esse integros testes, *l. nullus, ff. de testib. l. omnibus, C. eod.* Farin. *in cap. insuper, in fin. de testib.* Rota *decis.* 700. *n. 32. & decis. 235. n. 3. p. 2. in recentior. & decis. 159. n.*
9 *21. p. 5. etiam in recent.* Ratio est, quia si deponentes in casu, vbi affectionem aliquam habent, aut eis imminet laus, vel vituperium non probant, licet negotium contra eos principaliter non agatur, vt notant glos. & DD. *in c. Romana, de testib. in 6.*
10 Alex. *cons. 70. n. 11. vol. 3.* multò minus debent probare illi, qui deponunt in casu, ex quo commodum, licet in consequentiam reportent, quia illa commodi affectio oculos caliginare creditur, Menoch. *de arbitr. cas. 106. num. 13. in fin.*

11 Alij falsa & inuerisimilia deponunt, vt sunt Ferdinandus Arias de Villamar in processu secudæ instantiæ *fol.* 413. *B.* vbi affirmat se cognouisse Didacum Fernandez de Felgueras Antonij proauũ, qui vt constat ex partitionibus, de quibus in processu *fol.* 158. post obitum ejus patris Ludouici Fernandez de Felgueras factis de anno 1545. iam è viuis decesserat, vnde quantumcunque testis dicat se ætatis octuaginta quinque annorum, de hoc anno in quo deposuit, non solùm non poterat dictum Didacum cognoscere, sed etiam ille mortuus erat per quindecim ferè annos antequam testis nasceretur. In eandem incidit falsitatẽ Georgius Aluarez de Ribadecello, affirmans in processu *fol.* 103. se cognouisse Ludouicum Fernandez de Felgueras, qui, vt dixi, mortuus erat de anno 1545. vt ex dictis partitionibus apparet, sic excedit eius mors tempus centum annorum, quod attingere non potuit testis dum nonagenarium se facit. Similiter Ioannes Aluarez de la Lascara in secunda instantia *fol.* 409. super 2. artic. affirmat se cognouisse dictum Didacum Fernandez de Felgueras, & se vidisse celebrare huius Capellæ fundatorem, quæ omnia perfalsa sint constat ex dictis, & eis in omnibus suis dictis fides nulla habenda est, glos. *verbo, Aduersa* 1. ibi: *Idem videtur si testis pro parte dicit falsum, vt in nullo valeat dictum suum*, &c. Soar. *in thesauro recept. sentent. lit. T. n.* 135. Mascard. *de probat. concl. 743. & conclus. 1039. n. 9.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs.* 22. Glorit. *resp.* 12. 97. Farin. *p. 2. q. 67. n. 111. & seqq. & p. 4. cons. 39. n. 12.* Et quòd periurus in parte, re- 12
pellitur in totum, nec facit fidem in aliquo, latè Farin. *d. p. 2. q. 56. n.* 191. vbi ampliat etiamsi non sit periurus in principali dicto, sed circa accessoria, & extrinsecco.

Alij in suis dictis varij sunt, & sibi ipsis, & in- 13
ter se contradicunt, Ferdinandus Arias de Villamar in processu *fol.* 93. super 2. affirmat dictum Didacum Fernandez de Felgueras fuisse fratrem germanum fundatoris, & iterum examinatus in 2. instantia, super eodem 2. artic. dicit se id nescire. Alphonsus Garcia de Maiein in processu *fol.* 99. *B.* ait se publicè audiuisse (licet non referat à quibus personis audiuit) proauum Antonij, & huius Capellæ fundatorem fuisse germanos fratres, in secunda verò instantia iterum examinatus, *fol.* 406. *B.* testatur se id nescire, nec recordari tale vnquam audiuisse. Ioannes Fernandez de Loriz testatur se audiuisse Antonij proauum fuisse fratrem germanum fundatoris, licèt non expresserit à quibus audiuerat, vt in processu *fol.* 108. super 2 & nihilominus in 2. instantia *fol.* 436 dicit se non recordari id à quoquam audiuisse, Didacus Aluarez Perdigon in processu *fol.* 105. dicit proauum Antonij fuisse germanum fratrem fundatoris, & in secunda instantia *fol.* 447. *B.* ait se id nescire; ex qua contradictione colligitur falsitas depositionum; ac proinde illis fidem habendam non esse, *gloss. vlt. in fine*, ibi: *Tamen si testis dicat contrarium in secundo iudicio ei, quod dixit in principio, non valet dictum eius, in cap. cum in tua 44. de testib.* Perez *l. 3. glos. 1. pag. 105. col. 1. ante med. titul. 4. lib. 8. Ordin.* Farin. *quæst. 65. numer. 2. & quæst. 66. num.* 13. Mar. Anton. *lib. 3. resol. 5. n. 4.* Et licèt ad euitandam contrarietatem in testium depositionibus facienda sit interpretatio, per quam illa excludatur; & licet secundum aliquos testis deponens se scire de auditu, & posteà dicens se nescire non dicatur contrarius, quia interpretatur quod nesciat, nisi prout expressit, attamen casui nostro (quatenus vera esset hæc doctrina) applicari non potest, cum nullus testis potuerit affirmare de visu, nec de propria scientia. Et sic contradictio, ad concordiam reduci, 14
seu aliqua excusatione tolerari non potest. Et quicquid concordia prodesset ad euitandum falsum, non autem proderit ad probationem, Farin. *d. quæst. 65. num.* 265. Mar. Antonin. *lib. 3. resol 5. num.* 5.

Alij de falso suspecti, inquisiti, & carceribus 15
mancipati fidem, non merentur, ex quorum numero sunt Didacus Menendez de Arellana, contra quem fuit oppositum, & probatum in processu *fol.* 285. 288. 293. 297. 302. 306. 310. 314. & 319. propter falsitates ab illo fabricatas, dũ esset Regius scriba, suo officio priuatum fuisse, prout adhuc priuatus est. Ioannes Aluarez de la Lascara, vt in informatione Alphonsi su-

per 16. art. deponunt testes *fol.* 290. 294. 299. 307. 314. 319. *B.* 328. *B.* 337. *B.* 339. *B.* 341. 348. 352. *B.* 356. 365. *&* 371. Didacus Menendez de Quintana ob periuria commissa in iudicio denuntiatus, vt deponunt testes Alphonsi super 10. *fol.* 350. *B.* 289. 293. 298. 306. 354. *B.* 364. Ferdinandus Arias de Villamar ob crimen periurij in aliis depositionibus, non semel commissum carceribus mancipatus, ab illis aufugit, vt deponunt testes *fol.* 306. 310. 314. 326. 328. *B.* 331. *B.* 337. *B.* Nullum est crimen, quod ita vituperet famam, & statum hominis, sicut crimen falsi, ex quo perditur nobilitas, & nobilitatis priuilegium, & homo remanet sine fide, & ad nihilum reducitur, ita Farin. *de falsit. quæst.* 50. *num.* 15. vbi citat Cyn. *in*
16 *l. transigere, C. de transact.* dicentem, quòd per maculam falsitatis homo deuenit ad nihilum inter homines, quia dicitur homo sine fide, & sine
17 conscientia, Afflict. *decis.* 404. *numer.* 23. Et testi, qui fuit carceratus de crimine, quod per sententiam infamaret, fides non adhibetur, *cap. si testes omnes, §. lege Iulia, & ibi gloss. verb. Vinculis* 4. *quæst.* 2. *l.* 3. *§. Iulia, ff. de testib.* Rebuff. *de re-*
18 *probat. testium, numer.* 62. Farin. *quæst.* 56. *numer.* 180. Et testis, qui fuit periurus, à testimonio repellitur, *cap. testimonium* 54. *de testibus*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 60, *numer.* 10. *cum seqq.* Rot. *decis.* 3. *numer.* 2. *& decis.* 5. *numer.* 1. *part.* 2. *recent.*

19 Alij inebriari soliti erant, ex quorum numero sunt Ioannes Aluarez de la Lascara, vt in informatione Alphonsi super artic. 16. *fol.* 290. 294. 299. 307. 314. 319. *B.* 328. *B.* 337. *B.* 339. *B.* 341. 348. 352. *B.* 356. 365. *&* 371. Et Alphonses Garcia de Maicin, vt deponunt testes Alphonsi super 10. artic. *fol.* 289. 293. 298. 306. 311. *&* 363. ac alij, qui licèt ebrij non fuerint de tempore ferendi testimonij, esse tamen à testimonio repellendos resoluunt Deci. *in cap. placuit, num.* 8. *de testib.* Felin. *in cap.* 1. *eod. tit.* Anton. Gom. *var. resol. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 18. *in fine*, & cum pluribus aliis Farin. *q.* 56. *n.* 434. 436. *& seq.*

20 Alij pauperrimi, & vilissimi homines, vt sunt Gregorius Aluarez de Ribadecello, prout de eo affirmant testes Alphonsi super 11. artic. *fol.* 289. 293. 298. 307. 311. 332. 347. 351. 355. *&* 364. Et Didacus Aluarez Perdigon, *super* 12. *art. fol.* 290. 294. 307. 355. *&* 364. Et Ioannes Fernandez de Loria, vt idem testes deponunt *super* 14. 307. 348. 351. 355. 354. Et Ferdinandus de Vexega senior, vt idem affirmant testes etiam super 14. *fol.* 290. 348. 351. *&* 364. & Blasius Rodriguez de Felgueras, vt attestantur super 15 art. *fol.* 290. 294. 298. 303. 311. 319. *B.* 326. 328. *B.* 339. 352. 355. *B.* 362. & alij, qui cum simul sint viles, & pauperes, veniunt à testimonio repellendi, Rip. *de sponsal. resp.* 3. *num.* 8. Farin. *q.* 57. *n.* 71 Mar. Anto-
21 nin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 28. *n.* 8. Solùm enim quando testes sunt honestæ, & probatæ vitæ, nihil de eorum fide detrahit paupertas, *cap. si qui testium*, vbi glos. & Bald. *num.* 5. *de testib.* Aym. *cons.* 249. *n.* 11. *vers.* 2. Anton. Gabr. *commun. tit. de testib. concl.* 18. *num.* 1. *&* 4.

22 Alij denique sunt Antonij familiares, vt de Thoma Garcia de Allence deponunt testes *super* 13. *art. fol.* 290. 294. 298. 307. 347. 351. 355. 364. *&* 370. qui dicunt eum habitare in domo Antonij illi inseruientem in colligendis beneficij fructibus; & de Alphonso Aluarez de Casteñal testantur examinati pro parte Alphonsi *super articul.* 15. *fol.* 290. 294. 298. *B.* 303. 311. *B.* 326. *B.* 339. 352. 355. *B.* 362. & alij, qui idonei non sunt, nec ad testificãdum admitti debent, *cap. si testes, vers. etiam Iure Ciuili, & vers. testes* 4. *quæst.* 3. *l. pen. ff. de testibus*, *l.* 2. *C. eodem. cap. in literis* 24. *eod. tit.* vbi Bald. *numer.* 1. reddit rationem, quia familiares solent obedire domino suo per fas, & nefas, & cum pluribus ponit regulam Farin. *quæst.* 55. *numer.* 122. *&* 135. *cum seqq.* Et licèt eam limitare videantur in famulo non habente salarium, aut expensas, ad not. per Mascard. *de probation. concl.* 758. *numer.* 7. Alex. Trentasinq. *variar. resolut. lib.* 2. *titul. de testibus resolut.* 1. *numer.* 28. Farin. *d. quæst.* 55. *numer.* 138, *& seq.* Nihilominus quando familiaris, & inseruiens parti est vilis persona, & malæ famæ, prout in nostro casu, tunc omnino venit repellendus, Mil. *in verb. Testes familiares producentes*, Alexand. *cons.* 105. *numer.* 4. *lib.* 5 Ruin. *cons.* 18. *numer.* 17. *lib.* 5. quos sequitur Rot. *decis.* 246. *num.* 2. *p.* 3. *recent.*

In secunda instantia septem testes pro parte 23
Antonij hac de re fuerunt examinati, quorum primi duo, Didacus Aluarez, & Petrus Aluarez, *fol.* 405. Antonij consanguinei deponunt de auditu à Didaco de la Barrera de Alaua, post litem motam, qui Didacus cum fuisset postea ab Alphonso in testem adductus *super* 4. *articul. fol.* 340. deposuit se nunquam vidisse, nec audiuisse Antonium, eiusque parentes fuisse fundatoris consanguineos. Alius, videlicet Didacus Fernandez de Felgueras *fol.* 394. fassus est se esse parentis Antonij consobrinum, & alius Didacus de Felgueras *fol.* 438. fatetur esse ipsius Antonij consobrinum, Ioannes Pire de Loro *fol.* 412. Alphonsus Lopez de san Christoual *fol.* 422. & Ioannes Perez de Meicin *fol.* 451. patiuntur exceptiones, quæ omnino eos à ferendo testimonio repellunt, prout allegantur *fol.* 455. & statim debebant admitti, vt probatur *in cap. ex parte* 7. *de testib.* Rebuff. *de reprob. test. n.* 12. quia huiusmodi repulsæ testium sunt defensiones, Lap. *alleg.* 82. *n.* 9. Auend. *resp.* 21. *n.* 3. *vers. Istud tamen*, Amat. Roder. *in pract. de modo & forma videndi, seu examinandi processum, cap.* 9. *de repulsis contra dicta testium, n.* 25. & ideò si non recipiantur, appellari poterit, Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 38. *n.* 4. *&* 7. Surd. *decis.* 36. *n.* 17. Valasc. *cons.* 47. *n.* 6.

Sunt & depositiones aliorum testium ad instan- 24
tiam Antonij, coram Iudice seculari examinati, qui fidem in hoc iudicio Ecclesiastico facere non possunt, Clar. *§. fin. q.* 36. *vers. vltimo quæro*, Grammat. *cons.* 42. *n.* 1. Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 34. *n.* 48. Mascard. *de probat. concl.* 33. *à num.* 24. Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 3. *resol.* 6. *n.* 19. *& resol.* 37. *n.* 19. Alphonso minimè citato, cum deberet, *cap.* 2. *de testib. l.* 4. *tit.* 16. *p.* 3. vbi Greg. Lop quorum aliqui in prima instantia examinati, easdem patiuntur exceptiones, & repulsas, quas eos habere suprà commemoraui.

Ex quibus patet testes ferè omnes Antonij 25
repulsam pati, quæ vel eos in totum à testificando repellit, vel eorum fidem diminuit, quorum defectum supplere non potest aliorum depositio; quia nullus est integræ fidei, & licet aliqui illæsi fuissent, & liberi ab his exceptionibus, de quo non constat, adhuc cum maior esset numerus reprobatorum, eorum defectum non suppleret maior admittendorum, quia testium numerus,

numerus, & alia adminicula supplere possunt defectum qualitatis vnius testis, Rot. *decision.* 259. *numer.* 8. *par.* 4. *recent.* Tum etiam, quia testium inhabilitas non solùm stat in personis testium, sed etiam in eorum depositionibus, ex latè adductis per Farin. *quæst.* 62. *num.* 313. 317. 318. & 319.

26 Et licet Antonius multum laborauerit in bonitate suorum testium probanda, id frustra à se factum fuisse colligitur ex Suar. de Paz *in pract. part.* 1. *tom.* 1. *temp.* 9. *num.* 39. ibi: *Et est aduertendum, quod si repulsæ testium fuerint plenè probatæ, iudex curare non debet de generali probatione facta super bonitate testium partis aduersæ, id est, de la prouança de abonos hecha en fauor de los testigos tachados*, &c.

Non obstat clausula testamenti dicti fundatoris, in qua vaccæ legatum relinquit filiæ Didaci Fernandez de Felgueras, quam sobrinam vocat, vt in processu *fol.* 16. *B.* & hinc inferri videtur dictum Didacum, Antonij proauum, fuisse patrem Mariæ, & fundatoris fratrem.

Quia respondetur Didacum Fernandez de Felgueras, cuius meminit fundator in suo testamento, non videri esse illum quem Antonius suum proauum vocat, idque euidenter patet ex sequentibus.

27 Primò, quia sobrina, cui dictum legatum vaccæ reliquit fundator, vocabatur Maria, vt apparet ex alio legato trium ducatorum, quod ait relinquere Ferdinando eius sobrino dictæ Mariæ fratri; constat autem Mariam filiam Didaci, proaui Antonij, de medio sublatam iam fuisse de tempore, quo fundator dictum suum testamentum condiderat, videlicet die 26. *Nouembris* 1549. vt apparet ex quadam venditionis scriptura, in processu *fol.* 152. præcedenti anno facta; ex qua constat ibi matrem viduam vti filiæ hæredem, & Ludouicum Fernandez de Felgueras Antonij auum, tanquam illius fratrem germanum, & curatorem, publica auctoritate signasse.

28 Secundò, quia pariter constat dictum Didacum, qui iam de illo tempore è viuis decesserat, alios filios non habuisse, nisi Ludouicum Fernandez de Felgueras Antonij auum, & dictam Mariam defunctam, non verò aliquem Ferdinandum, quem fundator fratrem ipsius Mariæ appellat, quia si extaret necessariò concurreret cum matre, & fratre in stipulanda, & signanda dicta venditionis scriptura, quæ per annum præcesserat fundatoris testamentum.

29 Tertiò, quia ex scriptura partitionum Ludouicà Fernandez de Felgueras senioris, Didaci patris, & alterius Ludouici aui, de qua in processu *fol.* 158. facta sub die 8. Decembris 1545 inter secundam vxorem Ludouici senioris, & filios Didaci proaui Antonij, apparet bona ab eodem Ludouico seniore relictas in tres partes fuisse diuisa, quorum vna fuit dictæ secundæ eius vxori adiudicata, aliæ verò duæ, duobus filiis Didaci defuncti, Ludouico scilicet iuniori, & Mariæ eius sorori, quæ tunc viuebat de dicto anno 1545. & iam mortua erat de anno 1548. quo dicta venditionis scriptura publica auctoritate signata fuerat; & statim sequenti anno 1549. fundator dictum testamentum condidit.

30 Quartò, si Didacus Antonij proauus, frater erat germanus, vt ex aduerso præsupponitur, Didaci Aluarez de la Espina fundatoris, necessariò sequitur eos filios esse dicti Ludouici Fernandez de Felgueras senioris, quod falsum omninò videtur, cum iste nullã de Didaco Aluarez de la Espina mentionem fecerit, nec in dictis partitionibus illi tunc viuenti pars aliqua in bonis ab eodem Ludouico asserto parente relictis reseruata reperiatur: & ita Antonio incumbebat probatio, quòd didacus eius proauus idem erat, atque ille Didacus de quo fundator in suo testamento mentionem fecerat; qui enim se fundat in identitate, tenetur comprobare, & contra eum præsumitur pluralitas, Crauet. *cons.* 158. *numer.* 4. Cornel. *cons.* 144. *num.* 11. *lib.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 15. *numer.* 2. & *cons.* 80. *numer.* 43. *lib.* 1. Mar. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 100. *num.* 13. & *lib.* 2. *resol.* 57. *n.* 10. & 11. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 15. *num.* 45. Farin. *fragm. crimin. p.* 2. *verb. Identitas*, *num.* 9. Rot. *decis.* 441. *num.* 1. *p.* 1. *diuers.* & *decis.* 371. *num.* 9. *in fine, p.* 4. *recent. aliàs part.* 2. *in posthum. Farin.*

Nec dicatur identitatem personæ sufficienter probari ex identitate nominis, & cognominis, cum vt probetur identitas sufficiat verificare duas demõstrationes, Rimin. sen. *cons.* 429. *n.* 5. *cum seqq. lib.* 5. Cephal. *cons.* 98. *n.* 21. *lib.* 1. Rot. *decis.* 160. *n.* 7. & *decis.* 87. *n.* 7. *p.* 5. *recent.* & *decis.* 642. *num.* 12. & *decis.* 34. *n.* 3. *p.* 3. *recent.* Quia respondetur istam esse probationẽ præsumptiuã aliis præsumptionibus elidẽdam, *l. Diuus*, & *ibi gloss. verb. Ex stemari*, *ff. de in integ. restit. l. non solum*, *ff. de ritu nupt.* & cum pluribus Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 30. & *lib.* 3. *præs.* 21. *num.* 22. & *lib.* 6. *præs.* 64. *num.* 46. 31

Et ideò parum vrget præsumptio, quæ insurgit ex nomine, & cognomine ad credendum, & tenendum pro vna, & eadem persona Didacum Fernandez de Felgueras Antonij proauum, & illum cuius meminit fundator, cum hæc nomina, & cognomina fuerint, & sint propria aliarum familiarum eiusdem loci; nam nomen Didacus adeò ordinarium, & commune est hominibus illarum partium, vt identitati non seruiat, ex Farin. *d. verb. Identitas*, *num.* 12. & 14. Cognomen verò *Fernandez*, aliis commune videmus, qui cum Antonio sanguine cõiuncti non sunt; nec de eius familia, vt patet in teste Ioanne Fernandez *fol.* 108. & Andrea Fernandez *fol.* 111. & Petro Fernandez *fol.* 291. Blasco Fernandez *fol.* 300. Dominico Fernandez *fol.* 327. Ioanne Fernandez *fol.* 345. *B.* Aliud verò cognomen de *Felgueras* commune est hominibus diuersarum familiarum illarum patrium, quæ inter se sanguine non coniunguntur, vt videmus in vltimo teste primæ probationis Antonij, in processu *fol.* 119. *B.* qui vocatur Blasius Rodriguez de Felgueras, qui tamen fatetur cum producente nullam contraxisse consanguinitatem. Quod etiam efficacissimis comprobatur his duabus coniecturis, ex quibus euidenter veritas elicitur. 32

Prima colligitur ex eodem nomine Didaci, quo ambo asserti fratres appellantur, cum rarò parentes velint duos filios viuos, vno, & eodem nomine vocari; item ex diuerso cognomine de *Felgueras*, quo appellatur Antonij proauus, & de Aluarez de la Espina, quo nominatur fundator, & sicut ex diuersitate cognominis, & familiæ, non præsumitur identitas personæ, sic similiter ex non identitate cognominis, necessariò debemus præsumere diuersitatem familiæ, & generis, vt in terminis cum Bald. *cons.* 166. *num.* 2. *lib.* 4. tenent Card. Tusch. *verb. Identitas, concl.* 3. *n.* 11. & *verb. Diuersitas, concl.* 517. *n.* 10. & cum aliis Farin. *d. verb. Identitas, n.* 19. Et iuuat ad diuersitatem familiarum præsumendam, quod ex dicta partitione bonorum dicti Ludouici 33

Fernandez senioris, de qua *fol.* 158. constat habuisse duas vxores, prima vocabatur Maria Diaz, secunda verò Catharina Suares, ex quarum nulla similiter cognomen desumpsit fundator, signum euidens, quod sicut nec patrem habuit dictum Ludouicum, ita nec matrem aliquam ex duabus relatis illius vxoribus.

34 Secunda oritur ex eo, quod dictus Ludouicus Fernandez senior in suo vltimo, quo decessit, testamento, in processu *fol.* 136. filios, quos reliquit, nominat, & tamen inter eos non meminit dicti Didaci Aluarez de la Espina fundatoris, quem si eius filius fuisset, certò nominare non desisteret.

35 Tertiá, quia in partitionibus factis de bonis relictis per obitum dicti Ludouici Fernandez senioris, quibus in processu *fol.* 158. nulla fit de fundatore tunc viuente mentio, nec vlla bonorum pars ei assignatur, signum euidens quod illius filius non erat, vt falsò ex aduerso supponitur.

36 Nec releuat, quod Ludouicus Fernandez de Felgueras vltimus, & immediatus dictæ Capellæ possessor, sit Antonij consobrinus, ac proinde de genere fundatoris, quia respondetur id forsan euenisse, quia ex alio latere fundatoris consanguineus esset. Tum etiam, quia non constat quo titulo eam obtinuerit, cum in processu nulla scriptura nominationis, institutionis, vel collationis sit ex qua veritas colligi possit, quod enim hac de re deponunt Antonij testes, non videtur verisimile. Tum, quia plures exceptiones, & repulsam patiuntur, de quibus supra, & ideò eis fides adhibenda non est: maximè stante diuersitate facti per eos narrati, quia aliqui deponunt dictum vltimum Capellanum super hac Capellania litigasse, & in vim obtentæ sententiæ immissum fuisse in illius possessionem: alij verò affirmant litem fuisse inter Archipresbyterum Alphonsum de Felguera ex vna parte, & Ferdinandum Rodriguez, Rectorem de Vexega ex alia, & quod dictus Archipresbyter in fauorem vltimi possessoris sui sobrini Capellam resignauerat; ex qua varietate redduntur admodum dubia eorum dicta: plures in eo conueniunt, nulla existente scriptura, quòd dictus Antonius de Felgueras cum fundatore nulla est cognatione, seu necessitudine coniunctus, & quòd eius parentes, & alij ascendentes, & transuersales, nunquam cum fundatoris descendentibus, & consanguineis se tanquam tales conferebant, sed vti extranei ab omnibus illius loci personis reputati fuerunt, vt attestantur omnes ferè testes pro parte Alphonsi examinati *super* 4. *art.* sui interrogatorij *fol.* 305. vbi quidam addit se audiuisse à dicto vltimo Capellano hanc Capellam obtinuisse non proprio iure, sed illam sua cura, & diligentia acquisiisse, & *fol.* 310. 313. 323. 325. 330. *B.* 334. 335. *B.* 340. 342. *B.* 344. & 373.

37 Et non solùm ex defectu sanguinis à primo fundatore procedere debentis, vt requirebatur, exclusus remanet dictus Antonius de Felgueras; sed etiã, quia contra formam fundationis obtinet Beneficiũ Curatum de Priero, vt videre est ibi: *El qual Clerigo, el que assi se presentare, sea honesto, y de buena vida, y pobre, que no tenga Beneficio Curado*, &c. Itavt hæc Capella per fundatorem incompatibilis effecta sit cum Beneficio Curato, non solùm ad effectum retentionis, sed etiam ad effectum obtentionis, quia qualitas adiecta verbo intelligitur secundùm tempus verbi, *l. in delictis*, §. *si extraneus*, *ff. de noxalib. action. l.* 1. §. *tutoris*, *ff. quod iussu*, *l. Titius*, & *ibi* Bart. *ff. de testam. milit. cap. si eo tempore, de rescript. in* 6. plures per me citati *Axiomat.* 196. *numer.* 6. & in similibus terminis Nicol. Garcia *de Benefic. part.* 8. *c.* 1. *num.* 58. Tum quia verba illa 38 respiciunt tempus præsentationis; vnde cessat dubium, an capacitas requiratur in præsentato de tempore præsentationis, seu de tempore, quo Canonicè illi Beneficium confertur, in qua siue sequamur *Rotæ* opinionem *decis.* 69. *lib.* 1. *part.* 3. *diuers.* quam refert Mar. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resolut.* 19. *num.* 1. decidentis attendendam esse capacitatem de tempore præsentationis, siue aliorum existimantium illam requiri, quando præsentatus coram Ordinario personaliter sistitur ab eo institutionem petens, vt per Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol.* 140. *numer.* 3. *in* 2. *edit.* & Alphons. de Leone *de officio Capellani*, *quæst.* 4. *praxi* 6. *num.* 16. *prope fin.* Vtroque tempore certum est Antonium obtinuisse dictum Beneficium Curatum, prout hodie obtinet, postquam cum præsentatione dominæ Marchionissæ de Valdonquillo coram Ordinario prouisionem sibi fieri in forma postulauit.

Non obstat, quòd dictum beneficium sit adeò 39 tenue, vt non sufficiat pro congrua Antonij, quia respondetur fundatorem non considerasse tenuitatem, sed residentiam, & obligationem permanendi in alio loco, & inseruiendi alteri Beneficio relinquendo Capellæ seruitium. Tum, quia decreta Cõcilij *sess.* 7. *de reform. cap.* 4. *sess.* 24. *etiam de reform. cap.* 17. procedunt, & locum habent in Parochialibus exigui valoris, & maximam fructuum tenuitatem habentibus, vt censuit Sacra Congreg. Concilij, *in vna Leodien.* quam refert Ioan. à Cochier *ad reg.* 52. *Cancel. de dispens. ad duas Parochiales, vel Dign. numer.* 7. Tum etiam, quia non est certum ex dicto beneficio congruam sufficientem non percipere eius Rectorem, quicquid dicant testes pro parte Antonij examinati cum relatas exceptiones patiantur, & nullam fidem mereantur, vt supra satis, superque ostensum manet: præcipuè stante vniformi depositione eorum, qui examinati fuerunt pro parte Alphonsi, attestantes beneficium Curatum de Priero valere millia regalia annua, *super* 4. *art. interrogatorij secundæ instantiæ fol.* 315. 316. 320. 321. 367. & 368. *B.* concludentem sui dicti rationem præstantes: tum etiam quia constat eundem Antonium ad titulum dicti beneficij Ordinibus sacris se initiari fecisse, quod nullatenus permitteret Ordinarius, nisi illius redditus sufficerent ad suam congruam sustentationem, iuxta dispositionem Concilij *sess.* 21. *de reformat. cap.* 2 tum denique, quia in casu exigui valoris, & non sufficien- 40 tis congruæ, iam necessitati huiusmodi prouideret Ordinarius de remedio opportuno, quod præstat idem Concil. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 13. ibi, *In Parochialibus etiam Ecclesiis, quarum fructus adeò exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum vnionem, non tamen Regularium, id fieri non possit, vt primitiarum, vel decimarum assignatione, aut per Parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut Parochiæ necessitati decenter sufficiat.* Cùm Alphonsi testes deponant magis iuris dispositioni se conformantes cæteris paribus, aliis oppositum deponentibus præferendi sunt, iuxta doctrinam Innocent. *in cap. auditis*, *de præscript.* Boër. *decis.* 93. *num.* 25. & cum pluribus Anton. Gabr. *commun. tit. de testib. concl.* 4. *num.* 23. Valenzuel. *cons.* 33. *numer.* 257. *tom.* 1.

Nec obstat quòd Alphonsus, etiam ex eodem 41 capite

capite venit excludendus, iuxta fundationis tenorem, de qua *suprà numer.* 1. ibi, *Y despues que el tal Clerigo fuere proueido de la dicha Capilla, y tuuiere diez mil maravedis de renta*, &c. Dicitur enim eum possidere Beneficium simplex habens in redditibus plusquam duo millia regalia: Quia respondetur sub illa fundationis clausula adhuc Alphonsum nô continere, cum illa loquatur, & oportet postquam quis prouisus fuerit de dicta capella; prouisionis autem appellatione venit nominatio, electio, præsentatio, confirmatio, seu institutio, gloss. *verb. prouisionem per text. ibi in cap. 1. & in cap. quorundam, de elect. lib. 6. & verb. prouisioni in Clement. fin. eod. titul.* cum pluribus per me citatis, *de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appellat.* 228. *numer.* 1. & Alphonsus adhuc non fuit, nec est præsentatus, nec electus, nec nominatus, nec denique prouidens dicta capella, & potest quandocunque voluerit dimittere beneficium, quod obtinet, & acceptare capellam, cum ei tantùm prohibeatur retentio, non vero obtentio; aliàs enim non videretur fundator rectè, & rationabiliter disponere, si dum Presbyterum in Capellanum præsentari vult, qui sine competenti Beneficio Sacris initiari non potest, iuxta decretum *Concil. sess. 21. de reformat. cap. 2.* petat vt Presbyter, qui eam prætenderet, gaudere non possit annuo redditu decem millium morabitinorum.

42 Sed concesso (sine veritatis præiudicio) quòd Antonius descenderet à dicto Didaco Fernandez de Felguetas, & quod iste fuerit germanus frater fundatoris, adhuc Alphonsus ei præferri deberet, cum constans sit in facto, & à nullo in controuersiam deductum, quod dictus Alphonsus sit filius legitimus Mariæ Cuetba, quam in legitimo matrimonio genuit Leonora Rodriguez, filia Ioannis Aluarez, qui fuit filius alterius Ioannis Aluarez de la Espina fundatoris, & ita descendit ab eo per lineam rectam, cum quo nullus transuersalis, vt esse prætendit dictus Antonius de Felguetas, etiamsi in gradu proximiori ipsi fundatoris coniunctus esset, concurrere potest, *l. 1. ff. de gradib. affinit. l. 7. Tauri, l. 3. tit. 13. part. 6.* & *ibi* Gregor. Lopez *verb. ningun pariente*, & per ista iura latè Ceuall. *commun. tom. 3. quæst. 762. numer. 25. cum sequentibus.*

43 Pro parte verò Antonij ad exclusionem Alphonsi opponitur, quod dictus Alphonsus descendit à fundatore, per lineam spuriam, quia eius auia Leonora Rodriguez, fuit filia spuria Licentiati Ioannis Aluarez, Capellani de Malleça, & quod iste pariter fuit filius spurius alterius Ioannis Aluarez de la Espina, Capellæ fundatoris; & horum descendentes, ex quorum numero est dictus Alphonsus, tanquam à radice infecta procedentes, non possunt in dicta capella succedere, cum ad eam per fundatorem vocentur consanguinei de su LINAGE, quæ verba cum sint ciuilia, excludunt descendentes ex spuriis; hi enim nunquam censentur vocati ad Capellanias, seu beneficia Ecclesiastica: imò nec veniunt appellatione consanguineorum de iure ciuili, *l. si spurius, ff. vnde cognati*, de qua Rot. *decis. 616. num. 1. & 2. p. 5. recentiorum.*

44 Sic in terminis resoluit Nicol. Garcia *de benefic. part. 7. cap. 15. num.* 48. vbi refert in Rota fuisse reuocatam sententiam Consilij Archiepiscopi Toletani, adiudicantis quandam Capellaniam descendenti ex filio spurio, concurrentibus transuersalibus ex legitimis procreatis, in hæc verba. *Nam descendens censetur propinquior, & magis consanguineus, nec transuersales concurrunt cum descendentibus, in quibus datur repræsentatio sine gradus limitatione*, vt per Ceuall. *d. quæst. 762. à numer. 24. qui ita ait fuisse iudicatum per Consilium Archiepiscopi Toletani in quadam Capellania de Getafe, in fauorem Ioannis de Benauente, Presbyteri fundatoris; sed certe in ista causa contra dictum Ioannem de Benauente, tenuit Rota 1. Iulij 1605. coram Iusto, quia fundator vocauit Presbyterum de suo genere, vel progenie de Salmax, & sic vsus est verbis iuris; & cum Ioannes prouenires ex radice infecta, duci non poterat de radice, seu progenie fundatoris, vt in decisione supra relata numer. 2. quod* 45 *non considerauit Ceuall. dicti Ioannes de Benauente aduocatus in dicta causa*, &c. Et paulo inferiùs, ibi: *Et similiter etiam in alia Capellania de los Chaues de Bonilla, huius Diœcesis Abulen. apud Iudicem Metropolitanum Salmanticæ residentem, reuocata sententia Ordinarij, fuit iudicatum contra descendentem ex filio spurio fundatoris in fauorem transuersalis, quia fundator vsus est verbis iuris*, &c.

Et licèt idem Nicol. Garcia *citato loco n.* 53. eandem inculcans sententiam videatur dicere, quod in 46 fauorem consanguinei descendentis ex illegitimo fuerat decisum per Rot. *in vna Tyrassonen. eleemosyna*, tandem concludit ad fauorem transuersalis legitimi, & ex legitimis descendentis, vt patet, ibi: *Quod procederet quando testator, seu fundator loquitur, per verba ciuilia, veluti si vocaret Capellanum ex sua familia, vel cognatione, ita ut constaret exclusisse nominationem naturalem, secus tamen esset quando loqueretur per verba naturalia, veluti si vocaret descendentes, aut consanguineos, iuxta distinctionem* Bart. *in l. tutelas numer. 4. ff. de capit. diminut.* &c Et ibi: *Vnde apparet Rotam in dicta Tyrassonen amplexam esse nostram sententiam, & distinctionem in terminis nostræ quæstionis*, &c. Et ibi: *Sed cùm ista sint verba ciuilia, id re vera est contra dictam decisionem Tyrassonen. & distinctionem à nobis factam, & sic non placet*, &c. insinuat Rot. *d. decis. 616. numer. 2. part. 5. recent.* vbi dicit quòd spurij, & bastardi inspecta natura 47 sunt filij, in eisque cadit affectio naturalis, & per consequens comprehenduntur in dispositione loquente de consanguineis. Quod autem fundator Capellæ, de qua agitur, vsus fuerit verbis ciuilibus, patet ex instrumento fundationis, in quo vocauit al pariente mas cercano de su LINAGE, quæ verba ciuilia sunt, ad not. per Nicol. Garcia *citato loco.*

Adducitur etiam, & ponderatur pro hac parte 48 consilium Nauarri 4. *sub titul. de iurepatron.* vbi quidam Clericus habuit filiam, quam legitimauit per rescriptum Principis, ex ea & nobili viro legitimè coniugatis habuit nepotes, & in suo testamento, & vltima voluntate instituit Capellaniam, & vocauit ad successionem illius consanguineum eius proximiorem: fuit dubitatum vtrum nepotes Clerici filius legitimus, & procreatus ex Clerici filia, deberet admitti ad præsentationem dictæ Capellaniæ, & præferri aliis consanguineis? Et affirmatiue respondit ex ea ratione, quia testator per verba naturalia vocauit consanguineum proximiorem, vt videre est apud illum, ibi: *Attenta voluntate testatoris, inspectisque verbis testamenti cum naturaliter inspecto iure naturæ etiam filij bastardi, & spurij dicantur procedere ex sanguine, parentela, domo, & familia defuncti, cum in eis naturalis effectus cadat*, &c.

Conducunt resoluta per Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. ex numer.* 109. vbi disputans an Cle- 49

ricus filius legitimus natus ex patre, aut matre, auo, vel auia illegitimis, dicatur de familia fundatoris, vel sanguine, vt censeatur vocatus ad talem Capellaniam, & *vsque ad numer.* 114. pro negatiua sententia plura adducens fundamenta, postea *à numer.* 115. *vsque ad numer.* 120. affirmatiuam comprobat, & tandem *à numer.* 121. cum prædicta distinctione de vocatione per verba naturæ, aut per verba ciuilia rem componens ita concludit. *Respondet etiam ista vltima decisio ad fundamenta eorum, qui tenent quod filius legitimus natus ex patre spurio, non dicatur de familia, iuxta consilium Fulgos. 359. numer. 1. cum similibus adductis per Gam. decis. 278. quod procedat quando testator, seu fundator loquitur per verba ciuilia, veluti si vocaret Capellanum ex sua familia, vel cognatione, itaut constaret exclusisse nominationem naturalem, secus tamen esset quando loqueretur per verba naturalia, veluti si vocaret descendentes, aut consanguineos, iuxta distinctionem Bart. in l. tutelas num. 4. ff. de capit. dimin.* &c.

Verùm his non obstantibus in præsenti casu ex circumstantiis, coniecturis, & præsumptionibus occurrentibus (quatenus sine veritatis præiudicio de spurietate constaret) doctrinæ, & decisiones ad exclusionem Alphonsi supra adductæ non sunt, nec esse possunt ad materiam applicabiles.

50 Licèt autem sit valde controuersum in iure an spurij, & descendentes ab eis, sint, & dicantur de domo, & familia? & plures vterentur supradicta distinctione; non defuerunt tamen qui indistinctè tenent affirmatiuam partem, vt in dispositione in qua vocauit testator eos, qui sunt de domo sua, docet Cornel. *consil.* 169. *numer.* 7. vbi ait verbum *Domus*, sumi tam ciuiliter, quàm naturaliter, & intelligendum secundum patriæ vsum, & subiectam materiam, de qua agitur, idem docet Soccin. *cons.* 102. *numer.* 8. *lib.* 3. vbi quòd non solùm dicuntur de domo, sed etiam de casata, & familia secundùm vsum communem loquendi, quod ante eum docuerat Bart. *in l. pronunciatio, §. familia, ff. de verbor. signif. & in l. fin. C. eod.* vbi etiam Salicet. idem tenet Cephal. *cons.* 591. *numer.* 13. *lib.* 4. optimè Bald. *cons.* 441. *incip. Ad audientiam n.*
51 1. *vers. in contrarium lib.* 3. Et vbi ex consuetudine concederetur naturalibus, & illegitimè natis ferre arma, & insignia familiæ, hoc admittunt Soccin. *dicto cons.* 102. *numer.* 8. *lib.* 3. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *numer.* 20. *in fine*,
52 Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 88. *num.* 14. Prout in Hispania, vbi ex notoria consuetudine harum partium admittuntur illegitimè nati ad insignia, nomen, arma, honores, & nobilitatem patris, vt referunt Azeued. *cons.* 24. *numer.* 27. *&* 29. Nicol. Garcia *de benefic. p.* 7. *cap.* 15. *numer.* 49. citati à Rota *in Pampilonem. Capellan.* 4. *Martij* 1622. *coram bo-*
53 *næ mem. Remboldo*. Et quòd de generali consuetudine spurij dicantur de familia, & de domo, & vtantur armis, & insigniis familiæ, tenet cum aliis Tiraq. *de nobilit. cap.* 13. *num.* 25.

Sed quidquid sit, etiam stante prima sententia, & doctrinis supra sub illa distinctione allatis, plures adsunt coniecturæ, & præsumptiones, quæ faciunt, & inducunt ne illæ locum habeant in hoc casu.

54 Prima coniectura est, quæ resultat ex facto proprio fundatoris, cum nihil sit, quod melius eius voluntatem exponat, vt in terminis tenet Lamberxin. *de iurepatron.* 1. *p. lib.* 2. *quæst.* 7. *princ. art.* 30. *num.* 22. *fol. mihi* 602. ibi: *Sicut dicimus quod ad cognoscendam qualitatem beneficij patronati inspicitur prima patroni prouisio, vt dixi suprà* 1. *p. lib.* 1. *in* 2. *quæst. princ. art.* 4. *num.* 17. *fol. mihi* 28. &c. illum sequitur cum aliis Ricc. *in praxi fori Eccles. tit. de iurepatron. decis.* 202. Et generaliter quod voluntatis 55
interpretatio ab ipso testatore colligitur ex eo quod ipse facit, tenet latè Simon de Prettis *in tractat. de interpretat. vltim. volunt. lib.* 1. *interpret.* 1. *dub.* 3. *solut.* 5. *num.* 47. *cum seqq. fol. mihi* 31.

Et in præsenti casu hanc habemus declarationem 56
quod fundator excludere noluit spurios, & descendẽtes ab eis, siquidem primo loco vocauit suos proprios filios, quorum primus, & maior fuit dictus Ioannes Aluarez, proauus Alphonsi; quia si fuit naturalis, vt infrà ostendetur; cessat in facto spurietatis exceptio, si verò cum aliis fratribus fuit spurius post Sacerdotium patris genitus, signum euidens est, quod fundator spurios ad hanc capellam vocauit, ac proinde huic generi personarum odium non habuit, nec illud excludere voluit, honorando in prima vocatione Ioannem Aluarez, quẽ spurium dicit Antonius: eleganter Rota *d. decis.* 617. *num.* 5. *p.* 5. *recent.* ibi, *Non obstat quod cum pater Didaci ne dum sit naturalis, sed etiam spurius ex damnato coitu, qui non comprehenditur in dispositione, etiamsi per verba naturalia fundator loquutus fuerit, Honded. d. cons.* 5. *num.* 33. *lib.* 2. *Pereg. post alios dicto art.* 22. *numer.* 81. *quia si vere pater Didaci non fuisset nominatus, & honoratus in testamento, benè posset esse locus præsumptioni, quæ aduersatur huiusmodi generi personarum, quippe quæ sunt odibiles, & extra mentem disponentium, secus vero quando de persona habetur notitia, & honoratur, vt in præsenti fuit factum de patre Didaci, quia tunc cessat præsumptio odij à lege considerata, itaut in proprietate verborum non cadat impedimentum*, &c. Et ibi: *Sufficit Didaco patrem suum fuisse cognitum, & honoratum à testatore, vt inde tollatur præsumptio exclusionis à proprietate verborum naturalium, ex quibus suam vocationem deducit.*

Secunda coniectura elicitur ex qualitate perso- 57
næ fundatoris, qui cum non fuerit Iurisperitus, sed illiteratus, debemus præsumere illum loquutum fuisse crasso modo, secundum naturalem, non ciuilem intelligentiam. Ita Fusar. *de substitut. quæst.* 379. *numer.* 9. ibi: *Sublimitatur secundò quando dispositio est facta à muliere, vel persona idiota, & illiterata, nam tunc non obstante statuto simul cum masculo fœmina succedit: ita declarat Pereg. in d. cons. decisiuo* 57. *lib.* 1. *in fine: mouetur quia verba dispositionis mulieris, vel idiotæ intelliguntur secundum naturalem, non ciuilem intelligentiam, & reconditas iuris interpretationes, Anchar. cons.* 225. *num.* 1. *Ias. cons.* 151. *col. pen. vers. confirmantur lib.* 4. *Curt. iun. cons.* 145. *num.* 6. *Mantic. de coniect. vlt. voluntat. lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 7. *& cum Peregrino etiam ego transeo, quia vere idiota ignorans has verborum subtilitates, nec in eorum dispositionibus penetrant ad has iuris interpretationes*, &c. Et cum aliis prosequitur Simon de Prettis *de interpret. vltim. volunt. lib.* 2. *interp.* 3. *dub.* 2. *solut.* 2. *n.* 296. *cum seq. & num.* 301. *cum seq. fol. mihi* 254. vbi citat. Soccin. *cons.* 57. *lib.* 3. qui dicit quòd quando testator est per- 58
sona idiota, in eo simpliciter cadit interpretatio crasso modo, & quòd dicendo familia, seu parentela, intelligitur de tota, & plura alia ad propositum: ad quod etiam facit quod adducit Perez de Lara *de Capel. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 22. Vnde cùm fundator esset penitus illiteratus, habitassetque in loco vbi nullus erat Iurisperitus, nec aliquis, qui ei fundationis tenorem, & formam disposuerit, necessariò credere debemus non ciuiliter, sed naturaliter loquutum fuisse.

Tertia

59 Tertia coniectura tam pro intelligentia verborum à testatore prolatorum, quàm pro interpretatione suæ voluntatis sumenda est à consuetudine, & communi loquendi vsu patriæ in qua vixit, & mortuus fuit, *l. si seruus plurium*, *§ fin. ff. de legat. 1. l. pen. in princ. ff. de alim. legat.* & communem testatur Ias. *in d. §. fin.* Dec. *in l. vt liberis, C. de collat.* Alex. *cons. 110. lib. 2.* Crauet. *cons. 101. in fine, & cons. 201. col. 5.* Bellon. *cons. 1. num. 3.* Consuetudo autem illarum partium habet Clericorum filios in æstimatione esse, nec odibiles haberi, vt in aliis partibus.

60 Quarta coniectura desumitur ex natura rei, de cuius successione agitur; quia si vbi tractatur de fundando maioratu, seu patronatu gentilitio ad conseruandam agnationem, & nominis ac familiæ splendorem, tunc præsumendum est testatorem vocare noluisse spurios, & ab eis descendentes; & in terminis fundationum patronatuum, quæ fiunt per Cardinales, & alias personas illustres pro conseruatione agnationis agit Rota *decis. 112. & 126. p. 1. in recent.* Verùm quando ad alium finem fundatio fit, & res pariter per spurios, & ab eis descendentes, ac per ipsos legitimos expediri potest, tunc præsumere debemus testatorem consanguineos, tam legitimos, quàm spurios æqualiter vocare voluisse: quia solùm affectio naturalis sanguinis attenditur, quæ in omnibus æquè inuenitur, iuxta dictum Baldi *cons. 441. num. 1. in fine lib. 3.* attestantis ratione naturalis affectionis, & insitæ charitatis idem in vtroque intelligendum esse, quia par affectionis ratio paritatem permissionis inducere consueuit, *l. non solùm, §. denuo, ff. de ritu nupt.*

61 Vnde consanguineum proximiorem etiam per lineam spuriam præferendum legitimo remotiori, admissa distinctione an testator loquatur per verba ciuilia, vel naturalia, docent optimè Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. à num. 123. vsque ad num. 127.* Nicol. Garc. *de benef. p. 7. cap. 15. num. 44. & 45. & num. 53.* vbi licèt dissentiat in eo quòd sentit Gonzalez, quòd scilicet sola qualitas rei sufficit, vt spurius non excludatur, licet testator loquatur per verba ciuilia, hoc tamen admittit quando voluntas testatoris, obseruantia vel coniecturis, de qui-
62 bus supra, declarari potest. Et generaliter quod testatoris voluntas etiam interpretatur ab affectione & charitate, & quod semper præsumitur maior affectio, & dilectio erga descendentes, quàm erga transuersales, late Simon de Prettis *d. tract. de interpres. vltim. volunt. lib. 1. interp. 2. dub. 2. solut. 5. per tot.* præcipuè *num. 17. fol. mihi 102.*

63 Ex quibus patet quod supra dixi, doctrinas scilicet, & decisiones à Garcia allatas non conducere ad præsentem casum, in quo plures circunstantiæ, & coniecturæ concurrunt, quæ factum mutant, & diuersam resolutionem esse à me capiendam insinuant, id enim sæpissimè euenire solet, vt testis est Thesaurus *in præfat. suarum decis. num. 32. vers. caeterùm, & num. 33.* ibi: *Praeterea quamuis idem videatur casus, plerumque tamen euenit vt aliqua etiã leuis circunstantia factum mutet, vt ait Quintil. instit. orat. lib. 5. cap. 2. ideo dicere solebat Curtius iunior quod licet senex esset, & in casibus innumeris consuluisset, nunquam tamen euenit, vt idem per omnia esset casus, &c.* Maximè quia Garcia non dicit in illa causa Capellaniæ de Getafe fuisse pronuntiatum contra spurium, & sententiam transiisse in rem iudicatam; poterat enim Rota ab illa decisione recedere, sicut refert recessisse sub die 10. Maij 1606. coram Iusto ab alia decisione contraria facta sub die 28. Iunij 1605. coram eodem, quæ variatio denotat casum illatum decisionum magnam habuisse difficultatem, & antequam executoriales expediantur, reproducta in Rota causa, & iterum aliquo dubio reproposito, nonnunquam receditur à decisis, & poterat alia capi resolutio.

Quæ cùm ita se habeant stante spurietate, multò magis procedet, ea semota, vel non legitimè probata: quod autem ad eius existentiam Iure probandam, multum turbida redditur, si quando ex actis non constat de Presbyteratu Ioannis Aluarez proaui dicti Alphonsi, nec titulus capellani, quo nominat illum fundator, denotat obligationẽ habendi Ordinem sacrum, & ideo non est cur debeamus Leonoram eius filiam potius præsumere spuriam, & in Sacerdotio genitam, quàm naturalem, in soluti statu procreatam; controuersum est enim apud DD. an in dubio filius præsumatur potius naturalis, quàm spurius? & præsumi potius spurium resoluunt glos. *verb. probare in cap. lator, qui filij sint legit.* Bertrand. *cons. 133. lib. 2.* Natt. *cons. 481. n. 10.* Surd. *cons. 177. n. 41. & de aliment. tit. 1. q. 10. n. 35.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 54. num. 2. & cons. 318. n. 14.* Rot. *decis. 254. p. 2. diuers.* vbi allegat *Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat. super defectu natal. n. 42.* 64

Sed contrarium, quod scilicet in dubio præsumatur potius naturalis quàm spurius, sequuntur Bald. *cons. 448. Quæritur in primis lib. 1. n. 4.* Crauet. *in suo celeb. cons. 138. n. 1. & cons. 166. n. 1. & 4.* Barret. *cons. 117. n. 9.* qui allegat Cephal. & Alciat. paruum constantem *in resp. vlt. n. 5. secundum impressionem antiquam*, Cou. *de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 3. num. 1.* ibi. *Potius verò præsumitur naturalis, quàm spurius, ne præsumamus factum, aut qualitatem necessariam, vt quis dicatur spurius, quæ à natura non inest*, &c. Rot. *decis. 360. n. 16. p. 5. recent.* ibi, *Nec est opus probare Isottam fuisse naturalem, non autem spuriam, quia in dubio præsumitur naturalis, non autem spuria* &. Aym. *cons. 166. n. 1.* Rimin. iun. *cons. 187. n. 107. cum seqq.* Thesaur. *q. 83. n. 2. lib. 2.* Baiz. *decis. 91. n. 1. vbi de magis communi*, &c. *& decis. 319. n. 15. ead. p. 5. recent.* ibi: *Prout non facit non fuisse iustificatum Andream natum esse ex soluto & soluta, quia sic de iure præsumitur*, Rot. *decis. 802. n. 2. & seq. p. 1. diuers.* &c. Accedit quòd cùm lex in quantum potest, faueat filiis vt sint legitimi, Dec. *cons. 152. sub n. 1. vers. & quia lex*, Rot. *decis. 201. n. 41. & decis. 164. n. 13. p. 5. recent.* ita debet fauere filiis vt sint potius in dubio naturales, quam spurij. Et sicut in dubio præsumendum est filium natum post matrimonium, & non ante, vt legitimus iudicetur. Ruin. *cons. 51. sub num. 20. vers. præterea ex quo lib. 5.* quem sequitur Rot. *d. decis. 264. n. 13.* ita etiam ad euitandam spurietatem debemus præsumere filium potius natum ante Presbyterum, quàm post Sacerdotium genitum. Quare hæc opinio videtur magis Iuri conformis, & verior. 65 66

Nam illa, quæ primo loco relata fuit, intelligi debet propriè de filio naturali, cum requisitis Iuris communis, nempe quorum parentes sint soluti, & mater sit in domo diu retenta pro concubina, & in squemmate concubinæ, & quod cum ea solus ille vir consuetudinem habuerit, *l. 3. ff. de concub. § si quis autem in auth. quibus modis naturales efficiantur sui*, Rot. *decis. 254. p. 2. diuers.* & sic in casu, quo filius agebat de successione hæreditatis paternæ, ad quam ius non habebat nisi se filium naturalem probaret cum dictis requisitis, & ideo sentiunt filium ad illa probanda obligatum esse, itaut si in probatione deficiat, debeat præsumi spurius, id est, 67

natus

natus ex coitu illicito, cui deficiunt illa requisita, vt sit naturalis; sed nullo modo affirmant quòd si mater virum habuit, filius potius præsumatur natus post matrimonium, quàm ante; vel si pater fuit Sacerdos, præsumatur natus filius post susceptos Ordines, & non ante, excepto vno Rebuffo à Rota citato *d. decis. 254. p. 2. diuers.* in qua non agebatur de hac quæstione, sed de successione in hæreditate paterna, quam vnus petebat, qui ad eam obtinuendam tenebatur se filium naturalem probare cum omnibus dictis requisitis, quæ sigillatim in dicta decisione referuntur.

68 Et in rigore disputationis Rebuffus, qui solus, & non alius allegatur à Rota vbi supra, opinionem sequitur minus veram, vt colligitur ex text. quem pro sua sententia citat, *in cap. inter cæteras 4. de rescript.* vbi cum Summo Pont. exponeretur quòd filius cuiusdam Presbyteri in Sacerdotio genitus Præbendam, quam pater obtinuit, possidebat, vel illicite occupabat. Eboracensi Archiepiscopo commisit, vt si ei constiterit talem esse Sacerdotis filium, & in Sacerdotio genitum, qui proximo in tali Ecclesiam ministrauit, vel quòd illicitè Ecclesiam occupauit eandem, illam imperranti adiudicet; ex cuius decisione colligitur alternatiue requiri ad huiusmodi possidentis exclusionem, & faciendam impetranti adiudicationem, quòd illicitè Ecclesiam occupauerit; vel quod sit filius Sacerdotis, & in Sacerdotio genitus, aliàs hæc vltima verba nihil operarentur, & superflua forent, si ex eo quòd quis fuisset Sacerdotis filius, præsumeretur genitus in Sacerdotio; & ideo merito doctissimus Cou. ad contrariam sententiam, quam sequitur, adstruendam contra Rebuff. allegat. *d. cap. inter cæteras*, & alia Iura, vt videre est *in d. cap. 8. §. 3. n. 1.* vbi ad comprobationem suæ opinionis, quòd scilicet filius præsumitur potius naturalis quàm spurius, addit hæc verba. *His accedit text. in c. 2. de filiis Presbyt. & in cap. veniens, de accusat. quibus in locis traditur per DD. non præsumi quem genitum fuisse in Sacerdotio, etiamsi probetur Sacerdotis filius, quod constat in dictis locis, maximè in d. cap. inter cæteras, & in d. c. 2.* &c. Iuuat Concil. Trident. *sess. 25. de reform. c. 15.* ibi: *Filij Clericorum, qui non ex legitimo matrimonio nati sunt*, &c. Ego ipse in *collect. ad d. cap.*

69 *inter cæteras n. 2.* ibi: *Apertè insinuat hic tex. Sacerdotis filium dici eum, qui natus est ante patris Sacerdotiũ; aliter enim satis foret in proposito dicere, & probare filium esse Sacerdotis, & frustra adiiceretur onus probandi fuisse genitum in Sacerdotio, vt notant Abb. in princ. Dec. n. 5. Rip. n. 13. & alij hic, idem probat cap. ad extirpandas, de filiis Presbyt. ibi: filij Presbyterorum, & ibi, siue geniti sint in Sacerdotio, siue non, Cened. tract. & canon. quæst. 16. n. 15.* &c.

70 Hinc colligitur Antonium, qui vult Alphonsum excludere exceptione spurietatis, quam opposuit, teneri eam probare ex reg. *l. in exceptionibus 19. ff. de probat.* Probatio autem per quam prætendit ostendere Leonoram Rodriguez fuisse filiam spuriam Ioannis Aluarez in Sacerdotio genitam, & quòd dictus Ioannes Aluarez fuerit etiam filius spurius fundatoris, nec releuat, nec concludit contra Alphonsum.

71 Nam primus testis Didacus Mẽdez de Acellana *fol. 90. super 6. art.* de auditu deponit, & non dicit à quo audiuerit, & tandem concludit se nescire an Ioannes Aluarez filius fundatoris fuerit ab eo genitus ante vel post Sacerdotium. Secundus Didacus Aluarez de Morgar, *fol. 91. B.* similiter de auditu deponit, & affirmat non cognouisse dictam Leonoram Rodriguez, & postea in secunda instantia *super 4. fol. 430.* etiam deponit de auditu, & affirmat se cognouisse dictam Leonoram Rodriguez; quòd verò ad spurietatem Ioannis Aluarez in vtraque instantia dicit nihil. Tertius Ferdinandus Arias de Villamar *fol. 94. B.* temerè affirmatiuè deponit de eo quam non vidit, nec videre potuit, sui dicti rationem nullam reddens: deinde in alia informatione *fol. 415. super 5.* affirmat se nescire an dicta Leonora fuerit habita à dicto Ioanne Aluarez ante vel post Sacerdotium. Quartus, Ferdinandus Rodriguez de Felgueras, *fol. 96.* & in alia instantia *fol. 441. super 4.* deponit de auditu, non reddens rationem, nec dicens à quibus personis audiuerit. Quintus, Menendus Diez de Soto *fol. 97. super 6.* nihil dicit. Sextus, Didacus Menendez *fol. 99.* deponit de auditu, quòd descendat Alphonsus à linea spurii, accipiendo dictionem illam, *spurium*, prout legitimæ contraria est, non verò facta distinctione inter spurium, & naturalem, & duo hi testes non fuerunt in 2. instantia iterum examinati. Septimus, Alphonsus Garcia, *fol. 110. B.* patitur repulsam ex dictis *supra n. 19.* Octauus, Didacus Menendez de Quintana, *fol. 102. B.* refert Alphonsum esse fundatoris consanguineum per lineam Sacerdotalem, sed an fuerit Leonora Rodriguez, ante vel post Sacerdotium habita, se nescire affirmat: & in 2. instantia, *fol. 428. super 5.* contra illud, quod primò dixerat, addit temerè circa spurietatẽ Leonoræ certum auditum habuisse, de spurietate verò Ioannis Aluarez nihil dicit. Nonus, Georgius Aluarez de Ribadiello, *fol. 104. B.* circa spurietatem etiam nihil dicit, solùmque affirmat Alphonsum esse descendentem per lineam Sacerdotalem, & in 2. instantia *fol. 442.* nihil ait. Decimus, Didacus Aluarez Perdigon, *fol. 106. B.* eodem modo deponit, & in 2. informat. *fol. 448. super 5.* addit se non solùm nescire dictam Leonoram fuisse habitã post Sacerdotium, sed etiam affirmat se id nunquam audiuisse, & quoad spurietatem Ioannis Aluarez nihil. Vndecimus, Thomas Garcia de Allerice, *fol. 107.* nihil. Duodecimus, Ioannes Fernandez de Lorix, *fol. 109.* dicit se nihil scire de vtraque spurietate. Decimustertius, Ferdinandus de Vexega, *fol. 110. B.* temerè deponit dictam Leonoram esse spuriam post Sacerdotium genitam sine aliqua concludenti ratione, quòd tamen temperauit in secundo examine *fol. 418. super 5.* dicens se nescire an dictus Ioannes Aluarez ante, vel post Sacerdotium genuisset Leonoram. Decimusquartus, Andreas Fernandez de Meilin, *fol. 112.* licèt deposuerit Alphonsum esse nepotem, & pronepotem Clerici, declarat tamen statim se nescire an dicta Leonora fuerit ante, vel post patris Sacerdotium genita, & postea in 2. *examine fol. 435. super 3.* nihil dicit. Decimus quintus, Ludouicus Fernandez del Castañal, *fol. 114.* affirmat se audiuisse Leonoram esse filiam Ioannis Aluarez Clerici, & istum fuisse filium fundatoris etiam Clerici, quòd libenter fatemur, sed an fuerint habiti ante, vel post Sacerdotium testis se nescire ait: licèt postea *in 2. examine fol. 402. super 5.* dicat se audiuisse Leonoram fuisse in Sacerdotio genitam, id tamen credendum est audiuisse post primum examen, & sic post litem motam. Decimus sextus, Alphonsus Aluarez del Castañal, *fol. 113 super 6.* nihil super spurietate deponit, affirmatque se nescire an dicta Leonora fuerit filia, vel sobrina dicti Ioannis Aluarez. Decimus septimus, Ioannes Aluarez de la Lascara, *fol. 117. B.* quoad spurietatem Ioannis Aluarez nihil dicit, temerè

tamen

tamen affirmat Leonoram fuisse post Sacerdotium habitam, & idem repetit in 2. examine, *fol.* 410. *super* 5. cuius dicti falsitas facile colligitur si aduertas ibi fateri se esse septuaginta annorum, dictam verò Leonoram ab hinc viginti sex annis mortuam fuisse, anno ætatis suæ octuagesimo, & sic ab eius natiuitate vsque ad tempus depositionis anno centesimo sexto. Decimus octauus, Rodericus Alphonsus, *fol.* 119. *super* 6. & vltimus *fol.* 119. de spurietate nihil dicunt. Ex quibus omnibus nulla certa, aut releuans probatio colligi potest quoad hunc spurietatis articulum, & nihilominus omnes patiuntur exceptiones, & repulsas, de quibus *supra ex num.* 3. *cum seqq.* & sic fidem aliquam non merentur.

72 Multò minus ex aliis testibus pro parte eiusdem Antonij in 2. instantia examinatis aliqua releuans colligitur probatio: nam Didacus Fernandez de Felgueras, *fol.* 395. *B. super* 5. quoad spurietatem dicti Ioannis Aluarez nihil dicit, & quoad spurietatem Leonoræ de auditu incerto, vt etiam in 2. examin. *fol.* 438. *super* 5. & tandem concludit se nescire an ante, vel post patris Sacerdotium fuerit genita. Ioannes Perez de Loro *fol.* 412. de spurietate nihil deponit. Alphonsus Lopez de san Christoual, *fol.* 421. *B.* refert se pro certo habere dictum Ioannem Aluarez post Ordinem Presbyteratus genuisse dictam Leonoram, & postea dicit de certo se id nescire, in quo manifeste sibi ipsi contradicit, & nihilominus suæ certitudinis, vt tenebatur, rationem nullam reddit, ex Bald. *in cap. cùm causam, de testib.* Soccin. *reg.* 401. *in* 5. *fallent.* & cum aliis pluribus Farin. *q.* 70. *num.* 162. Ioannez Perez de Meicin *fol.* 431. deponit de auditu post litem motam, & non declarat à quo audiuerit. Ioannes Mendez de Ramon *super* 5. *art.* de spurietate nihil deponit. Catharina Rubia *fol.* 417. deponit de auditu à sua tantùm matre, & concludit se nescire an ante, vel post Sacerdotium patris fuerit nata. Ioannes de la Puerta *fol.* 419. *B. super* 5. quoad spurietatem nihil releuans concludit; nec de auditu deponit alieno. Omnes hi testes, & non alius super spurietate pro parte Antonij fuerunt examinati, qui, vt ostendi, eam non probant, nec destruunt contrariam Alphonsi probationem.

73 Et si Alphonso incumberet onus probandi quod Leonora eius auia fuerit filia naturalis dicti Ioannis Aluarez, tanquam intentionis suæ fundamentum; id vtique suis testibus concludenter probatum remanet; nam licet nullus de proprio visu ob facti antiquitatem, quæ excedit centum annos, deponere valeat, deponunt tamen se audiuisse à suis & ab aliis, & esse publicum, & notorium quòd dicta Leonora fuerit filia naturalis dicti Ioannis Aluarez ante eius Sacerdotium nata, & eorum vnus addit mulierem, ex qua filiam suscepit, ei litem mouisse, vt illam vel acciperet in vxorem, vel competenter dotaret, & quòd in effectu eam in matrimonium dedit Didaco de Cueto seniori. Ita *super* 3. *art.* interrogatorij Alphonsi deponunt Petrus Ferdinandus de Orbanes *fol.* 292. Gutierrez Diez *fol.* 296. Pedro Diez de Quintana, *fol.* 304. & 305. Bartholome Suarez, *fol.* 359. Tyrso Garcia Elià, *fol.* 372. & in vim publicationis Paulinæ idem attestantur Fernandus Garcia de Linares, & Bartholomæus de Fociceras, *fol.* 261. Vnde non obstant testes Antonij deponentes de spurietate, quia cum & ipsi deponant de fama, magis sunt attendendi testes Alphonsi deponentes de bona fama, Put. *decis.* 2. *lib.* 3. Rot. *decis.* 16. *num.* 26. *p.* 5. *recent.* etiam quòd testes deponentes de mala aliquantulum numero excederent Corn. *cons.* 176. *num.* 10. *vol.* 4 Hoied. *de incompatibil. benef. p.* 1. *cap.* 23. *num.* 143. Greg. XV. *decis.* 455. *num.* 4.

Et licet reliqui testes Alphonsi solùm affirment Leonoram fuisse Ioannis Aluarez filiam, non expresso quòd esset naturalis, vel spuria, nihilominus omnes *super* 2. & 3. *art. interrogatorij fol.* 284. *B.* 285. 288. 300. 302. 309. 313. 318. 322. 325. 327. *B.* 330. 334. 335. 342. 345. & 361. *B.* attestantur dictum Ioannem Aluarez Leonoræ filiæ in dotem dedisse magnam bonorum mobilium, & immobilium quantitatem in diuersis partibus existentium, & post contractum matrimonium alia donasse, & affirmant vidisse illam omnia bona huiusmodi possidere, eisque libere frui; legitimitatis enim requisitæ à testatore quasi possessio probatur ex eo quòd quis possideat bona paterna, Paleoth. *de nothis, & spur. cap.* 22. *num.* 2. *vers. dicemus*, Rot. *d. decis.* 16. *num.* 24. *p.* 5. *recent.* Et hinc colligere debemus Leonoram filiam saltim naturalem, & ad minus non spuriam esse debuisse, vt ea bona capere posset, iuxta *l.* 9. *Tauri*, vbi Anton. Gom. *num.* 33. resoluit nec in vim contractus, aut donationis ea capere posse, quæ est hodie *l.* 8. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop.* vbi Matienço, Hermosil. *l.* 1. *glos.* 6. *n.* 19. *tit.* 4. *part.* 5. Et licèt Clericus etiam ex redditibus beneficij teneatur filiam spuriam alimentare & dotare, nihilominus dos, & alimenta huiusmodi quintum bonorum excedere non possunt, vt in terminis tenet idem Anton. Gom. *d. l.* 9. *Tauri num.* 44 & solùm vsque ad illam quantitatem efficitur capax filius spurius, siue quintum sufficiat, siue non, Roxas *in epit. succes. c.* 2. *n.* 17. Tell. *l.* 10. *Tauri à num.* 2. Barahona *in addit. ad Palat. in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. notab.* 3. §. 24. *lit. A.* Ioan. Garc. *de expens. cap.* 76. *num.* 8. & 9. nisi illud quintum esset tam tenue, vt non sufficeret pro alimentis ad vitæ sustentationem necessariis, secundum Cou. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. §. 9. *num.* 8. Corduba de Lara *in l. si quis à liberis*, §. *idem rescripsit*, *n.* 59. *ff. de liber. agnosc.* Baeza *de non meliorandis filiabus cap.* 8. *num.* 30. & 31. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 52. Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 109 *num.* 3. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 779. *a n.* 61. 68. & 69. *cum seqq.*

74 (right margin, beside "Et licet reliqui testes")
75 (right margin, beside "resoluit nec in")
76 (right margin, beside "solùm vsque ad il-")

Et ideo pro Alphonso decisum, Matriti die 5. Nouembris 1645.

Hispalen. simultaneæ.

Capitulum S. Ecclesiæ Hispalen. an participet de indultis conferendi beneficia ecclesiastica, reseruata, vel affecta concessis Eminentissimis DD. Cardinalibus, qui eidem Ecclesiæ præsunt?

VOTVM XCIX.

1 *Sancta Ecclesia Hispalen. erecta de anno* 1261.
2 *Quæstio disputanda proponitur.*

3 *Indulta concessa DD. Archiepiscopis Cardinalibus ratione communionis, & consortij prosunt etiam ipsi Capitulo.*

4 *Vrbanus VIII. constituit quod Capitula Indulto conferendi beneficia reseruata Cardinalibus concessa intuitu Cardinalatus non fruuntur.*

5 *Dictio*, Dummodo, *restringit, & modificat praecedentia.*

6 Regula 8. aliàs 9. *reseruatoria mensium non comprehendit Cardinales.*

7 *Episcopi de iure communi possunt in quolibet mense prouidere.*

8 *Narratiua Constitutionis Vrbanae refertur.*

9 *Ratio proœmialis Constitutionis Vrbanae ponderatur.*

10 *Intellectus Constitutionis Vrbanae vbi reperiatur.*

11 *Constitutio Vrbana loquitur non dum de ipsis indultis, sed etiam de aliis facultatibus, & praesertim de exceptione vt Cardinales non comprehendantur sub regula.*

12 *Constitutio Vrbana comprehendit etiam beneficia, quorum collatio ratione mensium spectaret ad Papam si Cardinales comprehenderentur sub reg. reseruatoria mensium.*

13 *Refertur summa alterius Constitutionis Vrbanae ad fauorem Capituli Hispalensis.*

14 *Breue emanatum ad postulationem partis, & non iustificatum nihil officit.*

15 *Breue habet tacitam clausulam Si preces veritate nitantur.*

16 *Claus.* Sublata, *in Breui obtento ad instantiam partis sine alia claus. quod dari non possit de obreptione, non operatur nisi prius iustificentur narrata.*

17 *Confessio Praelati praeiudicat Ecclesiae.*

18 *Confessio Praelati extraiudicialis, & absque necessitate successori & Ecclesiae non praeiudicat.*

19 *Desistentia iuris, & recognitio, ac eius confirmatio Apostol. refertur.*

20 *Confessio Praelati voluntaria non potuit praeiudicare Ecclesiae, & successori.*

21 *Confessio voluntaria Praelati quae dicatur?*

22 *Protestatio nihil aliud est nisi quaedam declaratio voluntatis.*

23 *Protestatio declarat animum alienissimum, & remouet consensum.*

24 *Protestatio concludenter non probat metum, nec coactum voluntatem.*

25 *Protestatio multum coadiuuat, & opitulatur vt facilius metus probetur.*

26 *Confirmatio dicitur ex certa scientia quando tenor rei confirmatae in ea insertus fuit.*

27 *Intellige vbi causae cognitio praecessit.*

28 *Confirmatio in forma communi nihil de nouo tribuit, nec actum reddit validum.*

29 *Claus.* Ex certa scientia *quando est apposita nulla praecedente causae cognitione, nihil operatur.*

30 *Claus.* Ex certa scientia *nihil operatur si apposita sit super negotio de quo Papa nullam habebat notitiam.*

31 *Claus.* Ex certa scientia *falsitatem purgare, aut erroneam informationem supplere non potest.*

32 *Claus.* Supplentes *non operatur vbi processum fuit sine causae cognitione.*

33 *Cardinalis Archiepiscopus Hispalen. potest hodie per se solum & absque Capitulo prouidere Canonicatus, & Portiones suae Ecclesiae, exceptis tantum quatuor mensibus Ordinariis.*

34 *Claus.* Sublata, *iuncta cum alia quod non possit dari de subreptione, habet vim claudendi os cuicunque Iudici & parti.*

35 *Respondetur dubiis propositis.*

AD DD. Archiepiscopos, & Capitulum S. 1
Ecclesiae Hispalen. non solùm ex communi Doctorum sententia, sed ex speciali, & propria ipsius Ecclesiae in Cathedralem, & Metropolitanam erectione dicitur pertinere Canonicatuum, & Portionum prouisionem; nam de communi, & Doctorali scribentium resolutione constat ex iis, quos lato calamo citaui *in tract. de Canonic. & dignitat. cap. 14. num. 2.* & de erectione huius S. Ecclesiae facta de anno 1261. apparere praesupponitur ex illis verbis. *Cùm vacare contigerit Canonicatum, & Portionem per Archiepiscopum, & maiorem partem Capituli conferatur*; & sic DD. Archiepiscopos pro tempore existentes, etiam si Cardinales S. R. E. essent in vacationibus occurrentibus simul cum Capitulo eiusdem sanctae Ecclesiae, prouisiones fecisse asseritur, proindeque ius hoc in quadam vacatione de mense Augusti fuisse Canonicatuum, referunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos. 45. an. 36.* Nicol. Garc. *de benef. p. 1. cap. 1. num. 35.* Sed illud de erectione Ecclesiae non constat, & ideo ob doctoralem solummodo resolutionem simultanea haec probatur prouisio, vt ex infrà dicendis clariùs patebit.

Postmodum cùm contingeret ad hanc S. Eccle- 2
siam Hispalensem Cardinales promoueri, eisque concedi

concedi intuitu Cardinalitiæ Dignitatis indulta, & priuilegia reseruata, & affecta beneficia prouidendi, cœpit dubitari, an Capitulum de indultis, & priuilegiis huiusmodi participare posset, ita vt concurrere valeat simul, & coniunctim cum DD. Archiepiscopis Cardinalibus in prouisionibus Canonicatuum, & Portionum reseruatorum vigore indultorum & priuilegiorum huiusmodi faciendis? In quo dubio decidendo quatuor tempora distinguenda esse censui.

3 Primum tempus computatur à principio erectionis vsque ad diem Decembris, anno ab Incarnatione Domini 1625. & credo toto eo tempore ratione communionis, & consortij indulta concessa DD. Archiepiscopis Cardinalibus, si quæ fuerunt, prodesse etiam ipsi Capitulo *ad l. si communem ff. quemadm. seruit. amitt.* Put. *decis.* 88. *lib.* 3. *in nouis*. & fuit decisum *in Cremonens. Canonicatus coram Decano*, cuius meminit Duran. *in alia Cremonen. Canonicatus*, inter eius *impressas decis.* 233. *n.* 8.

4 Secundum tempus est à dicto die 29. Decembris 1625. in quo sanctæ memoriæ Vrbanus VIII. per suas litteras in forma Breuis declarauit suæ intentionis, & voluntatis esse, quòd Cardinales Episcopi collationem beneficiorum habentes, & per se ipsos ea conferant, absque Capitulis, aut aliis cum ipsis Cardinalibus collationem habentibus. Et quòd Capitula indulto conferendi beneficia reseruata Cardinalibus concessa intuitu dumtaxat dignitatis Cardinalitiæ, non autem Capitulorum, nullo pacto frui, aut ius aliquod inde prætendere possint, prout latiùs in dicta declaratione, quam refert Melch. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 126. & Ego ipse *post tract. de officio, & potestate Episcopi in Constitutionibus, & decretis pag.* 66. *&* 67. & de ea meminit Rota *coram Duran. d. decis.* 233. *num.* 9. *& in Hispalen. dimidiæ portionis.* 17. *Decembris* 1635. *coram bonæ memoriæ Coccino Decano, vers. & visum fuit*: de quo tempore, & attenta dispositione huius declarationis, pro certo tenendum, per illam denegari communionem, & consortium primi temporis in prouisionibus beneficiorum quomodocumque reseruatorum, etiam ratione vacationis in mense.

5 Sed obstat quòd prædicta declaratio, seu constitutio Vrbana videtur se restringere ad indulta, vt videre est ibi, *dummodo alias sub indultis eis concessis comprehendantur*, quia dictio illa, *dummodo*, restringit, & modificat præcedentia, *l. Lutius. §. quæ habebat, & l. ita tamen. ff. ad Trebell.* Cened. *sing.* 11. *num.* 6. *in princ.* Rota *decis.* 247. *num.* 26. *p.* 5. *recent.* Ego ipse *de dictionibus vsufreq. dict.* 95. *num...* proindeque ad menses reseruabiles non extendenda; tum quia hi non sunt sub Cardinalium indultis comprehensi, vt videmus; tum
6 etiam, quia reg. 8. aliàs 9. *Cancell.* mensium reseruatoria non comprehendit Cardinales cùm inibi excepti reperiantur, vt videre est ibi, *non tamen S. R. E. Cardinalibus*, & cum eorum respectu vacationes in mensibus, vbi aliàs nulla reseruatio personalis, aut realis in indultis comprehen-
7 sa existit, de iure communi spectat ad ordinariorum prouisionem, quo attento Episcopi habent omnes menses liberos, & possunt beneficia conferre in quolibet mense vacantia, Puteo. *decis.* 492. *num.* 3. *lib.* 2. Caputaq. *decis.* 214. *num.* 5. *p.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 1. *proœm.* 11. 22. Ego *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 57. *num.* 2. ratione communionis, & consortij in vacationibus mensium reseruabilium simultanea prouisio erit Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi, & Capituli.

Verùm his non obstantibus dicendum mihi videtur declarationem, seu constitutionem Vrbanam, de qua suprà, loqui & intelligendam esse non solùm de reseruationibus sub indultis comprehensis, sed etiam sub aliis facultatibus, & præcipuè sub exceptione, vt Cardinales non comprehendantur sub dicta regula reseruatoria, ex seqq.

Primò, quia id insinuant prætensiones, quæ 8
proponuntur Pontifici, ibi, *sub prætextu, quòd ipsi Capitula, & Canonici ius nominandi, vel præsentandi, aut aliàs quomodolibet disponendi de beneficiis in mensibus non reseruatis pro tempore vacantibus cum prædictis Cardinalibus Locorum Ordinariis, coniunctim, vel diuisim habentes, tanquam membra capiti adhærentia à Cancellariæ Apost. regula mensium reseruatoria à qua Cardinales præseruantur, etiam excipi, & facultates, atque indulta, quæ certarum reseruationum obstacula tollunt, sibi quoque suffragari debere prætendunt.*

Secundò, quia ratio prooemialis dictæ decla- 9
rationis, est eadem, & idem etiam probat, ibi, *Et attendens priuilegium, quòd Cardinales in prædicta regula præseruentur, eis intuitu Cardinalatus concessum esse, neque rationi consonum fore vt Capitula, & Canonici dum sui Præsules Cardinalatus honore præfulgent, plus iuris in præiudicium Sedis Apostolicæ, seu ipsorum Cardinalium Præsulum ius, & indultum conferendi ab ipsa sede habentium obtineant, quàm si ipsi Cardinales non forent.*

Tertiò, quia ita Rota dictam constitutionem 10
interpretata est in dicta Cremonen. Canonicatus coram Duran. *d. decis.* 233. *num.* 10. quem intellectum postea amplexa fuit eadem Rota *in d. Hispalensi Dimidiæ Portionis*, cuius particulam, quæ ad rem facit, & de nostro casu agit, hîc inserere visum fuit.

Et quamuis dicatur, quòd Cardinalis Ordinarius 11
collator non habeat indultum, & tamen prædicta Constitutio Vrbani videatur se restringere ad indulta, ibi: Dummodo aliàs sub indultis eis concessis comprehendantur. Attamen hoc non refert, quia constitutio solùm declarat, quòd Papa non vult concedere dictam facultatem conferendi quoad beneficia, quæ non comprehenduntur sub indultis, cùm dicta Constitutio loquatur, nedum de ipsis indultis, sed etiam de aliis facultatibus, & præsertim de exceptione, vt Cardinales non comprehendantur sub regula reseruatoria mensium, vt patet ex tenore ipsius constitutionis, in cuius principio dicitur, quòd accepto per S. D. N. quòd Cardinales super indultis, & facultatibus disponendi de beneficiis Ecclesiasticis Sedi Apostolicæ reseruatis, & affectis à Sede prædicta, sibi concessis per Capitula, & Canonicos Cathedralium Ecclesiarum, quibus illi, &c. præsunt, impediuntur sub prætextu, quòd ipsi Capitula, & Canonici ius nominandi, &c. de beneficiis in mensibus non reseruatis pro tempore vacantibus cum prædictis Cardinalibus Locorum ordinariis coniunctim, vel diuisim habentes, tanquam membra capiti adhærentia à Cancellaria Apost. regula mensium reseruatoria, à qua Cardinales præseruantur etiam excipi (hoc est,

sicut Cardinales in dicta regula non comprehenduntur, ita ab ipsa etiã regula debeat excipi Capitulum quando Cardinalis est Ordinarius,) & subditur, facultates, ac indulta, quæ certarum reseruationum obstacula tollunt, sibi quoque suffragari debere prætendunt. Postea subdit eadem constitutio. *Et attendens priuilegium, quod Cardinales in prædicta regula præseruentur, eis intuitu Cardinalatus concessum*, &c. *Quare facta prædi-*
12 *cta narratiua S. D. N. statuit, vt supradictum fuit. Vnde clarè patet, quòd prædicta constitutio comprehendit etiam beneficia, quorum collatio ratione mensium spectaret ad summum Pontificem si Cardinalis comprehenderetur sub regula reseruatoria mensium, & iste intellectus non est nouus, cùm Rota idem dixerit in causa Cremonensis Canonicatus 14. Ianuarij 1630. coram Reuerendissimo Domino meo Durano, nunc Episcopo Vrsellens.*

Ex quibus patet responsio ad adducta suprà in contrarium, quæ circa illam dictionem, *dummodo*, considerauimus; nam admisso eo intellectu quem Rota præstat, cessat difficultas, & nostra resolutio de plano procedit.

13 Tertium tempus est à die 4. Iulij 1635. quo emanarunt litteræ in forma Breuis sanctæ mem. Vrbani VIII. ad fauorem Capituli Hispalensis, declarantes aliam constitutionem de anno 1626. non comprehendere Capitulum Ecclesiæ Hispalensis, nec iuribus suis derogare. Vnde sublata dicta alia constitutione videtur Capitulum in communionis beneficio, vt priùs, posse hodie persistere, sicut persistebat de primo tempore: quia cùm in limine fundationis fuerit editum statutum super simultanea, fuit declaratum, tali statuto per generalem depositionem derogari non potuisse.

14 Sed nihilominus de isto tempore procedere debet illa constitutio Vrbani de anno 1626. vt suprà expensa, attento quòd alia adhuc non fuerit iustificata, vt bene fuit firmatum in dicta *Hispalensi Portionis, coram bonæ memoriæ Coccino Decano*, cuius decisionis particula est, vt sequitur. *Neque obstat quòd dicta constitutio non habeat locum quando in limine fundationis fuit editum statutum super simultanea, vt in suo Breui declarauit S. D. N. quia cùm istud Breue emanauerit ad postulationem partis, & non sit iustificatum, non officit*, Rota *decis.* 173. *num.* 5. *ad fi-*
15 *nem part.* 3. *in recent.* habet enim tacitam clausul. *si preces veritate nitantur*, *cap.* 2. vbi Abb. *num.* 3. *de rescript.* Cæs. de Grassis *decis.* 2. *num.* 1. *de probat.* Rot. *in recentior. decis.* 24. *num.*1. *part.* 2. Nec
16 potest suffragari clausul. sublata posita in dicto Breui, quia cùm agatur de Breui ad instantiam partis concesso, & non fuerit apposita alia clausul. quod de subreptione, vel obreptione dari non possit, non operatur nisi prius iustificentur narrata. Gonzal. *super reg.* 8. *glos.* 66. *num.* 22. *& seqq.* Rot. *decis.* 96. *per tot. p.*4. *diuers.* Cardin. Caual. *decis.* 92. *num.* 3. *&* & fuit sæpissimè resolutum.

17 Non obstat, quòd Eminentissimus D. Cardinalis de Borgia olim Hispalensis Archiepiscopus in desistentia, quam fecit, de qua infrà, confitetur saltem indirectè eam narratiuam veram fuisse, & esse, quæ confessio Prælati videbatur posse Ecclesiæ præiudicare, *cap. si diligenti, de præscript.* ibi, *cùm secundùm confessionem tuam, &c.* Quia respondetur, eam confessionem fuisse fa-
18 ctam extra iudicium, & absque necessitate, & ita successori, & Ecclesiæ nullum præiudicium inferre potuisse, Rot. *decis.* 334. *num.* 5. *part.* 1. *recent. & decis.* 768. *num.* 5. *part.* 2. *etiam recent. & decis.* 779. *ead. part.* 2. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *allegat.* 125. *à num.* 3. vbi *num.* 7. latè respondeo ad text. *in d. cap. si diligenti.*

Quartum tempus est præsens confirmationis 19
Apost. dictæ dimissionis & recognitionis Eminentissimi Domini Cardinalis de Borgia, asserentis, & confitentis Capitulum S. Ecclesiæ Hispalensis vnà cum omnibus suis Prælatis, etiamsi Cardinales essent, à principio eius fundationis fuisse, & esse in possessione prouidendi simul, & coniunctim omnes Canonicatus, & Portiones in dicta Ecclesia vacantes, & se vidisse, & recognouisse certitudinem, & fundationem dictæ Ecclesiæ à tempore Raymundi eius primi Prælati, desistendo de quacumque prætensione, vel iure circa supradictum, promittendóque ad honorem eius Ecclesiæ, & Capituli prouidere omnes Canonicatus & Portiones integras, & dimidias simultaneè, & iterum confitendo, & recognoscendo bona fide esse iustam prætensionem Capituli in hac parte, & claudendo cum tanto amoroso exemplo ostium vt perpetuò fruatur, & continuet Capitulum ius suum, & possessionem, absque eo quòd aliquis ex succedẽtibus Prælatis vexare valeat &c. Quam desistentiam, confessionem, & recognitionem confirmauit sanctæ memoriæ Vrbanus VIII. cum clausulis *supplentes, sublata, & quòd non possit dari de subreptione*, &c. Et cum reuocatione regulæ *de iure quæsito non tollendo*, &c. vt apparet ex eius constit. sub Dat. Romæ apud sanctam Mariam Maiorem die 18. Nouembris 1637 Ex qua videbatur cessare orta dubia, & secundùm hanc dimissionem, & desistentiam hodie procedendum esse.

Sed ea desistentia, & confirmatione non ob- 20
stantibus, mihi videtur Eminentissimum Dominum Archiepiscopum Cardinalem Spinulam, dicti Eminentissimi D. Cardinalis de Borgia successorem, vti hodie posse declaratione constitutionum Vrbani octaui de anno 1626. Ratio fundamentalis est, quia confessio; & desistentia Eminentissimi Domini Cardinalis de Borgia fuit voluntariè facta per suam eminentiam, proindéque non potuit præiudicare Ecclesiæ, & successori, Rota *d. decis.* 779. *num.* 2. *in fine part.* 2. *recent.* quamuis geminatè & per verba admodum stringentia facta fuisset, Caputaq. *decis.* 198. *part.* 1. Rot. *d. decis.* 768. *n.* 5. *in fine, etiam p.* 1. *recent.*

Dicitur autem voluntaria Prælati confessio, 21
quando fuit facta non præcedente iussu iudicis, Rot. *d. decis.* 768. *num.* 5. *in med. part.* 2. *recent.* vel nullo iure cogente, eadem Rot. *d. decis.* 779. *num.* 2. *in med. d. part.* 2. refero ego ipse *d. allegat.* 125. *num.* 4.

Iuuat, quòd ipse Eminentissimus D. Cardin. de 22
Borgia antequam faceret dictam desistentiam protestatus fuit coram Notario & testibus, se eam facere, & simultaneè cum Capitulo prouidere, non sponte, sed coactè, ac iusto timore constrictum, quia eo tempore consequi non valeret iustitiæ complementum, propter rationes in eadem protestatione relatas, reseruando illius prosecutionem ad aliud opportunius tempus, quæ protestatio nihil aliud fuit, nisi quædam declaratio voluntatis Eminentissimi Domini Seraph. *decis.* 1168. *numer.* 9. Rota *decis.*

decis. 567. *numer.* 7. apud Farin. *part.* 1. *recent.* & sicut
23 declarat animum eiusdem Eminentissimi alienissimum à desistentia & confessione facienda. *l. si quis* §. *plerique ff. de relig. & sump. funer. l. simili, & tibi.* §. *interdum ff. de legat.* 1. Rota *coram Gregor. XV. decis.* 326. *num.* 9. ita remouet consensum ab ea facta, *l. si quis à principio testamenti ff. de legat.* 3. Seraph. *decis.* 859. *num.* 3. *cum seqq.* Rota *coram Gregorio XV.*
24 *decis.* 326. *num.* 9. Et licèt concludenter protestatio huiusmodi non probet metum, nec coactam voluntatem, *l. metus C. de his quae vi.* Mogolon. *in tract. huius tit. cap.* 10. *num.* 16. *vers. resolutio*, Honded. *cons.* 29. *num.* 54. *lib.* 1. Surd. *cons.* 395. *numer.* 26. Rota *decis.* 295. *num.* 6. apud Farin. *lib.* 2. *consil.*
25 Multum tamen coadiuuat, & opitulatur, vt faciliùs probetur, Nat. *cons.* 50. *num.* 18. Couar. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 12. præsertim stantibus aliis adminiculis, Angel. *in l. metus la* 3. *ff. de eo quod metus causa*, Gregor. XV. *d. decis.* 326. *n.* 30. & *ibi* adden. *lit.* F. Card. Tusch. *practic. concl. verb. metus, conclus.* 223. *num.* 22. *cum seqq.* Mascard. *de probat. conclus.* 1051. *numer.* 10. & 11. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 51. *numer.* 14. *cum seqq.* Gabr. Pereira *Portugal. decis.* 30. *num.* 8.

26 Non obstat, quòd dicta confessio, & desistentia fuit per sedem Apostolicam confirmata, vt supradictum est, & videtur confirmatio facta ex certa sciétia, quia dimissionis præfatæ tenor insertus fuit in ipsa confirmatione, *cap. pen. de confirmat. vtili*, ibi, *ad maiorem rei euidentiam litteris confirmationis tenor compositionis insertus*, & ideo habet vim nouæ concessionis, proindeque actum inualidum confirmat, Rota *decis.* 513. *num.* 6. *part.* 2. *recent.* Quia
27 respondetur, dictam confirmationem non sonare ex certa scientia, nec hanc clausulam in ea reperiri oppositam, quo casu non sufficit, vt totus tenor inferatur, sed vlterius requiritur, vt causæ cognitio præcedat, vel concurrat, quæ si deficiat, gratia in forma communi intelligeretur obtenta. Ita Pariss. Grat. Soccin. Petr. Deci. Abb. & Rota, quod refero *in collect. ad cap. cùm dilecta* 4. *num.* 13. *de con-*
28 *firmat. vtili*, & ideo nihil de nouo tribuit, nec reddit actum validum, sed eum relinquit prout antea erat, *cap. quia diuersitatem, de concess. prabend. cap. examinata, de confirmat. vtili* Rot. *decis.* 31. *num.* 5. *ad fin. pag.* 2. *diuers. & decis.* 192. *num.* 2. *p.* 1. *recent. & decis.* 229. *num.* 11. *& decis.* 405. *num.* 1. *part.* 2. *recent.*

29 Et quatenus adesset clausula *Ex certa scientia*, vel cum illa intelligeretur concessa confirmatio, adhuc in hoc casu nihil operaretur ad effectum confirmádi dictam dimissionem nullam, & inualidam, quia non fuit apposita, cognita iustitiæ dimissionis causa, vt requirebatur, Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 12. Menoch. *cons.* 1. *num.* 433. Et quando nulla præcessit causæ cognitio, clausula illa nihil operatur, Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 7. *num.* 122. Theodos. de Rubeis *in singularibus Rotæ, tom.* 2. *part.* 4. *claus.* 391. *numer.* 9. Duran. *Rotæ decis.* 285. *num.* 129. tum quia apposita esset super nego-
30 tio, de quo Papa nullam habebat notitiam, Cardin. Tusch. *pract. conclus. lit. C. concl.* 340. *num.* 41. Glorit. *resp.* 1. *part.* 1. *numer.* 3. Ego *de clausul. vsu-*
31 *freq. clausul.* 59. *num.* 38. tum etiam, quia falsò fuit narratum, & pro certo suppositum, quòd Capitulum à principio fundationis Ecclesiæ erat in possessione prouidendi simul, & coniunctim cum omnibus Archiepiscopis, etiam Cardinalibus, quæ narratiua à Capitulo nunquam potuit verificari, & super hac iustificatione lis pendebat vnde clausula illa falsitatem purgare non potuit, Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 113. *num.* 165. Ego ipse *d. claus.* 59. *num.* 43. Nec supplere erroneam & falsam informationem, Valasc. *cons.* 136. *num.* 33. Vnde dicitur eam nihil operari quando constat, aliter rem se habere, Ego *claus.* 59. *num.* 40. & 41 Eodem modo *clausu-* 32
la, supplentes, non operatur vbi processum fuit sine causæ cognitione, Dec. *cons.* 541. *num.* 24. *vers. & considerandum est*, Theodos. de Rubeis *in singularib. Rotæ tom.* 2. *part.* 5. *claus.* 807. *num.* 15. vbi *numer.* 11. probat, non operari nisi in his in quibus Papa est informatus, refero ego ipse *de claus. vsu freq. claus.* 177. *num.* 23.

Et sic concludo hodie Eminentissimum D. Cardinalem Spinulam bonũ ius fouere, ad hoc vt iuxta declarationem sanctæ mem. Vrbani VIII. de anno 1626. in secundo tempore relatam possit per se ipsum solum absque Capitulo, prouidere in sancta Ecclesia Ispalen. Canonicatus portiones integras, & dimidias, exceptis tantùm quatuor mensibus ordinariorum, seu inferiorum collatorum, in quibus tantùm simultanea erit ipsius Eminentissimi D. prouisio cum Capitulo. 33

Sed cùm in Apostolica confirmatione adsit claus. 34
Sublata, quodque nõ possit dari de subreptionis, vel obreptionis vitio, illa iuncta cum hac secunda vim habet claudendi os cuicumque iudici, & parti, ex citatis per me *claus.* 176. *num.* 3. & 27. & sic debet priùs peti oris aperitio recurrẽdo ad Sanctissimum in signatura gratiæ, & postquam obtenta fuerit impugnanda est confirmatio, ex rationibus allatis, & petendum est declarari nullam, & inualidam, dictam desistentiam, iterum tamen executio non est retardanda, itavt secundùm eam, & confirmationem exinde sequutam prouisiones faciendæ sint, debet tamen Eminentissimus D. Cardinalis, in qualibet earum, quæ fieri contingat, protestari in forma, ne videatur consentire desistentiæ, & confirmationi prædictis, easque approbare.

Ex quibus omnibus patet resolutio ad dubia 35
proposita. Et ad primum, an desistentia, & renuntiatio Reuerendissimi D. Cardinalis de Borgia possit præiudicare iuri Cardinalium in dicto Archiepiscopatu successorum? Respondeo negatiuè ex dictis *n.* 16. Ad secundum, an Capitulum debeat manuteneri in possessione prouidẽdi simul cum D Archiepiscopo, si probauerit hanc possessionem? Respondeo manutenendum esse, dum petitur oris aperitio, & disputatur de validitate, vel inualiditate desistentiæ, & confirmationis. Ad tertium, an scilicet protestatio præcedens desistentiæ facta ab Eminentissimo D Cardinale de Borgia, vim habeat praeseruãdi ius dignitatis? Respondeo affirmatiuè iuxta doctrinas adductas *supra num.* 17. Ad quartum, an confirmatio Apost. facta cum clausulis amplissimis sufficiens videri debeat ad sanandos defectus dictæ desistentiæ, & renuntiationis? Respondeo negatiuè ex dictis *suprà num.* 18. *cum seqq.* Ad vltimum respondeo prout *suprà num.* 22. Et ita sentio salua in omnibus, &c. Matriti die prima Septembris 1645.

Ciuitaten. mutationis sexus.

Fœminæ in mares sæpè conuersæ; Hermaphroditus si in virili sexu magis præualet, ad Ordines, & ad maioratum excludentem fœminas, ac ad iudicandum, necnon ad alios actus publicos admittitur. Monialis quæ post emissam professionem in marem conuersa fuerit, statim è monasterio expellenda, & si in virili sexu magis præualeat, debet declarari professionem esse nullam, posseque virilem habitum sumere, & se pro viro gerere.

VOTVM C.

1 *Casus contingentia.*
2 *Mares potius generantur quàm fœminæ ex caloris seminis potentia.*
3 *Semen frigidum & humidum genitalia contrahit, & fœminæ euadunt.*
4 *Vir à fœmina in quo differat.*
5 *Hermaphroditi quomodo generentur.*
6 *Fœminæ ætate prouectæ ex superueniente calore solent in mares conuerti.*
7 *Sexus mutari non potest ex dæmonis maleficio.*
8 *Spoletana mulier in virum conuersa.*
9 *Fœminæ apud Romanos in mares mutatæ.*
10 *Fœmina in Italia & Africa in mare mutatæ.*
11 *Salernitanæ sorores duæ in mares mutatæ.*
12 *Smyrnæ & in Syria fœminæ masculo enato membro in viros abierunt.*
13 *Vitriaci puella in virum mutata est.*
14 *Caietæ mulier nupta in virum migrauit.*
15 *Fœmina cum marito filium vnum peperit, & subito exorta virilitate, marito relicto alteram duxit, & ex ea liberos generauit.*
16 *Mulier nupta piscatori apud Albernos filium peperit, & postea virilem sexum adepta ad alias cum muliere transiuit nuptias.*
17 *Lusitana Maria Pacheco ex puella adolescens ephebus apparuit.*
18 *Matriti monacha in virum conuersa.*
19 *Benauenti in Hispania vxor cuiusdam rustici in marem conuersa.*
20 *Vbedæ monialis in marem conuersa à monasterio expellitur, & maritum suscepit.*
21 *Auctor Romæ cognouit Doctorem, qui cum esset monialis, & in virum conuersa, à monasterio expellitur, ac Sacerdos & Canonicus factus fuit.*
22 *Hermaphroditi multi in Hispania.*
23 *Hermaphroditi appellantur, qui vtroque sexu valent, & denominantur à sexu, quo magis præualent.*
24 *Hermaphroditi in virili sexu magis præualentes admittuntur ad successionem maioratus excludentis fœminas.*
25 *Iudices, aduocati, testes & tabelliones possunt esse hermaphroditi in virili sexu præualentes.*
26 *Matrimonia contrahere possunt hermaphroditi secundum sexum, in quo magis præualent.*
27 *Ordinari possunt in virili sexu magis præualentes.*
28 *Monialis inquisita de aliquibus tactis, & actibus impudicis, & suspecta quod sit hermaphrodita, debet de monasterio statim expelli.*
29 *Et quando, & quibus præuentionibus, diligentiis, & probationibus sit eius professio nulla declaranda?*

N. Monialis à quatuordecim annis professa in Conuentu Passionis oppidi sancti Felicis de los Galegos Ciuitatensis diœcesis de hoc anno 1644. fuit ob conuersationem & aliquos inhonestos actus cum alia Moniali in illo monasterio diuulgatum quòd viri partes ageret, sed talis famæ occasione, capta informatione per Ordinarium seu de eius mandato, & per matronam visa dicta Agnete, inuentum fuit illam habere fœmineum sexum naturalem, sed intus illud existere quoddam virile membriolum cum quadam apertura in superiori parte, ex qua videbatur posse humanum semen exire: fuit summo cum iudicio à dicto Conuentu expulsa dicta Agnes, & in domo consanguinearum deposita; illa modo instat declarari dictam professionem, quam emisit, esse nullam; sed pro veritate consultus ab Illustrissimo & R.D. meo Francisco de Alarcon Episcopo Ciuitatensi, respondendum duxi prout sequitur. 1

Ex eo procedit vir potius quàm fœmina in gene- 2
randi actu, quia caloris seminis potentia emittit 3
foras generalia, & sic mares generantur, frigidum tamen & humidum semen genitalia contrahit, & fœminæ euadunt, Hippocr. *lib. de generat. & lib. de aere, aquis, & locis, sect.* 14. *probl.* 4. Nam vir à 4
fœmina solùm differt quòd ille genitalia foras emittit, hæc verò intus retinet, Galen. *lib. de dissect. vulua, & lib. de semine cap.* 5. Ambros. Paræus *lib.* 24. *cap.* 4. Huarte *lib. exam. in genere cap.* 15. Si 5
verò seminis natura non ita calens sit vt possit marem generare, nec ita frigida vt in fœminam valeat dehiscere, fiunt hermaphroditi, seu vtroque sexu præditi. Ita Gasp. Bauhin. *de hermaphrod. lib.* 1. *cap.* 30. Andr. Laurent. *in histor. anatom. lib.* 7. Non so- 6
lùm in vtero matris hæc accidere solent, sed iam nati infantes, & ad ætatem perfectam peruenientes ex superueniente calore solent fœminæ in mares conuerti: sic docent Gasp. Bauhin. *d. lib.* 1. *cap.* 30. 31. 32. & 34. Andr. Laurent. *d. lib.* 7. *cap.* 8. Cardan. *lib.* 8. *variet. rer. cap.* 43. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 2. *quæst.* 22. Perez de Lara *in compendio*

pendio

pendio vitæ hominis cap. 11. *num.* 50. Torreblanc. *de Magia lib.* 2. *cap.* 17. Carranza *de legit. partus designat. cap.* 17. Ioan. Euseb. *p.* 1. *sua philosophia lib.* 1. *cap.* 17.

7 Id nequaquam ex dæmonis maleficio fieri posse arbitror, quia non solùm homines in alias formas commutare non potest, sed neque sexum, neque quid aliud, nam, vt legitur in Euangelio Matthæi *cap.* 5. *capillum non vales de albo facere nigrum*, & ex S. Augustino tradit Fr. Franciscus Maria Guaccius *in compendio maleficarum lib.* 1. *cap.* 16. *in fine doctrinæ.*

Factos ex muliere viros multos legimus apud diuersos Auctores.

8 Titus Liui. *histor. lib.* 24. de Spoletana muliere id ipsum refert.

9 Plinius *rerum natural. lib.* 4. *cap.* 4. narrat apud Romanos ex fœminis mares factos, his verbis. Ex fœminis mutari in mares non est fabulosum, inuenimus in annalib. P. Licinio Crasso, & C. Cassio Longino Consf. Casini puerum factum ex virgine sub parentibus, iussuque aruspicum deportatum in insulam desertam.

10 Aulius Gellius *lib.* 9. *noctium Atticar. cap.* 4. in Italia & Africa similia contigisse testatur. Licinius Mutianus prodiit visum à se Argis Ariscontem, cui nomen Arescussa fuisset, nupsisse etiam, mox barbam, & virilitatem prouenisse. Eiusdem sortem, & Smirnæ puerum à se visum. Et ipse in Africa vidi mutatum in marem die nuptiarum L. Cossicium ciuem Trisditanum, viuebatque dum prodiretãt hæc.

11 Fulgos. *lib.* 1. *exemplorum cap.* 6 scribit Neapoli regnante Ferdinando I. cùm Ludouicus Guarna Salernitanus ciuis quinque filias suscepisset, quarum natu maioribus duabus, alteri Franciscæ, Carolæ alteri nomen erat, postquam ad decimum quintum annum peruenerunt, ambabus genitalia membra in marium morem eruperunt, mutatoque habitu pro maribus habiti sũt, Franciscus, & Carolus nũcupati.

12 Phlegon. *lib.* 1. *de mirabil. & longæ.* hac de re agens ita ait. Virgo quædam Smirnæ nata, Philotis nomine, cùm matura viro nuptui à parentibus esset tradita, masculino enato membro, in virum abiit, quin & Leodiceæ, quæ est in Syria mulier Æteta nomine, etiam num cum marito degens è fœmina vir extitit, cui Ætetus nomine Præside Athenis Macrino Romæ Consulibus Lucio Lamia, & Æliano vetere.

13 Michaël Montanus *lib.* 1. *experimentorum cap.* 21. testatur suo tempore Vitriaci fuisse puellam, nomine Mariam, quæ cùm saltaret violentius, subitò virilibus erumpentibus in virum mutata est, & ab Episcopo Suessionensi Confirmationis Sacramẽto mutato nomine Germanus vocari cœperit, eius postea mento barbam natam diu vixisse ad decrepitam vsque ætatem, vxorem tamen duxisse nũquam.

14 Iouian. Pontan. *in historia Neapolitana* narrat Caietæ mulierem piscatori cuidam annis quatuordecim nuptam in virum migrasse, & aliam cui nomen Æmilia, nuptam Antonio Spensæ ciui Ebulano post annum nuptiarum duodecimum in virum mutatam, soluto matrimonio vxorem duxisse, &

15 liberos procreasse. Addit idem aliam fœminam cùm marito filium vnum pepetisset, subitò exorta virilitate, marito relicto, alteram duxisse, & ex ea libe-

16 ros generasse. Et Marcel. Donat. *lib.* 6. *histor. mirabil. cap.* 2. Alan. Copp. *lib.* 5. *cap.* 8. Marul. *lib.* 1. *memorab. cap.* 3. Ioan. Euseb. *d. cap.* 17. narrant de alia muliere nupta piscatori apud Albernos, ex quo filium peperit, sed postea virilem sexum adepta ad alias cum muliere transiuit nuptias.

Amatus Lusitanus *cent.* 2. *curat.* 39. narrat quòd 17
vixit in oppido Esgueira Lusitaniæ distante à Conimbrica ciuitate nouẽ leucis, vir quidam nobilis, cui filia erat nomine Maria Pacheco, quæ cùm esset iam eius ætatis, qua fœminis menstrui flores inchoantur, loco liquidi humoris, erupit ei è locis, vel aliter natum foras prodiit virile membrum, sicque ex puella subitò adolescens ephebus apparuit, cum sexu virilem vestitum, nomenque quoque assumpsit Manuelis Pacheci. Nauim conscendit, in Indiam profectus, rebus fortiter gestis strenui militis existimationem, opesque magnas comparauit. In patriam rediens vxorem nobilem duxit. De illa meminit Antonius Torquemada *lib.* 9. *exemplorum*, Fr. Francisc. Maria Guaccius *in compendio maleficarum lib.* 1. *cap.* 16. *vers. vixit*, Ego *de iure ecclesf. vniuerso lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 87.

Petrus Hispal. *lib.* 1. de quadam Francisca versa in marem meminit.

Petrus Peramat. *tract.* 2. *de regim. pragm. cap.* 8. 18
fol. 117. de quadam in marem conuersa Cordubæ, & de alia Matriti monacha mentionem facit.

Fr. Franciscus Maria Guaccius *d. lib.* 1. *cap.* 18. 19
in medio, ait quòd non procul à Benauento Hispaniæ vxorem cuiusdam rustici fortunæ mediæ, quæ, quòd sterilis esset, minus à marito benignè habebatur, pertæsam malæ tractationis quadam nocte aufugisse, sumpto vestitu famuli domestici, sic ornata, virumque mentita, variis in locis opera seruili vitam sustentauit, post aliquod tempus, siue quòd calor in ea naturalis tam efficax foret, siue quòd imaginatio nata & confirmata continuo habitu, & ministerio virili eam efficacitatem nacta sit, certa ipsa se in virum mutatam deprehendit; statuit ergo, quæ diu fuerat vxor, agere maritum, fœminam sibi matrimonio copulat, diu res latuit, illo non audente cuiquam rem narrare, donec quidem ei prius optimè notus cernens tam similem esse facie vxori profugæ rustici illius, interrogauit num fortè frater esset talis mulieris, huic rem omnem, vti contigerat narrauit, sic res in lucem venit.

Torreblanca *de magia lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 5. refert 20
idẽ de moniali sancti Dominici in ciuitate de Vbeda, oriunda ex oppido de Sabiote dicta Magdalena Muñoz, quæ post septem annos professionis suæ ex fœmina in marem conuersa, & monasterio expulsa virilem habitum sumpsit, & non solùm mentum, sed barbæ eruptæ sunt, dictusque fuit Franciscus Muñoz.

Ego dũ Romæ in typographia R. Cameræ Apost. 21
prima vice typis mandarem tractatum meum *de officio, & potest. Episcopi*, vnà mecum, & eodem tempore ibidem quidam Doctor in legali scientia non vulgariter edoctus librum à se compositum prælo mandabat, qui priùs per aliquot annos Monialis extiterat, ac in virum conuersa è monasterio expulsa Sacerdos & Canonicus factus fuit, sed ille imberbis permansit facie in fœmineam declinante, illum nominare non audeo, cùm passim eius librum præ manibus habeamus.

Et ita de his non est dubitandum, nam, vt ait 22
Huarte *in d. lib. examin. in gen. cap.* 15. *I que se ayan buelto mugeres en hombres despues de nacidas, ia no se espanta el vulgo, porque fuera de lo que cuentan por verdad muchos antiguos, es cosa que ha acontecido en España mui pocos años a, y lo que muestra la experiencia, no admite disputa ni argumentos.*

Hi qui vtroque sexu valent Hermaphroditi ap- 23
pellantur, denominantur tamen à sexu, quo magis præualent, *l. quæritur ff. de statu homin. l. sed etsi quæsitum*

queſitum §, *hermaphroditus ff. de liberis, & poſthum, l. repetundarum* 15, *ff. de teſtib.* Angel. *in ſum. verb. hermaphroditus, num. fin.* Torreblanc. *de magia lib.* 2. *c.* 17. *num.* 8. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 106. *num.* 4. Perez de Lara *de vita hominis cap.* 11. *à numer.* 3. quia denominatio ſumitur à fortiori. *l. interdum* §. *paterfam. ff. de hared. inſtit.* & potentior cauſa attenditur, *l. qui habent ff. de tutel. cap.* 2. *de conuerſ. infi-*
24 *del.* Meneſ. *in l. transigere numer.* 59. *de tranſact.* Si verò hermaphroditi in virili ſexu magis præualeāt, admittuntur ad ſucceſſionem maioratus excludentis fœminas, & poſſunt eſſe iudices, arbitri, ad-
25 uocati, teſtes, tabelliones, & officia publica exer-
26 cere, ac matrimonia contrahere. Doctores *in d. l. quaritur, & in d. l. repetundarum, & in cap. ſi teſtes omnes* 4. *q.* 1. Bahin. *d. lib.* 1. *c.* 40. Carranza *d. c.* 17. *n.* 68. Thom. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 106. Sed ſi neuter ſexus præualeat alteri, licèt in ſexu à ſe electo poſſint matrimonium contrahere, non tamen poterunt Religionem ingredi, ex quo æquè ſint fœminæ, ac viri; quia licèt in quantum viri ſint capaces Religionis Monachorum, remanent tamen, quia fœminæ incapaces, Nau. *conſ.* 8. *num.* 3. *de atate & qual. & conſ.* 47. *num.* 3. *de Regular.* Henriq. *in ſum. lib.* 4. *de irregul. cap.* 8. *num.* 6. Sanch. *d. lib.* 7. *de matrim. diſp.* 106. *num.* 3. Perez de Lara *de vita hominis cap.* 11, *num,* 51. vbi *in verſ. ex eadem*, poſt Turrec. & Sanch. reſoluit quòd ad Ordines non admittuntur qui æquè ſunt maſculi & fœminæ.

27 Et quòd ex eadem ratione in virili ſexu magis præualentes, ordinari poſſint, docent gloſ. *verb. teſtimonium, in d. cap. teſtes*, vbi Præpoſ. & Turrecrem. Silueſt. *verb. hermaphroditus*, Henriq. *in ſum. lib.* 14. *cap.* 8. §. 6. *& in commento lit. X.* Vgolin. *de irregul. cap.* 48. §. 1. *num.* 3. Sayr. *de cenſur. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 24. Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 3. Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali* §. 8. *à princ.* quos refero *d. tract. de iure eccleſ. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 86. *& de officio, & poteſtate Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 10. *n.* 28. vbi nouè citaui Sanch. *in conſil. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 31. Marchin. *de Sacram. Ordinis tract.* 1. *p.* 4. *cap.* 2.

28 Ex quibus patet reſponſio ad dubium propoſitum, cuius reſolutio vt meliùs percipiatur, eam in duas partes diuidendam duxi: vel quæritur, an fuerit ritè & rectè à dicto Conuentu expulſa dicta Agnes propter periculum incontinentiæ, dum conſtitit de aliquibus tactis, & actibus impudicis, & de ſolicitatione ad eos per illam facta, cum illo membriolo licèt occultò; & reſpondeo hoc non ſolùm licuiſſe, ſed fieri debuiſſe, prout factum fuit, dummodo tamen habitu retento in domo conſanguinearum, vel honeſtarum mulierum deponatur, nec inde exire niſi ad Eccleſiam cum eiſdem aſſociata permittatur, interim dum informatione capta, & hinc inde examinatis aliquibus Monialibus, & facta per matronas experientia, declaretur eam in virili ſexu præualere; vel denique quæritur, an con-
29 ſtito de tali experientia, & declaratione iuridicè facta ad effectum nullitatis profeſſionis emiſſæ, debeat pronuntiari profeſſionem eſſe nullam, dictamque Agnetem minimè teneri ad vota ſolemnia Religionis, nec eidem in aliquo obligatam eſſe, poſſeque ea efficere, quæ numeris duobus præcedentibus in virili ſexu magis præualentes agere poſſe monui. Si verò membriolum illud nec foras exeat, nec ſit aptum ad generandum, nec impediat, quin præualeat fœmineus ſexus, exiſtimo debere permanere in eo ſtatu, in quo modò reperitur, quia propter periculum, non eſt introducenda in illud Paſſionis, nec in aliud Monialium monaſterium; niſi ætate feneſcente oſtenderit vitæ exemplo emendatam eſſe; item nec valet ad ſtatum ſecularem conuolare, matrimonium contrahendo, aut ad Sacerdotium ſe promoueri faciendo, quia non conſtat illam in virili ſexu, vt requiritur, præualere, & ita ſentio ſub cenſura.

Toletana Succeſſionis.

Epiſcopus Regularis inter viuos tam amplè poteſt diſponere, quàm amplè poteſt Epiſcopus ſecularis, qui poteſt donare etiam non modicè, & in prophanos vſus. Epiſcopus in infirmitate quando poſſit donare? & quando donatio tunc facta præſumatur in fraudem legis illum teſtari prohibentis? Et quid ad pias cauſas, vel ex cauſa remunerationis? Epiſcopus titularis, cedens, vel renuntians, cui acquirat, & per eius obitum quis abinteſtato in eius bonis ſuccedere valeat?

VOTVM CI.

1 *Bona à Prælatis Eccleſiarum dimiſſa in ipſarum vtilitatem conuertenda ſunt.*

2 *Fructus Epiſcopatus vacationis tempore obuenientes futuro debent ſucceſſori fideliter reſeruari.*

3 *Bona Epiſcoporum decedentium in Hiſpania, Italia, & alibi, ac fructus Sedis vacantis vt ſpolia ad Cameram Apoſt. ſpectant.*

4 *Epiſcopus Regularis non eximitur à paupertatis voto, nec efficitur dominus ſuorum redditsuum Epiſcopalium.*

5 *Bona patrimonialia, induſtria ſcilicet, legato, ſeu teſtamento ab Epiſcopo Regulari acquiſita, ad Eccleſiam ſpectant.*

6 *Epiſcopus Regularis bonorum, ſeu fructuum dominium, & proprietatem non habet.*

7 *Epiſcopus Regularis poteſt libere diſpenſare bona ex Epiſcopatu acquiſita in omnem vſum alias ſibi non prohibitum.*

8 *Monachus factus Epiſcopus recuperat ius ſuccedendi.*

9 *Religionis beneficiarius, aut Epiſcopus tam amplè poteſt diſponere quàm amplè poteſt Epiſcopus ſecularis.*

10 Cap. cùm olim §. præterea, de priuileg. *declaratur.*

11 *Epiſcopum Regularem modicè inter viuos, non autem immodicè donare poſſe qui tenent.*

12 *Dominium*

12 *Dominium rei emptæ per Prælatum ex fructibus intuitu Ecclesiæ acquisitis irreuocabiliter ipsi Ecclesiæ acquiritur.*

13 *Bona ab Episcopo relicta si occupentur per hæredes Prælati, vel per alium, Ecclesia tanquam domina agit actione furti.*

14 *Episcopus Regularis in vita tam amplè potest disponere de bonis intuitu Episcopatus acquisitis, quam amplè potest licitè Episcopus secularis.*

15 *Episcopus secularis potest in vita donare etiam non modicè, & in prophanos vsus.*

16 *Episcopus donans reseruato sibi vsufructu donec viuat, inualidè donat.*

17 *Donatio facta ab Episcopo Regulari ad pios vsus sine dubio valet.*

18 *Medicis standum est quando quis dicatur infirmus, & in extremis constitutus.*

19 *Febricula quædam etiam intermittens sufficit vt quis dicatur in infirmitate constitutus.*

20 *Infirmus ille dicitur, cui infirmitas impedimento est ad agendam aliquam actionē.*

21 *Infirmitatis de principio si constiterit, præsumitur quod fuerit continuata vsque ad mortem.*

22 *Moribundus quis dicitur quando in eo statu quod de eius salute desperetur.*

23 *Prælatus in infirmitate æquiparatur vsuario.*

24 *Donatio facta per Episcopum in infirmitate præsumitur facta in fraudem legis eum testari prohibentis.*

25 *Factum à Prælato tempore infirmitatis monasterio non præiudicat si ille ex ea infirmitate mortuus sit.*

26 *Vxor habens facultatem alienandi pro suo beneplacito si alienet tempore, quo morti erat propinqua, præsumitur per fraudem alienare.*

27 *Legitimatio facta in articulo mortis præsumitur in fraudem substituti.*

28 *Religionē ingrediēs tēpore mortis cum antea potuerit ingredi, non excludit substitutū.*

29 *Emancipatio facta à patre tempore infirmitatis præsumitur fraudulenta.*

30 *Permutatio beneficij pinguis cum tenui facta ab ægroto sene valetudinario nō valet.*

31 *Donationes factæ per Episcopos in infirmitate constitutos nullæ sunt, & contrarium qui tenuerint n.32.*

32 *Donationes factas per Episcopos ante 40. dies proximos eorum morti annullat Pius IV.*

34 *Episcopus secularis & Regularis potest in ægritudine donare ad pias causas.*

35 *Episcopus Regularis testari volens etiam ad opera pia licentiam à Pontifice obtinere debet: & de quibus impedimentis.*

36 *Donare ex causa remunerationis potest Episcopus per vltimæ voluntatis actum, dummodo donatio seruitiis correspondeat.*

37 *Donationes remuneratiuæ quæ fiunt ratione præstiti obsequij, pro quo actio non competit, in nihilo à gratuitis differunt.*

38 *Renunciatione non egent obsequia debita præstita alicui ob eius merita.*

39 *Donatio vasallo, vel militi ob seruitia in officio præstita à Rege præstita ex causa lucratiua, & non onerosa facta dicitur.*

40 *Episcopus Regularis titularis cui acquirat, ostenditur.*

41 *Episcopus qui renuntiauit Episcopatui, & ad Religionem reuertit, cui acquirat, ostenditur.*

42 *Matrimonium si diuortio separatum sit, successio locum non habet.*

43 *Bona Episcopi translati, cedentis, vel renuntiantis spectant ad Ecclesiam ex qua illa desumpsit.*

44 *Episcopus Regularis, dimisso Episcopatu, non subiacet regulæ suæ Religionis, nec tenetur ad Monasterium redire.*

45 L.1.ff. vnde vir & vxor. *intelligitur.*

46 *Vxor, quæ à marito propter sæuitias diuertit, post separatum matrimonium partem consequitur in bonis ganantialibus.*

Bona à Prælatis Ecclesiarū dimissa in ipsarū vti- 1
litatē conuertenda sunt, fructus verò vacationis tempore obuenientes futuro debent successori fideliter reseruari, iuxta quam distinctionem, & loquēdi modū singula singulis referendo loquuntur, & intelligi debent, text. *in c. quia sæpe 40. de elect. lib. 6. c. præsenti, de offic. Ordin. eod. lib. Clem. statutum, de elect.* in indiuiduo priores duos textus exponit Nauar. *de spoliis cleric. §. 10. num. 1. & 2. pag. mihi 546. cum seq.* inter diuersos tractatus de spoliis, conducunt quæ Surd. *cons. 333. num. 23. lib. 3.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. beneficia §. ad sextum vers. quoad secundam partem,* Nicol. Garc. *de benef. p. 2. c. 1. num. 89.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 114. n. 8.* In Italia tamen, Hispania, & alibi huic iuri derogatum est per Bullam Pauli III. *incip. Romani Pont. prouidentia de anno* 1441. & alias subsequentes Constitutiones Iulij III. Pauli IV. Pij V. & aliorum Summorum Pontificum, qui ea bona Cameræ Apost. Romanæ Ecclesiæ applicari iusserunt, & ad hoc Conseruatores primùm, & deinde speciales Collectores in singulis Prouinciis constituerunt; de quibus, & earum iure Molin. *de primog. lib. 2. c. 10. ex num. 26.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 12. num. 3.* Cabed. *Lusit. decis. 8. p. 1.* Pereira *decis. 95.* P. Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 147. num. 10. 12. & 13.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 51. num. 72.* vbi ait quòd in Hispania ex solis bonis, & personis Episcoporum causatur spolium, Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. cap. 1. num. 16. & p. 5. cap. 1. n. 596.* Nau. *de spoliis. §. 10. & 14.*

Vnde quicquid Episcopus Regularis acquirit 4
intuitu Episcopatus, Ecclesiæ Episcopali de iure acquirit; nam quoad istam acquisitionem censetur Cathedralis ipsius Ecclesia loco Conuentus subrogata; non enim eximitur à paupertatis voto, nec efficitur dominus suorum redditum

Episcopalium, *cap. statutum* 18. *quaest.* 1. *cap. cùm olim el* 2. §. *praeterea, de priuileg.* vbi Soccin. *numer.* 14. ibi, *Duodecimò nota quòd quidquid acquirit Monachus, vel Religiosus, seu Canonicus Regularis post promotionem ad Episcopatum, vel ad aliam dignitatem, Praelaturam, vel Ecclesiam, acquirit Ecclesiae, ad quam promotus est*, &c.& *num.* 17. ibi, *Decimoquartò nota quòd licèt Monachus fiat Episcopus, per hoc non habilitatur ad habendum proprium, & ad disponendum ad libitum de proprietate acquisitorum; remanent ergo substantialia regulae, licèt in quibusdam concernentibus solemnitatem, vel subiectionem absoluatur*, &c. Anchar. *ibidem numer.* 7. Tapia *in Auth. Ingressi, verbo sua, cap.* 6. *numer.* 85. *vers. Et huiusmodi differentiae ea est ratio quòd Monachus Episcopus factus non absoluitur à tribus substantialibus regulae, & sic non recuperat libertatem disponendi, & proprium habendi, quia per votum factus est inhabilis*, Sarmient. *de redditibus part.* 1. *defensor, mon.* 11. & 13. Fr. Emman. *quaest. Regul. tom.* 2. *quaest.* 58. *arb.* 6. *tom.* 3. *quaest.* 69. *art.* 4. *ad fin.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 28. alt. Molin. *de Iustitut. disputat.* 140. Rodoan. *de spol. Eccles. quaest.* 3. §. & *ex his num.* 13. *pag.* 193. Menoch. *de arbitrar. lib.* 5. *casu* 436. *num.* 32. Franch. de Sosa *de la obligacion con que quedan los Ospos Religiosos à numer.* 10. Sanch. *in praecepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *numer.* 8. Castro *in opere morali tom.* 7. *tract.* 6. *disput.* 2. *puncto* 9. *num.* 2. *cum seqq.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disputat.* 21. *quaest.* 17. Suar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 16. *numer.* 29. vbi probat quòd acquirens bona ab Episcopo Regulari, tenetur ea Ecclesiae restituere, quia Episcopus alienando peccauit contra iustitiam, Mart. *de success. legali part.* 4. *quaest.* 1. *art.* 4. *numer.* 13. *pag.* 20. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.* 6. *quaest.* 190. & *lib.* 8. *quaest.* 52. & 63. Aloys. Ricc. *decis.* 340. *numer.* 10. *part.* 4. Cruz *de statu Relig. lib.* 1. *cap.* 2. *dub.* 4. *conclus.* 2. *fol.* 5. Ego *d. alleg.* 114. *num.* 18. & 19. & *in collect. ad d.c. statutum num.* 13.

5 Et in aliis bonis patrimonialibus ipsius Episcopi Regularis, seu industria, legato, seu testamento alterius acquisitis, quod Ecclesiae acquirantur, sicut Conuentui acquirerentur si vbi Monachus simplex in eo esset, agnoscunt Bald. *in Auth. licentiam num.* 1. *ad fin. C. de Episcop. & cleric.* Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 8. *quaest.* 52. & 63. Alex. Trentasinq. *cons.* 28. *lib.* 2. vbi de haereditate in qua successit Monachus Episcopus effectus quod acquiratur Ecclesiae, Fr. Emmā. *quaest. Regul. tom.* 3. *quaest.* 69. *a.* 4. *in fine* Mart. *de iurisdict. p.* 4. *casu* 24. *num.* 5. *cum seq.* vbi id extendit ad quaesita per Episcopum Regularem ex stipēdiis, & salariis Principum, Gabr. Pereira *decis.* 75. *n.* 2. Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 8. vbi benè inquit cum D. Thom. quòd Ecclesia subrogatur in locum monasterij, & quemadmodum respectu monasterij non est distinctio inter praedicta bona, sed omnia indistinctè cuiuscunque qualitatis sint, per Religionem ante promotionem transferuntur, ita & post promotionem quoad Ecclesiam, quam refert vt Praelatus. Ego *d. alleg.* 114. *numer.* 20. & 28.

6 Cùm ergo Episcopus Regularis bonorum, seu fructuum dominium & proprietatem non habeat, inde sequitur quòd de eis disponere non valeat, quia esset auferre Ecclesiae suae dominium iam quaesitum, quod Episcopo huiusmodi nullatenus permissum est. Ita Ioan. Andr. *in d. cap. cum olim num.* 8. *ad fin.* Butr. *numer.* 25. Soccin. *numer.* 17. Abb. *num.* 8. Zabarel. *num.* 5. *vers. oppono sexto, & in cap. fin. de pecul. cleric. numer.* 15. Capic. *decis.* 200. *numer.* 8. *vsque ad fin.* Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quaest.* 264. *numer.* 2. *ad med.* Thoro *in compendio decis. part.* 2. *verb. bona empta per Episcopum pag.* 49. Gabr. Pereira *Lusitan. decis.* 75. *numer.* 3. ibi, *Ex quo nascitur quòd cùm Monachus Episcopus habeatur loco instrumenti, quo Ecclesia acquirit, de acquisitis non disponit, quia non sua, nec inter viuos, neque in vltima voluntate, & quòd non solùm habeat locum in dispositionibus ad prophana, verùm nec etiam ad pia*, Carol. Tapia *in d. Auth. Ingressi, verb. sua cap.* 6. *numer.* 85.

Sed verior & receptior sententia tenet quòd Religiosus factus Episcopus ex vi tituli Episcopatus in vita potest liberè dispensare talia bona in omnem vsum aliàs sibi non prohibitum, in hoc ergo rectè aequiparatur Episcopus Regularis Seculari. Ita Nau. *in tractat. de redditibus Ecclesiast. quaest.* 1. *monit.* 8. *numer.* 2. & *cons.* 6. & 7. *numer.* 1. *de donat. & in propugn. apologiae* §. 13. *n.* 12. Fr. Emman. *quaest. Regul. tom.* 2. *quaest.* 58. *art.* 8. P. Molin. *d. tractat.* 2. *disput.* 140. *vers. quòd Religiosus, & vers. quando professus*, Franc. de Sosa *d. tractat. num.* 26. Suar. *d. tom.* 4. *de Religion. lib.* 3. *cap.* 16. *à numer.* 28. Gregor. XV. *decis.* 401. *numer.* 7. ibi, *Neque obstat quòd simus in Episcopo Regulari, quia Regularis effectus Episcopus facit fructus suos in vita, & de eis disponere potest non minus, quàm secularis*, &c. Molfes. *cons.* 1. *à numer.* 6. vbi *numer.* 35. sic respondet. *Monachus factus Episcopus recuperat ius succedendi, vt dixi supra numer.* 25. *ex quo censetur absolutus à voto paupertatis, & habilitatus ad habēdum proprium, & ad disponendum tanquam clericus de bonis suis, vt ex doctrina Card. communi consensu recepta in Clement.* 2. §. *sed & tales, de vita, & honest. cleric. probatum etiam* Nau. *comment.* 2. *de Regular, numer.* 10. Sot. *lib.* 10. *de Iustit. & iure quaest.* 5. *art.* 7. Azor. *part.* 1. *moral. lib.* 12. *cap.* 7. *quaest.* 2. *vers. mihi, & dixi in tractat. de contract. tit.* 2. *de domin. Praelat. & consequenter motiuum non sufficit*, &c. Ego *d. allegat.* 114. *numer.* 22. ibi, *In vita tamen Religiosus beneficiarius, aut Episcopus tam amplè potest disponere, quàm amplè potest Episcopus secularis*, &c. 7 8 9

10 Non obstat *d. cap. cùm olim, in* §. *praeterea*, ibi, *quod monasterio dederat*, quia illud verbum *dederat*, generale est comprehendens dispositionem testamentariam, & inter viuos, licèt gloss. *ibi verb. dederat*, de donationem inter viuos intelligat; nec aliquid adducit Gabr. Pereira *citato loco*, quòd nos inducat ad suam opinionem sequendam, nec Auctores, quos refert, illam probant; nam Bald. *in Auth. licentiam C. de Episcop. & cleric num.* 3. quoad facultatem testandi differentiam facit inter Episcopum secularem, & Regularem, & de eodem testandi actu loquitur Ias. *in d. Auth. Ingressi num.* 13. & 14. & Cou. *in cap.* 1. *de testament. n.* 18. *ad fin.* Et de testamento simplicis Religiosi agunt Abb. *in rubr. de testam. ad fin.* & Bursat. *cons.* 75. *numer.* 23. *lib.* 1.

11 Sed quaestio est, an Episcopus Regularis inter viuos donationem cuiuscunque quantitatis, seu modicae tantùm facere valeat? Et quòd ratione administrationis possit modicè donare, non verò immodicè, tenent Ioann. Andr. *in d. cap. cùm olim num.* 8. *ad fin.* vbi dicit quòd in hoc textu ideò non tenuit donatio, quia fuit enormis. Abb. *ibidem num.* 8. *vers. octauo nota, ex eodem verbo*, vbi ait Episcopum non posse magnam donationem facere, & repetit *num.* 15. Anton. de Butrio *n.* 25. ibi,

ibi, *Et ideo dic quòd ideo non tenuit donatio hic quia fuit enormis*, &c. & ibi, *Sed Prælatus potest aliqua modica donare, non verò magna*, &c. Soccin. *numer.* 18. ibi, *Decimoquintò nota ex eodem verbo præterea quòd Episcopus non potest facere magnum donationem*, & iterum *numer.* 50. *&* 51. Dominic. *in cap. Ioannes* 12. *quæst.* 5. *à num.* 1. & ibi, Turrectem. *à numer.* 2. Zabarel. *in cap. fin. de pecul. cleric. numer.* 15 Carol. de Tapia *in d. Auth. ingressi, verb. sua cap.* 6. *numer.* 90. ibi, *Quod tamen intelligendum est de modicis, secundùm communem Doctorum interpretationem in d. cap. cùm olim, de priuileg. vbi nec magna donatio in aliam Ecclesiam permittitur*, &c. Capic. & Gabr. Pereira *citatis locis.* Porti. *conf.* 104. *numer.* 14. *vers. non obstat*, vbi quòd modica donatio sustinetur, non autè immodica. Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. quæst.* 264. *princ.* disputat hanc quæstionem constituendo differentiam inter Episcopum Regularem, & secularem, & resoluit quòd Regularis non potest de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis donare. Gabr. Pereirã sequitur Britus *de locato p.* 1. *rub.* §. 4. *sub num.* 11. *pag.* 56. vbi resoluit Monachos Episcopos factos ex rei natura, & propter paupertatis votum, nec in vita, nec in morte posse magnas facere donationes, sed potiùs tantùm modicas, & pietatis intuitu. Franc. de Sosa *d. tract. de la obligacion conque que dan los Religiosos Obispos numer.* 27.

12 Ratio est, quia secundùm citatos Doctores, Episcopus Regularis non eximitur à paupertatis voto, proindeque bonorum Episcopatus dominium, seu proprietatem non habet, cum ipso iure acquiratur Ecclesiæ, *cap. inquirendum, cap. sanè, de pecul. cleric.* Vnde dominium rei emptæ per Prælatum ex fructibus intuitu Ecclesiæ acquisitis irreuocabiliter ipsi Ecclesiæ acquiritur. Sum. Angel. *verb. emptio.* §. 12. *pag. mihi* 405. ibi, *Quod adeo est verum quòd si clericus habens pecuniam de præbenda emerit prædium, amplius non poterit illud dare intuitu pietatis, licèt pecuniam potuisset dare, quia statim prædium fit Ecclesiæ, siue emerit nomine Ecclesiæ, siue suo, siue alieno.* Bald. *conf.* 298. *Hæc materia altioris est inquisitionis, numer.* 1. *lib.* 1. vbi nuncupatim agit de Episcopo Regulari quòd siue emat nomine proprio, vel nomine Ecclesiæ, acquiritur dominium rei emptæ irreuocabiliter, Abb. *numer.* 1. *&* 5. *in cap. inquirendum, & in cap. fin. numer.* 5. *vers. nam quemadmodum, de pecul. cler. & in cap. relatum el* 2. *numer.* 3. *de testament. & conf.* 94. *in princ. vers. si verò dictum palatium lib.* 2. Barbat. *conf.* 39. *numer.* 6. *volum.* 4. Sarmient. *de reddit. Ecclesiast. part.* 3. *cap.* 2. *in princip.* Rodoan. *de spoliis quæst.* 3. §. *sed in contrarium numer.* 26. *vers. vnde deducta portione, & numer.* 30. *cum seqq.* Viuian. *opinion.* 101. *numer.* 5. vbi quòd emptum per Prælatum acquiritur Ecclesiæ. Aloys. Ricc. *in praxi Eccles. tom,* 3. *resolut.* 433. *numer.* 4. *cum seqq.* vbi ex Ioan. Andr. &

13 aliis probat quòd si mortuo Prælato bona ab eo relicta occupentur per hæredes Prælati, vel per alium, Ecclesia tanquam domina agit actione furti, vel bonorum raptorum rei vendicatione, vel aliis actionibus domino competentibus, quia Ecclesia dicta bona vendicat, non tanquam hæres, sed tanquam domina, Bellamet. *in cap. cùm venerabilis, de except. à numer.* 51. vbi *numer.* 60. sic ait. *Ex quo infertur quòd licèt Prælatus nec furtum nec sacrilegium committat fructus suos vendendo, vel donando, quia sui sunt, tamen quia possessiones inde emptæ Ecclesiæ acquisitæ sunt, si eas alienet in parentes, furtum seu sacrilegium videtur committere: & si sub alieno nomine emat eas, vel sub illo colore eas in aliam transferat, furto & sacrilegio fraudem addit.* Idem Barbat. & latè *in d. cap. inquirendum numer.* 4. Vasquez *in tractat. de redditibus Ecclesiast. cap.* 1. §. 3. *dub.* 1. *numer.* 55. *cum seqq.* vbi quòd dominium rei emptæ per Episcopum de redditib. Eccles. acquiritur Ecclesiæ, & quòd in præiudicium ipsius non potest illam alienare. Ego *d. alleg.* 114. *numer.* 17. vbi quòd empta ab Episcopo ex fructibus, vel pecunia, Episcopatus debent remanere penes Ecclesiam.

Verùm licèt supradicta opinio attento iuris rigore in Episcopo Regulari vera sit, & defendi possit, 14
nihilominus contraria verior est, & à modernis receptior, & in praxi admittenda, quod scilicet Episcopus Regularis in vita tam amplè potest disponere de bonis intuitu Episcopatus acquisitis, quàm amplè potest licitè Episcopus secularis. Ita Nauar. Fr. Emman. Anastas. Germon. vterque Molina, Less. & alij, quos refero *d. alleg.* 114. *numer.* 22. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 17. *num.* 6. Mar. Cutel. *in tract. de donat. tom.* 1. *tract.* 1. *dist.* 2. *part.* 3. *num.* 136. Suar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 16. *à numer.* 31. Diana *moral. resolut. part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 64. *vers. notandum*, Alphons. de Leone *de offic. Capell. quæst.* 4. *in princip. numer.* 6. Molfes. *d. conf.* 1. *ex numer* 18. Rota *coram Greg. XV. decis.* 401. *à numer.* 7. *& p.* 1. *diuers. decis.* 772. *n.* 4.

Episcopus namque secularis potest in vita donare etiam non modicè, & in prophanos vsus. Solorzan. *de gubernation. Indiar. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 26. P. Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disput.* 148. *num.* 3. quem sequutus fui *d. allegat.* 114. *n.* 31. *&* 33. & alt. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 34. dicit ita communiter obseruari. ibi, *Sicque quotidie in forensibus controuersiis obseruari solitum est; nunquam enim vidimus ab Ecclesiis, vel pauperibus peti id, quod à Prælatis in vsus prophanos in vita consumptum est, & in his quæ ab eisdem Prælatis consanguineis suis, vel aliis in vita donata fuerunt; semper enim vidimus contra Cameram Apostol. pronuntiatum, quoties hæc in controuersiam deducta sunt*, &c. 15

Dummodo tamen bona, eorumque possessio statim dimittantur, nullo ad fauorem Episcopi donantis reseruato vsufructu, donans enim cum tali reseruatione dicitur donare post mortem, qua sequuta sumit effectum talis donatio, ideo non potest fieri per Prælatũ, iuxta *l.* 2. §. *si pecuniam ff. de donat.* Port. *conf.* 104. Roman. *conf.* 26. *in princip.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 854. *numer.* 56. Gregor. XV. *decis.* 401. *numer.* 17 vbi refert quoddam Breue Clementis VIII. inualidare donationes factas in vita, reseruato vsufructu Episcopo donanti, quòd inuenire non potui. Ex his ergo patet verissimam esse resolutionem Britti *de locato p.* 1. *rub.* §. 4. *numer.* 15. *in fine*, donationes ab Episcopis factas dum viuunt, quæ incœperunt à promissione, nec fuerunt effectum sortitæ, validas non esse, quia cùm sola supersit, & nascatur personalis actio, iusque & dominium Episcopi dantis resoluatur ipsius morte, successor non tenebitur cùm hæres non sit, in quem solum transit eadem personalis actio *l. hæres in omne ff. de acquir. possess. l. cùm hæres. ff. de diu. temp. præscript.* 16

Quod absque vlla facultate procedit quando donatio fit ab Episcopo etiam Regulari ad pios vsus, & pauperum sustentationem, seu orphanorum educationem, 17

cationem, ex Nau. *de redditib. Eccles. q. 1. mon. 34. & in apolog. num. 82. & cons. 4. de donat.* P. Molin. *d. tract. 2. disp. 148. num. 6.*

18 Tota verò difficultas versatur circa eam quæstionem resoluendam, an Episcopus in infirmitate constitutus, possit donare, & quando dicatur talis? Inprimis an & quando infirmus sit, & in extremis constitutus, medicis tanquam in arte peritis standum est, per *l. semel. C. de re milit. lib. 12.* Bart. *in l. quæsitum numer. 6. vers. sed qualiter ff. de re iudic.* Turret. *cons. 15. numer. 4. vers. accedat medicorum assertio*, Rip. *de actis in articulo mortis cap. 61. num. 1. vers. primo igitur medicis standum est*, Andr. Georg.
19 *allegat. 22. numer. 19.* Quælibet namque febricula, vel quartana sufficit vt quis dicatur in infirmitate constitutus, vt dicit Rebuff. *in praxi benefic. super regul. Cancellar. de infirmis gloss. 2. numer. 5.* vbi *numer. 6.* id extendit etiamsi febris sit continens, siue intermittens, siue interpollata, *& numer. 8.* ampliat ad reincidentem, quia adhuc dicitur infirmus; Mandos. *super regul. 19. Cancellar. q.*
20 *5. numer. 8.* vbi dicit infirmum eum esse, cui infirmitas impedimento est ad agendã aliquam actionem. Giurb. *ad consuet. Messanens. cap. 2. gloss. 5. numer. 2. & 3.* Azori. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap.*
21 *28. vers. dubitat aliquis amplius.* Nam constando de principio infirmitatis, præsumitur quòd fuerit continuata vsque ad mortem, Abb. *in cap. cum inter, numer. 7. de elect.* Alexand. *in l. furioso numer. 3. ad fin. C. qui testam. facere pos.* Mascard. *de probat. conclus. 897. num. 1.* Decian. *resp. 14. num. 35. vol. 3.* & quòd fuerit mortuus ex eadem infirmitate, nisi probetur aliam superuenisse peioris qualitatis, Coch.
22 *ad reg. Cancellar. de infirmis num. 24. cum seqq.* Quando autem dicatur quis moribundus, & in extremis constitutus? vide Georg. *d. alleg. 22. numer. 18.* Giurba *d. gloss. 4. numer. 5.* vbi ait tunc dici talem, quando in eo statu fuerit, quod de eius salute desperetur.

23 In principali quæstione securè teneo Episcopum in infirmitate constitutum donare non posse, per *cap. ad hæc, de testam.* Ratio est, quia Prælatus in infirmitate æquiparatur vsuario, gloss. solemnis *in cap. præsenti, de officio Ordin. in 6.* Vrsill. ad Afflict. *decis. 168. numer. 6. vers. quando talis confessio*, Rodoan. *de spol. quæst. 3. §. stantibus istis repugnantiis*
24 *numer. 9. pag. mihi 107.* Tum etiam, quia in fraudem legis prohibentis eum testari, censetur facta donatio, cùm facilè Episcopus de bonis per Ecclesiam quæsitis, & de quibus per vltimam voluntatem disponere non potest, moriens iam se donare pronuntiaret, argum. *l. si filia ff. de diuort. & l. filia meæ ff. soluto matr.* quibus probatur præsumi fraude illum misisse repudium vxori mortis tempore, qui viuens mittere potuit.

25 Tum etiam, quia factum à quolibet Prælato tempore infirmitatis monasterio non præiudicat, si ille ex ea infirmitate mortuus sit, Afflict. *decis. 168.* Laurent. *Auenion. decis. 117.* Carol. de Grassis *except. 25. numer. 74. & 76. Costa de retrotract. cap. 8. casu 19. numer. 15.* Ripa *de actis in articulo mortis cap. 49.* Amat. *lib. 1. var. cap. 29. num. 1.* Aloys. Ricc. *decis. 164. num. 3. & 4. p. 4.*

26 Quod comprobatur multis similibus, vt in casu, de quo consuluit Bald. *cons. 33. num. 3. & 4. lib. 1.* de vxore habente facultatem alienandi pro suo beneplacito quòd præsumatur fraus, si alienatio fiat tempore, quo morti erat propinqua, Ruin. *cons. 163. n. 4. lib. 3.* qui loquitur in eisdem terminis, Georg. *d. alleg. 22. post num. 12. vsque ad 19.* vbi latè probat in terminis Constit. Neapol. quæ reseruat agnatis certa bona nisi alienentur ab agnato in vita, alienationem fuisse fraudulentam ex hoc quòd facta fuerit per ægrotum in extremis laborantem.

Sic legitimatio facta in articulo mortis præsumitur in fraudem substituti, & ideo non valet. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 83. n. 78. & lib. 6. præs. 8.* Fusar. *de substitut. q. 308. num. 175.* 27

Sic ingrediens Religionem tempore mortis, cùm antea potuerit ingredi, non excludit substitutum, Menoch. *d. præs. 83. num. 76.* Et monasterium non succedit professo in articulo mortis, Aloys. Ricc. *in praxi tom. 2. resol. 493. num. 10. ad fin.* 28

Sic emancipatio facta à patre tempore infirmitatis præsumitur fraudulenta, vt ab hæreditate filiam excludat. Anchar. *cons. 430.* 29

Et permutatio beneficij pinguis cum tenui facta ab ægroto senè valetudinario non valet, Oldrad. *cons. 324. num. 6. vers. quintò renunciatio*, Crauet. *cons. 82. num. 3.* Aloys. Ricc. *tom. 2. resol. 465. per tot. & resol. 480. num. 2.* 30

Ex quibus elicitur nostram sententiam, quòd scilicet donationes factæ per Episcopos in infirmitate constitutos nullæ sint, verissimam esse, quam tenent Sarmient. *de redditib. Eccles. p. 4. cap. 4. numer. 6.* Carol. Tapia *in d. verb. sua cap. 6. numer. 91.* Aloys. Ricc *d. decis. 164. numer. 3. p. 4.* Abb. Anchar. Imol. Cou. & Rot. quos sequutus fui *d. alleg. 114. n. 35.* 31

Quamuis secus existimauerint, Molin. *de primog. lib. 2. cap. 10. num. 40.* vbi intelligit suam opinionem nulla interueniente fraude, & concludit *n. 41.* his verbis. *Itaque apud suprema Tribunalia sic interdum receptum, atque intellectum vidimus; quamuis enim Camera Apostol. sæpius infringere similes donationes à Prælatis ægrotantibus factas curauerit, nunquam hucusque in eius fauorem pronuntiatum fuisse audiuimus, tametsi propter opinionum varietatem propè semper lites huiusmodi concordia componi soleant*, &c. alt. Molin. Theolog. *disput. 148. numer. 5.* Vasquez *in opuscul. de redditib. cap. 1. §. 3. numer. 70. & 70.* nisi eorum resolutio intelligenda veniat casu, quo donator sit fide dignus, & iuramento testetur eam donationem non ficto, sed animo vero facere, vt satisfaciat obligationi qua tenetur, & non sit eximiæ quantitatis, ex his, quæ tradit Nau. *de redditib. q. 1. monit. 35. ad fin.* 32

Vel eo casu, quo donatio facta sit ante quadraginta dies proximos morti ipsius Episcopi, cùm videantur quascunque donationes intra hoc tempus factas nullas, & inualidas declarati à Pio IV. in quodam Motu proprio *sub Dat. 20. Iunij 1560.* eo quòd intra illud temporis spatium fraudem posse versari suspicatur, cui Pontifex ille obuiare solum intendit, vt videre est, ibi, *Talibus fraudibus per nostræ solicitudinis curam quantum cum Domino possumus obuiare, & in præmissis opportunè prouidere volentes*, &c. Ergo à contrario sensu donatio per quadraginta dies ante mortem Prælati animo syncero, & non fraude facta valida debet censeri, nam inclusio vnius est exclusio alterius temporis, ex iuribus vulgaribus. 33

Et in omni euentu Episcopum siue secularem clericum, siue Regularem posse in ægritudine constitutum donare ad pias causas, resoluit P. Molin. *d. tractat. 2. disput. 148. num. 5.* per hæc verba, *Quarta conclusio. Si Prælatus in eo morbo constitutus, ex quo è vita decessit, pias aliquas donationes inter viuos de eiusmodi* 34

eiusmodi bonis effecit, etiamsi illæ magnæ sint quantitatis, non solùm laudabiliter sunt factæ, validæque sunt in foro Conscientiæ, sed etiam in exteriori. Nau. *in apolog. q.1. monitu* 81. *&* 82. Molin. *d. c. citato num.* 24. & alij quos referunt; *Probatur, quoniam ad eum pertinet administratio, & dispositio inter viuos de redditibus sui Episcopatus cum onere expendendi, quòd vltra suam competentem sustentationem superfuerit in opera pia. Cùm ergo morbus hanc potestatem, & hoc onus iniunctum ab eo non auferat, quin potiùs id onus arctiùs eum adstringat, vt quod dum sanus erat, non impleuit, vt tenebatur, saltim tunc adimpleat, placareque satagat diuinam Majestatem, bonisque operibus se præparare ad exitum ex hac vita; consequens profectò est vt laudabiles, validæque sint eiusmodi piæ donationes tam in Conscientia, quàm in exteriori foro, præsertim cùm multo melius sit, vt tunc saltim operæ fiunt, quàm ea bona relinqui successori in Episcopatu, qui fortè minus vtiliter, minorique cum Ecclesiæ ædificatione illa expendet*, &c.

35 Sed id ita absolutè prolatum, verum non est, quia Episcopus Regularis testari volens etiam ad opera pia licentiam à Pontifice obtinere debet, duplex in ea impedimentum explicando, vt licentia siue dispensatio legitima sit: alterum se esse Religiosum; alterum se esse Episcopum, quod duplici hoc impedimento ad testandum effectus sit. Enriq. *in sum. lib.*10. *de sacris Ordinib. cap.*33. *num.* 4. Sanch. *in præcepta Decal. tom.*2. *lib.*6. *cap.* 6. *num.* 11. Alzed. *de Episcopo p.*1. *cap.*14. *num.*25. Carol. de Tapia *in d. Auth. Ingressi, verb. ideoque cap.* 1. *num.* 32. vbi ampliat in Cardinale Episcopo. Ego *d. alleg.* 114. *num.*24. vbi cum Sanch. *d. num.* 11. & Lauret. de Franchis *in controu. inter Episcop. & Regular. q.* 113. *pag.*465. intelligo de Episcopo, qui vult testari de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, non verò de illo, qui testari vult de solis patrimonialibus, vel propria industria acquisitis, quia solus Religiosus status obstat.

36 Poterit Episcopus per vltimæ voluntatis actum donare ex causa remunerationis ob beneficia & obsequia recepta, dummodo donatio correspondeat seruitiis, & talia sint quòd pro eorum iusto pretio obtinendo actio competat seruienti, *cap. relatum*, ibi, *iuxta seruitij merita, de testam.* Dec. *cons.* 201. *num.*6. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. donatione largitus num.*108. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis mat. p.* 3. *n.* 59. Ioan. Garc. *de coniugali acquæstu num.*54. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.*36. *num.* 4. Camill. Borrel. *in sum. decis. p.*3. *tit.* 9. *num.*171. *cum seqq.* Ponte *cons.* 59. *num.*22. *lib.*1. Giurba *ad statuta Messan. cap.* 1. *glos.*10. *num.*15. Castill. *controu. tom.*5. *cap.*80 *n.*37.
37 *vers. sed nec quartum, & num.*38. *&* 39. Donationes enim remuneratoriæ, quæ fiunt ratione præstiti obsequij & seruitij, pro quo actio non competit, in nihilo à gratuitis differunt, Surd. *cons.*419. *num.*12. *vol.* 3. Regens Constant. *in l.* 1. *C. de filiis official. lib.*12. *num.*40. Cabed. *Lusit. decis.*36. *num.* 6. *p.*2. in nostra specie Rodoan. *de spol. q.*17. *num.* 53. De salariis per Episcopos promissis, quæ non fuerunt soluta dum viuerent, & sic tempore habili, sed in vltima voluntate iussa solui, an debeantur? disputat Brito *ad tit. de locato p* 1. *rub.* §. 4. *à num.*16.

38 At obsequia præstita alicui ob eius merita, debita sunt illi, nec remuneratione aliqua egent, Tiraq. *in d. l. si vnquam, verb. donatione largitus num.* 106.
39 Camill. Borrel. *d. tom.*3. *tit.*9. *num.*167. *& seq.* Vnde donatio à Rege vasallo, vel militi ob seruitia in officio præstita, ex causa lucratiua, & non onerosa facta dicitur, Georg. *de feud. cap.*33. *num.*3. *&* 4. *pag.* 199. Cabed. *d. decis.*36. *num.*12. Constant. *in d. l.* 1. *num.*42. *pag.*280. Tapia *decis.* 6. *n.*26. Phœb. *decis.* 184. *num.*18. *&* 19. *p.*2.

De Episcopo Regulari titulari, cui nam acquirat, quæstio dubia; in qua tres inuenio opiniones. 40
Prima tenet monasterio acquirere ex eo quòd nullam sedem habet. Ita Sot. *de iustit. lib.*10 *q.*5. *art.*7. *in fine.* Emman. Sà *in sum. verb. Religio num.*52. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.*69. *art.*4. *ad fin.* Secunda sustinet per se & ex vi iuris adquirere illi Ecclesiæ, cuius titulum habet, quia verò non possunt illi cum effectu applicari talia bona, in opera sua dispensanda esse. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.*8. *lib.* 3. *cap.*17. *num.*5. Lezana *in quæst. Regul. tom.*1. *cap.* 17. *num.* 13. Tertia, cui tanquam probabiliori adhæreo, habet acquirere Pontifici, & illi Ecclesiam Romanam succedere, Azori. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.*10. *q.*7. Alzedo *d. p.*1. *cap.*14. *num.*12. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.*7. *cap.*32. *n.*68. Bonacin. *de clausura q.*2. *puncto* 9. §. 4. *diffic.* 2. *num.* 16. *ad fin.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.*8. *q.*53. Laymann. *in opere morali lib.*4. *tract.*5. *cap.*7. *n.* 18. Ego *d. alleg.*114. *num.*30. *&* 31. *& in collect. ad cap. statutum* 18. *q.*1.

Sed de Episcopo, qui renuntiauit Episcopatui, & ad Religionem reuertit, dubium maius est, cui acquirat? Videbatur si abintestato moriatur, bona ad monasterium spectare; nam si Ecclesia loco monasterij fuit subrogata, cùm Monachus factus Episcopus à voto obedientiæ suorum Superiorum Regularium absoluatur, & suæ Ecclesiæ, cum qua Matrimonium spirituale contrahit, *cap. inter corporalia, de translat. Episcopi*, sponsus dicatur, proindeque ius succedendi eidem Ecclesiæ competat, necessariò dicendum est quod dissoluto matrimonio, & à tali vinculo absoluto Episcopo, in eius bonis succedere debeat monasterium, cum ea, quocunque vadat si transferatur, vel renunciet Episcopus, deferre valeat. Calder. *cons.*2. *de rebus Eccles.* Pauin. *de potest. Capituli p.*2. *q.*8. *num.*28. *vers. & adde*, Rot. *decis.*2. *de transl. Episcopi in antiq.* Cald. Pereira *cons.* 48. *num.*25. 41

Et adhuc eo casu quo matrimonium spirituale non dissolueretur, sed cessio, vel renunciatio Episcopatus separationem quandam siue diuortium inter Episcopum, & Ecclesiam operaretur, nihilominus ob id solum vtique cessaret ius succedendi, vt in matrimonio carnali constitutum est *in l.* 1. *ff. vnde vir & vxor*, ibi, *Vt autem hæc bonorum possessio locum habeat, vxorem esse oportet mortis tempore, sed si diuortium quidem sequutum sit, verumtamen iure durat matrimonium, hæc successio locum non habet*, &c. Tiraq. *de retract. lib.*1. §. 10. *glos. vnic. n.*17. Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verb. & vxorem decis.*5. *n.*238. D. Petr. Barbosa *in rub. ff. soluto matrim. p.*2. *num.* 56. Et valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, *d. cap. inter corporalia*, cum aliis per me citatis *de locis communib. argum. iuris loco.* 42

Verùm contrarium, videlicet quòd talia bona Episcopi translati, seu cessionem, aut renunciationem Episcopatus facientis, spectent ad Ecclesiam ex qua illa fuerunt acquisita, probat idem D. meus Petr. Barbosa *in l. diuortio in princ. p.*2. *num.*55. *vers. quamuis*, ibi, *Quia translatus, vel renuntians non debet esse melioris conditionis quam si semper resideret in primo Episcopatu, vel beneficio; sed si semper resideret, illæ res, eo mortuo, sine dubio pertinerent ad Ecclesiam, ergo idem à fortiori in translato siue renuntiante recipien-* 43

dum est, cum hoc casu consuetudo, de qua suprà, nihil
44 *induxerit aduersus iuris Canonici rationes,*&c. Et confirmatur ex eo quod communiter DD. tradunt quòd Episcopus Regularis, dimisso Episcopatu, non subjacet regulæ suæ Religionis, nec tenetur ad monasterium redire. Ita Nau. *cons. 6. num. 11. cum seqq. de donat.* Emman. Sà *in sum. verb. Episcopus num. 11.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 6. num. 29.* Ego *d. tract. de officio Episcopi p. 1. tit. 1. cap. 4. num. 18.*

45 Non obstat *d. l. 1. ff. unde vir & vxor*, cum supra allegatis, quia illa resolutio non procedit respectu coniugis, qui non fuit in culpa separationis, omnes matrimonij effectus permanent, & ideo vxor, quæ à marito propter sæuitias diuertit, post separatum matrimonium partem consequitur in bonis ganantialibus. Gomez de Leon *alleg. 1. n. 12.* Matiens. *l. 2. tit. 9. lib. 5. glos. 1. num. 48.* Gutier. *de iuram. confirmat. p. 1. cap. 1. num. 61. & Canon. lib. 1. cap. 24. n. 14.* Ioan. Garc. *de coniug. acquæstu num. 163.* Giurba *ad statut. Messanen. cap. 1. glos. 6. num. 61.* D. Barbos. *in d. rub. ff. soluto matr. p. 2. num. 49. cum seqq.*; vbi *num. 56.* id ipsum tenet, & declarat, ibi; *Sed id ex supradictis declarandum est, vt verum sit in eo, qui dedit causam diuortij, nam is, cùm in legem deliquerit, eius non vtetur beneficio. l. auxilium in fine, sup. de minorib. sed alter, qui non fuit in culpa diuertendi, succedere poterit, quia iuris interpretatione videtur cohabitare cum diuertente, argum. l. Gaio. §. Imperator de aliment. & cibar. leg. & ita in specie declarat Deci. in l. 1. num. 10. vers. primus casus, C. vnde vi & vxor, quem ibi sequitur Curt. iun. n. 14.* &c. idem tenet Mangil. *de imputat. q. 188. pag. 724.*

Toletana Campanarum.

Plura de Campanarum inuentione, & tempore, fabricatione, consecratione, & effectibus, ac pulsandi vsu curiosè referuntur. Plures Campanas habere, aut solito maiores, an & quando liceat? & quando immodicus earum sonitus prohiberi possit, non inutiliter disceptatur.

VOTVM CII.

1 *Casus contingentia refertur.*
2 *Dubiorum propositio.*
3 *Campanarum mentio in quibus locis fiat.*
4 *Campana, quomodo definiatur?*
5 *Nola Campaniæ vrbs, in qua Augustus moritur.*
6 *Campanæ sic dictæ, quia in Campania inuentæ.*
7 *Campanæ Nolæ dictæ à loco, in quo primùm fuerunt factæ.*
8 *Nolæ nomen pro campana etiam ante Paulinum Nolanum Episcopum ante annos 300. vsurpatum fuit.*
9 *Campanæ quo tempore vsæ in Ecclesia Christiana, non constat.*
10 *Campanarum amplissimarum vsus in Asia.*
11 *Infideles, & præcipuè Turcæ, Campanis non vtuntur.*
12 *Campanæ fiunt ex metallo æris, & quare,*
13 *Argenti certum pondus excellentioribus campanis adiicitur.*
14 *Tintinnabulum à sonitu illo Tin Tin dictum.*
15 *Petasus pro maiori tintinnabulo sumitur.*
16 *Lebetis nomen campana sibi sortita est.*
17 *Squillæ, campanolæ appellantur.*
18 *Sabinianus Pont. constituit anno 606, campanas pulsari ad Horas Canonicas.*
19 *Campanæ in Ecclesiis ad quid seruiant?*
20 *Campanæ cur vocentur signa?*
21 *Ritus benedicendi, seu consecrandi Campanas antiquissimus.*
22 *Abbates non possunt benedicere Campanas.*
23 *Benedictio Campanarum quomodo facienda?*
24 *Campanæ cum benedicuntur non baptizantur.*
25 *Effectus benedictionis Campanarum plures.*
26 *Effectus consecrationis Campanarum, qui tribuant naturali virtuti sonitus illarum?*
27 *Miranda de Campanis consecratis, remissiuè.*
28 *Vililla Campana quando ex se sonitum reddat?*
29 *De vsu pulsandi Campanas.*
30 *Campanæ quare pulsentur pro defunctis, & in funeribus?*
31 *Campanæ quare non pulsentur in triduo Hebdomadæ sanctæ?*
32 *Campanæ in Sabbato sancto non possunt pulsari in aliqua Ecclesia ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice.*
33 *Interdicti tempore Campanas pulsare non licet, etiam paruas dum eleuatur Hostia, vel vt signum fiat Clericis venientibus ad Horas.*
34 *Campanæ laicorum, ac etiam Clericorum pulsari possunt tempore interdicti, vt moneantur laici de horis, quibus ire solent ad sua exercitia.*
35 *Interdicti tempore conceditur pulsatio Campanæ in mane, meridie, & sero pro Angelica salutatione.*
36 *Episcopus prohibere potest ne Campanæ pulsentur si non sint benedictæ.*
37 *Campanæ nullam rem prophanam insculptam, inscriptamvè, sed Sancti Patroni Ecclesiæ,*

Ecclesiæ, vel aliam sanctam Imaginem, piamque inscriptionem habere debent.

38 *Campanæ consecratæ etiam in turri prophanæ existentes nullatenus vsui prophano inseruire debent, etiamsi in hunc vsum à secularibus fabricatæ prætenderentur.*

39 *Horologiorum vsus, Campanis inuentis, fuit introductus.*

40 *Campanile dicitur locus, cui Campanæ imponuntur.*

41 *Vicinus domum vicinam vendere cogitur pro Ecclesiæ, seu Monasterij ædificatione, aut reparatione.*

42 *Campanilis pro ampliatione, poterit Ecclesia cogere vicinos ad vicinam domum vendendam.*

43 *Campanile in Ecclesia ædificare respicit publicam vtilitatem.*

44 *Commoditas publica præfertur priuatæ.*

45 *Fauor dilatationis, & augmentum cultus diuini praualere debet.*

46 *Venditio si fieret cum magno vendentis incommodo, non est inuitè facienda, etiam pro Ecclesiæ, vel Monasterij ædificatione, seu reparatione.*

47 *Palatium, quod præsefert magnam antiquitatem, & nobilitatem, non cogitur vendere vicinus pro Ecclesiæ ædificatione, vel ampliatione.*

48 *Iudex multùm strictè, & prauia necessitate debet officium suum impartiri, vt vendatur domus ad ipsius Ecclesiæ ædificationem, vel ampliationem.*

49 *Incommoditas magna si sequatur, domus vicinæ retrahi non possunt ad ædificationem Ecclesiæ, vel Campanilis.*

50 *Monialium ad Monasterium si habeatur prospectus ex turri Campanariæ, non debent aperiri fenestræ, & apertæ sunt claudendæ.*

51 *Ædificium vbi nocet Monasterio, compellitur dominus ædificij ad vendendam seruitutem altiùs non tollendi.*

52 *Cuilibet licitum est in suo pro libito fabricare, & ad cœlum vsque ædificium tollere, & vsque ad centrum fodere fundamenta.*

53 *Ianuæ nouæ non sunt aperiendæ directò aduersus ianuas, vel vicini fenestras.*

54 *Non licet ædificare ad occupandum solem, ventum, vel äerem.*

55 *Vtilitatem ex fabrica non percipientes dicuntur facere per æmulationem.*

56 *Ædificatio ad æmulationem, inuidiam, aut iniuriam permissa non est.*

57 *Fratres Prædicatores olim in Curia Romana litem habuerunt super Campanis habendis.*

58 Cap. Patentibus, de priuileg. *loquitur de Oratoriis constitutis in priuatis domibus.*

59 Cap. nimis iniqua, de excef. Prælat. *intelligitur.*

60 *Humiliati, & quidam Monachi Romæ inter se controuersiam habuerunt quis eorum primò deberet pulsare ad Matutinum.*

61 Extrauag. vnic. de officio Custodis Ioannis XXII. *refertur.*

62 Extrauag. huic *an sit derogatum per consuetudinem generalem?*

63 *Consuetudo non est trahenda de loco ad locum.*

64 *Consuetudo de iure probanda in casu indiuiduo, vt afficiat.*

65 *Consuetudo est probanda, quòd particulariter vigeat in ista Ecclesia, vel quòd sit generalis ad omnes Ecclesias sitas in Diœcesi.*

66 *Religiosi in diebus non solemnibus vnam tantùm Campanam pulsare debent.*

67 *Cathedralis Ecclesia Mediolanensis Prouinciæ, septem, aut quinque Campanas habere potest.*

68 *Collegiatæ Ecclesiæ Prouinciæ Mediolan. tres Campanas habere possunt, grandiorem scilicet, mediam, & minimam.*

69 *Parochiales Ecclesiæ in Prouincia Mediolanen. duas saltem Campanas habere possunt.*

70 *Papæ consensus requiritur ad inducendam consuetudinem contra ius.*

71 *Consuetudo requirit actus vniformes.*

72 *Consuetudo quando est varia, non potest recedi à iure communi.*

73 *Multa per patientiam tolerantur, quæ deducta in iudicio, exigente iustitia, toleranda non essent, & de scripta, & non scripta dissimulatione.*
Declaratur l. 2. titul. 15. lib. 4. nouæ Recopil. *non vulgariter.*

74 *Consuetudo licitum facere potest, quod aliàs erat illicitum.*

75 *Consuetudo non extenditur de casu ad casum, nec de loco ad locum.*

76 *Consuetudo est circumscripta loco, tantumque habet de potentia, quantum de actu.*

77 *Quòd tibi non prodest, mihi autem nocet, facere haud potes.*

78 *Consuetudinis mutatio perturbat, & nouitatem inducit.*

79 *Vicinus debet aliquod pati incommodum pro vtilitate vicinorum.*

80 *Ædificia quæcunque etiam strepitosa potest quis in suo euitare, præsertim pietatis fauore.*

81 Con

81 *Confraternitas Battutorum non potuit per Doctores expelli eo quod rumor, qui per illos fiebat, esset eorum studiis molestus.*

82 *Scholaris, Doctor, & Minister publicus potest expellere fabrum, & malleatorem vicinum.*

83 *Doctor alta voce legens, qui alios impedit, potest cogi vt sileat.*

84 *S. Paulus in illis verbis*, Datus est mihi stimulus carnis, &c. *declaratur.*

85 *Scholaris, & Doctor potest coercere immodicum, & non necessarium Campanarum strepitum.*

86 *Ægrotus potest expellere fabrum, & malleatorem vicinum.*

87 *Salutis hominis gratia natura omnia comparauit.*

88 *Campanarum sonitus assiduus, & intempestiuus prohiberi potest.*

89 *Ordinarij, & Visitatores locorum temperare debent pro loco, & tempore Campanarum pulsationes.*

90 *Campanarum pulsationes sunt cum discretione habendæ, habito respectu ad tempus diei, ad celebrationem festiuitatum, & ad qualitatem defuncti, pro quo pulsantur.*

91 *Campanarum pulsationes non sunt relinquendæ iudicio indiscreti Campanarij, aut alterius iuuenis otiosi.*

92 *Funus tacitum, vulgare, commune, plebeium.*

93 *Patres Societatis Iesu solent pulsare suas Campanas statis quibusdam horis duntaxat, & per modicum temporis spatium.*

1 IN oppido Matritensi nobilissima Catholicorum Regum Sede, Parochialis Ecclesia Sancti Genesij nuncupata, tum situs, & ædificij antiquitate, ac Parochianorum copia præstans, tum ob spatiosum Cœmeterij ambitu pro pauperum, & eorum, qui vltimo supplicio damnantur, sepultura, satis nota, ruinam minitauit anno 1640. & cùm primùm sufficientis capacitatis, & structuræ esset, haberetque campanariam turrim cum campanis duabus mediocri magnitudine fabricatis, præter aliam paruam (*squillam* nuncupant) postmodum cum Ecclesia, & turris prædictæ de nouo, & à fundamentis breui tempore ædificarentur, Ecclesia grandior, turris verò altior, & magnificentior, ac per viginti pedes vicinorum ædibus proximior euasit, in eaque quatuor campanæ maiores appensæ fuerunt, quarum minima excedit maiorem veteris Ecclesiæ campanam.

2 Hinc quidam Parochiani, & ipsi campanariæ turri proximiores vicini prætendunt eam reducendam esse ad locum, & structuram antiquæ, necnon ad numerum, & molem veterum nolarum, ac denique esse assignandum modum, & formam in earum pulsatione: cuius prætensionis occasione fui de his quatuor dubiis pro veritate interrogatus.

I. Vtrùm in reædificatione Ecclesiæ, sine illius necessitate, & cum aliquo Parochianorum incommodo, liceat campanariam turrim solitò maiorem, & in alio loco ædificare?

II. Quis nam campanarum numerus, tam Clericorum sæcularium, quàm Religiosorum Ecclesiis sit permissus?

III. Vtrùm numero campanarum in veteri turre existentium alias de nouo, & maiores addere liceat?

IV. Vtrùm immodicus campanarum sonitus prohiberi possit?

Antequam ad horum dubiorum resolutionem deueniam aliqua de campanis sunt annotanda scitu dignissima: & sciendum est illarum mentionem fieri *in cap. in causis, de elect. & in cap. Ioannes, de homicid. & in cap. patentibus, de priuileg. & in cap. nimis iniqua, de exces. Prælat. & in cap. fin. eod. tit. in 6.* de eis tractant Guilielm. Durand. *in rationali diuinorum Officiorum lib. 1. cap. 4.* Polyd. Virgil. *de inuentorib. rerum lib. 3. cap. vltim.* Anton. Menchiachen. *de obseruanda Missarum celebrat. cap. 13.* VValfred. Strabo *de rebus Eccles. cap. 15.* Selu. *de benefic. part. 1. quæst. 5.* Hieron. Magius *de tintinnabulis, cum notis* Francisci Suuertij, Ioann. Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ, lib. 2. cap. 22.* Simon Maiol. *in diebus Canicular. colloq. 19.* Metalla *pag. mihi 336.* Laurent. Beyerlinck *in magno theatro vitæ humanæ, tom. 1. verb. benedictio campanarum, pag. 192. in fine. & seq. & tom. 2. verb. Campana, pag. 58. cum seqq.* Petr. Binsfeld. *in tractat. de confessionibus maleficorum, & sag. rum concl. 7. dub. 6. pag. 307. cum seqq.* Fr. Angel. Roccha *in comment. seu in particulari tract. de campanis*, Guid. Pancirol. *& ibi* Addition. *rerum memorabilium recenter inuentarum, p. 2. tit. 9. de Campanis*, latè P. Augustin. de Herrera *en el originen y progresso del Officio diuino. p. 2. lib. 1. cap. 8. per tot.* Fr. Magister Franciscus Boil in libello Hispano sermone conscripto, cui titulus: *Nuestra Señora del Puche, Camara Angelical de* MARIA *Santissima, pag. 26. & seqq.* Fr. Franc. Maria Guaccius *in compendio maleficarum, lib. 3. in fine, sub tit. de sonitu campanarum*, & cæteri in discursu citandi, & infrà *num. 94.* De Campanarum vsu ad excubiarum explorationem, ac in locis munitis asseruatione per custodes ad id assignatos, agit ex lectione Græca, hinc inde variis Auctorum locis conquisitis, Ioannes Meursius *exercitat. Criticarum, p. 2. cap. 9.* 3

4 Campana instrumentum ad pulsandum inuentum est, & idoneum, habens introrsum pensilem, & mobilem malleum, quem *ropbalum* dicunt, secundùm Laurent. Beyerl. *d. verb. Campana, in princ.*

5 Plures crediderunt campanas repertas fuisse circa annum CCCC. à Paulino Episcopo Nolano. Est autem Nola Campaniæ oppidum, in quo Augustus vitam cum morte commutauit.

6 Dictæ fuerunt Campanæ, quia in Campania inuentæ, dictæ & Nolæ à loco, in quo primum fue-
7 runt factæ, de quo Camill. Borell. *de præst. n. ia Regis Catholic. cap. 78. ex num. 12.* Valenzuel. *cons. 26. num. 1.* August. de Herrera *en el Origen y progresso del Oficio Diuino lib. 1. cap. 8. num. 4. & cap. 9. n. 1. cum seqq.* Simon. Maiol. *d. colloq. 19. pag. mihi 336.* vbi ait campanam non ideò appellari, quòd æs ipsum sit Campanum, sed quod in Campania primùm hæ maiores fundi cœperint, auctore Paulino Nolano, Gauant. *in Rubricas Missalis part. 1. tit. 20. de præparatione*

ratione Altaris super verb. parua căpanula, *pag. 76. in impress. Antuerp.* vbi dicit vulgò ferri Paulinū Nolarum, idest, campanarū vsum in Ecclesiam inuexisse.

8 Sed certius est ante Paulinum Episcopum Nolanū de Nola pro căpana mentionē fecisse, Fab. Quintil. *in Orator. instit. lib.* 8. *c. vlt.* refert Hieron. Magius *d. tract. de Tintinnab. c.* 1. *vers. Nola*, & dicit Angel. Roccha *d. tract. de campanis, c.* 2. *pag.* 19. *&* 20. Nolæ nomen pro campana etiam ante Paulinū Episcopū Nolanum annos circiter trecētos vsurpatum fuisse, & adden. ad Guid. Pancir. *d. tit. de Campanis*, refert vulgatem errorē esse dicere, quòd Paulinus Episcopus Nolanus Diui Hieronymi æqualis, & sanctimonia vitæ spectabilis primus in suam Ecclesiam campanæ vsum inuexit, quasi priori sæculo ignotus ille

9 fuerit. Vnde quo tempore cœptum fuerit campanis vti in Ecclesia Christiana sibi nondū compertū esse

10 asserit Ioann. Steph. Dur. *d. c.* 22. *n.* 3. Inuenimus Auctorē Ordinis Romani, qui anno circiter 730. prodiit, de tintinnabulis mentionem fecisse Alcuin. *de diuin. offic. c.* 17. *de Cœna Domini*, qui circa annum 750. scripsit, campanarum meminit. Card. Baron. *in annalib. ad an.* 616. declarat quàm frequens tunc fuerit vsus campanarū in Ecclesiis Occidentis, memoratque Senonensis campanæ sonum ad septimū ab Vrbe milliare fuisse auditū, refert Petr. Cotonus *in instit. Cathol. lib.* 2. *c.* 56. *pag* 433. *vers. clarissimus*. Suar. *ad Regem Angliæ lib.* 2. *c.* 16. *n.* 3.

Illud tamen veritati magis accedit campanarum amplissimarū vsum in Asia non adeò veteribus cognitum ante Michaëlem Imper. quandoquidem Vrsus Patricianus Venetorum Dux duodecim ex ære magnas campanas antea Græcis incognitas ad eum dono misisse perhibetur anno Domini circiter 870. vt referunt Card. Cæs. Baron. *Annal. Eccles. tom.* 10. *anno Christi* 865. Sim. Maiol. *d. colloq* 19. *pag.* 136. Laurent. Beyerlinck *dict. verb. Campana, pag.* 58. *lit. A.* Petr. Coton. *d. c.* 56. *pag.* 433. *vers.* Idem Baronius. P. Suar. *d. cap.* 16. *n.* 3. *in fine.*

11 Planè campanæ, siue Nolæ institutæ fuerunt ad conuocandum ad Sacra plebē vice tubarum Testamenti veteris, Petr. Coton. *d. c.* 56. *vers. dicamus ergo, pag.* 433. Suar. *d. c.* 16. *n.* 2. Et in toto Orbe terrarum adhibentur, præsertim verò in Ecclesiis, & Monasteriis quibuscumque, necnon aliis in locis, in quibus hominum cœtus, aut Conuentus ad aliquam rem præstandam à Christi Fidelibus celebrari solet; appositissimè Alphonsus de Madrigal, nuncupatus TOSTATVS, ille magnus vndecūque Scriptor, Abulēsis Episcopus, *in tractatu de la Missa, llamase memoria de nuestra Redempcion, c.* 1. *de la significacion de la Campana*, vbi Reges nostros Catholicos Ferdinandum, & Elisabetham his alloquitur verbis: *Es assimismo la CAMPANA figura, è memoria del cuerno, o vozina, que los Iudios en el Templo tañian, quando el sacrificio auian de hazer. Es memoria de la muy alta, y excelentissima predicacion, que nuestro Redemptor hizo à aquel mal auenturado pueblo, que de si le desechò, aborrecio, è matò. Es memoria, como embio a sus Sātos, y escogidos cōpañeros, por el mundo, a predicar la Redēpcion que auia obrado: los quales fueron assi como voz de CAMPANA, para que los pecadores fuessen llamados à la Congregacion de la Iglesia.*

Infideles, præcipuè Turcæ, campanis nō vtuntur, sed earum loco in turribus altissimis constructis in Mesquitis quidam mercede conducti, statis diei, ac noctis horis magna, & sonora quidem voce inclamantes ex summitatibus ad Mesquitas homines conuocare solent. Ita Hieron. Mag. *d. tract. de tintinnab. c.* 15. Roccha *dict. tract. de Campanis, c.* 1. *pag.* 2.

12 Porrò campanæ fiunt ex metallo æris. Æs metallum durabile, & sonorum est; habet campana internùs plectrū ferreum, quo tunditur, vt audiatur, oraque Prædicatorum noui Testamenti significat, quæ plus durant, & altiùs resonant quàm tubæ veteris Testamenti, quarum locum tenere suprà admonui *n.* 11. *in princ.* quia tempore Iudæorum natus erat tantùm in Iudæa Deus, ac nunc in omni terra. Vas metalli æris ora Concionatorū significat, ferrū interius linguam eorum, per funē intelligimus mensurā vitæ nostræ, funis ad manus Sacerdotis pertrāsit. Ita Ioan. Stephan. Durant. *dict. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 5. Franc. Suuert. *in addit. ad Hieron. Mag. in tract. de Tintinnab. c.* 20. *pag.* 95 Æri alia metalla præstantiora non- 13
nunquā permiscentur, vt magis sonoræ sint căpanç, & ad tecti alicuius toni resonantiā edendā aptētur, quo fit vt frequenter argenti certū pondus excellētioribus adiiciatur, vt notat Laurent. Beyerlinck *d. tom.* 2. *verb. Campana, vers. Materia, pag.* 58.

Ad soni magnitudinē, suauitatemque plurimùm 14
cōducit, nō solùm materia, sed & forma Căpanæ; si humilioris, altiorisque petasi, seu galeri, aut lebetis figura efformetur, sonū nō admodū magnū, & ingratū auribus edit; si verò lōgior, crassiorque, quàm æris ratio patitur, obtusū, nec latè dimanantē emittit. Căpanarum diuersa sunt nomina. Tintinnabulū à tonitu, quē dū pulsatur, edere solet, dici arbitror, veluti à sonitu illo *Tin Tin* dum pulsata tintinnire, siue tintinnare auditur. De minorū tintinnabulorū vsu apud Principes viros, & Magistratus ciuitatū, & de illis, quæ ædiū foribus alligătur, Hieron. Mag. *d.* 15
tract. c. 18. *&* 19 Petasus ab antiquis pro căpana, siue pro maiori tintinnabulo sumi cōsueuit, & à galeri, vel pilei latioris forma, & similitudine, ita nūcupatus fuit. Nolæ quoque nomine căpana olim vocita- 16
batur, cuius rei rationē posui suprà *n.* 7. Lebetis nomen aliquando căpana sibi sortita inuenitur. Lebes enim vas æneū est, in quo igni apponitur aliquid, vt ebulliat, & quia ex ære fit lebes sicut căpana, & formam illius satis bellè repræsentare videtur, ideò lebes fuit appellata. Squillæ ad hanc vsque diem că- 17
panulæ, siue paruæ campanæ in Italia nominantur.

Nullum quidem instrumentum commodiùs re- 18
periri potuit ipsis campanis, ad quas pulsandas magna arte, vel industria opus non est, earumque bombus longè, latéque diffunditur. Quare ad Horas Canonicas Sabinianus Pont. constituit pulsari Căpanas anno Domini 606. vt scribunt Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib.* 6. *c.* 12. Onuphr. Panuin. *in epit. Summorum Pont. sub Pont. Sabiniano*, ibi: *Hic Pōtifex campanarum vsum inuenit, iussitque vt ad Horas Canonicas, & ad Missarū Sacrificia pulsarētur in Ecclesia*, &c. refert Angel Rocc. *d. tr. c.* 15. *pag.* 5. qui tamen ex quibusdam locis vsum campanæ pro Sāctimonialibus ad Ecclesiam conuocandis tempore S. Hieronymi ante Sabiniani tempora ducentos circiter annos aperte constat; vnde existimat sententiam probabiliorem esse illorum, qui Campanæ inuentum (quantum ad Ecclesiasticum vsum, & ritum) Paulino Sancto, & Episcopo Nolano adscribunt, fieri tamen posse ait idem Roccha, vt Sabiniani tempore dictus vsus, seu ritus Ecclesiasticus quatenùs non vbique apud Ecclesiasticos viros receptus, vel quatenus fortasse intermissus ab ipso Sabiniano, vel institutus, vel in vsum reuocatus ad Missarum Sacrificia indicāda, & ad Horas in Ecclesiis Diuini Officij gratia distinguendas intelligatur. Seruiunt igitur huiusmodi Căpanæ iuxta Con- 19
cilium Coloniense *tit. de constitut. & consuet. c.* 14. vt vocetur Populus ad cōueniendū in Tēplis, & Clerus ad enuntiādas Dei laudes, & vt Fideles omnes inuitētur ad preces, & deuotionē, cuius institutionis

nis meminit liber Romani Ordinis relatus *in c.1. de offic. Cuſtod.*

20 Ideò Campanæ appellantur *Signa*, quia in eum finem pulſantur, vt ſint ſigna tẽporis, quo Clerici ad diuinas Horas recitandas, & Fideles ad intereſſendū Sacris debent conuenire, conſonant text. *in c. ſolent, de conſecr. diſt. 1. & in c. 2. de officio Cuſtodis*, cum aliis adductis per Steph. Coſtam *in c. alma mater, §. adyci-mus, n. 10. de ſentent. excommun. lib. 6.* refero Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 27. n. 27.* Duobus ſequentibus verſibus (quos ob rhythmicas quaſdam ſyllabarum deſinentias à Leone fortaſſe quodam, huius generis verſuum inuentore, Leoninos appellant) varij campanarum vſus in Sancta Dei Eccleſia recepti, comprehenſi ſunt, refert ex Gloſſa Carol. Marant. *p. 2. reſp. 22. n. 18.* & nouiſſimè Auguſt. Herrera *del origen y progreſſo del officio diuino p. 2. lib. 1. c. 8. num. 2. cum ſeqq.*

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum,
Defunctos ploro, nymbum fugo, feſtaque honoro.

21 Campana antequam in turrim campanariam, ſeu campanis deſtinatam reponatur, per Epiſcopū conſecrari, aut benedici ſolet; ritus autem illas benedicendi, ſeu conſecrandi antiquiſſimus eſt, illius Alcuinus mentionem fecit *in lib. de Diuinis Officiis*, qui floruit circa annum 770. dicens: *Neque nouum videri debet campanas benedicere, & vngere, eiſque nomina imponere.* Ita Ioan. Steph. Durant. *d. c. 22. ſub n. 6.* Card. Cæſ. Baron. *in Annal. Eccl. tom. 10. pag. 810.* Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi, c. 31. §. 1. n. 2.* Laurent. Beyerlinch *in magno Theatro vitæ humanæ, tom. 1. verb. Benedictio campanarum à princ. pag. 192. in fin.* latè Roccha *in dict. tract. c. 5. pag. 39. cum ſeqq.* Auguſt. de Herrera *d. p. 2. lib. 1. c. 8. n. 2. prope fin.* Ego *de officio, & poteſt. Epiſcopi par. 2 alleg. 27. num. 46.* vbi cum Mari. Anton. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 112. caſu 3.* teneo

22 Abbates non poſſe benedicere campanas, quia hæc benedictio videtur Ordinis Epiſcopalis.

23 Conſecrari, aut benedici ſolet cãpana hoc modo, videlicet, Cãpana tota intus, & extra cū aqua benedicta ab Epiſcopo vnà cū Miniſtris lauatur, deinde mundo linteo extergitur dum ab eodẽ Epiſcopo cū Miniſtris aliquot etiam Pſalmi recitãtur, quibus finitis Epiſcopus cū pollice dextræ manus de Oleo ſancto infirmorū ſignum Crucis facit extra, & ſupra campanã; deinde oratione ad campanã pertinẽte recitata, cum linteo mundo ſignū Crucis factū ab ipſo Epiſcopo extergitur, & Antiphona cū Pſalmo item recitata, Epiſcopus cū pollice dextræ manus de Oleo ſancto infirmorum ſeptem facit Cruces exteriùs ſuper campanã; deinde intra campanam cū Chriſmate facit quinque Cruces, dum hæc dicit verba: *Sanctificetur, † & conſecretur † Domine ſignū iſtud. In nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus ſancti, † in honorẽ ſancti N. Pax tibi.* Hac re præſtita, & oratione pro effectibus cãpanæ conſecratæ mirabilibus impetrandis recitata, necnon thymiamate, thure, & myrrha thuribulo impoſitis, thuribulū ipſum igne accenſum, & fumigans, ipſi campanæ ſupponitur, vt ea totum illū recipiat fumum: dum autẽ Thuribulum campanæ ſuppoſitum manet, cantatur, ſeu recitatur Antiphona cū Pſalmo, &c. Huius ritus antiquitatem quidam Ioanni XIII. Pontifici tribuunt, anno 968. de quo P. Suar. ad Regem Angliæ *lib. 2. c. 16. in fine* Coriol. *in Pontif. Ioannem XIII. an. 968.* Auguſt. de Herrera *en el origen y progreſſo del officio diuino p. 2. lib. 1. cap. 8. num. 2. in fine.*

24 Vnde cãpanas non baptizari Baptiſmo, quo peccata remittuntur, vt nobis obiiciunt Caluiniſtæ, ſed benedici, optimis quidem rationibus, probant *Ioan. Steph. Durant. dict. c. 22. n. 6.* late *Suar. ad Regem Angliæ lib. 2. c. 16. n. 5. cum ſeq. Martin. Delr. diſquiſit. magic. lib. 6. c. 3. qq. 33. ad fin. Binsfeld. de confeſſionibus maleficorum, concl. 7. dub. 6. verſ. Neque velim, pag. 309. Card. Baron. d. tom. 10. ad annum 968. pag. 810.* dum campanã Baſilicæ Lateranenſis primariam à Ioanne XIII. ſub nomine ſancti Ioannis Baptiſtæ benedictã, aut conſecratam fuiſſe ait, & ſubdit quòd vulgi errore pro arbitrio vtentis vocibus dicuntur baptizari campanæ, cùm ab Epiſcopo benedicuntur, idem referunt *Laurent. Beyerlinck dict. verbo Benedictio campanarum, verſ. tempore Ioannis, pag. 193. Torreblanc. de iure ſpirit. lib. 12. c. 27. n. 98. Ego ipſe dict. alleg. 27. n. 49. Petr. Cotton. d. c. 56. verſ. iam quod attinet.*

Effectus autem conſecrationis campanarū plures 25
referuntur, & præcipui habentur *in Concil. Colonien. ſ. c. 14.* ibi: *Vt dæmones tinnitu campanarum Chriſtianos ad preces concitantium terreantur, quin potiùs precibus ipſi territi abſcedant, illiſque ſummotis, fruges, meſſes, & corpora credentium ſeruentur; vt procul pellantur hoſtiles exercitus, & omnes inſidiæ inimici; fragor grandinū, procellæ turbinū, impetus tẽpeſtatum, & fulgurū tẽperentur, infeſta tonitrua, & ventorū flamina ſuſpendantur, ſpiritus procellarū, & aërea poteſtates proſternatur.* Ita Fuſch. *de viſit. lib. 1. c. 14. n. 7.* Fr Franciſc. Maria Guacius *in compendio maleficarum lib. 3. c. ult. de ſonitu cãpanarum*, vbi probat cãpanarum ſonū valere contra dæmones, Martin. Delr *citato loco.* Binsfeld. *dict. q. 6. verſ. dicitur, pag. 308.* breuiter Ioan. Steph. Durant. *d. c. 22. n. 6. in fine*, ibi: *Ad alligãdos, & propulſandos malignos ſpiritus*, Carol. Maranta *p. 2. reſp. 22. n. 53.* Laurent. Beyerl. *dict. verb. Benedictio cãpanarū, verſ. effectus benedictionis cãpanarum, pag. 193.* vbi ait ex formula benedictionis iſtos effectus colligi: rogat enim Eccleſia primò, vt vbicūque ſonuerit cãpana conſecrata, procul recedat virtus inſidiantiū: ſecundò vmbra phãtaſmatū: tertiò incurſio turbinū: quartò percuſſio fulminū: quintò læſio tonitruorū: ſextò calamitas tempeſtatū, omniſque ſpiritus procellarū: ſeptimò vt cū filij Chriſtianorū clãgorem cãpanæ audierint, creſcat in eis deuotionis augmentū, Torrebl. *d. l. 12. c. 27. n. 97.* Rocc. *d. tr. c. 6. p. 43.* P. Aug. de Herr. *d. lib. 1. c. 8. n. 3.*

Hanc vim aduersùs fulgura agnouit noſtra antiqua Hiſpania, in campana illa, intus quam inuenta fuit miraculosè Imago Beatiſſimæ Sanctæ MARIÆ Angelorum Reginæ, quæ vocatur *del Puche*, in Valẽtino Regno, in cuius ambitu talis erat grauata inſcriptio, multis Sanctorū Imaginibus interpollata, qualem refert Magiſter Franciſcus Boyl Ordinis S. MARIÆ de la Merced, Philippo IV. noſtro Regi Catholico à Cõcionibus, *in dict. libello S. MARIÆ c. 5. pag. 26.* S. MARIA, ORA PRO NOBIS. IMAGO TVA SIT NOBIS TVTRIX, QVÆ FVIT AB ANGELIS IN LAPIDE SEPVLCHRI TVI DEDOLATA, ET AB EIS ASPORTATA, AC APOSTOLORVM ADVENTV DECORATA. SERVI TVI TE COLIMVS. ABIGE FVLGVRA, TONITRVA SONITV CAMPANÆ, QVAM FECIMVS, ÆRA SEXCENTESIMA SEXAGESIMA. Quæ Æra annum denotat DCXXII. à CHRISTO nato, tempore Bonifacij V. Pontif. Max. Rege Siſibuto in Hiſpania, in Oriente Imperatore Heraclio, ex Beuther, & Eſcolan.

Non deſunt tamen qui effectus prædictos cãpa- 26
narum tribuant naturali virtuti ſonitus illarū, quaſi eo attenuetur aër, & diſſipentur turbinum, & tẽpeſtatū impetus, ac procellarū ſpiritus, vt putauit Petr. Mexia *in ſua ſylua variæ hiſtor. lib. 2. cap. 10.* Et refert Hier. Magius *dict. tract. c. 14. verſ. illud non eſt omittendū, pag. 5*-. Philoſophos, qui ſæpè à Chriſtiana Fide ad naturæ rationes diuertunt, exiſtimare campanarum

rum sono tempestatum, ventorum, grandinumque depelli iniuriam, quòd tinnitus ille æris aërê maximè diuerberet, scindat, & confringat. Sed verius est prædictos effectus tribui benedictioni, seu consecrationi, sic diuino iussu, seu beneficio operante. Si tamen irrident hæretici, irrideant & Deum ipsum, vt dicit Ioan. Stephan. Durant. *d.c.* 22. *n.* 4. qui *Num.* 10. disertè ait se excitare ad misericordiam tubarũ clangore, ibi: *Plangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri corã Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorũ vestrorũ*, refero Ego *ipse dict. alleg.* 27. *n.* 49.

27 De Campanis consecratis mirãda referunt Simon Majol. *d. colloq.* 19. *pag.* 336. *cum seq.* Paul. Griland. *lib.* 2. *de sortileg. q.* 7. *n.* 30. Binsfeld. *d. q.* 6. *vers. hic ad maiorem*, Angel. Roccha *dict. tract. c.* 7. August. de Herrera *d. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 6. *cum seqq.* Laur. Beyerl. *d. tom.* 2. *verb. Campanæ per se sonantes*, vbi ait aliquibus in locis absque vllo humano ministerio campanas so-

28 nare solitas. Et nobis Hispanis illud mirandum videtur, & singulari nota dignum, quòd in Cæsaraugustana Diœcesi, in villa quadã VILILLA dicta, ad Iberim fluuium sita, est campana, quam miraculorum appellant: hæc per aliquos menses antequam aliquid aduersi in Christiana Republic. contingat, ex se ipsa, nemine illam mouente, pulsatur, seu ex se sonitum reddere auditur. Rem narrat Anton. Augustin. *de numismat. dial.* 6. *pag.* 194. vbi multas recenset vices, in quibus id euenisse accepit, totidemque tristissimos in medium affert euentus à spontaneo illius campanæ sonitu olim præmonstratos, idẽ referunt Leonar. Vairus *de fascino lib.* 2. *c.* 14. Petr. Gregor. *de Republ. tom.* 1. *lib.* 12. *c.* 13. *num.* 25. Hieron. Zurita *Annal. Arag. lib.* 10. *c.* 93. *& lib.* 14. *c.* 27. *ad finem*, Fab. Paulin. *lib.* 4. *hebdomadum, c.* 7. Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.* 4. *c.* 3. *q.* 2. Auctor libri *de la continuacion del enquiridion de los tiempos*, *anno* 1601. *fol.* 283. Carrillo *en sus Annales Chronologicos pag.* 354. *anno* 1485. *y en la addicion que haze al año* 1435. *en la* 2. *impression en Caragoça fol.* 413. Claud. Clem. *in chronolog. Hispan. cent.* 16. *&* 17. Vincent. Blasc. *de Lanuza tom.* 7. *Annal.* Damian. *de Fonseca in tract. de expulsione Moriscorum Italicè conscripto lib.* 3. *c.* 4. *pag.* 122. Laurent. Beyerlink *dict. vers. Campanæ per se sonantes, in princ. pag.* 58. Angel. Rocch. *d. tract. c.* 7. *pag.* 62. *cum seqq.* Ferdinand. *Camargo en el Epitome Historial de la Iglesia Militante anno* 1435. *pag.* 276. plures cumulat doctissimus *Dominus D. Ioannes de Quiñones, Curiæ Regalis Præfectus antiquior*, in speciali de hac campana tractatu omni eruditione refertoque quem Matriti de anno 1625. typis mandauit, & nouissimè *August. de Herrera del originen y progresso del officio diuino p.* 2. *lib.* 1. *c.* 8. *num.* 1. *Rodrigo Mendez Sylua en la Poblacion general de España, pag.* 140. *&* 141. nonnullos alios tam manuscriptos, quàm excusos Auctores citat doctiss. Ioannes Franciscus Andres *in secundo discursu de las Monedas desconocidas Españolas, pag.* 171. *&* 172. qui quidem lucem accepit in libello, cui Epigraphe: *Museo de las Monedas desconocidas Españolas, publicolo don Vincencio Iuan de Lastanosa.*

29 De vsu pulsandi Cãpanas latissimè Angel. Rocc. *d. tract. c.* 15. *cum seqq.* vbi *c.* 16. de campanis in sacrificio Missæ pulsandis, & *c.* 17. de campana in sero, in manè. & in meridie pulsari consueta: & *c.* 18 de causis pulsandi campanã in vespere, in manè, & in meridie, deque huiusce ritus institutoribus: & *c.* 19. de vsu pulsandi campanas ad laudem, & gloriam Dei omnipotentis, & honorẽ Sanctorum in diebus festis, & sacris Processionibus celebrandis, necnon in gratiarũ actionibus: & *c.* 21. de vsu pulsandi cãpanas ad improbas pluuias, vel tempestates expellendas: & *c.* 22. de vsu pulsandi campanas in alicuius magni viri aduentu ad vrbem.

De pulsatione Campanarum in defunctorũ funeribus plura apud Albert. Pygi. *hist. Angl. lib.* 4. *c.* 23. Aug. de Herrera *d. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 8. Hieron. Magn. *dict. tract. c.* 14. *pag.* 56. *in fin.* vbi refert se legisse in glossa, quam Ordinariam Theologi vocant, ad Hymnos Dauidis in parentalibus pulsari campanã, vt preces, quæ pro mortuis funduntur, ad Deum cãpanæ sono, tanquam flatu quodã deuehantur, & quasi manu ducantur, Iul. Lauor. mei quondã amicissimus, *variar. lucubr. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 76. vbi dicit ideò pro defunctis pulsari cãpanas, vt populus ad pias pro eo fundẽdas preces moneatur, & *à n.* 77. ex Rituali Romano refert eas trina vice pulsari solere; prima quãdo infirmus est in agonia, & spiritum Deo est redditurus, ad hoc vt audientes Deum orent pro eo. Secunda cùm spiritũ Deo reddidit. Tertia quando comitatur ad sepulturam, Angel Rocc. *dict. tract. c.* 20. vbi vsum pulsandi cãpanas pro defunctis Christiana pietate institutum asserit, propterea quòd tali campanarũ sonitu viuentes perinde, atque inuitari quodammodo cohortantur, vt defunctos ad Ecclesiam delatos comitentur, vel saltem pro illis ad Deum preces effundant; nam consuetudo valdè pia, & valdè necessaria censetur (vt ex Guillelmo Bernardo addit idẽ Angel. Roccha,) quia citra hũc vsum pulsandi campanas morte multorũ à multis ignorata, defunctorũ animæ precibus Fidelium non iuuarentur, nec viuentibus ob huius generis opera præmiũ apud Deum merendi daretur occasio. Ioan. Steph. Durant. *d. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 4. ibi: *Pulsantur etiam campanæ*, ait Albert. Pighi. *ad finem, lib.* 7. *in exequiis, & iustis defunctorum, vt excitentur, & præmoneantur ne dum necessarij, sed & cæteri ciues ad præstanda Officia defunctis eorum opem implorantibus, acsi dicerent: Miseremini mei saltem vos amici mei.* 30

De temporibus autẽ, in quibus cãpanas pulsare non licet, ait Angel. Rocc. *dict. tract. c.* 25. *per tot.* In triduo Hebdomadæ sãctæ, in qua Passionis, & Mortis Christi Domini Saluatoris nostri memoria recolitur cãpanæ non pulsantur, sed silent; & campanarũ loco tabulæ malleo ferreo pulsantur, quia tunc siluerunt Apostoli, & Prædicatores, atque alij, qui per cãpanas intelliguntur, aut designantur, vt scribunt Guillel. Durand. *in rationali diuin. Offic. lib.* 6. *c.* 72. *n.* 3. Albin. Flac. *lib. de diuinis Offic.* Iul. Lauor. *d. tit.* 2. *c.* 3. *n.* 83. Laurent. Beyerlinck *dict. verb. Campanæ, in fin. pag.* 61. ibi: *Ex institutionẽ Ecclesiæ signorum, atque campanarũ sonus retinetur, ne audiatur triduo ante Pascha, vt repræsentetur fuga Discipulorũ, Christo tradito à Iuda, quando nemo eum confitebatur, nã & Petrus eũ negabat, & teste S. Matth. Discipuli omnes eo relicto fugerũt.* 31

In vltimo die illius tridui, qui est Sabbatũ Sanctum post decantatã Missæ Epistolam, Resurrectione Christi Domini prænunciata, nõ possunt cãpanæ in aliqua Ecclesia pulsari, ante pulsationẽ in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice. Concil. Later. sub Leone X. *sess.* 11. *anno Domini* 1521. *pag.* 179. & multis Sacræ Cõgregationis citatis decisionibus refero Ego ipse *in summa Apost. decis. coll.* 82. *n.* 3. vbi ex aliis amplio locũ habere, tã in Ecclesiis sæcularibus, quàm in Regular. etiam S. Ioan. Hierosol. etiam propè, & extra muros existentibus, & etiã in Ecclesiis Confratrum, quãuis adsit Ecclesia Collegiata, quæ habeat omnimodam præcedentiam supra Matricẽ, de quo etiam Gauant. *in Rubr. Missal. p.* 4. *tit.* 10. *n.* 1. *p. mihi* 270. 32

Tempore etiam interdicti campanas pulsare nõ licet; cùm enim pulsentur veluti signa, vt populus 33

conueniat ad Diuina audienda, & interdicti tem-
pore licet Missas fieri, & Diuina celebrari Clericis
permittatur. Populum tamen, laicosque omnes ex-
cludi oportet, vt patet, meritò sequitur campanas
pulsandas non esse. Ita Couarr. *in cap. alma mater,*
part. 2. §. 4. num. 5. vers. 13. & *ibi* Stephan. Costa *n. 12.*
post Nauarr. Vgolin. & alios latissimè prosequitur
Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 9. à princip.* quibus addo
Auil. *eod. tract. par. 5. disp. 4. sect. 2. dub.* 8. Suar. tom.
5. etiam *de censur. disp. 34. sect. 1. à num. 15.* cum qui-
bus aduertere oportet exceptis festiuitatibus, qui-
bus publicè celebrare conceditur, licitum non esse
pulsare campanas magnas, aut paruas etiam cùm
eleuatur Hostia, vel etiam, vt signum fiat Clericis
venientibus ad Horas, quibus interesse tenentur,
sed instrumento tabulæ, aut simili vtendum est ad
Clericos conuocandos, vt benè probat Suar. *d. sect.*
1. num. 16. licèt cum Vgolin. & aliis contradicat
34 Sayr. *d. cap. 9. num. 3.* quamuis *num. 2.* rectè doceat
pulsari posse campanas laicorum, atque etiam Cle-
ricorum, vt moneantur laici de horis, quibus ire
solent, & debent ad sua exercitia, dummodo fraus
cesset ex parte Clericorum: qua etiam cessante frau-
de fieri posset ad denotandum interdictum, prout
Salmanticæ, & in hoc oppido Matriti fieri solet.
Addit Angel. Roccha *dict. tract. cap. 25. pag. 151.*
pulsationem campanæ in tempore interdicti conce-
di in manè, meridie, ac sero pro Angelica Saluta-
35 tione ad honorem B. MARIÆ semper Virginis
recitãda, vt à cunctis laudetur, & veneretur, & vt no-
bis in nostris necessitatibus Virgo Deipara opẽ ferat.

36 Episcopus prohibere potest ne campanæ pulsen-
tur, si non sint benedictæ, vt censuit Sacra Congreg.
Eminentissimorum DD. Cardinalium Sacri Concil.
Trid. Interpretum in *Aprutina 5. Iulij 1614.* cuius
memini *in dict. Summa Apostolic. decis. Collect. 82. n.*
2. Et constituerat S. Carol. Borrom. vt refertur inter
acta Mediolanensis Ecclesiæ *p. 4. actorum instruct. fa-*
bricæ Ecclesiæ lib. 1. c. 24. pag. 586. col. 2. ibi: *Campanæ*
verò nec in turris, nec alio in loco collocandæ sunt, nisi pri-
mùm solemni benedictionis, precumque ritu ex Ecclesiæ
instituto sint consecratæ, nullam rem prophanam insculp-
tam, inscriptamvè vllo modo, sed Sancti Patroni Ec-
clesiæ, vel aliam sacram Imaginem, piamque inscriptio-
nem habentes, refert Angel. Roccha *in dict. tract. c. 26.*
7 *in fine.* Et Ego ipse *in dict. collect. 82. n. 1.* attestor
38 Sacram Congregationem Episcoporum, & Regula-
rium negotiis præpositam in vna Papien. de anno
1581. censuisse campanas cõsecratas etiam in turri
prophana existentes nullatenus vsui prophano in-
seruire debere, etiamsi in hunc vsum à sæcularibus
fabricatæ prætenderentur. De turri campanaria in-
frà *sub dub. 1.*

39 Inuentis campanis introductus quoque fuit ho-
rologiorum vsus, quibus horæ distinguuntur: de il-
lis vide Polydor. Virgil. *de inuentor. rer. lib. 3. cap. 18.*
Hieron. Mag. *d. tract. de tintinnab. c. 6.* Guid. Pancir.
rer. memor. tom. 2. tit. 10. de horologiis, Angel. Roccha
dict. tract. de campan. c. 3. pag. 37. vbi de campana pro
distinguendis horis adhibita, & *cap. 12. pag. 85. cum*
seqq. vbi de horologiis mira arte constructis, & *in*
fine tract. iterum de horologiis declaratio.

His sic præsuppositis pro materiæ cognitio-
ne, remanet vt ad dubiorum resolutionem deue-
niam.

DVBIVM I.

*Vtrùm in reædificatione Ecclesiæ sine illius ne-
cessitate, & cum aliquo Parochianorum in-
commodo, liceat campanariam turrim solitò
maiorem, & in alio loco fabricare?*

CAmpanaria turris, seu cãpanile, dicitur locus, 40
cui campanæ imponuntur, vt tradit Angel.
Roccha *dict. tract. c. 2. pag. 20.* quòd est pars Ecclesiæ; 41
nam sicut pro Ecclesiæ, seu Monasterij ædificatione,
aut reparatione potest cogi vicinus domum viciną
vendere, cùm causa Religionis ad publicam vtilita-
tem spectet, *l. si quis sepulchrum, in princ. ff. de relig. &*
sumpt. funer. Couarr. *lib. 2. var. c. 14. n. 7. &* 8. vbi om-
nium consensu receptam esse sententiam testatur,
licèt ipse in puncto Iuris contrarium verius esse af-
firmet *in vers. cæterum,* Anton. Gom. *l. 46. Tauri, n. 9.*
& l. 70. n. 27. & tom. 2. var. c. 2. n. 51. Anton. de Padill.
in l. altius n. 21. C. de seruit. Auiles *ad cap. 18. Prætor.*
glos. vlt. in fine, Perez *l. 2. circa fin. vers. alias, & sextum*
casum, tit. 23. lib. 2 Ordin. Gironda *de gabell. par. 2. in*
princ. n. 14. Gasp. Thesaur. *qq. forens. lib. 1. q. 64. n. 6.*
Vincent. de Franchis *decis. 223. n. 5. & 6.* Vincent.
Caroc. *decis. 26. n. 6. cum seqq. & præcipue n. 13.* Petr.
August. Morla *in emporio iuris ciuilis, par. 1. tit. 9. q. 1.*
n. 8. Bobadill. *in sua Politica lib. 3. c. 5. n. 26.* D Barbos.
in l. 2. ff. soluto matrim. par. 2. n. 39. Aluar. Valasc. *con-*
sult. 22. n. 2. Cabed. *decis. 105. n. 2. & 3. par. 1* Aponte
de potest. Proreg. tit. de abundantia ciuit. §. 4. n. 1. Mar-
ta *de iurisd. p. 4. casu 471. n. 3.* Mari. Antonin. *var. re-*
solut. lib. 1. resol. 112. casu 29 Hieron. Leo *Valent.*
decis. 50. n. 9 cum seqq. Marc. Anton. Genuen. *in præ-*
ticab. Eccles. q. 241. Camill. Borrel *in sum. decis. par. 1.*
tit. 2. n. 36. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Nea-*
pol. decis. 138. n. 1. p. 2. Mari. Giurb. *decis. 80. n. 3. & 7.*
Guizarel. *decis. 38. n.* . Nouar. *qq. forẽ. lib. 1. q. 32. n. 1.*
& 2. Gabr. Aluarez *de priuil. miserabil. personæ. q. 8.*
n. 207. vbi *n. 208.* subdit procedere quamuis via sit
intermedia, Iacob. Cancer. *var. resol. par. 1. c. 13. n.*
78. Ioan Baptist. Valenzuel. *cons. 18. n. 11.* Guzman
de euiction. q. 52. n. 19. cum seqq. Ioan. Mari. Nouar. *qq.*
forens. p. 2. q. 50. Duran. *decis. 47. n.* . vbi *n. 3* quòd re-
ceditur in hoc casu ob publicam vtilitatem à reg. *l.*
inuitum, C. de contrah. empt.

Ita etiam pro erectione, vel ampliatione campa- 42
nilis poterit Ecclesia cogere vicinos ad vicinam
domum vendendam, stante quòd illud dicitur pars
Ecclesiæ, & argumentum de toto ad partem vali-
dum est, *l. quæ de toto. ff. de rei vendicat.* Euerard. *in*
topicis legalib. loco 80. cum aliis per me citatis *in locis*
communibus argumentor. iuris loco 114. Ex quibus ita
in terminis resoluit Ioan. Maria Nouar *qq. forẽs. p. 2.* 43
q. 1. n. 6. & 11. & rationem præstat *ibi num. 26.* quia
campanile in Ecclesia ædificare respicit publicam
vtilitatem; nam, vt benè ait Carol. Maranta *contro-*
uersarum iuris vtriusque responsionum, p. 1. resp. 22. n.
17. campanariæ sacræ hæ turres in Ecclesiis vt fiant,
non parum interest Reip. Christianæ.

Ergo à fortiori nullus vicinus poterit turris hu- 44
iusmodi ædificationem impedire, etiamsi ex aliqua
parte incommoditatem reciperet particularem, cui
publica præferri debet commoditas, *cap. bonæ 3.* vbi
glos. *de postul. Prælat. c. licet 18. de Regular. l. vtilitas, C.*
de primipil. lib. 12. Franc. Anton. Costa *cons. 28. n. 5. &* 45
6. vol. 1. Tùm quia fauor dilatationis, & augmentũ
cultus diuini etiam in præiudicium antiquioris Ec-
clesiæ, & vicinorum inibi inhabitantium præualere
debet, ad text. *in c. ad audientiam 3. de Eccles. ædific.*
Seraph. *decis. 847. n. 3.* Rot. *decis. 6; 6. n. 10. p. 1. recent.*

46 Verùm hæc locum habere non possunt, vbi venditio fieret cum magno vendentis incommodo, idem de præstante patientiam, vt turris ædificaretur, si ex illius ædificatione, seu ampliatione reciperet magnum incommodum, Ecclesia verò paruum nocumentum per text. *in l. 1. §. sunt qui putant, ff. ne quid in loco publico*, Couar. *lib. 3. var. cap.* 14. *in fin.* Felin. *in cap. 1. num. 2. de Iudæ.* Rota *in Iannen. domorum. 15. Maij 1615. corā bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & decis. 371. part. 1. recentior.* & ex eiusdem Rotæ decisione Fontanel. *de pactis nupt. clauf.* 5. *glos. 1. p. 2. num.* 120. refert in casu illius fuisse de-
47 negatam petitionem Monialibus sanctæ Catherinæ de Senis, quæ pro ampliatione Monasterij prætendebant posse cogi Ducem Camillum de Comitibus habentem palatium contiguum, in quo habitabat, ad illud sibi vendendum, quia magnum incommodum ex eo dicto Duci sequebatur, quia eius familia erat de nobilioribus Italiæ, & palatiū, quod petebatur, erat antiqua illorum habitatio, & præseferebat magnam antiquitatem, & nobilitatem, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 742. num. 25. & 26.* vbi dicit, quòd Iudex multum strictè, &
48 præuia necessitate, & cum magno grano salis debet officium suum impartiri, quia hoc priuilegium non est trahendum ad quemcumque locum pium, sed ad necessarium morali quadam necessitate ad Sacramentorum administrationem, & ad cultum diuinum, ne sequatur inconueniens, quòd quilibet volens erigere locum pium, possit eligere domum, quam vellet pro tali ædificio, & posteà sub prætextu ampliationis retrahere à vicinis domus contiguas. Idem Stephan. Gratian. *tom. 5. cap. 896. num. 7.* vbi quòd ad hunc effectum ampliationis non sufficit necessitas Ecclesiæ, vel Monasterij, & contiguitas domus, cum etiam requiratur tertium, vt non magnum præiudicium vicino contingat, iuxta *l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funer.* Ioann. Mar. Nouar. *d. p. 1. q. 50. d. n. 9.*

49 Vnde si aliqua magna incommoditas sequeretur, certum est vicinas domus non posse retrahi ad ædificationem Ecclesiæ, vel campanilis: idem si post eam ædificatam alia inconuenientia adessent, quæ opportuno indigerent remedio, veluti ex turri pateret prospectum ad aliquod Monialium Monaste-
50 rium, quia si fabricatur, inhiberi debet ædificanti ne fenestras aperiat; si verò iam sint factæ fenestræ, siue pauimenta, debent claudi, & tegulis cooperiri, ad text. *in cap. 1. in fine principij, de statu Regul. in 6.* ibi: *Vt sic à publicis, & mundanis conspectibus separata*, &c. Cab. *decis. 152. num. 1. part. 1.* Vincent. de Franch. *decis. 223.* Mar. Muta *Sicil. decis. 8. num. 6.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. venditio, differ. 7. num. 2.* Scip. Rouit. *decis. 92. num. 1. cum seqq.* Horat. Viscont. *in concl. iuris, verb. ædificare vnicuique fol. 64.* Franc. Anton. Costa *Sicul. decis. 28. n. 4. & seq. vol. 1.*

51 Vbi enim ædificium nocet Monasterio, compellitur dominus ædificij ad vendendam seruitutem altius non tollendi, Cabed. *decis. 152. num. 2. in fin. & decis. 105. n. 4. part. 1.* Guizzarel. *decis. 57. n. 18.* Franc. Anton. Costa *d. decis. 28. num. 12.* quos refert, & sequitur Ioan. Maria Nouar. *d. p. 2. q. 1. num. 4.*

52 Et ideo vicini ex eo solùm quòd turris solito maior, vel altior ædificetur, conqueri non possunt, cùm licitum sit cuilibet in suo pro libito fabricare, & ad cœlum vsque ædificium extollere, & vsque ad centrum fodere fundamenta, *l. altius*, vbi glos. *verb. prohibemus, C. de seruit. & aqua*, Anton. Gom. *l. 46. Tauri num. 6. cum seqq.* Suar. de Paz *in pract. tom. 3. cap. 1. §. 4. n. 39.* Bernard. Græu. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 69.* Molin. *de iust. tom. 3. tract. 2. disput. 709. n. 1. cum seqq.* Cæpol. *de seruit. vrban. præd. c. 45. n. 2.* Carol. Marant. *d. resp. 22. num. 5. & 6.* Duran. *decis. 450. à num. 1.* Eo maximè, quia ex altitudine turris nihil noui incommodi vicinis accedit, quia si ad strepitum campanarum attendamus, imò potiùs ex hoc commodum non minimum consequuntur, eo quòd quanto magis turris eleuabitur, minus in inferioribus campanæ officient per sonum, qui expandetur magis per aëra, non ad ima redundabit. Si verò aperta sit turris ex vno latere, & totus sonus exeat ad vnam partem, poterit vicinus offensus petere, vt illud latus claudatur, præcipuè si sit noua apertura, & directò aduersùs ianuas, vel vicini 53
fenestras, ad not. per Melch. Phœb. *Lusit. decis. 73. à n. 6. p. 1.* Vnde vt hæc euitentur incommoda, debet turris huiusmodi ex vtroque latere mediatè claudi, & tegulis in parte discooperiri, vt sic sonitus ad aëra ascendat, & minus vicinorum aures offendat.

Non enim præsumendum est Ecclesiæ ministros 54
omnem non adhibuisse diligentiam ad hoc vt Parochianos minus læderent; nec turrim tam altam ædificasse ad occupandum solem, ventum, vel aërem, quod non licet, Magon. *Florent. decis. 6.* nullā ex tali fabrica vtilitatem percipientes, cum ex 55
hoc dicerentur facere ad æmulationem, Cæpol. *p. 1. cap. 62. n. 2.* Melch. Phœb. *d. decis. 73. n. 10.* Ad æmulationem enim, inuidiam, aut iniuriam ædificatio 56
permissa non est, Arim. Tepat. *var. tit. 576. cap. 4.* Menoch. *de arbit. cas. 156. num. 3. & de præsump. lib. 6. præs. 29. n. 28.* Masc. *de probat. conclus. 620. num. 15.* Bened. Ægid. *ad l. ex hoc iure. ff. de iust. p. 1. cap. 6. n. 11.* Melch. Phœb. *d. decis. 73. num. 9.* Steph. Grat. *discept. for. tom. 3. c. 672. num. 53.* Ioan. Mar. Nouar. *d. p. 2. q. 1. num. 15.* Duran. *d. decis. 450. num. 8.*

Dvbivm. II.

Quis Campanarum numerus, tam Clericorum sæcularium, quàm Religiosorum Ecclesiis sit permissus?

Magna olim lis fuit in Curia Romana vtrùm Fratres Prædicatores possent habere plu- 57
res campanas? In qua de illo tempore scripserunt Oldrad. *cons. 228.* & Alberic. *in suo diction. verb. Campana*; & pro parte negatiua, quòd scilicet non possunt habere, nisi vnam campanam, allegatur text. *in cap. patentibus, de priuileg. & in cap. nimis iniqua, de excessib. Prælat.* vbi illis conceditur habere campanā, quæ de vna dumtaxat verificatur. Sed contrarium, imò partem affirmatiuam sustinuerunt Oldrad. *dicto cons. 228.* & Alberic. de Rosate *dicto verb. Campana*; qui respondent *d. cap. patentibus* loqui de Oratoriis constitutis in priuatis domibus, de quibus nota- 58
biliter *in Auth. vt in priuatis domibus sacra mysteria non fiant*, & addunt *dictum c. nimis iniqua*, referre gra- 59
uamen quod inferebatur Prædicatoribus, & Minoribus, quia Prælati non permittebant eos habere campanas, & illud grauamen ibi tolli, non tamen exinde indici prohibitionem circa plures cāpanas; 60
addit Alberic. se audiuisse curiosam quæstionem fuisse in Curia Romana inter Ordinem Hùmiliatorum, & quosdam Monachos, & diu durasse, & magnas expensas fecisse, scilicet, quis primò deberet pulsare Matutinum, & quòd finaliter dicitur terminatum fuisse, quòd qui primò surgeret, primò pulsare

sare deberet, Oldradi, & Alberici meminit Ang. Roccha *d. tract. cap. 26. in princip.*

61 Deinde Ioannes XXII. *in Extrauag. vnica, de officio custod.* ad omnium Ecclesiarum quietem comparandam, limitationem de numero campanarum edidit his verbis: *Nos praemissis obuiare cupientes periculis, pacémque desiderantes inter ipsos (sine qua bene pacis Auctor non colitur) obseruari, de Fratrum nostrorũ consilio hoc edicto perpetuò ordinamus, quòd Religiosi dictorum Ordinum Mendicantium in nullo Conuentu suo, seu loco plures campanas habeant sine Sedis Apostolicæ licentia speciali, sed vna tantummodo pro loco quolibet sint contenti. Quòd si forsan Communitas, seu vniuersitas aliqua Ecclesiastica* (nota illa verba, seu vniuersitas aliqua Ecclesiastica) *vel mundana, seu iidem Religiosi pro illis in aliquo ipsorum locorum campanam aliã haberent, vel nunc habent, non illam, sed aliam solam eorum specialiter vsibus deputatam pulsare valeant Horis diurnis, & nocturnis, Missis, & aliis consuetis. Caeterùm Religiosis eisdem permittimus, quòd vbi hactenus plures campanas, sine lite, & contradictione qualibet in vsus dumtaxat proprios habuerint, & nunc habent, illis etiam deinceps liberè vti possint, aliis quibuscunque per eos habitis intra trium mensium spatium de suis locis, seu campanilibus deponendis, & nullatenus iterum reponendis.* Huius Extrauag. meminere Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 14. q. 15. vers. vltim.* & Angel. Roccha *d. tract. cap. 16. in princ.* Cuius decisioni vti nouiori standum est; quia illa post Cælestini III. Decretalem, *in d. cap. patentibus*, & Gregorij IX. *in d. c. nimis iniqua*, emanauit; quam quidem Extrauagantis prædictæ dispositionem non vidit Oldrad. quia licet floruerit tempore Ioannis XXII. illius textus Auctoris, vt in eius vita refertur, & habetur apud Aug. de Herrera è Societate IESV Presbyterum, *en el origen, y progresso de los Ritos, y Ceremonias de la Missa lib. 1. cap. 40. num. 3. pag. 69.* potuit præmori, aut à Romana Curia abesse tunc temporis quando emanauit dicta Extrauagans, & de illa notitiam non habere; cùm credendum sit illum post eam vitam non sic consuluisse: de sua absentia à Curia Romana testatur Alphons. de Soto I.V.D. Archidiaconus Ciuitatensis, & Thesaurarius Salmanticensis in epistola dedicatoria apposita ad principium Cõsiliorũ Oldradi, quæ sonat scripta R.P.D. Ioanni Francisco de Pauinis, Sacri Palatij causarum Apost. Auditori: in qua sic dicitur. *Quòd enim nostro tempore Sixtus IV. Pontifex Max. tu ipse praestare soles, hoc ille dum viueret Rom. Pontifex effecisse fertur, & in primis felic. mem. Ioanni XXII. cui etiam tunc cum ab Vrbe discessisset, in arduis sæpè causis de iure respondisse fertur.*

62 Sed quæstio est an dictæ Extrauag. vnicæ generali consuetudine derogatum sit? In qua idem Angel. Roccha *loco proximè citato*, ex Vincent. de Castronouo, & Ioanne Steph. Durant. affirmat derogatum fuisse, ita vt iam hodie liceat ex vi huius consuetudinis, tam in Conuentualibus Religiosorum Eccle-

63 siis, quàm in Parochialibus, & aliis maioribus, plures pulsare campanas; vt videmus, & assentiri videtur Alciat. *lib. 8. parerg. c. 11.* Sed hæc consuetudo cùm non sit extra limites præscriptos extendenda, nec trahatur de loco ad locum, Menoch. *cons. 226. num. 43.* Decian. *cons. 19. à num. 68. volum. 3.* est de iure probanda in casu indiuiduo, vt afficiat, & sic in specie Crauer. *cons. 96. num. 7.* Cæs. de Gras. *decis. 6. n.*

64 *5. de praeb.* Surd. *cons. 525. num. 16.* Hieron. Gabr. *cons. 151. num. 10. lib. 3.* Rota *decis. 393. num. 2. & decis. 759. n. 3. part. 1. diuers.* itaut vel sit probanda quòd vigeat particulariter in ista Ecclesia; vel quòd sit generalis ad omnes Ecclesias sitas in Diœcesi, Cer-

putaq. *decis. 229. part. 1.* Seraph. *decis. 624. num. 4.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 4. num. 93. cum seqq.* Requiritur igitur, vt in Ecclesia S. Gennesij consuetudo vigeat habendi, & pulsandi campanas quatuor, quòd tamen verè dici non potest, cum in veteri Ecclesia tres tantùm, vt diximus, essent, & noua introductio maiores apponendi, & numerum augendi in noua Ecclesia, dedit causam liti, ac proinde non est habenda in consideratione, ad not. per me *in votis consultiuis, & decisiuis Canon. tom. 2. voto 43. num. 23.* 65

Quare Vincent. de Castronouo *in comment. ad reg. B. P. Augustini dist. 1. cap. 1. §. 4. pag. 18.* de consuetudine in sua Religione agens, sic loquitur: *Declaramus quòd in principio Ordinis in Domibus nostris non habebamus nisi vnam campanam, vt notatur in c. nimis ext. de excess. Prælat. & in cap. patentibus, de priuil. secundum Host. & Panor. Sed huic Constitutioni derogatum est per contrariam consuetudinem quasi generalem, non quidem temerè inductam, sed ad excitandam Christiani populi deuotionem, quæ cum iam praescripserit, vim sine dubio legis obtinuit. Seruatur tamen hæc Constitutio* (attende ad limitationem) *quoad hoc quòd in diebus non solemnibus vnam tantum campanam pulsamus ad omnes Horas; in festis autem duplicibus; & supra ad excitandam populi deuotionem, pulsamus plures campanas in Matutinis, & in Vesperis, & ad Missam Conuentualem,* &c. Dubito tamen de validitate huius derogationis; nam in prologo Constitutionum Sãcti Augustini, quas obseruant Fratres Dominicani, reperiuntur hæc scripta verba: *Nulla verò consuetudo quantumuis inueterata contra has nostras Constitutiones valeat, aut toleretur, sed corruptela, & abusus potius existimetur, in edit. Coloniæ Agrippinæ, anno 1627.* cum additionibus Hieronym. Romani Eremitarum eiusdem Ordinis Generalis. 66

Inueni hac de re pro Mediolanensi Prouincia specialem Constitutionem: nam S. Carolus Borromæus Card. Archiepiscopus, & Pastor vigilantissimus, inter acta Ecclesiæ Mediolanensis *p. 4. Actor. de instr. fabricæ Eccles. lib. 1. cap. 24. pag. 586. col. 2.* de numero campanarum agens ita constituit: *Si Ecclesia Cathedralis est, septem, aut quinque ad minimum campanas, si Collegiata tres, grandiorem scilicet, mediam, & minimam; si Parochialis totidem, aut duas saltem habere debet, easque distincto quodam sibi concentu inter se consentientes, pro varia diuinorum Officiorum, quæ fiunt, ratione, ac significatione*, refert Ang. Roccha *d. tract. de campan. cap. 154. in fine.* Vnde Rota semper se numero addixit minimo, & exiguo Campanarum ponderi. Ita decisum in quadam Ciuitaten. cõstructionis Capellæ iussu eminentiss. Cardinalis Paciecci relata à Seraphino *decis. 847. num. 1.* qui sic scripsit. *Hac de causa non turbari diuina officia maximè cum sententia restrinxerit numerum Campanarum ad VNICAM tantùm, eamque satis exiguam, nempe ponderis vigintiquinque librarum*, & hoc fuit decisum iam cognitis Iuris dispositionibus, & post introductam, vt volunt, quam vocant consuetudinem, tam circa numerum Campanarum Religiosorum, quàm Clericorum sæcularium. 67 68 69

Sed illud, quod suprà dixi de consuetudine probanda particulariter in hac Ecclesia, vel generaliter in omnibus sitis in hac Diœcesi, videtur ad præsentem casum applicari non posse; nam si de particulari loquamur, certissimum est requiri nedum scientiam, sed etiam expressum Papæ consensum ad inducendam consuetudinem, contra textum *in d. Extrauag. vnica*, etiam quantocunque temporis spatio illa fuerit seruata, glos. *verb. abrogat. in §.* 70

legis

leges dist.4. Ioan. de Salas *de legib. q.97. tract.14. disp. 19. num.62. in fin.* Verall. *decis.* 204. *num.* 3. *p.* 3. Rota *in Treueren. Abbatiæ S. Maximini* 24. *Ianuar.* 1625. *coram bone mem. Coccino*, apud Iul. Lauor. *var. lucub. tit.4. cap.21. num.157.*

71 Si verò de generali sermonem habeamus, omnibus patet consuetudinem circa numerum Campanarum in Parochialibus Ecclesiis vario modo fuisse; quia in aliquibus vna, vel duæ reperiebantur Campanæ, in aliis tres, paruæ, vel magnæ, pro vt super erant Ecclesiarum facultates, consuetudo enim requirit actus vniformes, Bart. *in l.2. in fin. princ. ff. solut. matr.* Dec. *cons.* 214. *num.2. vers. secundò hoc idem*, Alex. *cons.5. lib.5. & cons.153. lib.6.* Rimin. iun. *cons.264. num.28. & 29. lib.3.* Et quando illa est varia, vt in hoc casu, non potest recedi à dispositione

72 Iuris communis, Nat. *cons.* 132. *in fine, & consil.* 309. *num.9.* Roland. *cons.87. num.53. lib.2.* Curt. iun. *consil.260. num.20. lib.3.* Rota *in d. Treueren. Abbatia*, apud Iul. Lauor. *vbi suprà num.153.*

73 Nec refert quòd in aliquibus Parochialibus Ecclesiis permittantur plures Campanæ contra dispositionem *d. Extrauag. vnic.* quia multa, vt inquit Rota *citato loco*, per patientiam tolerantur, quæ deducta in iudicio, exigente iustitia, toleranda non essent, & dicit text. *in cap. cùm iam dudum* 18. *in fine, de prebend.* quẽ allegat glos. *d. verb. abrogata in §. leges dist.4.* Alia namque est non scripta permissio, alia verò scripta, illa in iudiciũ deducta cessat, hæc permanet, & valet: de prima Abb. *in d. c. iam dudum n.* 5. qui refert glos. *in cap. vlt. circa fin.3. dist.* De secunda idem Abb. *in cap. nisi essent. n.9. de prabend.* & sic procedit text. *in cap. quia circa 6. de consanguinit. & affinit.* ibi, *dissimulare poteris*, &c. Felin. *in cap.1. de treuga & pace n.11.* Gutier. *canon. quæst. lib.2. cap.15. n.99.* Quò respexit *l.2. tit.15. lib.4. Recopil.* ibi, *alguna tolerancia*, quasi agnoscens non vnam tantùm, sed aliquas in iure dissimulationes inueniri: de cuius legis interpretatione (his tamen omissis) latè & doctè D. Ioannes Bapt. de Larrea S. Iacobi Eques, à Consiliis Philippi IV. nostri Regis Catholici in Supremo Castellæ Senatu *tom.1. alleg.8. n.9.*

Dvbivm III.

Vtrùm numero Campanarum in veteri turre existentium alias de nouo, & maiores addere liceat?

74 IAM vidimus attento iure communi, de quo *in d. Extrauag. vnic.* Religiosos in suis Monasteriis, & Communitatem, ac Vniuersitatem quamlibet Ecclesiasticam, vel mundanam, vna tantùm Campana pro quolibet loco debere esse contentam: vidimus etiam aliter posse ex speciali Ecclesiæ, aut generali Diœcesis consuetudine eo modo, quo notauimus, posse introduci; nunc verò videndum est an contra Iuris dispositionem, & consuetudinis legitimè præscriptæ vim, valeat alia de nouo induci, quæ priorem immutet? Ad quod dubium resoluendum præmittendum esse duxi, quòd licèt supponamus abrogatũ iam esse dispositioni *d. Extrauag. vnica, de offic. custod.* proindeque per consuetudinem licitum fieri, quod aliàs ea stante Extrauag. illicitum foret, cùm id consuetudo facere possit, ad not. per Salazar *de vsu & consuet. cap.2. n.1.* Bobadil. *in sua Polit. lib.2. cap.10. num.36.* doctissimus & eruditissimus D. Ioannes de Solorzano Regius Consiliarius, in Supremo Castellæ, & Indiarum Senatu, *de iure Indiar. tom.1. lib.2. cap.14. num.72. & cap.24. num.81. & tom.2. lib.1. cap.4. num.70.*

Nihilominus cum consuetudo nõ extendatur de casu ad casum; nec de loco ad locum, nec de persona ad personam, Roland. à Valle *cons.57. n.26. vol.2.* Nat. *cons.555. sub n.5.* Seraph. *decis.1159. n.6.* Piag. *de consuet. q.12. à num.1.* Mar. Antonin. *var. resol. lib.1. resol.46. num.5. & resol.88. num.3.* Salgad. *de supplicat. ad Sanctissim. part.1. cap.9. num.7.* cumque circunscripta sit loco, tantumque habeat de potentia quantum de actu, vt *in l.1. §. Iulianus, ff. de itin. actuque priuato*, Menoch. *remed.5. retin. ex num.57.* D. Solorzan. *d. tom.2. lib.1. cap.22. num.21.* dicendum mihi videtur resolutionem nõ regulari ab eo, quod in aliis Ecclesiis fieri solet, sed petendam à consuetudine, vsuque huiusmodi Ecclesiæ, quæ cùm aduersus dispositionem *dictæ Extrauag.* ad tres tantùm Campanas introducta proponatur, non potest per aliam consuetudinem, quæ dedit causam liti, de nouo introduci quatenus altera campana augeatur, & aliæ primis maiores fabricentur, cum nec sit quarta necessaria, nec Ecclesiæ inter sit illam extranumerariam habere, vtpote quia tres satis sunt ad signa danda quando sacra peraguntur mysteria, seu Fideles euocantur ad diuini pabula verbi capienda: eo maximè, quia expressus Papæ consensus deficit, prout requiri supra monuimus, & varietas colligitur ex noua introductione. Tum etiã quia nullum Ecclesiæ incommodũ accedit, si quarta omittatur campana, & tres reducantur ad molem campanarum veteris Ecclesiæ. Tum denique quia vicinis non parua redundabit commoditas si importuno earum sonitu non sic molestentur; naturæ enim principio docemur, vt quòd alteri prodest, 77
& tibi minimè nocet, intentare haud debeas; quẽadmodum quòd tibi nec prodest, mihi autem nocet, facere haud potes, argum. text. *in l.1. §. iidem aiunt, ff. de aqua pluuia arcenda*, glos. *verb. fas in cap. omnes leges 1. dist.* Hieronym. Laurent. *Auen. decis.160. num.3.* Surd. *cons.18. num.6. lib.1.*

Quare S. August. *epist.118. cap.5.* mutationem 78
consuetudinis perturbare, & nouitatem inducere ait, quamuis vtiliter introducta esse videatur, his verbis. *Ipsa quippe mutatio consuetudinis, etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat*, refert Salgad. *de supplicat. ad Sanctissim. part.1. cap.6. num.2.* Idem S. Augustinus *de vera Religione c.53.* text. *in cap. vlt. de consang. & affinitate.* Francisc. Viuius *decis.255. lib.2. à num.6.* Carol. Marant. *resp.24. num.37. 2. parte.* Bobadilla *lib.1. Politic. cap.5. n.9. & 10. pag.88.* P. Mendoza, è Societate IESV Presbyter, *in viridario S. Scripturæ lib.4. problem.6.*

Dvbivm IV.

Vtrùm immodicus Campanarum sonitus prohiberi possit.

PArs negatiua præsentis dubij ex eo probari videtur, quia debet vicinus aliquod pati in- 79
commodum pro vtilitate vicinorum, ad text. *in l.1. §. sunt qui putant, ff. ne quid in flum. publ.* potissimum quòd potest quis in suo quæcumque ædificia etiam strepitosa excitare, secundum Aretin. *cons.94. In casu contingente, num.2.* Ioan. de Amicis *cons.104. n.12.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. E. conclus.35. num.3.* præsertim verò pietatis fauore, Menoch. *de arbitr. casu 237. num.28. & 29.* vbi dicit non potuisse 80
expelli Confratriam Battutorum per Doctores, eo prætextu

prætextu quòd rumor, qui per eos fiebat, esset eorum studiis molestus, quoniam non locus, nec persona consideratur in hoc, sed opus bonum.

82 Contraria verò opinio, quòd scilicet immodicus campanarum sonitus prohiberi valeat, mihi verior videtur; & probatur primò, quia Studiosus, Scholaris, Doctor, & Minister publicus possunt extrahere fabrum, & malleatorem, aut alium quempiam, qui obstrepat, dum venit ad habitandum prope eorum domus, ne sonitu, tonituve illos impediat, auertàtque ab studiis, & officij munere, contra regulam *l. plerique, ff. de in ius vocando, & l. nemo de domo, ff. de reg. iur.* & arg. text. *in l. vnic. in fin. C. de stud. liberal. lib.* 11. resoluunt Horat. Lut. *in tract. de priuileg. scholar. priuileg.* 46. Grammat. *cons. ciuili* 111. *& decis.* 58. *num.* 15. Menoch. *de arbitr. casu*

83 237. vbi pariter firmat Doctorem alta voce legentem, qui alios impedit, posse cogi vt sileat, Matth. Coler. *de processib. execut. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. D. Barbos. *in l.* 1. *num.* 54. *part.* 7. *ff. solutio matrim.* Adden. ad Guidon Pancirol. *de rebus memorabil. part.* 2. *tit. de Campan. pag.* 162. vbi ideo magis certum esse ait si Doctor præuenerit fabrum, & præ malleatore isto sedem ibi occupauerit, Ioannes Gutierrez ex aliis *lib.* 1. *Canonic. quæst. cap.* 35. *num.* 15.

84 Hanc fabri ærarij importunam vicinitatem, præter alia, etiam respexisse videri S. Paulum 2. *ad Corinth. cap.* 12. *num.* 7. illis verbis: *Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, vt me colaphizet,* scribit Dom. Ioannes de Horozco, & Couarruuias Archidiaconus de Cuellar in Sancta Ecclesia Segobiensi, *tractatu, de vera, & falsa Prophetia, lib.* 1. *cap.* 6. *ad finem,* sic, *Y de San Pablo sabemos todos, dize de si, que porque la grandeza de las reuelaciones no le ensoberueciese, le fue dado el estimulo, que llama de la carne, para que le abofeteasse, y en lo que era esto, aunque de ordinario se esplica, como suena; San Chrysostomo dize, que era la persecucion ordinaria de vn Alexandro, vezino suyo herrero, que le inquietaua, y de muchas maneras le perseguia siempre.* Locus S. Ioannis Chrysostomi est *Homilia* 26. *in explicatione d. cap.* 12. *Quocirca* (ait) *per Angelum Satanæ Alexandrum ærarium, Hymenæum, Philetum, ac denique omnes, qui Fidei doctrinæ aduersabantur, atque cum ipso contendebant, ac bellum gerebant, eumque in vincula coniiciebant, cædebant, & raptabant,* alibi dixerat *Homil.* 52. *in S. Eustachium. Id certò dicit: Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, vt me colaphizet: tentationes, afflictiones, persecutiones innuens,* refert nouissimè Aloysius Nouarinus *in Paulo expenso, num.* 328. Alexandro ærario ipsemet S. Apostolus 2. *ad Timoth. cap* 4. *n.* 14. exornat P. Thom. Massutius è Societate IESV Presbyter *in vita eiusdem S. Pauli lib.* 9. *cap.* 4.

85 Secundò, quia similiter Scholaris, & Doctor potest coërcere immodicum, & non necessarium campanæ strepitum, Alciat. *lib.* 8. *parerg. cap.* 11. Ioan. de Amicis *cons.* 105. *col.* 2. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 186. *num.* 16. *&* 17. vbi allegat Felin. *in cap. vlt. de iudic. num.* 7. adden. ad Guid. Pancirol. *citato loco pag.* 162. *col.* 2. *vers. campanarũ verò pulsum.*

86 Tertiò, quia pariter ægroto idem priuilegium conceditur, vt per Rip. *in l.* 1. *num.* 129. vbi Alciat. *num.* 56. & D. Barbos. *d. l.* 1. *p.* 7. *num.* 57. *&* 58. *ff. soluto matrim.* Cæpol. *de seruit. vrban. præd. cap.* 43. *num.*

87 732. Adden. ad Guid. Pancirol. *vbi proximè*; siquidem salus hominis, cuius gratia natura omnia comparauit, *l. si pecudum* 28. *ff. de vsuris,* nullo modo æstimari queat, *l. si pater* 34. *in fine, ff. de donat.* & ex inde rebus omnibus, & cuius commodo sit præferenda.

Ex quibus concludo prohiberi posse assiduum, 88 & intempestiuum, nec satis laudatum Nolarum sonitum quem Ordinarij, & eorum Visitatores téperare debent pro loco, & tempore, ne scilicet 89 Officia Diuina in vicinis Ecclesiis tanto strepitu celebrari intermittantur, aut habitantes vicini inter se exaudiri, quiescere, vel dormire impediantur, vel ægroti in sanitate consequenda, seu recuperanda, magna patiantur incommoda; necnon studiosi, & ministri à studiis, & officij munere auertantur. quæ sunt magni habenda in arbitrando campanarum sonitu cum discretione, habito respectu ad tempus diei, ad celebrationem festiuitatum solemnium, ad qualitatem defuncti, pro quo pulsantur campanæ in eius exequiis; nec hæc sunt relinquenda iudicio indiscreti campanarij, aut alicuius 90 pueri, vel iuuenis otiosi, qui ad hanc campanarum pulsationem libenter concurrunt. Modus 91 namque habendus, assignandus, & laudandus, statis scilicet diei horis, non pro libito, sed pro Horarum, & festiuitatum celebrandarum qualitate, ad Dei laudem, & gloriam, qui quantùm opportunus hic campanæ sonitus sibi placeret, ostendit quodam miraculo, quod refert Luitprandus Episcopus Ticinensis à doctissimo D. meo D. Laurentio Ramirez de Prado editus, & illustratus *in Chronico anno Christi DCCLXXXII num.* 1. his verbis: *In Carpentanea finibus multæ Virgines Moniales Benedictinæ ne violarentur a Mauris, à Deo consequutæ sunt vt a terra absorberentur, quadamque campanula statis diei horis, qua vocante, conueniebant ad preces, auditur.* De quo etiam meminit Iulianus Archipresbyter S. Iustæ *in aduersariis num.* 550. cura, & diligentia eiusdem eruditissimi D. mei Parisiis impressis, dum inibi apud Regem Christianissimum Exlegatum ageret. Hinc venit illa decidenda quæstio, etiam in sæcularibus, contra Campanarium, (sic vocat Bonifacius *in tractatu de testibus, num.* 80. eum, cui pulsandæ campanæ munus incumbit) non solitis, sed intempestiuis horis officium adimplentem, vbi *num.* 42. inquit. *Sed nunquid poteris agere iste contra Campanarium ad damnum suum, qui decepit eum in sonando campanam ante horam debitam: respondeo sic videtur, argumento ff. de incendio, ruina & naufrag. l. nec piscatores,* &c.

Circa pulsationis campanarum modum in de- 92 functorum corporibus sepulturæ mandandis, & in eorum exequiis celebrandis, aliqua apud Iulium Lauor *citato loco.* Olim apud Romanos non idem omnibus funus permittebatur; nam Tacitum dicebatur illud, quod fiebat sine pompa, sine designatore, sine ludis, præcone, & indictione. Seneca *lib.* 1. *de tranquillitate cap.* 1. *Vis tu nunc id agere, ne te posteri taceant? Morti natus es, minus molestiarum habet funus tacitum.* Ouid. *lib.* 1. *Fastor. eleg.* 3.

Quocumque aspiceres, luctus, gemitusque sonabant,
Formaque non taciti funeris instar erat.

Alio nomine appellatur funus vulgare, Capitolinus *in Marco Antonino Philosopho. Tantaque clementia fuit, vt & sũpto publico vulgaria funera iuberet fieri.* Item funus commune. Ausonius *in parentalibus.*

Tu gremio in proaui funus commune locatus.

Etiam plebeium funus, Propert. *lib.* 11. *eleg.* 14.

——————— *Adsit*
Plebeij parua funeris exequia.

Refert Ioan. Kirchmanus Lubecensis *de funeribus Romanorum lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 36. *&* 37. ad denotandum quòd vulgaribus personis sine pompa, & cum nullo, aut paruo sonitu tacitum funus faciendum; quòd est maximè aduertendum

dum pro præsentis materiæ cognitione.

93 Non obstat quod in vna causa Neapolitana, in qua consuluerunt Carolus Matant. *controuers. iuris vtriusque responsionum p.2.resp.22.pag. 106. cum seqq.* & Ioan.Maria Nouat.*quotidianarum practicarumque forensium quæst.p.2.q.1.* fuit secundùm eos decisum non obstare sonitum molestum campanarum, quia quæstio erat de campanis Ecclesiæ Domus Professæ Patrum Societatis IESV, in qua Religione solitum est pulsari campanas modicè, & quia statis quibusdam horis dumtaxat, & modico temporis spatio illas sonabant.

94 Cætera de Campanis, & præcipuè quæ spectant ad confutandos hæreticorum errores præter citatos *supra num.5.* vide apud Gualter.*in chronolog.fol.527. 599.& 653.* Castald. *in praxi ceremon.lib.2.sect. 12. cap.5.* Petr.Coton.*in instit.Cathol.aduersus hæreses,& superstit.huius æui lib.2.c.56.pag.432.& seqq.* P.Suar. *contra Anglicanæ sectæ errores lib. 2. cap.16.* eleganter R. P.Fr.Ioan.Ponce de Leon ex sacro Minimorum Ordine Theologiæ Professorem, Supremi, ac Regalis Consilij Generalis Inquisitionis Qualificatorem consultorem, librorum ac Bibliothecarum per Hispaniam Visitatorem, & expurgatorem, *in suo clypeo inuiolatæ Religionis pro agnoscendis hæresibus in verb.Campanæ vsus, & in verb. campanarum sonus,* vastum sanè opus & Christianæ Reip. admodum vtile,& necessarium; in quo ferè quatuor mille decisiones contra Infideles, Gentiles,Paganos,& Arabes Mahometanæ, ac Lutheranæ sectæ errores, Iudæorumque perfidias, atque hæreses ab Orbe condito vsque ad nostra tempora grassantes proponuntur discussæ, ac decisæ, & à falsis imposturis inimicorum Ecclesiæ, immaculata eius fides vindicatur intacta.

Toletana Cœmeterij.

Plura de Cœmeteriorum antiquitate, veneratione, consecratione, pollutione,profanatione, & vsu tam in cauernis, quàm in pauimentis terræ;tam intra Vrbes, quàm extra, & qualiter in eis licitum sit domus fabricare,& tabernas institorias construere,seu locare?

VOTVM CIII.

1 *Casus contingentia proponitur.*
2 *Cæmeteria sunt Ecclesiarum velut atria.*
3 *Cæmeteriæ quasi dormitoria dicuntur.*
4 *Christiani mortui passim dicuntur dormire in nouo Testamento.*
5 *Mors in Christianis non est mors, sed dormitio, & somnus appellatur.*
6 *Germani vocant Cæmeteria agros Dei,& ob quam rationem, ostenditur.*
7 *Episcopi olim in Cæmeteriis Synodos congregabant, Sacramenta administrabant,& verbum Dei prædicabant.*
8 *Cæmeteria,sacra & Religiosa sẽper fuerũt loca.*
9 *Liberius Papa in Cæmeterio Nouellæ habitauit, ibique baptizauit 4012.personas.*
10 *Ioannes III. restaurauit Cæmeteria SS. Martyrum, & statuit vt luminaria super illis ponerentur.*
11 *Fideles cum ab Ecclesiis Vrbanis excluderentur per hæreticos, ad Cæmeteria se recipiebant.*
12 *Imperatores persecutionem in Christianos instaurare constituentes edictis publicis eos à Cæmeteriis arcebant.*
13 *Imperatores pacem Ecclesiæ reddere volentes Cæmeteria frequentare Christianos permittebant.*
14 *Valerianus promulgauit edictum, vt Christiani in Cæmeteria non ingrederentur.*
15 *Maximus Imp. Orientis prohibuit Christianis solitos conuentus in Cæmeteriis facere.*
16 *Gallienus Imp.concessit vt Episcopi liberam Cæmeteria adeundi potestatem haberent.*
17 *Cæmeteria post Imperatorum persecutiones frequenti cætu à Fidelibus visitari solebant.*
18 *Abraham institutum Cæmeterij condendi inuenit.*
19 *Consuetudo sepeliendi mortuos in cryptis à Iudæis initium sumpsit.*
20 *Tumbas Iudæi sepulchra appellant.*
21 *Sepulchrum Domini vbi excisum?*
22 *Cæmeteria olim alia intra vrbes,alia extra.*
23 *Cryptas, & latebras tempore persecutionis Christiani quærebant.*
24 *Cryptas Romæ dum puer esset ingrediebatur S. Hieronymus.*
25 *Cryptas Romæ auctor pluries ingressus fuit.*
26 *Cæmeteria quando ab Ecclesiis distingui cœperunt?*
27 *Cæmeterium hodie Parochialis Ecclesia solùm habere potest.*
28 *Cæmeteria vrbis Romæ qui referant?*
29 *Mortui intra Ecclesiam olim non sepeliebantur.*
30 *Constantinus Imp. magno honore affectus fuit dum pro foribus Piscatoris sepeliretur.*
31 *Sepulturæ honor intra Ecclesiam Episcopis, aliisque personis insignibus deferri cœpit.*
32 *Sepultura intra Ecclesiam iam hodie ex consuetudine omnibus siue Clericis, siue laicis dari potest.*
33 *Cæmeteria apud Catholicos consecrantur.*
34 *Ecclesia consecrata, etiam Cæmeterium ei contiguum præsumitur consecratum.*
35 *Consecrationis Cæmeteriorum causa est, vt multæ preces ad solatium Fidelium illic quiescentium fieri debeant, & vt inde longè Dæmones abigantur.*
36 *Cæmeteriis solemni ritu Deo consecratis non sinuntur Dæmones grassari.*

37 *Cœmeteria sacrata, quare Catholicis in honore sint, ac reuerentia?*
38 *Actiones prophanæ in Cœmeteriis non sunt faciendæ.*
39 *Ebrietates, & luxuriosa conuiuia à Cœmeteriis auferenda.*
40 *Fœminæ in Cœmeteriis non debent peruigilare.*
41 *Cœmeterium quoad consecrationem, sacrilegium, & interdictum, Ecclesiæ æquiparantur.*
42 *Cœmeterium eodem modo polluitur, quo Ecclesia.*
43 *Copula in Cœmeterio habita, & sanguinis, ac seminis peccaminosa effusio, sacrilega sunt.*
44 *Cœmeterium quando censeatur pollutum, Ecclesia polluta, vel è contra.*
45 *Cœmeteria duo quando sunt contigua pariete intermedio, vno polluto non censetur aliud pollutum.*
46 *Quid si paries vtriusque sit communis cum vna porta?*
47 *Cœmeterium per Episcopum consecratum si polluatur, illud reconciliari debet.*
48 *Cœmeterium ad sepeliendum destinatum per Parochum sacerdotem aqua exorcizata reconciliari potest.*
49 *Cœmeterium Ecclesiæ contiguum censetur reconciliatum, ipsa Ecclesia reconciliata.*
50 *Cœmeterij consecrati reconciliatio non est committenda alteri quam Episcopo.*
51 *Immunitate Ecclesiastica gaudet Cœmeterium siue coniunctum Ecclesiæ, siue ab ea separatum.*
52 *Sepeliri in Ecclesia plura hominum genera prohibentur, & quare?*
53 *Cœmeterium & Ecclesia quoad sepulturam concedẽdam, vel negandam æquiparãtur.*
54 *Cœmeterium quando dicatur locus Sacer & Religiosus, si in eo mortui sepulti sint, ostenditur?*
55 *Ratio eadem est, idemque ius de re aucta, & de principali, quod augetur, vbi scilicet non viget diuersa ratio, vt num.57.*
56 *Cœmeterium auctum sine Episcopi auctoritate in ea parte aucta mortui sepeliri non possunt.*
58 *Sepultura Ecclesiastica in Cœmeterio dari quando dicatur?*
59 Canon 34. Concilij Illiberitani *refertur?*
60 *Ferdinandus de Mendoça laudatur.*
61 *Cerei rebus Ecclesiæ sacris semper in Hispania adhibiti.*
62 *Episcopi luminaria in Ecclesiis accendi, & redditus Ecclesiasticos pro his sustinendis assignari voluerunt.*
63 *Candelarum vsum in Ecclesia non defuerunt qui male improbent.*
64 *Garcia Loaysa laudatur.*
65 *Fideles Christiani olim Sancti appellabantur.*
66 *Cereos per diem in Cœmeteriis olim accendere quare Fidelibus prohibebatur, & num.67.*
67 *Clerici quare per aliquod tempus antequam Presbyteratus, vel Diaconatus ordinem susciperent, Cœmeteriis Martyrum adhærere iubebantur.*
69 *Sanctorum nuncupatio Episcopis, Sacerdotibus, & reliquis Ecclesiæ ministris olim tribuebatur.*
70 *Ecclesiæ consecratæ vel dicatæ debetur reuerentia ex iure diuino, & naturali, Cœmeteriis verò ex priuilegio.*
71 *Ementes in Cœmeterio non peccant mortaliter, sed venialiter, intellige vt num.87.*
72 Cap. eiiciens 88. dist. *refertur.*
73 Cap. ex multis 9.1.q.3. *refertur.*
74 Cap. nulla 4.12.q.1. *explicatur.*
75 *Ædificare in atrio Ecclesiæ nemini licet.*
76 *Atrium Ecclesiæ vulgo dicitur Cœmeterium.*
77 Cap. decet 2. de immun. Eccles. lib. 6. *refertur.*
78 Synodus Trullensis *citatur.*
79 *Abusum dolet S. Chrysostomus vendendi res in Ecclesia.*
80 *Cœmeteriis non licet quicquam venale lucri causa exponere nisi ad vsum Sacrificij.*
81 *Cœmeteria sunt relaxanda, & extendenda.*
82 *Cœmeteria debent esse spatiosa.*
83 *Cœmeterium consecratum, & pro defunctorum sepulturis destinatum non est trahendum ad laicorum habitationem.*
84 *Semel Deo dicatum non est ad humanos vsus transferendum.*
85 *Cœmeterium cum sit locus Sacer profanari non potest.*
86 *Ligna Ecclesiæ dedicatæ non debent ad aliud opus iungi, nisi ad aliam Ecclesiam.*
87 *Cœmenta & lapides Ecclesiarum destructarum in profanos, seu laicorum vsus conuerti non possunt.*
88 Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 7. *declaratur.*
89 *Cœmeteria nõ cõprehenduntur sub dispositione* Concil. Trid. sess. 21. de reform. c. 7.
90 *Reuerentia locis sacris etiam dirutis & collapsis habenda.*
91 *Ædificia ne vltra certum modum erigantur, potest consuetudine induci.*
92 *Clericis permittendum non est vltra antiquam formam ædificare.*
93 *Testudines, seu spelũca subtus Ecclesiã, portas ad plateã habentes,*

habentes, non non sunt loca sacra.

94 *Locus Sacer dicitur illud spatium, quod spectat ad interius corpus Ecclesiæ à tecto interiori usque ad pauimentum.*

95 *Effusio seminis si fiat in speluncis sub pauimento Ecclesiæ, eam non polluit.*

96 *Sacrilegium non est quando copula habetur in aliquo loco subterraneo Ecclesiæ.*

97 *Caietani resolutio declaratur.*

98 *Vendentes in Ecclesia candelas, circa hoc quod fiat domus negotiationis, excusantur à peccato.*

99 *Venditor utens Templo Dei tanquam officina negotiatoria,* Tiendas *vocantur, seu ad vendendum in officina, peccat mort. & sacrilegium committit.*

100 *Parochus in qualibet Parochiæ suæ parte habitare potest.*

101 *Tabernæ mercales prope Ecclesiam non sunt fabricandæ.*

102 L. Regia 24. tit. 32. part. 3. *refertur.*

103 *Regum Palatiis priuatæ domus non sunt adiungendæ.*

104 *Ædificia nulla in Cæmeterio ponenda.*

105 *Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis laudatur.*

1 Parochialis Ecclesia S. Genesij huius oppidi Matritensis ob magnam districtus amplitudinem, & quia ad eam deferuntur cadauera eorum, qui per iustitiæ Ministros ad mortem condemnantur, vt ibi Ecclesiasticæ sepulturæ mandentur, conueniente prope ipsam Cæmeterio gaudet: cum libero aditu ex omni parte ad communem habitantium plateam. Sed cùm illius Rector, seu Curator prætenderet domum ad habitandum, & tabernas mercales, siue institorias construere ad locandum, vt reddditu ipsarum facultates Ecclesiæ augerentur, fuit per aliquos Cæmeterio proximiores vicinos & Parochianos coram loci Ordinario petitum nihil innouari, multísque rationibus, & auctoritatibus ostensum in Cæmeteriis contra longæuam iam, ac præscriptam consuetudinem ædificia non erigenda, nec locum illum sacrum profanari posse. Ego tamen pro veritate consultus vt rem assequi, omnémque dubitandi modum auferre possem, totam materiam satis curiosam in tres disputationes diuidendam duxi.

I. Cæmeterium quando, & quare institutum, & quomodo consecretur?

II. Cæmeterium quoad sacrilegium, interdictum, pollutionem, reconciliationem, & immunitatem, an Ecclesiæ æquiparetur?

III. An licitum & honestum sit in Cæmeteriis domus, & tabernas mercales, siue institorias construere, & locare, vt ex redditu ipsarum Ecclesiæ facultates augeantur?

DISPVTATIO I.

Cæmeterium quando, & quare institutum, & quomodo consecretur.

COEmeteria, quæ Templis ipsis adhærent, & 2
sunt Ecclesiarum velut atria à Græco nomine, vnde deriuantur, quasi dormitoria dicuntur; dormire enim Christiani mortui dicuntur passim 3
in nouo Testamento. Lazarum Christus dixit dormire, cùm tamen obijsset, *Ioan.* 11. Eos, qui mortem 4
obierunt S. Paulus non mortuos, sed dormientes appellat *ad Thessal.* 4. *&* 1. *ad Corinth. c.* 15. in hunc sensum capit verbum illud *dormire*, vt patet ibi, *Christus surrexit à mortuis primitiæ dormientium.* Et SanctiPatres idem docent, vt videre est apud Chry- 5
sost. *homil.* 21. *ad pop. Mors non est mors, sed dormitio temporalis:* & S. Hieronym. *epist.* 29. *ad Theodos. In Christianis mors non est mors, sed dormitio, & somnus appellatur,* & S. August. *epist.* 120 *ad Honoratũ c.* 32. *Illa mors sæpe in Scripturis dormientiũ dicitur propter futuram resurrectionem, velut euigilationem.* Hinc Apostolus dicit. *De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres;* & alio loco, *Ex quibus plures manent vsque adhuc, quidam autem dormierũt. Et alia innumerabilia in hoc testimonia apertè per Scripturas vtriusque Testamẽti reperiuntur,* &c. Vide Onuphr. Panuinum *de ritu sepeliendi mortuos cap.* 11. *de Cæmeteriis, in princ.* Petr. Caton. *in institut. Cathol. aduersùs hæreses lib.* 2. *c.* 48. *vers. Cæterùm Cæmeterij pag.* 409. Stephan. Durant. *de ritib. Ecclesiæ lib.* 1. *c.* 23. *à princ.* Laurent. Beyerlinck *in magno theatro vitæ humanæ, correctũ & permissum, tom.* 2. *verb. Cæmeterium.* Henric. Spondan. *de Cæmeteriis sacris lib.* 1. *p.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. *in princ.* ibi, *Cæmeteria quasi dormitoria,* Anton. Bos. *de Roma subterranea lib.* 1. *cap.* 1. *de Cæmiteriis in genere,* metipsum *de iure Ecclesi. vniu. lib.* 2. *cap.* 9. *de Cæmeter. n.* 1.

Hinc appositissimè Germani, vt audio, Cæmeteria 6
vocant *Agros Dei*, in quos videlicet tot grana fructuũ in perpetuã vitã productorũ, seminãtur, & spargũtur, quot homines in Christo ob dormientes sepeliũtur; ideoque huiusmodi sibi sepulturã nõ temerè delegit Auctor vitæ, restitutorque immortalitatis, & reformator corporis humilitatis nostræ Christus Dominus, & qui ante illũ omnes, & post illũ in hãc vsque diem in ipsum nasciturum, natũve crediderũt. verba sunt Henrici Spondani *lib.* 1. *p.* 1. *c.* 4. *sub n.* 3. Et addit Laurent Beyerlinck *citato loco*, pulcherrimo nomine apud Germanos Cæmeteria appellari Agros Dei, quia in eis Deus suã sementé, segetémque habet, quã sub finẽ Mundi, tanquam messi iam maturã, demetet, & in cœleste horreũ inuehet, ac inferet, zizaniis in ignem inextinctum missis; nam & in hoc Dei Agro lappas, & tribulos, & filices subnasci non mirum, cùm ipsi Ecclesiæ agro idem eueniat.

Cæmeteria olim erant Christianis (quod & 7
nunc sunt) velut Templa, & orationum loca, in quibus Episcopi Synodos congregabant, Sacramenta administrabant, & Verbum Dei prædicabant. Quæ quidem sacra & Religiosa semper fuerunt non solùm ratione sepulturæ Fidelium, sed etiam ex eo quòd mysteria Sacramentorum in iis celebrarentur, & quæcunque Sacræ functiones ritè administrarentur, de quibus vetustissimus Clemens *in Constitut. lib.* 6. *cap. vlt. Conuenit in Cæmeteriis ad legẽdos sacros libros, & psallendũ Hymnos pro mortuis Martyribus* (scilicet in Gratiarum actionem

Deo pro gloria illis impertita) *& Sanctis omnibus qui sunt sæculo defuncti, ac pro fratribus vestris, qui in Domino mortui sunt; & Eucharistiã Deo acceptam, antitypon, id est Sacramentum regalis corporis vestri, offerte in Ecclesiis vestris, & in Cœmeteriis, atque etiam cùm excedunt è vita prosequemini cantu Psalmorum, si fuerint*
8 *Fideles.* Vide Onuphr. Pauuin. *d. cap.* 11. *post princip.* Laurent. Beyerlinck *d. verb. Cœmeterium pag.* 289. *lit.* G. Anton. Bosi. *de Roma subterranea lib.* 1. *c.* 1. *vers. li*
9 *summi Pontifici*, vbi refert Liberium Põtificem habitasse in Cœmeterio Nouellæ ab Vrbe Roma milliario tertio, ibique baptizasse promiscui sexus nu-
10 mero quatuor millia, & duodecim; & addit Ioannẽ III. restaurasse cœmeteria SS. Martyrum, & statuisse vt luminaria super illa in omnibus Dominicis,
11 è Lateranis administrarentur; idem refert de Gregorio III. & Nicolao I. Nam post tempora Gentiliũ, vigentibus nouis Hæreticorum persecutionibus reperimus in eadem Cœmeteria se Fideles recepisse, cùm ab Ecclesiis vrbanis excluderentur, Sic enim in actis Liberij Papæ tradi etiam refert Henric. Spondan. *d. cap.* 13. *num.* 4. dicens ipsum iussu Constantij Imperatoris Arriani secundò exturbatum ab Vrbe habitasse in Cœmeteriis suburbanis Nouellæ, & Ostiano nuncupatis, ibique & quamplurimos ad se accedentes baptizasse, ac cætera munia Pontificia exercuisse. Et S. Athanasius *in apologeus ad Constantinum, & de fuga sua*, testatur Alexandriæ in habdomada post sacram Pentecostem populum Catholicum completis ieiuniis adorandum in cœmeterium abiisse, eo quòd abhorrerent à communione Georgij pseudo Episcopi in eam sedem ab Arrianis intrusi, qui Ecclesias occupauerat.

12 Illud in more positum erat vt cùm Imperatores persecutionem in Christianos instaurare constituebant; primum omnium edictis publicis eos à Cœmeteriis arcerent, ne facultas eis esset ritus suos inter se celebrandi, & consuetam pietatem in mor-
13 tuos exequendi: ac contra, cum pacem Ecclesiæ reddere volebant, eadem frequentare loca permitterent; quod idem erat ac si plenissimam Religionis suæ libertatem disertim concessissent: Ita Henric. Spondan. *d. cap.* 13. *num.* 3. qui *lib.* 2. *p.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. *in fine in pag.* 416. repetit quandocunque Imperatores persecutionem in Christianos excitabant, ante omnia consueuisse Cœmeteriorum vsum eis interdicere, Petr. Coton. *in instit. Cathol. lib.* 2. *cap.* 43. *vers. Iudæi pag.* 408. & ex Eusebio Cæsar. *historia Ecclesiast. lib.* 7. *cap.* 10. idem refert Laurent. Beyerlinck *d.*
14 *verb. Cœmeterium pag.* 289. *lit.* G. Hinc Pontius S. Cypriani Diaconus in actis eius passionis tradit à Valeriano promulgatum fuisse edictum vt Christiani nulla conciliabula facerent, neque Cœmeteria ingrederentur, quod qui facere comprehensus fuisset, capite plecteretur: deque eodem edicto apud Eusebium citato loco Dionysius Alexandrinus, qui eius quoque vigore exulauit, scribit sibi à Præfecto Ægypti dictum: Et eisdem vestigiis insistens Maximus Orienti imperans cum persecutionem in Christianos renouare statuerit, in primis conuentus in cœmeteriis fieri solitos prohibuit. Hinc Æmiliatus Ægypti Iuridicus in Valeriani persecutione ita Dionysium Episcopum, Presbyteros, & Clericos Alexandrinos, & alios Christianos in Fide Christi constantes alloquitur. *Video vos, & ingratos esse, & non sentire mansuetudinem Augustorum, quapropter Alexandriæ non eritis, sed in Libyam relegabo vos, & vobis, alijsque non licebit amplius Synodos colligere, vel ad Cœmeteria, sicut vocant, ingredi.*

16 Postmodum Gallienus pacem Ecclesiæ reddens iussit vt Episcopi loca illa, quæ Cœmeteria nominabantur, integra adeundi, occupandique haberent potestatẽ; referunt Onuphr. Pauuin. *de Cœmet. c.* 11. & Laurent. Beyerlinck *d. verb. Cœmeterium pag.* 290. *lit.* A. addens *ibidem lit.* B. post Imperatorum persecutiones reddita Ecclesiæ pace Sacra Cœmeteria 17
frequenti cœtu à Fidelibus visitari solere, & citat auctoritatem S. Hieronymi *in Ezechiel. cap.* 40. apud Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom.* 2. *anno* 226. cuius etiam meminit, & eam refert Anton. Basil. *de Roma subterranea lib.* 1. *cap.* 1. *in princ.* de qua *infra n.* 14.

Cœmeterij condendi institutum Abrahæ assig- 18
nant, qui, sicut patet apud Iosephum, dicitur emisse ab Ephron Hethæo filio Sior prope Hebron quadringentis siclis speluncam duplicem, & agrum circa eam, sepeliisséque in ea Saram vxorem suam: Polyd. Virgil. *de inuentor. rerum lib.* 5. *cap.* 6. Laurent. Beyerlinck *d. verb. Cœmeterium pag.* 287. *lit.* E. Ego de Iure Ecclesiast. vniu. *lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 4. Henric. Spondan. *d. cap.* 3. *num.* 1. *in princ.* vbi addit consuetudi- 19
nem sepeliendi mortuos in cryptis hoc Abrahæ exemplo à Iudæis initium sumpsisse. Et scribit Epiphanius *hæres.* 30. *contra Ebion* Iudæos appellasse 20
sepulchra *Tumbas*, nempe speluncas, vt ait, in petris effossas, ac constructas. Vnde & Christi Domini 21
monumentum, quod Iosephus ab Arimathia sibi parauerat, traditur ab Euangelistis *Matth.* 27. *& Luc.* 23. excisum fuisse in saxo, siue petra, fuisséque intra speluncam, eamque duplicem (sicut & fuerat illa Patriarchæ Abrahæ) intelligi datur in eius descriptione ab eisdem Euangelistis, & aliis antiquis Scriptoribus edita. & præcipuè apud Bed. *de locis Sanctorum cap.* 2. Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 1. *anno* 34. *& tom.* 2. *anno* 226.

Porrò Cœmeteria quædam erant intra Vrbes, 22
alia extra; nam olim in cryptis subterraneis, & locis sub obscuris cœmeteria erant. Anton Bosius, *de Roma subterranea lib.* 4. *cap.* 2. *pag.* 596. *in princ.* quæ loca vulgò Areas, Tumbas, Catatumbas, vel Catacumbas, Arenarias, & Speluncas, pro ratione loci vocabant, ita Petr. Coton *d. lib.* 2. *c.* 48. *vers. Iudæi pag.* 408.

De his cryptarum lateribus, in quibus olim Chri- 23
stiani non modo suorum corpora humabant, sed & latebras tempore persecutionis quærebant, & in eisdem sacros Conuentus agebant, meminit S. Hieronym. *in Ezechiel. c.* 40. qui de se ipso Cœmeteria quolibet die Dominico visitante hæc scribit. 24
Dum essem Romæ puer, & liberalibus studiis erudirer, solebam cum cæteris eiusdem ætatis, & propositi, diebus Dominicis sepulchra Apostolorũ, & Martyrum circumire, crebróque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossæ ex vtraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorum, & ita obscura sunt omnia, vt propemodum illud Propheticum compleatur: Descendant in infernum viuentes, & rarò desuper lumen admissum, horrorem temperet tenebrarum, vt non tam fenestram quàm foramen demissi luminis putes. Referunt Ferdin. de Mendoça *de confirmando Concil. Illiber. can.* 35. *cap.* 4. *lib* 3. *pag.* 16. & ex eo desumpsit Henric. Spondan. *in Cœmeter. Sacris lib.* 1. *p.* 3. *cap.* 13. *pag.* 178. Petr. Caton *d. lib.* 2. *cap.* 48. *pag.* 409. *in princ.* Anton. Bosio *d. lib.* 1. *cap.* 1. *in princ.* Quod & Ego dum Romæ essem 25
non semel feci & expertus fui, cryptas Sancti Sebastiani, & alias ingrediendo.

Postquam summa rerũ ad Christianos Principes 26
redacta liberum fuit Episcopis de rebus Ecclesiasticis pro arbitratu disponere, distingui cœperunt Ecclesiæ à Cœmeteriis, ipsaque Cœmeteria tam intra, quàm extra Vrbes mortuis sepeliendis designari, &

& vel remota ab Ecclesiis, vel ipsis proxima & cōtigua, vel intra ipsas quandoque: vide Stephan. Durant. *d.lib.1.cap.23.num.*8. eleganter Henric. Spond. *d.cap.13. num. 6.* Et aduertit Ludou. Correa *in repet.cap. inter alia, de immun. Eccles.p.1. num.*11. non
27 omnem nunc Ecclesiam Cœmeterium habere posse, sed solùm illam, quæ populum habet, vel si ex priuilegio particulari hoc illi fuerit concessum, Ego de quo ipse *d.lib.2.c.9. num.66.*

28 De Cœmeteriis vrbis Romæ vide Onuph. Panuin. *de iure sepeliendi mortuos cap.*12. Laurent. Beyerlinck *d. verbo Cœmeterium pag.*287.*lit. F.* latè Anton. Bos. *de Roma Subterranea*, Card. Cæs. Baron. *annal. Eccl. tom.2. anno 226.* remissiuè Henric. Spondan. *d.p.3. cap.13.num.3. in princ.* Metipsum *de Iure Eccles. lib. 2. cap.10. num. 5.*

29 Prohibitum extiterat olim ne intra Ecclesiam defunctorum corpora sepelirentur, *l. nemo 2. C. de Sacros. Eccles. cap. præcipiendum* 13. *q.* 2. vbi Card. Turrec. quatuor illius prohibitionis affert rationes, Greg. Lopez per tex. *ibi in l.1. glos.6. tit.11. part.* 1. Cened. *ad Decretum collect.*46. Ego *in collect. ad d. l. nemo num.2. & de Iure Eccles. lib. 2. cap.10. num.6.* & non modò in Ecclesiis, sed nec intra Vrbem ea sepeliri licuisse, probat Ferdin. de Mendoza *de confirmando Concilio Illeberit. lib.3. can. 35. cap. 4. pag.16.* vbi subdit quòd cùm tempore huius Concilij Hispania Romanorum legibus subderetur, cogebantur Christiani non modò alios Christianos, sed & Martyres etiam extra mœnia Vrbis in cœmeteriis sepelire. Indeque magno honore affectum Constan-
30 tinum asserit S. Chrysost. *homil.66. ad populum Antiochen.* quòd pro foribus Piscatoris corpus maximi illius Imperatoris sepulturæ mandatum fuerit, factusque sit Constantinus Piscatoris ianitor: & de vtroque Theodosio, & Archadio simile in Apostolorum porticu ex Niceph. atque aliis adducit Steph. Durant. *d.cap.33.num.6.* & vide alia exempla penes Anton. Bos *de Roma subterranea lib. 7. cap. 7.* & apud Henric. Spondan. *d. lib. 1. p. 3. cap. 14. num. 5.*

31 Verùm tractu temporis honor iste sepulturæ intra Ecclesiam Episcopis, aliisque personis insignibus deferri cœpit, *cap. nullus 13. q.2.* iuxta communem intellectum, de quo post glos. Turrec. *ibi in fine*, quem alij sequuntur, vt constat ex Conrad. Brun. *de ceremon. lib.2. cap.2. vers. illud tamen*, Petr. Greg. *Syntag. Iuris lib.2. cap.13. num.* 12. quos refero Ego
32 ipse *dicto cap.10. num.7.* vbi *n.* 8. post multos à me citatos, addo consuetudine effectum esse, vt quod solis Episcopis & personis insignibus concedebatur, quibuscunque siue Clericis, siue Laicis licitum, & liberum iam sit, ac proinde indultum, vt in Ecclesia, si vellent, tumularentur, per *d. cap. nullus*, vbi glos. *verb. Fideles, cap. Ecclesiam, de consec. dist.1. c. ex parte, cap. cùm liberum, de sepultur.*

33 Consecrantur apud Catholicos Cœmeteria siue Ecclesiis adjuncta, siue ab illis disiuncta, & quidem peculiaribus cæremoniis, quarum forma in Ritualibus libris extat: ita Steph. Durant. *de ritib. Eccles. lib.1. cap.23. num.9.* Petr. Coton. *d.lib.2.cap.48. pag. 409. versic. multis autem, grauissimisque cæremoniis consecrantur.* Laurent. Beyerlinck *d. verb. Cœmeterium pag.* 288. *lit. H.* Henric Spondan. *lib.1. p.3. c.15. de consecratione, sanctitate, & priuilegiis Cœmeteriorum*
34 *communium*, Ego ipse *d.lib.2.cap.9.num.8.* vbi teneo Ecclesia consecrata etiam Cœmeterium ei contiguum præsumi consecratum, quia simul cum ipsa Ecclesia vnico ritu consecratur, quamuis specialiter quoque soleat consecrari.

Consecrationis huiusmodi causa duplex communiter assignari potest. Prima vt in eis multæ piæ preces aliæque sacræ ceremoniæ assiduè in honorem Dei, cultum Sanctorum, & solatium, ac leuamentum fidelium illic quiescentium fieri debeant. Secunda vt longè dæmones abigantur ab eorum locorum obsessione, & à corporum illic conditorum ad suas præstigias abusione, & ab hominum illuc orationis causa accedentium molestatione: sicut enim loca Principum asyla sunt, nec ibi lictores vlli manus inijcere audent, ita etiam in Cœmeteriis solemni ritu Deo consecratis non sinuntur Dæmones grassari eo modo, quo in aliis locis, ex Spondano *dicta p.3. cap.15. num.3.* explicans *num.4.* quantum potestatis sibi Dæmones in Cœmeteria, antequam his sacris munitionibus in vnum circumuallerentur, necnon etiam in cadauera illic reposita vsurparent. 35 36

Eam ob causam consecrata Cœmeteria Catholicis in honore, ac reuerentia fuerunt & esse debēt, non solùm propter sementem; vt ita loquar, illic sparsam, hoc est, propter Orthodoxorum corpora ibi requiescentia, & communem resurrectionem placidè spectantia; sed etiam vt quoties Fideles per ea transeunt pro illis orare debeant sua nouissima cum gemitu cordis ad memoriam reuocando. Propter hanc igitur causam Petr. Coton. *de instit. Cathol. lib.2. cap.48. pag.* 410. ait quòd Cœmeteria sacris, & religionibus expiantur, sacræ in eis Cruces figuntur, vt scilicet viatores admoneantur eos, qui inibi conditi sunt, in fide Christi IESV lucis hanc vsuram reddidisse, & pro eis orent. Per Cœmeteria enim incedere, & pro defunctis ibi sepultis non orare quasi sacrilegium esse asseuerat S. Augustinus, quem citat Laurent. Beyerlinck, *d. verb. Cœmeterium pag.*288. *lit. H.* 37

Vnde ad candē reuerentiam pertinet ne in Cœmeteriis vllæ profanæ actiones huiusmodi fiant, & quæcunque vana ab eis exterminentur; & ideo S. August. *epist.64.* maximè hortatur Aurelium Carthaginensem Primatem, vt auferat ebrietates, & luxuriosa conuiuia, quæ vt Cœmeteriis tanquam in honorem Martyrum fœda consuetudine per vniuersam Africam celebrari mos erat. 38 39

Et in Synodo Illiberitana *can.* 35. sub Siluestro Papa celebrata prouidè cautum est ne fœminæ in Cœmeteriis peruigilarent, eo quòd sæpe sub obtētu orationis scelera latenter committerent. Referunt Iuo *p.11. cap.60.* Henric. Spondan. *d.p.3. cap.13. n.5.* & antea Onuphr. Panuin. *d.cap.11. de Cœmeter. pag.* 69. *vers. Concilium Illiberinum*, Ferdin. de Mendoza *de confirmando Concil. Illiberitano lib.3. can.34. cap.4. pag.15.* vbi reddit rationem ne cœmeteria, quæ Dei, & SS. Martyrū domus erant, in turpissima lustra, & lupanaria conuerterentur. Et Modernus quidam *de origine Templor. lib.3. cap.1.* sic ait, *Decet Christianos homines Cœmeteria, seu sepulchra publica loca sacra putare, neque permittere vt vllis prophanis vsibus violentur. Etsi enim improborum petulantia defunctis nihil incommodet, eadem tamen frenanda, & disciplina Christianæ legibus coercenda est, ne eorum fidem reddere, & iis insultare videamur, quorum corpora cum in viuis essent, Spiritus Sancti Templa fuerunt, nunc autem in Christo sopita quiescunt.* 40

DISPVTATIO II.

Cœmeterium quoad sacrilegium, interdictum, pollutionem, reconciliationem, & immunitatem an Ecclesiæ æquiparetur?

41 COEmeterium ab Episcopo designatum & benedictum, seu consecratum Ecclesiæ æquiparatur, & eadem penè immunitas illi debetur, quæ Ecclesiis conceditur, argum. *cap. 1. de immun. Eccles.* Boët. Epo *in tract. de iure immun. Eccles. ad cap. cùm Ecclesia 5. num. 18. de immun. Eccles.* Ego *d. tract. de Iure Eccles. lib. 2. cap. 9. num. 7.* Et sic æquiparationem hanc quoad consecrationem, sacrilegium, & interdictum agnoscunt Paulus Fusc. *de visit. lib. 1. c. 12. num. 7. & 8.* Piasec. *cap. in praxi Episcop. p. 1. c. 5. n. 6.* Ludou. Correa *in repet. cap. inter alia, de immunit. Eccles. p. 2. num. 12. in fine*, Sum. Dianæ *p. 1. verb. Immunitas Ecclesiarum quoad loca, num. 4.*

42 Eodem etiam modo polluitur Cœmeterium atque Ecclesia, glos. *verb. polluto in cap. vnic. de consec. Eccles. lib. 6.* vbi Archid. *n. 6.* Abb. *in cap. consuluisti num. 2. eod. tit. in Decretal.* Angel. *verb. Consecratio Cœmeterij in 1.* Siluest. *in sum. verb. Cœmeterium n. 1.*
43 *& q. 1. num. 2.* Quia copula in Cœmeterio habita & sanguinis, aut seminis peccaminosa effusio, sacrilega sunt, Cordub. *in sum. quæst. 32.* Nau. *in man. cap. 16. num. 3. vers. interrogatus.* Henriq. *in sum. lib. 2. de Pœnit. cap. 6. §. 5. in commento lit. H.* Petr. de Ledesma *in sum. p. 1. de Sacram. vbi de Eucharistia c. 20.* Sanch. *de Matri. lib. 9. disp. 15. num. 40.* Quidquid quoad hunc effectum Cœmeteria appellatione loci sacri non comprehendi existimauerint Sot. *in 4. dist. 32. q. vni. art. 3. con. 3.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1, lib. 2 cap. 83. num 10.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 243. num. 19.* Vega etiam *in sum. tom. 1. cap. 78. casu 1.*

44 Sed primum dubium oritur, an & quando Ecclesia polluta, censeatur Cœmeterium pollutum, vel è contra? In quo distinguendum est hoc modo. Aut Cœmeterium Ecclesiæ contiguum non est, & tunc ea polluta Cœmeterium non censetur pollutum, quia illi accessorium non est. Aut Cœmeterium contiguum est Ecclesiæ pollutæ, ita vt extrema Ecclesiæ tangant extrema Cœmeterij, & tunc polluta, seu violata Ecclesia, & Cœmeterium ei contiguum violatur; quia accessorium sequitur naturam sui principalis, & dignius ac potentius trahit ad se naturam minus digni, & minus potentis, ex vulgaribus Iuribus. Ita probat *cap. vnic. de consecr. Eccles. vel Altaris lib. 6.* resoluunt Petr. Greg *in partit. Iuris Canon. lib. 4. tit. 4. cap. 7.* Henriq. *in sum. lib. 9. cap. 27. §. 5.* Gambarupta *de casib. reseru. cap. 15. casu 6. n. 10.* plures per Cencd. *ad Sextum collect. 11. n. 7.* quibus addo Azori. *instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 26. q. 13. vers. 5.* Sayr. *de censur. lib. 5. c. 16. n. 28.* Vgolin. *de potest. Episcopi c. 29. §. 6. n. 2.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q. 39. art. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 15. n. 23. & 35.* Raguc. *de Missa in Ecclesia q. 62. num. 2.* Rabell. *de oblig. Iustit. p. 2. lib. 3. sect. 1. num. 5. vers. in parte loci,* Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta præc. 2. lib. 3. cap. 14. num. 18.* Bonacin. *de Matrim. quæst. 40. puncto vlt. num. 11.* Lezana *tom. 3. verbo Ecclesia num. 13.*

45 Secundum se se offert dubium resoluendum, Vtrum scilicet quando duo Cœmeteria sunt contigua pariete intermedio, an vno polluto, censeatur & aliud pollutum, seu violatum? Communis & recepta resolutio est negatiua, etiamsi porta esset in pariete per quam ab vno ad aliud fiat transitus, cùm in effectu censeantur duo Cœmeteria. Ita Siluest. *in sum. verb. Cœmeterium 2. quæst. 2. n. 1.* Azori. *instit. moral. p. 2. lib. 9. c. 6. quæst. 3.* Fr. Ludou. Miranda *d. art. 2. in fine*, Lezana *d. tom. 3. verb. Cœmeterium n. 4.* Mart. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 3. c. 2. vers. postulabis*, vbi *in vers. hac difficultas* tenet quòd si paries communis, in 46
quo est porta, æqualiter extructus sit in solo vtriusque Cœmeterij, ita vt dimidia pars pertineat ad vnum Cœmeterium, dimidia ad aliud, tunc si pollutio in vna parte contingat, illud tantum erit violatum: si autem in vtraque parte fiat, vtrumque polluitur; si verò paries, & porta pertinent ad vnum Cœmeterium solum, non ad aliud, tunc illud solum Cœmeterium polluitur. Vgolin. *d. c. 29. §. 6. vers. excipitur tamen el 2.* vbi *in vers. seq.* ait quod si in porta, per quam ab vno ad aliud Cœmeteriũ fit transitus, humani sanguinis, vel seminis effusio fiat, vtrumque polluitur, si porta in pariete extructa gratia vtriusque facta appareat.

Tertium deinde dubium insurgit qualiter Cœ- 47
meteria benedici, & consecrari, seu reconciliari valeant? Iam dixi de illius benedictione, & consecratione *suprà num. 35.* modò quatenus ad reconciliationem pertinet, dicendum est illud reconciliari ea ratione, qua Ecclesia: nam si per Episcopum solemniter cònsecratum sit, eo polluto per Episcopum reconciliari debet aqua solemniter cum cinere, & vino per eum benedicta, *cap. consuluisti, de consecrat.* 48
Eccles. vel Altar. Si verò ab Episcopo non est solemniter benedictum, sed tantùm ad sepeliendum destinatum, per Parochum Sacerdotem poterit aqua exorcizata reconciliari. Ita Doctores *in d. cap. vlt.* 49
de consec. Eccles. vel Altar. in 6. Azor. *d. c. 6. quæst. 4.* Vgolin. *d. c. 29. §. 8. n. 4. & 5.* Galgan. *de iure publico lib. 3. tit. 108. n. 37. & 38.* pariter resoluentes reconciliata Ecclesia reconciliatum censeri & ipsum Cœmeterium, si Ecclesia polluta illi contigua sit. 50
Vnde Sacra Cong. Rit. *in Cameracen. 9. Februarij 1628 & in Praten. 21. Iunij 1632.* censuit Cœmeterij consecrati reconciliationem non esse committendam alteri quàm Episcopo, quia Cœmeteria consecrata non nisi per Episcopum reconciliari possunt. Presbytero verò in Ecclesiastica dignitate constituto committi potest Cœmeterij simplex benedictio, quarum declarationum meminit Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verb. Cœmeterium num. 6.* Ego ipse *in sum. Apostol. decis. collect. 9. num. 1.*

Vnde infero Cœmeterium siue coniunctum Ec- 51
clesiæ, siue ab ea separatum Ecclesiastica immunitate gaudere, ita vt ad illud confugientes exinde extrahi non valeant. Ita probat *cap. cum Ecclesia, de immunit. Eccles. glos. verb. Cœmeteria in d. cap. consuluisti, de consecrat. Eccles. vel Altar.* Remig. *de immun. verb. Cœmeterium ampl. 4.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 24 n. 28. & cap. 25. n. 10.* Anast. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. n. 30, vers. de Cœmeterio, cum seq.* Cardin. Tuscus *pract. concl. verb. Ecclesia concl. 10 n. 3.* Azori. *instit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 8. q. 6.* Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 3. de immun. cap. 8. num. 5. & cap. 9. n. 8* Franc Leo *in thesauro fori. Eccles. p. 1. c. 13. n. 2.* Alex. Ambrosin. *de immun. c. 10. n. 5.* Gambac. *eod. tract. lib. 4. c. 3. n. 16.* Mari. Ital. *in simili tract. lib 1. c. 4. §. 7.* Farin. *etiam de immun. n. 261. cum seq.* Velasc. *cons. 81. n. 1.* Ludou Correa *in repet. cap. inter alia, de immun. Eccles. p. 2. n. 12. cum seq.* Machado *in su perfeto Confessor y Cura de Almas lib. 2. p. 3. tract. 5. docum. 2. n. 6. cum seq.* Ioan. Ægid. Trullenc. *in decem Ecclesiæ præcepta lib. 1. c. 11. dub. 1. num. 4.* Sum. Dianæ

p. 1.

p.1. verb. Immunitas Ecclesiarum quoad loca num.4.& in resolution. moral. p.6. tractatu 1. resol.6. Ciarlin. *controuers. forens. cap.12. num.46.*

52 Ex dictis pariter colligo, quòd sicut in Ecclesiis sepeliri plura hominum genera prohibentur, de quibus Ego ipse *de Iure Ecclesiast. vniuerso lib. 2. cap.10. num.40. cum seqq.* & latè Henric. Spondan. *d. tract. de Cœmeteriis sacris lib.2. p.2. cap.5. pag.458. cum seqq.* aliquando propter reuerentiam, quæ Ecclesiæ debetur; nonnunquam ex rigore disciplinæ, quia nulla participatio iustitiæ cum iniustitia, secundùm Apost. *2. ad Corinth. cap.6.* cùm nec par sit vt sepulchris hic iungantur qui in altero seculo diuersa habitacula excepturi sunt: interdum, quia decesserunt in ipso notorio peccato mortali absque eius detestatione, vt sunt meretrices, concubinarij, vsurarij, & alij huiusmodi, quia cùm non sint resurrecturi ad vitam æternam, sed destinati gehennæ, nec iuuentur loci sanctitudine, haud æquum est, vt iis locis condantur, quibus Ecclesia ideo vult Fideles sepeliri, vt ibi iuuentur suffragiis, & orationibus viuentium, & tanquam sacrum depositum seruentur, donec resurgant ad vitam æternam. Ita etiam iidem à Cœmeteriis excluduntur homines, quos enumerat Laurent. Beyerlinck *d. verb. Cœmeterium pag.288. in fine, & pag.289.* nam quoad sepulturam

53 concedendam, vel negandam Iura, & Doctores semper de Ecclesiis, & Cœmeteriis simul mentionem faciunt, vt videre est apud Henric. Spondan. *lib. 2. p.2. cap.6. num.3.* ibi, *Quæ quidem in re notandum, cùm agitur de sepultura Ecclesiastica, siue Christiana, non omnem prohiberi sepulturam, seu tumulationem, sed tantùm illam, quæ ab spirituali Ecclesiæ auctoritate pendet; hoc est, quæ fit in loco benedicto, quem Episcopus ad vsum sepulturæ Fidelium solemniter consecrauerit, siue sit COEMETERIVM, siue Ecclesia; vel qui Ecclesiæ, siue Pastorum eius auctoritate, ac recepta consuetudine ad illud munus speciatim destinatus sit. Itemque illam, qua corpora, etiamsi non deferantur in huiusmodi loca, deferuntur tamen cum pompa funerali Ecclesiastica, cum Psalmis, cereis, & aliis sacris, atque solẽnibus Christianorum funerum ceremoniis. Hac enim sepultura iubentur priuari omnes illi, quos diximus, & qui eam illis impertierint, quà peccant lethaliter, quà etiam excommunicationem incurrunt pro casus, aut criminis grauitate; & si cadauera sepultorum internosci queant, exhumanda sunt, & in profanum locum abijcienda: aliquando etiam COEMETERIVM siue Ecclesia, in qua sepulta fuerint, noua benedictione reconcilianda, vel etiam parietes, & tigna abradenda. Cùm alioquin minimè prohibere consueuerit Ecclesia, quæ mitius semper agere gaudet, quia ijdem impij, ac Rei in campis, & locis priuatis sepulturam à quibuslibet tam Secularibus, quam etiam Ecclesiasticis personis adipiscantur, etiamsi locus esset contiguus Ecclesiæ, vel COEMETERIO consecrato, dummodo non intra locum consecratum, nec cum ceremoniis ecclesiasticis, ita tamen vt nullum sit periculum, aut suspicio alicuius permixtionis,* &c.

54 Quartum dubium petit, Vtrùm ad hoc vt Cœmeterium gaudeat immunitatibus Ecclesiæ concessis, & dici possit locus sacer & Religiosus, sufficiat quòd in eo repertum sit sepeliri corpora mortuorum, seu potius requiratur vt ab Episcopo sit consecratum, vel benedictum? Sufficere quòd appareat in eo mortuos sepultos fuisse, saltim accedente auctoritate Episcopi per *cap. ad hæc, de Relig. domib.* resoluunt Ioan. Garc. *de expens. c.8, num.51. vers. hodie,* Rota *decis. 30. num. 8. p. 2. recent.* quia, vt tenet Gratian. *discept. forens. cap. 110. à princip.* illatio mortui facit locum religiosum quando fit auctoritate Episcopi, pro qua auctoritate sufficit si de licentia Episcopi cum officiis consuetis in eo sepultus sit mortuus, Pereg. *de immun. Eccles. c.4. num.57.* Sum. Dianæ *p. 1. verb. Immunitas Ecclesiarum quoad loca n. 4.* Verùm non sufficere quòd in Cœmeterio sepeliantur corpora mortuorum, vt dicatur locus sacer, & Religiosus, sed requiri vt sit ab Episcopo benedictum probat *Clem. 1.* vbi glos. *verb. Cœmeteriis, de sepultur.* resoluunt *ibidem* Anchar. *num.4.* Vitalin. *sub n.14.* Innoc. *in cap. abolendæ n. 2. in fine de sepultur.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.26. num.4.* Sed Ego in hac quæstione veram iudico aliorum resolutionem, qui tenent quòd quando à multo tempore citra in aliquo loco cadauera sepeliuntur cum permissione, ac etiam acquiescentia Episcopo, & ab omnibus communiter pro Cœmeterio diu fuerit reputatus, debet præsumi quòd locus fuerit destinatus ad sepulturam mortuorum, & insimul ab Episcopo benedictus, licèt verè, & realiter benedictione careret. Ita Card. Zabarel. *in d. Clem. 1. n.10. in fine, & n.11. circa med. vers. & hoc verius,* Castro Palao *in opere morali tom. 2. tract.11. disp. vnica puncto 6. num. 16.* Rot. *in Cæsaraugustana Dedicationis 28. Februarij 1625. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo.*

Quintum dubium non minus difficilè insurgit 55 vtrùm si Cœmeterium auctum sit sine Episcopi auctoritate, in ea parte aucta absque alia consecratione, seu benedictione Episcopi, valeant mortui sepeliri, illaque gaudeat immunitatibus benedicto Cœmeterio concessis? Pro parte affirmatiua facit vulgaris regula quòd eadem est ratio, idemque ius de re aucta, & de principali, quod augetur, *l. etiam, ff. soluto matrim.* cum similibus, de quibus Albert. Brun. *in tract. de augmento quæst. 9.* Mattu. *lib. 1. obseru. 49.* plures per Alphan. *collect. 448.* & post Tiraq. & multos alios Garcian *reg. 302.* quibus addo D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. p.3. n.66.* & plures per me *de axiomat. Iuris vsufreq. verb. Augmentũ Axiom. 34. à num. 1.* Augmentum enim sequitur naturam eius, cui accedit, *l. si ex toto, l. quod in re §. siquis potest ff. de legat. 1. l. etiam,* vbi DD. *ff. de iure dot.* Sixtin. *de regalib. cap.8. num.22.* Decian. *resp.60. num.11. vol.3. & resp.52. num.51. cum seq. vol.1.* censeturque eiusdem esse naturæ, cuius est principale, *cap. fin. §. 1. de concess. preb. l.8. C. de iure dot.* Hotom. *cons.106. n.6.* Et hinc augmentum rei hæreditariæ cùm efficiatur pars eius fundi, cui accessit, fingitur etiam eiusdem fundi fuisse, Decian. *resp.52. n.63. vol.1.* Regner. Sixtin. *cons.14. n.34. vol.2.* Augmentum quoque dotis, eodem iure ac priuilegiis gaudebit, quibus ipsa dos, *l.26. §.2. ff. de pact. dotal. l.8. C. eod.* Roland. à Valle *in tract. de lucro dotis n.100.* quia priuilegium cõpetens principali, locum habet in eius augmento, Honded. *cons.84. n.68. vol.2.* Vnde ad hoc propositũ inferebat Guillerm. de Monte Lauduno relatus à Cardin. *in d. Clem. 1. n. 11.* agens specificè de claustro, quòd de nouo additum claustro Religiosorum, dicitur esse claustrum, & gaudet priuilegio immunitatis.

Contrariam tamen sententiam meliùs tenent 56 alij, quos refert, & sequitur Cardinal. *num.11.* & ibi Anchar. *num.4.* quos etiam sequutus est Vgolin. *de* 57 *censur. tab. 2. cap.9. §.9. vers. postremo.* Ratio est, quia argumentum illud de augmento quòd sequatur naturam principalis, quod auctum est, procedit quando in vtroque eadem est ratio, non ita si diuersa detur inter vtrumque, iuxta regulam *l. Papinianus exuli, ff.*

li ff. de minorib. Rot. *decis.* 72. *num.* 4. *p.* 2 *recent.* vbi intelligit dictum illud procedere vbi non viget diuersa ratio, quæ in hoc proposito manifestissima
58 apparet: nam vt Cœmeterium sit, & sepultura Ecclesiastica dicatur, necessarium est quòd locus auctoritate Episcopi destinatus sit ad mortuorum sepulturam cum speciali benedictione, quam solemnitatem supponimus deficere in hac parte Cœmeterij, quæ aucta est: & in simili de re aucta bonis maioratuum, si expresse habita non sit cum eadem qualitate maioratus, bene explicat Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. *&* 4.

59 Sextum dubium quærit, an sicut in Ecclesia cerei incenduntur, ita in Cœmeteriis etiam incendi valeant? Dubitandi causam affert *Canon.* 34. *Concilij Illiberitani*, cuius verba sunt, *Cereos per diem placuit in Cœmeteriis non incendi; inquietandi enim Sanctorum Spiritus non sunt. Qui hæc non obseruauerint, arceantur ab Ecclesiæ communione.* Referunt Garcia
60 Loaisa *in collect. Conciliorum Hispaniæ sub Concilio Eliberitano pag.* 10. Gabr. *Vasq. lib.* 3. *de adoratione cap.* 7. Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib.* 1. *c.* 23. ibi, *Prohibetur accendi cereos ex superstitione Gentilium, quorum superstitionem Spiritus Fidelium dolenter ferebant, eóque nomine inquietari dicuntur: nam & eo Concilio pleraque alia prohibentur ad extirpandas & funditus tollendas gentium superstitiones, quas noui Christiani illis Hispaniæ locis tunc retinebant*, &c. Basil. de Leon *var. disputat. p.* 1. *q.* 2. *Scholastica pag.* 105. *in fine*, vbi intelligit illa verba *inquietandi non sunt spiritus Sanctorum*, id est, non accendantur in cœmeteriis cereos ad Sanctorum inquietãdos animos, non quòd inquietari animas crediderint Hispaniæ Patres, cum vt plenum superstitione damnauerint, sed quòd id se præstare pollicerentur, qui animas euocare cereis contendebant, & à quiete in qua morabantur educere, & ad huius lucis vsuram reuocare. Nil est quod ab hac expositione dissonet. Inquietandi enim verbo vtitur sacra Scriptura in simili magica euocatione, qua Pythonissa animum Samuëlis suis adiurationibus educebat 1. *Regum.* 28. doctissimus Ferdinand. de Mendoza ingenij acumine, ac dicendi elegantia longè præstans octuagenarius adhuc in hoc oppido feliciter viuit, *de confirmando Concilio Illiberitano lib.* 3. *can.* 34. *cap.* 1.
61 *pag. cum seqq.* qui tamen *cap.* 2. Cereos rebus Ecclesiæ sacris adhibitos semper in Hispania probatos confirmat, & citat Concil. Tarraconense *c.* 7. quod grauiter in eos Sacerdotes, & Diaconos inuehitur, qui singulis diebus Vesperas, & Matutinas omittunt, nam ex illorum desidia, & negligentia illud incommodum redundare ait, vt in Ecclesiis luminaria non ministrarentur. Grauem etiam pœnam proponit Concil. Toletanum XIII. *can.* 7 in eos, qui odio fratrum Ecclesiæ luminaria vel extinguerent,
62 rent, vel subtraherent. Nec cereos solùm, & luminaria accendi in Ecclesiis Hispani Episcopi voluerunt, sed redditus ecclesiasticos pro his sustinendis assignari; tertiam enim partem oblationum luminaribus Ecclesiæ præscripserunt in Concilio Bracharensi II. *can.* 2. in quo etiam *can.* 5. decernunt nullam Ecclesiam ab Episcopis consecrari, instituique, ni priùs à fundatore, vt vocat, luminaribus necessaria ministrarentur.

63 Quomodo igitur statuit Illiberitanum Conciliũ *citato loco* Cereos in Cœmeteriis non incendi: cuius verba suprà relata multorum intellectus torquent. Fuerunt enim, qui candelarum vsum impro-
64 bant huius Concilij auctoritate ducti. Verùm Garcia Loaysa, cui debet Ecclesia elaboratam & doctam Hispanorum Conciliorum collectionem, Sanctorum nomine Fideles intelligit; quæ quidem nuncupatio olim Christianis Fidelibus tribuebatur, vt Paulus scribit 1. *ad Corint.* 1. *Paulus Apostolus Iesu* 65
Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi cum omnibus Sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia. Et *ad Philippens.* 1. *Paulus & Timotheus serui Iesu Christi omnibus Sanctis in Christo Iesu qui sunt* Philippis, *cum Episcopis, & Diaconibus.* Et ad *Ephes.* 4. *Ipse dedit quosdam*, &c. *ad consummationem Sanctorum*, id est; Fidelium. *Et* 6. *vbi: orare pro Sanctis*. Sic Iudas in Canonica deprecans supercertari semel traditæ Sanctis Fidei. Additque idem
Loaysa Concilium noluisse huiusmodi Sanctos, id 66
est, Fideles, cereos per diem in Cœmeteriis accendere, ne ipsorum spiritus, dum Orationis causa ad Ecclesiam accedunt, inquietentur frequentia, & cura immodica cereorum ardentium.

Ferdinandus verò de Mendoza *d. lib.* 3. *cap.* 3. *pag.* 67
10. refert illud solùm in hoc Concilio ab Hispanis Episcopis prohiberi, ne interdiu cerei in Cœmeteriis à piis Fidelibus incenderentur, ne lucentibus tot luminibus Gentes de Martyrum sepulchris redderentur certiores, indéque Sanctorum corpora abducerent, & clericorum spiritus maiori custodiæ periculo, & solicitudine vrgerentur, & inquieta-
rentur, vt prisco Concilij verbo vtar. Olim enim 68
ad conseruandam Martyrum memoriam, & custodiendas Beatorum corporum reliquias, prudentia, & pietate singulari Maiores nostri statuerũt vt clerici antequam Presbyteratus, & Diaconatus ordine insignirentur, per aliquod tempus Cœmeteriis Martyrum adhærerent, custodésque efficerentur Sanctorum corporum, quæ Gentes illæ idololatræ non immanitate minus quàm religione barbaræ assidua cura exquirebant, vt perderẽt. Et *in fine* subdit
alios præterea esse tum ingenio, tum iudicio, & pietate graues, qui Sanctorum nomen illic, nec ad Sanctos vita felici defunctos, nec ad Fideles laicos referendum putent, sed ad Episcopos, Sacerdotes, & reliquos Ecclesiæ Ministros, quorum animos, dum hi ministrant, illi Sacra faciunt, nimia cereorum ardentium multitudine impediri, & inquietari Episcopos nostros noluisse aiunt, quibus Canonis verba non repugnare affirmat. 69

DISPVTATIO III.

An licitum, & honestum sit in Cœmeteriis domus, & tabernas mercales, siue institorias construere, & locare, vt ex reditu ipsarum Ecclesiæ facultates augeantur?

Pro parte affirmatiua facit quòd licèt intra Ecclesiam id prohibitum inueniatur, nihilominus 70
prohibitio hæc non ita strictè obligat pro Cœmeteriis, quia Ecclesiæ consecratæ, vel dicatæ debetur reuerentia ex Iure diuino, & naturali; Cœmeteriis autem, vel atriis eiusdem solùm ex priuilegio ob maiorem Ecclesiarum decentiam, & venerationem ad ipsa per Ius Pontificium extenso, iuxta doctrinam P. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. Vnde forsan Caiet. *in sum. verb. Immunitas Ecclesiæ violatæ pag.* 167. resoluit ementes, seu vendentes in Cœmeterio, ex quo non est domus Dei, sed fidelium defunctorum, non peccare mortaliter, 71
sed tantùm venialiter, & illum refert & sequitur P. Suar. *tom.* 3. *disput.* 81. *sect.* 8. §. *ex hoc, & de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *dicto* 2. qui addunt in Cœmeteriis

riis tales venditiones, aut officinas facilè tolerari solere à Pastoribus Ecclesiæ, quia non videtur totalis irreuerentia, cùm solum videatur spatium illud dici locum sacrum quod est intra Ecclesiã, Bonacin. & ab eo citati *de matrim. quæst. 4. puncto vlt. num. 11.* Facit quòd harum domorum, seu apothecarum portæ Ecclesiam, vel reliquum Cœmeterij intrinsecus non respiciunt, neque Diuinis officiunt, sed ad publicas, & prophanas partes, fora, vel calles portæ ipsæ deueniunt, in quibus negotiationes huiusmodi exercentur. Denique videtur dictarum domorum, & apothecarum constructionem & locationem permitti debere, vt Ecclesiæ redditus augeantur, & maiori ipsius cultui, atque ornatui consulatur.

Sed his non obstantibus negatiua pars mihi verior videtur, & in praxi sequenda, quæ multis, sed his potissimum nititur fundamentis.

72 Primò probatur ex S. Ioan. Chrysost. *super Matth.* id est, Auctore operis imperfecti, *homil. 38. ad c. 21. Matth.* refertur *in c. eijciens 88. dist.* ibi, *Eijciens Dominus vendentes & ementes de Templo, significauit quia homo mercator vix, aut nunquam potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator, aut si voluerit esse, proijciatur de Ecclesia Dei, dicente Propheta, Quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini,* &c. & ibi, *Qui autem comparat rem, vt illam ipsam integram, & immutatam dando lucretur, ille est mercator, qui de Templo Dei eijcitur,* &c. & ibi, *Ideo ergo mensas nummulariorum euertit, significans, quia in Templo Dei non debent esse nummi, nisi spirituales, id est, qui Dei imaginem, non diaboli portant,* &c. Ratio videtur esse, quia in his negotiationibus vt plurimum mendacia, & peccata interuenire solent, vt tradit Leo Papa *epist. 90. ad Rusticum Episcopum c. 9.* relatus *in cap. qualitas 2. de Pœnit. dist. 5.* ibi, *Quia difficile est inter ementis, vendentisque commercium non interuenire peccatum.*

73 Secundò probatur ex auctoritate Alexandri II. scribentis *ad Clerum, & populũ Ecclesiæ Lucensis,* prout refertur *in cap. ex multis 9. 1 quæst 3.* ibi, *Vnde humani generis Redemptor omnes ementes, & vendentes de Templo eijciens cathedras vendentium columbas euertit, nummulariorum effudit æs, præcepti sui auctoritate denuncians & dicens: Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. Illud quoque in eodem facto solicitè considerat, per totum textum Sancti Euangelij nusquam reperiri Dominum tanta seueritate districta censura iustitiæ peccantes corripuisse, cùm non solùm eloquio increpans, verùm etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de Templo, apertè demonstrans quòd tales negotiatores, non sicut cæteri peccatores sunt corripiendi, sed à Templo Dei, id est, à Sancta Ecclesia longiùs sunt proijciendi,* &c.

74 Tertiò probatur & meliùs ex Nicolao Papa relato *in c. nulla 4 12. quæst. 1.* cuius verba sunt hæc. *Nulla ædificia in atrio Ecclesiæ ponantur, nisi tantùm clericorum:* vbi glos. *verb. in atrio,* dicit, id est, in Cœmeterio. Textum allegat Anton. de Padilla *in l. altius. C. de seruit. & aqua,* ibi, *Sed neque iuxta Ecclesiam licebit vnquam etiam in proprio solo ædificare, cap. nulla 12. q. 1. vbi in atrio Ecclesiæ ædificare nemini licet; est autem*
75 *atrium Ecclesiæ quod Cœmeterium vulgo dicimus, cuius mensuram statuit tex. in cap. sicut antiquitus 17. quæst. 4.*
76 *& textus in illo cap. nulla conuenit Lex Regia 24. tit. 32. part. 3.* Hactenus Padilla. Et ex *cap. in illa* (leg. *cap. nulla*) *12. quæst. 1.* idem colligit Oldrad. *cons. 55.* quem refert Angel. de Clauasio *in sum. verb. Cœmeterium,* videlicet quòd nulla domus etiam Ecclesiarum in Cœmeterio ædificari debet.

77 Quartò ex *cap. decet 2. de immunit. Ecclesi. lib. 6.* ibi: *Cessent in Ecclesia, earumque Cœmeterijs negotiationes, & præcipuè nundinarum, ac fori qualescunque tumultus,* &c. cum quo concordat *l. 1. & ibi glos. 6. tit. 11. part. 1. E otro si no deuen fazer en ella mercado.* &c. Boët. Epo *ad cap. cùm in Ecclesia num. 18. de immun. Eccles.* vbi quòd nec lites illic à laicis exercendæ sunt.

Quintò ex Synod. Trull. quæ sub nomine sextæ 78
Synodi circumfertur, vbi statuitur sub pœna excommunicationis non oportere intra sanctos ambitus cauponatoriam officinam, vel quæ fiunt per aromata species proponere, vel alias venditiones facere, suam venerationem Ecclesiis seruantes, vbi Balsamon docet qui sancti ambitus dicantur. Et S. Ioan. 79
Chrysost. *hom. 36. ad Corinth.* iam suo tempore hunc abusum in Ecclesias irrepsisse grauiter dolet, ibi, *Emere quid, aut mercari lubet? Magis idonea Ecclesia est quàm forum.* ex quibus colligit Durant. *de ritibus Eccles. lib. 1. c. 26. num. 7.* in Ecclesiæ foribus, & Cœmeteriis non licere quicquam venale lucri causa, nisi ad vsum quidem sacrificij, vel Ecclesiæ futurum sit, exponere.

Sextò ex eo hæc eadem sententia elicitur, quia 81
non sunt coarctanda Cœmeteria, sed relaxanda, & extendenda, cum S. Ambros. *lib. 2. officior. cap. 28.* relatus *in cap. aurum 70. 12. quæst. 2.* dixerit non minus ad laxanda spatia humandis Fidelium reliquiis, quàm ad Templum Dei ædificandum, & ad pauperes alendos, ac captiuos redimendos, vasa Ecclesiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licere. Referunt Henric. Spondan. *de Cœmeteriis sacris lib. 1. p. 3. cap. 9. prope fin. pag. 214.* Anton. Bosi. *de Roma subterranea lib. 4. cap. 2. pag. 596.* vbi etiam allegat *cap. sacris, cap. Parochianos, de sepultur. & cap. animarum, eod. tit. in 6.* glos. *in d. cap. causam,* in illis verbis. *Nemo potest indignari quia humandis Fidelium reliquijs spatia laxata sunt,* &c. intelligit de cœmeteriis, & glossam sequitur *l. Hisp. 1. tit 14. p. 1.* vbi agens propter quas causas Ecclesiæ vasa confringi & vendi licet, ita ait, *La quinta para comprar lugar cerca della para crecer el cœmeterio* vbi Greg. sic. *Ex eodem cap. aurum sumptum est, & ad causam vtilitatis ista etiam causa reducitur.* Speciosa igitur debent esse 82
Cœmeteria iuxta Ecclesias, Rot. *decis. 55. num. 104. p. 5. recent.* non verò coarctanda, aut profananda.

Septimò idem suadetur etiam ex eo quòd Cœ- 83
meterium consecratum, & pro defunctorum sepulturis destinatum non est trahendum ad laicorum habitationem, & apothecam mercium vendendarum; nam semel Deo dicatum non est ad humanos 84
vsus vlteriùs transferendum, *cap. quæ semel 19. q. 3. c. vestimenta, de consec. dist. 1. reg. semel Deo, de reg. iur. lib. 6.* iunctis traditis per Brun. *lib. 3. de cærem. cap. 2.* Remig. *de immunit. Eccles. ampl. 2.* Nauar. *de spol. cleric. §. 18. num. 7. & 8.* & nuncupatiim de cœ- 85
meterio agens, quòd cùm sit locus sacer prophanari non possit, censuit Rot. *in Vlixbonen. cœmeterij 20. Nouembris 1615. coram Eminentissimo Card. Pamph.* nunc S. D. N. INNOCENTIO X. impressa per Farin. *decis. 707. n. 4. p. 3. recentior. alias p. 1. in posthum.*

Hinc ligna Ecclesiæ dedicatæ nõ debent ad aliud 86
opus iungi nisi ad aliam Ecclesiam, *c. ligna 38. de consec. dist. 1.* quod desumitur ex Concil. Chalcedon. apud Burchard. Episcop. VVormacens. *can. XXXIX.* lib. 3. Decretorum, in quo sic habetur *Ligna Ecclesiæ dedicatæ non debent ad aliud opus iungi nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni comburenda, vel ad profectum in monasterio Fratribus; in laicorum opera non debẽt admitti.* Azori. *instit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 11.* Suar. *de Relig.*

87 *Relig. tom.1. tract. de sacrileg. lib. 1. cap. 8. n. 5.* Prout nec etiam cæmenta, & lapides Ecclesiarum destructarum in profanos, seu laicorum vsus conuerti possunt, *d. cap. ligna* 58. *inst. cap. ad hæc, de Relig. domib.* Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. n.* 85. Bellet. *disquis. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore.* §. 14. *num.* 11.

88 Octauò facit pro hac parte quòd licet in Concil. Trid. *sess. 21. de reform. cap.* 7. constitutum fuerit Parochiales Ecclesias ob nimiam egestatem collapsas, & dirutas in prophanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuertendas esse, nihilominus eius dispositio Cœmeteria non comprehendit, quia
89 facultas Ordinariis tanquam Sedis Apost. delegatis inibi concessa Ecclesias Parochiales sic dirutas profanandi, ad Cœmeteria non extenditur, cum nunquam dirui, aut collabi valeant, & ideo Ordinarium in vim dicti decreti ea profanare non posse censuit Rota *in d. Vlixbonen. Cœmeterij decis.* 707. *n. 2. &* 4.
90 *p. 3. recent.* Sacris enim locis etiam reuerentiam habendam multis exemplis docemur, quorum aliqua narrat Pater Augustinus de Herrera *de la origen y progresso en la Iglesia Catholica de los Ritos y Ceremonias del Sacro Sacrificio de la Missa lib. 1. c. 40. num.* 4. vbi in hæc verba. *Quiso Dios nuestro Señor mostrarle à vno de nuestros Reyes, que no era bien faltasse à esta gloria de sus Mayores aun en minima circunstancia. El Rey Don Sancho el Mayor de Nauarra y Castilla, gran caçador iua en seguimiento de vn Iauali, este fatigado se acogio à guarecerse en las ruinas y paredones de vn Templo, que auia sido dedicado à la memoria de S. Antonino Martyr: pusose el animal junto al que parecia auer sido Altar mayor. El Rey llego, alzo el brazo para arrojarle el venablo, quedo de tal suerte entorpecido que no lo pudo menear: mas reconocido, y admirado qual pudiesse ser la causa de aquel castigo, oro, y alcanço de Dios nuestro Señor, que ni aun vn animal sea en ellos offendido. El siempre religiosissimo Emperador Carlo Magno perdono à vn Osso, que huyendo de sus cazadores se auia entrado à guarecerse en el Monasterio Morialense. Sin duda à que assi se venerassen las ruinas de los Templos miro S. Higino Papa, y Martyr* (Autor del texto citado *in d. c. ligna*) *quando decreto, que si alguna Iglesia se vuiesse de renouar, ò derribar que los maderos, y demas materiales viejos no se aplicassen à otro ninguno edificio profano, sino se den graciosamente para reedificar con ellos otra Iglesia, y no aciendola, se que men, como cosa que no ha de seruir à otros vsos que al diuino. A este decreto de San Higino añadio el Concilio Calcedonense can. 23. que las Iglesias, y Monasterios que vna vez fueron dedicados à Dios nuestro Señor, en ninguna manera se conuiertan en habitacion y vsos de seglares, y añade graues penas à los Prelados que lo permiten.* Hactenus P. Augustinus de Herrera. Ex Historiographis Hispaniæ hæc recenset de Sanctio Rege, qui dicebatur MAIOR, noster Ioannes Mariana *in sua historia* latine scripta *lib. 8. cap. vlt.* vbi ait: *Sub vita fine* (de Sanctio loquitur) *Palentiam vrbe instaurandam curauit, haud magna aliqua ad id occasione. Bellorum iniuria multo tempore euersa iacebat: parietinæ tantū extabant, & rudera, stragesque lapidum, priscæ structuræ, ædificiorumque vestigia: præterea vetusti operis rude Templum, quod olim D. Antonini nomini dicatū fuerat. Sanctius otij tempore ferarum venationibus transigere solitus, ne nihil videretur agere (& est venandi ars bellicæ meditatio) is in locis aprum insectatus est ad ipsum vsque Templum, quo fera confugit, seu fortuna, seu quia in ea vastitate inferarum lustra versum erat. Rex nihil loci Religione motus aprum ad aram decumbentē venabuli ictu trāsfigere parabat, cum forte animaduertit brachium repentina torpedine diriguisse, concessisse vires. Vindictam esse Numinis interpretatus, quasi loci sanctitati honorem non habuisset, & ex ea re Religione obstrictus D. Antonini opem venerabundus implorat delicti, quod per inscitiam admissum erat, veniam precatur, sentit mox brachiū pristino restitutū vigore.* Dixerat prius Ioan. Vasæus *in historia Hispana prope finem Anno MXXXII.* in quo etiam anno idē refert Card. Cæs. Baron. *tom. XI. pag.* 109. §. *Hoc anno Ioannes Papa.*

Nonò ad eandē nostram sententiā valde conducit 91
quòd Cœmeteriū de quo agitur, à tēpore immemoriali fuerat vndique septum humili pariete, ex quo omnes vicinorū domus nullū impedimentū habebant quod prospectui officeret, & erat antiquissima cōsuetudine obtentū ne paries ille humilis vlterius progrederetur, seu altitudine maiori excresceret, quod certè in notabilem vicinorū vtilitatē cedebat; vnde cōtra eā consuetudinē parietē huiusmodi erigi nō posse probatur ex doctrina Anton. de Padilla *in l. altius n. 8. C. de seruit. & aqu.* ibi, *Limitabis tu modo regulā huius text. vt nō procedat si vellet quis etiā in proprio loco ædificare contra consuetā ac præscriptā in vrbe consuetudinē, potest enim ex ea inauci ne vltra certū modū ædificia erigātur. l. 1. C. de ædif. priuat. vbi refert gloss. hoc esse cōsuetudinis apud Florentinos. Cuius cōsuetudinis meminit etiā glos. in l. qui luminibus ff. de seruit. vrban. præd.* &c. & ibi *n.* 10. *Adde hac cōsuetudine cle-* 92
ricos etiam teneri: si velint enim vltra antiquam formam ædificare, non erit illis permittendum. Salic. in auth. cassa & irrita, de sacrosan. Eccles. C. Ambros. de Opizonib. in l. filiusfam. §. diui num. 88. *de leg.* 1. &c.

Non obstat quòd in speluncis subtus Ecclesiam, 93
vel Cœmeteriū, & ita in eius testudinibus ad sepulturā non destinatis quandoque, vt in speluncis, vulgo *conchuelas* atrij Ecclesiæ S. Philippi Ordinis Eremitarū Sancti Augustini fiunt apothecæ, seu domus pro secularium etiam mercatorum habitationibus; respondetur enim id permitti, quia illæ speluncæ, seu testudines, portas ad plateā habentes non sunt loca sacra, eo quòd non possunt dici intra Ecclesiam, vel Cœmeteriū existere; iura enim de irreuerētia agentia, cuius ratione polluitur Ecclesia, loquuntur quādo intra illam peccatur, vt apparet ex *cap. si motum* 19. *& ex cap. Ecclesiis 24 de consecrat. dist. 1. & ex cap. proposuisti 4. & ex cap. Ecclesia fin. de consecrat. Eccles. vel Altar.* Et ideo hanc partē sequi videtur Bonacin. in Romana Curia olim mei amicissimus, *de Matr. quæst. 4. puncto vlt. num.* 11. ibi, *Respondeo illud spatium* 94
dici locum sacrum, quod spectat ad interius corpus Ecclesiæ à tecto interiori vsque ad pauimentum, Suarez 3. *p. quæst. 83. art. 3. sect. 4. parum post princip. fol.* 1056. *col.* 2. & iterum *ibidem vers. secundò violatur,* ibi, *Præ-* 95
terea necessarium est vt talis effusio fiat intra Ecclesiam, nec erit satis si fiat in locis Ecclesiæ adhærentibus, vt in cubiculis Ecclesiæ coniunctis, vel in turri, vel supra tectū, vel in SPELVNCIS sub pauimēto Ecclesiæ, sicut dictū est de homicidio & effusione sanguinis, est enim eadē ratio, &c. Idem Bonacin. *d. puncto vlt. n.* 14. ibi, *Non est* 96
sacrilegiū quando copula habetur in aliquo loco subterraneo Ecclesiæ, vt in cauerna fabricata sub pauimēto modò locus ille subterraneus nō sit sepultura. Ratio est quia locus ille cēsetur esse extra Ecclesiā, nec spectat ad interius Ecclesiæ corpus à tecto interiori vsque ad pauimentū &c. Idē tenent gloss. *verb. sanguinis in c. 1. de consecr. Eccl. ferè post med.* vbi Franch. *n.* 7. Gemin. *num.* 2. Anchar. *num.* 2. Nau. *in man. cap. 27. num.* 256. Ludou. Lop. *in instruct. Conscient. tract. de Eucharist. cap. 79. vers. præterea series*, Vega *in sum. p. 2. cap. 94. casu 3. notab.* 1. Iacob. de Graff. *in aureis decis. lib. 2. cap.* 48. *num.* 24. Sanch. *de Matrim. lib. 9. disp. 15. num.* 25.

Sayr.

Sayr. *de censuris lib.5.cap.16. num.*8. Auila *eod.tract. p.5. disp.7.dub.1.concl.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.3. num.* 181. *pag.* 119. Nald. *in quæst. pract. verb.sacrilegium*, Villalob. *in sum. p.1.tract.*8. *diffic.*24.Filliuc. etiam *in sum. quæstionum moralium tom.2.tract.*30.*num.*135.

97 Non obstat doctrina Caietani citati *suprà n.* 59. quia loquitur de venditione candelarum in Ecclesia, aut Cœmeterio, & sic nihil specialius in Ecclesia resoluit quod Cœmeterio applicari non possit, vt patet ibi, *Vnde ad quæstionem de venditione candelarum in Ecclesia, aut Cœmeterio*,&c. Dum autem dicit quòd si candelarum venditio fiat in cœmeterio, hoc non haberet pro notabili irreuerentia, quia Episcopi sciunt, nec reprehendunt; & quòd tamen vendentes in Ecclesia non auderet à peccato mort. excusare, intelligitur primum ob leuem materiam, & quia in Cœmeterio non ita perturbantur Officia diuina, nec orantes vendentium clamoribus in-
98 quietantur sicut in Ecclesia, vbi Missæ, & alia diuina Officia celebrantur, ibique deuoti orantes permanent. Et in his candelas vendentibus considerat posse euenire duos distinctos actus, vnum imperfectum respectu sacrilegij, quando scilicet in Ecclesia aliquid venditur citra hoc quòd fiat domus negotiationis, ex qua imperfectione ait excusari à mortali tam pauperes, qui deferunt venales candelas per Ecclesiam, quàm eos, qui propter accidentem tunc pluuiam suas bancas cum candelis venalibus trahunt intra Templum; neutri siquidem faciunt domum Dei domum negotiationis, sed quasi per acci-
99 dens ibi vendunt. Alterum perfectum, qui complectè irreuerés est Templo Dei; & hunc esse ait quando venditor vteretur Templo Dei tanquam officina negotiatoria, seu ad vendendum quasi in officina. Et hoc insinuant verba Domini dicentis *Ioan.* 11. *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis*; significauit enim per hoc quòd ita vendere, vt fiat domus negotiationis, est sacrilegium perfectum: quæ resolutio vera & admodum vtilis nobiscum non pugnat, imò nostrã sententiam confirmat.

100 Ex quibus omnibus patet euidenter prætensionem Parochi ex omni parte iniustam esse; nam si illé factum cohonestandi gratia velit dicere se domum fabricare ad propriam sui, vel successorum habitationem, vt commodiùs instantancis Parochianorum necessitatibus occurrere valeat, id certam assertionem non habere facile erit cognoscere cùm nunquam huius Parochiæ Rectores intra Ecclesiam habitare & permanere consueuerint, nec Ecclesia ipsa illis dare, vel conducere habitationem aliquam teneretur, aut obligata esset; sufficit enim Parochum in qualibet Parochiæ suæ parte habitare, si propriam domum non habeat, vt officium suum adimpleat, ex Sacræ Cong. declaratione referunt citati per me *de officio, & potest. Parochi p.* 1. *cap.* 8. *num.* 24. & 35. Cumque etiam contenti vsque adhuc fuerint præcedentes Parochi vt Vicecurati intra Ecclesiam permaneant, prout hodie permanent, qui solent pondus diei, & æstus sustinere; habitationis enim nouitas non procedit ex necessitate Ecclesiæ, aut Parochi eam indigentis, vt dixi; nec conducit ad augendas Ecclesiæ facultates, quia non est hic modus aptus ad eas acquirendas fabricando in Cœmeterio ad locandum iuxta plantam fabricæ in actis exhibitam, cùm in hoc contraueniatur sacrorum Canonum decretis, de quibus suprà; decet enim, imò conuenit, vt non solùm in ipsis Cœmeteriis, & aliis locis sacris, sed etiam propè illa, nullæ

sint, nec construi possint tabernæ mercales, siue institoriæ; & si constructæ fuerint, inde euelli debent, vt piè fuit constitutum *l. Regia Hispana* 24. *tit.* 32. 101
part. 3. ibi, *Otro si porque la Iglesia es casa santa de Dios, al rededor della no se deue hi fazer tiendas de mercaderias, ni de otras cosas, si non de aquellas que pertenecen à obras de piedad è de merced: è si por auentura fuesse hi alguna cosa fecha, deue ser ende tollida*, &c. vbi *Gregor. Lop. in glos.*2. *verbo al rededor*, allegat *d. cap. nulla, & l. quicunque* 17. *de operib. public.* quæ est *in Codice Theodos. l. quicunque* 47. *lib* 5. *tit.* 1. *de operib.*
public. dum probat nec Regum palatiis priuatorum 102
domus esse adjungendas, Ioan. Gryphiandus cum expurgatione permissus, *in tract. de Insulis cap.* 1. *num.*37. *pag.* 24. ibi, *Vt terra in mari vndique aquis circundata propriè Insulæ dicuntur; ita domus, quæ communibus vicinorum parietibus non cinguntur, insulæ dictæ sunt. Et hodie domus Principum insulæ plerumque sunt, idest à priuatorum domibus distinctæ*, &c. Prout nec etiam Castellis, & Ciuitatum murıs domus, aut apothecas, siue alia ædificia adhærere debere probat *d.l.*24. in illis verbis, ibi, *E per ende bien assi como à los muros de los castillos, è de las Villas, no debẽ arrimar casas, ni tiendas, ni facer otro edificio ninguno*, &c.

Et Montalu. *in d.l.*24. de ea sic ait. *Habuit ortum* 103
à cap. nulla 12. *quæst.*1. *vbi in Cœmeterio nulla ædificia ponantur*, &c.

Idem videre est apud magnum illum Antonium 104
Augustinum Archiepiscopum Tarraconensem antiquitus comparandum, multis nostræ ætatis merito præferendum, *in epitom. Iuris Pontif. p.*2. *lib.*13. *tit.*2. *cap.*3. ex Eugenio II. & Leone IV. Pontificibus Romanis *in Synodo Rom. cap.*24. his verbis. *Sunt quædam pia loca, vt præfertur in diuersis regionibus inuenta quæ tam impia solicitudine, & Sacerdotibus destituta, nulloque debito ibidem resonante, existunt officio, vt cùm sint pro sola Dei laude constituta, diuino attestante Oraculo: Domus mea, Domus orationis est, nunc autem, vt aliæ domus vtilitate secularium hominum sordere inueniuntur.*

Ordinis Sancti Hieronymi Hispaniarum.

Religio S. Hieronymi gubernatur triplici genere legum, videlicet Constitutionibus, Extrauagantibus, & Rotulis. Ordinationes, seu rotuli facti à Reuerendissimo P. Generali, & Definitoribus an expirent elapso triennio, & alia dubia circa hoc discutiuntur, & quantum durent?

VOTVM CIV.

Doctissimi D.D. Gabrielis Martinez Protonotarij ac in Nunciatura Hispaniarum Iudicis Apost.

1 *Religio S. Hieronymi gubernatur Constitutionibus, Extrauagantibus, & rotulis.*
2 *Constitutiones sunt leges primitiuæ & fundamentales.*
3 *Extrauagantes dicuntur quæ iam propagato Ordine conditæ fuerunt.*
4 *Rotuli appellantur mandata quædam, & Ordinationes Capituli generalis.*

5 *Rotulus non durat vltra triennium, niſi in duobus Capitulis generalibus confirmati fuerint.*
6 *Profeſſi ad actus capitulares admitti quando debeant?*
7 *Quæſtio proponitur.*
8 *Statutum, ſeu lex temporalis elapſo tempore expirat.*
9 *Regulæ Cancellariæ Apoſt. mortuo Papa expirant.*
10 *Statutum nouum temporale elapſo tempore ceſſat eo magis quando eſt correctorium aliorum veterum.*
11 *Rotulus ceſſat vbi rotulantes à ſuis officiis abſoluti ſunt.*
12 *Rotuli obſeruantia an duret vſque ad conſummatam electionem? & num. 13. & 14.*
15 *Quæſtio alia proponitur.*
16 *Capacitas perſonarum attenditur ſecundum tempus, quo actus ad perſonas applicatur.*
17 *Quæſtio tertia proponitur.*
18 *Proprietas abſorbet poſſeſsionem.*
19 *Definitio Capituli generalis de anno 1642. refertur.*
20 *Quæſtio proponitur.*
21 *Declaratio non eſt noua diffinitio, ſed antiquæ diſpoſitionis explicatio.*
22 *Electio quando caſſatur ob vitium perſonæ electi citatio adhiberi debet.*
23 *Electionis in caſſatione iudicialiter eſt procedendum quando caſſatur ob vitium perſonæ, ibid.*
24 *Electio quando caſſatur ob defectum formæ, electus non remanet ineligibilis.*
25 *Addens, minuens, vel alterans non dicitur ſtare in puris terminis declarationis.*
26 *Ambitio ſæpe pia pectora inuadit.*
27 *Electio etiam digni citra vitium perſonæ multis viis poteſt caſſari.*
28 Clem. exiui. §. demum, de verb. ſignif. *communis eſt omnibus Religionibus.*
29 *Confirmatores quando ex priuata ſcientia poſſunt confirmare, vel infirmare electionem?*
30 *Confirmatio, ſeu infirmatio electionis vbi defertur conſcientiis confirmatorum, eorum dicto eſt fides adhibenda, nec poteſt moueri quæſtio quod malè egerint.*
31 *Obſeruantia eſt Conſtitutionum interpres.*
32 *Obſeruantia attendenda.*

SAcra religio ſancti Hieronymi gubernatur legibus, & ordinationibus in triplici differentia: videlicet conſtitutionibus, extrauagantibus, & rotulis.

Conſtitutiones enim ſunt leges primitiuæ, & 2
fundamentales, vſque ab initio, & limine naſcentis religionis ortæ, habentes tractum ſucceſſiuum perpetuum, & ad perpetuam obſeruantiam emanatæ.

Extrauagantes verò dicuntur, quæ ſucceſſiuis; deinde temporibus, & pro eorum occurrentia, & opportunitate, iam propagato ordine, ad maiorem regularis ſtatus, & vitæ monaſticæ obſeruantiam conditæ fuerunt: pro reformatione, ſcilicet ſupplemento, & ſeu declaratione veterum conſtitutionum, in iis, quæ defectuoſæ videbantur. Et hæ quidem ad inſtar conſtitutionum perpetuæ ſunt, & inuiolabiliter ad perpetuam obligant obſeruantiam. Verùm in eo potiſſimum differunt a conſtitutionibus, quòd extrauagantes, ad hoc, vt pro legibus perpetuis habeantur, neceſſe eſt, quòd in tribus Capitulis Generalibus, ſiue continuis, ſiue interpolatis, ordinatæ, & ſtabilitæ fuerint, vt aperte legitur *in conſt. 8. & in proœm. §. 3.*

Rotuli, denique appellantur mandata quædam, 4
& ordinationes Capituli Generalis, quæ in dies ad eoſdem effectus augendæ diſciplinæ regularis, & pro interpretatione conſtitutionum, & extrauagantium fieri ſolent. Et licèt rotulus parum, aut 5
nihil differat à conſtitutionibus, & extrauagantibus, auctoritate tamen plurimum ab eis diſtat duratione: quia rotulus non durat vltra triennium, ſed imò eius præciſa obſeruantia circunſcribitur eo tantùm tempore, quo durat poteſtas ſuorum conditorum; vt legitur *in proœm. §. fin.* ibi, *No obligan mas de por el tiẽpo que dura el poder de los que l.s mandaron.* Et *in annot. vlt. ad d. conſt.* 8. dicitur, quòd in quinque Capitulis Generalibus ordinatum fuit, *que ſolo tienen fuerça de ley por aquel triennio en que ſe ordenaren; y deay adelante ſeruiran de conſejo, y direccion en los negoçios que occurrieren.* Cæterùm ſi in aliis duobus Capitulis Generalibus confirmati fuerint, tunc ordinationes, ſeu rotuli iſti tranſeunt in extrauagantem, & habent vim legis perpetuæ; vt *in eadem conſt. 8. & ibidem in Extrauag.* ibi, *Queremos, y determinamos, que lo que ſe ordenare en algun Capitulo General, y ſe confirmare por otros dos Capitulos ſiguientes, que de por extrauagante, y tenga fuerça de ley, con tal, que ſe proponga à la orden todas tres veces, y venga la mayor parte en que quede por extrauagante.* Et idem legitur *in proœm. paragr. 4. in fine.*

His ita pro clariori intelligentia præhabitis, ſupponitur, etiam, quod in vltimo Capitulo Generali, de anno 1642. inter alias edita fuit ſequens ordinatio.

Que de aqui adelante ningun monge tenga voto en 6
capitulo, aſta tener cumplidos diez años de babito; lo qual ſe propuſſo à la orden, para que quede por extrauagante, y vino en ello, &c. Etenim ante ordinationem iſtam, ad quoſlibet actus capitulares admittebantur, etiam recenter profeſſi, dummodo in ſacro ſubdiaconatus ordine eſſent conſtituti, vt patet ex *conſtit. 42.* Deinde *in Extrauag. 2. eiuſdem conſt.* ſtatutum fuit, ne actus Capitulares admitterentur, niſi, qui in ſacris exiſterent, & poſt quadriennium à ſuſceptione habitus, poſtmodum verò *in Extrauag. 4. ad eandem conſt.* 42. diſpoſitum fuit, ne admitterentur, niſi poſt ſexennium impletum, & poſt ſacri Ordinis ſuſceptionem, vt *ibidem* videre eſt, & bene ibi aduertit *annot.* 1. Poſtremò de anno 1642. facta fuit prædicta ordinatio, quæ decem annos requirit

quint à die susceptionis habitus; & proposita fuit toti Ordini (fuit enim rotulus) vt scilicet suis loco, & tempore maneat pro Extrauaganti

7 Quæritur ergo primò, an huiusmodi ordinatio, siue rotulus expiret elapso triennio, ita vt in proximo futuro Capitulo Generali celebrando, possint, & debeant admitti ad actus Capitulares, ij, qui non plus, quàm sexennium impletum religionis habent, & sunt in sacris constituti?

8 Et respondetur omnino admitti debere; quia statutum, seu lex temporalis, elapso tempore expirat, *cap. non est vobis, & ibi gloss. verb. donec, de spons.* Gemin. *cons.* 93. *n.* 4. *& seqq.* Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. *præm.* 5. *à n.* 3.

9 Præsertim, quando statutum recipit auctoritatem, à statuentibus pro solo tempore suæ potestatis; quia cessante tali statuentium potestate, necesse est, vt cesset etiam vis, & potestas statuti, vt patet ad oculum. Et sæpe videmus *in regul. Cancell. Apostolicæ*, quod mortuo Papa expirant. Gonz. *vbi suprà dicto* §. 5. *num.* 2. vbi plura cumulat ad propositum.

10 Et eo magis, quando statutum est correctorium aliorum veterum statutorum, quia tum omnino cessat nouum statutum, & statur antiquo vim legis habenti, Put. *decis.* 492. *num.* 3. *lib.* 2. Crescent. *decis.* 3. *n.* 4. *de priuileg.* Paris. *consil.* 18. *ex num.* 7. *lib.* 4. Gonz. *d.* §. 5. *n.* 78.

11 Vnde cùm de tempore electionis celebrandæ, statuentes, seu rotulantes, qui prædictum rotulum condiderunt, iam sint ab eorum muneribus, & potestate absoluti, sequitur, quòd talis rotulus cessauit, ex dictis suprà *n.* 4. quodque standum est Extrauaganti de sexennio disponenti, ex dictis *num.* 6.

12 Nec dici potest, quòd rotulus debet durare saltem vsque ad consummatam electionem de proximo faciendam, cùm aliàs talis ordinatio, seu rotulus redderetur inefficax, & ad nihilum deseruiret.

13 Quia respondetur, rotulum fuisse factum à Reuerendissimo P. Generali, & diffinitoribus, nunc existentibus, quorum omnium facultas, & potestas, penitus cessat, facta deputatione nouorum diffinitorum, iuxta formam *const.* 7. quæ functio peragitur ante electionem noui Generalis, & sic cessat etiam rotuli obseruantia, ex superiùs dictis *num.* 4. 6. & 11.

14 Nec inefficax remanet, cùm imò plurima operetur, & inter alia, quod eueniente vacatione Prælaturæ Generalis ante completum triennium per obitum, promotionem, renunciationem, seu aliàs rotulus adhuc durat. Item voces Capitulares, (quæ in rotulo ante decennium prohibentur) non solùm præstantur in electione Prælati, verùm etiam in pluribus aliis rebus, & actibus Capitularibus, quæ quotidie se offerunt. Præterea rotulus in vno capitulo editus tendit in Extrauagantem, si in aliis duobus Capitulis fuerit confirmatus, vt diximus, suprà *dicto num.* 4. Et propterea, quamtumuis elapso triennio cesset eius potestas, multum tamen operatur ad effectum recipiendi cõfirmationem in aliis duobus Capitulis, vt possit transire in Extrauagantem, cùm aliàs necesse sit, vt rotulus esse incipiat, & stabiliatur, vt suo tempore confirmetur, & robur legis perpetuæ obtineat: & ea fuit intentio rotulantium, ibi, *para que quede por extrauagante*, &c.

15 Secundò quæritur, an ij, qui durante præsenti triennio compleuerunt sexennium habitus, debeant admitti post cessationem rotuli.

Respondetur, omnino etiam admitti debere; 16 quia satis est, quod de tempore electionis rotulus iam cessauerit, & ipsi inueniantur capaces iuxta dispositum de sexennio, *in dicta Extrauag.* 4 *ad const.* 42. In considerandа enim personarum capacitate, vel incapacitate, debet attendi tempus, quo actus ad personas applicatur, vt per text. *in cap. post cessionem, de probat.* tenet, *ibidem* Felin. *sub num.* 8. cuius doctrinam sæpiùs Rot. canonicauit in pluribus decis. relatis per Loter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 40. *num.* 129. Aliàs autem daremus in rotulo effectum contrarium, nempe cessationem, & operationem, quod esset absurdum, & multo absurdius, si post eius cessationem tolleret effectum Extrauagantis, quæ est lex perpetua reuiuiscens per cessationem rotuli, vt per Put. Cresc. Paris, & Gonz. *vbi suprà num.* 10.

Tertiò quæritur, an qui durante præsenti triennio sexennium habitus impleuerunt, & deinde 17 post prædicti rotuli cessationem constituendi sunt in possessione actuum capitularium, possint etiam per nouum rotulum desuper faciendum prohiberi, ne ante integrum decennium habitus admittantur?

Respondetur, posse quidem prohiberi, non ob- 18 stante eorum possessione. Quia, cùm talis rotulus à toto diffinitorio futuri Capituli sit proponendus, & ab vniuerso ordine approbandus; negari non potest quin talis ordinatio fieri possit. Generale enim Capitulum, in quo totus ordo repræsentatur, habet facultatem faciendi huiusmodi ordinationes: & in specie videmus, quòd ius quæsitum, quoad proprietatem, quod habebant, recenter professi, vt ad actus capitulares admitterentur, ex *dicta const.* 42. fuit sublatum per *Extrauag.* 2. & deinde per *Extrauag.* 4. *ad eandem const.* vt superiùs vidimus *num.* 6. vnde si potuit hoc fieri respectu proprietatis, multo magis fieri poterit respectu possessionis, cùm regulare sit, quòd proprietas absorbet possessionem, *cap. cum dilectus, de caus. poss. & propr.* Gratian. *discept.* 898. *num.* 19. Rot. *coram Seraph. decis.* 1484. *n.* 8. Post. *de manutent. obseruat.* 108. *n.* 24.

ALIA CONSVLTATIO EIVSDEM.

IN eodem Capitulo Generali de anno 1642. 19 fuit diffinitum, vt sequitur; *Item en quanto a lo que dispone en la extrauagante primera, a la constitucion primera, y en la constitucion 70. que los diffinidores del Capitulo General, y los deputados del Capitulo priuado confirmen, ô infirmen, apprueben, ô reprueben la eleccion del Prior de Sant Barthulome, como Vieren, que combiene, o segun sus conscientias: declaramos, que esto seade entendor, y se entiende conforme al derecho commun, con pleno conocimiento de causa, citado el electo, y no en otra manera alguna, loqual se debe entender, an si mismo en las elecciones de los Priores*, &c.

Quæritur igitur, an ista diffinitio sit verè, & pro- 20 priè rotulus, ita vt durare non possit vltra triennium, id est, post dimissa officia suorum diffinitorum?

Respondeo hanc ordinationem, seu diffinitio- 21 nem, non esse verè rotulum, sed declarationem, ibi, *declaramos que esto, que sea de entender*, &c. Vnde facilè crederem, post triennium non expirare. Declaratio enim non est noua diffinitio. *l. hæredes palàm* §. *si quid. ff. de testam. l. adeò* §. *videtur ff. de acquir. rer. dominio. Clement. exiui.* §. *barum declarationum, de verb. signif. gloss. verb. de nouo, in cap. per*

suas, de donat. Oldrat. *consl.* 224. *num.* 20. & *consl.* 318. *in fin.* Sed antiquæ, & obscuræ dispositionis explicatio. Dec. *in l. edita. num.* 47. *C. de edendo.* Paris. *consl.* 65. *num.* 5. & *seq. vol.* 1. Recin. *cons.* 224. *n.* 6. *vol.* 1. Socin. iun. *cons.* 95. *n.* 72. & 76, *vol.* 3. Et quemadmodum antiquæ constitutiones sunt perpetuæ, ita etiam illarum declarationes, quia declarans non mutat essentiam, aut naturam dispositionis. Rot. *cons.* 15. *n.* 27. *vol.* 3. Decian. *cons.* 8. *n.* 221. *vol.* 1. & *consl.* 6. *n.* 30. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 331. *n.* 190. & *cons.* 360. *n.* 5. & *cons.* 443. *n.* 71.

22 Verùm ista noua diffinitio, quatenus se refert ad ius commune, indiget etiam sua declaratione, nempe, quòd tunc demum in cassatione, seu infirmatione electionis plena causæ cognitio, & electi citatio adhiberi debeat, quando electio cassatur ob vitium personæ, iuxta terminos *cap. super eo.* 12. & ibi glos. *verb. non vitio personæ, de elect.*

Vbi exemplificat in electione cassata ob prætensam electi irregularitatem oppositam, illegitimitatem, vel aliquod crimen sibi obiectum; quibus casibus, necesse est de Iure processum compilare, & electum citare, vt suas afferat defensiones. Et ratio est, quia tunc electus, in iudicio succum-
23 bens, manet ineligibilis, vt docet gloss. *ibidem*, & propterea præcisè iudicialiter procedendum est, secundùm iuris terminos, vt bene in proposito Valenz. *cons.* 44. *n.* 3. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 96. *num.* 15. Et in terminis Rodrig. *quæst. reg. tom.* 2. *q.* 52. *art.* 12. Portel. *tom.* 2. *respons. mora. part.* 2. *casu* 4. *n.* 4. Et lato calamo, loquens in indiuiduo de his constitutionibus, & Extrauagantibus Ordinis sancti Heronymi diximus, apud Vota decisiua D. Barbos. *Vot.* 36. *ex n.* 11. Vbi, ibidem tenuimus, quando tacitè, & complicato modo confirmatores denegant confirmationem, percutiendo personam electi, veluti, cum confirmatores dicunt electoribus, quòd alterum eligant, vel, quòd pro electo suffragia non præstent.

24 Secus autem, quando electio cassatur ob defectum formæ, vel alicuius solemnitatis; quia tunc æquum non est, vt desuper processus compiletur, aut citetur electus, cùm ex tali cassatione, non maneat ineligibilis, vt expresè dicit text. *in d. cap. super eo*, ibi, *quod si prior electio, non vitio personæ, sed modo electionis cassatur, promotionem eius in eadem etiam Ecclesia non debeat impedire; de elect.*

25 Aliàs enim nulla esset cassatio, quæ litibus non implicaretur, quod sacri Canones, & vniuersæ Regularium constitutiones abhorrent; increpante Apostolo 1. *ad Corinth. cap.* 6. ibi, *quare non magis iniuriam accepistis?* &c. & *quare non magis fraudem patimini?* &c. & vix fieri posset aliqua electio, si diis non foret inuosuta. Et si hoc casu infirmatæ electionis ex defectu formæ, processus deberet compilari, vtique definitio in vltimo capitulo facta, non esset iuri communi conformis, nec esset antiquarum constitutionum declaratio, sed imò diceretur noua dispositio, quia ex quo addit, minuit, vel alterat, non dicitur stare in puris terminis declarationis. Rom. *cons.* 45. Socin. sen. *cons.* 49 *num.* 5. *vol.* 1. Calderin. *cons.* 137. *alias* 16. *de præbend. in principio.*

Tota ergo difficultas reducitur ad id, quando in ambiguo manet causa cassationis, vtrùm ex defectu formæ, vel ob vitium personæ facta fuerit, an, scilicet, eo casu processus debeat compilari, & citari electus?

26 Et quidem negatiuè videtur respondendum, quia electus, eo casu, nequaquam credere debet, ad sui iniuriam cassatam fuisse electionem, sed bonum commune religionis, & ad maiorem illius profectum; vt bene D. m. Barbos. *vot* 4. *num.* 39. & *seqq.* vbi plura cumulat. Aliter enim sentire redolet ambitionem, quæ sæpe pia pectora inuadit; nam, vt ait D. Ambrosius *super Luc. sæpe quos vitia nulla delectant, quos nulla potest mouere luxuria, nulla auaritia subuertere, facit ambitio criminosos*, & sapienter *Euseb. homil.* 4. *ad Menoch.* ibi, *Quid, inquam, prodest si in habitatione silentium sit*, & in habitatoribus tumultus, & colluctatio passionū? Diuus quoque Bernard. *super Cant. ser.* 29. ibi, *non legistis in regula vestra, quod, quicquid fit, sine voluntate, vel consensu Spiritus & Patris, vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi?* Diuus August. *epist.* 5. ibi, *concordia ciuitates construuntur, feruet religio, valet æquitas, pollet humanitas, florent diuinarum disciplinarum studia.* D. Pet. Chrysolog. *serm.* 53. ibi, *pax perfectio est sanctitatis, iustitiæ regula, magistra doctrinæ, morum custodia, atque in rebus omnibus, laudabilis disciplina.* Et plura D. Gregor. Nazian. *orat.* 53. *in fin.*

Nec propterea electus manet ineligibilis, vel 27
alioqui notatus, quia esset indicium temerarium dicere, quod talis electus iudicabitur insipectus, vel infamatus de aliquo crimine, cùm aliàs, citra vitium personæ multis viis possit cassari electio, etiam digni. Banez *de Iust. & iur. q.* 4. 67. *art.* 2. *in resp. ad.* 2. & dixi *d. vot.* 46. *n.* 22. Humiliter enim, & fortiter, se gerere debet talis electus, nec hominum dicteria attendere, quia, vt docet D. Hieronymus *in epist. ad Pammach.* Prima virtus Monachi est contemnere hominum iudicia.

Quòd autem hoc relinquendum sit confirma- 28
torum conscientiis, comprobatur, tum ex dispositione iuris, vt *in Clement. Exiui.* §. *demum, de verb. signif.* ibi, *confirmetur, seu infirmetur, prout secundùm Deum visum fuerit expedire*, &c. cuius textus decisio, licèt pro seraphico ordine condita sit, attamen ex quo est in corpore iuris inserta, & eius ratio generalis, omnes comprehendit, omnibus quoque religionibus, necesse est, vt fiat communis, vt per Bart. & alios, tenet D. m. Barbos. *d. vot.* 4. *n.* 33.

Tum etiam ratione, quia quemadmodum elec- 29
tores liberè eligunt, quem iudicant dignum, scientia priuata, ita etiam con[illegible]atores ex eadem priuata scientia possunt co[illegible]e, vel cassare electionem, quando non tangitur persona electi, nec alius coëlectus concurrit, D. m. Barbos. late *d. vot.* 4. *ex n.* 25, *præsertim n.* 33. qui plurima congerit, & de iure Eccles. *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 251.

Tum & tertiò, quia idem disponitur *in d. Extrauag.* 1. *a. Corinth.* 1. ibi, *Rogamos, y amonestamos a los Padres diffinidores, que en le eleccion del General no confirmen, saluo a persona que sea sufficiente, para regir la orden, cerca delo qual estrectiamente los encargamos las consciencias*, & in *d. const.* 7. ibi, *confirmenla, ó infirmenla, segun les pareciere que conuiene.* Etenim 30
si in hoc casu processus foret compilandus, constitutiones non ita stricte negotium conscientiis confirmatorum committerent; & tamen ista conscientiaria commissio aliquid debet operari, cùm aliàs, si per tramites iuris, & processu compilato cassatio fieri deberet, ociosa esset talis commissio, cùm de Iure etiam insit. Quando verò constitutiones (vt in casu nostro) deferunt confirmationem, seu infirmationem conscientiis confirmatorum, eorum dicto est fides adhibenda. Mascard. *de prob. conclus.* 414. & non potest moueri quæstio, quòd malè egerint, Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 10. *n.* 13. nec requiritur citatio, imò absque ea procedere

dere poterunt. Tiraquel. *tract. res inter alios act. vers. limita quintò*, minúsque erit necessaria iudicialis probatio. Sanch.*d.lib.3.disp.8.n.4*. Sed cognitio ex priuata scientia resultans, ad id erit omnino sufficiens, vt bene in puncto D.m.Barbos.*d. vot.4. num.26.*

31 Tum denique, quia stylus, & obseruantia huius sacræ religionis fauet iuri confirmatorum, ex quo (vt supponitur) sæpe sæpiùs, ex sola priuata, & extra iudiciali scientia electiones infirmantur. Quæ obseruantia, cùm sit constitutionum interpres, ad *l.1. de interpretatione ff. de leg. cap. cum dilectus, de consuetud.* plurimum est attendenda, vt in terminis

32 nostris D.m.Barbos. qui plures allegat *d. vot. 4.n. 37.* etiam si esset contra ius, Abb. *in cap.cùm terra n.2. vers. sed consuetudo, de elect.* Rot. *quæ alios refert, decis. 65.n.1.p.1. recent.* & ipsemet dixi *d. vot. 36.num.24.*

33 Ex quibus videtur esse deferendum confirmatorum conscientiis, quando in ambiguo manet causa cassationis, electionis, & neque expresse, neque tacitè honor electi infringitur. Saluo in omnibus meliori iudicio, Matriti die prima Maij 1645.

Bracharen. Thesaurariæ.

Clausula, *adhuc per obitum*, accessoriè stat ad vacationem narratam. Expresso & narrato principaliter vno modo vacationis, sit fiat postea expressio de aliis, tenetur impetrans iustificare primum modum vacationis saltem de facto. Vacatio dicitur consumpta per prouisionem expeditam in forma gratiosa. In litteris prouisionis resignatarij necessarium non est mentionem facere de reseruatione pensionis.

VOTVM CV.

Doctissimi D.D. Gabrielis Martinez Protonotarij, & in Nunciatura Hispaniæ Iudicis Apost.

1 *Papa Doctorem Barbosam prouidit de Thesauraria S. Ecclesiæ Vimaranensis in forma gratiosa.*
2 *Renuntiat cum reseruatione annuæ pensionis ducentorum ducatorum auri de Camera.*
3 *Collatio datur resignatario cum decis. adhuc per obitum Ioannis, quia nondum resignans possessionem obtinuerat.*
4 *Resignatarius cum recusasset pensionem soluere, succubuit.*
5 *Dubia disputanda proponuntur.*
6 *Vacationi vno modo principaliter narrato, si fiat postea expressio de aliis, tenetur impetrans iustificare primum modum vacationis saltim de facto.*
7 *Claus.* Siue per obitum Ioannis, *est accessoria ad resignationem narratam.*
8 *Vacatio dicitur consumpta per prouisionem expeditam in forma gratiosa.*
9 *Prouisio in supplicatione registrata etiam litteris non expeditis, sufficit ad effectum consumendi vacationem.*
10 *Cessio quæ dicatur, & quæ resignatio, & in quo differant?*
11 *Resignans quando ad titulum beneficij resigna ti fuit ad sacros Ordines promotus, tenetur in resignatione facere de hoc mentionem, aliter resignatio est nulla.*
12 *In litteris prouisiuis nunquam vel raro fit mentio de pensione reseruata.*
13 *Litteræ resignationis non expediuntur in Cancellaria, vel Camera Apostolica, nisi constiterit quod consensus sunt præstiti & extensi.*
14 *Relatum in supplicatione cessionis habetur pro narratiua cedentis, & cessionarij.*
15 *Consentiens in vna parte videtur approbare, & ratificare omnia contenta in aliis.*
16 *Supplicatio, quæ dicitur matrix, prius attendi debet quàm Bulla.*
17 *Litteræ à supplicatione recipiunt passiuam interpretationem.*
18 *Expeditores Bullarum non possunt præiudicare supplicanti.*

CVm aliàs in mense Apostolico vacasset Thesauraria Vimaranensis per obitum q. Ioannis Nogueira, Sanctissimus D. N. illam contulit D. Doctori D. Augustino Barbosæ, & litteræ fuerunt desuper expeditæ in forma gratiosa, in quibus Papa dicit, *conferimus, & prouidemus*; ita vt vacatio per obitum Ioannis fuerit omnino consumpta, & consequenter expirauerit reseruatio. 1

Possessione tamen adhuc non habita, D.Doctor cessit & renuntiauit prædictæ dignitati in manibus Sanctissimi, & in fauorem Balthasaris Diaz, cum reseruatione annuæ pensionis 200. ducatorum auri de Camera, & cum solita clausula, *non aliàs, aliter, neque alio modo.* 2

In supplicatione autem huiusmodi cessionis petitur collatio ad fauorem Balthasaris, & fuit addita clausula, *Adhuc per obitum dicti Ioannis*; & non fuit apposita clausula, *quòd dictus Augustinus vna cum dicta pensione commodè viuere potest.* Et ita sub eadem data, & ex ventre eiusdemmet supplicationis fuerunt expeditæ binæ litteræ Apostolicæ; aliæ super prouisione Balthasaris cum prædicta clausula, *adhuc per obitum Ioannis*, & sine vlla mentione pensionis; aliæ verò super reseruatione eiusdem pensionis, ad fauorem D. Doctoris Barbosæ cum clausulis, & decretis amplissimis, & prægnantissimis ad effectum exigendi; ac etiam cum speciali & expresso decreto regressus, & seu ingressus, & accessus in euentum non solutionis. 3

Cumque ob non solutionem lis acriter ventilata fuerit in sacro Rotæ Auditorio, & in aliis Hispaniæ & Lusitaniæ Tribunalibus, semper prædictus Balthasar succubuit, & vbique fuit vniformiter 4

ter cognita iustitia D. Doctoris Barbosæ; adeò vt vix aliquis doctus extiterit, qui de ea plenissimè nō fuerit informatus, cùm pro causæ defensione doctissimam praxim exigendi pensiones, vbique celebrem, nuper ediderit. Et denique vigore prædicti decreti super ingressu & accessu, fuit pacificè in possessionem immissus.

5 Cæterùm aduersarius nihil non tentans adhuc non acquiescit. Prætendit enim, quòd ex quo obtinuit gratiam suæ prouisionis cum clausula, *Adhuc per obitum*, potest supplantare reseruationem pensionis; præsertim cùm in eadem prouisione nulla mentio de pensione facta fuerit. Et quod plus est, asserit, quòd gratia prouisionis non originatur ex cessione D. Doctoris Barbosæ, sed ex obitu Ioannis, & quòd reseruatio pensionis non sit respectiua ad consensum adhibitum in cessione.

De istis igitur cùm disputaretur apud supremum Lusitaniæ consilium, fuerunt proposita duo dubia, quorum alterum consistit in puncto iuris, videlicet, An Balthasar omissa vacatione ex causa resignationis, aut cessionis, possit capere vacationem per obitum Ioannis, in vim clausulæ adhuc per obitum?

Alterum verò consistit in stylo expeditionum Romanæ Curiæ, nempe, Vtrùm necessarium fuerit in litteris prouisionis eiusdem Balthasaris facere expressam mentionem de reseruatione pensionis, taliter quòd ob non factam huiusmodi mentionem, Balthasar possit opponere & excipere de defectu consensus ipsius, & sic de nullitate reseruationis?

6 Super quibus pro veritate consultus, quoad Primum negatiuè duxi respondendum; videlicet, non posse omissa vacatione per resignationem capere aliam vacationem per obitum Ioannis; quia vacatio per resignationem est primæua, principalis, originaria, & causatiua, prouisionis, & propterea supplantari non debet cum sua correspectiua reseruatione pensionis. Clausula autem, *Adhuc per obitum*, stat accessoriè, & sic intrat de plano trita regula, & triuialis conclusio in materia beneficiali, quòd quando principaliter expresso, & narrato vno modo vacationis sit postea expressio de aliis (siue indiuidualiter, siue generaliter sub clausula *siue præmisso, siue alio quouis modo vacauerit, seu ad præsens vacet*) tunc impetrans non potest omittere, seu negligere primum modum vacationis dispositiuè narratum, sed imò præcisè tenetur iustificare illum saltem de facto; interim tamen non aperitur sibi via recurrendi ad alios modos vacationum, seu ad clausulas generales, nec potest se illis iuuari; Addit. ad Rot. *decis.* 1. *de rescript. à num.* 8. *in nou.* & facit *decis.* 305. *&* 475. *num.* 2. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers.* Put. *decis.* 266. *n.* 5. *& decis.* 400. *lib.* 3. Paris. *de resign. lib.* 10. *q.* 3. *num.* 11. *& seq.* Loter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 8. *num.* 11. Garc. *de benef. p.* 11. *cap.* 1. *num.* 36. ibi, *secundò aduerte, quòd ita demum per clausulas generales, siue alio quouis modo, potest impetrans consequi beneficium ex alia vacatione, si vacationis modus dispositiuè, seu assertiuè expressus, saltem de facto iustificetur, prout fieri debet, vt possit recurri ad clausulas generales.* Et singulariter obseruat Theodos. Rub. *in singul. Rota tom.* 2. *part.* 4. *clausul.* 100.

7 Et in terminis prædictæ clausulæ, adhuc per obitum, Put. *decis.* 268. aliàs *in correctis* 267. *lib.* 3. ibi, *non obstat clausula siue per obitum, quæ videbatur æquè principaliter in supplicatione apposita, quia non facit, cùm accessoria esset ad resignationem narratam.*

Vltra quod, dato quòd Balthasar neglecta vacatione per resignationem, posset se iuuare prædicta clausula, *Adhuc per obitum*; nihilominus sibi non suffragaretur, ex quo vacatio inducta per obitum 8
Ioannis iam fuerat consumpta per prouisionem factam in fauorem dicti Doctoris Barbosæ, & per litteras in forma gratiosa desuper expeditas, glos. *in Clem.* 1. *ve. b. collatio*, & ibi Vital. *num.* 47. *vi tit. pena.* Bellam. *decis.* 563. Simonet. *de reseruat. q.* 55. Garz. *de benef. p.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. Rot. *decis.* 24. *de præb. in antiq. & decis.* 490. *per tot. & decis.* 523. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* cùm aliàs ad effectum consumendi 9
vacationem sufficeret prouisio in supplicatione registrata etiam litteris non expeditis, nec apprehensa possessione, latè Garc. *vbi prox. num.* 11. *&* 15. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 15. §. 1. *num.* 31. *& seq.* Rot. *decis.* 498. *& d. decis.* 513. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* Duran. *decis.* 263. *num.* 12. Rot. *decis.* 385. *num.* 10. *p.* 5. *recent.* Et hæ quidem sunt conclusiones indubitabiles in sacro Rotæ Auditorio, aliisque Romanæ Curiæ Tribunalibus.

Quoad secundum verò dubium, respondetur nō 10
fuisse necessarium facere mentionem de reseruatione pensionis in litteris prouisionis. Et pro materiæ dilucidatione, & styli intelligentia præsupponendum est, quòd aliud est cessio, aliud resignatio. Cessio enim propriè dicitur, quando renuncians non habet in sui fauorem litteras expeditas; aut si habet, adhuc non apprehenderet possessionem præbendæ renunciatæ, qui est casus noster in quo Dataria Apostolica consueuit apponere in capite supplicationis, *cessio*; & in corpore eiusdem supplicationis dicitur, quòd prædictus orator, *omni & cuicunque iuri*, &c. *cedit*, *&c. sponte & liberè in fauorem*, &c. *non alias*, &c. Resignatio autem propriè dicitur quando renuntians habet possessionem, & tunc apponitur in capite supplicationis, *resignatio*, & in corpore dicitur quòd prædictus orator *resignare intendit prout resignat*, &c. vt videre est per formulas quas affert Parisius *de resign. lib.* 8. *quæst.* 7. *per tot.*

Et cùm hoc præsupposito dicendum est quòd in cessionibus in fauorem nunquam ponitur clausula quòd prædictus cedens vna cum dicta pensione aliunde commodè viuere potest. Nec in litteris prouisionis ad fauorem cessionarij fit mentio de pensione reseruata.

Et ratio vtriusque dicti est, quia cùm cedens nō renuntiet beneficium possessum, non est necesse constare quod aliunde viuere possit. Etenim si narratur Papæ quòd cedit possessione minimè habita, clarum est, quod supponit quòd aliunde viuit cum aliàs vixerit, & viuat absque fructibus beneficij renuntiati. Solet enim Papa magis prospicere commoditatem possessorum, quàm eorum qui adhuc possessione non habita renuntiant beneficiis.

Præterea quando prædictus Doctor Barbosa post 11
adeptam possessionem renuntiasset, adhuc defectus dictæ clausulæ, Aliunde, &c. in supplicatione, & alter etiam defectus non factæ mentionis pensionis in litteris prouisionis resignatarij nullius essent considerationis, quia defectus isti in nullo alio casu respiciunt substantiam gratiæ, nisi quando resignans fuit ad sacros Ordines promotus ad titulum beneficij resignati, iuxta decretum Concilij Trid. *sess.* 21. *de reformat. cap.* 2. Paris. *de resign. lib.* 2. *q.* 6. *n.* 40. *& q.* 14. *n.* 5. *& seq. & lib.* 8. *q.* 7. *n.* 47.

Et re vera, practici Romanæ Curiæ non possunt 12
non mirari de talis dubij propositione, cùm aliàs experientia nouerint, quod ex ventre eiusdem

supplica

supplicationis expediũtur binæ litteræ Apostolicæ, aliæ quæ respiciunt collationem beneficij, eiusque possessionem; aliæ verò quæ cõcernunt reseruationem pensionis, eiusque exactionem. Vnde cùm pensio ista sit benè reseruata, & constituta in suis propriis & peculiaribus Bullis reseruationis, quid refert quòd in litteris prouisionis nulla fuerit facta mentio de pensione. Etenim neque erat necessarium facere dictam mentionẽ, nec debuit fieri, tum propter stylum, & rationes supradictas; tum etiam quia pensionarius non est exacturus in vim litterarum prouisionis, cùm ad hunc & non ad alium effectum expediantur litteræ reseruationis cum tot clausulis & decretis in fauorem eiusdem pensionarij.

13 Atque ex prædictis patet responsio ad secundam partem huius dubij, nempe quòd Balthasar Diaz non potest excipere de inualiditate reseruationis ex prætenso defectu consensus ob non factam huiusmodi mentionem; quia, vt dictum est, hæc mentio non erat necessaria, nec fieri debebat de stylo, de quo testatur Lotter. insignis Romanæ Curiæ Aduocatus & noster inibi contemporaneus, *de re benefic. lib. 1. quæst. 35. num. 28.* ibi, *cum in litteris prouisionis nusquam fiat mentio de pensione, &c.* Et satis dicitur constare de consensu adhibito reseruationi ex inspectione litterarum desuper confectarum, ne dum quia ibi à tergo legitur consensus explicitus & formalis, sed etiam, quia est notorius stylus, quòd litteræ non expediuntur in Cancellaria, aut Camera Apostolica nisi constiterit quòd consensus sunt præstiti, & extensi, vt bene Pau. *d. lib. 10. quæst. 3. num. 10.* ibi, *quod satis dicitur constare ex litteris, nam de stylo notorio, litteræ non expediuntur, nisi viso consensu præstito & extenso in Camera vel Cancellaria.*

14 Præsertim cùm hodie originaliter fuerit producta supplicatio matrix, cuius vigore prædictæ litteræ tam prouisionis, quàm reseruationis pensionis fuerunt expeditæ, prout constat ex data, & clausulis vtriusque bullæ quæ sunt eædem, & iidem scriptor, & officiales. Et propterea relatum in dicta supplicatione, habetur pro narratiua cedentis, & cessionarij, & vterque in illa est orator, Rot. *apud Marches. de commission. part. 1. f. 544. num. 3. & decis. 352. num. 7. p. 4. recent.* aliàs *part. 2. in posth. Farin.* Vnde, cùm in illa sit reseruata pensio, sine clausula Aliunde, &c. (quæ in casu isto non erat necessaria) non est opus alia probatione, vt dicamus quòd cessionarius, qui consensit prædictæ reseruationi, erat de illa bene certioratus, ex quo illam petiit prout & cedens.

15 Præterea, quando non constitisset, prout constat de expresso consensu prædicti Balthasaris, adhuc ex quo visus fuit prædicta supplicatione, & expediuit Bullas illius vigore, ac etiam possessionem apprehendit, visus est consensisse reseruationi pensionis, Rot. apud Caualer. *decis. 16.* ibi, de hoc autem consensu sufficienti, Domini satis constare dixerunt; quia cum prouisio Francisci, & reseruatio pensionis legatur in eadem supplicatione, Franciscus, eo ipso quòd visus est dicta supplicatione, & secundum illam expediuit litteras prouisionis Archidiaconatus ad sui fauorem, consensit etiam dictæ reseruationi pensionis, &c. Quapropter cùm constet de consensu in vna parte, videtur etiam approbare, & ratificare omnia contenta in aliis, Put. *decis. 369.* aliàs *359. lib. 2.*

16 Et vlteriùs quando in litteris deficit aliqua clausula, quæ existit in supplicatione, aut superfluit in litteris quod deficit in eadem supplicatione, nihil videtur referre, cum aliàs in omnem euentum standum sit supplicationi. Cùm enim supplicatio dicatur matrix, prius attendi debet, quàm Bulla, Ror. *decis. 465. num. 4. & decis. 730. num. 1. part. 2. recent.* Præsertim cùm non agitur directè, & principaliter de canonizatione alicuius gratiæ, sed tantùm de faciendo fidem super illius concessione, ad effectum iustificationis alicuius narratiuæ, aut suppositionis necessariæ, Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 2. num. 34.* Et cùm aliquod emerserit in litteris dubium, semper recurrendum est ad supplicationem, à qua litteræ recipiunt passiuam interpretationem Idem Lotter. *d. lib. 3. quæst. 4. num. 1. & seqq.* quicquid in litteris superflue vel diminutè ponant expeditores, quia in hoc minimè possunt præiudicare supplicanti, Ror. *decis. 459. num. 2. p. 3. recent.* aliàs *p. 1. in posth.* Duran. *decis. 265. num. 1.* 17 18

Ex quibus concludendum videtur non posse Balthasarem omissa vacatione ex causa resignationis, se iuuare vacatione per obitum Ioannis; ac etiam necessarium non fuisse in casu nostro facere mentionem pensionis in Bulla prouisionis, reseruationemque fuisse validam. Saluo in omnibus meliori & saniori iudicio, &c. Matriti die 4. Iunij 1640.

Granaten. Prouincialatus Ordinis Eremitarum sancti Augustini.

Tempus ad electionem præfixum an & per quem prorogari possit? Possessio qualis debeat esse vt veniat manutenenda? Manutentio quando concedenda, vel non?

VOTVM CVI.

Doctissimi D.D. Gabrielis Martinez Protonotarij, & in Nunciatura Hispaniæ Iudicis Apost. designati.

1 *Facti contingentia*, & n. 2.
3 *Officium suum complens, auctoritatem & potestatem amittit.*
4 *Generalis, seu Prouincialis non potest prorogare officium suum.*
5 *Renunciatio tacita tituli per aduentum diei præfixæ, idem operatur quod expressa per dispositionem hominis.*
6 *Prouisio, electio, aut collatio non potest fieri, nisi cum necessario præsupposito renunciationis, aut alterius vacationis.*
7 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
8 *Dictio, penitus, adeo præcisam habet naturam, vt nullam admittat modificationem aut alterationem, & operatur ipso iure nullitatem actus in contrarium gesti.*

9 *Constitutiones singulorum Ordinum, seu monasteriorum obseruandæ.*

10 *Prouincialis quando habendus pro absoluto ab officio?*

11 *Diei præfixæ aduentus an contempletur ad inducendum tacitam in Prouincialatu renunciationem.*

12 *Dicto*, alia, *est similium repetitiua.*

13 *Dictio*, ipsa, *est restrictiua temporis, & exclusiua alterius rei.*

14 *Dictio*, præfixa, *importat certitudinē diei.*

15 *Verbum*, sit, *importat ipso iure, & denotat requiri statim executionem.*

16 *Dict.* ipso facto, *important ipso iure, statim, & absque aliquo hominis monasterio.*

17 *Participium*, absolutus, *denotat actum geri ab alio quàm ab eo, qui absoluitur.*

18 *Officij vacatione non facta, ad electionem futuri Prouincialis deueniri non potest.*

19 *Vacatio officij Prouincialatus an pendeat à renunciatione personali.*

20 *Priuatio præsupponit habitum.*

21 *Generalatus officij vacatio in Religione S. Augustini quando inducatur? & n. 22.*

23 *Constitutio vna solet aliam declarare.*

24 *Constitutiones loquentes de Capitulo Generali bene adaptantur ad Constitutiones disponentes de Capitulo Prouinciali.*

25 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis, & declarat quid in regula comprehendatur.*

26 *Dictio*, semper, *ad omne tempus, & ad omnem casum refertur.*

27 *Dictio*, dumtaxat, *est restrictiua ad vnum casum solum, & concludit negationem in aliis, & excludit omnes alios casus præter expressos.*

28 *Dictio*, dumtaxat, *solemnitatem, & formam inducit, & ipsius transgressio vitiat actum.*

29 *Dictio*, statim, *nullam dilationem admittit, & est significatiua latæ sententiæ.*

30 *Bulla Martini V. refertur.*

31 *Dictio*, eo ipso, *habet in se latam sententiam, & idem importat ac si Papa dixisset sine aliquo hominis, aut Iudicis ministerio.*

32 *Dictio*, ex tunc, *denotat vltimam & immediatam præfixi temporis extremitatē.*

33 *Generalis S. Augustini potest dispensare circa mutationem loci ad celebrandum Capitulum Generale.*

34 *Argumentum à maioritate rationis in Iure validum.*

35 *Apostolicæ litteræ habent paratam executionem ad instar instrumenti publici guarentigiati, & procedendum ad earum executionem appellatione remota.*

36 *Excusatio nulla est vani, & affectati timoris.*

37 *Constitutio Martini V. in §. 2. refertur.*

38 *Verba posita in proœmio Constitutionum bene ostendunt ipsius causam finalem.*

39 *Reelectio fieri non potest nisi concurrentibus Vocalibus eiusdem Capituli nemine discrepante.*

40 *Claus.* eo ipso, ipso facto, ipso iure, *nullam aliam requirunt Iudicis sententiam.*

41 *Declaratoria non requiritur ex Rotæ stylo quando sumus in facto notorio.*

42 *Alternatiua in Prouincialatus electione prouinciæ Granaten. Ordinis S. Augustini confirmatur, præcedente concordia.* & n. 43.

44 *Dictio*, Post, *est separatiua temporis, & significat illius extremitatem immediatā.*

45 *Dictio*, Immediatè, *de sui natura exigit præcisam continuationem.*

46 *Immediatum id dicitur quod est sine medio.*

47 *Dictio*, Immediatè *importat vt nullo alio actu etiam momentaneo interposito debeat actus celebrari.*

48 *Diuisio leonina à Iure reprobata.*

49 *Confirmationi Apost. Papa per quascunque alias litteras derogare non censetur.*

50 *Claus.* sublata, *claudit os partis.*

51 *Claus.* sublata *adimit Iudici facultatem aliter iudicandi, declarandi, aut interpretandi.*

52 *Decretum irritum operatur nullitatem ab initio.*

53 *Generalis potest prorogare Capitulum generale, & Prouincialis prouinciale ad tempus. Quomodo intelligendum* n. 54. & 56. & 59.

56 *Capitulum Generale Fratrum Minorum ex quo habet diem præfixam in vigilia Pentecostes, non potest à Generali differri.*

57 *Electio deuoluitur ad Superiorem elapsa die præfixa ad eligendum.*

58 *Electio est ipso iure nulla si electores post elapsum tempus elegissent.*

60 *Capitulum potest prorogari existente causa seditionis, aut terroris armorum, intelligitur vt n. 61. 62. & 63.*

64 *Possessio est de essentia & substantia manutentionis.*

65 *Possessio etiam asinina, bestialis, seu asinaria est manutenibilis.*

66 *Dominium præsumitur ex possessione donec cōstet de intrusione, seu iniusta detētatione*

67 *Manutentio non est danda vbi constat de defectu dominij, seu de improbitate, & vitio possessionis.*

68 *Possessor vitiosus non est tuendus.*

69 *Possessio iniusti detentoris non est manutenibilis in spiritualibus.*

70 *Possessionis notoria iniustitia vt constet, debet adesse vel possidentis confessio, vel sētētia quæ trāsitum fecerit in rē iudicatā.*

71 *Clausulæ importantes latā sentētiam quæ?*

72 *Probatio*

72 *Probatio defectus dominij ex quibus inducatur.*

73 *Probatio, quæ fit libris, seu scripturis apertus nunquam reiicitur.*

74 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem ad petitorium reiiciendæ.*

75 *Exceptio respiciens merita, seu dominium, & petitorium quando impediat manutentionem.*

76 *Exceptio vbi est clara non efficitur altioris indaginis, nec est reiicienda, si illud quod est discutiendum prouenit ex replicatione aduersarij.*

77 *Manutentionem petens est actor originarius, & voluntarius.*

78 *Replicatio sapit naturam actionis, & secundum eam regulatur.*

79 *Probationes per modum summariæ informationis ante litem contestatam receptæ nullam fidem faciunt.*

80 *Possessio officij data vsque ad certum diem, elapsa die non est manutenibilis aduersus concedentem.*

81 *Possidens officium vsque ad certum diem, etiam ante lapsum diei non sibi possidet, sed domino concedenti.*

82 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*

83 *Possessio infecta non est manutenibilis.*

84 *Decretum irritans inficit tanto magis possessionem si cadat super certo, & indiuiduali corpore beneficij.*

85 *Excommunicationis exceptio opponi potest vbi de sola possessionis manutentione agitur.*

86 *Possessio de tempore motæ litis sufficit ad manutentionem.*

87 *Actus repetiti & geminati faciunt magis constare de possessione ad effectum manutentionis.*

88 *Possessio simplex, nuda, & mera detentatio sufficit ad manutentionem.*

89 *Possessio titulata est manutenibilis.*

90 *Possessorij actus, qui dederunt causam liti non probant possessionem, nec sufficiunt ad manutent.*

91 *Collatio vnica contradicta non constituit in quasi possessione iuris conferendi.*

92 *Contradictio partis quando impediat mandatum de manutenendo.*

93 *Quasi possessio manutenibilis acquiritur ex vnico actu pacifico.*

94 *Actus gesti post motam litem quando sint manutenibiles.*

95 *Possessio attentata non est manutenenda.*

96 *Inhibitio emanata post possessionem eam non afficit.*

97 *Appellatio debet interponi in scriptis & coram iudice à quo.*

98 *Fides non actuarij non facit fidem.*

99 *Magistratus præsentia omnem metum excludit.*

100 *Appellatio extraiudicialis an causet attentata.*

101 *Manutentione non agitur de titulo, vel de possessione.*

102 *Manutentio quando affert aliquod grauamen, illud est leue, modicum, ac momentaneum.*

103 *Appellatio expressè interponi debet ne fiat electio nisi Canonica.*

104 *Capituli dissolutio quomodo facienda.*

105 *Manutentio solum conceditur ad strictos limites possessionis.*

106 *Actus causæ vniuersalis magis attendenda quàm exercitium ipsius actus.*

107 *Possessione probata quoad vnam rem, sufficit pro manutentione quoad alias res sub eodem iure comprehensas.*

108 *Possessio titulata vero, reali, & legitimo titulo, est manutenibilis.*

109 *Formæ substantia amplectenda.*

110 *Capituli maior, & sanior pars verum consensum exprimit.*

111 *Solemnitates in electione viduatæ Ecclesiæ quæ concurrere debent?*

112 *Capituli maior pars in electionibus intelligi debet respectu totius corporis.*

113 *Electores non venientes tempore statuto, non sunt amplius expectandi.*

114 *Electionem quam citius expediri interest Ecclesiæ viduatæ.*

115 *Papam solus eligere poterit vnus Cardinalis si omnes alij de Conclaui exierint.*

116 *Magistratus præsentia metum excludit.*

117 *Requisimenta quando iuuent?*

118 *Probationes debent esse claræ, & in contradictorio iudicio factæ.*

119 *Tractatus in electionibus an præcedere debeant?*

120 *Præsumptio iuris stat pro Iudice quod in omnibus ab eo gestis ritè processerit.*

121 *Constitutio Religionis S. Augustini refertur.* & n. 122.

123 *Declarationes sacræ Cong. quam vim habeant.*

124 *Tempus interpellat pro homine.*

125 *Campana ad electionem debet pulsari de commissione habentis auctoritatem.*

126 *Obseruatio solemnitatum indictionis diei & horæ in electionibus non est necessaria quando omnibus est notoria.*

127 *Obedientiæ præstatio, & recognitio an habeat vim approbationis?* & num. 128.

129 *Locus non est de substantia electionis, etiam secundum Religionis S. Augustini constitutiones* n. 130.

131 *Ratio legis vbi cessat eius dispositio cessare debet.*

132 *Refertur Constitutio Ordinis S. Augustini*, & n. 133.

134 Cap. cùm nobis, de elect. *refertur.*

135 *Antiquior ex definitoribus qua facere debeat.*

1 ILlustrissime, & Reuerendissime Domine. Post completum in Prouincialatu triennium, adhuc prætendit R.P.M. Fr. Franciscus de Liaño sibi in eo competere ius, & retinere possessionem. & propterea instat pro manutentione. Ex aduerso autem per aduentum diei in constitutionibus huius Ordinis pro celebratione Capituli Prouincialis statutæ, & præfixæ, prætendit R. P. M. Fr. Franciscus de Terminon modernus Prouincialis, quòd, stantibus litteris conuocatoriis, benè, & legitimè potuit R, P. M, Fr. Illephonsus de Castilla, Vicarius generalis, ac Præses Capituli deputatus à Reuerendissimo Generali, & à Papa confirmatus, Capitulum celebrare. Quódque electio facta de eodem P.M. Terminon, est canonica, & possessio per eum Capitulariter capta, & per plurimos actus possessorios pacificè continuata, est manutenibilis, prout desuper in ea petit in primis, & ante omnia manuteneri.

2 Vnde proposito dubio, cui sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione iuris exercēdi Prouincialatum? Licèt apud me sit res clara, quòd manutentio competat prædicto P.M. Terminon, quia in hoc iudicio summarissimo momentaneæ possessionis nil aliud quæritur, quàm quasi possessio de tempore motæ litis, saltē pro vno momento, donec in eodē iudicio de meliori possessione constet, vel in plenario possessorio de eadē possessione principaliter agatur, aut in petitorio de titulo & proprietate disputetur: attamen, agnoscendo bonam fidem, & ne videamur legalibus subterfugiis nudæ possessioni insistere, sed magis canonicum titulum vltrò, & spontè propalare, gustandum est de bono iure ad effectum manutentionis. Quāuis enim, nec possessio dicti P. M. Terminon sit turbida, nec possessorium in casu isto habeat admixtam causam proprietatis, nihilominus, talia sibi ex aduerso gratis impinguntur obiecta, de clādestina electione, de turbatiua possessione, pluráque alia de armorum terroribus, minus religiosè, vociferantur, quod satius, & modestius nobis visum fuerit, perinde, ac si ageretur ad canonizatoriam, titulum & possessionem vtriusque partis patefacere, & de omnibus disputationē assumere. Quapropter, parcendum nobis est, si minus breuitati consultum, præter, & contra solitum, diutius plus triplo, & quadruplo immorari videamur.

Quatuor igitur proponuntur articuli: quorum Primus est, quòd prædictus P. Liaño nullum habet titulū, nec quidem aliquod iuris fomētum, seu adminiculum super huiusmodi Prouincialatu.

Secundus, quòd sibi non competit manutentio, cùm neque habeat possessionem, nec vestigium possessionis.

Tertius, quòd prædictus P.M. Terminon est manutenēdus in sua quasi possessione iuris exercendi ministeriū suæ Prælaturæ, seu Prouincialatus, non obstantibus prætēsis attentatis ex aduerso obiectis.

Quartus, quòd quasi possessio ista est titulata, vero, reali, & legitimo titulo electionis Canonicæ; & insuper prætensis nullitatibus, ex aduerso oppositis, respondebitur.

ARTICVLVS I.

ET quoad primum, videtur, quòd prædicto P. Liaño nullum competit ius in Prouincialatu, 3
quia ex quo compleuit suum triennium in officio, expirauit omnino eius authoritas, & potestas, & vlterius in eo non potest se intromittere, tam de iure communi: vt est text. expressus *in l. honor, §. gerendorum, in fin. ibi, Neque continuare quisquā honores potest, D. de muner. & honorib. l. nemo la 2.* ibi, *Nemo post cōpletū sui temporis actum, ad eandem rursus solicitudinem audeat aspirare, C. de assessorib. & in Authent. de defensor. ciuitat. §. fin. collat. 3.* ibi, *Et biennio cōplere curam, & siquidem iam biennium in ea cura habēt, remoueri defensoru solicitudine.* Et infrà ibi, *Si verò nondum bienniū compleuerint, digni verò videantur communicare circulo, impleāt reliquum tēpus, vltra quod nullus ciuitatem defendat, sed vsque ad hoc solum stet tēpus, nisi cuncta ciuitas, reluctante nullo, elegerit eum.* Et redditur ratio paulò inferiùs, ibi, *Ne frequētia ordinationis, & continuatione cura, & per quandā machinationem illud tempus renouando, fiat aliquibus infinita prædicta gubernatio.* Bald. *cons. 318. n. 1. lib. 3.* Abb. *in c. fin. num. 8. de iudic.* Et in terminis, quòd Generalis, seu Prouincialis non possit prorogare officium suum, mediante prorogatione Capituli, tenent in puncto Mirand. 4
in manual. Prælat. tom. 2. quæst. 6. art. 2. conclus. 1. ibi: *Non potest differre Capitulum sua authoritate, vltra tempus constitutum, nempè vltra vigiliam Pētecostes, cuiuslibet sexennij; quin verò inuiolabiliter fieri debet electio Generalis ministri, siue minister Generalis venerit, aut non venerit, & etiā si plures defuerint vocales.* Sigismund. Bonon. *de elect. dub. 103. n. 1.* ibi: *Generalis non potest prorogare officiū suum, aut tēpus celebrationis comitiorum Generalium*, videtur id sequi Castellin. *de elect. c. 6. n. 8. & seq.* dum dicit, quòd dilatio electionis Prouincialis multa dispendia affert toti Prouinciæ. Iul. Lauor. *in elucubrat. tit. 4 de elect. Canon. cap. 23. n. 8.* ibi: *Nec Generalis potest prorogare officium suum vltra terminum ei præfixum*, &c. & nos latiùs infrà *num. 55. & seqq.*

Quàm etiam ex dispositione constitutionum particularium huius Religionis, vt *in cap. 7. p... sub rubr. de modo celebrationis Capituli Prouincialis*, ibi: *Quod sēper celebrari volumus Dominica tertia post Pascha Resurrectionis.* Et ibi: *Ab ipsa verò die præfixa sit ipso facto à Prouincialatus officio absolutus, & ad electionem alterius penitus procedatur.* Et propterea adueniente die præfixa idem operatur tacita renūciatio tituli, & possessionis facta per ministeriū legis, quàm si fieret expressa per dispositionem hominis, cùm cardo totius negotij, tam renūciationis, quàm nouæ electionis stet solùm in tempore, vt benè discurrit Castellin. *de elect. cap. 8. num. 4. & seqq.* & post plures, quos allegat Peirin. *de subdito Relig. q. 1. §. 6. vers. Si quæras.* 5

Quinimò renunciatio satis dicitur per constitutionem expressa, ex quo venit in necessariam consequentiam expressi, Menoch. *de arbi. lib. 2. casu 276. n. 28.* Put. *decis. 184. num. 2. lib. 1.* Constitutio enim ordinat, quòd ad electionem alterius penitus procedatur; quod idem est, ac si expressè disposuisset renunciationem præcessisse, cùm aliàs non possit fieri prouisio, electio, aut collatio, nisi cum necessario præsupposito renunciationis, aut alterius vacationis, *cap. nulla, de concess. preb.* Mascar. *de prob. concl. 1401. n. 8.* Gonç. *ad regul. 8. glos. 15. §. 1. n. 40.* 6

Prout in simili videmus, quòd beneficium collatum ad certū tempus limitatum, eo lapso, statim sine aliqua mora, aut tēporis intercapedine induci- 7

tur

tur vacatio: quia regulare est, quòd limitata causa limitatum producit effectum, *ad l. in agris, D. de acquirend. rer. domin. l. age, C. de transact.* & benè in proposito Gongal. *vbi supr. d. glos. 15. num. 94. & seqq.* Rebuf. *in prax. tit. requisita ad bonam collationem, ex num. 16.*

8 Præsertim stante in constitutione dictione illa, *penitus*, quæ habet adeò præcisam naturam, vt nullam admittat modificationem, aut alterationem, *l. ambiguitatem, C. de vsufruct.* Nat. *cons. 63. num. 16.* & plenè D. & collega meus D. August. Barbos. *in hac causa ex aduerso scribens de diction. dict. 249. num. 1. & seqq.* Rot. *decis. 526. num. 4. part. 1. diuersor.* Seraphin. *decis. 447. num. 4.* Et operatur ipso iure nullitatem actus in contrarium gesti, *cap. noui, de simonia, cap. super hoc, de haret. lib. 6.* D. Barbos. *vbi supr. num. 6.*

9 Aliàs enim sequerentur plurima absurda, quòd scilicet esset in libito Prouincialis, capitulum in longum protrahere, variis prætextibus, & artificiis ad alium locum, quàm in Capitulo præcedenti destinatum, transferre, se ipsum in effectu reeligere; officium sibi perpetuare; totam Prouinciam subuertere; & constitutionibus, etiam Apostolica authoritate confirmatis, derogare; quod magis pertinet ad Legislatorem, & supremum Principem, quàm ad subditum Religiosum eremiticam vitam profitentem; cùm præsertim Regulares omnes iuxta dispositionem sacrosancti Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 7. de regular.* teneantur obseruare singulorum Ordinum, seu Monasteriorum constitutiones, ibi: *Seruentur singulorum Ordinum, &c.*

10 Nec dici potest, quòd constitutio *in d. cap. 7.* solùm loquitur, quando Prouincialis, infirmitate, vel alio impedimento detentus ad Capitulum non venerit, quo casu disponit, quòd per socium suum sigillum Prouinciæ mittat nomine suo coram omnibus resignandum; quódque ex tunc, id est, à die resignationis sigilli, à Prouincialatus officio sit absolutus. Ex quo prætenditur, quòd Prouincialis non antea habendus sit pro absoluto ab officio, quàm si vel per se personaliter sigillum resignauerit, vel per socium resignandum miserit; qui sunt duo casus positiui expressæ renunciationis: non autem quando citra ipsam renunciationem dies præfixa elabitur, quia tunc adhuc videtur retinere officium, donec illi renunciet, cùm constitutio nihil disponat de hoc tertio casu.

11 Quia pro intelligentia respondetur. Primò, quòd constitutio ad effectum vacationis officij non habuit respectum ad renunciationem Prouincialis per se, vel socium suum faciendam, sed solùm contemplatur aduentum diei præfixæ in eadem constitutione, *in rubr. praeced.* ibi: *Die verò Sabbati Prima cantetur, postea Pater Præsidens Missam de Spiritu sancto solemniter, & deuotè cantabit, &c.* Et inferiùs, ibi: *His peractis sedeant, & dicat P. Præsidens: Benedicite, &c.* Et propterea siue Prouincialis renunciet, siue non renunciet, adueniente isto Sabbato verè, & propriè post Missæ celebrationem est absolutus ab officio, vt expressis, & rotundis verbis cantat constitutio, ibi: *Ab ipsa verò die præfixa sit ipso facto à Prouincialatus officio absolutus.*

12 Ex quo patet, quòd renunciatio est mera cæremonia non pertinens ad substantiam vacationis, sed imò vt appareat coram Fratribus humilitas, & modestia renunciantis, quæ in eadem constitutione plurimum commendatur, & inde resultet aliorum ædificatio; & vt ostendatur vltroneus concursus voluntatis hominis cum præcisa, & indispensabili dispositione legis. Quod fit euidentius, ex quo *in d. cap. 3. rubr. de elect. Venerab. Prouincialium eadem p. 3.* disponitur. Quòd Prouincialatus, qui in Capitulo Generali post annum sperant complementum triennij, & sic suas vacationes, extunc prouideantur in eodem Capitulo Generali, etiam ante annum à renunciatione. Si enim renunciatio vnius esset de necessitate ad electionem alterius, vtique non potuisset fieri electio, & prouisio de vno, nisi facta renunciatione, & absolutione de altero. Atque idem inibi statuitur de Prouincialatibus, qui in eodem Capitulo Generali extunc conferuntur, & prouidentur; in quibus primo loco fit electio, deinde vltima die succedit renunciatio, & absolutio. Et quotidie practicatur in electionibus Priorum totius Ordinis, qui aliquot antea diebus eliguntur, quàm eorum prædecessores renunciauerint, vt *in d. cap. 7. rubr. de instit. Priorum ead. 3. part.* Sunt enim diuersa, anticipata, & præpostera ista tempora in constitutione, vt patet, ex quo inter functiones secundæ diei, quas exercet Diffinitorium, fiunt electiones Priorum; & in vltima die, quando Capitulum est dissoluendũ, publicantur eædem electiones, & insuper fiunt renunciationes, & absolutiones, vt *in dict. cap. 7. rubr. de diffinition. atque famil. legendis*, vbi in fine dum constitutio loquitur de confirmatione facienda ab eo, qui elegit, adsunt hæc verba; *Habeatur pro confirmatione absque aliqua alia cæremonia, &c.* Dictio enim *alia*, denotat cæremoniarum similitudinem (quæ non potest referri nisi ad renunciationes, & absolutiones in eadem rubrica contentas) & est repetitiua similium, & facit positionem eiusdem qualitatis ad præcedentia, *l. quidam relegatus, D. de reb. dub.* latè plurimos cumulans D. M. Barbos. *de diction. dict. 26. num. 1. & per tot.* Minúsque requiritur absolutio ab officio ad effectum vacationis, vt etiam apparet, ex quo si Prouincialis in casu legitimi impedimenti socium suum miserit, nulla alia fit cæremonia quàm resignationis sigilli sine absolutione Præsidentis, & tamen absolutus remanet ab ipsa die præfixa, vt *in d. cap. 7. rubric. Quomodo Prior Prouincialis officio suo renunciare debeat.*

Ponderando præsertim dictionem, *ipsa*, quæ est 13 restrictiua temporis de sui natura, si tempori adiiciatur, Gabr. *cons. 113. num. 64. & cons. 154. num. 13. lib. 2.* Surd. *cons. 448. num. 29.* Hond. *cons. 11. num. 71. vol. 2.* Et est adeò præcisa, quòd imò est exclusiua alterius rei, seu temporis, quàm præfixi, Seraphin. *decis. 552. num. 1.* latè D. Barbos. *dict. 177. num. 3. 5. & seqq.*

Item ponderando verbum, *præfixa*, quod impor- 14 tat certitudinem, præcisionem, & omnimodam infallibilitatem diei, seu celebrationis Capituli in die.

Ac etiam verbum, *sit*, quod habet in se canonem 15 latæ sententiæ, & importat ipso iure, D. Barbos. *dict. 374. num. 1.* Gutierr. *pract. lib. 2. quæst. 118. num. 11.* & denotat requiri statim executionem, vt per Azeued. *ad l. 15. num. 46. tit. 4. lib. 4. Recopil.*

Et insuper ponderando dictiones, *ipso facto*, quæ 16 idem important, quod *statim*, seu *ipso iure*, absque aliquo hominis ministerio. Archidiac. *in cap. 1. in princip. de rescript. in 6.* & pulchrè Alexand. *cons. 139. num. 2. lib. 7.* & copiosè D. Barbos. *dict. 178. per tot. & dict. 106. num. 2. & 3.*

Ac demum, participium illud, *absolutus*, quod de- 17 notat actum geri ab alio, quàm ab eo, qui absoluitur, *cap. verbum, de Pœnit. distin. 1. cap. cùm inferior, de maiorit. & obedient. l. nemo, qui condemnare. D. de reg. iur.*

Secundò, hunc esse verum, & genuinum sensum 18

constitutionis, patet etiam, ex quo constitutio non contenta de vacatione officij in die præfixa, immediatè disponit, quòd omnino deueniatur ad electionem futuri Prouincialis, ibi: *Et ad electionem alterius penitus procedatur.* quod fieri non posset nisi præuia officij vacatione, ex dictis *supra num. 6. & 8.*

19 Tertiò, quia expressio illorum duorum casuum in constitutione non fuit apposita, vt solùm per eos fieret renunciatio, quia, vt dictum est, illa inducitur ab ipsa die præfixa: sed imò fuit apposita, vt daretur intelligi, quòd si Prouincialis non venerit ad Capitulum, neque socium miserit, incurrit pœnam ineligibilitatis, de qua etiam inibi principaliter agitur, vt inferiùs immediatè subsequitur, ibi: *Quod si Prouincialis iustam excusationem non habens, ad memoratum Capitulum venire contempserit, extunc vsque ad decennium ad omne officium cum cura animarum ineligibilis permaneat,* Aliàs enim si caperemus alium sensum, quòd vacatio penderet à renunciatione personali seu resignatione sigilli per socium facienda, sequeretur maximum absurdum, videlicet, quòd si nec Prouincialis venerit, nec sigillum miserit, nunquam possit considerari officij vacatio.

20 Quartò, ex quo constitutio imponit extunc pœnam ineligibilitatis pro decennio, & non pœnam priuationis datur etiam intelligi, quòd Prouincialis iam de illo tempore est absolutus ab officio, & non indiget priuatione, cùm priuatio præsupponat habitum, *ad l. decem, D. de verbor. obligat. cap. ad dissoluendum, de desponsat. impub.* Euerar. *in topic. legal. loc. 6.* Aliàs constitutio videretur improuida: tum, si culpabilem, & extunc ineligibilem manuteneret in officio, *cap. cum bona, de etat. & qualitat. cap. tanta, de excess. Prelat.* Tum etiam, si iudicaret pœnam priuationis esse maiorem pœna ineligibilitatis, cùm certè sit longè minor, ad not. per DD. *in cap. super eo, de elect.* & regulariter ibi debeat esse pœna grauior, vbi maior fuit culpa, vt *in d. cap. tanta.* Et iste intellectus efficitur palpabilis, quia constitutio ob similem culpam, & contemptum Prioris Generalis, cùm aliàs officium ante tempora Sixti Papæ V. esset perpetuum, imposuit illi pœnam priuationis vt dicetur infrà *num. seq.* Ex quo enim de tempore Capituli durabat officium Generalis, propriè, & legitimè imponitur pœna priuationis; quæ cùm non fuerit imposita Prouinciali, detegitur euidentissimè, quòd constitutio agnouit illum non indigere priuatione ob præcedentem vacationem officij inductam per aduentum diei præfixæ.

21 Quintò, quia dato, sine veri præiudicio, quòd Generalatus esset tunc sexennalis, adhuc in tantum attenditur præfixio diei ad effectum vacationis officij, quòd etiam in illius vacatione in effectu idē prorsus statutum sit, vt *in cap. 3. part. 3.* ibi: *Si Prior Generalis aliquo rationabili impedimento detentus, non possit ad Generale Capitulum venire, mittere Vicarium suum valeat, qui vice eius possit, & debeat sigillum Ordinis resignare, & ad voluntatem Diffinitorum, & aliorum vocalium Generalatus officio, si opus fuerit, renunciare. Quòd si ipse Generalis ad Capitulum Generale tempore statuto non venerit, nec Vicarium aliquem suum miserit, à die statuta, & præfixa ad dictum Capitulum celebrandum, in posterum ipso facto sit Generalatus officio priuatus. Et in eo casu Prior Prouincialis illius Prouinciæ, in qua Capitulum congregatum est, omnia faciat, quæ Prior Generalis præsens faceret, quousque Præsidens publicetur, & non vltrà, qui publicatus, ad electionem noui Generalis procedere faciet.*

22 Adeò, vt etiam, si Generalis Vicarium miserit, adhuc non requiritur renunciatio, aut sigilli resignationum, quia constitutio hoc totum ponit *in voluntate Diffinitorum, & aliorum Vocalium,* tanquam nihil pertinens ad substantiam vacationis, iam præsuppositæ per aduentum diei præfixæ. Tum etiam, quia huiusmodi resignatio, seu renunciatio catenus facienda est de voluntate Capituli, quatenus, *si opus fuerit,* vt canit constitutio; videlicet, si pro faciliori expeditione futuræ electionis, vel pro alia ratione, de qua *supra num. 12.* vocales ita voluerint. Ex quo planè satis detegitur, quòd vacatio non inducitur per renunciationem, cùm hæc sit posita in voluntate Capituli, & hoc quidem, si opus fuerit, sed imò per aduentum diei, *ex superius dictis.*

Et quatenus constitutio *in d. c. 7. p. 3.* quæ loquitur de electione Prouincialis, esset dubia, benè tamen reciperet passiuam interpretationem ex aliis constitutionibus eiusdem voluminis, clariùs, & apertiùs disponentibus de electione Generalis cum vna constitutio soleat aliam declarare, *l. quæsitum §. Papinianus. D. de fund. instr. cum vulg.* Simon de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib. 2. interpret. 3. dub. 1. solut. 3. num. 65.* 23

Et desuper habemus expressam, & indiuidualem constitutionem super huiusmodi interpretatione capienda de constitutionibus loquentibus de Capitulo Generali, ad constitutiones disponentes de Capitulo Prouinciali, vt *in d. cap. 7. d. p. 3. rubr. de elect. noui Prouinc. circa finem,* ibi: *Et in omnibus electionibus in Capitulo celebrandis officio fungatur suo, & extunc procedetur ad electionem Prioris Prouincialis, vsque ad eiusdem confirmationem præcisè, & adæquatè, sicut dictum est in capite de electione Reuerendissimi Patris Generalis, nisi quod loco Generalis legatur Prouincialis, & loco Ordinis legatur Prouinciæ.* 24

Sextò, quia id ipsum euidentiùs apparet ex dispositione *d. cap. 7. in princip.* Etenim dum ibi agitur de celebratione Capituli Prouincialis, dicitur, *quod semper celebrari volumus Dominica tertia post Pascha Resurrectionis,* & immediatè subsequitur, ibi: *Anno tamen, quo Generale Capitulum celebratur, dumtaxat excepto, in quo Prouinciale Capitulum celebrabitur, postquam Prouincialis à Capitulo Generali discedens in suam Prouinciam peruenerit* &c. Ex quo etiam patet, quòd Capitulum Prouinciale præcisè die statuta celebrandum est, & in ea de alio Pastore prouidendum. Nam ex quo constitutio solùm excipit vnum casum, exceptio ista firmat regulam in non exceptuatis, *l. quæsitum. §. denique, D. de fund. instruct.* Ruin. *cons. 32. num. 7. lib. 2.* Greg. *decis. 257. num. 4.* & declarat quid in regula, id est, in constitutione comprehendatur, Aret. *cons. 142. num. 2.* Alex. *cons. 63. num. 2. lib. 6.* Rip. *in l. 2. §. quod si in patris, num. 13. D. solut. matrim.* Nat. *cons. 159. num. 31.* 25

Vnde cùm hodie non simus in casu exceptuato, satis patet, quòd Capitulum debuit celebrari præfixa die, & omnino extunc vacauit officium. Ponderando maximè dictionem *semper,* quæ refertur nedum ad omne tempus, verumetiam ad omnem casum, vt *in l. 1. D. solut. matr. l. quia semper, D. de in ius vocand. cap. 1. de restit. in integr.* Paris. *cons. 91. num. 17. vol. 2.* & plures cumulat D. meus Barbos. *diction. 361. num. 1.* 26

Ac etiam dictionem *dumtaxat,* quæ est taxatiua, & restrictiua ad vnum casum solum, & concludit negationem in aliis, Cardin. *in Clem. 1. de sequestr. possess. & in cap. contingit,* vbi etiam Felin. *de fide instrument.* Cened. *singul. 18. num. 5.* Est enim eius natura excludere omnes alios casus præter expressos, *l. 3. §. cum Titio, D. de adimend. legat. l. 2. C. de legit.* ap. *cum Ecclesia, de verb. signif. cap. statutum, §. in nullo,* 27

& ibi

28 & *ibi* Archidiat. *de rescript. in* 6. Ita vt apposita in constitutione, solemnitatem, & formam inducat, & ipsius transgressio vitiet actum, Paris. *cons.* 19. *num.* 19. *lib.* 2. Mandos. *in regul.* 8. Cancell. *q.* 6. *num.* 6. Cened. *d. singul.* 18. *num.* 4. quia habet vim non solum prohibitionis tacitæ, sed etiam expressæ, vt per Rom. *cons.* 114. *num.* 5. Amat. *decis.* 14. *num.* 1. quos refert, & sequitur D. Barbos. *dict.* 97. *num.* 2. 3. *& 9.*

29 Septimò, eo facilius est admittenda huiusmodi constitutionum intelligentia, quia vbi agitur de prima functione Capitulari, seu potiùs præuia, & immediata ad Capitulum, videlicet de admissione Præsidentis, constitutio ordinat, vt fiat feria sexta ante dictam Dominicam post Vesperas, assignando non solum diem, sed & horam & momentum, vt *in d. cap.* 7. *rubr. de modo recognoscendi Patrem Præsidentem*, ibi: *Sexta feria immediatè sequenti, statim postquam Vesperæ fuerint decantatæ*, &c. Quæ dictio *statim*, nullam dilationem admittit, & intelligitur sine aliquo temporis interuallo, *l. si finita, §. non autem statim, D. de damn. infect. l. cùm quidam, D. de leg.* 2. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 120. *C. de reuocand. donat.* Surd. *decis.* 57. *num.* 9. *& decis.* 211. *n.* 32 & insinuat celeritatem omnimodam in actu præstandam. Ric. *decis. Neap.* 288. *num.* 6. *p.* 4. *& in prax. for. Eccles. decis.* 308. *num.* 2. Et est significatiua latæ sententiæ, & denotat ipso iure, *l. commissa, & ibi glos. verb. statim, D. de publican.* & plures referr, & sequitur, D. Barb. *dict.* 383. *num.* 6.

30 Octauò, quia habemus particulares, & expressas constitutiones Apostolicas desuper disponentes, & signanter Bullam sanctæ memoriæ Martini Papæ V. quæ *in Bullar. Ordinis sancti August.* est *constit.* 2. *eiusdem Pontif.* §. 3. ibi: *Auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, volumus etiam, & ordinamus, quòd quilibet Prior Prouincialis, qui iuxta instituta, ac consuetudines prædicta in sua Prouincia anno quolibet Capitulum Prouinciale ipsius ordinis diebus, & locis in huiusmodi Capitulo Prouinciali immediatè antea celebrato, deputatis, celebrari non fecerit cum renunciatione sui Prouincialatus officij, & sigilli, sit dicto officio eo ipso priuatus; & quòd si extunc administrationi dicti officij se immiscuerit, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, & Prouinciam regant illi, quibus in hoc casu per instituta, & consuetudines prædicta, eius regimen est commissum*, &c.

31 Illa enim dictio *eo ipso*, habet in se latam sententiam, glos. *verb. eo ipso, & verb. euacuauerit, in cap. quàm sit, de elect. lib.* 6. Salas *de legib. q.* 96. *tract.* 14. *disp.* 16. *sect.* 8. *num.* 29. Suar. *eod. tract. de legib. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 4. *& cap.* 8. *num.* 2. Bald. *cons.* 401. *vol.* 3. Roland. *cons.* 62. *num.* 32. *lib.* 2. Et idem importat, ac si Papa dixisset, sine aliquo hominis, aut iudicis ministerio, vel potiùs ipso iure, & ipso facto, Abb. *in cap. si diligenti, num.* 8. *de for. compet.* Corn. *cons.* 165. *n.* 22. *lib.* 1. Dec. *cons.* 138. *in princip.* Rom. *cons.* 427. *n.* 9. Roland. *vbi sup.*

32 Stante præsertim alia dictione, *extunc*, quæ significat, & denotat vltimam, & immediatam præfixi temporis extremitatem. *l.* 4. *D. de cond. & demonstr. l. vltim. D. de fideicommiss. libert. cap. super eo, de appel. c. si eo tempore, de rescript. in* 6. *glos. in Extrauag. Suscepti, Ioannis* 22. *de elect.* Bald. *cons.* 150. *num.* 2. *lib.* 5. Castr. *cons.* 259 *num.* 3. *lib.* 1. Cened. *sing.* 14. *num.* 2. Et quæ habet etiam in ventre vim latæ sententiæ, vt extunc excommunicatio incurratur, Corn. *cons.* 104. *num.* 2. *lib.* 1. Sayr. *in clau. Reg. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. D Barbos. *dict.* 118. *num.* 7.

33 Et quod plus est, in eadem constitutione Martini V. cauetur, quòd circa retentionem officij, aut prorogationem Capituli Prouincialis, nec etiam Generalis ipse possit, nisi in certo casu, circa loci tantummodò mutationem, dispensare, vt §. 5. ibi: *Neque etiam liceat Priori Generali eiusdem Ordinis quidquam contra præmissa quomodolibet attentare, aut aliàs super eorum aliquo, præterquam super mutatione loci ad huiusmodi Capitulum pro tempore celebrandum, si expedierit, iuxta tamen Diffinitorum, Capitulorum Prouincialium huiusmodi significationem, & determinationem, & non aliàs, dispensare, quibuscunque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dicti Ordinis non obstantibus.*

Quapropter, si Generali solùm datur facultas dispensandi circa mutationem loci, & hoc quidem cum tot circunstantiis, satis liquet non licere, imò expressè eidem Generali esse denegatum quidquam contra præmissa quomodolibet attentare, id est, non posse diem pro Capitulo Prouinciali celebrando præfixam, & statutam, prorogare, per regul. quòd exceptio firmat regulam in contrarium, *de qua suprà num.* 25. Et apertissimè dicitur in eadem Bulla, *d.* §. 3. ibi: *Diebus, & locis in huiusmodi Capitulo Prouinciali immediatè antea celebrato, deputatis*, &c. Et multò minus licebit Prouinciali: argumento sumpto à maioritate rationis, quod in iure est validum, *l. in suis, in fin. D. de liber. & posthum.* Decian. *cons.* 6. *num.* 20. *lib.* 1. *& cons.* 49. *num.* 57. *& cons.* 47. *num.* 117. *lib.* 2. Surd. *cons.* 383. *num.* 14. Cacher. *cons.* 56. *num.* 12. Nec in hoc posset suffragari aliqua prætensa consuetudo (quæ gratis, & sine aliquo fumo ex aduerso allegatur) vt *in eadem constitutione*, ibi: *Quibuscunque statutis, & consuetudinibus non obstantibus.* 34

Et hæc constitutio Martini fuit confirmata à piæ memoriæ Eugenio Papa IV. & vtramque tam Eugenij, quàm Martini constitutionem confirmauit Nicolaus Papa V. felicis recordationis, vt *in Bullar. Ordinis const.* 2. *eiusdem Nicolai.* Quæ cùm sint litteræ Apostolicæ, clarum est, quòd habent paratam executionem, adinstar instrumenti publici guarentigiati, *cap. super litteris, de rescript.* Mohed. *decis.* 9. *de caus. poss. & decis.* 13. *vt lit. pend.* Sarnen. *in tract. Breuium num.* 4. Beroius *cons.* 14. *num.* 1. *lib.* 1. ita vt, appellatione remota, procedendum sit ad earum executionem, Loter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 38. *num.* 5. Garc. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 573. Coccin. bonæ mem. Rotæ Decanus *decis.* 144. *n.* 7. nō solùm quoad executionem pœnarum in eisdem litteris contentarum contra prædictum Patrem M. Liaño, qui post completum triennium, resistentibus sibi tot constitutionibus Apostolicis, adhuc attentat se immiscere in administratione officij, quæ prorsus cessauit; sed etiam quoad aggrauatoriam censurarum, & declaratoriam irregularitatis notoriæ, ex quo se immiscet in diuinis, existens in Papalibus excommunicationibus, ex infrà dicendis *num.* 44. 35

Nec replicari potest, quòd istæ Constitutiones Pontificiæ solùm militant, quando Prouincialis prætendit perpetuari, seu reeligi in officio, non autem quando iusta suadente causa terroris armorum, vt gratis ex aduerso allegatur, protrahit Capitulum in aliam diem, quàm præfixam. Quia vltra quod hîc nulla adfuit iusta causa protrahendi, seu discedendi à Capitulo, vt inferiùs suo commodiori loco dicetur *num.* 113. *& seqq.* quinimo dici potest de Prouinciali absoluto, eiúsque sequacibus quòd illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor, cùm aliàs vani & affectati timoris nulla sit excusatio, *l. vani, D. de reg. iur.* 36

Respondetur vlteriùs, constitutiones clarè, & 37
apertè

apertè loqui de eo,& aduersùs eum, qui vt diutiùs maneat,aut faciliùs se confoueat in officio Prouincialatus,citra reelectionem,aut perpetuationem variis prætextibus, & artificiis (vt euenit in casu nostro, de quo plurimum condolendum est) differt, aut indirectè impedit Capituli Prouincialis celebrationem,vt *in dicta constitut. Martini,§.2.ibi:Non sine mentis displicentia, veridica relatione percepimus, quòd nonnulli Ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini professores,etiam in Theologia Magistri, in officiis Prouincialatus, secundum instituta, & laudabilem consuetudinem eiusdem Ordinis pro tempore constituti spiritu inanis gloriæ, & ambitionis ducti, & sua sorte non contenti,vt in huiusmodi officiis,quibus præsunt,continuè, seu ad eorum vitam remanere, seu iterum confirmari,vel reeligi possint,variis ingeniis,subtilibusque,& exquisitis modis, ac coloribus,etiam contra ipsius Ordinis instituta,& consuetudines huiusmodi perquirunt, insistunt,& procurant;vnde plerumque accidit,quòd eiusdem Capitula Prouincialia secundùm morem,& consuetudinem ipsius Ordinis celebrari prohibentur, seu alias indirectè impediuntur, delinquentium excessus non corriguntur,corruptiones quoque,& alia pacta illicita committuntur, diuisiones etiam, & odia, ac alia scandala plurima oriuntur Ordine in eodem,in non modicam dicti Ordinis confusionem,& offensam,ac perniciosum exemplum plurimorum*,&c.

38 Quæ verba,præsertim illa, *seu aliàs indirectè impediuntur*, cùm sint posita in proœmio constitutionis,benè ostendunt ipsius causam finalem,*l.1.D.ad Maced.l.fin.*vbi Batt. *D.de hæred. inst.*Greg.*decis.531. num.5.*videlicet,ne Capitula Prouincialia indirectè sub talibus artificiis impediantur.

Et *in dicta constitut.2.Nicolai,§.3.* ibi: *Vt in dicto officio Prouincialatus perpetui fierent, siue diutius permanerent,illóque fungerentur, multipliciter facere præsumpserint in animarum suarum periculum,& Fratrum dicti Ordinis detrimentum.*

39 Et quatenus adesset causa dissoluendi, aut prolongandi Capitulum,(quod omnino negatur)attamen ex quo instabat vltimus, & peremptorius terminus Capitulo celebrando, & electioni faciendæ à Constitutione præfixus,& talis dissolutio, & prolongatio à Prouinciali absoluto facta in effectu, tendebat directè in sui reelectionem,aut diuturniorem officij durationem, vtique fieri non potuit nisi concurrentibus Vocalibus eiusdem Capituli,nemine discrepante,vt per text.*in d. Authen. de defensor. ciuit.§.fin.collat.3.* ibi:*Sed vsque ad hoc solum stet tempus,nisi cuncta ciuitas,reluctante nullo,elegerit eum*,&c. tenet Bonon.*d.tract.de elect.dub.103. n.4.* Roman. *singul.96.& singul. 699.num.1.* Bald. *consi. 316. n.1. lib. 3.* Felin. *in cap. cùm omnes, num. 18.& ibi* Dec. *num. 34. de constit.* Borrel. *de edict. lib. 1. cap. 12. num.59.* Cost. *de fact. scient. & ignor. cent.1.inspect. 30. num.9.*

40 Minúsque potest replicari,quòd ad effectum priuationis,de qua in dictis constitutionibus Martini, Eugenij,& Nicolai,requiritur declaratio iudicis super incursu in pœnas earundem constitutionum.

Quia,omisso,quòd instantibus clausulis, *eo ipso, ipso facto,ipso iure*, nulla alia requiritur iudicis sententia,vel declaratio,vt suprà dictum est *n.16.31.& seq.*& in puncto de priuatione tenet Bonon.*vbi supr. dub.93.num.57.& seq.*

41 Respondetur adhuc, quòd aut prædictus P. M. Liaño post completum suum triennium persistit in regimine Prouinciæ,aut ab eo desistit.Si enim desistit, habemus intentum in hoc articulo, & frustrà desuper protendimus disputationem,Si autem persistit(prout de tenaci persistentia satis notoriè constat,nedum ex pluribus litteris patentibus, in quibus se gerit pro Prouinciali, verum etiam,(quod itidem dolendum est) ex plurium conuentuum seditionibus,& schismatibus, aliis istam, aliis illam obedientiam,& partialitatem sequentibus, & hoc quidem casu non indiget declaratione iudicis competentis incursus tam notorius in pœnas & censuras præfatarum constitutionum iuxta inueteratú, & inconcussum Rotæ stylum,de quo Galet. *de obug. Camer. tit.de liquid. num.15* & singulariter notat Rubeis *part.2 singular. Rot.verb. Declaratoriæ litteræ, num.1.* ibi: *Rotæ stylus est,quod quando sumus in facto notorio,ad euitandum circuitum, tunc declaratoria non requiratur*, & *ibi* plures adducit Rotæ decisiones. Etenim ex quo hodie de facto administrat,vsurpando alienam iurisdictionem, satis seipsum declarat cōtumacem,& incursum in prædictas pœnas. Quia cum iudicis partes in nullo alio consistant, quàm in declarando istud factum persistentiæ in officio, & administratione,ad effectum declaratoriæ vtique dum d. P. M. Liaño iudicialiter in hoc Tribunali pro Prouinciali se gerit actu ipso,nulla alia opus est declaratoria, sed imò aggrauatoria esset procedendum,& ab omnibus ob notorietatem casus euitari deberet,per ea,quæ latè tractat Altet.*de censur.lib.1. disput.6.cap.2. per tot.*

Nonò denique, & ex abundanti, quatenus istæ Constitutiones essent dubiæ, pro cessatione officij completo triennio, habemus dispositionem claram & manifestam in concordia facta à tota Prouincia super alternatiua, & duratione Prouincialatus, vsque ad trienniumsolummodo, quæ fuit approbata à Generali,& à Sanctissimo D. nostro Vrbano Papa VIII. confirmata,cum clausula sublata,& decreto irritanti, *sub datum Romæ die 27. Aprilis,anno 1625.* & iterum *sub die 6. Aprilis 1627.* quæ sæpius fuit à tota Prouincia in Prouincialibus Capitulis recepta,& quæ à partibus hodie non controuertitur. 42

Etenim ex quo in eadem Prouincia multis abhinc annis cum maxima eius perturbatione (sunt verba Generalis) insurrexerunt quædam Patrum & Fratrum diuisiones,seu partialitates, altera sub nomine Prouinciæ,altera,quæ vocatur Hispalensis; & sub nomine Extrematuræ altera tandem deuentum fuit ad dictam concordiam,quòd scilicet Conuentus Hispalenses & Extrematuræ, qui sunt quatuor, vel quinque,vnam facerent æqualem partem; reliqui verò Conuentus triginta quatuor, qui sub nomine Prouinciæ intelliguntur, alteram partem facerent in Prouincialatus distributione per singula triennia; *Ita vt* (sunt verba confirmationis Papalis) *post quamcunque ex aliis partialitatibus, immediatè pars Prouinciæ sequatur* &c.Et idem disponitur in secundo Breui confirmatorio, ibi: *Vno scilicet triennio ex parte Prouinciæ, altero autem immediatè sequenti ex parte Hispalensi,& Extrematura.* Vnde, cùm prædictus P.M. Liaño functus fuerit officio suo per totum triennium sub nomine partialitatis Hispalensis, clarum est, quòd omnino expirauit eius authoritas, cùm immediatè debeat sequi pars Prouinciæ in successione Prouincialatus, vt cantant litteræ Apostolicæ confirmationis. 43

Ponderando dictionem, *post*, quæ est separatiua temporis,*l.si cui legeretur, D. de legat. 1.*& significat illius extremitatem immediatam, Vulpel. *de præpos. & aduerb. dict. post. num.2.* 44

Ac etiam dictionem,*immediatè*,quæ de sui natura exigit præcisam continuationem,Bald.*in l.acutissimi, C. de fideicom.* Capr. *cons.18. num.12.* Veral. *decis.21.* 45

decif.21.n.3.p.3.& ex vero,& proprio significatu reiicit omne interuallum, nam id immediatum est, quod est sine medio; & denotat etiam aliquid debere fieri ipso iure, Tiraq. in l. si vnquam, verb. Reuertatur, n.125.C. de reuocand. donat. Rebell. de obligat.
47 iustitiæ, p.1.lib.1.q.6.n.37.& importat, vt nullo alio actu, etiam momentaneo, interposito, debeat actus celebrari, l. si pater captus, & ibi glos. D. de vulg. Auend. de exequen. mand. p.1. cap.16. num.1.

48 Aliàs enim, si post completum triennium liceret partialitati Hispalensi retinere officium in præiudicium notorium alterius partialitatis de Prouincia, vtique talis concordia saperet societatem, & diuisionem leoninã à iure reprobatam, de qua text. in l. si nõ fuerint, §. Aristo, D. pro socio, & in l.4. tit.10. p.5.

49 Et talis retentio esset in præiudicium iuris quæsiti per d. concordiam, eiúsque approbationẽ, & cõfirmationem, cui nec Papa per alias quascũque litteras censeretur derogare, stante regula 18. Cancellariæ sanctissimi D.N. de iure quæsito non tollendo, vt latè per Sarnen. ad d. regul. q.1. per tot.

50 Verùm omnem videtur tollere difficultatẽ clausula, sublata, &c. existens in eadem confirmatione Apostolica, seu verba idem importantia, quæ claudit os parti, ita vt non possit audiri contra litteralem intellectum confirmationis, nisi obtenta ab eodemmet Papa in signatura Gratiæ oris apertione, vt per Gonçal. ad regul. 8. Cancellariæ, gloss. 66. num.10. & innumeros DD. cumulat, & sequitur Rub. d. tom. 2. singul. Rotæ, p.4. claus. 798. n.1. Imò adimit iudici facultatem aliter iudicandi, declarandi, aut interpretandi, quam prout sonat ad corticem litteræ, Burat. decis. 851. n.4. Rot. decis. 77. n.9. p.5. recent. & influit nullitatem ipso iure in gesta in contrarium, Burat. decis. 357. n.8. latè Marches. de commission. p.2. pag.547. & plena manu D. meus Barbos. de clausul. claus. 175. per tot.

52 Stante præsertim decreto irritãti, quod afficit & destruit omnia in contrariũ gesta, & operatur nullitatem ab initio, ita vt nec effectũ, nec iuris fomẽtũ, nec executionẽ habeãt, vt plenè per Gonç. ad reg. 8. glos. 67. per tot. Garc. de benef. p.5. c.1. n.40. Lott. de re benef. lib.2. q.17. n.42. Sarnen. super reg. de trienn. q.49. in princ. Rot. decis. 41. n.9. p.1. recent. & copiosè D. Barbos. vbi sup. claus. 40. n.2.26. & per tot.

Ex quo sequitur, quòd quidquid pars aduersa prætendit contra dictam confirmationem alternatiuæ Prouincialatus, petendo scilicet durationẽ officij, etiã pro vno momẽto post cõpletũ triennium, illud obtinere nõ potest, nec debet audiri, deficiẽte iurisdictione in Tribunali ad cõtraueniendũ prædictæ cõfirmationi, ob resistentiã prædictæ clausulæ, & decreti irritantis, ex dictis sup. n.51. & seq.

53 Nec etiã obstat, quòd aliqui DD. tenuerint, quòd Generalis possit prorogare Capitulum Generale, & Prouincialis Prouinciale ad vnum, vel plures menses, vt per Casarrub. collectorem priuil. ordin. Mendicant, verb. Electio, & ibi Sorbo Capuccin. notat, id procedere, etiamsi in constitutione caueatur, quòd elapso sexennio, seu triennio, respectiuè, pro absoluto ab omnibus Fratribus habeatur, Rodr. qq. reg. to.2. q.53. art.2. vers. Secundò, & alter Rodr. in compend. resolut. 58. n.17. quos refert Bon. d. dub.103. n.2. & 3. Miran. in manual. Prælat. to.2. q.16. art.4. per tot.

54 Quia licèt pro responsione satis esset dicere, quòd aliud est prorogare Capitulum ante conuocationẽ eius, & indictionẽ; aliud verò (post indictũ, conuocatum, & congregatum) illud dissoluere, imminentihora, & momento, imò post momentum, & horam celebrationis: cùm aliàs in primo casu officium non expirauerit, & tempus prorogatum censeatur esse idem cum priori, ad l. nam et si manente, D. de precar. In secundo autem, data iam cessatione officij per lapsum termini, nemo habeat facultatẽ dissoluendi, seu prorogandi, ex dictis supr. n.4. vel saltem quatenus duraret officium vsque in sequẽtẽ diem, prætensa tamẽ dissolutio præsumitur calumniosa, cùm facta dicatur in vltimo termino, & potuerit fieri per plures dies anteà, Rot. decis., 22. lib. 3. p.3. diuer. & coram Greg. XV. decis. 356. n.8. Præsertim, quando, vt in casu nostro, non fuit facta ad certum & limitatum tempus, neque ad præcisum locũ, sed imò facta apparet ad deludendam totam Prouinciam inibi legitimè congregatam, quo casu nõ militant doctrinæ prædictæ, cùm aliàs talis dilatio electionis Prouincialis multa dispendia afferat toti Prouinciæ, vt per Castellin. de election. c.6. n.8. & 9.

Respõdetur adhuc, DD. prædictos loqui de Seraphico Ordine sancti Francisci, in quo non adsunt constitutiones tam præcisæ de die præfixa, vt habet Ordo Eremitarum sancti Augustini, quæ penitus volunt, vt Sabbato ante tertiam Dominicam post Pascha, ad electionẽ noui Prouincialis procedatur, ex dictis supr. n.6.8. & 18. Quinimo Capuccin. vbi suprà addit, quòd talis constitutio, seu determinatio, (sunt verba Sorboli) nõ videtur nunc obseruati, cùm aliter à subsequentibus summis Pontificibus, ac Ordinis statutis reperiatur esse ordinatum, & huiusmodi statuta, tradit Rodr. d. art. 2. circa fin. & Miran. in manual. d. q.16. art.4. concl.1. vbi dicit, quòd trienniũ Prouincialatus potest per mensẽ, seu menses prolõgari, secundùm quod & ipsa Capitula Prouincialia protrahũtur: sed non dicit, quòd huiusmodi protractio pertinet ad Prouincialẽ, cùm iuxta cõstitutiones non pendeat ab eius voluntate, sed ab aduentu Visitatoris Prouinciæ, vt ibidem in fin. 55

Et posset considerari inter vtrasque constitutiones non incongrua diuersitatis ratio, videlicet, quia Seraphicæ disponũt, quòd Prouincialatus duret per totum triennium, nulla habita contẽplatione de die Pentecostes, Ascensionis, seu Paschatis; & propterea intelligendũ est, de triennio solari, vt experiẽtia demonstrat, quod vna Prouincia celebrat suum Capitulum die vltima Octobris, alia, die prima Septembris, & aliæ in aliis diebus, ita vt iuxta celebrationẽ præcedentis Capituli, triennium solare omnino cõpleatur, vt apparet ex Generalibus constitutionibus Toletanis, quarum compẽdium adducit Mirand. in manual. d. q.16. art.3. concl.1. & 2 Et patet euidenter, quia ex quo Capitulum Generale fratrum Minorũ habet diem præfixam in vigilia Pentecostes, Generalis non potest illud differre, vt per Miran. d. tom.2. q.6. art.2. concl.1. ibi: *Non potest differre Capitulum sua propria authoritate vltra tempus constitutum, nempè vltra vigiliam Pẽtecostes cuiuslibet sexennij, quin verò inuiolabiliter fieri debet electio Generalis ministri, siue minister Generalis venerit, aut nõ venerit: & etiamsi plures defuerint vocales.* At Eremiticæ cõstitutiones præcisè volunt, quòd omnia Capitula Prouincialia totius Ordinis celebrẽtur in prædicto Sabbato, habito respectu ad trienniũ lunare iuxta mobilium festorum conuolutionem, habitáque particulari contẽplatione per totũ Ordinẽ ad prædictã Dominicã tertiam. Atque hinc potest esse, quòd Frãciscanus, & alij forsã Ordines de facili dispensant protrahẽdo, seu prorogando Capitulum Prouinciale ad aliquot dies ex magna, & vrgentissima causa, cùm aliàs modicũ, vel nihil intersit ex quo in cõstitutionibus nõ fuit particulariter contẽplata certa, & præfixa dies pro toto vniuerso Ordine; & futuro Prouinciali nullũ præiudiciũ inferatur, quandoquidem suum integrũ triennium solare à die suæ electionis debeat computari. 56

Quod non ita militat in Augustiniano, in quo licèt ex Papæ dispensatione Capitulum Prouinciale fuisset prorogatum ad sex menses, futurus Prouincialis non ideo haberet regimē Prouinciæ nisi pro duobus annis cū dimidio lunaribus, ob prædictam rationem contemplatæ diei pro Capitulo celebrādo; & in hoc maxima esset inæqualitas, & plurimū præiudicium partialitatis, cui integrum triennium lunare non distribuitur in prædicto regimine, iuxta constitutiones Ordinis, & confirmationem alternatiuæ Prouincialatus, de qua latè *supr. à num.* 45.

57 Vltrà quod, vt dicunt præcitati DD. id posset procedere existēte magna, & vrgētissima causa, quæ in casu nostro nō interuenit pro dissolutione Capituli, nec alia vmbra, seu vestigiū causæ considerari potest, nisi quòd partialitas Hispalensis eadem die Capituli agnouit se nō posse eligere in Prouincialē aliquē sibi sequacem, affectum, & mācipatum. Et profectò Vocales iam hora ipsa celebrationis legitimè congregati, debebant electionem perficere, ne aliàs elapsa die præfixa ad eligēdum, electio deuolueretur ad Superiorem, *cap. quanquam, & ibi glos. verb. Deuoluatur, de elect. in 6.* Priuantur enim electo-
58 res potestate eligendi, *cap. ne pro defectu, de elect.* qui text. est Cōciliaris, & per Castellin. *c.4. n. 9. & c.14. n.53. Lauor. d. tit.4. c.18. n.24. & tit.21. n.87.* Ita vt, si post elapsum tēpus datum à iure cōmuni, vel particulari elegissent, electio esset ipso iure nulla, *c. inter vniuersos, de elect.* Lauor. *d. cap.18. n.24. in fin.* Castellin. *vbi proximè d. n.9.* nec desuper aliqua sententia requiritur, vt dicit idem *d. cap.8. sub n.53.*

59 Et videtur omnino cessare difficultas, ex quo Capuccin. quem alij referunt, vbi sup. in finalibus verbis subdubitat de sua opinione, dū ait, *quod tutius iudicaret, vt succedente casu, antequam ad finē triennij deueniretur, Generali nuntiaretur, vt quid faciendum esset, determinaret.* Et Rodrig. *d. art.2. in fin.* non solùm id tutius iudicat, sed etiā præcisè dicit, *quòd si tractatur de prolōgatione Ministri Generalis propter aliquā causam superuenientē, ad Sedē Apostolicā recurrendum est, sicut recursū fuit anno Domini 1599. de tēpore Clemētis Papæ VIII. felicis recordationis.* Et assertiuè cū sequitur alter Rodrig. *d. resolut.58 n. 17.* & expressè, quòd Generalis, seu Prouincialis nō possit prorogare officiū suū, & celebrationē Comitiorū Generaliū, seu Prouincialium, respectiuè, tenet Bonon. *d. dub. 103. n.1.* & Lauor. *d. tit.4. de elect. c.23. n.8.* & expressiùs Mirand. *d. tom.2. q.6. art.2. conclus.1. allegat. sup. n. 4. & 57.* ob hanc scilicet rationem quia expleto termino ei præfixo, cessat authoritas.

60 Demū non obstāt decis. Franc. Marc. 568. *n.2. & 569. per tot. lib.2.* vbi quòd existēte causa seditionis, aut terroris armorū Capitulum potest prorogari.

61 Quia vltra quòd procedunt in prorogatione facta intra terminū iuris, nēpe quādo priùs fuerat facta abbreuiatio, & postea fit prolongatio intra eūdem iuris terminum, vt clarè dicitur *in d. decis.568. n.2. in fin.* ibi: *Prolongauerunt dictam electionem, vsque ad 15. mensis Martij, ita quod cadet circa finē triū mēsium, qui dantur in electionibus Ecclesiarum Cathedralium, & Regularium, cap. ne pro defectu de elect.* & magis expressè *in d. decis.569. n.5.* ibi: *Sed est dubiū quādo terminus electionis est semel abbreuiatus, an poterit prolongari per maiorem partem Capituli, intra tamen terminum iuris triū mensium? Dubium facit, quia semel fuit dies præfixa; attamen videtur, quod possit fieri talis prolongatio intra terminum iuris, quia dilatio data ab homine potest reuocari, l. qualem, & l. diem, D. de recept. arbitr.* Et hanc eandem sententiam, quòd electores possint prolongare terminum electionis, dummodo talis prolongatio fiat intra terminū à iure præfixum, & non aliàs, tenet in pūcto Innocent. *in c. Ecclesia vestra, n.7. de elect.* ibi: *hīc dicitur habere ratum, quando electorum terminus præfixus est ante finem termini à iure præfixi, aliàs non, &c.*

Respondetur vlteriùs, hîc non constare de tali seditione, quæ ex aduerso affectatur; sed imò est mera chimæra, & somniata impostura aduersus viros graues, & Religiosos, vt suo tempore constabit in iudicio plenario, cùm partes ad probandum fuerint admissæ, & ex dictis *sup. n.57.* & ex dicendis *infra n. 111. & seq.* 62

Et in casu nostro habemus cōstitutionē indispēsabilē, tam circa abbreuiationē, quàm circa prolongationē, & dato, & nō concesso, quod posset dispēsari, officiūm tamen expirat in d. Patre M. Liaño, & Prouincia deberet gubernari per eos, quibus aliàs regimen est commissum, tum per alternatiuam, tum etiam per dispositionem *constit.2.* Martini Papæ V. Et hæc quidem quoad primum articulum. 63

ARTICVLVS II.

QVo verò ad secundum, videtur quod prædicto Patri M. Liaño, nec etiam competit manutentio, ex pluribus, & 64

Primò, quia stante positiuo, notorio & palpabili defectu iuris quoad titulum, ex latè dictis *in primo articulo*, insurgit etiam omnimodus defectus possessionis, quæ est de essentia, & substantia manutētionis, & fundamētale illius requisitum, Couarr. *pract. cap.17. n.3.* Paz *de tenut. cap.2. num.19. & cap.9. num. 9. & seqq.* Post. *de manutent. obseruat. 15. num.2.* Rot. *decis.129. num.7. part.2. recent. & decis.5. num.2. & decis.154. n.1. & decis.156. num.2.* post tract. Post. Licèt enim nihil cōmune habeat proprietas cum possessione, *l. naturaliter, §. nihil commune, D. de acquir. possess.* attamen, quando euidenter constat de nō iure, tunc proprietas absorbet in se possessionem, taliter quod omnino maneat resoluta, *cap. cùm dilectus, de caus. possess. & propr.* Gratian. *discept.898. n.19.* Marquez. *de commis. part.2. fol.231. num.3.* Post. *vbi suprà, obseruat.108. n.24.* Rot. *coram Seraph. decis.1484. n.8.*

Non obstat quòd etiam intruso prædoni, & iniusto detētori detur manutentio ad limites possessionis, ex quo in hoc iudicio summarissimo nō agitur de iustitia, vel iniustitia possessionis prout de iure, quod pertinet ad plenariū possessorium, sed de mera rei insistentia, & detentatione facti, prout de facto, quo casu non solet denegari manutentio, vt per Rot. *decis.322. n.3.* post tract. Post. etiā si possessio sit asinina, bestialis, seu asinaria, vt dicūt DD. & latè idem Post. *obseru.42. ex n.74. vsque ad num. 86.* 65

Quia conclusiones istæ procedūt quando positiuè non cōstat de non iure, seu de defectu proprietatis, tūc enim, ex quo aliquis possidet, interim dū discutitur de possessionis iustitia, in dubio est manutenēdus, ne possessor priuetur cōmodo suæ possessionis, *ad l. is qui destinauit, ff. de rei vindicat.* tum quia satis est quod detur possibilitas titulādi possessionē, Seraph. *decis.555. n.8.* Rot. *decis.74. n.17.* post tract. Post. Guiouagn. *cons.8. n. 115. lib.1.* tum etiam quia ex eadē solùmodo possessione præsumitur dominiū, donec constet de intrusione, de prædatione, seu iniusta detētatione, vt latè per eūdē Post. *d. obseruat.42. n.134. & seqq.* tùm denique, quia imò dominiū incidēter deductū probatur ex sola possessione ad effectum manutentionis, Bart. *in l. quidam in suo, num.4. D. de condition. instit.* Cald. *cons.23. de presb.* Rot. *decis.21. num.6.* post tract. Postij. 66

Cæterùm vbi notoriè, positiuè, & euidenter (prout in casu nostro) constat de defectu dominij, seu 67

de

de improbitate, & vitio possessionis, tunc non est danda manutentio, sed imò possessio, talis qualis, est reuocanda l. 1. in prin. D. vti possid. l. improba, C. de acquir. possess. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 790. Cancer. variar. cap. 14. num. 54. & seqq. part. 3. & innumeros DD & decisiones cumulat Post. d. ob-
68 seruat. 42. num. 137. leges enim, & sacri Canones non intendunt tueri vitiosum possessorem, Valas. decis. 9. num. 19. tom. 1. relat. per Post. vbi proximè, num. 150. aliàs si aliquis in possessione etiam iniusta defenderetur, daretur occasio delinquendi, Cancer. d. cap. 14. num. 5. via calumnijs pateficret, temerarij fouerentur litigatores, & notoria foueretur iniustitia, Scac. de senten. & re iudicat. gl. 14. quæst. 19. num. 98. quod iura abhorrent.

69 Præsertim in spiritualibus, quo casu, possessio iniusti detentoris non est manutenibilis, Plot. de in litem iurand. §. 3. num. 29. ne si l. et videtur gladius Ecclesiasticus a non habente facultatem excommunicandi, neque vmbram iurisdictionis.

70 Minus obstat quod ad effectum, vt dicatur constare de notoria iniustitia possessionis, seu de palpabili defectu dominij in possidente, necesse est quod adsit, vel eius confessio, vel sententia, quæ transitum fecerit in iudicatum, Gratian. discept. 899. num. 22. Scaccia vbi sup. num. 13. Rot. decis. 27. num. 11. & decis. 28. num. 1. p. 1. diuers. & coram Cardinali Seraph. decis. 553. num. 8. & decis. 876. num. 2.

71 Quia vltra quòd, stantibus in constitutionibus Apostolicis, & huius Religionis, clausulis, eo ipso, ipso facto, ipso iure, & aliæ, quæ important latam sententiam a Papa super cessatione officij Prouincialatus post completum triennium, vt late sup. n. 16. 21. & 32. nulla alia desuper sententia, aut declaratio requiritur, cùm habeamus rem claram, & manifestam, ex dictis sup. num. 44.

72 Respondetur vlterius, quod probatio defectus dominij non est restricta ad confessionem partis, & rem iudicatam, cùm & alias possit se extendere, ad alios modos probationis, videlicet ad iura, seu statuta clara & publica instrumenta producta, seu ad claras depositiones testium, Bocat. de interdict. vti possid. cap. 2. num. 46. & S. & cap. 5. num. 4. & seq. Post. d. obseruat. 42. num. 15.

73 Et in casu nostro habemus euidentiá facti, & iuris, ex notorietate elapsi triennij, quæ nō controuertitur, & ex clara & perspicua dispositione constitutionum super cessatione officij triennio completo. Vnde cum Pater M. Liaño fundet suam possessionem in titulo præambulo suæ antiquæ electionis ad Prouincialatum, quo functus est, & impossibile sit, quod alium titulum habeat, sequitur, quod ex quo titulus ille fuit resolutus, & inualidus factus, sibi obstat defectus seu inualiditas tituli, quæ ex ipsius tituli, ad triennium tantummodo habiti, lectura apparet, Menoch. de retinend. rem. 3. n. 68. Rot. decis. 698. n. 3. part. 2. recentior. Probatio enim quæ fit libris, seu scripturis, perpetuò nunquá reneuitur, Person. de adipiscend. n. 8. Post. vbi proximè n. 155. & seq.

74 Neque etiam obstat dicere quod hoc esset inuoluere titulum cum possessione, quodque exceptiones requirentes altiorem indaginem non sunt admittendæ in hoc iudicio summarissimo manutentionis, sed imò sunt reijciendæ ad petitorium, ex late congestis per Post. d. obseru. 42. num. 1.

75 Quia exceptio ista non requirit altiorem indaginem, ex superius dictis. Neque enim nouum est, quòd exceptio respiciés meritum, seu dominium, & petitorium, vel possessorium plenarium, seu non ius possessoris, vel dominij alterius, impediat manutentionē, vbi est liquida, clara, & notoria, & nō eget probatione, neque aliquo modo offuscatur, Gionagn. d. cons. 8. n. 14. lib. 1. Seraph. decis. 510. n. 4. Greg. decis. 425. n. 3. & seq. In casu autem nostro nulla alia probatione istius exceptionis opus est, cum regulariter sit in cōfesso apud partes, tam lapsus triennij de facto, quàm cessatio officij iuxta constitutiones, de iure. Quinimo ad hoc vt exceptio dicatur nō requirere altiorem indaginem, sufficit quòd partes sint concordes in facto, licet supersint disputationes in iure, Franc. in c. ad decimas, de restit. spoliat. Seraph. decis. 183. num. 6.

Nec tandem replicari potest quod exceptio ista 76 offuscatur, & turbida redditur, ex quo existéte causa terroris armorū bene potuit d. Pater M. Liaño prolongare Capitulū, ex qua prolōgatione in cōsequétiā resultat officij duratio, & cōtinuatio possessionis.

Quia dato millies, quòd talis causa sufficeret ad prorogationé Capituli, attamé cum adhuc non sit probata, nihil relenat illius allegatio, donec plenè in cōtradictorio iudicio probetur seruatis seruadis. Et propterea intrat de plano pro decisione articuli pulchra, & aurea conclusio, quòd vbi exceptio est clara, non efficitur altioris indaginis, nec est reijciéda, si illud quod est discutiédum, prouenit ex replicatione aduersarij, Afflict. decis. 3. Put. decis. 243. lib. 3. Post. d. obseruat. 32. n. 133. Rota decis. 57. num. 4. & 6 p. 2. diuers. & decis. 126. n. 12. & decis. 159. n. 9. part. 1. recent. & decis. 157. num. 10. impres. post tract. Pacifici de Saluian. interd.

Et ratio est, quia petens manutentioné est actor 77 originarius, & voluntarius, Gregor. decis. 64. n. 5. Et postquá prædictus Pater Termiñon, qui in hoc articulo est reus, suam probauit exceptioné fundando eá in lapsu triénij, & dispositione cōstitutionum, si d. Pater M. Liaño replicat constitutiones nō habuisse locū, ex quo adfuit iusta causa metus, & terroris armorū ad protrahendū Capitulū, debuit clare, & nitidè probasse suam replicationé; alias exceptio non desinit esse clara & liquida vt verbis vtar Rotæ decis. 597. n. 3. p. 2. recent. Franc. in c. 1. n. 18. de litis contest. Put. decis. 233. & decis. 133. lib. 3. Et sic altior indago in casu isto nō cadit super exceptione, sed super replicatione, vt optime considerat Rot. d. decis. 57. n. 6. part. 2. diuer. Replicatio enim sapit naturam 78 actionis, & secūdum eā regulatur, Alex. in l. 1. n. 25. & ibi Curt. iun. n. 14. C. de edend. Paris. cons. 95. n. 36. lib. 1. & dicitur illius coadiuuatio. Bald. in l. 1. §. editiones, n. 17. D. de edend. Greg. decis. 535. n. 17. & 18. & propterea si replicatio nō fuerit probata, perinde est ac si actor in sua actione succubuisset, ad l. qui accusare, C. de edend.

Quòd autē nō sit probata, patet euidéter, quia in 79 actis nō adsunt nisi quædá emendicatæ depositiones testiū per modū summariæ informationis ante litē contestatā receptæ, quæ nullá fide faciūt, c. quoniá frequenter, in princip. & ibi Host. n. 1. 2. & 15. Ioan. Andr. n. 2. Boic. n. 1. Bellam. n. 1. Bald. n. 1. Butr. num. 2. & 4. Imol. n. 1. vt lit. nō contest. late Farin. de testib. q. 76. ex n. 2. Sed imò sunt nullæ ipso iure, Ioan. Andr. in c. significauit, num. 3. & ibi Butr. num. 6. de testib. adeò, vt nec etiá possint partiū cōsensu validari, Farinac. vbi sup. num. 6. Vltra quod testes sunt Vocales Capituli ex alia partialitate, qui tanquá partes formales propriū interesse defendūt, & propterea multò minus est illis credendū, ad decis. Greg. 4. n. 1. 8. & 14. Et tā in eorū dictis, quàm in personis patiuntur plurimas exceptiones, quæ tempore suo erunt opponendæ, vt latius dicetur infra n. 111. & seq. Interim tamen donec huiusmodi depositiones in cōtradictorio iudicio cū partis citatione nō fuerint canonizatæ,

nonizatæ, nulla de illis est habenda ratio. Ex quo sequitur, quòd versamur in terminis exceptionis defectus dominij in continenti probatæ, quæ impedit manutentionem, *ex sup. dictis, num.* 64. *&* 67.

80 Tertiò, eò minùs competit manutentio, quia possessio officij data vsque ad certam diem, tam à dante, quàm à recipiente præfixam, est possessio precaria, obtenta à constitutionibus, & à Prouincia: & propterea, elapsa die, talis possessio non est manutenibilis aduersùs concedentem, *l.* 1. *in princip. & in fin. D. vti possid.* Rom. *cons.* 341. *n.* 6. *lib.* 1. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *num.* 19. Rot. *post tract.* Postij *decis.* 214. *num.* 6.

81 Et ratio est, quia his non adest vera, nec impropria possessio, nec etiam detentatio, cum aliàs ita possidens, etiam ante lapsum diei, non sibi possideat, sed domino concedenti, id est, Prouinciæ, *l. quòd meo, in princip. D. de acquir. possess.* Surd. *cons.* 481. *num.* 10. *lib.* 4. Seraphin. *decis.* 81. *n.* 5. Rot. *post tract.* Postij *decis.* 106. *num.* 4. *& decis.* 667. *num.* 1. *&* 6. *p.* 2. *recent.* aduersùs quam non potest petere manutentionem nec illam impedire, quominùs suas functiones Prouinciales capitulariter exerceat, vt benè in proposito de administratore, vel exercente officium, aut habente aliquid in gubernium, seu recipiente ab aliquo cum onere restituendi, Post. *obseru.* 52. *num.* 25. *& seqq.* vbi quòd hoc esset interuertere aliorum dominium, & possessionem, quod facere non possunt, dum se pro illis sic possidere, & ab illis rem habere non impugnant, & Rot. *d. decis.* 677. *num.* 2. *p.* 2. *recent. & coram Cardinal. Cauuler. decis.* 171. *ex num.* 1. Possessio enim est penes Prouinciam, & Prælaturam; non simpliciter penes Prælatum, DD. *in l.* 1. *in fin. D. de acquir. possess.* & de communi & veriori opinione, Alex. *cons.* 81. *num.* 17. *vol.* 3. Paris. *cons.* 24. *num.* 5. *vol.* 1. Rot. post Post. *decis.* 427. *num.* 8. *& decis.* 330. *num.* 25.

82 Quartò, quia concordia, & confirmatio Apostolica super eo, quòd finito triennio in Prouincialatu per partialitatem Hispalensem, immediatè sequatur pars Prouinciæ, de qua latè sup. ex *num.* 45. *vsque ad num.* 53. habet decretum irritans, quod non solùm inficit titulum, verùm etiam possessionem, Cassador. *decis.* 11. *num.* 5. *super reg. & decis.* 1. *per tot. de restit. spoliat.* Put. *decis.* 183. *num.* 2. *lib.* 2. latè Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 21. *n.* 8. *& glos.* 67. *n.* 29. *& per tot.* Loter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 76. *& q.* 27. *n.* 42. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 1. *n.* 42. *& seqq.* Castell. *de elect. c.* 7. Scacc. *n.* 17.

83 *& seqq.* Et possessio infecta non est manutenibilis, latè Post. *obseruat.* 46. *per tot.* Rot. *decis.* 177. *n.* 3. *p.* 4. *diuers.* nullumque producit effectum, Rot. *decis.* 304. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* imò est nullius momenti & habetur pro non possessione, vel pro possessione vacua. & non impedit manutentionem posterioris possessionis etiam instrumentalis. Coccin. *decis.* 51. *n.* 4. Rot. *d. decis.* 177. *per tot.* & plurimos cumulat idem Post. *vbi sup. ex n.* 4. *&* 7. vbi quòd decretum hoc inficit possessionem ciuilem, naturalem, & detentationem, & omnem iuris effectum tollit, & habens illud contra se, non potest vti aliquo remedio possessorio, nec summarissimo manutentionis, & adducit *decis.* 217. *n.* 57. *& decis.* 286. *n.* 3. *post suum tract.*

84 Præsertim, quando (vt in casu nostro) decretum non est generale, sed imò cadit super certo, & indiuiduali corpore beneficij, seu officij Prouincialatus Prouinciæ Bethicæ Ordinis Eremitarum sancti Augustini, Cassador. *d. decis.* 1. *n.* 3. *de rest. spol.* Germon. *de indult. Card. §. volentes, n.* 30. *& seq.* Gonz. *d. glos.* 67. *n.* 31. *&* 32. *& seq.* Et de hoc motiuo pro exclusione manutentionis nullus vnquam Doctor dubitauit.

Quintò, quia præfato P. M. Liaño obstat exceptio excommunicationis, ex *dictis sup. n.* 35. *&* 44. quæ opponi potest, vbi de sola possessionis manutentione agitur, vt in puncto fuit sæpius resolutum in *Rota*, & signanter *in decis.* 614. *n.* 2. *p.* 2. *recent. & decis.* 275. *n.* 3. *post* 2. *tom. cons.* Farin. & coram sanctæ memoriæ Gregorio XV *decis.* 64. *n.* 1. *& ibi Adden. n.* 14. vbi alias decis. adducit. Atque ex his patet prædicto P. M. Liaño non competere manutentionem. 85

ARTICVLVS III.

QVoad tertium autem videtur, quòd dict. P. Terminõn est manutenendus in quasi possessione iuris exercendi ministerium sui Prouincialatus. Cõstat enim ex actis de possessione pacifica, & capitulariter capta, ac etiam de tempore motæ litis, quæ sufficit ad manutentionem, *cap. cum Ecclesia*, & *ibi* Abb. *num.* 23. Rip *num.* 81. *de caus. possess. & propriet.* 6. *retinendæ, Inst. de interdict.* Rot. *decis.* 559. *num.* 11. *p.* 2. *recent.* & innumeras cumulat Post. *eod. tract. de manutent. obseruat.* 17. *num.* 1. *&* 5. 86

Stantibus præsertim plurimis actibus possessoriis, obedientiæ receptæ à toto Capitulo Prouinciali, assistentiæ in Diffinitorio, electionis actiuæ ad omnes Prioratus, & officia totius Prouinciæ, admissionis professionum nouitiorum; item obedientiæ præstitæ à pluSquam 30 ex 45. Conuentibus, & Monasteriis fratrum, & monialium ac concessionis licentiarum per totam Prouinciam; per quos, & alios actus sic repertos & geminatos, multo magis dicitur constare de possessione ad effectum manutentionis, Cæsar de Gral. *decis.* 10. *num.* [illegible] *de iur. possess. & propr.* Rot. *decis.* 214. *num.* 2. post tract. Post. 87

Et eo faciliùs debet concedi manutentio, quia non versamur in terminis simplicis, & nudæ possessionis, detentationis, seu intrusionis, quæ alias sufficeret, vt per Burat. *decis.* 194. *num.* 9. plenè Post. *obseruat.* 42. *per tot.* cum in hoc iudicio summarissimo non sit examinanda iustitia, vel iniustitia possessionis, Burat. *decis.* 194. & *ibi* Adden. *lit. B. & decis.* 204. *n.* 8. imò sufficiat possessio asinaria, & bestialis, ex dictis *sup. n.* 65. Post. *d. obseruat.* 42. *num.* 36. Sed in terminis possessionis titulatæ, quo casu propter fomentum tituli dubitari non potest, quin ista possessio sit manutenibilis, *cap. licet caus. in* vbi Felin. *n.* 9. *de probat.* Veral. *decis.* 336. *p.* 2. *& ex trad.* per Gratian. *discept.* 402. *n.* 1. *&* 2. Greg. *decis.* 325. & *ibi* Adden. *num.* 6. *& decis.* 412. *num.* 2. *&* 5. 88 89

Nec obstat dicere, quòd actus isti possessorij dederunt causam liti, & consequenter non probant possessionem, Rot. *decis.* 4. *n.* 2. & *ibi* Adden. coram Greg. nec tribuunt ius considerabile Rot. *decis.* 30. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Nec videntur attendendi ad effectum concedendi manutentionem, Greg. *d. decis.* 569. *n.* 4. & plures refert, & sequitur Post. *obseruat.* 17. *n.* 44. *& seqq.* 90

Quia conclusiones istæ procedunt, quando possessio prætenditur ex vnico actu contradicto, veluti ex vnica præsentatione dante causam liti, quæ non constituit in quasi possessione iuris præsentandi, Greg. *decis.* 417. *n.* 4. aut ex vnica collatione pariter contradicta, quæ non constituit in quasi possessione iuris conferendi. Rot. *post tract.* Viuian. *de iure patron. decis.* 86. *num.* 36. 91

Secùs autem, quando post ius quæsitum, seu acquisitam possessionem ex vnico actu positiuo, & pacifico, subsequitur contradictio partis, quia tunc non potest impediri mandatum de manutenendo, Post. *d. obseruat.* 17. *n.* 54. Seraph. *decis.* 1437. *in fin.* vbi 92

quòd

quòd si superuenerit contradictio, non videtur facta in tempore, Rot. post tract. Post. decis. 201. n. 7. vbi, quòd contradictio debet esse in ipso primo actu; quódque si facta fuerit post actum perfectum, & consummatum, non impedit, quominus censeatur per dictum actum, pacificè gestum, acquisita possessio, ad l. si ita sit, & ibi Bald. & Imol. D. de legat. 1. Rip. in l. 1. n. 88. D. solut. matrim.

93 Aliter enim, nec etiam post mille actus pacificos, & perfectos posset dari manutentio, ex quo semper isti actus, quantumuis pacifici, solent dare occasionem litis, quod tamen esset erroneum in iure, quandoquidem ex vnico actu pacifico acquiritur vera quasi possessio manutenibilis, Gratian. discept. 310. n. 76. Menoch. consi. 612. n. 16. Quinimò sufficit momentanea, & pro vno instantia acquisita, latè Post. obseruat. 18. n. 1.

94 In casu autem nostro adsunt plurimi actus possessorij pacifici, per quos fuit abundè acquisita quasi possessio iuris exercendi Prouincialatum. Vnde ex superuenienti contradictione, lite, seu recursu ad Tribunal non potest impediri manutentio, ex dictis. Præsertim quia & hæc possessio est satis iustificata, ex quo fuit capta auctore Prætore, idest auctrice Prouincia repræsentata per Vocales in Capitulo legitimè congregatos. Iustè enim possidet, qui auctore Prætore possidet, l. iuste, D. de acquir. possess. Greg. decis. 582. n. 2. cùm & aliàs possessio capta sine iudicis mandato sit manutenenda, vt per eund. Greg. decis. 107. n. 1. Et ratio est, quia sufficit nudum factum, etiam absque scientia, & patientia aduersarij, vt per Beltram. ad decis. Greg. 249. n. 10. Imò etiam actus gesti post motam litem sunt manutenibiles, quia facti fuerunt in continuationem possessionis præcedentis, Post. obseruat. 48. n. 35. Mantic. decis. 322. n. 13. Et regulare est, quòd qui continuat, non attentat, ad decis. Greg. 557. numer. 1. Lancel. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 1. num. 82.

95 Minùs obstat dicere, quòd possessio ista fuit attentata, & consequenter non est manutenenda, Lancel. de attent. p. 2. cap. 4. num. 49. Seraphin. decis. 287. n. 1. Caualer. decis. 359. n. 7. Coccin. decis. 492. n. 3. Rot. decis. 627. n. 1. p. 4. diuers. sed imò est omninò reuocanda, in primis, & ante omnia, cap. non solùm, de appellat. in 6. Crescent. decis. 19. alias 216. n. 2. de sent. & re iudicat. Boccat. de interdict. vti poss. cap. 3. n. 21. an potiùs sequestranda iuxta Rotæ stylum, vt per Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 13. num. 38. Rot. decis. 503. & decis. 514. part. 1. recent. & copiosè Post. obseru. 75. a num. 34.

96 Quia aut prætensa attentata figurantur ob apprehensam possessionem post litem motam, vel emanatam, seu intimatam inhibitionem Tribunalis; & quidem certum est in facto, quòd inhibitio, & litis pendentia emanarunt longè post possessionem, & sic eam non afficiunt, ad text. in cap. 1. & tot. tit. vt lit pend. & not. in decis. 119. num. 1. part. 3. recent.

97 Aut verò prætenditur fuisse causata ex prætensa appellatione interposita per Patrem Fr. Ioãnem de Bolaños Priorem Conuentus Granatensis, qui post intimatum sibi decretum Præsidentis, vt sibi obedientiam præstaret, dicitur pro responsione ad intimationem appellasse, super quo exhibetur hodie quædam fides cuiusdam asserti notarij; & hoc etiam casu attentata non causantur. Tum, quia talis appellatio non fuit in scriptis, Franc. in cap. cùm in Ecclesia, num. 12. de appellat. Guid. Pap. de appellation. tom. 5. conclus. 8. num. 6. Ruginell. eod. tract. in præfat. num. 38. Scaccia eod. etiam tract. q. 4. à num. 1. Lancel. de attent. part. 2. cap. 12. num. 6. in præfat. & in puncto de electione Castellin. de elect. cap. 16. num. 13. vbi, quòd exprimi debent omnia, & singula, quæ appellans intendit obiicere. Tum etiã quia non fuit interposita coram eodem præsidente, Iudice à quo, Lancel. vbi proxime, ampliat. 15. num. 1. Vest. in praxi, lib. 7. cap. 3. num. 27. & ibi Grauat. num. 57. latè Scaccia vbi sup. q. 6. ex num. 1. Tum denique, quia Notarius actuarius facit fidem, quod prædictus P. Bolaños solum dixit, quod audiebat intimationem, & desuper requisitus in hac Curia facit etiam fidem expressè, & positiuè per verba negatiua, quod nulla fuit interposita appellatio, & propterea magis sibi credendum est tanquam actuario, in concursu cum alio contrariam fidem facienti, vt per Cyn. in l. si quis Decurio, C. de fals. tenet Rot. vt singulariter obseruat Rub. in singul. p. 3. verb. Cynus, num. 2. Vltra quod 98
fides non actuarij, non facit fidem, Greg. decis. 214. num. 2. & decis. 260. numer. 5. & decis. 298. num. 10.

Aut etiam ex alia afferta appellatione, quæ cantat interposita ab eodem in ciuitate Hispalensi coram vno ex synodalibus, ob non tutum accessum ad Præsidentem, & multo minus est habenda in consideratione, nedum quia fuit posterior possessione Capitulari per 13. dies, & sic post elapsum tempus à iure concessum ad appellandum, vt in terminis de electione, Mandagot. de elect. p. 3. cap. 60. & ibi Boet. eod. cap. Castellin. d. c. 16. num. 5. & potuit interponi in eadem ciuitate Granatæ infra decem, coram vno ex innumeris iudicibus Ecclesiasticis synodalibus, ordinariis, Inquisitoribus, Scholasticis, Canonicis, & Dignitatibus in eadem ciuitate residentibus, apud quos tutus patebat accessus; verum etiam, quia idem Pater Bolaños eadem ipsa nocte post intimationem fuit in nonnullis congressibus coram Præsidente Capituli, & duobus Auditoribus Regiæ illius Cancellariæ, D. scilicet, Augustino del Hierro, & D. Illefonso de Bolaños, qui de ordine domini Præsidis Valençuela ab vtraque partialitate aditi pro negotio amicabiliter componendo, illuc aduenerant. Ex quo sequitur, quod tutus aderat accessus, cum præsentia Magistratus omnem metum excludat, l. fin. in princ. D. quod met. caus. Bellon cons. 18. n. 14. Greg. decis. 326. n. 34. pro ut & alterius cuiuscunque iudicis, Bart. in l. 2. n. 4. C. de præd. decur. lib. 10. Paris. cons. 10. num. 35. lib. 1. Greg. decis. 188. num. 9. 99

Vltra quod huiusmodi prætensæ appellationes 100
à decreto Præsidentis electionis sunt extraiudiciales, c. concertationi, iuncta gloss. ibi, verb. grauatum, de appellat. in 6. quæ non solent causare attentata ante omnia purgabilia, dict. cap. non solùm, §. illa verò, eod. tit. & lib. sed (ad omne peius) eorum reuocatio pendet ex futuro euentu, & ex iustitia appellationis, cap. cùm inter, & cap. considerauimus, de elect. in 6. Vnde cùm appellatio adhuc non sit ex actis iustificata, imò nec adsit vmbra iustificationis, intrant de plano sequentes conclusiones, quod vbi attentata pendent à negotio principali, prius discutiendum est de eodem negotio principali, quam deueniatur ad purgationem attentatorum, Lancellot. de attentat. part. 3. cap. 24. quæst. 19. per tot. Rota decis. 574. libr. 5. p. 3. diuers. Gregor. decis. 283. num. 8. in fin. vbi, quòd expectandus est finis articuli principalis, vt in Cæsaraugustana dismembrationis coram Sacrato, apud Marches. de commission. tom. 3. fol. 178. Et quòd attentatiua turbida non meren-

tur priuilegium attentatorum, vt ante omnia reuocentur, Rota *decis.160.num. 7. post tract.* Postij. Quòdque dum discutitur de iustitia, vel iniustitia appellationis (quod in effectu est cognoscere de negotio principali, Greg. *dict. decis.* 283. *num.* 8.) interim possessor est manutenendus, ex *dictis sup. n.* 50.& 8 . ex latè cumulatis per Post. *dict. observat.*
101 42.*per tot.* In manutentione enim non agitur de titulo, vel de possessione, neque aliquid prætenditur canonizari, Merend. *controuer. iur. lib.3. cap.19. num.* 5. Cæsar de Gr. *decis.22. alias 2. num. 5. de restitut. spol.* Loter. *de re benefic. lib.2. quæst.45 .num.* 40. & benè Post. *obseruat.106. ex num.36.* sed solùm agitur de compescendis turbationibus, & molestijs auferendis, interim dum de eadem possessione, vel de titulo disputatur, Laderch. *cons.95.num.4.* Couarr. *pract. cap.17 sub num.1. Seraphin. decis.* 299. *n.* 2. Loter. *vbi suprà*, & hoc quidem ad effectum ordinandi iudicium, vt sciatur vter ex contendentibus loco rei, seu actoris debeat insistere, Bart. *decis.71. num.28.* Post. *dict. obseruat.* 106. *numer.* 52.
102 *& seqq.* Et propterea dicunt Doctores, quòd quando manutentio affert aliquod grauamen, illud est leue, modicum, ac momentaneum, Gratian. *discept. 74. num.19.* Boccat. *de interd. vti possid. cap.* 14. *n.* 24. Seraph. *decis.* 192. *in princip.* & alios allegat Post. *vbi proximè num.55.* etiam quòd agatur de possessione magnæ rei, vt per Plot. *de in lit. iurand.* §. 3. *n.36.& 43.*
103 Et quod magis est, vtcunque, & qualitercunque se habeant istæ appellationes, illæ tamen fuerunt nullæ, & non erant admittendæ, ex quo asseritur fuisse interpositas simpliciter, & absolutè, a futuro grauamine, si procederetur per Præsidentem Capituli ad vlteriora, cum nec sufficeret appellare, ne fieret electio, nisi expressè appellatio interponatur, ne fiat electio, nisi canonica, *cap. cum nobis, de elect.* & notat glos. *in cap. considerauimus, verb. post appellationem, eod. tit.* Et bene in puncto Peirin. *de subdit. tom.1. q.1. cap.31. §.* [illegible] *n. in fin.* Castellin. *de elect.* d. *cap.16. in princip.* Lauor. *dict. tit.4. de elect. cap.* 19. *num.120.* vbi allegat. gl. & Panormit.
104 Aut denique attentata prætenditur fuisse causata ex dissolutione Capituli, intimata aliquibus vocalibus eadem ipsa Capituli die, quasi quod huiusmodi dissolutio, & intimatio habeat vim inhibitionis. Et obiectum videtur omnino cessare ex pluribus; & primò, quia dissolutio fieri non potuit per Prouincialem resistentibus tot constitutionibus, ex la [illegible] dictis *in primo articulo.* Secundò, quia talis dissolutio, & prorogatio, quatenus esset legitima, debuit intimari omnibus Vocalibus, quorum intererat, vt per Bald. *in l. eos, §. Apostolos, de appellat.* tenet in puncto Francisc. Marc. *decis.*1218. *num.4. lib.1.* qui loquitur quando intra terminum statutum ad eligendum fuit facta abbreuiatio, & postea prorogatio pariter intra eundem terminum, iuxta *superius dicta, num.61.* Et in casu nostro solum fuit intimata quinque Vocalibus ex 38. qui in Capitulo interuenerunt, & propterea cæteros non debuit afficere. Tertio, quia asserta dissolutio dicitur facta iustis de causis, donec & quousque de illis certioraretur hoc Tribunal. Vnde donec constet de iustificatione causarum formiter, & seruatis seruandis, talis dissolutio non potest habere vim inhibitionis, & sic non constat de attentatis, vel (ad omne peius) attentata redduntur valde turbida; & interim non potest denegari manutentio, ex *d. sup. num.66. & 97.* Enim verò, hæc prætensio directò tendit ad annullandam electionem, quod sapit petitorium. Et propterea dum de eius viribus, & prætensis attentatis, & nullitate discutitur, electio videtur saltem habere [illegible] validitatis, interim tamen prædictus P. Terniñon debet manuteneri, & a tota Prouincia obediri, vt benè in proposito resoluit Rot. [illegible] *tom.2. quæ.* [illegible] *regul. 9.51. art.12. vers. Ad* [illegible]

Nec etiam obstat, quod dictus P. M. Terniñon non est in possessi ne gubernandi totam Prouinciam, cum nonnulli conuentus ab eius obedientia se subtraxerint, & propterea sibi in omnimoda gubernatione non competit manutentio, quæ solùm conceditur ad strictos limites possessionis, Gregor. *decision* 569. *num.1 & 3.* & *ib.* Adden. *num.6.* 105

Quia cùm magis sit attendenda vniuersalis causa actus, quàm exercitium ipsius actus, Marescot. *lib.1. variarum capit.* 11. *num.* 32. hinc est, quod etiam per vnicum actum singularem si tamen causa (vt in casu nostro) est vniuersalis, acquiritur vniuersalis possessio manutenibilis, vt dicit idem Marescot. *num.35.* Post. *obseruat.* 73. *num* 87. Probata enim possessione, quoad vnam rem, id sufficit pro manutentione, quoad alias res, sub eodem iure comprehensas, ad not. per Roman. *in l.2. §. si quod, num.1. D. de itiner. actuque priuat.* Rota *decis.* 222. *num. 6. & sequen. part.1. diuers. & decision.* 17. *num. 4. part. 2. in eisd. & decision.* 287. *num.2.* post tract. Postij. 106 107

ARTICVLVS IV. & vlt.

DEmum quoad quartum, videtur etiam quod quasi possessio iuris exercendi Prouincialatum, in qua existit dictus P. M. Terniñon, est titulata vero, reali, & legitimo titulo electionis canonicæ. Licet enim in hoc manutentionis iudicio titulus non requiratur; nec etiam ad colorandam possessionem fumus tituli desideretur, sed imò sufficiat asinaria possessio, ex *dictis supra num.65.* attamen agnoscendo bonam fidem, & ex abundanti, titulum ipsum, nedum coloratum, aut putatiuum, sed & verum perinde ac si ad illius canonizatoriam ageretur, patefacere intendimus. 108

Duo igitur sunt, quæ canonizant electionem, substantia consensus, & substantia formæ, a quibus recedere non possumus, Baldus *in cap. quia propter, n.2 & seq. de elect.* Boer. *decis.1. num.70.* & sunt verba Rotæ *in Meten. Monasterij 5. Iulij* 162 . *coram bonæ mem. Coccino Decano impress. apud* [illegible] *de iure Abbat. tom. 1. disp. 5. quæst.* 25. *vers. Duo enim sunt.* 109

Et quoad consensum, apparet ex actis, quod ex 38. Vocalibus, qui in Capitulo interfuerunt, 36. dederunt sua suffragia prædicto P.M. Terniñon. Vnde cùm habuerit maiorem, & saniorem partem Capituli, taliter, quod per mutuum consensum eligentium, & electi, quasi coniugale vinculum spiritualiter sit contractum, vt dicit text. *in c.* [illegible] *de elect.* dubitari non potest de substantia consensus, *tot. tit. de elect. in Decretal. & in 6.* 110

Quoad formam autē, patet etiam ex actis quod in præcedenti Capitulo Hispali celebrato de anno 1638. fuit iuxta constitutiones Ordinis, destinatus locus, & dies pro subsequenti Capitulo celebrando, videlicet Conuentus Granatensis, & dies 9. Aprilis 1641. Constat etiam ex pluribus litteris conuocatorijs dicti P.M. Liaño tunc Prouincialis, quòd fuit conuocata tota Prouincia, & in dictum Capitulum ad dictam diem & locum. Apparet item facultas Præsidentis ex litteris deputationis Reuerendissimi 111

rendissimi Patris Generalis, quæ fuerunt à S.D.N. Vrbano Papa VIII. confirmatæ, prout in Breui cõfirmationis desuper expedito. Adest etiam recognitio Prouinciæ eadem die legitimè congregatæ, & obedientiæ præstatio erga Patrem Præsidentem. Et tandem concurrunt in hac electione omnes solemnitates, quæ in viduatis Ecclesiis requiruntur, tam de iure communi, vt *in dict. cap. quia propter*, & *ibi* communiter DD. *de elect.* de quibus latè P. Suarez venerandæ memoriæ *tom. 4. de religion. lib 2. cap. 5. per totum.* D. meus Barbosa *in collect. ad d. cap. quia propter, num. 1. & seq.* Tamburin. *vbi sup. disp. 5. q. 6. per tot.* quàm ex dispositione constitutionum huius Ordinis, vt *d. part. 3. de gubernat.* sæpiùs allegat. *cap. 7. cum suis §§.* Et propterea nec etiam potest dubitari de substantia formæ, & consequenter, quòd electio ista sit canonizabilis, & possessio multò magis manutenibilis.

112 Nec aduersùs prædictum consensum potest opponi, quòd ex quo Vocales erant 82. non potuerunt 38. facere maiorem partem Capituli, cùm aliàs maior pars in electionibus Canonicis intelligi debeat, non respectu minorum, sed respectu totius corporis Capituli, vt per gloss. *in cap. cum omnes, verb. constitutum, de constitut.* & *ibi* Fel. Abb. *in cap. Ecclesia vestra, el 1. num. 1. eod. tit.* Rot. *coram Burat. decis. 809. & ibi latè Adden.*

113 Quia ex actis constat, quòd omnes illi, qui in Capitulo non interfuerunt, voluntariè se absentarunt instante vltimo, & peremptorio termino electionis, & propterea non erant amplius expectandi, vt est text. *in cap. cum nobis, de elect.* vbi gloss. *verb. reuocare*, & *ibi* Abb. *num. 10.* & textus *in d. cap. quia propter*, ibi, *Præsentibus omnibus, qui debent & volunt*, &c. *de elect.* & *ibi* gloss. *verb. volunt*, vt benè considerat Lezana *in suis quæst. regular. cap. 15. n. 8.* & pluribus comprobat Castellin. *de elect. c. 5. num. 11.* ibi: *Tempore statuto à iure communi, seu à constitutionibus, si legitimè electores vocati ad electionem renuant venire, eo casu maior pars Vocalium illa censetur, quæ est præsens in loco, siue conuentu, in quo facienda est electio, cap. bona mem. de postul. Prælat. Panormit. ibidem n. 9. & cap. licet, de elect. & ibi Panormit. n. 14. Ideò qui iam congregati in Capitulo ad effectum electionis ibidē remanent, etiam quòd sit minor pars, aliis voluntariè recedentibus, possunt de iure celebrare electionem, quæ, aliis seruatis, erit canonica. Ratio huius præsertim ea est, quia qui exierunt computantur inter illos, qui renunciarunt, vt colligitur ex cap. cum nobis, de elect. & gloss. ibidem, verb. reuocare, & Panormit. n. 10. gloss. in Clem. quod circa, verb. quæ in facto, eod. tit. dummodò tamen instet vltimus terminus electionis; si verò non instet, debet minor pars expectare maiorem*, & pulchrè iuxta eius solitum *R. P. D. meus Alexander Raphaelius, Nunciaturæ Apostolicæ generalis Auditor in suo eleganti voto Generalatus Ordinis sancti Hieronymi, n. 86.* vbi plures allegat.

114 Aliàs enim esset in manu eorum, qui prævident non esse eligendum Prælatum sibi affectum, & partialem, Capitulum differre, in præiudicium totius Prouinciæ, cuius interest, electionem quam citius expediri, ne sit diu suo orbata Pastore, *cap. oblatæ, §. superior, de appellat.* vt benè considerat idem Castellin. *cap. 8. num. 5.* ibi: *Quapropter si non comparuerint, imputabitur illis, & non aliis, cum isti videantur esse in dolo, ex quo dolo non debent commodum reportare, vt dicitur in cap. Sedes, de rescript. & hoc idē tradit Bart. de firm. in tract. de Episcop. part. 3. lib. 1. quæst. 8. & Innocent. relatus à Boerio in annotat. ad cap. 5. Mandag. de elect. part. 1. sub liter. P. & malitia ipsorum eis prodesse non debet; nam sæpè Vocales, de quibus supra, scientes instare tempus electionis, ad impediendam electionē celebrandam, voluntariè, & non sine aliqua malitia se absentant, & renuunt notificare locum, ad quem declinant*, &c. Et inferiùs, ibi: *Regula iuris est, quod certus non debet certiorari, cum recedens certo sciat instare electionem, & terminum præfixum à iure particulari, vel communi, & nullam præmittat instantiam, signum euidens est, quod non vult interesse, cui fauet Panormit. in cap. cum inter, num. 10. de elect.* Et idem repetit *num. 6. & 11.* vbi reddit rationem, quod paria sunt in iure non venire ad electionem, & non perseuerare vsque ad finem, *& num. 12.* ibi: *Quod semper intelligendum est instante vltimo temporis termino à iure præfixo; tunc enim & non aliter potest tertia pars Vocalium, quæ remansit in Capitulo, seruatis seruandis, celebrare electionem, quæ censeri debet bona & legitima, nā tunc, & eo casu ius interpellat pro homine*, &c. *& n. 15.* ibi: *Si vocati venerunt in termino illis notificato, sed recesserunt antequam fiat electio, ad alium etiam terminū prorogata, secundum Innocent. & Host. non sunt vlterius vocandi; non enim debuerunt recedere, nisi completa electione, cap. consuluit de offic. deleg. Mandagot. vbi sup. cap. 18. & latius ibidem Boer. sub litera P. vbi cumulat ad hoc idem auctoritates quamplures, textus, & auctorum in magno numero*, &c. Hactenus Castellin. & hanc eandem sententiam tenent expressè Cuch. *inst. maior. lib. 4. tit. 1. de elect.* Suarez *d. tom. 4. de Relig. lib. 2. c. 5. num. 5.* Lauor. *d. tit. 4. de elect. cap. 21. à num. 81.* Francis Marc. *d. decis. 569. num. 4. lib. 2.* Peitin. *de subdito, quæst. 1. cap. 31. §. 6.* ibi: *Si quæras an assignato termino ad eligendum, verbi gratia die Pentecostes, si aliqui non compareant, possint reliqui ad electionem procedere, dico quod sic*, Armil. *electiōn. 1. n. 19.* Mirand. *tom. 2. manual. quæst. 23. art. 6. conclus. 3. etiam si vnus solus reperiretur in Capitulo*, vt notat Panormit. *dict. c. cum nobis, de elect. num. 11. Et ratio est, quia ex quo terminus est præfixus à iure, omnes videntur esse moniti in termino, & nota quod debent venire ea hora diei, qua solet fieri electio*, Panorm. *dict. cap. cum nobis, num. 11.* qui loquitur in fortioribus terminis, etiam si Vocales nō fuerint moniti per conuocatorias litteras, & sequuta fuit Rot. in pluribus causis, vt per Adden. *ad decis. Burati 809. num. 11. & seq.* & egregiè more suo solito D. meus Barbos. *de Canonic. cap. 38. num. 11. & sequentib.* ibi: *Et ideò non est habenda ratio in huiusmodi computatione de votis illorum, qui recedunt à loco vbi facienda est electio, cap. cum nobis*, vbi Abb. *num. 3. de electiōn.* vbi plures allegat, *& de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 19. num. 96. & sequentibus.*

Quod adeò verum est, vt si de conclaui Cardinalium S.R.E. contingeret omnes exire, præter 115
vnum, ille solus posset eligere Romanum Pontificem, gloss. singul. *in Clement. ne Romani, verb. omnes, de electiōn.* Petr. de Baisio *in direct. elect. cap. 2. num. 6. & seqq. part. 1. & n. 9.* dicit locum etiam habere in electionibus Regularium, Laur. *tract. de Cardin. conclus. 24.* & alios etiam refert & sequitur Castell. *cap. 5. num. 86.* Rodriguez *d. tom. 2. quæst. 54. art. 4.* Lauor. *d. tit. 4. cap. 6. num. 26. & cap. 15. num. 26.*

Nec replicari potest, quòd discessus à Capitulo, 116
& illius prætensa absolutio fuit facta ad requisitionem maioris partis Vocalium, qui se requirimentis subscripserunt, ob metum cadentem in viros constantes. Quia, vt fuit sæpè dictum, & necesse est, vt desuper sæpiùs voluemur, metus iste est affectatus, & satis est, quod de illo non constet per probationes iudiciales, seruatis seruandis, factas. Quod enim non est de actis, non est de hoc mundo. Quinimò satis metus excluditur ex epistolis, vulgo *villetes*, hinc

hinc inde inter Dominum Præsidentem Cancellariæ, & d. Patrem M. Liaño scriptis; in illis enim dictus D. Præsidens assecurat eum, vt veniat; & d. Pater promittit se hora decima venturum; & insuper d. D. Præsidens acriter de eo conqueritur, quod & salam Regiæ Cancellariæ, & Capitulum vsque ad horam vndecimam, pro vtraque functione valdè insolitam, sub fide, & spe aduentus sui, & parcialium suorum, distulerit; & tandem deficiente fide publica, & priuata non venerit. Ista autem tam grauis, & potentis magistratus assistentia, nemo dubitat, quin metum excludat, *ad dict. l. fin. in princip. D. quod met. cau s.* Gregor. *decis.* 188 *num.* 9. *allegat. sup. n.* 96. Nec enim credendum est, quod prædictus D. Præsidens Valençuela pro suo munere, zelo, & deuotione quibus libertatem Ecclesiasticam ab incunabulis prosequitur in aliquo defuisset, quominus electio ista liberè celebraretur, prout gratis ex aduerso incusatur; cùm aliàs primitias laborum suorum in defensionem eiusdem libertatis Ecclesiasticæ, & auctoritatis Apostolicæ pro Romana Ecclesia, & potestate clauium Beati Petri aduersus Venetos, tam vltrò ediderit, & dedicauerit.

117 Vltra quod requirimenta apparent subscripta à pluribus Vocalibus, qui desuper à Præsidente Capituli iudicialiter examinati, deponunt, quod d. M. P. Liaño fecit eos in quatuor foliis albis sine aliqua scriptura subscribere, asserens se talibus subscriptionibus indigere. Ex quo patet, quam emendicata sint talia requirimenta, & quam voluntarius fuerit prædictus recessus à Capitulo, cùm nec manus Regia Cancellariæ, sæpius de eorum affectatis terroribus monita eos assecurare, nec in officio continere potuerit; quod *fa:s degenerem conscientiam redolet*, vt verbis vtar Politicorum.

118 Præterea nec assertæ depositiones suorum testiū in aliquo suffragantur, tum quia in summario, & ante litis contestationem ex superius dictis, & ad annullandam electionem probationes debent esse claræ, & in contradictorio iudicio factæ, *dict. cap. cùm inter, de elect.* ibi: *Nisi sufficienter sit ostensum, eundem morbo epileptico laborare, super quo contra ipsum dicitur appellatum, vos non obstante appellationis obiectu, si qua ex aliis causis superius memoratis proponitur interposita (cum eas friuolas reputemus) electionem ipsius confirmetis.* Tum etiam, quia in decreto asserit d. M. P. Liaño, quòd non examinentur fratres, qui se subscripserunt requirimentis, & tamen ex 12. testibus 9. sunt Vocales eiusdem Capituli ex subscriptis qui manifestè ostendunt depositionum suarum emendicationem; & nec reddunt rationem sui dicti, & vnus ex eis in hoc Tribunali est publicus, & benè notus solicitator pro sua partialitate. Tum denique, quia imò omnes testes sunt partes formales in huius litis prosequutione, & dederunt mandatum procuræ vt constat ex actis, & quod plus est, nec istæ depositiones habent subsistentiam veri facti, cum sonent factæ in vno loco, & sint factæ in alio, & tam in personis, quàm in dictis & foliis ipsis scripturarum plurimas patiantur obiectiones, vt oculariter, & palpabiliter demonstrabitur; ita vt mirum sit, quòd inter viros aliàs graues, & Religiosos, talis calumnia suæ matri, & Prouinciæ fuerit imposita, cū etiam si verum saperet, tam fœdum facinus proprio pudore contegere debuissent, imitatores facti Sem, & Iaphet, *qui pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui Noe*; nec sequentes Cham, *Qui cum vidisset verenda patris sui esse nudata, nuntiauit fratribus suis foras*; dicente præsertim Apostolo aduersus eos, qui per Tribunalia vagantur, *quare non magis iniuriam patimini? quare non magis vestrum amittitis?* & alibi, *neque enim facio animam meam pretiosiorem, quam me.*

Minus potest replicari, quod ex præcedentibus tractatibus, seu congressibus fratrum de Prouincia, quæ ex aduerso vocantur conuenticula, insurgit non leuis præsumptio seditionis. Quia respondetur, quod de illis non constat, & quatenus constaret, præcedere debuissent isti tractatus, glos. *in verb. tractantes in cap. in nomine 23. distinct.* D. Barbos. *de iure Eccles. d. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 83. ibi: *Sunt enim veluti præparatio ad electionem, non autem electio; fitque in eis discussio eorum, quæ facienda sunt, nominantur vtrinque plures, qui iudicantur digni electione, & quisque dicit, quod sibi videtur, absque tamen quod sequatur aliqua conclusio, vel electio*, &c. & allegat glos. *in cap. cùm in veteri, verb. in tractatu de elect.* Butr. *in cap. cum inter, num.* 7 *eod. tit.* Petr. Greg. *eod. tit. cap.* 15. *in fin.* Maximè in Prouincia Bœthica, vbi per concordiā auctoritate Apostolica confirmatam, & singulis triennijs vsu receptam, adsunt duæ partialitates distinctæ, & separatæ, quæ faciunt quasi duo Collegia, vel duas Congregationes eiusdem Prouinciæ, & proptereà congressus isti non solùm sunt liciti, sed & debiti pro iurium suorum defensione. Qui enim iure suo vtitur, nemini facit iniuriam, *l. iniuriarum, §. 1. D. de iniuriis.* Et multò magis stantibus tot nouitatibus, & perturbationibus partis aduersæ, quæ nunquam sua sorte contenta à triennio, & vltra nihil non molitur, vt totam Prouinciam contra dictam concordiam integraliter possideat, vt patet ex mandatis Procuratori Romanæ Curiæ transmissis, & in actis præsentatis; ac etiam ex quo prædictus P. M. Liaño diffidens de suo Secretario qui erat M. Fr. Hyacinthus Cubero de partialitate Prouinciæ, coëgit illum renuntiare officio, ne secreta sua panderet. Et quod plus solito mirādum est, fratres Hispalenses, & Extrematuræ vix ascendunt ad numerum 120. & fratres de Prouincia excedunt numerum 750 & tamen illi semper sunt in spiritu amaritudinis, & ambitionis, nec desistunt fermentare futuras electiones aduersus istos, acriter de inæqualitate conquerentes. 119

Nec etiam replicari potest, quòd ex quo fuerunt in Capitulo admissi nonnulli, qui negantur fuisse Vocales, videatur hodie cōstare de defectu consensus. Quia cum à iudicibus causarum (à Præsidente Capituli iuxta formam constitutionum, deputatis) fuerint examinata, & canonizata omnia iura, & voces Vocalium nihil de hoc pertinet ad Capitulum, neque hoc potest influere in prætensam nullitatem electionis, cum sint diuersa corpora, & diuersas functiones, & munia exercentia, licèt omnia tendāt ad eundē finē, & effectum. Ad Capitulum enim nō spectat discutere Vocaliū causas, sed solùm priuatiuè ad dictos iudices, pro quibus adest iuris præsumptio, quod in omnibus ab eis gestis benè se informauerint, & in probatione decretorum, & sententiarum ritè & rectè processerint, Aym. *consil.* 74. *num.* 9. Gregor. *decis.* 176. *num.* 4. Burat. *decis.* 334. *n.* 8. *in fin.* 120

Quod autem constitutio desuper disponens, fuerit ad vnguem seruata; patet, quia *in dict. cap. 7. rubr. de iudicibus causarum, part.* 3. adsunt hæc verba: *Eo autem completo, de patrum consensu deputet* (scilicet Pater Præsidens) *tres iudices causarum peritos, & expertos, qui ante omnia literas discretorum examinent, ac de habentibus vocem tam actiuam, quàm passiuam, omnem controuersiam dirimant, &c. A quorum sententia nulli* 121

nulli est Capitulum dimissum liceat appellare, nisi fortè absens, vel inauditus fuisset, &c. Et in actis legitur, quod Præsidens eos deputauit de omnium Capitularium consensu, nemine discrepante.

122 Vnde quid quid ab his iudicibus gestum fuit, debuit omnino à toto Capitulo recipi, prout receptæ fuerunt tres, vel quatuor voces, quæ ante eaũ sententias poterant in dubitationem incidere. Etenim iudicatura causarũ habet in hac materia potestatis plenitudinem, taliter quod etiam si iniustè processerit, vel accusatores ad eam noluerint recurrere, non ideò electiones sunt inualidæ, vt expressè dicitur in constitut. sub eadem rubr. ibi: *Alias enim sine vitio pertransibunt omnes electiones*, &c.

123 Et profectò in d. Patre Præsidente exuberauit bona fides, ex quo sufficiebat ad huiusmodi deputationem, consensus quatuor, vel quinque patrum vocalium, quos ipse nominasset, iuxta declarationem Reuerendissimi Generalis desuper factam. Quæ licèt emanauerit ad instantiã Prouinciæ Chilensis, non ideò desinit esse vniuersalis, ex quo orta fuit ad interpretationem constitutionis etiam vniuersalis, ex trad. per D. Barbos. *in collectan. Bullar. verb. Congregatio* 3. Prout quotidie videmus in declarationibus sacrosancti Concilij Tridentini emanatis à Congregatione Eminentissimorum DD. Cardinalium interpretum, quæ licèt à personis particularibus fuerint obtentæ, in eisdem tamen casibus deseruiunt pro lege communi, vt benè D. Barbos. *vbi proximè*, ibi: *Eius declarationes ad instar communis solent allegari*; illisque semper plurimum Rota detulit, neque vnquam illas in dubium reuocauit, Caualer. *decis*. 627. *num*. 8. Burat. *decis*. 479. *num*. 3. Atque ex his benè constat, nihil opponi aduersùs substantiam consensus.

124 Nec aduersus substantiam formæ obiici potest quod recognitio de Patre Præsidente facta fuerit absque sono campanæ, & propterea nullitati subiaceat. Quia cùm ista recognitio debeat fieri sexta feria statim (sunt verba constitutionis) postquam vesperæ fuerint decantatæ; & in casu nostro vocales etiam post illas decantatas, iam aduesperascente die adhuc expectauerint imo & dictum P. M. Liaño, tunc Prouincialem pro sono, & celebratione Capituli requisierint, tempus ipsum interpellauit pro campana, vt solet interpellare pro homine, Castellin. *d. cap*. 8. *n*. 11. *&* 12.

125 Vltra quod campana debeat pulsari ad habente auctoritatem, siue de illius commissione, Angel. *in sum. verb. electio, n*. 15. *per tot*. Castellin. *vbi proximè d. num*. 11. & expressè id ordinat constitutio *in d. cap*. 7. *p*. 3. ibi: *De mandato Prioris Prouincialis ad sonum campanellæ claustri ter pulsatæ*, &c. Vnde, cùm prædictus P. M. Liaño, qui erat intra claustra Monasterij, solus haberet priuatiuam facultatem pulsandi, & requisitus à partialitate prouinciæ pro obseruantia constitutionum, pulsare negligeret, satis liquet, quod campana per neminem alium debuit pulsari. Nec est quòd imputetur Patribus Capitularibus, quia casu quo ad eos pertineret, per illos non stetit quominus pulsaretur, *cap. imputari, & cap. dum non stat, de reg. iuris in* 6. & certè ad ipsos talis pulsatio non pertinebat; sed solum obseruare ad vnguem constitutiones disponentes, quod statim P. Præsidens recognoscatur; quod significat recognitionem fieri debere, sine aliqua mora, aut vllo, licet minimo, temporis interuallo, vt in puncto notauimus *sup. num*. 29.

126 Verùm cessare videtur scrupulus, quia campana tunc occupabatur à d. Patre Bolaños Priore Conuentus Granaten. & à suis Conuentualibus, & domesticis eiusdem partialitatis; & propterea Capitulares, qui erant forenses, ausi non fuerunt campanam aggredi; ne exinde rixæ, rerum omnium turbationes, & scandala plurima sequerentur. Satius enim, & prudentius existimarunt campanam omittere, & constitutionibus obedire, prout in continẽti de hoc protestati sunt in decreto corã Notario, & testibus de super extenso. Præsertim cùm viderent indictionem diei horæ, & momenti, pro huiusmodi functione esse omnibus notoriam; & sic tanquam de notorio potuerunt procedere absque obseruatione solemnitatum, *cap. tua nos, de cohabit. Cleric. cap. ad nostram el* 2. *de iureiurand*. & tradit Gomez *tom*. 3. *variar. cap*. 1. *num*. 42.

Nec dictus P. M. Liaño, eiusque partiales possunt allegare ignorantiam constitutionum, aut conuocatoriarum, in quibus fiebat indictio; prout nec ignorare poterant, quod deputatio Præsidentis, illiusque Apostolica confirmatio obtenta fuerat ab Eminentissimo D. Francisco S. R. E. Cardinali Barberino in fauorem dicti Patris Mag. Fr. Illephonsi de Castilla; cùm aliàs, paucis ante recognitionẽ diebus, totis eorum conatibus adierint Regium, & supremum Consilium accerrimè instantes pro retentione Bullarum huiusmodi Præsidentiæ, licèt inibi, degustatã iustitia, desuper succubuerint. 127

Et in omnem euentum, ista recognitio, & obedientiæ præstatio fuit denuò, & ex integro facta die Sabbati sequenti, de mane ad sonũ campanæ: & ante istum actũ nullus alius, ex Capitularibus actibus præcessit, sed omnes sunt successiui, vnus post aliũ Adeò, vt neque deputatio trium iudicum causarum (quæ aliàs die Veneris fieri solet) ante huiusmodi iteratarum, ad sonum cãpanæ, recognitionẽ, sed imo post illam, facta fuerit. Ex quo etiam detegitur, quanta procrastinatione, quanta patientia, & charitate partialitas illa expectabatur. 128

Minus potest obiici, quod ista recognitio fuit clandestina & nulla, ex quo non fuit facta in Sala Capitulari, sed in Camera eiusdem Præsidentis. Quia omisso quod in Conuentu Granatensi non adest Sala Capitulis destinata, & electiones solent fieri, vel in Camera, aut in refectorio, siue in Sala, quæ dicitur de profundis, vel alibi. Respondetur adhuc, quod quemadmodum locus non est de substantia electionis, Cuch. *inst. maior. lib*. 4. *tit. de elect. num*. 35. Bonon. *dub*. 16. *num* 4. D. Barbos. *de iure Ecclesiast. d. lib*. 1. *cap*. 19. 176. *& seq*. Et etiam si adsit locus consuetus, & in eo non fiat celebratio electionis, tenet electio, quia locus non sanctificat hominem, *cap. non loca* 40. *dist*. Lauor. *d. t. t*. 4. *cap*. 18. *n*. 7. Multò minus debet esse de essentia recognitionis. 129

Et habemus indiuidualem constitutionem *in d. cap*. 7. ibi: *Omnes Patres ad Capitulum conueniant, vel alio, vbi decenter adesse possint*, &c. Et propterea nullus remanet dubitandi locus. Eo vel maximè quia dictus P. Præsidens ad cœnam in publico refectorio, eadem die Veneris 19. Aprilis suam obedientiã publicari fecit, vt cõstat ex actis Et vt dictum est, sequenti mane in loco refectorij alia obedientia sibi fuit præstita; & inibi fuit facta deputatio iudicũ, & successiuè in eodem loco, electio Prouincialis, & cæteræ aliæ functiones Capitulares corã toto Cõuentu satis numeroso, prauiis etiam publicis, & notoriis proclamationibus, & edictis ad valuas Conuentus affixis. Ex quibus satis apparet, quàm voluntariè, 130

voluntarie,& animosè prætensa clandestinitas fuerit opposita.

131 Prout neque obiici potest, quòd recognitio de Patre Præsidente debebat fieri à d.P.M Liaño,tunc Prouinciali actuali, & eo recusante, à R. P.M.Fr. Hieronymo de Sotomaior Prouinciali absoluto à sexennio,vti immediato eiusdem Partialitatis Hispalensis;& tamen facta legitur à R.P.M.Fr.Andrea de Cordoua; & sic prætensa ista nullitas influit in omnes actus subsequentes Quia aut hæc assistētia Patris Sotomajor prætenditur in vim concordiæ super alternatiua factæ; & obiectum videtur prorsus euanescere; quia in eadem concordia nihil de hoc disponitur;& quatenus adesset aliqua particularis prouisio in hac Prouincia(quod negatur)circa id,quod deficiente vno Prouinciali, subrogetur alter eiusdem Partialitatis, id tamen locum haberet, quando vel Prouincialis est taliter corpore, aut animo impeditus,quod non posset continuare gubernationem, vel quando ante completum triennium moreretur; tunc enim, maxima cum ratione subintraret alius de eadem partialitate, & susciperet gubernium Prouinciæ, ne scilicet partialitas illa integro suo triennio defraudaretur. Cæterùm vbi non adest impedimentum infirmitatis aut mortis,sed imo summa renitentia Prouincialis, & vlterius triennium fuit completum vsque ad vltimam horam,& partes in nihilo defraudantur, debet cessare ratio talis prouisionis particularis, & consequenter eius dispositio,ad *reg.l.adigere, §. quamuis, ff.de iure patron.* Tiraq.*tract.cessante caus.per tot.*

132 Aut verò prætenditur in vim constitutionis *d.c. 7.rubr.de modo recognoscend. Patr.Præsid.* & hoc etiā casu nullum habet fundamentum, quia inibi solummodo dicitur quod Prouincialis actualis recognoscat Patrem Præsidentem. Vndę stante ipsius renitentia, iste casus, tanquam omissus in constitutione, mansit etiam in dispositione iuris.

133 Dispositio autem iuris, à qua regulari debemus (vt diximus *sup.num.24.*) est in alia constitutione *in d.cap.3,ead.p.3.* vbi disponitur, quòd si Generalis non venerit ad Capitulum Generale,neque miserit, *in eo casu*(sunt verba constitutionis) *Prior Prouincialis illius Prouinciæ,in qua Capitulum congregatum est, omnia faciat, quæ Prior Generalis præsens faceret,quousque Præsidens publicetur,& nō vltra, qui publicatus ad electionē noui Generalis procedere faciat,* &c.Et propterea qui hoc munus recognoscēdi debebat in se assumere,erat P.Fr. Ioannes de Bolaños, Prior Conuentus Granatensis, vbi Capitulū Prouinciale celebrabatur, cùm idem iuris sit de parte quoad partem,quod est de toto quoad totum,ad *l. quæ de tota,D.de acquir.hæred.*

134 Verùm tam d.P.Bolaños, quàm d.P. Sotomaior requisitionem pro celebratione Capituli iam post Vesperas,pro parte Patrum de Prouincia factā,paruipendentes, nec munus,quod ad ipsos pertinebat, suscipientes,in illa hora publicè, & acriter tractabant de Capituli dissolutione;vt patet ex actis;prout etiam euentus docuit,quod in requirimētis, pro dissolutione factis,eorum nomina apparent subscripta. Quare,dato, quod ad singulos eorum talis recognitio pertineret,adhuc de illis non erat habenda ratio,quia per requirimenta ista tā verbis quàm scriptis f.cta,satis se insinuarunt quod nolebat assistere recognitioni Præsidentis;nec pro suscipiendo munere aliqua alia interpellatio requirebatur, cùm & ipsi scirent renitentiam d. Patris M. Liaño tunc Prouincialis, & tempus ipsum interpellaret pro homine, ex latè dictis sup. Et propterea non solùm ob huiusmodi omissionem; sed & multo magis ob positiuam, & notoriam contradictionem Capitulo celebrando, fecerunt se alienos à dicta functione exercenda, vt est text.ad literam *in d.cap.cum nobis,de elect.ibi: Item cum post appellationē emissam Archidiaconus cum suis fautoribus chorū exiisset, & vos, illos, vt interessent electioni faciendæ vobiscum, curassetis solicite reuocare (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt)alienos se fecisse videntur; propter quod electioni a vobis,iuxta formam mandati Apostolici, concorditer celebrati, de iure non posse contradicere videbantur,* &c.qui textus benè casui nostro applicatur, & per illum DD.communiter,præsertim Abb.*ibi num.3*,Castellin.*d. cap. 8.num.11.*

Atque ex his præcisè sequitur,quòd recognitio, de qua agitur, pertinebat de necessitate ad d.P. M. de Cordoua(aliàs Prouincialem absolutum)tanquā ad antiquiorem,ex diffinitoribus, ad quos tota iam illa Prouinciæ actio principaliter fuerat deuoluta, donec Præsidens publicaretur; qui publicatus ad electionem Prouincialis,iuxta prædictam constitutionem,procedere debuit,prout de iure,simul,& ad illius confirmationem,tamquam Præsidens, & Vicarius Generalis, legitimè processit. 135

Tandem nec aduersùs formam electionis potest obiici, quod ex fide Notarij, seu scribæ non constat in actis de legitima trium scrutatorum electione,prout nec de electione Prouincialis,& Priorum, ex eadem Notarij fide. Quia, cum præsupposito quod vsus Notarij, seu scribæ in electionibus Augustinianis est sublatus,abolitus,& reprobatus per geminam Pauli Papæ V.piæ reminiscentiæ,constitutionem,quæ est in actis producta:& adest *in Bullar.ordin.* Respondetur de electione trium scrutatorum benè & legitimè cōstare, ex subscriptione triū diffinitorum,ad quos, ex proprio munere spectat, ac etiam ex subscriptione P. Præsidentis illos canonicè confirmantis De electione autem Prouincialis, ex calculatione votorum, & subscriptione trium scrutatorum,ac ex proclamatione,& electione à primo illorum facta, demumque ex subscriptione P. Præsidentis illum confirmantis. Et de electione Priorum satis etiam videtur constare,ex subscriptione totius diffinitorij. Stante enim secreto commendato, tam de iure communi, *in d.cap. quia propter, de elect.* & dispositione sacrosancti. Concilij Tridentini *sess.25. cap.7.de regula:* ac etiam Constitutionum Ordinis,& Bullarum Pauli V. nulla alia probationis species potest adhiberi. 136

Cæteræ autem nullitates. quæ ex aduerso opponuntur, vel non subsistunt in facto,vel nulla indigent responsione.Præsertim cùm hodie non instamus pro canonizatoria electionis,sed solùm pro manutentione,in qua sufficit nuda possessio, etiam sine vllo titulo,ex latè dictis in tertio articulo. 137

Ex quibus omnibus videtur sufficienter constare de notorio,& palpabili defectu iuris,& possessionis eiusdem R.P.M.Fr.Francisci de Liaño, & propterea non esse sibi concedendam manutentionem. Ac etiam constare de possessione titulata,& manutenibili dicti R. P.M. Fr. Francisci de Terminōn, moderni Prouincialis, & consequenter de rigore iustitiæ, & de æquitate illum esse manutenendum in quasi possessione iuris exercendi ministerium Prouincialatus, non obstantibus is, quæ pro alia parte obiiciuntur. Et ita ego 138

de

de iure sentio. Saluo in omnibus castissimo iudicio Illustrissimæ dominationis vestræ, quæ secundùm datam sibi à Deo sapientiam, in tenera licet ætate, errata corrigit, iustitiam administrat, æquitatem diligit, & cuncta prudentissimè moderatur. Matriti die 9. Iulij 1641.

Oucten. beneficij del oro.

De beneficio etiam tenui facienda est mentio in impetratione alterius beneficij, & non sufficit esse paratus obtentum dimittere, & de facto illud dimittat infra paucos dies, nisi aliàs beneficium obtentũ fuerit incompatibile cum obtinendo, quia vacat primùm ipso iure.

VOTVM CVII.

Doctissimi D.D. Gabrielis Martinez, Protonotarij ac Iudicis Apost.

1 *Facti contingentia refertur, & n. 2. 3. & 4.*

5 *Reo & possessori sufficit vincere per non ius actoris.*

6 *Possessor potest excipere de iure tertij quando exceptio est exclusiua Iuris agentis.*

7 *Regula 55. Cancellariæ declaratur.*

8 *Paratus obtentum dimittere tempore impetrationis alterius, non tenetur de obtento in obtinendis litteris Apost. mentionem facere.*

9 *Dimissio beneficij obtenti non reualidat gratiam nullam ob non facta illius mentionẽ in impetratione alterius beneficij.*

10 *Beneficij obtenti etiam tenuis & parui valoris facienda e.. mentio.*

11 *Dimissio primi offerenda ant.. onsecutionem gratiæ secundi.*

12 *Oblatio dimissionis beneficij obtenti facienda est in corpore supplicationis obtinẽdi.*

13 *Beneficium obtentum quando fuerit incompatibile cum obtinendo non requiritur expressio valoris obtenti, nec eius iustificatio,*

14 Rota *coram Gregor. XV. decis. 84. n. 4. & decis. 490. n. 1. declaratur.*

15 Beltramin. *ad d. decis. 84. num. 9. Gregorij XV. reprobatur.*

16 *Dimissio subsequens non facit gratiam valere.*

17 Rota *decis. 20. de præbend. in nouis, declaratur.*

18 Rota *coram D. Coccino declaratur.*

19 *Beneficium non dicitur vacare per simplicem dimissionem si illa à Prælato admissa non fuerit.*

20 *De beneficio renunciato ante admissionem facienda est mentio in impetratione alterius.*

21 *Dimissio ventosa, & ad nihilum profutura non iuuat, & n. 22.*

23 *Dimissioni contrauenieus censetur fecisse illam ad eludendam.*

24 *Ex post facto apparet quid actum sit.*

25 *Argumentum à maioritate rationis in Iure validum.*

26 *Beneficiorum conseruatio est omni Iure prohibita.*

27 *Papa expresso valore plurium obtentorum non censetur dispensare super eorum pluralitate.*

28 *Beneficia plura simplicia an quis habere possit?*

29 *Beneficium vacat per contractum matrimonij.*

VAcante beneficio, de quo agitur, de anno 1627. per obitum Ioannis Ruiz, illud à Sede Apostolica impetrauit Marcus de Prauia, cum narratiua, quòd Ioannes Ruiz de tempore obtenti huiusmodi beneficij, & per quatuor menses antea, fuerat familiaris, & continuus commensalis Eminentissimi D. Cardinalis de Deza, & literis Apostolicis in forma gratiosa (per verba *conferimus, & prouidemus*) desuper expeditis, & possessione nondum habita, Marcus prædictus matrimonium contraxit. 1

Deinde D. Ioannes de la Sienra, & Cifuentes, Canonicus Ecclesiæ Oucten. vti vacans per contractum matrimonij, seu adhuc vt priùs, per obitum dicti Ioannis Ruiz, de eo à Sanctissimo D. nostro obtinuit prouideri, & litteris Apostolicis in eadem forma gratiosa superinde confectis, & executori præsentatis, de anno 1637. fuit in possessionem immissus. 2

Verùm quia per obitum eiusdem Ioannis Ruiz istud beneficium, vti vacans in mense ordinario, & non affectum obtinuerat ab Archidiacono de Venauente Ordinario collatore, Toribius Vigil, & eo mortuo, per obitum eiusdem Coribij illud impetrauit D. Dominicus de la Salde, hinc idem Dominicus litem mouit contra D. Ioannem de la Sienra possessorem pro adiudicatione beneficij. 3

Et causa coram Ordinario Oucten. diutiùs ventilata, plurimisque hinc inde deductis, & oppositis, tandem Ordinarius prædictus suam tulit diffinitiuam sententiam, per quam, beneficium Dominico adiudicauit, & Ioanni perpetuum silencium imposuit. 4

Causa igitur appellationis coram me pendente, Ioannes instat pro reuocatione sententiæ, tam ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ; & pro nunc insistit, allegans se à septennio esse in possessione, & gratiam Dominici fuisse nullam ob non expressionem obtentorum, & propterea sufficere sibi, vti possessori, etiam non legitimè titulato, opponere Dominico exceptionem defectus dominij, & seu, tua non interest; cum alias reo, & possessori sufficiat vincere per nõ ius actoris, *l. 1. ff. quor. appellat. nõ recip. l. ille a quo, § si de testamẽto, ff. ad Trebel. cũ simil.* Quod pariter procedit in beneficialibus, etiã si 5

si de possessoris iure nō constet, vt in terminis Rot.
6 *coram D. Buratto, in eius impress. decis.* 512. *n.* 1. & *ibi* D. Ferentill. Adden. qui plures alias allegat, *n.* 11. Prout etiam potest possessor excipere de iure tertij, quando exceptio est exclusiua iuris agentis, Cephal. *consil.* 133. *n.* 39. latè Rot. *decis.* 415. *n.* 3. & *ibi* Adden. *num.* 6. *coram sanctæ memoriæ Gregorio XV. tunc Rotæ Auditore.*

7 Vnde, omissis nullitatibus, quæ aduersùs sententiam Ordinarij opponūtur, pro faciliori resolutione capienda, & maiori partium satisfactione, libuit tam in facto, quàm in iure discutere articulum, an scilicet gratia Dominici de la Salde sit nulla ob non expressionem obtentorum de tempore impetratæ gratiæ istius beneficij?

Et quidem, re maturè perspecta partiumque Aduocatis, hinc inde non semel auditis, videtur quod gratia Dominici sit nulla. Ex quo enim de tempore impetrationis beneficij, de quo agitur, inter plura alia obtinebat etiam aliud beneficium sanctæ Mariæ de Prendes, cuius valorem minimè expressit, minusque de eodem beneficio fecit mentionem, incidit in pœnam *regulæ* 55. *Cancellariæ*, quæ habet decretum irritās aduersus quascumque prouisiones sine expressione valoris obtentorum factas: & sic sufficit Ioanni possessori vincere, & seu excludere Dominicum impetrantem, & actorem per non ius illius, ex superiùs dictis.

8 Nec videtur obstare, quòd Dominicus tunc erat paratus obtentum dimittere, prout infra paucos dies illud dimisit, & propterea sit excusandus, *ad decis. Greg.* 84. *n.* 4. & *decis.* 490. *num.* 1.

9 Quia ista superueniens dimissio non reualidat gratiam nullam à sui principio, & radice, etiamsi impetrans habeat animum dimittendi statim post gratiam impetratam, vt in puncto est egregium cons. Nauarr. 9. *de rescript. per tot.* Gonz. *ad regul.* 8. *Cancel. glos.* 15. §. 2. *n.* 67. & *seq.* Et plenè, & magistraliter, vt assolet, D. & Collega meus D. Aug. Barbos. *in collect. ad cap. cum adeò, n.* 3. & *seqq. de rescript.* vbi aliós allegat,

10 Quod procedit etiamsi beneficium obtentum sit tenue, & parui valoris, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 201. *n.* 42. idem D. Barb. *vbi proximè, n.* 2. Pauis. *de resignat. lib.* 10. *quæst.* 2. *n.* 67. *cum seqq.*

11 Vltra quod regula non contentatur simplici dimissione superueniente gratiam, sed imò dat præcisam formam, quod intendens dimittere primum, prius ante consecutionem gratiæ secundi dimissionem obtulerit, ibi: *Nisi personæ prædicta beneficia, quæ tunc obtinuerint, iuxta ipsarum oblationes dimittere teneantur*, &c.

12 Quæ oblatio debet fieri in corpore eiusdem supplicationis beneficij obtinendi, aliàs gratia redditur nulla, nec conualescit, ex quo postea dimiserit: vt in terminis nostris tenet Alphons. de Soto glossator antiq. *ad eand. reg. de valore exprim. in glos. n.* 7. & 8. vt per Cockier *ad eandem reg. quæ suo tempore erat* 61.

13 Quod declaratur, nisi aliàs beneficium obtentum fuerit incompatibile cum obtinendo, quo casu non requiritur expressio valoris obtenti, nec eius iustificatio, quia cùm primum vacet ipso iure, ad text. *in cap. de multa, de præb.* ideò non requiritur illius expressio, vt *in eadem reg.* 55. ibi: *Iuxta ipsarum oblationes, aut aliàs dimittere teneantur*, vt bene in proposito distinguit Alphons. *vbi suprà n.* 9. & Molied. *decis.* 14. *de præb.*

14 Atque ex his patet respōsio ad dictas decis. *Greg* 84. *n.* 4. & 490. *n.* 1. quia beneficia inibi obtenta erāt Curata, & incōpatibilia, & propterea de eorum valore non erat necessaria iustificatio, quia scilicet de necessitate erant dimittenda, aut aliàs de iure vacatura, Rot. *coram Card. Seraph. decis.* 1393. *n.* 2. & *decis.* 1470. *n.* 2. Et re vera in prædictis decisionibus non agebatur de excusanda taciturnitate valoris obtentorum de necessitate exprimendi; sed imò de excusanda illius iustificatione, cum præsupposito quod valor obtentorum fuisset Papæ narratus, quod est longè diuersum, cum aliàs expressio veri valoris omnino fieri debeat, vt regulæ satisfiat, etiamsi impetrans statim velit dimittere; nisi in eadem supplicatione dimissionem obtulerit; iustificatio autem valoris prius obtentorum non sit necessaria in executione, seu in verificatione narratiuæ vltimi obtenti, quādo is, qui pro verificatione, & exequutione instat, est paratus illa dimittere. Aliud enim est valorem obtentorum non expressisse, in quo in pœnas regulæ 55. incurritur, qui est casus noster; aliud verò valorem narrasse, & regulæ satisfecisse, & à iustificatione narratiuæ valoris se excusare, ob id quod impetrans obtenta dimittere sit paratus, qui est casus prædictarum decis. & inferiùs allegandarum.

Minus videtur obstare, quòd etiam si non sint 15
incompatibilia, adhuc non sit necesse exprimere valorem obtentorum, imò nec ipsa obtenta quando impetrans est paratus illa dimittere, vt in puncto Beltramin. *ad dict. decis. Greg.* 84. *n.* 9. Quia Beltramin in hoc euidenter fallitur, tum ex ratione, tum ex authoritate, & decisionibus ab eo adductis.

Ex ratione, quia regula dat formam, & ea non 16
seruata (præuia scilicet oblatione) gratia est nulla vsque à sui initio, ob decretum anullatiuum in ea positum; nec per subsequentem dimissionem gratia conualescit, vt per Alphon. Nauar. Gonz. D. Barbos. & alios superiùs allegatos.

Ex authoritate autem, & doctrinis, quia decisio 17
Rotæ 20. *de præb. in nouis* loquitur circunscripta regula Cancellariæ; & imò in fine decis. adiungit compilator, quod Vrbanus Papa VI. in sua regula voluit, & ordinauit, quod valor obtentorum exprimeretur, aliàs gratia impetrata esset nulla. Vltra quod disputatio illius decisionis non erat super expressione valoris obtentorum in impetratione alterius beneficij facienda, sed super illius iustificatione cum præsupposito, quod valor obtenti fuisset in gratia expressus, vt legitur in princ. eiusdē decis. & sic in illius casu, ne dum non fuerat regulæ contrauentum, sed imò expressè illi satisfactum.

Alia verò decisio adducta per Beltramin *in Le-* 18
gionen. Canonicatus, coram recolend. mem. D. Coccino Rotæ Decano. inter eius impres. 87. *n.* 6. & *apud Marchesan. de commission. tom.* 1. *fol.* 347. loquitur etiam in eisdem terminis iustificationis valoris iam expressi, & propterea dicit, quod impetrans secundum, non tenetur iustificare valorem primi in sua gratia narratum, quando est paratus illud dimittere. Quod quantum à terminis casus nostri distet, ex superiùs dictis facile est dignoscere.

Nec etiam videtur obstare quod gratia Domini- 19
ci de hoc beneficio Sancti Laurentij fuit obtenta die 28. Maij 1637. & tamen beneficium sanctæ Mariæ de Prendes longe antea dimiserat sub die 27. Februarij eiusdem anni. Quia omissis omnibus, quæ de falsitate huius dimissionis allegantur, satis est pro respōsione dicere, eā non fuisse per Prælatū Ecclesiasticum, & competētē admissam, & sic nec effectum sortitā; & tamen beneficiū non dicitur vacare per simplicem dimissionem, si illa à Prælato admissa

non

non fuerit, *cap. admonet, c. quod in dubiis, de renunciat.* copiosè Garz. *de benef. p. 11. cap. 3. §. 3. à n. 223.*

20 Et in puncto quod de beneficio taliter dimisso, seu renunciato, omnino debeat fieri mentio in impetratione alterius, post alios, quos allegat, tenent Paris. *de resignat. lib. 10. q. 2, num. 80. & seqq.* Garz. *vbi proximè num. 214.*

21 Et hæc eadem dimissio non videtur habenda in consideratione, cum fuerit ad ventum facta, & Dominicus ipse eam parui fecerit. Etenim post impetratum beneficium, de quo agitur, fecit & aliam dimissionem sub die 30. Maij 1637. quæ fuit per Illustrissimum D. in Nuntium admissa; & tamen in hac secunda dimissione, quæ fuit effectum sortita, nullam fecit mentionem de prima; signum euidens, quod prima dimissio fuerat ventosa, & ad nihilum profutura, tam attenta intentione dimittentis, quàm dispositione iuris, vt per Garz & Paris. *vbi proximè* allegatos.

22 Et quod plus est (& vix credi posset, nisi actis ipsis patefieret) Dominicus longè post factam secundam dimissionem dedit mandatum procuræ de mense Decembris 1637. ad exigendum omnes, & quoscumque fructus beneficij sanctæ Mariæ de Prendes, tam decursos, quàm in posterum decurrendos, enuntians se in eodem mandato beneficiatum, & possessorem eiusdē beneficij. Et desuper adest etiam in actis plena probatio, quod eius procurator exegerit, non solum fructus integri anni 1637. verum etiam quòd eius nomine, & in vim prædicti mandati arrendauerit fructus anni sequentis 1638.

23 Ex quo facto, nonnulla aduersùs eundem Dominicum in proposito insurgere videntur. Et primum, quòd dato, sine veri præiudicio, quòd *regula 55. Cancellariæ* non requireret pro forma præcedentem oblationem dimittendi primum obtentum, sed sufficeret oblatio, & seu dimissio subsequens post impetrationem secundi: attamen ex quo Dominicus tanto tempore nedum tacuit, sed etiam contrauenit suæ oblationi, & dimissioni, censetur eam fecisse ad deludendum, ad trad. per Tiraq. *de retract. lignag. §. 8. glos. 2. num. 7.* Rot. *coram Gregor. decis. 492. sub num. 18.*

24 Secundum, quòd ex quo fructus percepit, multò magis incidit in pœnam regulæ, cùm præsumatur eo animo obtentum beneficium conticuisse, & aliud (de quo agitur) acceptasse; *ad l. sed Iulianus, §. proinde, ibi, intelligendumque esse ab initio sic accepisse, ff. ad Macedon. l. quædam, ibi, sed ex post facto retroducitur, & apparet quid actum est, ff. de reb. dub.* cum simil.

25 Tertium, quòd si ob finalem rationem *regulæ 55.* Papa vult quòd omnino, fiat expressio valoris obtentorum, quæ legitimo titulo possidentur, aliàs irritat impetrationem obtinendo, multò magis censendum est eam irritasse, si post dimissum beneficium obtentum in fraudem regulæ, sine vllo titulo fructus perciperentur, argumento sumpto à maioritate rationis, quod in iure est validum, ex vulg.

26 Præsertim cùm de tempore impetrationis beneficij, de quo agitur, Dominicus obtineret noue aut decem alia beneficia, quæ inibi narrauit, & quorum valorem expressit. Et aliàs si Papæ fuisset narratus valor beneficij de Prendes, forsan gratiam beneficij sancti Laurentij non concessisset, cum hæc & tanta beneficiorum coaceruatio sit omni iure prohibita, ex latè trad. per Garz. *de benef. p. 11. c. 5. §. 5. per tot.* & D. Barbos. *in collect. ad Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 17. per tot.*

Ne alioquin Pontifex, expresso valore plurium obtentorum, censeatur dispensasse super eorū pluralitate, vt est textus expressus *in cap. non potest, §. fin. de preb. in 6,* Nauar. *tract. de orat. cap. 22. Miscel. 16. num. 64. & seqq.* Sed imò talis expressio solùm operatur quòd impetrans effugiat pœnam *regulæ 55.* de exprimendo valore, vt per Gonz. *ad reg. 8. gl. 15. num. 27. & seqq.* 27

Et propterea Doctores hac de re tractantes consulunt quòd vnusquisque conscientiæ suæ prospiciat, aliud acceptando, & aliud seu alia dimittendo, ne incidat in coaceruationem, Nauarr. *vbi sup.* & Gonz. *d. glos. 15. ex num. 38.* cum aliàs iuxta dispositionem Sacrosancti Concilij Trid. *d. sess. 24. c. 17. de reform.* & declarationes Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium interpretum, nemo possit habere præter vnum beneficium, etiamsi illud sit simplex, quod si adeo tenue fuerit, quod pro congrua sustentatione beneficiati non sufficiat, poterit & secundum obtinere. Et si ambo non sufficiant, nihilominus debet vtroque titulo contentari, vel aliud, seu alia duo impetrare, & obtenta omnino dimittere, vt videre est apud Garz. *d. p. 11. c. 5. §. 3. à num. 310.* Ex quibus omnibus satis detegitur nullitas prouisionis Dominici de la Salde, quod sufficit pro illius exclusione, & reuocatione sententiæ. 28

Atque his accedit quòd possessio Ioannis non est suo titulo destituta, cùm & ille obtentus fuerit à Papa, vti de vacante per contractum matrimonij, seu adhuc vt prius per obitum familiaris, iuxta *reg. 4. Cancellariæ.* 29

Nec releuat, quod prædicta regula reseruat beneficia familiarium obtenta eorum familiaritate durante; vnde cum Ioannes Ruiz de anno 1594. in Hispaniam migrauerit, & per se ipsum possessionem Archidiaconatus in Ecclesia Oueten. apprehenderit, vtique remansit extincta familiaritas, & consequenter beneficium de quo agitur, tanquam obtentum de anno 1596. non cadit sub dictæ regulæ reseruatione. Quia licèt prædicta familiaritas expirauerit, reintegrata tamen dicitur per remigrationem Ioannis Ruiz de Hispania ad Vrbem; tum quia constat quod de dicto anno 1596. Romæ residebat, vt patet ex prouisione eiusdem de hoc beneficio, per Dominicum præsentata, in qua Papa dicit, *tibi in eadem Curia commoranti*, &c. Tum etiam, quia per eius obitum de anno 1617. Marcus obtinuit de eodem beneficio prouideri in forma gratiosa, vti de affecto seu reseruato per obitum familiaris Cardinalis, & tamen ista expeditio in forma gratiosa per verba, *conferimus, & prouidemus*, in Romana Curia nunquam fieri consueuit, nisi prius inibi iustificata narratiua familiaritatis, seu alia quauis narratiua, vnde vacatio, reseruatio, seu affectio sumitur, ne aliàs Ordinariis collatoribus fiat præiudicium, ex trad. per Garz. *d. part. 11. cap. 1. ex num. 57.* Gonz. *ad eand. reg. 8. §. 4. proœm. num. 80.* Ex quo datur intelligi familiaritatem fuisse reintegratam de tempore obtēti istius beneficij, & per quatuor menses antea, vt satisfieret regulæ 32. & consequenter gratiam D. Ioannis de la Sienra, habere implicitum statum validitatis; nec potuisse Archidiaconum de Venauente beneficium affectum Toribio conferre, minusque per obitum eiusdem Toribij fuisse inductam vacationem. 30

Et ita vtraque, &c.

Quod non ita militat in Augustiniano, in quo licèt ex Papæ dispensatione Capitulum Prouinciale fuisset protogatum ad sex menses, futurus Prouincialis non ideo haberet regimẽ Prouinciæ nisi pro duobus annis cũ dimidio lunaribus, ob prædictam rationem contemplatæ diei pro Capitulo celebrãdo; & in hoc maxima esset inæqualitas, & plurimũ præiudicium partialitatis, cui integrum triennium lunare non distribuitur in prædicto regimine, iuxta constitutiones Ordinis, & confirmationem alternatiuæ Prouincialatus, de qua latè *supr. a num.* 45.

57 Vltra quod, vt dicunt præcitati DD. id posset procedere existẽte magna, & vrgẽtissima causa, quæ in casu nostro nõ interuenit pro dissolutione Capituli, nec alia vmbra, seu vestigiũ causæ considerari potest, nisi quòd partialitas Hispalensis eadem die Capituli agnouit se nõ posse eligere in Prouincialẽ aliquẽ sibi sequacem, affectum, & mãcipatum. Et profectò Vocales iam hora ipsa celebrationis legitimè congregati, debebant electionem perficere, ne aliàs elapsa die præfixa ad eligẽdum, electio deuolueretur ad Superiorem, *cap. quanquam, & ibi glos. verb. Deuoluatur, de elect. in* 6. Priuantur enim electo-

58 res potestate eligendi, *cap. ne pro defectu, de elect.* qui text. est Cõciliaris, & per Castellin *c.* 4. *n.* 9. *& c.* 14. *n.* 53. *Lauor. d. tit.* 4. *c.* 18. *n.* 24. *& tit.* 21. *n.* 87. Ita vt, si post elapsum tẽpus datum à iure cõmuni, vel particulari elegissent, electio esset ipso iure nulla, *c. inter vniuersos, de elect.* Lauor. *d. cap.* 18. *n.* 24. *in fin.* Castellin. *vbi proximè d. n.* 9. nec desuper aliqua sententia requiritur, vt dicit idem *d. cap.* 8. *sub n.* 53.

59 Et videtur omnino cessare difficultas, ex quo Capuccin. quem alij referunt, vbi sup. in finalibus verbis subdubitat de sua opinione, dũ ait, *quod tutius iudicaret, vt succedente casu, antequam ad finẽ trienny deueniretur, Generali nuntiaretur, vt quid faciendum esset, determinaret.* Et Rodrig. *d. art.* 2. *in fin.* non solùm id tutius iudicat, sed etiã præcisè dicit, *quòd si tractatur de prolõgatione Ministri Generalis propter aliquã causam superuenientẽ, ad Sedẽ Apostolicã recurrendum est, sicut recursũ fuit anno Domini* 1599. *de tẽpore Clemẽtis Papæ VIII. felici recordationis.* Et assertiuè eũ sequitur alter Rodrig. *d. resolut.* 58 *n.* 17. & expresssè, quòd Generalis, seu Prouincialis nõ possit prorogare officiũ suũ, & celebrationẽ Comitiorũ Generaliũ, seu Prouincialium, respectiuè, tenet Bonon. *d. dub.* 103. *n.* 1. & Lauor. *d. tit.* 4. *de elect. c* 23. *n.* 8. & expressiùs Mirand. *d. tom.* 2. *q.* 6. *art.* 2. *conclus.* 1. *allegat. sup. n.* 4. *&* 57. ob hanc scilicet rationem, quia expleto termino ei præfixo, cessat authoritas.

60 Demũ non obstãt decis. Franc. Marc. 568. *n.* 2. *&* 569. *per tot. lib.* 1. vbi quòd existẽte causa seditionis, aut terroris armorũ Capitulum potest prorogari.

61 Quia vltra quòd procedunt in prorogatione facta intra terminũ iuris, nẽpe quãdo priùs fuerat facta abbreuiatio, & postea fit prolongatio intra eũdem iuris terminum, vt clarè dicitur *in d. decis.* 568. *n.* 2. *in fin.* ibi: *Prolongauerunt dictam electionem, vsque ad* 15. *mensis Marty, ita quod cadet circa finẽ triũ mẽsium, qui dantur in electionibus Ecclesiarum Cathedralium, & Regularium, cap. ne pro defectu de elect.* & magis expressè *in d. decis.* 569. *n.* 5. ibi: *Sed est dubiũ quãdo terminus electionis est semel abbreuiatus, an poterit prolongari per maiorem partem Capituli, intra tamen terminum iuris triũ mensium? Dubium facit, quia semel fuit dies præfixa; attamen videtur, quod possit fieri talis prolongatio intra terminum iuris, quia dilatio data ab homine potest reuocari, l. qualem, & l. diem, D. de recept. arbitr.* Et hanc eandem sententiam, quòd electores possint prolongare terminum electionis, dummodo talis prolongatio fiat intra terminũ à iure præfixum, & non aliàs, tenet in pũcto Innocent. *in c. Ecclesia vestra, n.* 7. *de elect.* ibi: *liẽ dicitur habere ratum, quando electorum terminus præfixus est ante finem termini à iure præfixi, aliàs non,* &c.

Respondetur vlteriùs, hîc non constare de tali seditione, quæ ex aduerso affectatur; sed imo est mera chimæra, & somniata impostura aduersus viros graues, & Religiosos, vt suo tempore constabit in iudicio plenario, cùm partes ad probandum fuerint admissæ, & ex dictis *sup. n.* 57. & ex dicendis *infra n.* 111. *& seq.* 62

Et in casu nostro habemus cõstitutionẽ indispẽsabilẽ, tam circa abbreuiationẽ, quàm circa prolongationẽ, & dato, & nõ concesso, quod posset dispẽsari, officiũ tamen expirat in d. Patre M. Liaño, & Prouincia deberet gubernari per eos, quibus aliàs regimen est commissum, tum per alternatiuam, tum etiam per dispositionem *constit.* 2. Martini Papæ V. Et hæc quidem quoad primum articulum. 63

ARTICVLVS II.

QVo verò ad secundum, videtur quod prædicto Patri M. Liaño, nec etiam competit manutentio, ex pluribus, & 64

Primò, quia stante positiuo, notorio & palpabili defectu iuris quoad titulum, ex latè dictis *in primo articulo,* insurgit etiam omnimodus defectus possessionis, quæ est de essentia, & substantia manutẽtionis, & fundamẽtale illius requisitum, Couarr. *pract. cap.* 17. *n.* 3. Paz *de tenut. cap.* 2. *num.* 19. *& cap.* 9. *num.* 9. *& seqq.* Post. *de manutent. obseruat.* 15. *num.* 2. Rot. *decis.* 129. *num.* 7. *part.* 2. *recent. & decis.* 5. *num.* 2. *& decis.* 154. *n.* 1. *& decis.* 156. *num.* 2. post tract. Post. Licèt enim nihil cõmune habeat proprietas cum possessione, *l. naturaliter, §. nihil commune, D. de acquir. possess.* attamen, quando euidenter constat de nõ iure, tunc proprietas absorbet in se possessionem, taliter quod omnino maneat resoluta, *cap. cùm dilectus, de caus. possess. & propr.* Gratian. *discept.* 898. *n.* 19. Marquesl. *de commis. part.* 2. *fol.* 231. *num.* 3. Post. *vbi suprà, obseruat.* 108. *n.* 24. Rot. *coram Seraph. decis.* 1484. *n.* 8.

Non obstat quòd etiam intruso prædoni, & iniusto detẽtori detur manutentio ad limites possessionis, ex quo in hoc iudicio summarissimo nõ agitur de iustitia, vel iniustitia possessionis prout de iure, quod pertinet ad plenariũ possessorium, sed de mera rei insistentia, & detentatione facti, prout de facto, quo casu non solet denegari manutentio, vt per Rot. *decis.* 322. *n.* 3. post tract. Post. etiã si possessio sit asinina, bestialis, seu asinaria, vt dicũt DD. & latè idem Post. *obseru.* 42. *ex n.* 74. *vsque ad num.* 86. 65

Quia conclusiones istæ procedũt quando positiuè non cõstat de non iure, seu de defectu proprietatis, tũc enim, ex quo aliquis possidet, interim dũ discutitur de possessionis iustitia, in dubio est manutenẽdus, ne possessor priuetur cõmodo suæ possessionis, *ad l. is qui destinauit, ff. de rei vindicat.* tum quia satis est quod detur possibilitas titulãdi possessionẽ, Seraph. *decis.* 555. *n.* 8. Rot. *decis.* 74. *n.* 17. post tract. Post. Guiouagn. *cons.* 8. *n.* 115. *lib.* 1. tum etiam quia ex eadẽ solũmodo possessione præsumitur dominiũ, donec constet de intrusione, de prædatione, seu iniusta detẽtatione, vt latè per eũdẽ Post. *d. obseruat.* 42. *n.* 134. *& seqq.* tũm denique, quia imò dominiũ incidẽter deductũ probatur ex sola possessione ad effectum manutentionis, Bart. *in l. quidam in suo, num.* 4. *D. de condition. institut.* Cald. *cons.* 23. *de preb.* Rot. *decis.* 217. *num.* 6. post tract. Postij. 66

Cæterùm vbi notoriè, positiuè, & euidenter (prout in casu nostro) constat de defectu dominij, seu 67

de

de improbitate, & vitio possessionis, tunc non est danda manutentio, sed imò possessio, talis qualis, est reuocanda *l.1.in princ. D. vti possid. l. improba, C. de acquir. possess.* Menoch. *de retinen. remed. 3. num. 790.* Cancer. *variar. cap. 14. num. 54. & seqq. part. 3.* & annumeros DD & decisiones cumulat Post. *d. ob-*
68 *seruat. 42. num. 137.* leges enim, & sacri Canones non intendunt tueri vitiosum possessorem, Valas. *decis. 9. num. 19. tom. 1.* relat. per Post. *vbi proxime, num. 150.* alias si aliquis in possessione etiam iniusta defenderetur, daretur occasio delinquendi, Cancer. *d. cap. 14. num. 56.* via calumniis pateheret; temerarij fouerentur litigatores, & notoria fieret iniustitia, Scac. *de sentent. & re iudicat. glos. 14. quest. 19. num. 98.* quod iura abhorrent.

69 Præsertim in spiritualibus, quo casu, possessio iniusti detentoris non est manutenibilis, Pilot. *de in litem iurand. §. 3. num. 29.* ne scilicet vibretur gladius Ecclesiasticus à non habente facultatem excommunicandi, neque vmbram iurisdictionis.

70 Minus obstat quòd ad effectum, vt dicatur constare de notoria iniustitia possessionis, seu de palpabili defectu dominij in possidente, necesse est quod adsit, vel eius confessio, vel sententia, quæ transitum fecerit in iudicatum, Gratian. *discept. 899. num. 22.* Scaccia *vbi sup. num. 108.* Rot. *decis. 27. num. 11. & decis. 28. num. 9. p. 1. diuers.* & coram Cardinali Seraph. *decis. 555. num. 8. & decis. 876. num. 2.*

71 Quia vltra quòd, stantibus in constitutionibus Apostolicis, & huius Religionis, clausulis, *eo ipso, ipso facto, ipso iure,* & aliæ, quæ important latam sententiam a Papa super cessatione officij Prouincialatus post completum triennium, vt late *sup. n. 16. 31. & 32.* nulla alia desuper sententia, aut declaratio requiritur, cum habeamus rem claram, & manifestam, ex dictis *sup. num. 44.*

72 Respondetur vlterius, quòd probatio defectus dominij non est restricta ad confessionem partis, & rem iudicatam, cùm & alias possit se extendere, ad alios modos probationis, videlicet ad iura, seu statuta clara & publica instrumenta producta, seu ad claras depositiones testium, Bocat. *de interdict. vti possid. cap. 2. num. 46. & 8. & cap. 5. num. 4. & seq.* Post. *d. obseruat. 42. num. 15.*

73 Et in casu nostro habemus euidentia facti, & iuris, ex notorietate elapsi triennij, quæ nõ controuertitur, & ex clara, & perspicua dispositione constitutionum super cessatione officij triennio completo. Vnde cum Pater M. Liaño fundet suam possessionẽ in titulo præambulo suæ antiquæ electionis ad Prouincialatum, quo functus est, & impossibile sit, quod alium titulum habeat, sequitur, quòd ex quo titulus ille fuit resolutus, & inualidus factus, sibi obstat defectus seu inualiditas tituli, quæ ex ipsius tituli, ad triennium tantummodo habiti, lectura apparet, Menoch. *de retinend. rem. 3. n. 683.* Rot. *decis. 698. n. 3. part. 2. recentior.* Probatio enim quæ fit libris, seu scripturis apertis nunquã reiicitur, Peron. *de adipiscend. n. 408.* Post. *vbi proxime n. 155. & seq.*

74 Neque etiam obstat dicere quòd hoc esset inuoluere titulum cum possessione, quodque exceptiones requirentes altiorem indaginem non sunt admittendæ in hoc iudicio summarissimo manutentionis, sed imò sunt reiiciendæ ad petitorium, ex late congestis per Post. *d. obseru. 42. num. 1.*

75 Quia exceptio ista non requirit altiorem indaginem, ex superius dictis. Neque enim nouum est, quòd exceptio respiciẽs merita, seu dominium, & petitorium, vel possessorium plenariũ, seu nõ ius possessionis, vel dominij alterius, impediat manutentionẽ, vbi est liquida, clara, & notoria, & nõ eget probatione, neque aliquo modo offuscatur, Giouagn. *d. cons. 8. n. 114. lib. 1.* Seraph. *decis. 810. n. 4.* Greg. *decis. 425. n. 3. & seq.* In casu autem nostro nulla alia probatione istius exceptionis opus est, cùm legalis inter sit in confesso apud partes, tam lapsus triennij de facto, quam cessatio officij iuxta constitutiones, de iure. Quinimo ad hoc vt exceptio dicatur nõ requirere altiorem indaginem, sufficit quòd partes sint concordes in facto, licet superſint disputationes in iure, Franc. *in c. ad decimas, de restit. spoliat.* Seraph. *decis. 183. num. 6.*

Nec tandem replicari potest quod exceptio ista 76
offuscatur, & turbida redditur, ex quo existẽte causa terroris armorũ bene potuit d. Pater M. Liaño prolongare Capitulũ, ex qua prolõgatione in cõsequẽtia resultat officij duratio, & cõtinuatiõ possessionis.

Quia dato mille, quòd talis causa sufficeret ad prorogationẽ Capituli; attamẽ cùm adhuc non sit probata, nihil releuat illius allegatio, donec plenè in cõtradictorio iudicio probetur seruatis seruãdis. Et propterea intrat de plano pro decisione articuli pulchra, & aurea conclusio, quòd vbi exceptio est clara, non efficitur altioris indaginis, nec est reiiciẽda, si illud quod est discutiẽdum, prouenit ex replicatione aduersarij, Afflict. *decis. 55.* Put. *decis. 243. lib. 3.* Post. *d. obseruat. 32. n. 133.* Rota *decis. 57. num. 4. & 6. p. 2. diuers. & decis. 126. n. 12. & decis. 159. n. 9. part. 1. recent. & decis. 157. num. 10. impres. post tract.* Pacifici *de Saluian. interd.*

Et ratio est, quia petens manutentionẽ est actor 77
originarius, & voluntarius, Gregor. *decis. 64. n. 5.* Et postquã prædictus Pater Terminon, qui in hoc articulo est reus, suam probauit exceptionẽ fundando eã in lapsu triẽnij, & dispositione cõstitutionum, ꝗ d. Pater M. Liaño replicat constitutiones nõ habuisse locũ, ex quo adfuit iusta causa metus, & terroris armorũ ad protrahendũ Capitulu, debuit clarè, & nitidè probasse suam replicationẽ, alias exceptio non desinit esse clara & liquida vt verbis vtar Rotæ *decis. 597. n. 3. p. 2. recent.* Franc. *in c. 1. n. 18. de litis contest.* Put. *decis. 235. & decis. 331. lib. 3.* Et sic altior indago in casu isto nõ cadit super exceptione, sed super replicatione, vt optimè considerat Rot. *d. decis. 57. n. 1. part. 2. diuers.* Replicatio enim sapit naturam 78
actionis, & secudum eã regulatur, Alex. *in l. si n. 25. & ibi* Curt. iun. *n. 14. C. de edend.* Paul. *cons. 95. n. 36. lib. 1.* & dicitur illius coadiunatio. Bald. *in l. 1. §. editiones, n. 17. D. de edend.* Greg. *decis. 535. n. 17. & 18.* & propterea si replicatio nõ fuerit probata, perinde est ac si actor in sua actione succubuisset, *ad l. qui accusare, C. de edend.*

Quòd autẽ nõ sit probata, patet euidẽter, quia in 79
actis nõ adsunt nisi quædã emendicatæ depositiones testiũ per modũ summariæ informationis ante litẽ contestatã receptæ, quæ nullã fidẽ faciũt, *c. quoniã frequenter, in princip. & ibi* Host. *n. 1. 2. & 15.* Ioan. Andr. *n. 2.* Butr. *n. 1.* Bellam. *n. 1.* Bald. *n. 1.* Butr. *num. 2. & 4.* Imol. *n. 1. vt lit. nõ contest.* late Farin. *de testib. q. 76. ex n. 2.* Sed imò sunt nullæ ipso iure, Ioan. Andr. *in c. significauit, num. 2.* & *ibi* Butr. *num. 6. de testib.* adeò, vt nec etiã possint partiũ cõsensu validari, Farinac. *vbi sup. num. 6.* Vltra quod testes sunt Vocales Capituli ex alia partialitate, qui tanquã partes formales propriũ interesse defendunt, & propterea multo minus est illis credendum, *d. decis.* Greg. 4. *n. 1. 8. & 14.* Et tã in eorũ dictis, quam in personis patiũtur plurimas exceptiones, quæ tempore suo erũt opponendæ, vt latius dicetur *infra n. 111. & seq.* Interim tamen donec huiusmodi depositiones in cõtradictorio iudicio cũ partis citatione nõ fuerint ca-

nonizatæ, nulla de illis est habenda ratio. Ex quo sequitur, quòd versamur in terminis exceptionis defectus dominij in continenti probatæ, quæ impedit manutentionem, *ex sup. dictis, num. 64. & 67.*

80 Tertiò, cò minus competit manutentio, quia possessio officij data vsque ad certam diem, tam à dante, quam à recipiente præfixam, est possessio precaria, obtenta à constitutionibus & à Prouincia: & propterea, elapsa die, talis possessio non est manutenibilis aduersùs concedentem, *l. 1. in princip. & in fin. D. vti possid.* Rom. *cons.* 341. *n.* 6. *lib.* 1. Menoch. *de retinend. remed.* 3 *num.* 19. Rot. *post tract.* Postij *decis.* 214. *num.* 6.

81 Et ratio est, quia his non adest vera, nec impropria possessio, nec etiam detentatio, cùm aliàs ita possidens, etiam ante lapsum diei, non sibi possideat, sed domino concedenti, id est, Prouinciæ, *l. quod meo, in princip. D. de acquir. possess.* Surd. *cons.* 481. *num.* 10. *lib.* 4. Seraphin. *decis.* 82. *n.* 5. Rot. *post tract.* Postij *decis.* 106. *num.* 4. *& decis.* 667. *num.* 1. *&* 6. *p.* 2. *recent.* aduersùs quam non potest petere manutentionem nec illam impedire, quominus suas functiones Prouinciales capitulariter exerceat, vt benè in proposito de administratore, vel exercente officium, aut habente aliquid in gubernium, seu recipiente ab aliquo cum onere restituendi, Post. *obseru.* 52. *num.* 25. *& seqq.* vbi quòd hoc esset interuertere aliorum dominium, & possessionem, quod facere non possunt, dum se pro illis sic possidere, & ab illis rem habere non impugnant, & Rot. *d. decis.* 677. *num.* 2. *p.* 2. *recent. & coram Cardinal. Caualer. decis.* 171. *ex num.* 1. Possessio enim est penes Prouinciam, & Prælaturam; non simpliciter penes Prælatum, DD. *in l.* 1. *in fin. D. de acquir. possess.* & de communi & veriori opinione, Alex *cons.* 81. *num.* 17. *vol.* 3. Paris. *cons.* 24. *num.* 5. *vol.* 1. Rot. post Post. *decis.* 427. *num.* 8. *& decis.* 330. *num.* 25.

82 Quartò, quia concordia, & confirmatio Apostolica super eo, quod finito triennio in Prouincialatu per partialitatem Hispalensem, immediatè sequatur pars Prouinciæ, de qua latè sup. ex *num.* 45. *vsque ad num.* 53. habet decretum irritans, quod non solùm inficit titulum, verum etiam possessionem, Cassador. *decis.* 11. *num.* 5. *super reg. & decis.* 1. *per tot. de restit. spoliat.* Put. *decis.* 183. *num.* 2. *lib.* 2. latè Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 21. *n.* 8. *& glos.* 67. *n.* 29. *& per tot.* Loter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 76. *& q.* 27. *n.* 42. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 1. *n.* 42. *& seqq.* Castell. *de elect. c.* 7. Scacc. *n.* 17.
83 *& seqq.* Et possessio infecta non est manutenibilis, latè Post. *obseruat.* 46. *per tot.* Rot. *decis.* 177. *n.* 3. *p.* 4. *diuers.* nullumque producit effectum, Rot. *decis.* 304. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* imò est nullius momenti & habetur pro non possessione, vel pro possessione vacua. & non impedit manutentionem posterioris possessionis etiam instrumentalis. Coccin. *decis.* 51. *n.* 4. Rot. *d. decis.* 177. *per tot.* & plurimos cumulat idem Post. *vbi sup. ex n.* 4. *&* 7. vbi quòd decretum hoc inficit possessionem ciuilem, naturalem, & detentationem, & omnem iuris effectum tollit, & habens illud contra se, non potest vti aliquo remedio possessorio, neç summarissimo manutentionis, & adducit *decis.* 217. *n.* 57. *& decis.* 286. *n.* 1. *post suum tract.*

84 Præsertim, quando (vt in casu nostro) decretum non est generale, sed imò cadit super certo, & indiuiduali corpore beneficij, seu officij Prouincialatus Prouinciæ Bethicæ Ordinis Eremitarum sancti Augustini, Cassador. *d. decis.* 1. *n.* 3. *de resti. spol.* Germon. *de indult. Card. §. volentes, n.* 50. *& seq.* Gonz. *d. glos.* 67. *n.* 51. *&* 52. *& seq.* Et de hoc motiuo pro exclusione manutentionis nullus vnquam Doctor dubitauit.

Quintò, quia præfato P. M. Liaño obstat exceptio excommunicationis, ex *dictis sup. n.* 35 *&* 44. quæ opponi potest, vbi de sola possessionis manutentione agitur, vt in puncto fuit sæpius resolutum *in Rota*, & signanter *in decis.* 614. *n.* 2. *p.* 2. *recent. & decis.* 275. *n.* 3. *post* 2. *tom. cons.* Farin. & coram sanctæ memoriæ Gregorio XV. *decis.* 64. *n.* 1. *& ibi Adden. n.* 13. vbi alias decis. adducit. Atque ex his patet prædicto P. M. Liaño non competere manutentionem. 85

ARTICVLVS III.

QVoad tertium autem videtur, quòd dict. P. Terminõn est manutenendus in quasi possessione iuris exercendi ministerium sui Prouincialatus. Cóstat enim ex actis de possessione pacificè, & capitulariter capta, ac etiam de tempore motæ litis, quæ sufficit ad manutentionem, *cap. cum Ecclesia*, & *ibi* Abb. *num.* 23. Rip *num.* 81. *de caus. possess. & propriet. §. retinendæ, Inst. de interd.* Rot. *decis.* 559. *num.* 11. *p.* 2. *recent.* & innumeras cumulat Post. *eod. tract. de manutent. obseruat.* 17 *num.* 1. *&* 5. 86

Stantibus præsertim plurimis actibus possessoriis, obedientiæ receptæ a toto Capitulo Prouinciali, assistentiæ in Diffinitorio, electionis actiuæ ad omnes Prioratus, & officia totius Prouinciæ, admissionis professionum nouitiorum, item obedientiæ præstitæ à pluſquam 30 ex 45. Conuentibus, & Monasteriis fratrum, & monialium ac concessionis licentiarum per totam Prouinciam: per quos, & alios actus sic repetitos, & geminatos, multo magis dicitur constare de possessione ad effectum manutentionis, Cæsar de Grał. *decis.* 10. *num.* [illegible] *de caus. possess. & propr.* Rot. *decis.* 214. *num.* 2. post tract. Post. 87

Et cò facilius debet concedi manutentio, quia non versamur in terminis simplicis, & nudæ possessionis, detentationis, seu intrusionis, quæ alias sufficeret, vt per Burat. *decis.* 194. *num.* 9. plenè Post. *obseruat.* 42. *per tot.* cùm in hoc iudicio summarissimo non sit examinanda iustitia, vel iniustitia possessionis, Burat. *decis.* 194. & *ibi* Adden. *lit. B. & decis.* 304. *n.* 8. imò sufficiat possessio asinina, & bestialis, ex dictis *sup. n.* 65. Post. *d. obseruat.* 42. *num.* 56. Sed in terminis possessionis titulatæ, quo casu propter fomentum tituli dubitari non potest, quin ista possessio sit manutenibilis, *cap. licet causam* vbi Felin. *n.* 9. *de probat.* Veral. *decis.* 336. *p.* 2. *& ex trad.* per Gratian. *discept.* 402. *n.* 1. *&* 2. Greg. *decis.* 325 & *ibi* Adden. *num.* 6. *& decis.* 412. *num.* 2. *&* 5. 88

89

Nec obstat dicere, quòd actus isti possessorij dederunt causam liti, & consequenter non probant possessionem, Rot. *decis.* 4. *n.* 2 & *ibi* Adden. coram Greg. nec tribuunt ius considerabile, Rot. *decis.* 30. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Neç videntur attendendi ad effectum concedendi manutentionem, Greg. *d. decis.* 569. *n.* 4. & plures refert, & sequitur Post. *obseruat.* 17. *n.* 44. *& seqq.* 90

Quia conclusiones istæ procedunt, quando possessio prætenditur ex vnico actu contradicto, veluti ex vnica præsentatione dante causam liti, quæ non constituit in quasi possessione iuris præsentandi, Greg. *decis.* 417. *n.* 4. aut ex vnica collatione pariter contradicta, quæ non constituit in quasi possessione iuris conferendi. Rot. *post tract.* Viuian. *de iure patron. decis.* 86. *num.* 36. 91

Secùs autem, quando post ius quasitum, seu acquisitam possessionem ex vnico actu positiuo, & pacifico, subsequitur contradictio partis, quia tunc non potest impediri mandatum de manutenendo, Post. *d. obseruat.* 17. *n.* 54. Seraph. *decis.* 1437. *in fin.* vbi 92

quòd

quòd si superuenerit contradictio, non videtur facta in tempore, Rot. post tract. Post. *decis.* 201. *n.* 7. vbi, quòd contradictio debet esse in ipso primo actu; quódque si facta fuerit post actum perfectum, & consummatum, non impedit, quominus censeatur per dictum actum, pacificè gestum, acquisita possessio, ad *l. si ita sit*, & *ibi* Bald. & Imol. *D. de legat.* 1. Rip. *in l.* 1. *n.* 88. *D. solut. matrim.*

93 Aliter enim, nec etiam post mille actus pacificos, & perfectos posset dari manutentio, ex quo semper isti actus, quantumuis pacifici, solent dare occasionem litis, quod tamen esset erroneum in iure, quandoquidem ex vnico actu pacifico acquiritur vera quasi possessio manutenibilis, Gratian. *discept.* 310. *n.* 76. Menoch. *cons.* 612. *n.* 16. Quinimò sufficit momentanea, & pro vno instantia acquisita, latè Post, *obseruat.* 18. *n.* 1.

94 In casu autem nostro adsunt plurimi actus possessorij pacifici, per quos fuit abundè acquisita quasi possessio iuris exercendi Prouincialatum. Vnde ex superuenienti contradictione, lite, seu recursu ad Tribunal non potest impediri manutentio, *ex dictis*. Præsertim quia & hæc possessio est satis iustificata, ex quo fuit capta auctore Prætore, idest auctrice Prouincia repræsentata per Vocales in Capitulo legitimè congregatos. Iustè enim possidet, qui auctore Prætore possidet, *l. iustè*, *D. de acquir. possess.* Greg. *decis.* 582. *n.* 2. cùm & aliàs possessio capta sine iudicis mandato sit manutenenda, vt per eund. Greg. *decis.* 107. *n.* 1. Et ratio est, quia sufficit nudum factum, etiam absque scientia, & patientia aduersarij, vt per Beltram. *ad decis. Greg.* 249. *n.* 10. Imò etiam actus gesti post motam litem sunt manutenibiles, quia facti fuerunt in continuationem possessionis præcedentis, Post. *obseruat.* 48. *n.* 35. Mantic. *decis.* 312. *n.* 13. Et regulare est, quòd qui continuat, non attentat, *ad decis. Greg.* 557. *numer.* 1. Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 82.

95 Minùs obstat dicere, quòd possessio ista fuit attentata, & consequenter non est manutenenda, Lancel. *de attent. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 49. Seraphin. *decis.* 287. *n.* 1. Caualer. *decis.* 359. *n.* 7. Coccin. *decis.* 491. *n.* 3. Rot. *decis.* 627. *n.* 1. *p.* 4. *diuers.* sed imò est omninò reuocanda, in primis, & ante omnia, *cap. non solùm, de appellat. in* 6. Crescent. *decis.* 19. *alias* 216. *n.* 2. *de sent. & re iudicat.* Boccat. *de interdict. vti poss. cap.* 3. *n.* 21. an potiùs sequestranda iuxta Rotæ stylum, vt per Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 13. *num.* 38. Rot. *decis.* 503. *& decis.* 514. *part.* 1. *recent.* & copiosè Post. *obseru.* 75. *a num.* 34.

96 Quia aut prætensa attentata figurantur ob apprehensam possessionem post litem motam, vel emanatam, seu intimatam inhibitionem Tribunalis; & quidem certum est in facto, quòd inhibitio, & litis pendentia emanarunt longè post possessionem, & sic eam non afficiunt, ad text. *in cap.* 1. *& tot. tit. vt lit pend. & not. in decis.* 119. *num.* 1. *part.* 3. *recent.*

97 Aut verò prætenditur fuisse causata ex prætensa appellatione interposita per Patrem Fr. Ioãnem de Bolaños Priorem Conuentus Granatensis, qui post intimatum sibi decretum Præsidentis, vt sibi obedientiam præstaret, dicitur pro responsione ad intimationem appellasse, super quo exhibetur hodie quædam fides cuiusdam asserti notarij: & hoc etiam casu attentata non causantur. Tum, quia talis appellatio non fuit in scriptis, Franc. *in cap. cùm in Ecclesia*, *num.* 12. *de appellat.* Guid. Pap. *de appellatione. tom.* 5. *conclus.* 8. *num.* 6. Ruginell. *eod. tract. in præfat. num.* 38. Scaccia *eod. etiam tract. q.* 4. *à num.* 1. Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 62. *in præfat.* & in puncto de electione Castellin. *de elect. cap.* 16. *num.* 13. vbi, quòd exprimi debent omnia, & singula, quæ appellans intendit obiicere. Tum etiã quia non fuit interposita coram eodem Præsidente, Iudice à quo, Lancel. *vbi proximè*, *ampliat.* 15. *num.* 1. Vest. *in praxi, lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 27. & *ibi* Grauat. *num.* 57. latè Scaccia *vbi sup. q.* 6. *ex num.* 1. Tum denique, quia Notarius actuarius facit fidem, quod prædictus P. Bolaños solum dixit, quod audiebat intimationem, & desuper requisitus in hac Curia facit etiam fidem expressè, & positiuè per verba negatiua, quod nulla fuit interposita appellatio, & propterea magis sibi credendum est tanquam actuario, in concursu cum alio contrariam fidem facienti, vt per Cyn. *in l. si quis Decurio, C. de fals.* tenet Rot. vt singulariter obseruat Rub. *in singul. p.* 3. *verb. Cynus*, *num.* 2. Vltra quod fides non actuarij, non facit fidem, Greg. *decis.* 98
214. *num.* 1. *& decis.* 260. *numer.* 5. *& decis.* 298. *num.* 10.

Aut etiam ex alia asserta appellatione, quæ cantat interposita ab eodem in ciuitate Hispalensi coram vno ex synodalibus, ob non tutum accessum ad Præsidentem, & multo minus est habenda in consideratione, nedum quia fuit posterior possessione Capitulari per 13. dies, & sic post elapsum tempus à iure concessum ad appellandum, vt in terminis de electione, Mandagor. *de elect. p.* 3. *cap.* 60. & *ibi* Boer. *eod. cap.* Castellin. *d. c.* 16. *num.* 5. & potuit interponi in eadem ciuitate Granatæ infra decem, coram vno ex innumeris iudicibus Ecclesiasticis synodalibus, ordinariis, Inquisitoribus, Scholasticis, Canonicis, & Dignitatibus in eadem ciuitate residentibus, apud quos tutus patebat accessus; verum etiam, quia idem Pater Bolaños eadem ipsa nocte post intimationem fuit in nonnullis congressibus coram Præsidente Capituli, & duobus Auditoribus Regiæ illius Cancellariæ, D. scilicet, Augustino del Hierro, & D. Illefonso de Bolaños, qui de ordine domini Præsidis Valençuela ab vtraque partialitate aditi pro negotio amicabiliter componendo, illuc aduenerant. Ex quo sequitur, quod tutus aderat accessus, cum præsentia Magistratus omnem metum excludat, *l. 1. in princ. D. quod met. caus.* Bellon *cons.* 18. *n.* 14. Greg. *decis.* 326. *n.* 34. prout & alterius cuiuscunque iudicis, Bart. *in l.* 2. *n.* 4. *C. de præd. decur. lib.* 10. Paril. *cons.* 10. *num.* 35. *lib.* 1. Greg. *decis.* 188. *num.* 9. 99

Vltra quod huiusmodi prætensæ appellationes 100
à decreto Præsidentis electionis sunt extraiudiciales, *c. concertationi*, *iuncta gloss. ibi*, *verb. grauatum*, *de appellat. in* 6. quæ non solent causare attentata ante omnia purgabilia, *dict. cap. non solùm*, §. *illa verò*, *eod. tit. & lib.* (sed ad omne peius) eorum reuocatio pendet ex futuro euentu, & ex iustitia appellationis, *cap. cum inter*, *& cap. considerauimus*, *de elect. in* 6. Vnde cùm appellatio adhuc non sit ex actis iustificata, imò nec adsit vmbra iustificationis, intrant de plano sequentes conclusiones, quod vbi attentata pendent à negotio principali, prius discutiendum est de eodem negotio principali, quam deueniatur ad purgationem attentatorum, Lancellot. *de attentat. part.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 19. *per tot.* Rota *decis.* 574. *libr.* 3. *p.* 3. *diuers.* Gregor. *decis.* 283. *num.* 8. *in fin.* vbi, quod expectandus est finis articuli principalis, vt *in Cæsaraugustana dismembrationis coram Sacrato*, *apud Marches. de commission. tom.* 3. *fol.* 178. Et quòd attentatiua turbida non meren-

tur priuilegium attentatorum, vt ante omnia reuocentur, Rota *decis.160.num.7.* post *tract.* Postij. Quódque dum discutitur de iustitia, vel iniustitia appellationis (quod in effectu est cognoscere de negotio principali, Greg. *dict.decis.* 283. *num.* 8.) interim possessor est manutenendus, ex *dictis sup.n.* 50.& 87. ex latè cumulatis per Post. *dict. obseruat.*
101 42.*per tot.* In manutentione enim non agitur de titulo, vel de possessione, neque aliquid prætenditur canonizari, Merend. *controuer. iur.lib.3.cap.19.num.* 5. Cæsar de Graf. *decis.22.alias 2. num.5. de restitut.spol.* Loter. *de re benefic.lib.2.quæst.45.num.40.* & bene Post. *obseruat.106. ex num.36.* sed solùm agitur de compescendis turbationibus, & molestiis auferendis, interim dum de eadem possessione, vel de titulo disputatur, Laderch. *cons.95.num.4.* Couarr. *pract.cap.17 sub num.1. Seraphin. decis.299.n.* 2. Loter. *vbi supra*, & hoc quidem ad effectum ordinandi iudicium, vt sciatur vter ex contendentibus loco rei, seu actoris debeat insistere, Barr. *decis.71.num.28.* Post. *dict. obseruat.* 166. *numer.* 52.
102 & *seqq.* Et propterea dicunt Doctores, quòd quando manutentio affert aliquod grauamen, illud est leue, modicum, ac momentaneum, Gratian. *discept.* 74.*num.*19. Boccat. *de interd.vti possid.cap.*14.*n.*24. Seraph. *decis.*292. *in princip.* & alios allegat Post. *vbi proximè num.*55. etiam quod agatur de possessione magnæ rei, vt per Plor. *de in lit. iurand.*§.3. *n.*36.& 43.
103 Et quod magis est, vtcunque, & qualitercunque se habeant istæ appellationes, illæ tamen fuerunt nullæ, & non erant admittendæ, ex quo asseritur fuisse interpositas simpliciter, & absolutè, à futuro grauamine, si procederetur per Præsidentem Capituli ad vlteriora, cum nec sufficeret appellare, ne fieret electio, nisi expressè appellatio interponatur, ne fiat electio, nisi canonica, *cap.cum in iure, de elect.* & notat glos. *in cap. considerauimus, verb. post appellationem, eod. tit.* Et bene in puncto Peirin. *de subdit. tom.1.q.1.cap.31.§.fin.in fin.* Castellin. *de elect. d. cap.16.in princip.* Lauor. *dict.tit.4. de elect.cap.19. num.120.* vbi allegat.gl.& Panormit.
104 Aut denique attentata prætenditur fuisse causata ex dissolutione Capituli, intimata aliquibus Vocalibus eadem ipsa Capituli die, quasi quòd huiusmodi dissolutio, & intimatio habeat vim inhibitionis. Et obiectum videtur omnino cessare ex pluribus; & primò, quia dissolutio fieri non potuit per Prouincialem resistentibus tot constitutionibus, ex latè dictis *in primo articulo.* Secundo, quia talis dissolutio, & prorogatio, quatenus esset legitima, debuit intimari omnibus Vocalibus, quorum intererat, vt per Bald. *in l.cos,§. Apostolos, de appellat.* tenet in puncto Francisc. Marc. *decis.*1218. *num.4.lib.1.* qui loquitur quando intra terminum statutum ad eligendum fuit facta abbreuiatio, & postea prorogatio pariter intra eundem terminum, iuxta *superius dicta, num.61.* Et in casu nostro solùm fuit intimata quinque Vocalibus ex 38. qui in Capitulo interuenerunt, & propterea cæteros non debuit afficere. Tertio, quia asserta dissolutio dicitur facta iustis de causis, donec & quousque de illis certioraretur hoc Tribunal. Vnde donec constet de iustificatione causarum formiter, & seruatis seruandis, talis dissolutio non potest habere vim inhibitionis, & sic non constat de attentatis; vel (ad omne peius) attentata redduntur valde turbida, & interim non potest denegari manutentio, ex *dictis sup.num.66.& 97.* Enim verò, hæc prætensio directo tendit ad annullandam electionem, quod sapit petitorium. Et propterea dum de eius viribus, & prætensis attentatis, & nullitate discutitur, electio videtur saltem habere implicitum [illegible] validitatis, interim tamen prædictus P. Termiñon debet manuteneri, & à tota Prouincia obediri, ut bene in proposito resoluit Rodrig. *tom.2. [illegible] q.52.art.12.vers. Ad tertium.*

Nec etiam obstat, quod dictus P. M. Termiñon 105 non est in possessione gubernandi totam Prouinciam, cum nonnulli conuentus ab eius obedientia se subtraxerint, & propterea illi in omnimoda gubernatione non competit manutentio, quæ solùm conceditur ad strictos limites possessionis, Gregor. *decisio 569.num.1 & 3.* & ibi Adden. *num.6.*

Quia cùm magis sit attendenda vniuersalis causa actus, quàm exercitium ipsius actus, Marescot. 106 *lib.1. variarum capit. 11. num. 32.* hinc est, quod etiam per vnicum actum singularem, si tamen causa (vt in casu nostro) est vniuersalis, acquiritur vniuersalis possessio manutenibilis, vt dicit idem Marescot. *num.33.* Post. *obseruat.* 73. *num.* 87. Pro- 107 bata enim possessione, quoad vnam rem, id sufficit pro manutentione, quoad alias res, sub eodem iure comprehensas, ad not. per Roman. *in l.2. §. si quod, num.1. D. de itiner. actuque priuat.* Rota *decis.* 222.*num.6.& sequen. part.1. diuers.& decision.17, num.4. part.2. in eisd. & decision. 287.num.2.* post tract. Postij.

Articvlvs IV. & vlt.

Demum quoad quartum, videtur etiam quod 108 quasi possessio iuris exercendi Prouincialatum, in qua existit dictus P. M. Termiñon, est titulata vero, reali, & legitimo titulo electionis canonicæ. Licèt enim in hoc manutentionis iudicio titulus non requiratur; nec etiam ad colorandam possessionem summus tituli desideretur, sed imò sufficiat asinaria possessio, ex *dictis sup. num.65.* attamen agnoscendo bonam fidem, & ex abundanti, titulum ipsum, nedum coloratum, aut putatiuum, sed & verum perinde, ac si ad illius canonizatoriam ageretur, patefacere intendimus.

Duo igitur sunt, quæ canonizant electionem, 109 substantia consensus, & substantia formæ, à quibus recedere non possumus, Baldus *in cap. quia propter, n.20.& seq.de elect.* Boer. *decis.1.num.70.* & sunt verba Rotæ *in Meten. Monasterij 5. Iulij 162[illegible] coram bonæ mem. Coccino Decano impress. apud Frankfurt. de iure Abbat. tom.1. disp.5.quæst.25.vers. Duo enim sunt.*

Et quoad consensum, apparet ex actis, quod ex 110 38. Vocalibus, qui in Capitulo interfuerunt, 36. dederunt sua suffragia prædicto P.M. Termiñon. Vnde cùm habuerit maiorem, & saniorem partem Capituli, taliter, quod per mutuum consensum eligentium, & electi, quasi coniugale vinculum spiritualiter sit contractum, vt dicit text. *in c. cum inter, de elect.* dubitari non potest de substantia consensus, *tot.tit.de elect.in D.* [illegible] & *in 6.*

Quoad formam autè, patet etiam ex actis quod 111 in præcedenti Capitulo Hispali celebrato de anno 1638. fuit iuxta constitutiones Ordinis, destinatus locus, & dies pro subsequenti Capitulo celebrando, videlicet Conuentus Granatensis, & dies 29. Aprilis 1641. Constat etiam ex pluribus litteris conuocatoriis dicti P.M. L[illegible]no tunc Prouincialis, quòd fuit conuocata tota Prouincia, & in dictum Capitulum ad dictam diem & locum. Apparet item facultas Præsidentis ex litteris deputationis Reuerendissimi

rendissimi Patris Generalis, quæ fuerunt à S.D.N. Vrbano Papa VIII. confirmatæ, prout in Breui cõfirmationis desuper expedito. Adest etiam recognitio Prouinciæ eadem die legitimè congregatæ, & obedientiæ præstatio erga Patrem Præsidentem. Et tandem concurrunt in hac electione omnes solemnitates, quæ in viduatis Ecclesiis requiruntur, tam de iure communi, vt *in dict. cap. quia propter*, & *ibi* communiter DD. *de elect.* de quibus latè P. Suarez venerandæ memoriæ *tom. 4. de religion. lib. 2. cap. 5. per totum.* D. meus Barbosa *in collect. ad d. cap. quia propter, num. 1. & seq.* Tamburin. *vbi sup. disp. 5. q. 6. per tot.* quàm ex dispositione constitutionum huius Ordinis, vt *d. part. 3. de gubernat.* sæpiùs allegat. *cap. 7. cum suis* §§. Et propterea nec etiam potest dubitari de substantia formæ, & consequenter, quòd electio ista sit canonizabilis, & possessio multò magis manutenibilis.

112 Nec aduersùs prædictum consensum potest opponi, quòd ex quo Vocales erant 82. non potuerunt 38. facere maiorem partem Capituli, cùm aliàs maior pars in electionibus Canonicis intelligi debeat, non respectu minorum, sed respectu totius corporis Capituli, vt per glos. *in cap. cum omnes, verb. constitutum, de constitut.* & *ibi* Fel. Abb. *in cap. Eccesia vestra, el 1. num. 1. eod. tit.* Rot. *coram Burat. decis.* 809. *& ibi latè Adden.*

113 Quia ex actis constat, quòd omnes illi, qui in Capitulo non interfuerunt, voluntariè se absentarunt instante vltimo, & peremptorio termino electionis, & propterea non erant amplius expectandi, vt est text. *in cap. cum nobis, de elect.* vbi glos. *verb. reuocare*, & ibi Abb. *num.* 10. & textus *in d. cap. quia propter*, ibi, *Præsentibus omnibus, qui debent & volunt*, &c. *de elect.* & *ibi* glos. *verb. volunt*, vt benè considerat Lezaua *in suis quæst. regular. cap. 15. n. 8.* & pluribus comprobat Castellin. *de elect. c. 5. num.* 11. ibi: *Tempore statuto à iure communi, seu à constitutionibus, si legitimè electores vocati ad electionem renuant venire, eo casu maior pars Vocalium illa censetur, quæ est præsens in loco, siue conuentu, in quo facienda est electio, cap. bonæ mem. de postul. Prælat. Panormit. ibidem n. 9. & cap. licet, de elect. & ibi Panormit. n. 14. Ideò qui iam congregati in Capitulo ad effectum electionis ibidè remanent, etiam quòd sit minor pars, aliis voluntariè recedentibus, possunt de iure celebrare electionem, quæ, aliis seruatis, erit canonica. Ratio huius præsertim ea est, quia qui exierunt computantur inter illos, qui renuntiarunt, vt colligitur ex cap. cum nobis, de elect. & glos. ibidem, verb. reuocare, & Panormit. n. 10. glos. in Clem. quod circa, verb. quæ in facto, eod. tit. dummodò tamen instet vltimus terminus electionis; si verò non instet, debet minor pars expectare maiorem*, & pulchrè iuxta eius solitum *R. P. D. meus Alexander Raphaelius, Nunciaturæ Apostolicæ generalis Auditor in suo eleganti voto Generalatus Ordinis sancti Hieronymi, n.* 86. vbi plures allegat.

114 Aliàs enim esset in manu eorum, qui præuident non esse eligendum Prælatum sibi affectum, & partialem, Capitulum differre, in præiudicium totius Prouinciæ, cuius interest, electionem quam citius expediri, ne sit diu suo orbata Pastore, *cap. oblatæ, §. superior, de appellat.* vt benè considerat idem Castellin. *cap. 8. num. 5.* ibi: *Quapropter si non comparuerint, imputabitur illis, & non aliis, cum isti videantur esse in dolo, ex quo dolo non debent commodum reportare, vt dicitur in cap. Sedes, de rescript. & hoc idè tradit Bart. de firm. in tract. de Episcop. part. 3. lib. 1. quæst. 8. & Innocent. relatus à Bocrio in annotat. ad cap. 5. Mandag. de elect. part. 1. sub liter. P. & malitia ipsorum eis prodesse non debet; nam sæpè Vocales, de quibus supra, scientes instare tempus electionis, ad impediendam electionẽ celebrandam, voluntariè, & non sine aliqua malitia se absentant, & renuunt notificare locum, ad quem declinant*, &c. Et inferiùs, ibi: *Regula iuris est, quod certus non debet certiorari, cum recedens certo sciat instare electionem, & terminum præfixum à iure particulari, vel communi, & nullam præmittat instantiam, signum euidens est, quod non vult interesse, cui fauet Panormit. in cap. cum inter, num. 10. de elect.* Et idem repetit *num. 6. & 11.* vbi reddit rationem, quod paria sunt in iure non venire ad electionem, & non perseuerare vsque ad finem, *& num. 12.* ibi: *Quod semper intelligendum est instante vltimo temporis termino à iure præfixo; tunc enim & non aliter potest tertia pars Vocalium, quæ remansit in Capitulo, seruatis seruandis, celebrare electionem, quæ censeri debet bona & legitima, nã tunc, & eo casu ius interpellat pro homine*, &c. *& n. 15.* ibi; *Si vocati venerunt in termino illis notificato, sed recesserunt antequam fiat electio, ad alium etiam terminũ prorogata, secundum Innocent. & Host. non sunt vlterius vocandi; non enim debuerunt recedere, nisi completa electione, cap. consuluit de offic. deleg. Mandagot. vbi sup. cap. 18. & latius ibidem Boer. sub litera P. vbi cumulat ad hoc idem auctoritates quamplures, textus, & auctorum in magno numero*, &c. Hactenus Castellin. & hanc eandem sententiam tenent expressè Cuch. *inst. maior. lib. 4. tit. 1. de elect.* Suarez *d. tom. 4. de Relig. lib. 2. c. 5. num. 5.* Lauor. *d. tit. 4. de elect. cap. 21. à num.* 82. Francisc Marc. *d. decis.* 569. *num. 4. lib. 2.* Peirin. *de subdito, quæst. 1. cap. 31. §. 6.* ibi: *Si quæras an assignato termino ad eligendum, verbi gratia die Pentecostes, si aliqui non compareant, possint reliqui ad electionem procedere, dico quod sic*, Armil. *electìon. 1. n. 19.* Mirand. *tom. 2. manual. quæst. 23. art. 6. conclus. 3. etiam si vnus solus reperiretur in Capitulo*, vt notat Panormit. *dict. c. cum nobis, de elect. num. 11. Et ratio est, quia ex quo terminus est præfixus à iure, omnes videntur esse moniti in termino, & nota quod debent venire ea hora diei, qua solet fieri electio*, Panorm. *dict. cap. cum nobis, num.* 11. qui loquitur in fortioribus terminis, etiam si Vocales nũ fuerint moniti per conuocatorias litteras, & sequuta fuit Rot. in pluribus causis, vt per Adden. *ad decis. Burati* 809. *num. 11. & seq.* & egregiè more suo solito D. meus Barbos. *de Canonic. cap. 38. num. 11. & sequentib.* ibi: *Et ideò non est habenda ratio in huiusmodi computatione de votis illorum, qui recedunt à loco vbi facienda est electio, cap. cum nobis*, vbi Abb. *num. 3. de electìon.* vbi plures allegat, *& de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 19. num. 96. & sequentibus.*

Quod adeò verum est, vt si de conclaui Cardinalium S.R.E. contingeret omnes exire, præter vnum, ille solus posset eligere Romanum Pontificem, glos. singul. *in Clement. ne Romani, verb. omnes, de electìon.* Petr. de Baisio *in direct. elect. cap. 2. num. 6. & seqq. part. 1. & n. 9.* dicit locum etiam habere in electionibus Regularium, Laur. *tract. de Cardin. conclus. 24.* & alios etiam refert & sequitur Castell. *cap. 5. num. 86.* Rodriguez *d. tom. 2. quæst. 54. art. 4.* Lauor. *d. tit. 4. cap. 6. num. 26. & cap. 15. num. 26.* 115

Nec replicari potest, quòd discessus à Capitulo, & illius prætensa absolutio fuit facta ad requisitionem maioris partis Vocalium, qui se requirimentis subscripserunt, ob metum cadentem in viros constantes. Quia, vt fuit sæpè dictum, & necesse est, vt desuper sæpiùs volutemur, metus iste est affectatus, & satis est, quod de illo non constet per probationes iudiciales, seruatis seruandis, factas. Quod enim non est de actis, non est de hoc mundo. Quinimò satis metus excluditur ex epistolis, vulgo *villetes*, hinc 116

hinc inde inter Dominum Præsidentem Cancellariæ, & d. Patrem M. Liaño scriptis; in illis enim dictus D. Præsidens assecurat eum, vt veniat; & d. Pater promittit se hora decima venturum; & insuper d. D. Præsidens acriter de eo conqueritur, quod & salem Regiæ Cancellariæ, & Capitulum vsque ad horam vndecimam, pro vtraque functione valdè insolitam, sub fide, & spe aduentus sui, & partialium suorum, distulerit; & tandem deficiente fide publica, & priuata non venerit. Ista autem tam grauis, & potentis magistratus assistentia, nemo dubitat, quin metum excludat, *ad dict. l. fin. in princip. D. quod met. caus.* Gregor. *decis.* 188 *num.* 9. *allegat. sup. n.* 96. Nec enim credendum est, quod prædictus D. Præsidens Valençuela pro suo munere, zelo, & deuotione quibus libertatem Ecclesiasticam ab incunabulis prosequitur in aliquo defuisset, quominus electio ista liberè celebraretur, prout gratis ex aduerso incusatur; cùm aliàs primitias laborum suorum in defensionem eiusdem libertatis Ecclesiasticæ, & auctoritatis Apostolicæ pro Romana Ecclesia, & potestate clauium Beati Petri aduersus Venetos, tam vltrò ediderit, & dedicauerit.

117 Vltra quod requirimenta apparent subscripta à pluribus Vocalibus, qui desuper à Præsidente Capituli iudicialiter examinati, deponunt, quod d. M. P. Liaño fecit eos in quatuor foliis albis sine aliqua scriptura subscribere, asserens se talibus subscriptionibus indigere. Ex quo patet, quam emendicata sint talia requirimenta, & quam voluntarius fuerit prædictus recessus à Capitulo, cùm nec manus Regia Cancellariæ, sæpius de eorum affectatis terroribus monita eos assecurare, nec in officio continere potuerit; quod *fastus degenerem consensum redolet*, vt verbis vtar Politicorum.

118 Præterea nec assertæ depositiones suorum testiũ in aliquo suffragantur, tum quia in summario, & ante litis contestationem ex superius dictis, & ad annullandam electionem probationes debent esse claræ, & in contradictorio iudicio factæ, *dict. cap. cùm inter, de elect.* ibi: *Nisi sufficienter sit ostensum, eundem morbo epileptico laborare, super quo contra ipsum dicitur appellatum, vos non obstante appellationis obiectu, si qua ex aliis causis superius memoratis proponitur interposita (cum eas friuolas reputemus) electionem ipsius confirmetis.* Tum etiam, quia in decreto asserit d. M. P. Liaño, quòd non examinentur fratres, qui se subscripserunt requirimentis, & tamen ex 12. testibus 9. sunt Vocales eiusdem Capituli ex subscriptis qui manifestè ostendunt depositionum suarum emendicationem; & nec reddunt rationem sui dicti, & vnus ex eis in hoc Tribunali est publicus, & benè notus solicitator pro sua partialitate. Tum denique, quia imò omnes testes sunt partes formales in huius litis prosequutione, & dederunt mandatum procuræ vt constat ex actis, & quod plus est, nec istæ depositiones habent subsistentiam veri facti, cum sonent factæ in vno loco, & sint factæ in alio, & tam in personis, quàm in dictis & foliis ipsis scripturarum plurimas patiantur obiectiones, vt ocularitet, & palpabiliter demonstrabitur; ita vt mirum sit, quòd inter viros aliàs graues, & Religiosos, talis calumnia suæ matri, & Prouinciæ fuerit imposita, cũ etiam si verum saperet, tam fœdum facinus proprio pudore contegere debuissent, imitatores facti Sem, & Iaphet, *qui pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui Noë*; nec sequentes Cham, *Qui cùm vidisset verenda patris sui esse nudata, nuntiauit fratribus suis foras*; dicente præsertim Apostolo aduersùs eos, qui per Tribunalia vagantur, *quare non magis iniuriam patimini? quare non magis vestrum amittitis?* & alibi, *neque enim facio animam meam pretiosiorem, quam me.*

Minus potest replicari, quod ex præcedentibus 119
tractatibus, seu congressibus fratrum de Prouincia, quæ ex aduerso vocantur conuenticula, insurgit non leuis præsumptio seditionis. Quia respondetur, quod de illis non constat, & quatenus constaret, præcedere debuissent isti tractatus, glos. *in verb. tractantes in cap. in nomine* 23. *distinct.* D. Barbos. *de iure Eccles. d. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 83. ibi: *Sunt enim veluti preparatio ad electionem, non autem electio; sique in eis discussio eorum, quæ facienda sunt, nominantur vtrinque plures, qui iudicantur digni electione, & quisque dicit, quod sibi videtur, absque tamen quod sequatur aliqua conclusio, vel electio,* &c. & allegat glos. *in cap. cùm in veteri, verb. in tractatu de elect.* Butr. *in cap. cum inter, num.* 7 *eod. tit.* Petr. Greg. *eod. tit. cap.* 15. *in fin.* Maximè in Prouincia Bœthica, vbi per concordiã auctoritate Apostolica confirmatam, & singulis triennijs vsu receptam, adsunt duæ partialitates distinctæ, & separatæ, quæ faciunt quasi duo Collegia, vel duas Congregationes eiusdem Prouinciæ, & propterea congressus isti non solùm sunt liciti, sed & debiti pro iurium suorum defensione. Qui enim iure suo vtitur, nemini facit iniuriam, *l. iniuriarum,* §. 1. *D. de iniuriis.* Et multò magis stantibus tot nouitatibus, & perturbationibus partis aduersæ, quæ nunquam sua sorte contenta à triennio, & vltra nihil non molitur, vt totam Prouinciam contra dictam concordiam integraliter possideat, vt patet ex mandatis Procuratori Romanæ Curiæ transmissis, & in actis præsentatis; ac etiam ex quo prædictus P. M. Liaño diffidens de suo Secretario, qui erat M. Fr. Hyacinthus Cubero de partialitate Prouinciæ, coëgit illum renuntiare officio, ne secreta sua panderet. Et quod plus solito mirãdum est, fratres Hispalenses, & Extrematuræ vix ascendunt ad numerum 120. & fratres de Prouincia excedunt numerum 750 & tamen illi semper sunt in spiritu amaritudinis, & ambitionis, nec desistunt fermentare futuras electiones aduersus istos, acriter de inæqualitate conquerentes.

Nec etiam replicari potest, quòd ex quo fuerunt 120
in Capitulo admissi nonnulli, qui negantur fuisse Vocales, videatur hodie cõstare de defectu consensus. Quia cum à iudicibus causarum (à Præsidente Capituli iuxta formam constitutionum, deputatis) fuerint examinata, & canonizata omnia iura, & voces Vocalium nihil de hoc pertinet ad Capitulum, neque hoc potest influere in prætensam nullitatem electionis, cum sint diuersa corpora, & diuersas functiones, & munia exercentia, licèt omnia tendãt ad eundẽ finẽ, & effectum. Ad Capitulum enim nõ spectat discutere Vocaliũ causas, sed solùm priuatiuè ad dictos iudices, pro quibus adest iuris præsumptio, quod in omnibus ab eis gestis benè se informauerint, & in probatione decretorum, & sententiarum ritè & rectè processerint, Ayın. *consil.* 74. *num.* 9. Gregor. *decis.* 176. *num.* 4. Burat. *decis.* 334. *n.* 8. *in fin.*

Quod autem constitutio desuper disponens, fue- 121
rit ad vnguem seruata; patet, quia *in dict. cap.* 7. *rubr. de iudicibus causarum, part.* 3. adsunt hæc verba: *Eo autem completo, de patrum consensu deputet* (scilicet Pater Præsidens) *tres iudices causarum peritos, & expertos, qui ante omnia literas discretorum examinent, ac de habentibus vocem tam actiuam, quàm passiuam, omnem controuersiam dirimant,* &c. *A quorum sententia nulli*

nulli est Capitulum dimissum liceat appellare, nisi fortè absens, vel inauditus fuisset, &c. Et in actis legitur, quod Præsidens eos deputauit de omnium Capitularium consensu, nemine discrepante.

122 Vnde quid quid ab his iudicibus gestum fuit, debuit omnino à toto Capitulo recipi, prout receptæ fuerunt tres, vel quatuor voces, quæ ante earũ sententias poterant in dubitationem incidere. Etenim iudicatura causarũ habet in hac materia potestatis plenitudinem, taliter quod etiam si iniustè processerit, vel accusatores ad eam noluerint recurrere, non ideò electiones sunt inualidæ, vt expresse dicitur in constitut. sub eadem rubr. ibi: *Alias enim sine vitio pertransibunt omnes electiones*, &c.

123 Et profectò in d. Patre Præsidente exuberauit bona fides, ex quo sufficiebat ad huiusmodi deputationem, consensus quatuor, vel quinque patrum vocalium, quos ipse nominasset, iuxta declarationem Reuerendissimi Generalis desuper factam. Quæ licèt emanauerit ad instantiã Prouinciæ Chilensis, non ideò desinit esse vniuersalis, ex quo orta fuit ad interpretationem constitutionis etiam vniuersalis, ex trad. per D. Barbos. *in collectan. Bullar. verb. Congregatio* 3. Prout quotidie videmus in declarationibus sacrosancti Concilij Tridentini emanatis à Congregatione Eminentissimorum DD. Cardinalium interpretum, quæ licèt à personis particularibus fuerint obtentæ, in eisdem tamen casibus deseruiunt pro lege communi, vt benè D. Barbos. *vbi proximè*, ibi: *Eius declarationes ad instar communis solent allegari*; illisque semper plurimum Rota detulit, neque vnquam illas in dubium reuocauit, Caualer. *decis.* 627. *num.* 8. Burat. *decis.* 479. *num.* 3. Atque ex his benè constat, nihil opponi aduersùs substantiam consensus.

124 Nec aduersus substantiam formæ obiici potest quod recognitio de Patre Præsidente facta fuerit absque sono campanæ, & propterea nullitati subiaceat. Quia cùm ista recognitio debeat fieri sexta feria statim (sunt verba constitutionis) postquam vesperæ fuerint decantatæ; & in casu nostro vocales etiam post illas decantatas, iam aduesperascente die adhuc expectauerint imo & dictum P. M Liaño, tunc Prouincialem pro sono, & celebratione Capituli requisierint, tempus ipsum interpellauit pro campana, vt solet interpellare pro homine, Castellin. *d. cap.* 8. *n.* 11. *&* 12.

125 . Vltra quod campana debeat pulsari ad habente auctoritatem, siue de illius commissione, Angel. *in sum. verb. electio, n.* 15. *per tot.* Castellin. *vbi proximè d. num.* 11. & expresse id ordinat constitutio *in d. cap.* 7. *p.* 3. ibi: *De mandato Prioris Prouincialis ad sonum campanellæ claustri ter pulsatæ*, &c. Vnde, cùm prædictus P. M. Liaño, qui erat intra claustra Monasterij, solus haberet priuatiuam facultatem pulsandi, & requisitus à partialitate prouinciæ pro obseruantia constitutionum, pulsare negligeret, satis liquet, quod campana per neminem alium debuit pulsari. Nec est quòd imputetur Patribus Capitularibus; quia casu quo ad eos pertineret, per illos non stetit quominus pulsaretur, *cap. imputari, & cap. dum non stat, de reg. iuris in* 6. & certè ad ipsos talis pulsatio non pertinebat; sed solum obseruare ad vnguem constitutiones disponentes, quod statim P. Præsidens recognoscatur; quod significat recognitionem fieri debere, sine aliqua mora, aut vllo, licet minimo, temporis interuallo, vt in puncto notauimus *sup. num.* 29.

126 Verùm cessare videtur scrupulus, quia campana tunc occupabatur à d. Patre Bolaños Priore Conuentus Granaten. & à suis Conuentualibus, & domesticis eiusdem partialitatis; & propterea Capitulares, qui erant forenses, ausi non fuerunt campanam aggredi; ne exinde rixæ, rerum omnium turbationes, & scandala plurima sequerentur. Satius enim, & prudentius existimarunt campanam omittere, & constitutionibus obedire, prout in continenti de hoc protestati sunt in decreto corã Notario, & testibus desuper extenso. Prætertim cùm viderent indictionem diei horæ, & momenti, pro huiusmodi functione esse omnibus notoriam; & sic tanquam de notorio potuerunt procedere absque obseruatione solemnitatum, *cap. tua nos, de cohabit. Cleric. cap. ad nostram el* 2. *de iureiurand.* & tradit Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 42.

Nec dictus P. M. Liaño, eiusque partiales possunt 127 allegare ignorantiam constitutionum, aut conuocatoriarum, in quibus fiebat indictio; prout nec ignorare poterant, quod deputatio Præsidentis, illiusque Apostolica confirmatio obtenta fuerat ab Eminentissimo D. Francisco S.R.E Cardinali Barberino in fauorem dicti Patris Mag. Fr. Illephonsi de Castilla; cùm aliàs, paucis ante recognitionẽ diebus, totis eorum conatibus adierint Regium, & supremum Consilium acerrimè instantes pro retentione Bullarum huiusmodi Præsidentiæ, licèt inibi, degustatã iustitia, desuper succubuerint.

Et in omnem euentum, ista recognitio, & obe- 128 dientiæ præstatio fuit denuò, & ex integro facta die Sabbati sequenti, de mane ad sonũ campanæ: & ante istum actũ nullus alius, ex Capitularibus actibus præcessit, sed omnes sunt successiui, vnus post aliũ Adeò, vt neque deputatio trium iudicum causarum (quæ aliàs die Veneris fieri solet) ante huiusmodi iteratarum, ad sonum cãpanæ, recognitionẽ, sed imo post illam, facta fuerit. Ex quo etiam detegitur, quanta procrastinatione, quanta patientia, & charitate partialitas illa expectabatur.

. Minus potest obiici, quod ista recognitio fuit 129 clandestina & nulla, ex quo non fuit facta in Sala Capitulari, sed in Camera eiusdem Præsidentis. Quia omisso quod in Conuentu Granatensi non adest Sala Capitulis destinata, & electiones solent fieri, vel in Camera, aut in refectorio, siue in Sala, quæ dicitur de profundis, vel alibi. Respondetur adhuc, quod quemadmodum locus non est de substantia electionis, Cuch. *inst. maior. lib.* 4. *tit. de elect. num.* 35. Bonon. *dub.* 16. *num.* 4. D. Barbos. *de iure Ecclesiast. d. lib.* 1. *cap.* 19, 176, *& seq.* Et etiam si adsit locus consuetus, & in eo non fiat celebratio electionis, tenet electio, quia locus non sanctificat hominem, *cap. non loca* 40. *distinct.* Lauor. *d. tit.* 4. *cap.* 18. *n.* 7. Multò minus debet esse de essentia recognitionis.

Et habemus indiuidualem constitutionem *in d.* 130 *cap* 7. ibi: *Omnes Patres ad Capitulum conueniunt, vel alio, vbi decenter adesse possint*, &c. Et propterea nullus remanet dubitandi locus. Eo vel maximè. quia dictus P. Præsidens ad cœnam in publico refectorio, eadem die Veneris 19. Aprilis suam obedientiã publicari fecit, vt cõstat ex actis. Et vt dictum est, sequenti mane in loco refectorij alia obedientia sibi fuit præstita; & inibi fuit facta deputatio iudicũ, & successiuè in eodem loco, electio Prouincialis, & cæteræ aliæ functiones Capitulares corã toto Cõuentu satis numeroso, prauiis etiam publicis, & notoriis proclamationibus, & edictis ad valuas Conuentus affixis. Ex quibus satis apparet, quàm voluntariè,

voluntatiè, & animosè prætensa clandestinitas fuerit opposita.

131 Prout neque obiici potest, quòd recognitio de Patre Præsidente debebat fieri à d.P.M Liaño, tunc Prouinciali actuali, & eo recusante, à R. P.M.Fr. Hieronymo de Sotomaior Prouinciali absoluto à sexennio, vti immediato eiusdem Parcialitatis Hispalensis; & tamen facta legitur à R.P.M.Fr. Andrea de Cordoua; & sic prætensa ista nullitas influit in omnes actus subsequentes Quia aut hæc assistētia Patris Sotomajor prætenditur in vim concordiæ super alternatiua factæ; & obiectum videtur prorsus euanescere; quia in eadem concordia nihil de hoc disponitur; & quatenus adesset aliqua particularis prouisio in hac Prouincia (quod negatur) circa id, quod deficiente vno Prouinciali, subrogetur alter eiusdem Parcialitatis, id tamen locum haberet, quando vel Prouincialis est taliter corpore, aut animo impeditus, quod non posset continuare gubernationem, vel quando ante completum triennium moreretur; tunc enim, maxima cum ratione subintraret alius de eadem partialitate, & susciperet gubernium Prouinciæ, ne scilicet partialitas illa integro suo triennio defraudaretur. Cæterùm vbi non adest impedimentum infirmitatis aut mortis, sed imo summa renitentia Prouincialis, & vlterius triennium fuit completum vsque ad vltimam horam, & partes in nihilo defraudantur, debet cessare ratio talis prouisionis particularis, & consequenter eius dispositio, ad *reg. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron.* Tiraq. *tract. cessante caus. per tot.*

132 Aut verò prætenditur in vim constitutionis *d.c. 7. rubr. de modo recognoscend. Patr. Præsid.* & hoc etiā casu nullum habet fundamentum, quia inibi solummodo dicitur quod Prouincialis actualis recognoscat Patrem Præsidentem. Vnde stante ipsius renitentia, iste casus, tanquam omissus in constitutione, mansit etiam in dispositione iuris.

133 Dispositio autem iuris, à qua regulari debemus (vt diximus *sup. num. 24.*) est in alia constitutione *in d. cap. 3, ead. p. 3.* vbi disponitur, quòd si Generalis non venerit ad Capitulum Generale, neque miserit, *in eo casu* (sunt verba constitutionis) *Prior Prouincialis illius Prouinciæ, in qua Capitulum congregatum est, omnia faciat, quæ Prior Generalis præsens faceret, quousque Præsidens publicetur, & nō vltra, qui publicatus ad electionē noui Generalis procedere faciat, &c.* Et propterea qui hoc munus recognoscēdi debebat in se assumere, erat P.Fr. Ioannes de Bolaños, Prior Conuentus Granatensis, vbi Capitulū Prouinciale celebrabatur, cùm idem iuris sit de parte quoad partem, quod est de toto quoad totum, ad *l. quæ de tota, D. de acquir. hæred.*

134 Verùm tam d.P. Bolaños, quàm d.P. Sotomaior requisitionem pro celebratione Capituli iam post Vesperas, pro parte Patrum de Prouincia factā, paruipendentes, nec munus, quod ad ipsos pertinebat, suscipientes, in illa hora publicè, & acriter tractabant de Capituli dissolutione; vt patet ex actis; prout etiam euentus docuit, quod in requirimētis, pro dissolutione factis, eorum nomina apparent subscripta. Quare, dato, quod ad singulos eorum talis recognitio pertineret, adhuc de illis non erat habenda ratio, quia per requirimenta ista tā verbis quàm scriptis f ēta, satis se insinuarant quod nolebat assistere recognitioni Præsidentis; nec pro suscipiendo munere aliqua alia interpellatio requirebatur, cùm & ipsi scirent renitentiam d. Patris M. Liaño tunc Prouincialis, & tempus ipsum interpellaret pro homine, ex latè dictis sup. Et propterea non solùm ob huiusmodi omissionem; sed & multo magis ob positiuam, & notoriam contradictionem Capitulo celebrando, fecerunt se alienos à dicta functione exercenda, vt est text. ad literam *in d. cap. cum nobis, de elect. ibi: Item cum post appellationē emissam Archidiaconus cum suis fautoribus chorū exiisset, & vos, illos, vt interessent electioni faciendæ vobiscum, curassetis solicite reuocare (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt) alienos se fecisse videntur: propter quod electioni a vobis, iuxta formam mandati Apostolici, concorditer celebrati, de iure non posse contradicere videbantur*, &c. qui textus benè casui nostro applicatur, & per illum DD. communiter, præsertim Abb. *ibi num. 3.* Castellin. *d. cap. 8. num. 11.*

135 Atque ex his præcisè sequitur, quòd recognitio, de qua agitur, pertinebat de necessitate ad d.P. M. de Cordoua (aliàs Prouincialem absolutum) tanquā ad antiquiorem, ex diffinitoribus, ad quos tota iam illa Prouinciæ actio principaliter fuerat deuoluta, donec Præsidens publicaretur; qui publicatus ad electionem Prouincialis, iuxta prædictam constitutionem, procedere debuit, prout de iure, simul, & ad illius confirmationem, tamquam Præsidens, & Vicarius Generalis, legitimè processit.

136 Tandem nec aduersùs formam electionis potest obiici, quod ex fide Notarij, seu scribæ non constat in actis de legitima trium scrutatorum electione, prout nec de electione Prouincialis, & Priorum, ex eadem Notarij fide. Quia, cum præsupposito quod vsus Notarij, seu scribæ in electionibus Augustinianis est sublatus, abolitus, & reprobatus per geminam Pauli Papæ V. piæ reminiscentiæ, constitutionem, quæ est in actis producta: & adest *in Bullar. ordin.* Respondetur de electione trium scrutatorum benè & legitimè cōstare, ex subscriptione triū diffinitorum, ad quos, ex proprio munere spectat, ac etiam ex subscriptione P. Præsidentis illos canonicè confirmantis. De electione autem Prouincialis, ex calculatione votorum, & subscriptione trium scrutatorum, ac ex proclamatione, & electione à primo illorum facta, demumque ex subscriptione P. Præsidentis illum confirmantis. Et de electione Priorum satis etiam videtur constare, ex subscriptione totius diffinitorij. Stante enim secreto commendato, tam de iure communi, *in d. cap. quia propter, de elect.* & dispositione sacrosancti. Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 7. de regul.* ac etiam Constitutionum Ordinis, & Bullarum Pauli V. nulla alia probationis species potest adhiberi.

137 Cæteræ autem nullitates, quæ ex aduerso opponuntur, vel non subsistunt in facto, vel nulla indigent responsione. Præsertim cùm hodie non insistamus pro canonizatoria electionis, sed solùm pro manutentione, in qua sufficit nuda possessio, etiam sine vllo titulo, ex latè dictis in tertio articulo.

138 Ex quibus omnibus videtur sufficienter constare de notorio, & palpabili defectu iuris, & possessionis eiusdem R.P.M.Fr. Francisci de Liaño, & propterea non esse sibi concedendam manutentionem. Ac etiam constare de possessione titulata, & manutenibili dicti R. P.M. Fr. Francisci de Terminon, moderni Prouincialis, & consequenter de rigore iustitiæ, & de æquitate illum esse manutenendum in quasi possessione iuris exercendi ministerium Prouincialatus, non obstantibus iis, quæ pro alia parte obiiciuntur. Et ita ego de

de iure sentio. Saluo in omnibus castissimo iudicio Illustrissimæ dominationis vestræ, quæ secundùm datam sibi à Deo sapientiam, in tenera licet ætate, errata corrigit, iustitiam administrat, æquitatem diligit, & cuncta prudentissimè moderatur. Matriti, die 9. Iulij 1641.

Oueten. beneficij del oro.

De beneficio etiam tenui facienda est mentio in impetratione alterius beneficij, & non sufficit esse paratus obtentum dimittere, & de facto illud dimittat infra paucos dies, nisi aliàs beneficium obtentũ fuerit incompatibile cum obtinendo, quia vacat primùm ipso iure.

VOTVM CVII.

Doctissimi D. D. Gabrielis Martinez, Protonotarij ac Iudicis Apost.

1 *Facti contingentia refertur, & n. 2. 3. & 4.*
5 *Reo & possessori sufficit vincere per non ius actoris.*
6 *Possessor potest excipere de iure tertij quando exceptio est exclusiua Iuris agentis.*
7 *Regula 55. Cancellariæ declaratur.*
8 *Paratus obtentum dimittere tempore impetrationis alterius, non tenetur de obtento in obtinendis litteris Apost. mentionem facere.*
9 *Dimissio beneficij obtenti non reualidat gratiam nullam ob non facta illius mentionẽ in impetratione alterius beneficij.*
10 *Beneficij obtenti etiam tenuis & parui valoris facienda est mentio.*
11 *Dimissio primi offerenda ant[e c]onsecutionem gratiæ secundi.*
12 *Oblatio dimissionis beneficij obtenti facienda est in corpore supplicationis obtinẽdi.*
13 *Beneficium obtentum quando fuerit incompatibile cum obtinendo non requiritur expressio valoris obtenti, nec eius iustificatio.*
14 Rota *coram Gregor. XV. decis. 84. n. 4. & decis. 490. n. 1. declaratur.*
15 Beltramin. *ad d. decis. 84. num. 9. Gregorij XV. reprobatur.*
16 *Dimissio subsequens non facit gratiam valere.*
17 Rota *decis. 20. de præbend. in nouis, declaratur.*
18 Rota *coram D. Coccino declaratur.*
19 *Beneficium non dicitur vacare per simplicem dimissionem si illa à Prælato admissa non fuerit.*
20 *De beneficio renunciato ante admissionem facienda est mentio in impetratione alterius.*
21 *Dimissio ventosa, & ad nihilum profutura non iuuat, & n. 22.*
23 *Dimissioni contrauenìens censetur fecisse illam ad eludendam.*
24 *Ex post facto apparet quid actum sit.*
25 *Argumentum à maioritate rationis in Iure validum.*
26 *Beneficiorum conseruatio est omni Iure prohibita.*
27 *Papa expresso valore plurium obtentorum non censetur dispensare super eorum pluralitate.*
28 *Beneficia plura simplicia an quis habere possit?*
29 *Beneficium vacat per contractum matrimonij.*

VAcante beneficio, de quo agitur, de anno 1627. per obitum Ioannis Ruiz, illud à Sede Apostolica impetrauit Marcus de Prauia, cum narratiua, quòd Ioannes Ruiz de tempore obtenti huiusmodi beneficij, & per quatuor menses antea, fuerat familiaris, & continuus commensalis Eminentissimi D. Cardinalis de Deza, & literis Apostolicis in forma gratiosa (per verba *confirmamus, & prouidemus*) desuper expeditis, & possessione nondum habita, Marcus prædictus matrimonium contraxit. 1

Deinde D. Ioannes de la Sienra, & Cifuentes, Canonicus Ecclesiæ Oueten. vti vacans per contractum matrimonij, seu adhuc vt priùs, per obitum dicti Ioannis Ruiz, de eo à Sanctissimo D. nostro obtinuit prouideri, & literis Apostolicis in eadem forma gratiosa superinde confectis, & executori præsentatis, de anno 1637. fuit in possessionem immissus. 2

Verùm quia per obitum eiusdem Ioannis Ruiz istud beneficium, vti vacans in mense ordinario, & non affectum obtinuerat ab Archidiacono de Venanente Ordinario collatore, Toribius Vigil, & eo mortuo, per obitum eiusdem Coribij illud impetrauit D. Dominicus de la Salde, hinc idem Dominicus litem mouit contra D. Ioannem de la Sienra possessorem pro adiudicatione beneficij. 3

Et causa coram Ordinario Oueten. diutiùs ventilata, plurimisque hinc inde deductis, & oppositis, tandem Ordinarius prædictus suam tulit diffinitiuam sententiam, per quam, beneficium Dominico adiudicauit, & Ioanni perpetuum silentium imposuit. 4

Causa igitur appellationis coram me pendente, Ioannes instat pro reuocatione sententiæ, tam ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ; & pro nunc insistit, allegans se à septennio esse in possessione, & gratiam Dominici fuisse nullam ob non expressionem obtentorum, & propterea sufficere sibi, vti possessori, etiam non legitimè titulato, opponere Dominico exceptionem defectus dominij, & seu, tua non interest; cum alias reo, & possessori sufficiat vincere per nõ ius actoris, *l. 1. ff. quor. appellat. nõ recip. l. ille à quo, §. si de testamẽto, ff. ad Trebel. cũ simil.* Quod pariter procedit in beneficialibus, etiã si 5

non facit, *cap. admonet, c. quod in dubiis, de renunciat.* copiosè Garz. *de benef. p. 11. cap. 3. §. 3. à n. 223.*

20 Et in puncto quod de beneficio taliter dimisso, seu renunciato, omnino debeat fieri mentio in impetratione alterius, post alios, quos allegat, tenent Paris. *de resignat. lib. 10. q. 2. num. 80. & seqq.* Garz. *vbi proximè num. 224.*

21 Et hæc eadem dimissio non videtur habenda in consideratione, cum fuerit ad ventum facta, & Dominicus ipse eam parui fecerit. Etenim post impetrarum beneficium, de quo agitur, fecit & aliam dimissionem sub die 30. Maij 1637. quæ fuit per Illustrissimum D. in Nuntium admissa, & tamen in hac secunda dimissione, quæ fuit effectum sortita, nullam fecit mentionem de prima; signum euidens, quod prima dimissio fuerat ventosa, & ad nihilum profutura, tam attenta intentione dimittentis, quàm dispositione iuris, vt per Garz & Paris. *vbi proximè* allegatos.

22 Et quod plus est (& vix credi posset, nisi actis ipsis patefieret) Dominicus longè post factam secundam dimissionem dedit mandatum procuræ de mense Decembris 1637. ad exigendum omnes, & quoscumque fructus beneficij sanctæ Mariæ de Prendes, tam decursos, quàm in posterum decurrendos, enuntians se in eodem mandato beneficiarum, & possessorem eiusdē beneficij. Et desuper adest etiam in actis plena probatio, quod eius procurator exegerit, non solum fructus integri anni 1637. verum etiam quòd eius nomine, & in vim prædicti mandati arrendauerit fructus anni sequentis 1638.

23 Ex quo facto, nonnulla aduersus eundem Dominicum in proposito insurgere videntur. Et primum, quòd dato, sine veri præiudicio, quòd *regula* 55. *Cancellariæ* non requireret pro forma præcedentem oblationem dimittendi primum obtentum, sed sufficeret oblatio, & seu dimissio subsequens post impetrationem secundi: attamen ex quo Dominicus tanto tempore nedum tacuit, sed etiam contrauenit suæ oblationi, & dimissioni, censetur eam fecisse ad deludendum, ad trad. per Tiraq. *de retract. lignag.* §. 8. *glos.* 2. *num.* 7. Rot. *coram Gregor. decis.* 491. *sub num.* 18.

24 Secundum, quòd ex quo fructus percepit, multò magis incidit in pœnam regulæ, cùm præsumatur eo animo obtentum beneficium conticuisse, & aliud (de quo agitur) acceptasse; *ad l. sed Iulianus*, §. *proinde*, ibi, *intelligendumque esse ab initio sic accepisse*, *ff. ad Macedon. l. quædam, ibi, sed ex post facto retroducitur, & apparet quid actum est, ff. de reb. dub.* cum simil.

25 Tertium, quòd si ob finalem rationem *regulæ* 55. Papa vult quòd omnino, fiat expressio valoris obtentorum, quæ legitimo titulo possidentur, aliàs irritat impetrationem obtinendo, multò magis censendum est eam irritasse, si post dimissum beneficium obtentum in fraudem regulæ, sine vllo titulo fructus perciperentur, argumento sumpto à maioritate rationis, quod in iure est validum, ex vulg.

26 Præsertim cùm de tempore impetrationis beneficij, de quo agitur, Dominicus obtineret nouē aut decem alia beneficia, quæ inibi narrauit, & quorum valorem expressit. Et aliàs si Papæ fuisset narratus valor beneficij de Prendes, forsan gratiam beneficij sancti Laurentij non concessisset, cum hæc & tanta beneficiorum coaceruatio sit omni iure prohibita, ex latè trad. per Garz. *de benef. p. 11. c. 5. §. 3. per tot.* & D. Barbos. *in collect. ad Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 17. per tot.*

Ne alioquin Pontifex, expresso valore plurium obtentorum, censeatur dispensasse super eorū pluralitate, vt est textus expressus *in cap. non potest, §. fin. de preb. in 6*, Nauar. *tract. de orat. cap. 22. Miscel. 16. num. 64. & seqq.* Sed imò talis expressio solùm operatur quòd impetrans effugiat pœnam *regulæ* 55. de exprimendo valore, vt per Gonz. *ad reg. 8. gl. 15. num. 27. & seqq.* 27

Et propterea Doctores hac de re tractantes consulunt quòd vnusquisque conscientiæ suæ prospiciat, aliud acceptando, & aliud seu alia dimittendo, ne incidat in coaceruationem, Nauarr. *vbi sup.* & Gonz. *d. glos. 15. ex num. 38.* cum aliàs iuxta dispositionem Sacrosancti Concilij Trid. *d. sess. 24. c. 17. de reform.* & declarationes Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium interpretum, nemo possit habere præter vnum beneficium, etiamsi illud sit simplex, quod si adeo tenue fuerit, quod pro congrua sustentatione beneficiati non sufficiat, poterit & secundum obtinere. Et si ambo non sufficiant, nihilominus debet vtroque titulo contentari, vel aliud, seu alia duo impetrare, & obtenta omnino dimittere, vt videre est apud Garz. *d. p. 11. c. 5. §. 3. à num. 310.* Ex quibus omnibus satis detegitur nullitas prouisionis Dominici de la Salde, quod sufficit pro illius exclusione, & reuocatione sententiæ. 28

Atque his accedit quòd possessio Ioannis non est suo titulo destituta, cùm & ille obtentus fuerit à Papa, vti de vacante per contractum matrimonij, seu adhuc vt prius per obitum familiaris, iuxta *reg. 4. Cancellariæ.* 29

Nec releuat, quod prædicta regula reseruat beneficia familiarium obtenta eorum familiaritate durante; vnde cum Ioannes Ruiz de anno 1594. in Hispaniam migrauerit, & per se ipsum possessionem Archidiaconatus in Ecclesia Oueten. apprehenderit, vtique remansit extincta familiaritas, & consequenter beneficium de quo agitur, tanquam obtentum de anno 1596. non cadit sub dictæ regulæ reseruatione. Quia licèt prædicta familiaritas expirauerit, reintegrata tamen dicitur per remigrationem Ioannis Ruiz de Hispania ad Vrbem; tùm quia constat quod de dicto anno 1596. Romæ residebat, vt patet ex prouisione eiusdem de hoc beneficio, per Dominicum præsentata, in qua Papa dicit, *tibi in eadem Curia commoranti*, &c. Tum etiam, quia per eius obitum de anno 1627. Marcus obtinuit de eodem beneficio prouideri in forma gratiosa, vti de affecto seu reseruato per obitum familiaris Cardinalis; & tamen ista expeditio in forma gratiosa per verba, *conferimus, & prouidemus*, in Romana Curia nunquam fieri consueuit, nisi prius inibi iustificata narratiua familiaritatis, seu alia quauis narratiua, vnde vacatio, reseruatio, seu affectio sumitur, ne aliàs Ordinariis collatoribus fiat præiudicium, ex trad. per Garz. *d. part. 11. cap. 1. ex num. 57.* Gonz. *ad eand. reg. 8. §. 4. proœm. num. 80.* Ex quo datur intelligi familiaritatem fuisse reintegratam de tempore obtēti istius beneficij, & per quatuor menses antea, vt satisfieret regulæ 32. & consequenter gratiam D. Ioannis de la Sienra, habere implicitum statum validitatis; nec potuisse Archidiaconum de Venauente beneficium affectum Toribio conferre, minusque per obitum eiusdem Toribij fuisse inductam vacationem. 30

Et ita vtraque, &c.

47 *Pensionario lite pendente non debet impediri exactio suæ pensionis.*

48 *Æquitas, & arbitrium non intrant pro retardatione pensionis.*

1 Lite aliàs coram me vertente super huiusmodi reseruationis executione, cùm inde deflexum fuisset ad summariissimum possessorium retinendæ, vti præuium executionis, vtraque parte acerrimè informante, habitaque matura causæ discussione & seruatis de iure, & de stylo seruandis, sub die 8. Iunij, anni proximè præteriti 1639. fuit per me ad fauorem Domini Ioannis de Murueta, latum decretum manutentionis in quasi possessione exigendi annuam pensionem 4ß600. regalium, in qua de tempore motæ litis reperiebatur. Et desuper sub eadem die fuit etiam expeditum mandatum de manutenendo in forma solita, simulque sub pœnis, & censuris fuit relaxatum mandatum executiuum pro 2ß300. Regalibus eidem Ioanni debitis pro pensione primi semestris in festo sancti Ioannis Baptistæ, anni 1638. maturata. Quod sub die 10. Iunij 1639. fuit intimatum Domino Blasio, Beneficiato Titulari.

2 Cumque ad subterfugiendam solutionem personis plures diligentiæ pro parte Titularis in Nunciatura Apostolicæ, ac in supremo Senatu Regio factæ fuissent, tam sub prætextu violentiæ sibi illatæ, quàm etiam per viam retentionis Bullarum, & in omnibus succubuisset, causa mihi remissa fuit, vt ad vlteriora procederem.

3 Hodie igitur, cum iam versaremur in præcisa executione mandati. D. Blasius per viam incidentiæ, emergentiæ, & seu declarationis decreti manutentionis, instat congruam, saltem centum ducatorum, sibi fore reseruandam, ex quo valor Beneficij non respondet oneribus, & pensioni desuper impositis. Et incontinenti offert probationes super ista exceptione insufficientiæ valoris. Insuper, & onera Beneficij prius esse deducenda. Et ad hunc effectum, simul & ad euitandum incursum censurarum fecit oblationem, & dimissionem fructuum prædicti Beneficij sub die 19. Decembris 1639. Ex quibus petitur declaratio decreti, & reformatio mandatorum, nempè, quod intelligi debeat illorum executio, & exactio pensionis, salua semper remanente congrua pro Titulari, & deductis oneribus Beneficij.

4 Pro parte verò Pensionarij dicitur, congruam de Beneficiis simplicibus, quantumuis seruitoriis non deberi, minusque suffragari posse Titulari prædictam fructuum dimissionem, præsertim postquam in eis se immiscuit. Neque exceptionem defectus valoris esse admittendam; neque prætensa onera defalcanda; cum hæc omnia videantur requirere liquidationem, & sic sapiant, & redoleant naturam exceptionis turbidæ. quæ requirit altiorem indaginem, & propterea reiicitur ad petitorium; nec vnquam admittitur, quum de momentanea possessione quæritur in hoc iudicio summarissimo manutentionis, in quo nihil attenditur quàm nuda possessio, simplex detentatio, & insistentia facti de tempore motæ litis. Vnde instatur pro aggrauatoria censurarum, & vlteriori processu.

5 Super quibus, formato articulo, auditisque in contradictorio dominorum Aduocatorum informationibus, acriter iura suarum partium defendentium, pro maiori animi iustificatione, litigantiumque quiete, ex more nostro videndum est de pluribus dubiis breuiter, & resolutiuè, vt inde veritas appareat.

Proponuntur quinque dubia.

Primò, an Titulari debeatur congrua, in casu, & ad effectum de quo agitur?

Secundò, an prædictus Titularis satisfaciat faciendo fructuum omnium dimissionem, & seu oblationem, taliter quod in casu isto possit effugere incursum censurarum?

Tertiò, an exceptio insufficientiæ valoris fructuum Beneficij, etiam in continenti probata, possit impedire, seu retardare executionem mandati de manutenendo?

Quartò, an si non de rigore iuris, saltem de æquitate debeant defalcari onera Beneficij, antequàm pensionarius sit satisfactus, & quæ sint ista onera?

Quintò, & vltimò, an quomodo, & sub qua verborum structura, & formalitate pronuntiari debeat decretum super aggrauatoria, & super huiusmodi onerum defalcatione?

Ad primum dubium.

Et quoad primum videtur dicendum, quod licèt congrua debeatur Rectoribus parochialium, & Vicariis perpetuis, qui exercent Curam animarum, & tenentur personaliter residere, iuxta text. *in cap. extirpanda, in princ. & §. qui verò*, vbi gloss. & DD. *de preb.* ac etiam ex dispositione sacrosancti Concilij Trid. *sess. 24. cap. 13. de reformat.* Rebuff. *de congrua, quæst. 4. in princ.* & fuit sæpissimè in Rota resolutum, vt *in decis. 429. num. 1.* & *ibi* Adden. *num. 8. coram sancta memoria, Gregorio XV. tunc Auditore.* 6

Attamen, hoc locum non habet in Beneficiatis simplicibus, quibus Cura animarum non imminet, & qui personaliter residere non tenentur: sed imò possunt per substitutos inseruire, vt Magistraliter discusso articulo in terminis beneficij seruitorij, tenuit Rota *coram Mantic. decis. 150 per tot.* quæ est *decis. 7. p. 2. recent.* confirmata coram eodem *in decis. 255. inter impressas eiusdem.* 7

Fundatur enim iustitia istius congruæ super qualitate muneris, videlicet Curæ animarum siue eius exercitij; quo cessante, cessat etiam ipsa congruæ assignatio, vt bene in proposito, D. Melchior Lotterius, olim Romanæ Curiæ noster in aduocationis munere socius *de re benefic. lib. 2. quæst. 12. num. 24.* vbi allegat *decis. in Calaguritana congruarum coram Oradino*, quæ adsunt, *p. 1. diuers. decis. 16. & 17.* in quibus fuit firmatum non constare de parochialitate, & propterea congruam non deberi. 8

Nec obstat regula quòd *qui Altari seruit, de Altari viuere debet*, ex *d. cap. extirpandæ, de preb.* 9

Quia vltra quod textus expressè loquitur in Parochialibus ratione muneris, & contracti quodammodo matrimonij inter Parochum, & Ecclesiam. 10

Respondetur vlteriùs, quòd sibi debet Titularis imputare si acceptauit beneficium tenue, seu nimis grauatum pensione, vt per Rebuff. *de congr. n. 92.* & in fortioribus terminis de Rectoribus Parochialium, quòd sibi debeant hoc imputare, tenuit Rota *in decis. 431. n. 12. coram Greg. XV.* vbi plures etiam allegantur. 11

Quæ imputatio eò libentius facienda est, cum versemur in beneficio simplici seruitorio, vt in pũcto Mant. *d. decis. 150. n. 4. & d. decis. 255. num. 2.* 12

Et

nouatione; ex tunc, & non antea primæua illa actio perimitur, *ad l. fin. C. de nouat.* Vnde, cùm in pensionibus, & annuis præstationibus tot sint debita, quot sunt anni, *l. cũ notissimi, §. in iis, C. de prascript. 30. vel 40. an.* adeò, vt singula debita, seu obligationes respiciant fructus illius anni, in quo debetur, & cum illis reciprocent: *l. si ante, & l. fructus, ff. solut. matrim.* Lotter. *d. quæst. 59. num. 91. & 92* quem sequitur D. meus Barb. *d. quæst. 2. sub n. 51.* hinc est, quòd pro illis annis quibus nouatum non est per dimissioné fructuum, actio personalis manere debet cum suo exercitio naturali, id est, cũ iure actuali persequédi in iudicio, quod creditori debetur, *princ. Inst. de act.*

24 Et cessare videtur omnino scrupulus, ex quo Titularis vltrò se immiscuit in bonis, & redditibus Beneficij, & sic quasi pro hærede se gessit, *ad l. pro herede, & l. gerit, ff. de acquir. hered.* & consequenter tenetur actione personali ex quasi contractu, *d. §. heres, Inst. de oblig. quæ ex quasi contr. & d. § omnium, Inst. de act.*

25 Minusque facit ad propositum assertio ipsius Titularis, quòd scilicet, de fructibus Beneficij solum perceperit ducatos quinquaginta, & ingressum duorum annorum, quem dicit valere Regalia mille annua; & hanc perceptionem fuisse à se factam animo satisfaciendi seruitio, & oneribus eidem Beneficio impositis.

Quia cùm valor huius ingressus sit, apud partes controuersus, & aliunde etiam constet, de ordine Titularis fuisse perceptum per eius substitutum, exceptio ista, tamquam requirens liquidationem, & sic altiorem indaginem, non videtur admittenda in iudicio manutentionis, ex proximè dicendis.

Tertium dubium.

26 AD tertium autem dubium, dicitur, exceptionem de insufficientia valoris Beneficij etiam in continenti probatam, non posse impedire, aut retardare executionem mandati de manutenendo, vt in propriis terminis est *d. decis. 163. num. 4. & seq.* post tract. Post.

27 Etenim cum probatio non excludat probationem, Rot. *decis. 785. n. 5. p. 1. diuers. & decis. 677. n. 5. p. 1. recent.* poterit pensionatius in iudicio proprietatis, in prima, secunda, vel alia vlteriori instantia meliores forsan probationes facere, vel contrarias (si tunc fient) elidere. Ita vt nullo modo exceptio

28 ista pro Titulari opposita, & adhuc non probata, possit dici liquida ante rem iudicatam: vt *in d. decis. 163. num. 5.* vbi aliæ decis. allegantur. Beltram. *ad decis. Greg. 107. num. 5.* Gratian. *discept. 948. n. 12. & seq.* Post. *vbi supr. obseruat. 42. num. 65. & seqq.*

29 Vnde, ex quo huiusmodi exceptio, etiam si probata existeret in aliqua instantia, esset turbida, & obumbrata, & proindè requireret altiorem indaginem, satis patet alienam esse ab hoc iudicio summariissimo, & reiiciendam ad petitorium, Post. *d. obseruat. 42. à num. 44.* vbi innumeros DD. & decis. cumulat. Nihil enim commune habet proprietas cum possessione, ad *reg. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess.* & propterea etiam sine titulo, vel illius vmbra datur vera possessio, & manutenibilis, *l. 3. §. ex contrario. ff. eod.* D. Præses Couar. *pract. c. 17. num. 6.* Menoch. *de retin. remed. vlt. num. 21.* Rot. *decis. 734. num. 7. p. 1. diuers.*

30 Et in simili, imò in fortioribus terminis, videmus, quod stante quasi possess. iuris exigendi pensionem, si per Titularem fuerit opposita exceptio oriens ex ipso ventre literarum reseruationis, nihilominus executio in fauorem pensionarij non impeditur, nec retardatur; quia hoc casu, Titularis, siue eius prædecessor per solutionem videtur releuasse pensionarium ab onere elidendi exceptionem, saltem ad effectum, ne interim in sua exactione impediatur, aut possessione perturbetur, Cass. *decis. 10. num. 8. de rescript.* Vestr. *in prax. lib. 3. cap. vlt. num. 1.* pulchrè Marescot. *var. lib. 1. cap. 21. num. 10. & cap. 22. num. 20.* vbi allegat *Rotæ decis.* & in puncto, Salgad. *de Regia protect. p. 3. cap. 3. num. 29* Lotter. *d. lib. 1. de re benef. q. 38. num. 71.* quos sequitur D. meus Barbos. *in d. praxi, d. q. 2. num. 56.* vbi, quod est tritum in Rota, *& d. q. 7. n. 10.* & conducunt trad. per Garc. *de Benefic. p. 1. cap. 5. num. 551.*

Ratio autem fundamentalis est, quia possessio dat possessori præsumptionem boni iuris, saltem durante iudicio summariissimo momentaneæ possessionis illiusque executione, *l. 2. ff. vti possid. glos. in l sicuti, §. sed si quæratur, verb. Possessoris, ff. si seruit. vind.* in quo non est discutiendum de iustitia, vel iniustitia possessionis, quia semper iusta est respectu non possidentis, *d. l. 2.* Lotter. *d. quæst. 38. num. 71.* Barb. *d. quæst. 2. num. 20. & 22.* & Titularis, clarum est, quòd non potest possidere pensionem, nec ciuiliter, nec naturaliter, cum & ipsa pensio sit quædam seruitus beneficij & res sua nemini seruiat, *l. in re communi. ff. de seruit. vrb. præd.* Loter. *vbi proximè num. 218. & seq.* 31

Et hinc est quòd in hoc iudicio, nil aliud attenditur quàm nuda detentatio, simplexque, & sola facti insistentia, Couar. *d. cap. 17. num. 4.* & plurimos cumulat, & sequitur Post. *d. obseruat. 42. à num. 15. & 18.* Adeò vt etiam prædo, fur, & latro, in sua possessione, intrusione, seu detentatione sint manutenendi, donec in petitorio lis fuerit terminata super titulo & proprietate, aut in possessorio plenario de iustitia possessionis discutiatur, vt diffuso calamo obseruat idem Post. *vbi proximè, à num. 113. vsque ad finem.* Interim tamen non est cogendus possessor exprimere causam suæ possessionis, vt per text. *in d. §. sed si quæratur*, & glos. *vbi sup.* tenet Abb. *in cap. querelam, num. 2. de elect.* D. meus Barb. *d. quæst. 2. num. 22. & 52.* Quinimò interrogatus, quare possides? satisfacit respondendo, quia possideo. 32

Atque ex prædictis patet, pensionarium, semel à vero Titulari constitutum in quasi possessione iuris exigendi integram pensionem habere sufficientem præsumptionem pro se, vt saltem in hoc iudicio fructus præsumantur esse capaces pensionis, & onerum super Beneficio impositorum; adeò vt in sua quasi possessione iuris exigendi interim molestari, aut perturbari, nequeat per Titularem opponentem exceptionem insufficientiæ valoris, ex *d. decis. 163. num. 4. & 5.* post tract. Post. quia ista quasi possessio reddit turbidam, & dubiam quamlibet exceptionem, etiam si oriatur ex ventre rescripti, vt ex Put. *decis. 585.* tenet D. Barbos. *d. q. 7. n. 10.* & dicitur interim habere implicitum statum iustificationis. 33

Et est adeò efficax ista præsumptio, quòd non solùm operatur (retenta saltem ciuili possessione) in possessorio retinendæ, verum etiam, si Titularis recusat integraliter soluere, dicitur spoliare pensionarium, Gig. *de pension. quæst. 62. num. 12.* cui si se pro spoliato habuerit, & nec animo quidem retinuerit ciuilem possessioné, datur remedium redintegrandæ, vt in puncto Guid. Pap. *decis. 629. ex num. 2.* 34

*num.*1.quem sequuntur Lotter.*d.quæst.*38.*n.*112 & Barbos. *d.quæst.*2.*num.*46.

Quartum dubium, quoad iuris disputationem.

36 AD quartum, videtur quod in stricta iuris disputatione, exceptio defalcandorum onerum Beneficij, tamquam petitorium respiciens, non debet manutentionem impedire. Dec.*cons.*19.*&* *cons.* 467.*num.*13.Afflict.*decis.*119.*num.*7.& alij quos refert, & sequitur Rota *decis.* 150. *num.* 10. post tractat.Post.& in his eisdem terminis egregiè D.meus Barbos.*d.quæst.*2.*num.*52.*&* *d.quæst.*7.*num.* 30.vbi pro hac parte allegat aliam Rotæ decis.*in Montisfalisci pensionum* 21.*Maij* 1627.*coram Vbaldo.*

37 Et ratio est, quia cum ex superius dictis *num.*13. *&* 31.pensionarius in possessione existens habeat præsumptionem pro se circa existentiam, & sufficientiam fructuum, tam quoad integram exactionem pensionis, quàm quoad omnia onera implenda, manuteneri debet in eâ summa; quam constat sibi fuisse solutam absque eo quod indagandum sit, quid in solutione comprehendatur, vt benè D. Barbos. *vbi proximè*, Huc enim spectant præcisa interdicti verba, vti possidetis, ita possideatis. Et sufficit pensionario innitenti in sua quasi possessione dicere, seu replicare fructus Beneficij, tam pro integra solutione pensionis, quam pro omnibus oneribus superabundare, ita vt iudex, qui de istis adhuc non cognouit, nec cognoscere debet, nec potest in hoc iudicio, in nullo alio possit se intromittere, nisi in defendendo pensionarium, in quasi possessione existentem à perturbationibus, & molestiis in exactione sibi illatis, & in posterum forsan inferendis per Titularem, & vt desistat ab inquietatione, Post. *de obseruat.*42.*num.*59.*&* *seqq.* Etenim iudex in casu isto non intendit aliud, quam manutenere litependente in eo statu, in quo quis reperitur de tempore motæ litis: *ad l.*1.§.*sicut interdicti ff.vti possid.* §. *retinendæ in fin.Inst. de interd.* præseruando scilicet iura omnia partibus, non solùm in petitorio, sed etiam in possessorio ordinario, Neuizan. *cons.*81.*num.*17.Rot.*decis.*641.*num.*8.*p.*1. *diuers.* *&* *decis.*175.*num.*14.*coram Gregor. XV.* *&* *decis.*10. *in fin.*post tractat.Postij, Salgad. *de Reg.protect.p.*3.*cap.* 12 *à num.* 32. Et hæc quidem in vera iuris ratiocinatione.

Et quoad æquitatem.

38 CÆterùm, de æquitate videtur, quod onera sint deducenda, vel prius, vel eodem tempore, quo pensionarius fuerit satisfactus. Quia, cũ Beneficium istud sit grauatum duplici onere, naturali, scilicet, & accidentali, æquitas suggerit, vt prius satisfiat oneri naturali Missarum, fabricæ, visitationis, & aliorum, cum quibus Beneficium nascitur, quam oneri accidentali pensionis.

Et licèt ista consideratio, de iure non militet in summariissimo possessorio, in quo versamur, ex quo, vt dictum est, pensionarius interim habet præsumptionem pro se circa sufficientiam fructuum quoad vtrumque onus. Nihilominus cũ valde possibile sit, quod fructus Beneficij pro integra pensione, & oneribus nõ sufficiant, (de quo datur pro parte Titularis aliqualis fumus) non ita mordicus inhærendum est prædictæ præsumptioni. Alias enim posset inde euenire, vel quod oneribus naturalibus non satisfieret contra mentem fundatorũ, vel quod Titularis, fructibus æquiualentibus non perceptis, pecunias de suo pro pensione, & oneribus soluendas, exbursaret, quod in petitorio alias esset iniquissimum, *ad d.decis.Seraphin.*66.*num.*3. Mantic. *decis.* 339.*n.*3.Garc. *de Benef.p.*1.*cap.*5.*num.*201. D.meus Barbos. *d.q.* 2. *num.*10.

Onera autem suo tempore defalcabilia sunt eleemosynæ pro 303.Missis singulis annis recitandis ad rationem duorum regalium pro qualibet eleemosyna. Nam licet constitutione Synodali taxetur ad rationem vnius regalis cum quarto, vulgo, real y quartillo, attamen non est cogendus Titularis cum tam modica eleemosyna celebrare, quanidoquidem in omnibus ferè Ecclesiis huius Curiæ potest inuenire duo regalia pro singulis missis. 39

Insuper 45.Missæ decantandæ quæ dicuntur pro populo ad rationem Regalium trium pro Presbytero. Nam eleæmosyna pro Ministris soluitur à fabrica, & ad summum Rector huius Ecclesiæ taxat has Missas ad regalia tria.

Item 84.festiuitates cum Vigiliis, & Missarũ decantatarum solemniis, ad rationem quatuor regalium cum dimidio Etenim pro Presbytero celebrante, & decantante, communis Parochiarum taxa est duorum regalium, etiam si Parochus ipse celebret. Pro duobus diaconis, regale vnum. Pro sacrista autem, & Vigilia aliud regale cum dimidio.

Pro subsidio, & excusato 126.regalia annua. Istud enim onus quod soluitur Regi Catholico Domino nostro, licèt non sit naturale Beneficij, attamen Rota illud æstimat pro perpetuo, & defalcabili, ex quo de quinquennio in quinquennium solet per Romanos Pontifices reconcedi. vt per Garc. *de Benef.p* 5. *cap.*3. *num.*174.*&* *seq.* Addeñ. ad Gregor. *decis.*245.*num.*12. 40

Pro domino Vicario Generali celebrante in Ecclesia, & festiuitate sancti Andreæ, regalia 30. 41

Pro domino Visitatore regalia 66.singulis biennis, ita vt debeantur regalia 33.annua.

Pro fabrica eiusque manutentione, quod ad Beneficiatum pertinet regalia 44. annua.

Ita vt in totum onera ista importent 1ij336.regalia annua, & vt melius eisdem satisfiat, & Titularis functionibus funeralibus assistat, poterunt ampliari, vsque ad summam 1ij500. regalium.

Neque enim aliquid taxandum est pro aliis oneribus voluntariis, videlicet pro substituto, seu locum tenente Beneficiati, tum quia exercere functiones incumbentes Beneficio pertinet ad Titularem ratione tituli, & non est habenda ratio de oneribus, quæ explicari possunt & debent per ipsũ Titularem, vt in propriis terminis, imò in fortioribus de Rectore, & adiutore Parochialis, tenuit Rota *in Romana pensionum* 6.*Nouembris* 1619. *corã Burratto, &* 6. *Aprilis* 1620, inter impressas, eiusdem *decis.*418.*n.*6.*&* *decis.*468. *n.*1. & latè Addeñ. *add. decis.*245 *sub n.*12.*coram Gregor. XV.* 42

Tum etiam, quia non potest Titularis ad libitum imponere onera voluntaria in præiudicium pensionarij, vt dicitur *in d.decis.*418.*n.*2. *&* 3. & plena manu Addeñ. *in d.decis.Greg.*245.vbi quòd Rota in huiusmodi cõputationibus, & taxationibus faciendis noluit in præiudicium pensionarij assignare salarium substituto, seu adjutori, ex quo onera substituti erant explebilia per Titularẽ ratione sui tituli. 43

Quintum, & vltimum dubium.

DEnique ad quintum dubium, videtur, decernendam 44

nendam esse aggrauatoriam censurarum contra dominum Blasium, ob non solutionem primi semestris. Quia cùm sint omnino friuoli articuli isti omnes, qui emerserunt, nedum in limine, verum etiam in progressu executionis mandati de manutenendo, vt patet ex iuribus, rationibus, & authoritatibus, de quibus suprà, vtique non sunt habendi in consideratione ad retardandum vlteriorem processum, Honded. *cons.* 17. *num.* 45. *vol.* 2. Giurb. *decis.* 8. *num.* 8. Parlad. *rer. quotid. lib.* 2. *part.* 5. §. 11. *num.* 60.
45 Salgad. *d. p.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. iudex enim debet subterfugiis obuiare, & exceptiones ad intricandam, & procrastinandam executionem oppositas, etiam ex officio repellere, Innocent. *in cap. post electionem, de concess. prab.* cum aliis per Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 326. *cum seq.* Salgad. *d. p.* 3. *c.* 6. *num.* 71. *& seqq.* quos refert in proposito, & sequitur D. Barbos. *d. quaest.* 7. *ex num.* 14.
46 Et licèt de æquitate sint onera deducenda, *ex dictis sup. num.* 37. *& seq.* Attamen in casu de quo agitur, non videtur facienda ista deductio, siue defalcatio, quia pensionarius non petit aggrauatoriam continentem tractum successiuum plurium solutionum, sed solummodo, vt dictum est, ob non paritionem mandati executiui, & ob non solutionem primi semestris anni 1638. Vnde cùm istud semestre nil aliud contineat, nisi solam summam 25500. regalium pensionis; & Titularis sæpius falsus fuerit in actis, se exegisse ingressum duorum annorum, & amplius ducatos 50. quæ quantitas longè exuperat onera eiusdem semestris; clarum est, quod non debet fieri alia defalcatio, fides enim bona non patitur, vt bis idem exigatur, ad *l. bona fides, ff. de regul. iur.*
47 Vltra quod, etiam in casu defalcationis onerum est in consideratione habenda natura huius iudicij summariissimi; ne pensionario lite pendente impediatur exactio suæ pensionis; quia ex huiusmodi impedimento non solum inde non resultaret æquitas, sed maxima iniquitas, vt verbis vtar Lotterij *d. quaest.*, 8. *num.* 104. vbi quod hac ratione diceretur
48 pensionarius pati spolium, ex Gig. *de pens. quaest.* 62. *num.* 12. & propterea tali casu non intrare æquitatem, neque arbitrium pro retardatione, ex Seraph. *decis.* 1429. *num.* 2. *& ex aliis.* Est enim facienda talis defalcatio tempore suo, cum discretione, & cum grano salis; quia, vt inquit Apostolus de collectis ex pietate faciendis, 2. *ad Corinth. cap.* 8. ne quod vni sit remissio, alij verò tribulatio.
49 Ex quibus formandum videtur decretum biceps, siue de duobus capitibus; in quorum primo mandabitur simpliciter, & absolutè expediri aggrauatoriam contra D. Blasium, ob non paritionem mandatorum, id est, ob non solutionem 25500. regalium, eidem Ioanni debitorum pro primo termino, seu semestre anni 1638. In secundo autem reseruabitur prouidere super oneribus Beneficij, eorumque taxatione, & defalcatione, prout de iure, & aliàs super articulis intentatis per Dominum Blasium.
50 Quo fiet, vt quemadmodum ex primo capite iudex, satisfacit debito iustitiæ, ita etiam ex secundo insinuat se æquitati. Nempè quod eueniente casu defalcationis onerum, illa iudicialiter taxabit, & defalcabit omisso iuris rigore; quia summum ius (vt vulgo dicitur) esset summa iniuria.

Compostellana Canonicatus.

Gratia coadiutoriæ in forma Dignū expedita, si ante narratiuæ iustificationem moriatur coadjutus, non expirat, nec Canonicatus ex isto capite vacat, sed deueniendum necessariò ad iustificationem gratiæ. Canonicatus ex quo inducatur esse Diaconalis.

VOTVM CIX.

Doctissimi DD. Gabrielis Martinez Protonotarij, & in Nunciatura Hispaniæ Iudicis Apost.

1 *Constitutio S. Ecclesiæ Cōpostellanæ refertur.*
2 *Canonici omnes in Ecclesia Compostellana ex consuetudine debent esse Diaconi, vel actu ipso, vel saltim habitu.*
3 *Casus contingentia, & articuli discutiendi referuntur.*
4 *Ius non abdicatur à resignante si resignatio in forma Dignum expedita non fuerit totaliter effectuata.*
5 *Gratia in forma Dignum post purificationem mediante retrotractione executionis censetur facta à die datæ expeditionis.*
6 *Beneficium non dicitur vacare, nec alteri conferri potest donec gratia effectuetur.*
7 *Beneficium non vacat per obitum resignantis in forma Dignum ante verificationem gratiæ, sed ad illius iustificationem necessariò deueniendum est.*
8 *Resignatio expedita in forma Dignum non abdicat à resignante ius primæuum nisi postquā gratia, mediante collatione facta resignatario, fuerit executioni demādata.*
9 *Verba* han de cantar por sus turnos de semanas los Euangelios, *&c. inducunt annexionem Ordinis non solum habitu, sed etiam actu.*
10 *Rubrica quæ habet orationem perfectam, potest allegari ad decisionem causarum.*
11 *Constitutio dubia recipit interpretationem passiuam ex rubro.* & n. 12.
13 *Constitutio vna solet aliam declarare.*
14 *Interpretatio mentis Constitutionum colligitur ex earum serie.*
15 *Consuetudo efficit vt Prabenda sit Sacerdotalis, Diaconalis, vel Subdiaconalis.*
16 *Possessio immemorabilis facit præsumi meliorem titulum de mūdo, ita vt possint in vim illius allegari priuilegia & indulta Apost. magis proficua.*
17 *Onus Canonicis impositum potest per alium suppleri.*

18 *Missarum simplex onus quando in fundatione est appositum, possunt per substitutum celebrari, secus quando præcisè requiritur Sacerdotium, seu altius Ordo per modum annexionis.*

19 *Canonici impediti exemptio non perimit Ordinis exemptionem quam alias habet præbenda.*

20 *Ordinum distributio singulis Præbendis reperitur facta in S. Ecclesia Compostellana.*

21 *Ætas ad beneficium requisita debet adesse de tempore gratiæ.*

1 IN Ecclesia Compostellana inter alias adest quædam constitutio, cuius rubrica inscribitur; *Constitucion 9. de los Canonigos y desus cargos.* Deinde in illius corpore legitur; *los Canonigos y thesforero por raçon de la Canongia que tiene annexa a su Dignidad y las otras personas que tienen Canongias suppressas han de cantar por su turno de semanas los Euangelios de todas las Missas que se cantan en el Altar Mayor y fuera de la Iglesia quando el Cabildo sale en Procession*, &c.

2 Et desuper adest etiam consuetudo (vt dicitur) immemorabilis quòd Canonici omnes debeant esse Diaconi, vel actu ipso, vel saltem habitu, & aptitudine, ita vt qui vigesimum tertium annum non attigerit, ad Canonicatum non admitatur,

3 Cùm autem D. Melchior Gallos, quondam eiusdem Ecclesiæ Canonicus, à sanctissimo D. N. obtinuisset sibi in Coadiutorem & futurum successorem in Canonicatu huiusmodi D. Benedictum Gonçalez in forma Commissaria deputari, sub Narratiua scilicet quòd D. Benedictus erat in vigesimo primo suæ ætatis anno nondum completo constitutus, quódque Canonicatus (de quo agitur) Subdiaconalis erat, euenit vt paucis inde elapsis diebus Melchior prædictus moreretur, litteris Coadiutoriæ nondum executioni mandatis. Deinde Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Spinula eiusdem Ecclesiæ Archiepiscopus, Canonicatum istum, vti vacantem per obitum Melchioris D. Francisco Garrido eius secretario contulit possessione illius desuper subsequuta.

Vnde consultus pro veritate, an collatio Eminentissimi Domini mei possit sustineri? placuit inprimis duos disputare, vel saltem attingere articulos, qui hodie in medium proferuntur, ex quorum resolutione quid iuris fuerit, apparebit Et

Primus est, An ex quo gratia Coadjutoriæ fuit in forma Dignum expedita, & Coadiutus obiit ante Narratiuæ verificationem, & sic antequam ius aliquod fuisset in re Coadiutori quæsitum, videatur Coadjutus taliter ius suum retinuisse quòd Canonicatus omnino per eius obitum vacauerit?

Alter est, An in vim constitutionis & consuetudinis, de quibus suprà, Canonicatus sit Diaconalis, itavt gratia Coadjutoriæ, vti obreptitia & subreptitia sit nulla, & consequentur vacatio fuerit legitimè inducta per obitum Melchioris?

ARTICVLVS I.

4 Et quoad primum sum in voto quòd Canonicatus ex isto capite non vacat per obitum Coadjuti: licèt enim verissimum sit, quòd ius non abdicatur à Coadjuto, vel Resignante, si Resignatio, vel Coadjutoria in forma Dignū expedita, nō fuerit totaliter effectuata. Put. *decis.* 158. *n.* 3. *lib.* 3. Achil. *decis.* 10. *n.* 4. *de restit. spol.* Mohed. *decis.* 36. *de renuntiat.* Et plenissimè Rota *corā Buratto*, in eius impress. *decis.* 867. *per tot.* attamen non inde sequitur, quòd gratia, (de qua agimus) hodie, non possit verificari & exequi, cùm aliàs gratiæ substantia & eius executio nō pendeat ex superuiuentia Coadjuti, sed ex mera liberalitate Pontificis concedentis: prout è contrario nec mors ipsa Coadjuti, seu resignantis perimit gratiam, minusque facit eam inexequibilem, quia totū hoc positū est in voluntate & concessione Principis. Ioan. Andr. *in c.* 1. *si tibi absenti, n.* 2. *de præb. in* 6. Sarnen. *ad reg. de trienn. q.* 11. *n.* 15. *& q.* 14. *n.* 11. Et ratio est, quia gratia in forma Dignum, post purificationem, mediante retrotractione executionis censetur facta à die datæ expeditionis litterarum, itavt excludat gratiam alterius postmodum impetratam tamquam posteriorem, vt in terminis Rota *coram Buratto. d. decis.* 867. *decis.* 523. *n.* 3. *p.* 2. *recentiorum.* 5

Et quòd etiamsi non fuerit gratia effectuata, donec tamen potest effectuari, beneficium nō dicatur vacare, nec alteri possit conferri, resoluit in puncto Rota *coram Buratto d. decis.* 867. *n.* 6. vbi aliæ decis. allegantur. 6

Et in nostris præcisis terminis de resignante, seu Coadjuto mortuo ante verificationē gratiæ in forma Dignum quòd beneficium non vacet per eius obitū, sed immo quòd necessariò deueniendū sit ad iustificationē gratiæ, magistraliter discusso articulo docet Rota *in Burg. Canonicatu* 28. *Aprilis* 1597. *corā Cardin. Pamph. seniore*, apud Marches. *de Commission. tom.* 1. *fol.* 142. *per tot.* & præsertim *num.* 3. *& seq.* vbi pro hac parte solidæ rationes & pulchræ doctrinæ adducuntur. 7

Non obstat decisio eiusdem Rotæ ex aduerso adducta in causa Colimbrien. Canonicatus 4. Februar. 1632. *coram bonæ memoriæ Merlino*, quæ est 92. *n.* 13. *p.* 6. *recent.* impress. per Paulum de Rubeis. 8

Quia ibi solùm dicitur quòd per resignationem expeditam in forma Dignum tantummodo datur mandatum de prouidendo quatenus resignatarius repetiatur idoneus, quodque nullum ius tribuitur resignatario, nec a resignante ius primæuum abdicatur, nisi postquā gratia, mediante collatione facta resignatario, fuerit executioni demandata. Quod certè non negamus, sed imò dicimus deueniendum esse ad verificationē idoneitatis & aliorū narratorū, vt inde appareat, an gratia sit exequibilis, nec ne?

Quamuis enim *in dicta decis. Colimbr. n.* 14 & 15. dicatur beneficium adhuc vacasse per obitum resignantis; hoc tamen euenit vt *ibidem* dicitur, quia nullibi constabat de iustificatione, sed imò de contrario, ex quo resignatarius obierat ante litterarū iustificationem, vt in principio eiusdem decis. legitur *n.* 1. Vnde nihil mirum si resignans suum ius retinuisset, beneficiumque per eius obitum vacasset quod non euenit in casu nostro, quia adhuc Coadjutor viuus est, & forsan intendit gratiam suam iustificare.

ARTICVLVS II.

Quo verò ad secundum, videtur quòd Canonicatus sit præcisè Diaconalis tam inspecta constitutione in rubro & in nigro, quàm attenta consuetudine immemorabili, de qua suprà. 9

Consti

Constitutio enim disponit : *Que los Canonigos hande cantar por su turno de semanas los Euangelios de tudas las Missas* ,&c. Quæ verba videntur præcisè inducere Canonicatibus annexum ordinem Diaconatus, cùm aliàs Euangeliorum decantatio non sit actus proportionabilis Ordini subdiaconali, minusque sit exercibilis per Acolythos, seu alios inferioris ordinis, vt in fortioribus terminis quòd per hæc & similia verba : *han de cantar*,&c. non solùm inducatur annexio Ordinis habitu, sed etiam actu ipso contemporaneè de tempore prouisionis, tenent Barbat. *cons.* 33.*num.* 10. Lambert. *de iure patr. lib.*2.*p.*1.*q.*2.*art.*27. *num.*29. Et copiosè discusso hinc inde articulo, Castillo, qui ferè omnes D D. Beneficiales allegat *tom.* 5. *controuers. cap.*90. *num.*42. *& sequent.* præsertim *num.*48.*vers.*2. Rota *decis.*496. *num.* 3.8. *& seqq. p.*1. *Recent.* & coram Buratto in eius impress. *decis.* 680.*num.* 1. *&* 2. *& per tot.* & magistraliter, prout assolet, Dominus & Collega meus D. Augustinus Barbosa *de Canonicis cap.*16.*num.*3.

10 Nec dici potest quòd per illa verba, *han de cantar*, non imponitur præcisè onus decantandi, minusque per ea posse induci Diaconalitatis annexionem.

Quia cùm constitutionis rubrica fuerit inscripta ibi, *De los Canonigos cy desus cargos*, quæ habet in se orationem perfectam, dicitur in se continere ius, & potest allegari ad decisionem causarum. Felin *in princip. rubr. vt lite non contest.* Euerard. *in loc. à rubric. n.*3. Vnde cùm rubrum expressis & rotundis verbis imponat Canonicis onus,& seu onera,& in nigro constitutionis legatur quòd habent cantare Euangelia, clarum est, quòd vel constitu-

11 tio quatenus esset dubia, reciperet interpretionem passiuam ex rubro, vel quatenus rubrum est amplius, debet ampliare nigrum constitutionis, vt per Euerard. *vbi suprà num.*11.& bene in proposito Rota *coram Andrea in eius impressis decis.* 110.*n.* 2.*&* 3.

12 Quòd eo clariùs ostenditur ex quo *in constit.* 8. immediatè antecedenti tam in rubro, quàm in nigro iniungitur expressè Cardinalibus Compostellanis onus celebrationis Missarum. Ac etiam *in constitut.* 10. immediatè subsequenti imponitur Portionariis ac in subsidium Dobleniis, vt per turnum Epistolas cantent : in quibus constitutionibus sunt principaliter duo consideranda.

13 Alterum, quòd onus expressè in vna constitutione impositum censetur pariformiter in alia (respectiuè ad suum ordinem) repetitum, cùm vna constitutio soleat aliam declarare, *l. verum ff. de petit. hæred. l.* 1 *ff. de rebus dub.* cum simil. Rota *decis.* 87. *num.*10. *coram sanctæ memoriæ Gregorio XV.* tunc Auditore, ac in declarationem vnius admittatur combinatio alterius, *ad decis. eiusdem* Greg. 255. *num.*3.*& seq.*

14 Alterum verò, quòd ex serie & ordine harum trium constitutionum apparet tres ipsos maiores & sacros Ordines prouidè fuisse singulis Præbendis respectiuè annexos, cùm etiam ex ipsa constitutionum serie earum mentem debeamus interpretari, *cap. mandato, in fin. de præben. in* 6. *cap. penult. de electione, eodem lib. l. generaliter* §. *quòd si legatum ff. de fideicom libert.*

15 Verùm omnem videtur tollere difficultatem cõsuetudo, de qua suprà, ad quam recurrendum est in casu dubio, ad *l. si de interpretatione ff. de legib.* Consuetudo enim efficit vt Præbenda sit sacerdotalis, Diaconalis, vel subdiaconalis, glos. *in cap. ei cui, verb. Sacerdotalem*, & ibi DD. *de præb. in* 6. Paris. *cons.*50. *num.*19. *lib.*4. D. meus Barbosa *de Canon. d. cap.*16.*num.*2. & eam in hac materia considerat Rota apud Seraphin. *decis.* 871.*n.*2. & apud Burattum *d. decis.* 680.*num.*6. *& in recent. p.* 2. *dec.* 216.*num.*2.

Præsertim quando, vt in casu nostro, concurrit 16 immemorabilis, quæ facit præsumi meliorem titulum de Mundo in fauorem Ecclesiæ Compost. Gabriel. *de præscript. concl.*1.*num.*44. Put. *decis.* 191.*lib.* 1. Rota *decis.*11. *num.* 4.*p.* 2. *recent.* ita vt possint allegari priuilegia & indulta Apostolica sibi magis proficua. Corne. *cons.* 384. *num.*3. *lib.*4. Couarr. in *reg. possess.*3.*p.*§. 7. *&* 10. *num.*2. *de regul. iuris in* 6. ac etiam à Romano Pontifice ex certa scientia obtenta & confirmata. Rota *d. decis.* 11.*num.*4.*part.*2. *recent.*

Minusque dici potest quòd quantumuis onus 17 fuerit Canonicis impositum, illud potest per alium suppleri, ex traditis per Rotam *decis.*366.*num.* 6.*p.* 2. *recent. & in Romana Capellaniæ* 23. *Ianuarij* 1589. *coram Cardin. Pamphilio seniore*, apud Marches. *de commis. tom.*1. *fol.*140. *cum simil.*

Quia hoc posset quidem procedere quando 18 in fundatione est appositum simplex onus Missarum, quæ possunt per substitutum celebrari; secus autem quando præcisè requiritur sacerdotium, seu alius ordo per modum annexionis, vt pulchrè ad prædictas decis. respondet Rota apud Burat. *decis.* 680.*num.*5.

Vltra quod si hæc excusatio adimplendi per sub- 19 stitutum suffragaretur Canonicis, vtique omnes excusarentur, & nullus ad Ordinem annexum se promoueri faceret, & inter eos nemo adesset Diaconus qui Euangelium posset decantare, quod esset omnino absurdum. Excusatio enim valeret in casu legitimi impedimenti pro promoto, vel infra annum pro promouendo, vt ex declaratione sacræ Congregationis colligitur, quam adducit Garz. *de beneficiis p.* 3. *cap.*2. *num.* 496. nec huiusmodi facultas, seu exemptio Canonici impediti perimit Ordinis annexionem, quam aliàs habet præbenda, vt bene D. m. Barbosa *d. tract. de Canonic. cap.* 16.*num.*3. Hoc autem intelligendum est quòd possit per alium decantare, cum præexistentia scilicet sui ordinis annexi,& non aliter.

Nec denique dici potest non constare quod 20 in hac Ecclesia fuerit facta ordinum distributio, iuxta decretum sacrosancti Concilij Trident. *sess.*24.*de reform. cap.*12.

Quia pro responsione satis est dicere quòd distributio & annexio Ordinum singulis præbendis iam reperitur facta ne dum ex constitutione, sed etiam in vim consuetudinis immemorabilis, quæ hodie arctat Canonicos actu ipso, vel saltem habitu ad infra annum se ad Diaconatum promoueri faciendum. Nec enim ex quo in vim Cõcilij Trident non est facta eadem Ordinum distributio, possunt prætendere Canonici contra constitutionem & consuetudinem prædictam Canonicatus esse subdiaconales. Quinimo iuxta mentem eiusdem Concilij, statuta & constitutiones quæ altiores Ordines in Canonicis expetunt, magis satisfaciunt eius dispositioni, vt apertè legitur in eodem decreto.

Ex quibus cùm ex constitutione simul & con- 21 suetudine immemorabili huius Ecclesiæ Canonicatus sit Diaconalis, & D Benedictus narrauerit sanctissimo D.N. esse subdiaconalem, & in vigesimoprimo nondum expleto ætatis suæ anno constitutum,

stitutum, hinc insurgit obreptio & subreptio litterarum Coadiutoriæ & futuræ successionis, iuxta text. *in cap. in litteris*, cũ simil. & *ibi* DD. *de rescript.* Adeo, vt etiamsi non narrasset aliquem ordinem, nihilominus ex quo, de tempore gratiæ non erat in vigesimotertio suæ ætatis anno constitutus, gratia ipsa fuit nulla, & irrita. Seraphin. *decis.* 318. *n.* 5. & post alios quos allegat D. m. Barbosa *in collect. ad Concilium Trident. d. sess.* 24. *cap.* 12. *num.* 40. nec per Iudicem Commissarium talis gratia est exequenda, vt *in dicto cap. ex litteris*, ibi, *à delegato non est aliquatenus procedendum*; & redditur ratio in fine textus, ibi, *vt vbi delegans suas litteras denegaret, delegatus etiam suæ cognitionis officium nullatenus interponat.*

Atque ex ista gratiæ nullitate resultat nullum ex ea ius fuisse D. Benedicto quæsitum; & consequenter D. Melchiorem suum omnino ius retinuisse, & Canonicatum per eius obitum vacasse, prouisionemque de eo per Eminentissimum Dominum meum factam in fauorem D. Francisci Garrido bene in puncto iuris posse sustineri, &c. Saluo, &c. Matriti. 5. Aprilis 1644.

In eadem Compostellana Canonicatus.

Per appositionem manus Papæ in coadiutoria Canonico concessa, quæ affectum non habuit, an remanserit Canonicatus affectus S. Sedi Apost. & vtrùm Cardinalis Ordinarius vigore indulti potuerit legitimè illum conferre, an verò ad datariam prouisio pertineat?

VOTVM CX.

Doctissimi D. D. Gabrielis Martinez, Protonotarij, ac in Nunciatura Hispaniarum Iudicis Apost. integerrimi.

1 *Facti contingentia refertur, & num.* 2. 3. 4. *&* 5.

6 Extrauag. ad Romani §. Romani quoque, de præbend. inter commun. *verba referuntur.*

7 Extrauag. ad Romani §. Romani, *non loquitur de simplici manus appositione, sed de ea cum qua simul concurrit præexistens reseruatio generalis cum decreto irritanti.*

8 *Intellectum* Extrauag. ad Romani §. Romani, *qui admittant.*

9 *Reseruationes generales de beneficiis familiarium, subcollectorum, & aliorum per prædecessores factas ait Pontifex* in Extrauag. ad Romani *etiam post obitum eorundem durare.*

10 *Papa validè, & cum effectu prouidet iterum, donec consumpta sit vacatio, & reseruatio seu affectio expiret.*

11 *Reseruatio seu affectio dicitur expirare cum Papalis prouisio perfecta & consummata fuerit.*

12 *Affectio nulla resultat ex sola & simplici manus appositione in coadiutoria, si ante illius gratiam Canonicatus non esset affectus, vel reseruatus.*

13 Extrauag. ad Romani §. Romani quoque *expositio noua.*

14 *Affectionem non causat omnis manus appositio, sed ea tantum ex qua resultat mens vlterius prouidendi, vt in commenda & vnione ad vitam.*

15 *Affectio nulla resultat ex reseruatione pensionis per Papam facta ad fauorem cedentis beneficium.*

16 *Appositio manus Papæ in coadiutoria cum futura successione non inducit affectionem si prius decedat coadiutor, & postea coadiutus in mense ordinario.*

17 *Futura successio est accessoria ad coadiutoriam.*

18 *Coadiuto mortuo si se opponat prouisus ex ea vacatione ab Ordinario, tenetur ipse coadiutor iustificare causam coadiutoriæ.*

19 *Coadiutoria conceditur intuitu Ecclesiæ, non alicuius personæ.*

20 *Coadiutoriæ concedendæ causa est infirmitas narrata coadiuti.*

21 *Papa per coadiutoriam non apponit manum absolutè super Canonicatu ad effectum conferendi, sed limitatè ad affectum prouidendi necessitati Ecclesiæ.*

22 *Coadiutor de tempore gratiæ coadiutoriæ debet esse illius ætatis, quam requirit Præbenda coadiuti.*

23 *Manus appositio limitata ad certum effectum, & ad certum casum, non causat affectionem deficiente effectu, aut casu per Principem contemplato.*

24 *Affectio per manus appositionem nulla resultat intentione deficiente.*

25 *Inhibitio contra Ordinarium operatur interdictum conferendi.*

26 *Manus appositio præexistente reseruatione operatur affectionem data nullitate prouisionis ob incapacitatem prouisi.*

27 *Papa iure præuentionis & concursus cum Ordinario, præuenit eum in collatione.*

28 *Collatio iterum ad Papam pertinet si ab eo prouisus incapax repertus fuerit.*

29 *Appositio manus Papæ non causat affectionem, quando est facta contemplatione certæ personæ, quæ non fuit reperta capax.*

30 *Coadiutore præmortuo si coadiutus deinde in mense Ordinario obierit, non impedit affectum.*

31 *Benefi-*

ditur Ordinarius conferre.

31 *Beneficium semel affectum semper remanet affectum.*

32 *Beneficium non remanet affectum ex appositione manus Papæ quando resignatio corā Sanctißimo non sustinetur ex aliqua falsa causa, & interim resignans moritur.*

33 *Papa in coadiutoria habet intentionem conferendi saltim prauentiue cum deuenerit ad futuram successionem.*

34 *Coadiutoria non subsistente corruit futura successio.*

35 *Prouisio conditionalis, vel facta ex causa, cessante causa cessat omnino gratia, & decretum, seu inhibitio, accessoriè adiecta.*

36 *Defectus cuiuscunque causæ, ex qua Papa moueri potuit ad gratiæ concessionem, facit cessare gratiam.*

37 *Beneficium quando remaneat affectum per manus appositionem ex falsa narratiua ostenditur.*

38 *Beneficia reseruata, seu affecta ex reseruatione seu affectione clausa in corpore Iuris non cadunt sub indulto conferendi beneficia reseruata & affecta.*

39 *Affectio quæ resultat ex appositione manus Papæ videtur clausa in corpore Iuris communis.*

40 Cap. vt nostrum 56. de appellat. *intelligitur.*

41 Cap. 1. & 2. de confirmat. vtili, *qualiter procedant.*

42 Extrauag. ad Romani §. Romani quoque, de præb. inter commun. *non dicitur propriè continere reseruationem, seu affectionem clausam in corpore Iuris communis.*

43 *Beneficia per commendam, seu vnionem ad vitam remanent specialiter affecta per appositionem manus Papæ.*

44 *Beneficium vnione, seu commenda durante censetur vacare adhuc vt prius.*

45 *Collatio ad Papam pertinet cessante commenda, aut vnione dissoluta.*

46 *Papa in coadiutoria manum apponit super beneficio pleno, & ad effectum prouidendi necessitati Ecclesiæ.*

47 *Collatio cur ad Papam pertineat cessante commenda, seu vnione dissoluta, non sic cessante coadiutoria.*

48 *Cardinalis de Lotharingia habuit indultum conferendi cessantibus commendis, & vnionibus.*

49 *Cardinali Rodulpho concessum fuit indultum conferendi vacantia etiam per cessionem in manibus Papæ, eiusque admißionē.*

50 *Episcopo Burgi sancti Sepulchri concessum fuit indultum conferendi vacantia apud sedem Apost.*

51 *Episcopus Genuens. obtinuit indultum contra quascunque gratias expectatiuas speciales, vel generales, & reseruationes etiam mentales.*

52 *Beneficia vacantia per obitum familiarium Pontificum prædecessorum conferendi facultas datur in indulto concesso Eminentissimo D. Cardinali Spinolæ.*

53 *Vacationes apud sedem dicuntur illæ quæ obueniunt per obitum in Romana Curia, vel infra duas diætas.*

54 *Reseruatio ex vacatione apud sedem est omnibus efficacior, & clausa in corpore Iuris communis.*

55 *Beneficia vacantia in Romana Curia non cadunt sub modernis indultis concessis Cardinalibus S.R.E.*

56 *Dignitates maiores post Pontificialem in Cathedrali, & principales in Collegiatis non cadunt sub modernis indultis concessis S.R.E. Cardinalibus.*

57 *Beneficia Regularia, consistorialia, vel Conuentum habentia, & quorum fructus in libris Cameræ taxati reperiuntur, non cadunt sub modernis indultis S.R.E. Cardinalibus concessis.*

58 *Beneficia quæ vacauerint per veros, & actuales familiares Papæ indultum concedentis, tam de tempore Pontificatus quàm Cardinalatus non cadunt sub modernis indultis concessis S.R.E. Cardinalibus.*

59 *Commendæ cessantes in dignitatibus, seu officiis claustralibus, non cadunt sub modernis indultis concessis S.R.E. Cardinalibus.*

60 *Beneficia vacantia tam in Curia quàm extra illam per obitum familiarium S.R.E. Cardinalium, non cadunt sub modernis indultis eisdem concessis.*

61 *Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptuatis.*

62 *Dictio*, quibuslibet, *est vniuersalis omnes casus præter expresse limitatos cōprehēdēs.*

63 *Appositio manus Papæ est vere & propriè affectio.*

64 *Dictio*, quouis modo, & quomodolibet, *capit omnes affectionis modos præter expressos.*

65 *Indulta conferendi beneficia Ordinariis concessa de sui natura sunt fauorabilia.*

66 *Indulta conferendi beneficia Ordinariis concessa sunt latè interpretanda, maxime contra Pontificem concedentem, & in fauorem Ordinarij collatoris.*

67 *Decretum irritans ligat expresse ipsummet Papam concedentem.*

CONsenserat quondam D. Melchior Gallos Canonicus Compostellanus, sibi in suis Canonicatu, 1

nonicatu, & Præbenda coadiutorem, & futurum successorem deputari D. Benedictum Gonçalez, & desuper extenso in Cancellaria consensu, sanctæ memoriæ Vrbanus Papa VIII. literas coadiutoriæ, vnà cum futura successione in forma commissoria, directas Vicario Compostellano, iussit expedire.

2 Ante expeditionem verò obiit, Melchior prædictus; vnde Eminentissimus dominus meus Cardinalis Spinula, Ecclesiæ Compostellanæ Præsul, nunc Archiepiscopus Hispalensis, nulla habita notitia de expeditione literarum, minusque de extensione consensus, Canonicatum, & Bræbendam huiusmodi, vti vacantes per obitum Melchioris, contulit domino D. Francisco Garrido de Castilla, ab eius secretis, possessione desuper capitulariter, & legitimè subsequuta.

Deinde D. Benedictus suas literas coadiutoriæ,
3 & futuræ successionis coram Vicario præsentauit, quibus se opposuit D. Franciscus, allegans, eas subreptionis, & obreptionis vitio subiacere, eo præsertim ex capite quod Canonicatus esset Diaconalis, tam in vim constitutionis eiusdem Ecclesiæ, quàm vigore consuetudinis immemorabilis; & tamen Benedictus narrauerat esse Subdiaconalem, & se in vigesimoprimo, nondum completo, ætatis suæ anno constitutum.

Causa igitur inibi acriter ventilata, ac etiam ali-
4 bi in aliis Tribunalibus super diuersis articulis accerrimè discussa, tandem Vicarius prædictus literas præfatas obreptitias, & subreptitias declarauit Super quo votum satis extensum in fauorem eiusdem D. Francisci tunc dedimus in scriptis.

Hodie verò, cum præsupposito, quod stantibus
5 obreptione, & subreptione prædictis, litteræ Apostolicæ non sint attendendæ, iuxta *cap. in litteris, de rescriptis*, contingit dubitari de duobus: quorum Primum est, an per appositionem manus Papæ in huiusmodi coadiutoria, Canonicatus remanserit affectus Sedi Apostolicæ? Alterum verò dato (sine veri præiudicio) quòd inde resultaret affectio, an præfatus Eminentissimus dominus meus, vigore indulti Apostolici, à fœlicis recordationis Gregor. XV. sibi concessi, potuerit legitimè illum conferre, vel an ad Datariam prouisio pertineat?

Discursus circa primum dubium, eiusque resolutio.

Et quoad primum, videtur concludendum, ex
6 tali manus appositione super certo corpore Beneficij, Canonicatum non remansisse affectum. Quàuis enim *in Extrauag. ad Romani §. Romani quoque, de Præb. inter commun.* expressè caueatur: *Manus appositionem Papæ tantæ efficaciæ, & virtutis existere* (sunt verba textus) *vt & si literæ Apostolicæ super prouisionibus Beneficiorum, ex aliqua causa suum debitum non sortiatur effectum: facultatem tamen prouidendi de Beneficiis taliter reseruatis, quibuscunque aliis fuisse ademptam, & remanere semper affecta, nullumque de illis, præter Romanum Pontificem, ea vice disponere potuisse, nec posse, &c.* super quo latè Gonçal. *& plures ab eo allegati*, ad *reg.8. Cancel. glos. 52. num. 15.*

7 Nihilominus aduertendum est (quod pauci ex Scriptoribus Beneficialibus aduerterunt) textum illum, in quo ferè omnes se fundant, non loqui de simplici manus appositione, sed de ea, cum qua simul concurrit præexistens reseruatio generalis cum decreto irritanti, vt patet euidenter ex toto contextu *Extrauag.* Tunc enim verissimum est, nulla, seu annullata existente prouisione Papæ, adhuc impedite Ordinarium conferre; vt per Æneam de Falcon. *de reseruat. prælud. 3. q. 4. effect. 16. in fin.* eleganter obseruat amicus, & coaduocatus meus in Romana Curia, D. Melchior Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. q. 26. n. 58.* vbi meritò reprehendit Garciam *de benefic. part. 5. cap. 1. ex num. 142.* qui re non satis perspecta, carpit Æn. de Falcon. & Rot. in locis per ipsum citatis.

Et hunc intellectum admisit Rot. *decis. 190. n. 9. part. 2. recent.* ex illis verbis Extrauag. ibi: *In quibus decretum, & reseruatio huiusmodi ponuntur*, &c. Et ibi: *De beneficiis taliter reseruatis*, &c. Et ab eo non dissentit dominus & collega meus D. August. Barbos. *in collectan. ad eundem text. num. 3. in fin.* 8

Etenim mens, & intentio Pauli Secundi ibidem, solùm fuit sedare antiquas Doctorum altercationes, & diuersorum Tribunalium contrarias opiniones, de quibus larè Æneas de Falcon. *d. prælud. 3. q. 4.* quæ quidem versabantur super duratione, seu extinctione veterum reseruationum Papalium, & propterea inibi Pontifex determinat, reseruationes generales de beneficiis familiarium, Subcollectorum, & aliorum per eius prædecessores factas, etiam post obitum eorundem prædecessorum durare; vt legitur in toto proœmio, & princip. d. Extrauag. 9

Ac insuper *in d. §. Romani quoque*, disponit, quòd etiam data nullitate prouisionis Apostolicæ (videlicet de beneficio ibidem generaliter reseruato) adhuc per appositionem manus, beneficium priuatiuè remaneat Sedi Apostolicæ affectum: quod est intelligendum ob præexistentiam reseruationis, seu alterius affectionis; cùm aliàs rationi consonum sit, vt eo casu, Papa validè, & cum effectu iterum prouideat, donec sit consumpta vocatio, & reseruatio, seu affectio expiret. Rot. *decis. 10. de præb. in* 10
nou. & larè *ibi* Addit. Cassad. *decis. 5. de priuileg. num.* 11
2. *& 14.* quæ tunc dicitur expirare, cùm Papalis prouisio perfecta, & consummata fuerit, Rot. *decis. 512. a n. 3. & per tot. p. 3. lib. 3. diuers.* Gonç. *glos. 15. §. 2. n. 31. & seq.* Lotter. *d. q. 26. num. 29.* D. meus Barbos. *vbi sup. n. 6.* & passim alibi. Ex qua ratione illud emanauit vulgatum dicterium Datariæ, & Curialium, nempe, Beneficium semel reseruatum, seu affectum, semper remanere affectum, seu reseruatum.

Vnde cùm Canonicatus, de quo agitur, ante gratiam coadiutoriæ non esset affectus, vel reseruatus, hinc est, quod ex sola, & simplici manus appositione, nulla resultauit affectio. Quòd si hæc interpretatio nimis subtilis, & noua aliquibus visa fuerit, habebunt tamen posteri, quos imitentur. 12

Verùm, quia ista Extrauag. expositio veteribus, & plerisque ex recentioribus Canonistis fuit incognita, minúsque practicata; videndum est, an stante communi illius intellectu, adhuc affectio Canonicatus resultauerit in casu nostro? 13

Et quidem negatiuè videtur respondendum, quia non omnis appositio manus causat affectionem sed ea tantùm, ex qua resultat mens vlterius prouidendi, vt in commenda & vnione ad vitam. Gonçal. *d. glos. 52. n. 38. & 42.* Garç. *d. p. 5. c. 1. ex num. 175.* Lotter. *d. lib. 2. q. 26. n. 30.* quos refert & sequitur D. meus Barbos. *in suo pastoral. p. 3. alleg. 57. n. 13. in fin.* Rot. *decis. 187. n. 5. in fin. p. 2. recent. & decis. 44. sub num. 4. p. 3. recent.* Et ratio inibi considerata est, ne citra Pontificis intentionem, ordinariis collatoribus 14

bus præiuditium inferatur. Et plures casus enumerant præfati DD. in quibus Beneficium non remanet affectum per appositionem manus Papæ, & inibi etiam congerunt Doctorum cateruam.

15 Aliàs enim diceremus, quòd si Papa propter bonum pacis, & concordiæ, de consensu duorum ad resignationem alterius, reseruasset super beneficio, de quo fit concordia, & resignatio, aliquam pensionem ad fauorem cedentis, vel aliter, quod inde resultaret affectio, nec Ordinarius de vacanti in suo mense posset conferre, quod vtique esset absurdum, vt per Gonçalez *d. glos.* 5 2. *n.* 40. vbi testatur se vidisse contrarium, nempe Datariam nusquam se in his casibus intromisisse.

16 Et in specie, quod appositio manus Papæ in coadiutoria, cum futura successione, non inducat affectionnem, si prius decedat coadiutor, & postea coadiutus in mense Ordinario; sed imò quod Ordinarius possit conferre, tenent Put. *decis.* 225. *n.* 18. *lib.* 3. *in noua impress.* Gonçal. *vbi proximè, in additio. sub n.* 44. Garc. *d. p.* 5. *c.* 1. *§.* 2. *n.* 174. Lotter. *d. lib.* 2. *q.*

17 25. *n.* 31. Et idem Garc. ibidem adiungit, quòd idem esset, quando coadiutoria esset subreptitia, seu inualida, quodque sic non haberet locum futura successio, quæ est accessoria ad coadiutoriam, per Mandos. *de signatur. gratia, tit. de coadiutoriis, vers. Coadiutoria habebat.* Put. *decis.* 98. *lib.* 1.

18 Et in nostris terminis, quod si mortuo coadiuto, opponat se prouisus ex ea vacatione ab Ordinario, teneatur ipse coadiutor iustificare causam coadiutoriæ in literis expressam, neque aliter intret affectio. Rota *in puncto, in Oxomen. Archidiaconatus,* 19. *Nouembr.* 1614. *coram Burratio, inter eius impress. decis.* 78. *per tot.* præsertim *n.* 1. & latè *ibi* Adden. *littera A.* per quam decisionem fuit recessum ab alia prius extensa in eadem causa, quæ inter impress. eiusdem Burratti est 36. & in recent. *part.* 1. *decis.* 570.

19 Cuius rei ratio est, quia Papa per talem manus appositionem mouetur solummodo intuitu Ecclesiæ propter necessitatem, vel euidentem eius vtilitatem, non autem intuitu alicuius personæ. Put. *d. decis.* 225. *n.* 17. *lib.* 3. qua causa non subsistente, intrat defectus mentis, cessatque omnis affectio, vt benè per Lotter. *d. q.* 25. *n.* 33. *&* 35. *lib.* 2. Rot. *coram Burat. d. decis.* 78. *n.* 2. vbi etiam allegantur aliæ decisiones, præsertim *in Barchinonen. præcedentiæ,* 23. *Ianuar.* 1602. *coram bonæ memoriæ Card. Sacrato,* quæ est *decis.* 44. *n.* 3. *p.* 3. *recent.*

20 Non obstat, quòd causa concedendæ coadiutoriæ, & sic manus appositionis, fuerit infirmitas coadiuti: quæ causa cùm nondum fuerit falsa reperta, videtur intrare affectio, licèt non ad fauorem coadiutoris propter literarum obreptionem, illiusque incapacitatem.

21 Quia respondetur, Papam per coadiutoriam non apposuisse manum absolutè super Canonicatu ad effectum conferendi, sed limitate ad effectum prouidendi (vt dictum est) necessitati Ecclesiæ, vt apertè legitur in proœmio harum literarum, quod inducit causam finalem, *l.* 1 *ff. ad Macedon. l. fin.* vbi Bart. *ff. de hered. instit.* Gregor. *decis.* 531. *num.* 5.

22 Vnde si propter defectum ætatis Benedicti non potest Ecclesiæ necessitatibus subueniri, resistentibus sibi, non solùm constitutionibus, verum etiam immemorabili consuetudine Ecclesiæ Compostellanæ; ipse idem ætatis defectus videtur complicare defectum causæ finalis per Papam contemplatæ; cùm aliàs coadiutor de tempore gratiæ coadiutoriæ debeat esse illius ætatis, quam requirit Præbenda coadiuti. Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 6. *c.* 6. *n.* 105. Squilant. *de priuileg. cleric. c.* 4. *n.* 74. & D. meus Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 89. *& seq.* Neque enim ex quo adest incapacitas personæ prouisi, desinit esse defectus causæ principalis, cùm vna censeatur in aliam influere, & sic in vnam, & eandem coincidere.

23 Ex quo sequitur pulchra, & aurea conclusio communiter à Scribentibus recepta, quòd scilicet, manus appositio limitata ad certum effectum, & ad certum casum, non causat affectionem deficiente effectu, aut casu per Principem contemplato. Geminia. *cons.* 136. Gonç. *d. glos.* 5 2. *n.* 38. *& seqq.* & meliùs *n.* 51. *& seq.* Rot. *decis.* 13. *n.* 3. *& decis.* 15. *n.* 2. *de conces. præb. in nou.* Achil. *decis.* 14. *de rest. spol.* eadem Rot. *d. decis.* 44. *n.* 3. *p.* 3. *recent. & coram Burat. d. decis.* 78. *n.* 3.

24 Et ratio fundamentalis est, quia cessante tali effectu, vel casu, Papa non intendit vlterius prouidere; qua intentione deficiente, nulla resultat affectio per manus appositionem, ex superiùs dictis *num.* 14. *& ex infr. dicendis, num.* 47.

25 Minus obstat, quòd stante nullitate gratiæ ob incapacitatem prouisi, affectio videatur præcisè inducta, præsertim stante in literis coadiutoriæ decreto, & inhibitione contra Ordinarium, quæ operatur interdictum conferendi, vt per Host. *in c. inter dilectos sub n.* 14. *vers. Potest dici, de excessib. Prælat.* & *ibi* Butr. *n.* 19. Anchar. *cons.* 58. *circa med. vers. In contrarium,* & alios allegatos per Lotter. *d. q.* 25. *n.* 34. *lib.* 2 Rot. *decis.* 187. *sub n.* 5. *p.* 2. *recent.* cum quibus incidenter videtur inclinare Burat. *d. decis.* 78. *sub num.* 5.

26 Quia, vt videre est ad literam, Doctores isti loquuntur, vel cum præsupposito præexistentis reseruationis, iuxta superius dicta, *num.* 7. *& seqq.* qua stante manus appositio operatur affectionem data nullitate prouisionis ob incapacitatem prouisi, vt satis clarè colligitur ex Host. & Butr. *vbi proximè,* dum supponunt in Papa pertinentiam collationis; & ita intelligendus est Lotter. *d. n.* 34. & Burat. *d. n.* 5. qui allegat Host.

27 Vel procedunt quando Papa iure præuentionis, & concursus cum Ordinario, præuenit eum in collatione, intendens verè & realiter præuenire, & prouisionem suam facere, iuxta not. per Gonç. *d. glos.* 5 2. *num.* 15. Quibus casibus dubium non est,

28 quin data incapacitate prouisi, collatio iterum ad Papam pertineat, cùm eius mens, siue in præexistēti reseruatione, siue in huiusmodi præuentione, sēper fuerit vacationem consumere, & prouisionem validam perficere: & de hoc loquitur Anchar. *d. cons.* 58. *vbi sup.* & Rot. dum eum allegat *d. decis.* 187. *sub n.* 5. *p.* 2. *recent.* & inferiùs dicemus ex *num.* 47.

29 Secus autem, quando, vt in casu nostro, Papa citra præexistentiā alicuius reseruationis generalis, aut specialis, & sine intentione concurrendi præuentiuè, purè, & dispositiuè cum Ordinario manum apposuit, volens, mediante coadiutoria prouidere tantum Ecclesiæ: quia si Ecclesia non indigebat tali prouisione, vtpotè inutili, & inefficaci ob inhabilitatem coadiutoris, nulla remanet causa, propter quam Papa voluerit impedire prouisionem Ordinarij, vt elegāter (totidem ferè verbis) resoluit Rot. *d. decis.* 44. *n.* 4. *p.* 3. *recent.* vbi etiam adiungit, quod ad hoc benè faciunt rationes illorum, qui dicūt, appositionē manus Papæ nō causare affectionē, quādo est facta contemplatione certæ personæ, quæ nō fuit reperta capax, de quibus per Simonet. *de reseruat.*

*seruat.q.*58.*n.*4.& vltra ibi alleg. Prob. *in addit. ad Ioan. Monach. in c. tibi, qui, n.* 20. *vers. Propterea, de rescript. in 6.*

30 Atque hinc videmus, quod, præmortuo coadiutore, si coadiutus deinde in mense Ordinario obierit, non impeditur Ordinarius conferre, vt diximus *sup. n.* 16. Quod vtique procedere non posset, si ex tali manus appositione resultaret affectio, 31 cùm aliàs iuxta vulgares regulas Beneficiales, Beneficium semel affectum semper remaneat affectũ, donec Papa validè, & cum effectu conferendo prouideat, ad not. *in decis.* 10. *n.* 1. *& seq. de preb. in nou.* & diximus *sup. num.* 10.

32 Prout etiam videmus, non remanere affectũ beneficium ex appositione manus Papæ, quando resignatio emanauit ad fauore certæ personæ, nec sustinetur ex aliqua falsa causa, & interim resignans moritur, quia tunc secũdùm volũtatẽ Papæ, limitatè manũ apponentis ad vacationem per resignationẽ, cẽsetur beneficiũ vacare per obitũ, nec Ordinarius impeditur illud conferre, si in illius mẽse vacauerit. Achil. *decis.* 14. *de restit. spol.* Rot. *decis.* 419. *n.* 2. *p.* 3. *diuers.* Paris. *de resign. lib.* 11. *q.* 2. *n.* 4. Gonç. *dict. glos.* 52. *n.* 49. *& seq.* Garc. *d. p.* 5. *d. c.* 3. *n.* 155. & aliis relatis fuit benè deductũ *in Leodien. Canonicatus sãcti Dionysij* 27. *Martij* 1623. *&* 25. *Maij* 1616. *coram bonæ memoriæ Pirouano*, vt per Ferentil. *ad Burat. d. decis.* 78. *n.* 8. *in fin.* per D. meum Barbos. *in pastoral. p.* 2. *alleg.* 19. *n.* 38.

33 Neque etiam obstat, quod Papa habebat intentionẽ cõferẽdi saltẽ præuentiuè, cum deuenerit ad futuram successionem, ex qua debet resultare affectio, etiam si manum apposuerit super vacaturo, vt latè per Adden. ad Rot. *decis.* 10. *de preb. in nou.*

34 Quia cùm gratia præuentiua futuræ successionis penderet à validitate gratiæ coadiutoriæ; vtique coadiutoria (ob defectũ ætatis, & falsitatẽ narratorũ) non existẽte, corruit etiã futura successio, & sic effectus omnis, qui aliàs ex tali manus appositione forsan resultare poterat; Papa enim sine coadiutoria non prouidisset de beneficio viuentis, resistẽte dispositione iuris, & sacri Concil. Trid. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 7. ac etiã stylo Datariæ; & propterea nulla inde oritur affectio, vt in puncto resoluit Rot. *in sæpius alleg. decis.* 78. *n.* 1. *&* 6. *in fin. coram Buratto.*

35 Postremò, non obstat decretum irritans, & inhibitio, seu interdictum conferendi Archiepiscopo Compostellano in huiusmodi literis impositum. Quia non inde resultat affectio, cùm aliàs prouisio cõditionalis, vel facta ex causa (sine qua nullo modo & ad nullius personæ fauorem emanasset) cessãte causa, cesset omnino gratia, & decretũ, seu inhibitio accessoriè adiecta. Gemin. *in c. præsenti, in princ.* vbi Frãc. *in* 3. *not. de offic. leg.* Prob. ad Monach. *in d. c. tibi qui, n.* 19. *in fin. & n. seq. de rescript. in 6.* Roman. *consl.* 335. *n.* 11. Put. *decis.* 1. *lib.* 1. Rot. *decis.* 652. *&* 1151. *n.* 1. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers.* & bene in proposito *in d. decis.* 44. *n.* 5. *p.* 3. *recen.* & meliùs, & in puncto *in d. decis.* 78. *n.* 6. *coram Burat.*

36 Quæ conclusio non solùm procedit, quãdo defectus, seu falsitas causæ est circa pertinentiam collationis in Papa, ad quod videbatur se restringere, *d. decis.* 36. *Burat. n.* 10. sed imò est ampliãda ad omnẽ falsam causam, ex qua Papa moueri potuit ad gratiæ cõcessionẽ, vt per Ferentil. *ad d. decis.* 78. *eiusdẽ Burat. n.* 8. cùm aliàs nõ possit assignari diuersitatis ratio inter vnã, & aliam causam, quando certum est Papam sine illa non fuisse manus appositurum: quibus casibus semper cessat volũtas Papæ cõferendi, & sic affectio, vbi eisdẽ verbis explicat Rot. *d. decis.* 78. *n.* 2. vbi aliæ etiam decisiones allegantur.

Cuius rei ratio est, quia hic non versamur in falsa 37 narratiua, circa valorem, Doctoratum, numerũ obtentorũ, & similia, in quibus casibus, data nullitate gratiæ ob falsitatẽ alicuius ex huiusmodi narratis, nihilominus beneficium remanet affectũ per manus appositionem, ex quo, vt sæpè dictũ est, in Papa remanet volũtas, & intẽtio vlterius cõferẽdi. Sed imò versamur in falsa narratiua circa causam ipsã finalẽ concessionis, qualis est, vtilitas Ecclesiæ; quo casu manus appositio nõ inducit affectionẽ, quia cessante tali causa ob inhabilitatem coadiutoris, omnino cessat gratia, & Papa non habet vltra intẽtionem conferendi, ex dictis, & dicendis inferiùs *n.* 47. Et egregiè hãc distinctionem constituit Ferentil. *vbi proximè, n.* 8. Idémq; procederet, quando falsitas causæ versaretur circa mensis reseruationem, pertinentiã collationis ex qualitate beneficij, impetrationem ex delicto, & similia; vt per eundem ibidem. Ex quibus videtur, per appositionem manus Papæ in huiusmodi coadiutoria cum futura successione, Canonicatũ nõ remansisse Sedi Apostolicæ affectũ.

Discursus, & resolutio circa dubium alterũ.

Dato etiam, sine veri præiuditio, quòd subinde resultaret affectio; adhuc videtur legitimè potuisse Eminentiss. D. meum, in vim indulti Apostolici sibi concessi, Canonicatum istum conferre.

Licèt enim sub indulto conferendi beneficia re- 38 seruata & affecta, quãtumuis generali, & vniuersali regulariter nõ veniãt reseruata, seu affecta ex reseruatione, seu affectione clausa in corpore iuris communis. Rot. *decis.* 4. *de prebend. in nou.* Granuc. ad Simonet. *q.* 26. *n.* 8. *& seq.* Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 27. *num.* 91. qualis videtur esse ea, quæ resultat ex appositione 39 manus Papæ, per text. *in c. vt nostrũ* 56. *de appell.* vbi post Innocent. & alios, Abb. *n.* 1. Franch. *n.* 3. *cum seq.* Dec. *sub n.* 1. Ac etiam per text. *in c.* 1. *&* 2. *de cõfirm. vtil. vel inut. & d. Extrau. ad Romani, §. Romani quoque, de preb. inter com.*

Attamen animaduertendum est, quòd *d. c. vt no-* 40 *strum*, solùm disponit, quòd postquã Papa ad se reuocat aliquod negotium, ligantur manus inferiorum, vt nihil validè in eadem causa per illos fieri possit, quod nihil commune habet cum materia Beneficiali; sed propter regulæ generalitatem. Doctores loquentes de affectione per appositionem manus, solent textum illũ, minus tamẽ congrua, citare.

Textus verò *in dict. c.* 1. *&* 2. solùm procedũt, vbi 41 Papa manum apposuit confirmando iura alicuius, quo casu disponitur, quòd de illorum validitate nemo inferior cognoscere potest; quod pariter nihil ad rem pertinet.

Textus denique *in d. §. Romani quoque*, nõ dicitur 42 propriè cõtinere reseruationem, seu affectionem clausã in corpore Iuris cõmunis, ex latè traditis per Lotter. *d. q.* 28. *n.* 28. *& per tot.* vbi defẽdit, solã vacationem apud Sedem inducere reseruationem clausam in corpore Iuris communis, ex text. *in cap.* 2. *& cap. præsenti, de preb. in* 6.

Cæterùm, quidquid sit de hoc, indultum, de quo 43 agitur, est adeo amplum, vt etiam affecta per appositionem manus expressè comprehendat. Quod satis colligitur ex pluribus clausulis, & decretis eiusdem indulti. Et primò, quia præfato Eminẽtissimo D. meo datur inibi facultas conferendi Beneficia per Romanos Põtifices quibus vis ad vitã cõmẽdata, seu vnita, cõmẽdis cessantibus, seu vnionibus dissolutis; & tamen cõmendam, seu vnionẽ ad vitam, certissimũ est, beneficia remanere specialiter affecta per appositionẽ manus Papæ, vt agnoscũt vno ore Doctores omnes de hac re scribentes, vt per Cassad.

decis.

decis.5. de priuileg. & decis. 2. de vnion. Gonç. Garc. Lotter. & alij, de quibus suprà Nos *num.16.*

44 Ex quo præcisè infertur, quòd quantumuis ex appositione manus in coadiutoria, efficax affectio insurgeret, adhuc sub prædicto indulto comprehenderetur, cum eadem, seu par sit ratio. Quinimò in commenda, seu vnione ad vitã, maior adest affectionis ratio, & intentio, quàm in coadiutoria cum futura successione, cùm aliàs vnione, seu commenda durãte, beneficium verè censeatur vacare, adhuc vt priùs. Cass. d. *d. decis. 5. de priui eg. & d. decis. 2. n. 4. de vnion.* Et plures cumulat, & sequitur Gonç. *glos. 5. §. 8. ex n. 48.*

45 Et cessante cõmenda, aut vnione dissoluta, notissimum est collationem (circumscri-

46 pto indulto) ad Papã pertinere, vt latè per Gonç. *vbi proximè, n. 50. & seq.* & Nos supr. *n. 10.* In coadiutoria verò Papa, manũ apponit super beneficio pleno, & ad effectũ prouidendi necessitati Ecclesiæ. Put. *d. decis. 225. num. 17. lib. 3.* cum aliis alleg. superiùs *n. 19.*

47 Præterea, in vnione, seu cõmẽda ad vitã Papa disponit de vacanti cũ animo, & intentione formali, & positiua vlterius conferendi, quæ est potissima affectionis ratio, & spiritus influens in reseruationẽ, ex superius dictis, *n. 24. 27. & 37.* In coadiutoria autẽ cũ futura successione, disponit de vacaturo ob futura coadiutoris seruitia, in eiúsque fauorem, nec cũ animo iterum prouidendi, seu conferẽdi, cùm iã verè prouiderit, & contulerit, seu respectiuè prouideri, & cõferri mãdauerit: nec vlterius habet quod conferat, seu conferri mandet. Minúsque in Papa remanet intentio, seu spes vlteriùs cõferendi, ex quo per coadiutoriam Ecclesiæ prouide cõsuluit, & per futurã successionem coadiutori prospexit, totamq; rem (de qua secum agebatur) perfecerit; & vt ita dicam, officio illo plenè functus fuerit, vt nihil ea in parte remanserit agendum.

48 Nec enim nouum est, similia indulta conferendi affecta per appositionem manus dominis Cardinalibus cõcedi, vt de indulto cõferẽdi cessantibus cõmendis, & vnionibus, cõcesso Cardinali de Lotha-

49 ringia, est *decis.* Put *13. lib. 1. in vlt. impres.* Et de indulto cõferendi vacantia, etiã per cessionem in manibus Papæ, eiusque admissionem, concesso Cardinali Rodulpho, extat *decis. 511.* eiusdem Put. *lib. 2.* Et de indulto concesso Cardinali de Ruuere per sanctæ memoriæ Sixtum V. latè Germon. qui illud ad literã commentauit, *toto suo tractat. de indult. Cardin.* Et nouissimè de indulto consimili, de quo agitur, concesso Eminentissimo domino meo Cardinali de Sandoual Præsuli Giennen. Rot. *coram D. Duran Episcopo Vrgelen. in eius impres. decis. 154.*

50 Imò, nedum Eminentissimis Patribus purpuratis, verum etiam Episcopis dignitate Cardinalitia carentibus, similia indulta fuerunt superiori sæculo per Sedem Apostolicam concessa; vt de indulto conferendi vacantia apud Sedem eandem Episcopo Burgi sancti Sepulchri, Caputaq. *decis. 85. part. 2.*

51 Et de indulto concesso Episcopo Genuen. contra quascunque gratias expectatiuas, speciales, vel generales, & reseruationes, etiam mensales, idem Caputaq. *decis. 87. ead. p. 2.*

52 Secundò, in eodem indulto datur etiam facultas conferendi beneficia vacantia per obitum familiarium Pontificum prædecessorum, *ac etiam si illa obtinentes fuissent Sedis Apostolicæ Notarij* (sunt verba indulti) *Subdiaconi, Acolythi, Capellani, literarum Apostolicarum Abbreuiatores, Scriptores, aut Cubicularij, Nuntij Apostolici, necnon prouentuum, ac iurium dictæ Cameræ debitorum Collectores, aut vnici Subcollectores, seu quicunque alij Curiæ, & Sedis prædictarum Officiales,* &c. Quæ tamen affectiones, & seu reseruationes, repetiuntur clausæ, *in dict. Extrauagant. ad Romani, de præbend. inter commun.* Ex qua Doctores deducunt affectionem per manus appositionem.

53 Tertiò, indultum capit vacationes apud Sedem (intelligendo apud Sedem, vacationes per obitum in Romana Curia, vel infra duas dietas, vt *in dict. cap. 2. & cap. præsenti, de præbend. in 6.* Gonçal. *glos. 13. num. 12. & seq.* quicquid dicat Lotter. qui in eo nimis metaphysica laborans, plurimum desuper se inuoluit, *dict. quæst. 27. n. 18. & per tot. lib. 2.* prout iuxta Gonç. ita intellexit Rot. *decis. 28. num. 1. & 2. per tot. & decis. 150. per tot. p. 6. recent.*) vt in eodem indulto, ibi: *Etiam de tunc vacantibus per obitum quorumcunque, etiam apud Sedem eandem, & propterea, seu aliàs dispositioni Apostolicæ reseruatis, seu affectis,* &c. Et tamen notum est, reseruationem istam esse 54 omnibus efficaciorem, & clausam in corpore iuris communis, vt *in dict. cap. 2. & dict. cap. præsenti,* latè Gonç. *dict. glos. 15. num. 19. 50. & 54.* & Lotter. *d. q. 27. per tot.*

Quartò, in modernis indultis sólummodo po- 55 nuntur sex limitationes, seu casus, ad quos eorum facultas non se extendit. Primus est, de beneficiis vacantibus in Romana Curia (intelligendo tamen 56 in Curia, beneficia extra titulum Cardinalis, in Vrbe consistentia, & quæ per sententiam priuationis vacant in Curia, & alia, de quibus latè Gonç. *dict. glos. 13. num. 5. 42. 45. & seqq.*) Secundus est, quoad Dignitates maiores post Pontificalem, in Cathedrali, & principales in Collegiatis. Tertius, quoad beneficia Regularia, Consistorialia, vel Cõuentum 57 habentia, & quorum fructus in libris Cameræ taxati reperiuntur. Quartus quoad beneficia, quæ vacauerint per veros, & actuales familiares Papæ indul- 58 tum concedentis, eiúsque successorum, qui tam tẽpore Pontificatus, quàm Cardinalatus familiares fuerunt. Quintus, quoad commendas cessantes in 59 Dignitatibus, seu officiis Claustralibus. Sextus, & 60 vltimus, quoad beneficia vacantia, tam in Curia, quàm extra illam per obitum familiarium S.R.E. Cardinalium, iuxta formam constitutionum fœlic. record. Gregorij XIV. & Pauli Papæ V. quæ emanarunt ad indultorum moderationem; de quibus casibus, & limitationibus latè Germon. *de indult. Cardin. §. præterquam, cum §§. seqq. & in §. etiam, si sæcularia.* Gonç. *glos. 24. num. 72.* Garc. *d. p. 5. cap. 1. §. 11. num. 630.*

Vnde cùm indultum hoc non fuerit limitatum 61 ad casum appositionis manus, indultarius non est inhibitus conferre beneficium affectum per eandem manus appositionem. Quinimò, exceptio illorum casuum firmat regulam in contrarium in casibus non exceptuatis, vulg. *l. cùm Prætor ff. de iudic.* cum similibus.

Quintò, ex prooemialibus indulti verbis, quæ in- 62 fluũt in dispositionẽ, eámque declarant, *d. l. 1. ff. ad Maced.* id ipsum satis colligitur dum Papa, sublatis quibuslibet impedimentis, dat conferendi facultatem, ibi: *Dignum quin potius debitum reputamus, ea tibi fauorabiliter concedere, per quæ, sublatis impedimentis quibuslibet, possis de Beneficiis Ecclesiasticis tuæ dispositioni commissis, personis idoneis, ac aliàs tibi gratis, & acceptis prouidere,* &c. Et ponderãdo dictionem illam, *quibuslibet,* quæ est vniuersalis, omnes casus, præter expressè limitatos, cõprehẽdẽs, *l. omnes, vbi glos. verb. quaslibet, C. de quadrien. præscript.* Menoch. *de recuper. remed. 6. n. 14.* & nullã recepit restrictionem, vt per Rol. *cons. 70. n. 42. lib. 3.* Ruin. *cons.* 76.

*76.num.4.*Corn.*cons.123.n.4.& cons.323.n.7.lib.3.* D. meus Barbos. *dictio.320.n.9.& seq. & per tot.*

63 Sextò, in parte dispositiua clarius hoc ipsum indulgetur, ibi: *Seu ex quauis alia causa dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione Apostolica affecta existant, vel fuerint,*&c. Et paulo inferiùs, ibi: *Aut per obitum quorũcunque, etiam apud Sedem eandem, & propterea, seu aliàs, dispositioni Apostolicæ reseruatis, seu affectis,* &c. *conferre liberè, & licitè possis, & valeas*, &c. Sub quo verborum contextu, negari non potest, quin veniat casus appositionis manus Papæ, quæ verè, & propriè est affectio. Gonç. *d. glos. 52. per tot.* ponderádo præsertim dictiones illas, ac aliàs quæ alias etiá casus præter expressos comprehendunt, *l. qui testamentum, § mulier, ff. de testam.* Mantic. *decis. 316. n. 1. in fin.*

64 Septimò, in derogationibus obstantiarum, repetitis ferè eisdẽ verbis legitur, ibi: *Seu alias generales, vel speciales reseruationes quouis modo continentes, seu inducentes, aut alias quomodolibet affectionem facientes, & alia quæcunque cõtraria seu tibi in præmissis, vel circa ea impedimentum præstantia quomodocumque, seu præstare valentia, nullatenus se extendant, sed de ipsis, vt præfertur, liberè disponas*, &c Ponderando etiá dictiones illas, *quouis modo, & quomodolibet*, quæ capit omnes affectionum modos, vltra expressos. *Clem. 1.* vbi glos. *de re iudic.* Flamin. *de resign. lib. 9. q. 25. num. 50.* Seraph. *decis. 350. n. 2.* Et sic affectiones omnes, quæ aliàs non comprehenderentur. Alex. *cons. 155. num. 3. lib. 2.* Ruin. *cons. 68. n. 10. lib. 4.* plena manu D. meus Barbos. *dictio 329. per tot. & dictio. 330. num. 4. & 8.*

65 Octauò, id ipsum continet indultum in decreto, ibi: *Decernentes affectiones, reseruationes, regulas, constitutiones, ordinationes, collationes, commendas, facultates, vniones, dispositiones, & decreta in illis contenta, quoad impediendum te, quominus indulto huiusmodi vti valeas, ad dicta beneficia, ad tuam dispositionem, vt præfertur pertinẽtia, nullatenus se extendere*, &c. Quæ verba satis videntur affectionibus, & reseruationibus derogare, in fauorem indultarij; præsertim cùm & indulta ista de sui natura sint fauorabilia, ex quo tollunt obstaculum reseruationum, & affectionum, & reducunt materiam ad primæuum statum, quæ reductio reputatur in iure fauorabilis. Cassad. *decis.*
66 *4. n. 2. de priuil.* Crescent. *decis. 3. num. 5. & seq. eod. tit.* Ideòque sunt latè interpretanda; maximè contra Pontificem concedentem. Crescent. *d. decis. 3. n. 3.* Cassad. *decis. 3. n. 3. eod. tit.* Et in fauorem Ordinarij collatoris, vt per Gonç. *glos. 24. n. 42* latè Adden. *ad decis. Greg. 99. n. 5. & ad decis. 291. n. 3. & seqq.*

67 Denique, indultum habet decretum irritans aduersus contrarias dispositiones, etiam à Romano Pontifice emanatas, ibi: *Ac irritum, & inane, si secus super præmissis omnibus, & singulis, etiam per Nos, & dictos Legatos, & Nuntios quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari*, &c. Quo decreto stante, si à Dataria Apostolica fuisset extorta aliqua gratia de huiusmodi Canonicatu, esset omnino irrita, & nulla, quia decretum ligat expresse ipsummet Papam; vt per Paris. *cons. 79. lib. 4.* tenet in his terminis indulti, Rot. *coram Verallo decis. 81. part. 2.*

68 Atque ex his videtur etiam concludendum, prouisionem, de qua agitur, legitimè ad Eminentiss. dominum meum Cardinalem Spinulam pertinuisse, neque vllo modo ad Datariam Apostolicam posse pertinere. Saluo in omnibus, &c. Matriti 14. Martij 1645.

Compostellana Canonicatus.

Ex impositione oneris cantandi Euágelium, vel celebrandi Missam, non arguitur annexio Ordinis sacri. Gratia dicitur perfecta in eo momento, quo signatur supplicatio, & iustificatio debet concludere ad tempus gratiæ. Ad iustificationem gratiæ coadiutoriæ sufficit iustificare narrata de tempore gratiæ, & quod coadiutus ante illud non obierit, secus si postea.

VOTUM CXI.

Doctissimi D. Don Didaci Osorij Protonotarij, ac in Nunciatura Hispaniæ Iudicis Apostol. in supremóque sanctæ Inquisitionis Consilio Relatoris meritissimi.

1 *Coadiutor tenetur iustificare causam coadiutoriæ in litteris expressam cum aliter non intret reseruatio, vel affectio ad eius fauorem.*
2 *Canonicatus habens onus Missarum seu celebrandi certis diebus est Sacerdotalis.*
3 *Gratia ob narrata non verificata corruit.*
4 *Ordo sacer Canonicatibus de Iure annexus non est, nisi statuto, vel consuetudine secus caueatur.*
5 *Ordinis sacri annexio non arguitur ex impositione oneris celebrandi.*
6 *Capellaniæ nec actu, nec aptitudine dici possunt Sacerdotales eo quod in fundatione dicatur Capellanum debere celebrare Missas.*
7 *Ciarlini opinio reprobatur.*
8 *Obseruantia optima cuiuscunque dispositionis interpres.*
9 *Gratia dicitur perfecta in eo momento, quo signatur supplicatio.*
10 *Iustificatio gratiæ debet concludere ad illius tempus.*
11 *Ius non abdicatur à resignante si resignatio in forma Dignum expedita, non fuerit totaliter effectuata.*
12 *Gratia in forma Dignum expedita post purificationem mediante retrotractione executionis censetur facta à die datæ expeditionis litterarum.*
13 *Resignante mortuo ante verificationem gratiæ in forma Dignum, beneficium non vacat per eius obitum.*

14 Coadiutus

14 *Coadjutus si moriatur ante datam non potest deueniri ad iustificationem gratiæ cum futura successione.*

15 *Narrata in gratia sunt iustificanda de tempore gratiæ.*

16 *Coadiutoria & futura succeßionis gratia quando æquè principaliter conceditur, deficiente vna, potest alia existere.*

17 *Futuræ succeßioni locus hodie fit etiamsi beneficium actualiter vacet de tempore datæ.*

18 *Coadiutorès pars prouisiua nō corruit, etiamsi coadiutus moriatur antequam coadiutor de coadiutoria fuisset certificatus.*

19 *Gratia futuræ succeßionis non dependet à gratia in qua prouidetur necessitati Ecclesiæ, aut coadiuti.*

20 *Clausula Bullæ coadiutoriæ de qua agitur, refertur.*

21 *Futuræ succeßioni locus fit quamuis de tempore mortis coadiuti adhuc Bullæ Apost. non erant expeditæ.*

22 *Clausulæ Bullæ importantes vacationem & prouisionem.*

23 *Coadiutoria est nulla si mortuus sit coadiutor de tempore datæ.*

24 *Futura succeßio datur ratione coadiutoriæ, & ab illa dependet.*

25. *Coadiutus si moriatur ante datum Bullarum, non intrant earum clausulæ.*

26 *Coadiutoris deputatio, & prouisio futuræ succeßionis, ex defectu personæ, cui fit, nulla est.*

27 *Prouisio, & deputatio coadiutoris est nulla ex defectu mentis prouidentis, quando scilicet deficit causa ex qua mouetur.*

28 *Decretum irritans cum inhibitione importat affectionem etiamsi non teneat prouisio ex defectu personæ, secus si ex defectu mentis prouidentis.*

29 *Papa quando prouidet beneficium iure præuentionis, affectio durat, licet non teneat collatio ex aliquo defectu impetrantis.*

30 *Inhibitio cum decreto irritanti requiritur ad hoc vt semper beneficium remaneat affectum.*

31 *Reseruatio & affectio durat donec consumpta sit vacatio.*

32 *Reseruatio dicitur expirare postquam Papalis proui sio perfecta, & consummata fuerit.*

33 *Appositio manus Papæ limitata ad certum effectum, illum non operatur adimplemento non sequuto.*

34 *Coadiutoria conceditur propter necessitatem Ecclesiæ, vel euidentem eius vtilitatem non intuitu personæ.*

35 *Ecclesia si non indigebat prouisione coadiutoriæ, illa nulla remanet propter defectum causæ.*

36 *Narratiua falsa, circa valorem beneficij, doctoratum, numerum obtentorum & similia, non impedit affectionem per manus appositionem.*

37 *Narratiua falsa circa causam ipsam finalem conceßionis facit cessare omnem affectionem.*

38 *Resignatio ad fauorem certæ personæ si ex falsa causa narrata non potest sustineri, & interim resignans moritur, beneficium non remanet affectum.*

39 *Resignans ad fauorem certæ personæ conditionaliter resignat, dummodo scilicet illi irreuocabiliter acquiratur.*

40 *Concursus duorum vinculorum multum operatur.*

41 *Reseruatio, quæ insurgit ex coadiutoriæ, & futuræ succeßionis gratia, non dicitur simplex, sed mixta.*

42 *Mixtum non censetur comprehensum sub simplici.*

43 *Qualificatum non venit sub simplici.*

44 *Indultum non remouet obstaculum inhibitionis.*

45 *Indultum non comprehendit beneficia duplicem reseruationem habentia.*

46 *Affectio ex appositione manus Papæ requirit specialem conceßionem in Indultis de conferendo reseruata, vel affecta.*

47 *Affectio ex appositione manus Papæ est potioris prærogatiuæ.*

48 *Affectio adhuc remanet sublata generali reseruatione.*

49 *Illatio non fit à diuersis.*

50 *Indultorum modernorum diuersa forma ab antiquis.*

51 *Specialia trahi non debent in argumentum, vel in consequentiam.*

52 *Constitutio Pauli V. super moderatione Indultorum Cardinalium.*

53 *Decretum irritans super certo corpore beneficij fortius ligat.*

54 *Speciali non derogat generale.*

55 *Rescriptum, seu mandatum speciale derogat generali, etiamsi de eo nullam faciat mentionem.*

DOn Melchior Gallos Canonicus in sancta 1
Metropolitana Ecclesia Compostellana Canonicus ob suam senescentem ætatem & infirmitates obtinuit à Sede Apostol. in dicto Canonicatu sibi in coadjutorem & futurum successorem constitui & deputari Benedictum Gonzales Clericum Compostellan. seu alterius Diœcesis: Expeditæ fuerunt Bullæ huius coadjutoriæ die prima Augusti 1643. postmodum dictus Melchior, die scilicet vigesima mensis Octobris eiusdem anni, è viuis decessit, antequam dictus Benedictus narrata in gratia iustificaret, possessionemque Canonicatus acciperet: Quare Eminentissimus D. Cardinalis Spinola Archiepiscopus Compostellanus dictum Canonicatum vti vacantem per obitum dicti Melchioris

contulit Don Francisco Garrido de Castilla. Et cum prouisus ex ea vacatione ab Ordinario se opponeret, & Benedictus teneretur iustificare causa coadiutoriæ in litteris expressam, cum aliter non intret reseruatio, vel affectio ad eius fauorem, vt ex Rotæ decisione resoluit Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 25. num. 33.* fuerunt contra gratiam Apost. per Franciscum opposita quæ sequuntur.

2 In primis fuit datū de obreptione & subreptione illius gratiæ eo quòd in ea non fuerit facta mentio quòd Canonicatus prædictus esset Diaconalis, eo quòd in Constit. 9. disponitur quod Canonici per turnos hebdomadatim Euangelia Missarum omnium canere debent. ibi, *los Canonigos han de cantar por turno de semanas los Euangelios de todas las Missas*, &c. iuxta ea quæ latè resoluit Ciarlin. *controu. forens. lib. 1. cap. 38.* vbi videtur firmare Canonicatum habentem onus Missarum, seu celebrandi certis diebus esse Sacerdotalem, quamuis expressè non dicatur oportere Canonicum esse vel fieri Sacerdotem. Vnde concludit oppositor ex falsa narratiua insurgere subreptionem, & obreptionem litterarum coadiutoriæ, & futuræ successionis, iux-
3 ta text. *in cap. in litteris, de rescript.* vbi omnes, ac proinde quòd ob narrata non verificata gratia corruit, Felin. *in cap. constitutus in princip. de rescript.* vbi Deci. *in 4. notab.* Caputaquen. *decis. 271. num. 2.*

4 Sed his non obstantibus dicendum est Canonicatum de quo agitur non esse Diaconalem, nam de iure Canonicatibus nullus Ordo annectitur, nisi aliter, statuto, consuetudine vel alia quauis particulari dispositione caueatur, ex Rota *decis. 421. num. 1. p. 1. recent.* cuius meminit D. Augustin. Barbosa collega meus, *de Canonic. & dignit. cap. 26. num. 2.* At in dicta constitutione solū habetur quod debeant canere Euangelium, ibi, *han de cantar*, quæ verba non inducunt obligationem illum ordinem habendi, sed onus Missam celebrandi, vel Euangelia cantandi, aut per substitutum illa adimplendi, quod sufficit ad not. per Rot. *decis. 366. num. 6. p. 2. recent. & in Romana capellaniæ 23. January 1589. coram Card. Pamphilio sen.* impressa apud Marchesan. *de commissionib. tom. 1. pag. 140.* Ergo meritò dicendum ex illa narratiua nullam insurgere obreptionem, vel subreptionem.

5 Nam apud omnes indubitata conclusio est quòd ex impositione oneris celebrandi non arguitur annexio Ordinis sacri, sed solum obligatio adimplendi onus, quod per alium fieri potest, dum hoc non fuerit expressè prohibitum. Ita Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 47. num. 34. & 35.* ibi. *Quamuis enim celebratio non possit ad alium pertinere quàm ad ordinatum cap. 1. & 2. de clerico non ordin. ministr. tamen ex illa annexione oneris celebrandi non infertur necessario ad annexionem Ordinis propter separabilitatem facti celebrationis ab ipso onere, quod vt per alium non possit absolui, adhuc nullo iure cautū est, vt post Ioan. Calder. inquit Lap. alleg. 35. num. 3. & alleg. 117. itidem n. 2. vers. nec obstat prædictis, & ita de generali consuetudine seruari scripsit Felin. in cap. cum omnes sub num. 3. vers. & hoc procedit etiamsi ex ordinatione, de constit. & ibi etiam Deci. num. 55. quam sententiam sæpissimè probauit Rota* &c. vbi *num. 36. & 37.* extendit ad eum casum, quo onus istud ad personam beneficiarij referatur, dum ille expressè non remouet hanc facultatem celebrandi per alium, quia ea relatio tunc inflectitur, vt stet demonstratiue ad qualitatem oneris, non autem dispositiue ad qualitatem personæ illud absoluere habentis.

Idem in capellaniis resoluendum, cum nec actu, 6
nec aptitudine dici possint Sacerdotales, eo quod in fundatione dicatur Capellanum debere celebrare Missas, seu diuina Officia, possunt enim prouideri simplici clerico 14. annorum. Ita post Nicol. Garc. Castr. Palao, Monet Perez de Lara, Alphons. de Leone, D. Augustin. Barbos. *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 24. num. 43. prope fin.* vbi refert particulam dictæ decisionis in Romana Capellaniæ.

Non obstat doctrina Ciarlini *in d. c. 38* quia ibi 7
per eum resolutis sigillatim respōdet D. Franciscus Mancinus Collega meus *in causa Toletana Canonicatus de Alcala de Henares*, de qua *in voto pen. huius tertiæ partis num. 25. cum multis seqq.* vbi aduertit Ciarlinum in eam resolutionem deflexisse ad effectum saluandi amicum, & concanonicum ab irregularitate, in quam forsan inciderat, ob dispensationem obtentam de se promouendo ad omnes Ordines extra tempora sub narratiua quod reperiebatur arctatus, eo quòd eius Præbenda, & Canonicatus erant Sacerdotales.

Hanc nostram resolutionem fauent testes depo- 8
nentes plures Canonicos in hac Metropolitana Ecclesia extitisse qui eorum vita durante ad sacros Ordines nunquam se promoueri fecerunt, secundum quam obseruantiam debet intelligi dictam Constitutionem nouam, quando essemus in dubiis, est enim obseruantia optima interpres cuiuscunque dispositionis, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* Laurent. Syluan. *cons. 88. num. 27. lib. 2.* dicens quòd obseruantia quæ subsequitur, prodest ad declarationem cuiuscunque dispositionis, Rot. *decis. 419. num 6. p. 1. recent.* cum aliis latè adductis per D. Barbosa *p. 2. voto 52. num. 43. cum seqq.*

Secundò minus obstat illud quod per D. Fran- 9
ciscum opponitur quòd gratia Benedicti hodie iustificari non possit cum è viuis decesserit D. Melchior coadjutus, ac proinde cessauerit necessitas Ecclesiæ gratiam qualificans; quia respondetur ad substantiam & perfectionem gratiæ non esse necessariam illius iustificationem, sed solum requiri vt concedatur per Papam per verbum FIAT, in eo enim momento, quo signatur supplicatio dicitur perfecta: *cap. cum te, de rescript.* vbi omnes, & præcipuè Card. *num. 7.* Felin. *num. 18.* & Abb. *n. 5.* Beroi. *cons. 207. num. 57. lib. 3.* Pute. *decis. 94. num. 2. lib. 2.* Seraph. *decis. 341. num. 9.* Duran. *decis. 324. n. 26.* Rota *decis. 562. num. 2. p. 1. recent. & decis. 628. num. 6. p. 2. in posthum. Farin. aliàs p. 4. recent.*

Vnde qui narratiuam suæ gratiæ verificare ve- 10
lit, id debet efficere habito respectu ad tempus concessionis gratiæ, quia iustificatio debet concludere ad illius tempus. Oldrad. *cons. 58. num. 1.* Cas. de Grassis *decis. 171. aliàs de sponsalib. num. 5.* Verall. *decis. 120. lib. 2.* cum aliis adductis per Lotter. *de re benefic. lib. 3. q. 20. num. 56.*

Hinc fit quòd licèt verissimum sit quòd ius non 11
abdicatur à coadiuto, vel resignante si coadiutoria vel resignatio in forma Dignum expedita, non fuerit totaliter effectuata, Achil. *decis. 10. num. 4 de restit. spoliat.* Mohedan. *decis. 36. de renunciat.* cum aliis citatis per D. Augustin. Barbos. *de Iure vniuerso ecclesiast. lib. 3. cap. 15. à num. 74.* Nihilominus tamen non inde sequitur, quod gratia (de qua agitur) non possit hodie verificari secundum tempus concessionis gratiæ, cum aliàs illius substantia & executio non pendeat ex superuiuentia coadiuti, sed ex mera liberalitate Pontificis concedentis, prout è contrario nec mors ipsa coadiuti seu resignantis perimit

mie gratiam, minusque facit eam inexequibilem, quia totum hoc positum est in voluntate, & concessione Principis. Ioan. Andr. *in cap. si tibi absenti num. 2. de praeben. in 6.* Sarnen. *ad reg. de triennali q. 11. num. 15. & q. 14 num. 11.*

12 Ratio huius resolutionis est, quia gratia in forma Dignum expedita post purificationem mediante retrotractione executionis censetur facta à die datae expeditionis litterarum, itaut excludat gratiam alterius postmodum impetratam tanquam posteriorem, vt in terminis Rota *coram Buratto decis. 867. & decis. 523. num. 3. p. 2. recent.*

13 Et de resignante, seu coadiuto mortuo ante verificationem gratiae in forma Dignum, quod beneficium non vacet per eius obitum, sed imo quod necessariò deueniendum sit ad iustificationem gratiae, magistraliter discusso articulo censuit Rota *in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1598. coram Card. Pamphilio sen.* impressa per Marchesan. *de commission. tom. 1. fol. 142. per tot.*

14 Et in propriis terminis fuit decisum *in Seguntina Canonicatus 26. Nouembris 1616. coram Patriarcha Manzanedo,* apud Farin. *decis. 349. p. 2. in posthum.* aliàs *p. 4. recent.* ibi: *Tendunt enim ad iustificandum gratiam coadiutoriae cum futura successione Martino concessam, quae nullo modo videtur iustificari: nam fuit signata 15. Septembris, & Ferdinandus coadiutus erat iam mortuus per triduum ante, nempe 12. eiusdem,*
15 *vt in dicta decisione coram me fuit firmatum. Vnde stante dicto obitu praecedente datum videtur impossibile iustificare narrata in gratia de tempore datae, prout requiritur, cap. si eo tempore de rescriptis in 6. Felin. in cap. eam te num. 18. de rescript. Imol. in cap. in nostra num. 6. eod. tit. nempe quod Ferdinandus propter infirmitatem, & alias causas narratas egebat coadiutore, & illum sibi dari supplicabat, quia mortui non supplicant, nec egent coadiutore, &c.* & in fine. ibi. *Quia quicquid sit satis est quod omnino debeant iustificari narrata in gratia de tempore data, &c.*

16 Quicquid igitur in contrarium allegari poterit intelligi debet quando secunda gratia futurae successionis fuit accessoria, & dependens à gratia coadiutoriae, minimè autem quando vtraque gratia fuit concessa aequè principaliter, vt in nostro casu, tunc enim licèt cesset prima gratia coadiutoriae ex defectu causae ob mortem coadiuti, nihilominus tamen non cessat secunda gratia futurae successionis, neque dici potest quod cessaret affectio, & prouisio Pontificia, ad hoc vt Ordinarius non obstante tali gratia Apost. possit prouidere praedictum Canonicatum, vt ex seqq.

17 Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 9. num. 55. & 56.* hoc idem sequentibus verbis resoluit. *Vnde si coadiutus seu proprietarius decederet antequam gratia coadiutoriae sortiretur effectum, vel ipse de dicta gratia notitiam haberet, quamuis ista gratia coadiutoriae sit extincta per obitum illius, altera tamen gratia futurae successionis ad fauorem coadiutoris aeque principaliter & non dependens à prima concessa firma & salua prorsus permanet, ac effectum habere debet, &c.* & ibi: *Et propterea hodie in litteris exprimitur quod sit locus futurae successioni etiamsi beneficium actualiter vacet de tempore data, necnon adijcitur clausula ista, ex nunc prout ex tunc, & è contra, etsi ipse tempore vacationis huiusmodi dictum coadiutoris officium exercere non incaeperit, aut per illum steterit quominus illud exercuerit, & praefatas litteras dicto N. coadiuto, aut Venerabili Fratri nostro Episcopo, & dilectis filiis Capitulo, ac illi, vel illis, ad quem, seu quos forsan pertinet, non intimauerit, &c.*

Rota *coram Puteo decis. 98. lib. 2.* ibi, *Dubitatum fuit an ex quo coadiutoria non valuit, & non fuit sortita effectum, ex eo quod coadiutus obijt antequam coadiutor de coadiutoria fuisset certificatus, an ita etiam corruerit illa successio, & sic pars prouisiua coadiutoris? Et pro parte affirmatiua dicebatur quod ex quo illa successio venit accessoriè, deficiente principali etiam omnes accessus corruerent. Fuit tamen resolutum contrarium, quia erant duae gratiae, vna in fauorem coadiuti, & illa erat extincta per obitum illius, & altera in fauorem coadiutoris, & cum ista esset aequè principalis etiam in casu isto, in quo dicebatur, etiamsi coadiutor non intelligeret, etiam quod ista secunda gratia non dependens à prima non expiraret, &c.* 18

Eadem Rota *decis. 313. num. 27. & 28. p. 7. recent.* ibi. *Nam contrarium verius esse probatur ex distinctione earum duarum gratiarum, quae continentur in gratia coadiutoriae, ex quibus fiebat, vt licet vna videretur defecisse, non tamen dici poterat expirasse altera, &c.* & ibi. *Et hoc praecipuè suaderi videbatur ex pluribus clausulis, quae erant in gratia Ioannis Augustini, cum in iis diceretur, vt esse deberet locus futurae successioni ad illius fauorem etiamsi beneficium vacasset de tempore datae, aut si ipse de tempore vacationis coadiutoris officium exercere non coepisset cum claus. ex nunc prout ex tunc & è contra, quae omnia ostendere poterant quod gratia futurae successionis non dependebat à gratia, in qua prouidebatur necessitati Ecclesiae aut coadiuti.* 19

Vnde cùm in Bulla coadiutoriae, & futurae successionis expedita ad fauorem istius partis, adsint praedictae clausulae, ex quibus conuincatur quod gratia futurae successionis fuit aequè principaliter concessa, non autem accessoriè, quamuis per mortem coadjuti cessauerit gratia coadiutoriae, minimè autem cessauit gratia futurae successionis, nec affectio resultans ex appositione manus summi Pontificis. Quod autem in Bulla coadiutoriae, de qua agitur, adsint praedictae clausulae, constat ex eius tenore ibi. *Eidem Benedicto ex nunc prout ex tunc & è contra, etiamsi tempore vacationis huiusmodi dictum coadiutoris officium exercere non incaeperit, aut per eum steterit quominus illud exercuerit &c.* 20

Quae resolutio procedit etiam quando de tempore mortis coadiuti adhuc Bullae Apost. non erant expeditae, quia nihilominus sustinetur gratia futurae successionis, quia aequè principaliter concessa, ead. Rota *d. decis. 313. num. 26.* ibi. *Ex hac ratione tollebatur etiam alia exceptio, quae opponebatur contra gratiam concessam, quod cùm tempore vacationis non fuissent expeditae litterae super coadiutoria, non potuissent illae expediri post mortem coadiuti, quasi defecisse videretur illius consensus. Nam contrarium verius esse probatur ex distinctione earum duarum gratiarum, quae continentur in gratia coadiutoriae, ex quibus fiebat, vt licet vna videretur defecisse, non tamen dici poterat defecisse altera, &c.* 21

Tertiò nihil releuat dicere quòd per appositionem manus Sanctissimi beneficium non remansit affectum, cum gratia de coadiutoria fuerit subreptitia & nulla, ac proinde quod stante eius nullitate clausulae in Bulla contentae non intrant, nec vacationes locum habent, de quibus ibi. *Vacare contigerit, etiam nunc vt praefertur. vel alias quouis modo,* &c. & ibi: *Ex nunc prout ex tunc, & è contra, &c.* & ibi. *ac ex nunc omnes, & singulas collationes, prouisiones, &c.* & ibi. *in alterius quàm dicti Benedicti fauorem, &c.* & ibi: *tanquam praeter mentem, & intentionem nostram nullas & inualidas esse & fore. &c.* 22

Quia respondetur praetensam subreptionem, & deductam nullitatem nullum in iure habere fundamentum, 23

damentum, vt ex dictis constat, nec impedire posse quin intrent, locumque habeant prædictæ clausulæ Et multo minus obstat quod cessauerit vtilitas Ecclesiæ per mortem coadiuti, cùm de Canonicatu sit prouidendus, qui onera illi incumbentia adimplere valeat; quia cum hæc vtilitas sit consideranda de tempore datæ, mors, quæ postea successit, nihil illi detrahit, solùm enim coadiutoria corruit si mortuus sit coadiutus de tempore datæ, vt censuit Rota *d. decis.* 349. *num.* 7. *p.* 2. *in posthum. Farin.* aliàs *p.* 4. *recent.* ibi. *Et ideo mortuo coadiuto de tempore datæ non solùm corruit coadiutoria, & est nulla à principio, cum mortuo non detur coadiutor, nec mortuus pro ea supplicet, sed corruit etiam futura successio, quæ ab illa dependet, & datur ratione coadiutoriæ, & tanquam*
24 *coadiutori, Modern. de benefic. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 131. *& facit decisio Putei* 390. *lib.* 1. *secundum nouam impress.* &c.

25 Et in casu, quo coadjutus ante Datum Bullarum mortuus sit, non intrant earum amplissimæ clausulæ, vt insinuat eadem Rot. *d. decis.* 349. *num.* 7. *in fine, & num.* 8. ibi. *Minus obstant clausulæ amplissimæ ipsius coadiutoriæ, & inter alias clausulas, Etsi nunc actu quouis modo*, &c. *per quas informantes pro Martino prætendunt elicere mentem Pontificis illum prouidendi de hoc Canonicatu, etiamsi tunc & de tempore datæ vacaret per obitum coadiuti. Quia cum dicta clausula, Etsi nunc*, &c. *& alia generales sint ita interpretandæ, vt non contradicant expressis, Achil. decis.* 1. *de præbend. non possunt in casu nostro capere vacationem per obitum Ferdinandi de tempore datæ gratiæ, cum tunc ille præsuppoueretur viuus & orator, & in viuo non possit dari vacatio per obitum. Quod etiam suadetur ex eo quia futura successio continet duas partes, in quarum prima Papa considerauit vacationem de futuro ibi. Vacare contigerit, & in illa prouidet expresse etiam per obitum de futuro Ferdinandi. In secunda vero, quæ incipit ibi. Etsi nunc actu quouis modo, &c. ponit casum distinctum, & separatum, & statuit quid agendum si Canonicatus vacat de tempore datæ, & sic nunc. Et isto casu respectu aliarum personarum prouidet etiam per obitum ibi. Etsi vacet ex cuiuscunque persona, &c. Respectu vero Ferdinandi prouidet tantum si vacet per resignationem, seu per liberam resignationem dicti Ferdinandi, &c. nulla facta mentione in ista secunda parte de obitu eiusdem. Et nimirum quia reputabat illum viuum cum esset orator, & assereret se egere coadiutore. Et quidem si etiam per obitum prouidere voluisset, hoc expressisset, sicuti fecit in præcedenti casu*, &c.

26 Cum ergo D. Melchior Gallos coadjutus viueret de tempore datæ, intrauit decretum irritans in litteris coadjutoriæ appositum, & inhibitio contra Ordinarium, quæ operatur interdictum conferendi; cum hac tamen differentia, quod dictum decretum, & inhibitio semper affectionem importat, quamuis deputatio coadiutoris, & prouisio futuræ successionis, ex defectu personæ, cui fit, nulla esset, iuxta doctrinam Host. *in cap. inter dilectos sub n.* 14. *vers. potest dici quòd nusquam*, & ibi Ioan. Andr. *sub n.* 16. *vers. alij dicunt*, Anchar. *n.* 13. *eod. vers. alij dicunt*,
27 & Butr. *num.* 19. *de excessib. Prælat.* Non ita quando prouisio est nulla ex defectu mentis prouidentis, quia scilicet deficit causa, ex qua mouetur, Gemin. *in cap. præsenti num.* 2. *vers. nota quòd eo ipso*, vbi Franch. *num.* 1. *in* 3. *notab. de officio Legati in* 6. Roman. *cons.* 355. *num.* 11. Pute. *decis.* 1. *lib.* 1 quos refert & sequitur Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 25. *n.* 34 *&* 35.

28 Et superiùs dicta eo magis absque dubio procedunt quando simul adest decretum irritans cum inhibitione, quia tali casu affectionem important, quamuis prouisio nulla sit ex defectu personæ, in cuius fauorem facta fuit, licet secus sit quando deficit causa. Ita Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 34. *&* 35. ibi. *Decretum vero irritans, & inhibitio consueta apponi in istis gratiis operatur quidem affectionem, etiamsi non teneat prouisio ex defectu personæ, cui fit, iuxta doctrinam Host. in cap. inter dilectos sub num.* 14. *vers. potest dici quod nusquam, & ibi Ioan. Andr. sub num.* 16. *vers. alij dicunt, Anchar. num.* 13. *eod. vers. alij dicunt, & Butr. num.* 19. *de excessib. Prælat. Secus vero quando prouisio est nulla ex defectu mentis prouidentis, quia scilicet deficit causa, ex qua mouetur. Gemin. in cap. præsenti num.* 2. *vers. nota quod eo ipso, vbi Franch. num.* 1. *in* 3. *notab. de officio Legati in* 6. *Prob. ad Monach. in cap. tibi num.* 19. *ad fin. vers. præterea, de rescript. in* 6. *Roman. cons.* 355. *num.* 11. *Pute. decis.* 1. *lib.* 1. &c. In præsenti casu adest decretum irritans simul cum inhibitione, vt constat ex Bulla.

Vnde fit admodum incertum esse dicere ad inducendam affectionem ex appositione manus Papæ, requiri præcisè vt beneficium ob præexistentiam reseruationis prius sit de prouisione S. Sedis Apost. in quo existimo *Nicolaum Garciam* nõ meruisse reprehendi à Lotterio *d. lib.* 2. *q.* 26. *num.* 38. Et patet in casu, quo Papa iure præuentionis contulit alicui beneficium, & collatio non teneat ex aliquo defectu impetrantis, quia adhuc taliter durat affectio, vt non valeat amplius Ordinarius se intromittere in dispositione illius vacationis, licet contigerit in suo mense Ordinario. Ita Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 52. *num.* 15. Viuian. *in praxi Iurispatron. lib.* 14 *cap.* 1. *num.* 66. D. August. Barbosa *de iure ecclesiast. vniuerso lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 90. *vers. quarto.* 29

Et est tex. rotundus *in Extrauag. ad Romanum.* §. *Romani quoque, de Præbend. inter communes*, vbi nec verbum quidem de hac præexistenti reseruatione: solum enim, vt supra dicebam, requiritur inhibitio cum decreto irritanti ad hoc vt semper, secundùm Magistralem doctrinam Abb. *in cap. inter dilectos num.* 10. *de excessib. Prælat.* beneficium remaneat affectum, quia quando mandatum est conferri siue de vacaturo siue de vacanti, inde constat de mente vt Ordinarius non possit se intromittere, dum Papa præuenit vacationem, & Ordinarium in ipsa vacatione. Ita D. August. Barbosa *d. cap.* 13. *num.* 94. 30

Nullius effectus esset affectio resultans ex appositione manus Sanctissimi, otiosique remanerent Textus, & Apostolicæ Constitutiones de ea agentes si vt illa beneficia afficeret, necessarium foret vt ea præexistenti reseruatione prius tenerentur; quid autem iuuaret affectio si sufficeret reseruatio, quæ durare debet donec consumpta esset vacatio, Rot. *decis.* 10. *de præbend. in nouis*, Cassad. *decis.* 5. *num.* 2. *&* 14. *de priuileg.* quæ tunc dicitur expirare postquam Papalis prouisio perfecta, & consummata fuerit, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 15. §. 2. *num.* 31. *& sequen.* Rot. *decis.* 512. *à num.* 3. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers. & in Corduben. Portionis* 28. *Iunij* 1634. *&* 14. *Ianuarij* 1635. *coram Eminentissimo D. meo Card. Panzirolo.* 31 32

Non obstat quòd appositio manus Papæ limitata ad certum effectum, illum non operatur adimplemento non sequuto, vt per Gemin. *cons.* 136. *in fine*, Achil. *decis.* 14. *de restit. spoliat.* Rot. *decis.* 44. *n.* 3. *in fine p.* 1. *in posthum. Farin. alias p.* 3. *recent. & coram Buratto decis.* 78. *num.* 3. 33

Respondetur enim procedere quando adimplementum non fuit sequutum ob falsam narratiuam 34

circa

circa causam finalem concessionis; nam in coad iutoria concedenda Papa vult mediante illa prouidere tantum Ecclesiæ necessitati, & sic mouetur solummodo intuitu Ecclesiæ propter necessitatem, vel euidentem eius vtilitatem, non autem
35 intuitu alicuius personæ, ex Pute. *decis.* 225. *num.* 17. *lib.* 4. Et ideo si Ecclesia non indigebat tali prouisione vtpote inutili ob defectum causæ, illa nulla remanet, propterquam Papa volebat impedire prouisionem Ordinarij, vt tenuit his ferè verbis Rota *d. decis.* 44. *num.* 4. *in fine p.* 3. *recentior.* ex cuius contextu bene colligitur Papam voluisse mediante vnione prouidere tantum beneficio, non personæ de beneficio; & ideo merito decidit quod si beneficium non egebat tali prouisione, gratia fuit nulla, ac proinde cessauit affectio in illa apposita; & dum propè fin. addit ad hoc bene facere rationes illorum, qui dicunt appositionem manus Papæ non causare affectionem, quando est facta contemplatione certæ personæ, quæ non fuit reperta capax, bene datur intelligi secus esse si facta fuisset contemplatione, & intuitu Ecclesiæ, vt in nostro casu, & quicquid sit in illis verbis Rota nihil per se firmat.
36 Ratio autem differentiæ est, quià quando versamur in falsa narratiua circa valorem beneficij, doctoratum, numerum obtentorum, & capacitatem impetrantis, & alia similia, beneficium remanet affectum per manus appositionem, ex quo in Papa adhuc remanet voluntas, & intentio vlterius conferendi ad hoc vt prouideatur necessitati Ecclesiæ
37 indigentis. At verò si versamur in falsa narratiua circa causam ipsam finalem concessionis, qualis est vtilitas Ecclesiæ respiciens illius seruitium, si ista deficiat, intrat quoque defectus mentis, cessatque omnis affectio, quia cessante tali causa, Papa non intendit vlterius prouidere, ad not. per Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 5. *num.* 33. *& seq.* Rota *coram Buratto decis.* 78. *num.* 2.
38 Non obstat quòd quando resignatio emanauit ad fauorem certæ personæ, nec sustinetur ex aliqua falsa causa, & interim resignans moritur, beneficium non remanet affectum, ex appositione manus Papæ, quia respódetur id nõ tantum procedere ex eo quod Papa limitate manu apposuit ad vacationẽ per resignationem, vt non pauci existimarũt,
39 sed potius ex eo quod resignãs ad fauorẽ certæ personæ, cõditionaliter resignat, dũmodo scilicet dictæ personæ beneficium irreuocabiliter, & perfectè acquiratur, & non aliàs. Mohedan. *decis.* 56. *de renunc* Achil. *decis.* 10. *n.* 1. *&* 4. *de restitut spoliat.* & *sæpissimè* Rota apud D. August. Barbosa *de iure eccles. vniu. lib.* 3. *c.* 15. *num.* 4.
40 Firma igitur & certa remanet resolutio quod præexistẽs reseruatio nõ requiritur ad hoc vt intret affectio ex appositione manus Papę, sed cõcesso sine veri præiudicio quod verũque desideraretur, & reseruatio præcedẽs, & affectio subsequens cũ inhibitione, & decreto, nullũ sane Indultũ casum istũ cõprehenderet, nisi de eo specialẽ mentionem faciẽs, quia duo concurrunt vincula, seu duplex funiculus, qui concursus multũ operatur, ex his, quæ cumulat Port. Imol. *cons.* 10. *n.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.*
41 13. *n.* 99. tum quia reseruatio, quæ insurgit ex coadiutoriæ & futurę successionis gratia, nõ dicitur sim-
42 plex, sed mixta, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 25. *n.* 29. Et sufficit casum esse mixtum, ne censeatur cõprehensus sub simplici, *c. statutũ, de elect. in* 6. *c. cùm in illis.* §. *fin. de præb. eod. lib.* Sarnen. *ad reg. cum non indicando*
43 *q.* 2. *sub n.* 4. Rot. *decis.* 475. *n.* 3. *p.* 1. *diuers.* tum etiam, quia qualificatum non venit sub simplici, *cap. susceptum, de rescript.* cum similibus per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 9. *ex num.* 1.

Et in propriis terminis Indulti, quod non remoueat obstaculum inhibitionis, nec comprehendat 44 beneficia duplicem reseruationem habentia, Rota *coram Duran decis.* 68. *n.* 7. ibi: *Vnde quamuis dictum* 45 *Indultum remoueat obstaculum reseruationis, non tamen remouet obstaculum inhibitionis; & perconsequens illud non suffragatur, sicut nec quando beneficia sunt duplici reseruatione affecta. Sarnen. in reg. de impetr. benef. per obitum q.* 15. *n.* 7. *& seq. Caputaq. decis.* 85. *p.* 2. &c.

Vlteriùs hæc affectio ex appositione manus Papæ 46 requirit specialem cõcessionem in indultis de conferendo reseruata, vel affecta, vt resoluit Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 34. *&* 36. ibi. *Vt verò hæc affectio resultans ex appositione manus Papæ, vt supra dixi, vere, &* 47 *realiter est referenda inter reseruationes speciales, ita indubitatum est illam esse potioris etiam prærogatiuæ, vt difficilius veniat sub indulto de conferendo reseruata. Ita Rot. decis.* 3. *n.* 4. *de officio Legat. in nouis, etiamsi generalis habeat decretum irritans, cum adhuc semper dubitari possit an sub illa veniat beneficium de quo agitur, quæ dubietas cessat in hac speciali, Seraphin. decis.* 305. *n.* 1. *&* 2. *Et hinc sublata etiam reseruatione generali, rema-* 48 *net adhuc tamen affectio, Rot. in recent. p.* 2. *decis.* 140. *sub n.* 6. *vers. quin etsi reseruatio* &c.

Nec est facienda vis in formulis Indultorum 49 olim concessorum, quia summi Pontifices quædam moderata, alia verò amplissima quandoque concedunt, itaut minimè possit ex vna concessione inferri ad aliam, & à diuersis non fit illatio. *l. vlt. in fine. ff. de calumniat. l. Papinianus exuli ff. de minorib.* cum aliis citatis per D. August. Barbos. *axiom.* 114.

Et Indultorum modernorum quàm sit diuersa 50 forma ab antiquis concedi consuetis S. R. E. Cardinalibus, colligitur ex resolutis per Lotter *d. lib.* 51 2. *q.* 21. *n.* 115. Et maximè, quia specialia trahi non debent in argumentum, vel in consequentiam, cum ab eis non sit licitum arguere, Castr. *cons.* 97. *Ne in propriis n.* 3. *in fine lib.* 2. Card. Tusch. *practic concl.* 52 *lit. S, concl.* 4 2. *n.* 12 Et emanauit Constitutio Pauli V. *sub die* 22 *Octobris* 1609. super moderatione Indultorũ Cardinalium in articulo collationis beneficiorũ, de qua Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 32. *n.* 74 *cũ seqq.*

Denique parum, aut nihil ad rem faciunt illationes desumptæ (vt ex aduerso dicitur) ex Indulto Eminentissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis Spinulæ, quia de eo in actis non constat, & quatenus appareret prætensum decretum irritans in eo appositum est generale super incerto corpore beneficij, illud verò in gratia Benedicti existens speciale est super certo corpore beneficij appositum, & ideo fortius ligat, etiam ignorantes quoad pœnas, Rot. *decis.* 51. *l. b.* 2. *p.* 3. *diuers & decis.* 423. 53 *n.* 5. *p.* 2. *recent.* proindeque generale per speciale derogatur ad tex. *in cap.* 1. *de rescript.* Mandatum 54 enim seu rescriptum speciale derogat generali, etiamsi de eo nullam faciat mentionem. Rebuff. 55 *tom.* 2. *ad leges Galliæ tract. de rescript. in præfat. à num.* 10. Menoch. *de arbitr. casu* 97. *à num.* 2. Sebast. Medices *de regul. iuris reg.* 1. *n.* 44.

Et quatenus indultum Eminentissimi D. produ- 56 ceretur, adhuc nihil obstaret nec comprehenderent eius verba coadiutoriam, vt constat ex Puteo *decis.* 478. *lib.* 1. ibi. *Quatuor tenuerunt contrarium quòd indultum non comprehenderet coadiutoriam, & ideo non esse necessaria derogatio indulti, quia licet indultum tollat omnes gratias præuentiuas, tollit tantum omnes, quæ sunt mere præuentiuæ, non tamen eas,*

eas, quæ habent fomentum iuris, prout est coadiutoria cum futura successione de consensu coadiuti consentientis dictæ futuræ successioni, secundum text. in l. fin. C. de pactis; nam licet ista gratia sit præuentiua, non est ita odiosa prout gratia præuentiua sine consensu, &c.

56 Ex quibus videtur concludendum narrata in gratia Benedicti Gonzales esse iustificata, ac minimè exceptiones contra eam oppositas per aduersarium obstare quin eæ debitæ mandentur executioni, vt speramus, &c.

Tuden. beneficij.

Beneficium esse de Iurepatronatus Regio, ex quibus probetur, vel non?

Votvm CXII.

Doctissimi D. Francisci Manchini Protonotarij, & in Nunciatura Hispaniæ Iudicis Apost.

1 *Bullarum retentioni quare locus non sit in præsenti casu.*
2 *Præsumptio stat pro libertate beneficij.*
3 *Ordinarius habet de iure intentionem fundatam super collatione omnium beneficiorum existentium intra fines suæ Diœcesis.*
4 *Etiamsi beneficia existant in Ecclesia Regulari.*
5 *Priuilegium, quod non est in forma probanti, non probat.*
8 *Probatio quæ requiratur, vt constet beneficium esse de iurepatronatus Regio.*
7 *Ecclesia aliud est, & aliud beneficium in Ecclesia.*
8 *Illatio non fit à diuersis.*
9 *Papæ assertioni de facto alieno standum non est.*
10 *Clausula,* Sine præiudicio, *nihil noui tribuit.*
11 *Sententia prolata Sede Episcop. vacante absque legitimo defensore non nocet.*
12 *Sententia debet iustificari ex actis.*
13 *Confessio facta per Rectores beneficiorum non præiudicat successoribus, & ipsis Ecclesiis.*
14 *Fraus, & collusio arguitur ex modo insoluto agendi.*
15 *Beneficium quod sit liberæ collationis est signum quando nulla datur præsentatio multo tempore.*
16 *Testibus magis specificè deponentibus, & habentibus assistentiam iuris standum est.*
17 *Vltimus status in beneficialibus attenditur non docto de contrario statu antecedenti.*
18 *Declaratio facta in Synodo probat.*
19 *Libris Capitularibus quando fides adhibeatur.*
20 *Sententia, à qua non fuit appellatum, censetur approbata.*
21 *Visitatorum assertionibus quoad statum Ecclesiæ multum defertur.*
22 *Scriptura priuata quando probet.*
24 *Priuilegium non extenditur vltra ea in illo expressa.*
25 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, est notorie iniusta.*
26 *Sententia lata non citato legitimo defensore Ecclesiæ non valet contra ipsam Ecclesiam.*
27 *Beneficia libera non possunt iuripatronatus subyci.*
28 *Donatio non egreditur suum auctorem, & ideo non præiudicat successoribus.*
29 *Iuspatronatus seculare si ad Ecclesiam deueniat, fit ecclesiasticum.*
30 *Beneficium vacans Sede Episcopali vacante est reseruatum Sedi Apost.*

NOn est locus retentioni Bullarum expeditarum ad fauorem domini Præsidis Vallisoletani super beneficio simplici sanctæ Marinæ del Rosal, de quo agitur, quia revera idem beneficium non est de patronatu Regio, sicuti perperam ex aduerso asseritur. 1

Quòd autem non sit de patronatu Regio apparet ex eo, quod nullibi docetur de fundatione, constructione, vel dotatione, siue de multiplicatis præsentationibus effectum sortitis, pro vt requiritur, ex dispositione sacri Concilij Tridentini *sess. 25. c. 9. de reformat.* Quibus cessantibus præsumptio stat pro libertate beneficij, Innocent. *in c. cum venerabilis n. 9. de except.* Archidiac. *in c. nullus n. 3. 16. q. 7.* Dec. *cons. 107. n. 1.* cum aliis adductis per Menoch. *de præsump. lib. 3. præsumpt. 90. num. 1.* 2

Ordinarius enim habet intentionem fundatam de iure communi super collatione omnium beneficiorum existentium intra fines suæ diœcesis, *cap. regenda 10. q. 3. cap. omnes Basilicæ 16. q. 7. cap. ex frequentibus, de instit.* Gonzal. *super regul. 8. §. 1. in proœm. num. 21. & glos. 11. num. 38.* 3

Idque procedit etiamsi beneficia existant in Ecclesia regulari, *c. Abbate, & ibi* Abb. *n. 3. de verb. signif.* Vitalin. *in Clem. vnic. num. 16. de supplen. neglig. Prælat.* Gonzal. *super regul. 8. glos. 23. num. 22.* & alleganti contrarium incumbit onus plenè, & concludenter probandi, maximè quando repugnat vltimus status, de quo infra, vt in specie dixit Rota *in decis. 1120. num. 1. coram Card. Seraph.* 4

Quæ cõcludens probatio in præsẽti desumi minimè potest ex priuilegio Imperatoris don Alphonsi cõcesso de anno 1175. quo Imperator donat Abbati, & Conuentui sanctæ Mariæ de Oja medietatem Ecclesiæ de Herizana, & alias integras Ecclesias de Monjes, Pedornes, Bergera, Laurenço del Rosal, 5

Rosal, & medietatem etiam Ecclesiæ de la Guarda. Quia vltra, quod dictum priuilegium non est in forma probanti, ex eo non probatur iuspatronatus competiisse Imperatori donanti, pro vt probari debet ad effectum, vt donatio suffragetur, *l. quod in vendit. & l. quod sic, ff. de hæred. vel action. vendit.* Speculat. *in tit. de emphyt.* §. *nunc aliqua verf.* 58. Batt. *in l. si sic*, §. 1. *q. vlt. ff. de legat.* 1. Natta *conf.* 10. *n.* 7.

6 Et requiritur probatio per immemorabilem ante Concilium Tridentinum, vt dixit Rota *coram Achille in decis.* 4. *de iurepatron.* & post Concilium requiritur immemorabilis, cum præsentationibus continuatis spatio quinquaginta annorum, vt in terminis Imperatoris est *decisio Putei* 369. *num.* 1. *lib.* 2. & in terminis donationis Regiæ Mohedan. *decis.* 10. *num.* 2. *de iurepatron.*

7 Vltra quod cùm in dicto priuilegio nulla fiat mentio de huiusmodi beneficio S. Marinæ del Rosal, donatio verificari potest, & debet in Ecclesiis in ea expressis, & non in beneficiis ab eis distinctis, quia ex dispositione iuris donata Ecclesia non veniunt beneficia in ea existentia, cum aliud sit Ecclesia, & aliud beneficium in Ecclesia, vt aduertit Cardinal. *in cap. final. de iurepatron.* vbi Abb. *num.* 1. *verb. incœpta.* Calderin. *conf.* 18. *in princip. eod. tit.* Cassad. *decis.* 21. *de praben.* quod eo magis dicendum est hoc casu, cum adsint plures Ecclesiæ eiusdem nominis del Rosal, vt apparet ex certificatione authentica facta per Aloisium Fernandez Notarium publicum, *sub die* 11. *Septembris* 1641.

8 Aliæ cedulæ subsequentes Regum nihil obstant, cum respiciant donationem gubernij politici, vnde tanquam à diuersis non licet inferri ad donationem beneficij de quo agitur, vulgata *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* vel ad summum aliqua earum importat præcedentis donationis Imperatoriæ confirmationem; quæ non operatur comprehensionem istius beneficij, dum in præcedenti donatione illud non fuit comprehensum, argumento *l. Aurelius, §. testamento, ff. de liberat. legat.* Bald. *in l. aduersus in fin, C. si aduers. rem iudic.* Alex. *conf.* 125. *n.* 20. *lib.* 4.

9 Bulla Clementis VII. expedita de anno 1529. super beneficio Curato del Rosal, in qua ponitur clausula (sine præiudicio iurispatronatus prætensi per Abbatem) nullius est momenti; tum quia assertioni Papæ de facto alieno standum non est, Mohedan. *decis.* 7. *in fin. de probat.* Rota *decis.* 154. *num.* 5. *p.* 2. *diuers.* Tum etiam, quia clausula, *sine*
10 *præiudicio*, nil noui tribuit, sed solum præseruat ius quatenus adsit, vt probat dominus meus Augustinus Barbosa *in tractat. var. clauf.* 157. *n.* 8.

11 Sententia lata de anno 1583. qua declaratur tertiam partem beneficij Curati sanctæ Mariæ del Rosal spectare ad præsentationem Abbatis, minus nocet; tum quia non est in forma probanti; tum quia prolata fuit Sede Episcopali vacante, absque legitimo defensore, Gonzal. *super regul.* 8. *glos.* 9.
12 §. 1. *num.* 66. Tum etiam, quia non iustificatur ex actis prout requiritur ad hunc effectum, iuxta *consil. Socini* 47. *num.* 15. *volum.* 4. Rota *decis.* 235. *num.* 4. *p.* 2. & meliùs *in decis.* 197. *num.* 51. 52. & 53. *p.* 5. *recen.*

13 Promissio contribuendi facta per possessores beneficiorum Ecclesiæ del Rosal ad fauorem Abbatis in recognitionem iurispatronatus nihil releuat; tum quia neque ea est in forma probanti; tum quia, vt probant testes pro domino Præside examinati, prædicta contributio fit ad alium finem, nempe ratione dominij temporalis donati per Regem dicto Abbati, & sic vti incerta, & æquiuoca probatio non suffragatur, *cap. in præsentia* 8. *de probat. l. non hoc.* 4. *C. vnde legitim.* tum & denique quia confessio facta per Rectores beneficiorum tunc temporis, non præiudicat successoribus, & ipsis Ecclesiis, *cap.* 2. & *ibi* glos. *verb. conuentum, de testib. in* 6. Federic. de Sen. *conf.* 143. *num.* 2. Angel. *conf.* 245. *num.* 8. Rota *decis.* 374. *n.* 2. & *decis.* 480. *n.* 4. *p.* 1. *recen.*

Nec præiudicat fides Antonij Ferreira Notarij 14
Apostolici, in qua dicitur quòd orta controuersia super tertia parte beneficij Curati sanctæ Marinæ del Rosal, inter Simonem Perez prouisum Apostolicum ex vna, & Abbatem ac eius præsentatum partibus ex altera, fuerit tandem pronunciatum ad fauorem dicti Abbatis. Quia dicta pronunciatio fuit collusiua, cum ea non obstante idem Simon Perez, contra quem pronunciatum fuerat, continuauerit in possessione dicti beneficij, vt probatur ex lectura eiusdem fidei; quod quidem non passus fuisset Abbas, nec præsentatus ab eo, si verè beneficium esset de iurepatronatus; ex hoc igitur modo insolito agendi arguitur fraus, & collusio, Rota *decis.* 283. *num.* 8. *p.* 5. *recen.*

Et quod tollit omnem difficultatem est, quod 15
omnia allegata pro parte Abbatis loquuntur de beneficio Curato del Rosal, & ideo nihil probant quoad beneficium simplex sanctæ Marinæ del Rosal, de quo agitur, circa quod nulla penitus datur præsentatio tanto temporis spatio signum euidens, quod beneficium est liberæ collationis, vt in simili considerauit Rota in *Aprutina iurisdictionis* 19. *Martij* 1607. *coram Santissimo D. N. Innocentio X. tunc Rota Auditore.*

Demum non obstant testes deponentes præsen- 16
tationem huius beneficij spectare ad Abbatem; tum quia non concludunt cum se referant ad donationem Regiam, quæ ex superius consideratis non comprehendit hoc beneficium, tum quia conquassantur ex aliis plurimis testibus pro domino Præside examinatis deponentibus beneficium controuersum esse liberæ collationis, & quod priuilegium Regium de eo non loquitur, imo quotiescumque euenit vacatio, fuerit prouisum ab Ordinario, seu à Sede Apostolica, referendo eos, qui fuerunt prouisi scientibus, & non contradicentibus Monachis, & Abbate sanctæ Mariæ de Oja, quibus propterea tanquam magis specificè deponentibus, & habentibus assistentiam iuris magis standum est per textum *in l.* 3. *ff. de testib.* benè glos. singularis *in cap.* 1. *de præscript. lib.* 6. Abb. *in cap. licet, causam de probat. num.* 9. & *in cap. auditis, de præscript. num.* 15. Felin & Imol. *in cap. in nostra, de testib.* Rota *coram S. M. Gregor. XV. in decis.* 525. *n.* 16. & 17. E contra verò pro parte domini Præsidis ostenditur dictum beneficium fuisse, & esse liberæ collationis.

In primis probatur ex Bulla collationis factæ ad 17
fauorem Alphonsi de Samaniego vltimi possessoris, ex causa resignationis Augustini patrui de tempore Sixti V. sub anno 1587. quæ sola collatio sufficeret, cum in beneficialibus solus vltimus status attendatur non docto de contrario statu antecedenti, Calder. *conf.* 2. *sub n.* 1. *ad fin. verf. & hæc videntur, de preb.* Simonet. *de reseruat. q.* 170. Lotther. *de re benef. q.* 34. *n.* 26. & *seqq.* benè distinguit Rota *in decis.* 229. *p.* 1. *recen.*

Secūdò, ex declaratione facta in synodo, quòd sci- 18
licet ad collationem Episcopi spectāt tres capellaniæ del Rosal, Cura del Rosal, *è la sin Cura del Rosal.*

nonicatu, & Præbenda coadiutorem, & futurum successorem deputari D. Benedictum Gonçalez, & desuper extenso in Cancellaria consensu, sanctæ memoriæ Vrbanus Papa VIII. literas coadiutoriæ, vnà cum futura successione in forma commissoria, directas Vicario Compostellano, iussit expedire.

2 Ante expeditionem verò obiit, Melchior prædictus; vnde Eminentissimus dominus meus Cardinalis Spinula, Ecclesiæ Compostellanæ Præsul, nunc Archiepiscopus Hispalensis, nulla habita notitia de expeditione literarum, minusque de extensione consensus, Canonicatum, & Bræbendam huiusmodi, vti vacantes per obitum Melchioris, contulit domino D. Francisco Garrido de Castilla, ab eius secretis, possessione desuper capitulariter, & legitimè subsequuta.

3 Deinde D. Benedictus suas literas coadiutoriæ, & futuræ successionis coram Vicario præsentauit, quibus se opposuit D. Franciscus, allegans, eas subreptionis, & obreptionis vitio subiacere, eo præsertim ex capite quod Canonicatus esset Diaconalis, tam in vim constitutionis eiusdem Ecclesiæ, quàm vigore consuetudinis immemorabilis; & tamen Benedictus narrauerat esse Subdiaconalem, & se in vigesimoprimo, nondum completo, ætatis suæ anno constitutum.

4 Causa igitur inibi acriter ventilata, ac etiam alibi in aliis Tribunalibus super diuersis articulis accerrimè discussa, tandem Vicarius prædictus literas præfatas obreptitias, & subreptitias declarauit Super quo votum satis extensum in fauorem eiusdem D. Francisci tunc dedimus in scriptis.

5 Hodie verò, cum præsupposito, quod stantibus obreptione, & subreptione prædictis, litteræ Apostolicæ non sint attendendæ, iuxta *cap. in litteris, de rescriptis*, contingit dubitari de duobus: quorum Primum est, an per appositionem manus Papæ in huiusmodi coadiutoria, Canonicatus remanserit affectus Sedi Apostolicæ? Alterum verò datò (sine veri præiudicio) quòd inde resultaret affectio, an præfatus Eminentissimus dominus meus, vigore indulti Apostolici, à fœlicis recordationis Gregor. XV. sibi concessi, potuerit legitimè illum conferre, vel an ad Datariam prouisio pertineat?

Discursus circa primum dubium, eiusque resolutio.

6 Et quoad primum, videtur concludendum, ex tali manus appositione super certo corpore Beneficij, Canonicatum non remansisse affectum. Quãuis enim *in Extrauag. ad Romani §. Romani quoque, de Præb. inter commun.* expressè caueatur: *Manus appositionem Papæ tanta efficacia, & virtutis existere* (sunt verba textus) *vt & si literæ Apostolicæ super prouisionibus Beneficiorum, ex aliqua causa suum debitum non sortiatur effectum: facultatem tamen prouidendi de Beneficiis taliter reseruatis, quibuscunque aliis fuisse ademptam, & remanere semper affecta, nullumque de illis, præter Romanum Pontificem, ea vice disponere potuisse, nec posse, &c.* super quo latè Gonçal. *& plures ab eo allegati, ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 52. *num.* 15.

7 Nihilominus aduertendum est (quod pauci ex Scriptoribus Beneficialibus aduerterunt) textum illum, in quo ferè omnes se fundant, non loqui de simplici manus appositione, sed de ea, cum qua simul concurrit præexistens reseruatio generalis cum decreto irritanti, vt patet euidenter ex toto contextu *Extrauag.* Tunc enim verissimum est, nulla, seu annullata existente prouisione Papæ, adhuc impedite Ordinarium conferre; vt per Æneam de Falcon. *de reseruat. prælud. 3. q. 4. effect. 16. in fin.* eleganter obseruat amicus, & coaduocatus meus in Romana Curia, D. Melchior Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. q. 26. n. 38.* vbi meritò reprehendit Garciam *de benefic. part. 5. cap. 1. ex num.* 142. qui re non satis perspecta, carpit Æn. de Falcon. & Rot. in locis per ipsum citatis.

Et hunc intellectum admisit Rot. *decis.* 190. *n.* 8
9. *part. 2. recent.* ex illis verbis Extrauag. ibi: *In quibus decretum, & reseruatio huiusmodi ponuntur*, &c. Et ibi: *De beneficiis taliter reseruatis*, &c. Et ab eo non dissentit dominus & collega meus D. August. Barbos. *in collectan. ad eundem text. num. 3. in fin.*

Etenim mens, & intentio Pauli Secundi ibidem, 9
solùm fuit sedare antiquas Doctorum altercationes, & diuersorum Tribunalium contrarias opiniones, de quibus latè Æneas de Falcon. *d. prælud. 3. q. 4.* quæ quidem versabantur super duratione, seu extinctione veterum reseruationum Papalium, & propterea inibi Pontifex determinat, reseruationes generales de beneficiis familiarium, Subcollectorum, & aliorum per eius prædecessores factas, etiam post obitum eorundem prædecessorum durare; vt legitur in toto proœmio, & princip. d. Extrauag.

Ac insuper *in d. §. Romani quoque*, disponit, quòd 10
etiam data nullitate prouisionis Apostolicæ (videlicet de beneficio ibidem generaliter reseruato) adhuc per appositionem manus, beneficium priuatiuè remaneat Sedi Apostolicæ affectum: quod est intelligendum ob præexistentiam reseruationis, seu alterius affectionis; cùm aliàs rationi consonum sit, vt eo casu, Papa validè, & cum effectu iterum prouideat, donec sit consumpta vocatio, & reseruatio, seu affectio expiret. Rot. *decis.* 10 *de præb. in nou.* & latè *ibi* Addit. Cassad. *decis. 5. de priuileg. num.* 11
2, *&* 14. quæ tunc dicitur expirare, cùm Papalis prouisio perfecta, & consummata fuerit. Rot. *decis.* 512. *à n. 3. & per tot. p. 3. lib. 3. diuers.* Gonç. *glos.* 15. *§. 2. n. 31. & seq.* Lotter. *d. q. 26. num.* 29. D. meus Barbos. *vbi sup. n. 6.* & passim alibi. Ex qua ratione illud emanauit vulgatum dicterium Datariæ, & Curialium, nempe, Beneficium semel reseruatum, seu affectum, semper remanere affectum, seu reseruatum.

Vnde cùm Canonicatus, de quo agitur, ante 12
gratiam coadiutoriæ non esset affectus, vel reseruatus, hinc est, quod ex sola, & simplici manus appositione, nulla resultauit affectio. Quòd si hæc interpretatio nimis subtilis, & noua aliquibus visa fuerit, habebunt tamen posteri, quos imitentur.

Verùm, quia ista Extrauag. expositio veteribus, 13
& plerisque ex recentioribus Canonistis fuit incognita, minùsque practicata; videndum est, an stante communi illius intellectu, adhuc affectio Canonicatus resultauerit in casu nostro?

Et quidem negatiuè videtur respondendum, quia 14
non omnis appositio manus causat affectionem sed ea tantùm, ex qua resultat mens vlterius prouidendi, vt in commenda & vnione ad vitam. Gonçal. *d. glos. 52. n. 38. & 42.* Garç. *d. p. 5. c. 1. ex num.* 175. Lotter. *d. lib. 2. q. 26. n.* 30. quos refert & sequitur D. meus Barbos. *in suo pastoral. p. 3. alleg. 57. n. 33. in fin.* Rot. *decis.* 187. *n. 5. in fin. p. 2. recent. & decis. 44. sub num. 4. p. 3. recent.* Et ratio inibi considerata est, ne citra Pontificis intentionem, ordinariis collatoribus

bus præiuditium inferatur. Et plures casus enumerant præfati DD. in quibus Beneficium non remanet affectum per appositionem manus Papæ, & inibi etiam congerunt Doctorum cateruam.

15 Aliàs enim diceremus, quòd si Papa propter bonum pacis, & concordiæ, de consensu duorum ad resignationem alterius, reseruasset super beneficio, de quo fit concordia, & resignatio, aliquam pensionem ad fauorem cedentis, vel aliter, quod inde resultaret affectio, nec Ordinarius de vacanti in suo mense posset conferre, quod vtique esset absurdum, vt per Gonçalez *d. glos.* 5 2. *n.* 40. vbi testator se vidisse contrarium, nempe Datariam nusquam se in his casibus intromisisse.

16 Et in specie, quod appositio manus Papæ in coadiutoria, cum futura successione, non inducat affectionnem, si prius decedat coadiutor, & postea coadiutus in mense Ordinario; sed imò quod Ordinarius possit conferre, tenent Put. *decis.* 225. *n.* 18. *lib.* 3. *in nona impres.* Gonçal. *vbi proximè, in additio. sub n.* 44. Garc. *d. p.* 5. *c.* 1. §. 2. *n.* 174. Lotter. *d. lib.* 2. *q.*

17 25. *n.* 31. Et idem Garc. ibidem adiungit, quòd idem esset, quando coadiutoria esset subreptitia, seu inualida, quodque sic non haberet locum futura successio, quæ est accessoria ad coadiutoriam, per Mandos. *de signatur. gratia, tit. de coadiutoriis, vers. Coadiutoria habebat.* Put. *decis.* 98. *lib.* 2.

18 Et in nostris terminis, quod si mortuo coadiuto, opponat se promisus ex ea vacatione ab Ordinario, teneatur ipse coadiutor iustificare causam coadiutoriæ in literis expressam, neque aliter intret affectio. Rota *in puncto, in Oxomen. Archidiaconatus,* 19. *Nouembr.* 1614. *coram Burrato, inter eius impress. decis.* 78. *per tot.* præsertim *n.* 1. & latè *ibi* Adden. *littera A.* per quam decisionem fuit recessum ab alia prius extensa in eadem causa, quæ inter impres. eiusdem Burratti est 36. & in recent. *part.* 1. *decis.* 570.

19 Cuius rei ratio est, quia Papa per talem manus appositionem mouetur solummodo intuitu Ecclesiæ propter necessitatem, vel euidentem eius vtilitatem, non autem intuitu alicuius personæ. Put. *d. decis.* 225. *n.* 17. *lib.* 3. qua causa non subsistente, intrat defectus mentis, cessatque omnis affectio, vt benè per Lotter. *d. q.* 25. *n.* 33. *&* 35. *lib.* 2. Rot. *coram Burat. d. decis.* 78. *n.* 2. vbi etiam allegantur aliæ decisiones, præsertim *in Barchinonen. præcedentiæ,* 23. *Ianuar.* 1602. *coram bonæ memoriæ Card. Sacrato,* quæ est *decis.* 44. *n.* 3. *p.* 3. *recent.*

20 Non obstat, quòd causa concedendæ coadiutoriæ, & sic manus appositionis, fuerit infirmitas coadiuti: quæ causa cùm nondum fuerit falsa reperta, videtur intrare affectio, licèt non ad fauorem coadiutoris propter literarum obreptionem, illiusque incapacitatem.

21 Quia respondetur, Papam per coadiutoriam non apposuisse manum absolutè super Canonicatu ad effectum conferendi, sed limitatè ad effectum prouidendi (vt dictum est) necessitati Ecclesiæ, vt apertè legitur in proœmio harum literarum, quod inducit causam finalem, *l.* 1. *ff. ad Macedon. l. fin.* vbi Bart. *ff. de hered. instit.* Gregor. *decis.* 531. *num.* 5.

22 Vnde si propter defectum ætatis Benedicti non potest Ecclesiæ necessitatibus subueniri, resistentibus sibi, non solùm constitutionibus, verum etiam immemorabili consuetudine Ecclesiæ Compostellanæ; ipse idem ætatis defectus videtur complicare defectum causæ finalis per Papam contemplatæ; cùm aliàs coadiutor de tempore gratiæ coadiutoriæ debeat esse illius ætatis, quam requirit Præbenda coadiuti. Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 6. *c.* 6. *n.* 105. Squilant. *de priuileg. cleric. c.* 4. *n.* 74. & D. meus Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 89. *& seq.* Neque enim ex quo adest incapacitas personæ prouisi, desinit esse defectus causæ principalis, cùm vna censeatur in aliam influere, & sic in vnam, & eandem coincidere.

Ex quo sequitur pulchra, & aurea conclusio communiter à Scribentibus recepta, quòd scilicet, manus appositio limitata ad certum effectum, & ad certum casum, non causat affectionem deficiente effectu, aut casu per Principem contemplato. Geminia. *cons.* 136. Gonç. *d. glos.* 5 2. *n.* 38. *& seqq.* & meliùs *n.* 51. *& seq.* Rot. *decis.* 13. *n.* 3. *& decis.* 15. *n.* 2. *de concess. preb. in non.* Achil. *decis.* 14. *de rest. spol.* eadem Rot. *d. decis.* 44. *n.* 3. *p.* 3. *recent. & coram Burat. d. decis.* 78. *n.* 3. 23

Et ratio fundamentalis est, quia cessante tali effectu, vel casu, Papa non intendit vlterius prouidere; qua intentione deficiente, nulla resultat affectio per manus appositionem, ex superiùs dictis *num.* 14. *& ex infr. dicendis, num.* 47. 24

Minus obstat, quòd stante nullitate gratiæ ob incapacitatem prouisi, affectio videatur præcisè inducta, præsertim stante in literis coadiutoriæ decreto, & inhibitione contra Ordinarium, quæ operatur interdictum conferendi, vt per Host. *in c. inter dilectos sub n.* 14. *vers. Potest dici, de excessib. Prælat.* & *ibi* Butr. *n.* 19. Anchar. *cons.* 58. *circa med. vers. In contrarium,* & alios allegatos per Lotter. *d. q.* 25. *n.* 34. *lib.* 2. Rot. *decis.* 187. *sub n.* 5. *p.* 2. *recent.* cum quibus incidenter videtur inclinare Burat. *d. decis.* 78. *sub num.* 5. 25

Quia, vt videre est ad literam, Doctores ibi loquuntur, vel cum præsupposito præexistentis reseruationis, iuxta superius dicta, *num.* 7. *& seqq.* qua stante manus appositio operatur affectionem data nullitate prouisionis ob incapacitatem prouisi, vt satis clarè colligitur ex Host. & Burr. *vbi proximè,* dum supponunt in Papa pertinentiam collationis; & ita intelligendus est Lotter. *d. n.* 34. & Burat. *d. n.* 5. qui allegat Host. 26

Vel procedunt quando Papa iure præuentionis, & concursus cum Ordinario, præuenit eum in collatione, intendens verè & realiter præuenire, & prouisionem suam facere, iuxta not. per Gonç. *d. glos.* 5 2. *num.* 15. Quibus casibus dubium non est, quin data incapacitate prouisi, collatio iterum ad Papam pertineat, cùm eius mens, siue in præexistēti reseruatione, siue in huiusmodi præuentione, sēper fuerit vacationem consumere, & prouisionem validam perficere: & de hoc loquitur Anchar. *d. cons.* 58. *vbi sup.* & Rot. dum eum allegat *d. decis.* 187. *sub n.* 5. *p.* 2. *recent.* & inferiùs dicemus ex *num.* 47. 27 28

Secus autem, quando, vt in casu nostro, Papa citra præexistentiā alicuius reseruationis generalis, aut specialis, & sine intentione concurrendi præuentiuè, purè, & dispositiuè cum Ordinario manum apposuit, volens, mediante coadiutoria prouidere tantum Ecclesiæ: quia si Ecclesia non indigebat tali prouisione, vtpote inutili, & inefficaci ob inhabilitatem coadiutoris, nulla remanet causa, propter quam Papa voluerit impedire prouisionem Ordinarij, vt elegāter (totidem ferè verbis) resoluit Rot. *d. decis.* 44. *n.* 4. *p.* 3. *recent.* vbi etiam adiungit, quod ad hoc benè faciunt rationes illorum, qui dicūt, appositionē manus Papæ nō causare affectionē, quādo est facta contemplatione certæ personæ, quæ nō fuit reperta capax, de quibus per Simonet. *de re-* 29

*seruat.q.*58.*n.*4.& vltra ibi alleg. Prob. *in addit.ad Ioan.Monach.in c.tibi, qui,n.*20.*vers.Propterea,de rescript.in 6.*

30 Atque hinc videmus, quod, præmortuo coadiutore, si coadiutus deinde in mense Ordinario obierit, non impeditur Ordinarius conferre, vt diximus *sup.n.*16. Quod vtique procedere non posset, si ex tali manus appositione resultaret affectio, 31 cùm aliàs iuxta vulgares regulas Beneficiales, Beneficium semel affectum semper remaneat affectũ, donec Papa validè, & cum effectu conferendo prouideat, ad not. *in decis.*10.*n.*1.*& seq.de prab.in nou.* & diximus *sup.num.*10.

32 Prout etiam videmus, non remanere affectũ beneficium ex appositione manus Papæ, quando resignatio emanauit ad fauore certæ personæ, nec sustinetur ex aliqua falsa causa, & interim resignans moritur, quia tunc secũdùm volũtatẽ Papæ, limitatè manũ apponentis ad vacationem per resignationẽ, cẽsetur beneficiũ vacare per obitũ, nec Ordinarius impeditur illud conferre, si in illius mẽse vacauerit. Achil. *decis.*14.*de restit.spol.* Rot. *decis.*419.*n.*2, *p.*3.*diuers.* Paris. *de resign.lib.*11.*q.*2.*n.*4. Gonç. *dict. glos.*52.*n.*49.*& seq.* Garc. *d.p.*5. *d. c.*3.*n.*155.& aliis relatis fuit benè deductũ *in Leodien. Canonicatus sãcti Dionysij* 27. *Martij* 1623.*&* 25.*Maij* 1616.*coram bonæ memoriæ Pirouano*, vt per Ferentil. *ad Burat. d.decis.*78.*n.*8.*in fin.* per D.meum Barbos. *in pastoral, p.*2.*alleg.*19.*n.*38.

33 Neque etiam obstat, quod Papa habebat intentionẽ cõferẽdi saltẽ præuentiuè, cum deuenerit ad futuram successionem, ex qua debet resultare affectio, etiam si manum apposuerit super vacaturo, vt latè per Adden. ad Rot. *decis.*10.*de prab.in nou.*

34 Quia cùm gratia præuentiua futuræ successionis penderet à validitate gratiæ coadiutoriæ; vtique coadiutoria (ob defectũ ætatis, & falsitatẽ narratorũ) non existẽte, corruit etiã futura successio, & sic effectus omnis, qui aliàs ex tali manus appositione forsan resultare poterat; Papa enim sine coadiutoria non prouidisset de beneficio viuentis, resistẽte dispositione iuris, & sacri Concil. Trid. *sess.*25.*de reformat.cap.*7. ac etiã stylo Datariæ; & propterea nulla inde oritur affectio, vt in puncto resoluit Rot. *in sæpius alleg.decis.*78.*n.*1.*&* 6.*in fin.coram Buratto.*

35 Postremò, non obstat decretum irritans, & inhibitio, seu interdictum conferendi Archiepiscopo Compostellano in huiusmodi literis impositum. Quia non inde resultat affectio, cùm aliàs prouisio cõditionalis, vel facta ex causa (sine qua nullo modo & ad nullius personæ fauorem emanasset) cessãte causa, cesset omnino gratia, & decretũ, seu inhibitio accessoriè adiecta. Gemin. *in c. præsenti, in princ.* vbi Franc. *in* 3.*not.de offic.leg.* Prob. ad Monach. *in d.c. tibi qui,n.*19.*in fin.& n.seq.de rescript.in* 6. Roman. *cons.* 315.*n.*11. Put. *decis.*1.*lib.*1. Rot. *decis.*652.*&* 1151.*n.* 1.*lib.*3.*p.*3.*diuers.* & bene in proposito *in d.decis.*44. *n.*5.*p.*3.*recen.* & meliùs, & in puncto *in d.decis.*78.*n.* 6.*coram Burat.*

36 Quæ conclusio non solùm procedit, quãdo defectus, seu falsitas causæ est circa pertinentiam collationis in Papa, ad quod videbatur se restringere, *d. decis.*36.*Burat.n.*10. sed imò est ampliãda ad omnẽ falsam causam, ex qua Papa moueri potuit ad gratiæ cõcessionẽ, vt per Ferentil. *ad d.decis.*78.*eiusdẽ Burat.n.*8. cùm aliàs nõ possit assignari diuersitatis ratio inter vnã, & aliam causam, quando certum est Papam sine illa non fuisse manus appositurum: quibus casibus semper cessat volũtas Papæ cõferendi, & sic affectio, vbi eisdẽ verbis explicat Rot. *d.decis.* 78.*n.*2. vbi aliæ etiam decisiones allegantur.

Cuius rei ratio est, quia hic non versamur in falsa 37 narratiua, circa valorem, Doctoratum, numerũ obtentorũ, & similia, in quibus casibus, data nullitate gratiæ ob falsitatẽ alicuius ex huiusmodi narratis, nihilominus beneficium remanet affectũ per manus appositionem, ex quo, vt sæpè dictũ est, in Papa remanet volũtas, & intẽtio vlterius cõferẽdi. Sed imò versamur in falsa narratiua circa causam ipsã finalẽ concessionis, qualis est, vtilitas Ecclesiæ; quo casu manus appositio nõ inducit affectionẽ, quia cessante tali causa ob inhabilitatem coadiutoris, omnino cessat gratia, & Papa non habet vltra intẽtionem conferendi, ex dictis, & dicendis inferiùs *n.*47. Et egregiè hãc distinctionem constituit Ferentil. *vbi proximè, n.*8. Idémq; procederet, quando falsitas causæ versaretur circa mensis reseruationem, pertinentiã collationis ex qualitate beneficij, impetrationem ex delicto, & similia; vt per eundem ibidem. Ex quibus videtur, per appositionem manus Papæ in huiusmodi coadiutoria cum futura successione, Canonicatũ nõ remansisse Sedi Apostolicæ affectũ.

Discursus, & resolutio circa dubium alterũ.

Dato etiam, sine veri præiuditio, quòd subinde resultaret affectio; adhuc videtur legitimè potuisse Eminentiss. D. meum, in vim indulti Apostolici sibi concessi, Canonicatum istum conferre.

Licèt enim sub indulto conferendi beneficia reseruata, & affecta, quãtumuis generali, & vniuersali regulariter nõ veniãt reseruata, seu affecta ex reseruatione, seu affectione clausa in corpore iuris communis. Rot. *decis.*4.*de prebenda.in nou.* Granuc. ad Simonet. *q.*26.*n.*8.*& seq.* Lotter. *d.lib.* 2.*q.*27.*num.*91. 38 qualis videtur esse ea, quæ resultat ex appositione 39 manus Papæ, per text. *in c.vt nostrũ* 56.*de appell.* vbi post Innocent. & alios, Abb. *n.*1. Franch. *n.*3.*cum seq.* Dec. *sub n.*1. Ac etiam per text, *in c.*1.*&* 2.*de cõfirm. vtil.vel inut.& d.Extrau.ad Romani,§. Romani quoque, de prab.inter com.*

Attamen animaduertendum est, quòd *d.c.vt nostrum*, solùm disponit, quòd postquã Papa ad se re- 40 uocat aliquod negotium, ligantur manus inferiorum, vt nihil validè in eadem causa per illos fieri possit, quod nihil commune habet cum materia Beneficiali; sed propter regulæ generalitatem, Doctores loquentes de affectione per appositionem manus, solent textum illũ, minus tamẽ congrua, citare.

Textus verò *in dict.c.*1.*&* 2. solùm procedũt, vbi 41 Papa manum apposuit confirmando iura alicuius, quo casu disponitur, quòd de illorum validitate nemo inferior cognoscere potest; quod pariter nihil ad rem pertinet.

Textus denique *in d.§.Romani quoque*, nõ dicitur 42 propriè cõtinere reseruationem, seu affectionem clausã in corpore Iuris cõmunis, ex latè traditis per Lotter. *d.q.*28.*n.*28.*& per tot.* vbi defẽdit, solã vacationem apud Sedem inducere reseruationem clausam in corpore Iuris communis, ex text. *in cap.*2.*& cap.præsenti, de preb.in* 6.

Cæterùm, quidquid sit de hoc, indultum, de quo 43 agitur, est adeò amplum, vt etiam affecta per appositionem manus expressè comprehendat. Quod satis colligitur ex pluribus clausulis, & decretis eiusdem indulti. Et primò, quia præfato Eminẽtissimo D. meo datur inibi facultas conferendi Beneficia per Romanos Põtifices quibus vis ad vitã cõmẽdata, seu vnita, cõmẽdis cessantibus, seu vnionibus dissolutis; & tamen cõmendam, seu vnionẽ ad vitam, certissimũ est, beneficia remanere specialiter affecta per appositionẽ manus Papæ, vt agnoscũt vno ore Doctores omnes de hac re scribentes, vt per Cassad.

decis.

decis.5. de priuileg. & decis. 2. de vnion. Gonç. Garc. Lotter. & alij, de quibus suprà Nos num. 16.

44 Ex quo præcisè infertur, quòd quantumuis ex appositione manus in coadiutoria, efficax affectio insurgeret, adhuc sub prædicto indulto comprehenderetur, cum eadem, seu par sit ratio. Quinimò in commenda, seu vnione ad vitā, maior adest affectionis ratio, & intentio, quàm in coadiutoria cum futura successione, cùm aliàs vnione, seu commenda durāte, beneficium verè censeatur vacare, adhuc vt priùs. Cassad. d. decis. 5. de priui eg. & d. decis. 2. n. 4. de vnion. Et plures cumulat, & sequitur Gonç. glos. 5. §. 8. ex n. 48. Et cessante cōmenda, aut vnione

45 dissoluta, notissimum est collationem (circumscri-

46 pto indulto) ad Papā pertinere, vt latè per Gonç. vbi proximè, n. 50. & seq. & Nos supr. n. 10. In coadiutoria verò Papa, manū apponit super beneficio pleno, & ad effectū prouidendi necessitati Ecclesiæ. Put. d. decis. 125. num. 17. lib. 3. cum aliis alleg. superiùs n. 19.

47 Præterea, in vnione, seu cōmēda ad vitā Papa disponit de vacanti cū animo, & intentione formali, & positiua vlterius conferendi, quæ est potissima affectionis ratio, & spiritus influens in reseruationē, ex superius dictis, n. 24. 27. & 37. In coadiutoria autē cū futura successione, disponit de vacaturo ob futura coadiutoris seruitia, in eiúsque fauorem, nec cū animo iterum prouidendi, seu conferēdi, cùm iā verè prouiderit, & contulerit, seu respectiuè prouideri, & cōferri mādauerit: nec vlterius habet quod conferat, seu conferri mandet. Minúsque in Papa remanet intentio, seu spes vlteriùs cōferendi, ex quo per coadiutoriam Ecclesiæ prouide cōsuluit, & per futurā successionem coadiutori prospexit, totamq; rem (de qua secum agebatur) perfecerit; & vt ita dicam, officio illo plenè functus fuerit, vt nihil ea in parte remaneret agendum.

48 Nec enim nouum est, similia indulta conferendi affecta per appositionem manus dominis Cardinalibus cōcedi; vt de indulto cōferēdi cessantibus cōmendis, & vnionibus, cōcesso Cardinali de Lotha-

49 ringia, est decis. Put. 13. lib. 1. in vlt. impres. Et de indulto cōferendi vacantia, etiā per cessionem in manibus Papæ, eiusque admissionem, concesso Cardinali Rodulpho, extat decis. 511. eiusdem Put. lib. 2. Et de indulto concesso Cardinali de Ruuere per sanctæ memoriæ Sixtum V. latè Germon qui illud ad literā commentauit, toto suo tractat. de indult. Cardin. Et nouissimè de indulto consimili, de quo agitur, concesso Eminentissimo domino meo Cardinali de Sandoual Præsuli Giennen. Rot. coram D. Duran Episcopo Vrgelen. in eius impres. decis. 154.

50 Imò, nedum Eminentissimis Patribus purpuratis, verum etiam Episcopis dignitate Cardinalitia carentibus, similia indulta fuerunt superiori sæculo per Sedem Apostolicam concessa; vt de indulto conferendi vacantia apud Sedem eandem Episcopo Burgi sancti Sepulchri, Caputaq. decis. 85. part. 2.

51 Et de indulto concesso Episcopo Genuen. contra quascunque gratias expectatiuas, speciales, vel generales, & reseruationes, etiam mentales, idem Caputaq. decis. 87. ead. p. 2.

52 Secundò, in eodem indulto datur etiam facultas conferendi beneficia vacantia per obitum familiarium Pontificum prædecessorum, ac etiam si illa obtinentes fuissent Sedis Apostolicæ Notarij (sunt verba indulti) Subdiaconi, Acolythi, Capellani; literarum Apostolicarum Abbreuiatores, Scriptores, aut Cubicularij, Nuntij Apostolici, necnon prouentuum, ac in iā dictæ Cameræ debitorum Collectores, aut vnici Subcollectores, seu quicunque alij Curiæ, & Sedis prædictarum Officiales, &c. Quæ tamen affectiones, & seu reseruationes, reperiuntur clausæ, in dict. Extrauagant. ad Romani, de præbend. inter commun. Ex qua Doctores deducunt affectionem per manus appositionem.

Tertiò, indultum capit vacationes apud Sedem (intelligendo apud Sedem, vacationes per obitum 53
in Romana Curia, vel infra duas dietas, vt in dict. cap. 2. & cap. præsenti, de præbend. in 6. Gonçal. glos. 13. num. 12. & seq. quicquid dicat Lotter. qui in eo nimis metaphysica laborans, plurimum desuper se inuoluit, dict. quæst. 27. n. 18. & per tot. lib. 1. prout iuxta Gonç. ita intellexit Rot. decis. 28. num. 1. & 2. per tot. & decis. 150. per tot. p. 6. recent.) vt in eodem indulto, ibi: Etiam de tunc vacantibus per obitum quorumcunque, etiam apud Sedem eandem, & propterea, seu alias dispositioni Apostolicæ reseruatis, seu affectis, &c. Et tamen notum est, reseruationem istam esse 54
omnibus efficaciorem, & clausam in corpore iuris communis, vt in dict. cap. 2. & dict. cap. præsenti, latè Gonç. dict. glos. 13. num. 19. 50. & 54. & Lotter. d. q. 27. per tot.

Quartò, in modernis indultis sòlummodo ponuntur sex limitationes, seu casus, ad quos eorum 55
facultas non se extendit. Primus est, de beneficiis vacantibus in Romana Curia (intelligendo tamen 56
in Curia, beneficia extra titulum Cardinalis, in Vrbe consistentiā, & quæ per sententiam priuationis vacant in Curia, & alia, de quibus latè Gonç. dict. glos. 13. num. 3. 42. 45. & seqq.) Secundus est, quoad Dignitates maiores post Pontificalem, in Cathedrali, & principales in Collegiatis. Tertius, quoad beneficia Regularia, Consistorialia, vel Cōuentum 57
habentia, & quorum fructus in libris Cameræ taxatī reperiuntur. Quartus quoad beneficia, quæ vacauerint per veros, & actuales familiares Papæ indul- 58
tum concedentis, eiúsque successorum, qui tam tempore Pontificatus, quàm Cardinalatus familiares fuerunt. Quintus, quoad commendas cessantes in 59
Dignitatibus, seu officiis Claustralibus. Sextus, & 60
vltimus, quoad beneficia vacantia, tam in Curia, quàm extra illam per obitum familiarium S. R. E. Cardinalium, iuxta formam constitutionum fœlic. record. Gregorij XIV. & Pauli Papæ V. quæ emanarunt ad indultorum moderationem; de quibus casibus, & limitationibus latè Germon. de indult. Cardin. §. præterquam, cum §§. seqq. & in §. etiam si sæcularia. Gonç. glos. 24. num. 72. Garc. d. p. 5. cap. 1. §. 11. num. 630.

Vnde cùm indultum hoc non fuerit limitatum 61
ad casum appositionis manus, indultarius non est inhibitus conferre beneficium affectum per eandem manus appositionem. Quinimò, exceptio illorum casuum firmat regulam in contrarium in casibus non exceptuatis, vulg. l. cum Prætor ff. de iudic. cum similibus.

Quintò, ex proœmialibus indulti verbis, quæ in- 62
fluūt in dispositionē, eámque declarant, d. l. 1. ff. ad Maced. id ipsum satis colligitur dum Papa, sublatis quibuslibet impedimentis, dat conferendi facultatem, ibi: Dignum quin potius debitum reputamus, ea tibi fauorabiliter concedere, per quæ, sublatis impedimentis quibuslibet, possis de Beneficiis Ecclesiasticis tuæ dispositioni commissis, personis idoneis, ac aliàs tibi gratis, & acceptis prouidere, &c. Et ponderādo dictionem illam, quibuslibet, quæ est vniuersalis, omnes casus, præter expresse limitatos, cōprehēdēs, l. omnes, vbi glos. verb. quaslibet, C. de quadrien. præscript. Menoch. de recuper. remed. 6. n. 14. & nullā recepit restrictionem, vt per Rol. cons. 70. n. 42. lib. 3. Ruin. cons.

76.*num.*4.Corn.*cons.*123.*n.*4.*& cons.*323.*n.*7.*lib.*3. D. meus Barbos. *dictio.*320.*n.*9.*& seq. & per tot.*

63 Sextò, in parte dispositiua clarius hoc ipsum indulgetur, ibi: *Seu ex quauis alia causa dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione Apostolica affecta existant, vel fuerint*, &c. Et paulo inferiùs, ibi: *Aut per obitum quorūcunque, etiam apud Sedem eandem, & propterea, seu aliàs, dispositioni Apostolicæ reseruatis, seu affectis*, &c. *conferre liberè, & licitè possis, & valeas*, &c. Sub quo verborum contextu, negari non potest, quin veniat casus appositionis manus Papæ, quæ verè, & propriè est affectio. Gonç. *d. glos.* 52. *per tot.* ponderã-do præsertim dictiones illas, ac aliàs quæ alias etiã casus præter expressos comprehendunt, *l. qui testamentum, §. mulier, ff. de testam.* Mantic. *decis.* 316. *n.* 1. *in fin.*

64 Septimò, in derogationibus obstantiarum, repetitis ferè eisdẽ verbis legitur, ibi: *Seu alias generales, vel speciales reseruationes quouis modo continentes, seu inducentes, aut alias quomodolibet affectionem facientes, & alia quæcunque cõtraria seu tibi in præmissis, vel circa ea impedimentum præstantia quomodocumque, seu præstare valentia, nullatenus se extendant, sed de ipsis, vt præfertur, liberè disponas*, &c. Ponderando etiã dictiones illas, *quouis modo*, & *quomodolibet*, quæ capit omnes affectionum modos, vltra expressos. *Clem.* 1. vbi glos. *de re iudic.* Flamin. *de resign. lib.* 9. *q.* 25. *num.* 50. Seraph. *decis.* 350. *n.* 2. Et sic affectiones omnes, quæ aliàs non comprehenderentur. Alex. *cons.* 155. *num.* 3. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 68. *n.* 10. *lib.* 4. plena manu D. meus Barbos. *dictio* 329. *per tot. & dictio.* 330. *num.* 4. *&* 8.

65 Octauò, id ipsum continet indultum in decreto, ibi: *Decernentes affectiones, reseruationes, regulas, constitutiones, ordinationes, collationes, commendas, facultates, uniones, dispositiones, & decreta in illis contenta, quoad impediendum te, quominus indulto huiusmodi vti valeas, ad dicta beneficia, ad tuam dispositionem, vt præfertur pertinẽtia, nullatenus se extendere*, &c. Quæ verba satis videntur affectionibus, & reseruationibus derogare, in fauorem indultarij; præsertim cùm & indulta ista de sui natura sint fauorabilia, ex quo tollunt obstaculum reseruationum, & affectionum, & reducunt materiam ad primæuum statum, quæ reductio reputatur in iure fauorabilis. Cassad. *decis.*

66 4. *n.* 2. *de priuil.* Crescent. *decis.* 3. *num.* 5. *& seq. eod. tit.* Ideóque sunt latè interpretanda; maximè contra Pontificem concedentem. Crescent. *d. decis.* 3. *n.* 3. Cassad. *decis.* 3. *n.* 3. *eod. tit.* Et in fauorem Ordinarij collatoris, vt per Gonç. *glos.* 24. *n.* 42 latè Adden. *ad decis. Greg.* 99. *n.* 5. *& ad decis.* 291. *n.* 3. *& seqq.*

67 Denique, indultum habet decretum irritans aduersus contrarias dispositiones, etiam à Romano Pontifice emanatas, ibi: *Ac irritum, & inane, si secus super præmissis omnibus, & singulis, etiam per Nos, & dictos Legatos, & Nuntios quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari*, &c. Quo decreto stante, si à Dataria Apostolica fuisset extorta aliqua gratia de huiusmodi Canonicatu, esset omnino irrita, & nulla, quia decretum ligat expressè ipsummet Papam; vt per Paris. *cons.* 79. *lib.* 4. tenet in his terminis indulti, Rot. *coram Verallo decis.* 82. *part.* 2.

68 Atque ex his videtur etiam concludendum, prouisionem, de qua agitur, legitimè ad Eminentiss. dominum meum Cardinalem Spinulam pertinuisse, neque vllo modo ad Datariam Apostolicam posse pertinere. Saluo in omnibus, &c. Matriti 14. Martij 1645.

Compostellana Canonicatus.

Ex impositione oneris cantandi Euãgelium, vel celebrandi Missam, non arguitur annexio Ordinis sacri. Gratia dicitur perfecta in eo momento, quo signatur supplicatio, & iustificatio debet concludere ad tempus gratiæ. Ad iustificationem gratiæ coadiutoriæ sufficit iustificare narrata de tempore gratiæ, & quod coadiutus ante illud non obierit, secus si postea.

VOTVM CXI.

Doctissimi D. Don Didaci Osorij Protonotarij, ac in Nunciatura Hispaniæ Iudicis Apostol. in supremóque sanctæ Inquisitionis Consilio Relatoris meritissimi.

1 *Coadiutor tenetur iustificare causam coadiutoriæ in litteris expressam cum aliter non intret reseruatio, vel affectio ad eius fauorem.*

2 *Canonicatus habens onus Missarum seu celebrandi certis diebus est Sacerdotalis.*

3 *Gratia ob narrata non verificata corruit.*

4 *Ordo sacer Canonicatibus de Iure annexus non est, nisi statuto, vel consuetudine secus caueatur.*

5 *Ordinis sacri annexio non arguitur ex impositione oneris celebrandi.*

6 *Capellaniæ nec actu, nec aptitudine dici possunt Sacerdotales eo quod in fundatione dicatur Capellanum debere celebrare Missas.*

7 *Ciarlini opinio reprobatur.*

8 *Obseruantia optima cuiuscunque dispositionis interpres.*

9 *Gratia dicitur perfecta in eo momento, quo signatur supplicatio.*

10 *Iustificatio gratiæ debet concludere ad illius tempus.*

11 *Ius non abdicatur à resignante si resignatio in forma Dignum expedita, non fuerit totaliter effectuata.*

12 *Gratia in forma Dignum expedita post purificationem mediante retrotractione executionis censetur facta à die datæ expeditionis litterarum.*

13 *Resignante mortuo ante verificationem gratiæ in forma Dignum, beneficium non vacat per eius obitum.*

14 *Coadiutus*

14 *Coadjutus si moriatur ante datam non potest deueniri ad iustificationem gratiæ cum futura successione.*

15 *Narrata in gratia sunt iustificanda de tempore gratiæ.*

16 *Coadiutoriæ & futura successionis gratia quando æquè principaliter conceditur, deficiente vna, potest alia existere.*

17 *Futuræ successioni locus hodie fit etiamsi beneficium actualiter vacet de tempore datæ.*

18 *Coadiutores pars prouisiua nō corruit, etiamsi coadiutus moriatur antequam coadiutor de coadiutoria fuisset certificatus.*

19 *Gratia futuræ successionis non dependet à gratia in qua prouidetur necessitati Ecclesiæ, aut coadiuti.*

20 *Clausula Bullæ coadiutoriæ de qua agitur, refertur.*

21 *Futuræ successioni locus fit quamuis de tempore mortis coadiuti adhuc Bullæ Apost. non erant expeditæ.*

22 *Clausulæ Bullæ importantes vacationem & prouisionem.*

23 *Coadiutoria est nulla si mortuus sit coadiutor de tempore datæ.*

24 *Futura successio datur ratione coadiutoriæ, & ab illa dependet.*

25. *Coadiutus si moriatur ante datum Bullarum, non intrant earum clausulæ.*

26 *Coadiutoris deputatio, & prouisio futuræ successionis, ex defectu personæ, cui fit, nulla est.*

27 *Prouisio, & deputatio coadiutoris est nulla ex defectu mentis prouidentis, quando scilicet deficit causa ex qua mouetur.*

28 *Decretum irritans cum inhibitione importat affectionem etiamsi non teneat prouisio ex defectu personæ, secus si ex defectu mentis prouidentis.*

29 *Papa quando prouidet beneficium iure præuentionis, affectio durat, licet non teneat collatio ex aliquo defectu impetrantis.*

30 *Inhibitio cum decreto irritanti requiritur ad hoc vt semper beneficium remaneat affectum.*

31 *Reseruatio & affectio durat donec consumpta sit vacatio.*

32 *Reseruatio dicitur expirare postquam Papalis prouisio perfecta, & consummata fuerit.*

33 *Appositio manus Papæ limitata ad certum effectum, illum non operatur adimplemento non sequuto.*

34 *Coadiutoria conceditur propter necessitatem Ecclesiæ, vel euidentem eius vtilitatem non intuitu personæ.*

35 *Ecclesia si non indigebat prouisione coadiutoriæ, illa nulla remanet propter defectum causæ.*

36 *Narratiua falsa, circa valorem beneficij, doctoratum, numerum obtentorum & similia, non impedit affectionem per manus appositionem.*

37 *Narratiua falsa circa causam ipsam finalem concessionis facit cessare omnem affectionem.*

38 *Resignatio ad fauorem certæ personæ si ex falsa causa narrata non potest sustineri, & interim resignans moritur, beneficium non remanet affectum.*

39 *Resignans ad fauorem certæ personæ condisionaliter resignat, dummodo scilicet illi irreuocabiliter acquiratur.*

40 *Concursus duorum vinculorum multum operatur.*

41 *Reseruatio, quæ insurgit ex coadiutoriæ, & futuræ successionis gratia, non dicitur simplex, sed mixta.*

42 *Mixtum non censetur comprehensum sub simplici.*

43 *Qualificatum non venit sub simplici.*

44 *Indultum non remouet obstaculum inhibitionis.*

45 *Indultum non comprehendit beneficia duplicem reseruationem habentia.*

46 *Affectio ex appositione manus Papæ requirit specialem concessionem in Indultis de conferendo reseruata, vel affecta.*

47 *Affectio ex appositione manus Papæ est potioris prærogatiuæ.*

48 *Affectio adhuc remanet sublata generali reseruatione.*

49 *Illatio non fit à diuersis.*

50 *Indultorum modernorum diuersa forma ab antiquis.*

51 *Specialia trahi non debent in argumentum, vel in consequentiam.*

52 *Constitutio Pauli V. super moderatione Indultorum Cardinalium.*

53 *Decretum irritans super certo corpore beneficij fortius ligat.*

54 *Speciali non derogat generale.*

55 *Rescriptum, seu mandatum speciale derogat generali, etiamsi de eo nullam faciat mentionem.*

DOn Melchior Gallos Canonicus in sancta Metropolitana Ecclesia Compostellana Canonicus ob suam senescentem ætatem & infirmitates obtinuit à Sede Apostol. in dicto Canonicatu sibi in coadjutorem & futurum successorem constitui & deputari Benedictum Gonzales Clericum Compostellan. seu alterius Diœcesis: Expeditæ fuerunt Bullæ huius coadjutoriæ die prima Augusti 1643. postmodum dictus Melchior, die scilicet vigesima mensis Octobris eiusdem anni, è viuis decessit, antequam dictus Benedictus narrata in gratia iustificaret, possessionemque Canonicatus acciperet: Quare Eminentissimus D. Cardinalis Spinola Archiepiscopus Compostellanus dictum Canonicatum vti vacantem per obitum dicti Melchioris 1

contulit Don Francisco Garrido de Castilla. Et cum prouisus ex ea vacatione ab Ordinario se opponeret, & Benedictus teneretur iustificare causā coadiutoriæ in litteris expressam, cum aliter non intret reseruatio, vel affectio ad eius fauorem, vt ex Rotæ decisione resoluit Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 25. num. 35.* fuerunt contra gratiam Apost. per Franciscum opposita quæ sequuntur.

2 In primis fuit datū de obreptione & subreptione illius gratiæ eo quòd in ea non fuerit facta mentio quòd Canonicatus prædictus esset Diaconalis, eo quòd in Constit. 9. disponitur quod Canonici per turnos hebdomadatim Euangelia Missarum omnium canere debent. ibi, *los Canonigos han de cantar por turno de semanas los Euangelios de todas las Missas*, &c. iuxta ea quæ latè resoluit Ciarlin. *controu. forens. lib. 1. cap. 38* vbi videtur firmare Canonicatum habentem onus Missarum, seu celebrandi certis diebus esse Sacerdotalem, quamuis expresse non dicatur oportere Canonicum esse vel fieri Sacerdotem. Vnde concludit oppositor ex falsa narratiua insurgere subreptionem, & obreptionem litterarum coadiutoriæ, & futuræ successionis, iux-
3 ta text. *in cap. in litteris, de rescript.* vbi omnes, ac proinde quòd ob narrata non verificata gratia corruit, Felin. *in cap. constitutus in princip. de rescript.* vbi Deci. *in 4. notab.* Caputaquen. *decis. 271. num. 2.*

4 Sed his non obstantibus dicendum est Canonicatum de quo agitur non esse Diaconalem, nam de iure Canonicatibus nullus Ordo annectitur, nisi aliter, statuto, consuetudine vel alia quauis particulari dispositione caueatur, ex Rota *decis. 421. num. 1. p. 1. recent.* cuius meminit D. Augustin. Barbosa collega meus, *de Canonic. & dignit. cap. 26. num. 2.* At in dicta constitutione solū habetur quod debeant canere Euangelium, ibi, *han de cantar*, quæ verba non inducunt obligationem illum ordinem habendi, sed onus Missam celebrandi, vel Euangelia cantandi, aut per substitutum illa adimplendi, quod sufficit ad not. per Rot. *decis. 366. num. 6. p. 2. recent. & in Romana capellaniæ 23. Ianuarij 1589. coram Card. Pamphilio sen.* impressa apud Marchesan. *de commissionib. tom. 1. pag. 140.* Ergo meritò dicendum ex illa narratiua nullam insurgere obreptionem, vel subreptionem.

5 Nam apud omnes indubitata conclusio est quòd ex impositione oneris celebrandi non arguitur annexio Ordinis sacri, sed solum obligatio adimplendi onus, quod per alium fieri potest, dum hoc non fuerit expressè prohibitum. Ita Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 47. num. 34. & 35.* ibi. *Quamuis enim celebratio non possit ad alium pertinere quàm ad ordinatum cap. 1. & 2. de clerico non ordin. ministr. tamen ex illa annexione oneris celebrandi non infertur necessario ad annexionem Ordinis propter separabilitatem facti celebrationis ab ipso onere, quod vt per alium non possit absolui, adhuc nullo iure cautū est, vt post Ioan. Calder. inquit Lap. alleg. 35. num. 3. & alleg. 117. itidem n. 2. vers. nec obstat prædictis, & ita de generali consuetudine seruari scripsit Felin. in cap. cum omnes sub num. 3. vers. & hoc procedit etiamsi ex ordinatione, de constit. & ubi etiam Deci. num. 55. quam sententiam sæpissimè probauit Rota &c.* vbi *num. 36. & 37.* extendit ad eum casum, quo onus istud ad personam beneficiatij referatur, dum ille expresse non remouet hanc facultatem celebrandi per alium, quia ea relatio tunc inflectitur, vt stet demonstratiuè ad qualitatem oneris, non autem dispositiuè ad qualitatem personæ illud absoluere habentis.

Idem in capellaniis resoluendum, cum nec actu, 6
nec aptitudine dici possint Sacerdotales, eo quod in fundatione dicatur Capellanum debere celebrare Missas, seu diuina Officia, possunt enim prouideri simplici clerico 14. annorum. Ita post Nicol. Garc. Castr. Palao, Monet. Perez de Lara, Alphons. de Leone, D. Augustin. Barbos. *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 14. num. 43. prope fin.* vbi refert particulam dictæ decisionis in Romana Capellaniæ.

Non obstat doctrina Ciarlini *in d. c. 38.* quia ibi 7
per eum resolutis sigillatim respōdet D. Franciscus Mancinus Collega meus *in causa Toletana Canonicatus de Alcala de Henares*, de qua *in voto pen. huius tertiæ partis num. 25. cum multis seqq.* vbi aduertit Ciarlinum in eam resolutionem deflexisse ad effectum saluandi amicum, & concanonicum ab irregularitate, in quam forsan inciderat, ob dispensationem obtentam de se promouendo ad omnes Ordines extra tempora sub narratiua, quod reperiebatur arctatus, eo quod eius Præbenda, & Canonicatus erant Sacerdotales.

Hanc nostram resolutionem fauent testes depo- 8
nentes plures Canonicos in hac Metropolitana Ecclesia extitisse qui eorum vita durante ad sacros Ordines nunquam se promoueri fecerunt, secundum quam obseruantiam debet intelligi dictam Constitutionem nouam, quando essemus in dubiis, est enim obseruantia optima interpres cuiuscunque dispositionis, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* Laurent. Syluan. *cons. 88. num. 17. lib. 2.* dicens quòd obseruantia quæ subsequitur, prodest ad declarationem cuiuscunque dispositionis, Rot. *decis. 419. num 6. p. 1. recent.* cum aliis latè adductis per D. Barbosa *p. 2. voto 52. num. 43. cum seqq.*

Secundò minus obstat illud quod per D. Fran- 9
ciscum opponitur quòd gratia Benedicti hodie iustificari non possit cum è viuis decesserit D. Melchior coadjutus, ac proinde cessauerit necessitas Ecclesiæ gratiam qualificans: quia respondetur ad substantiam & perfectionem gratiæ non esse necessariam illius iustificationem, sed solum requiri vt concedatur per Papam per verbum FIAT, in eo enim momento, quo signatur supplicatio dicitur perfecta: *cap. cum te, de rescript.* vbi omnes, & præcipuè Card. *num. 7.* Felin. *num. 18.* & Abb. *n. 5.* Beroi. *cons. 207. num. 57. lib. 3.* Pute. *decis. 94. num. 2. lib. 2.* Seraph. *decis. 341. num. 9.* Duran. *decis. 324. n. 26.* Rota *decis. 562. num. 2. p. 1. recent. & decis. 618. num. 6. p. 2. in posthum. Farin. aliàs p. 4. recent.*

Vnde qui narratiuam suæ gratiæ verificare ve- 10
lit, id debet efficere habito respectu ad tempus concessionis gratiæ, quia iustificatio debet concludere ad illius tempus. Oldrad. *cons. 58. num. 1.* Cæs. de Grassis *decis. 171. aliàs de sponsalib. num. 5.* Verall. *decis. 120. lib. 2.* cum aliis adductis per Lotter. *de re benefic. lib. 3. q. 20. num. 56.*

Hinc fit quòd licèt verissimum sit quòd ius non 11
abdicatur à coadiuto, vel resignante si coadiutoria vel resignatio in forma Dignum expedita, non fuerit totaliter effectuata, Achil. *decis. 10. num. 4 de restit. spoliat.* Mohedan. *decis. 36. de renunciat.* cum aliis citatis per D. Augustin. Barbos. *de Iure vniuerso ecclesiast. lib. 3. cap. 15. à num. 74.* Nihilominus tamen non inde sequitur, quod gratia (de qua agitur) non possit hodie verificari secundum tempus concessionis gratiæ, cum aliàs illius substantia & executio non pendeat ex superuiuentia coadiuti, sed ex mera liberalitate Pontificis concedentis, prout è contrario nec mors ipsa coadiuti seu resignantis perimit

mit gratiam, minusque facit eam inexequibilem, quia totum hoc positum est in voluntate, & concessione Principis. Ioan. Andr. *in cap. si tibi absenti num. 2. de praeben. in 6.* Sarnen. *ad reg. de triennali q. 11. num. 15. & q. 14 num. 11.*

12 Ratio huius resolutionis est, quia gratia in forma Dignum expedita post purificationem mediante retrotractione executionis censetur facta à die datae expeditionis litterarum, itaut excludat gratiam alterius postmodum impetratam tanquam posteriorem, vt in terminis Rota *coram Buratto decis. 867. & decis. 523. num. 5. p. 2. recent.*

13 Et de resignante, seu coadiuto mortuo ante verificationem gratiae in forma Dignum, quod beneficium non vacet per eius obitum, sed imo quod necessariò deueniendum sit ad iustificationem gratiae, magistraliter discusso articulo censuit Rota *in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1598. coram Card. Pamphilio sen.* impressa per Marchesan. *de commission. tom. 1. fol. 142. per tot.*

14 Et in propriis terminis fuit decisum *in Seguntina Canonicatus 26. Nouembris 1616. coram Patriarcha Manzanedo,* apud Farin. *decis. 349. p. 2. in posthum.* aliàs *p. 4. recent.* ibi: *Tendunt enim ad iustificandum gratiam coadiutoriae cum futura successione Martino concessam, quae nullo modo videtur iustificari: nam fuit signata 15. Septembris, & Ferdinandus coadiutus erat iam mortuus per triduum ante, nempe 12. eiusdem,*

15 *vt in dicta decisione coram me fuit firmatum. Vnde stante dicto obitu praecedente datum videtur impossibile iustificare narrata in gratia de tempore data, prout requiritur, cap. si eo tempore de rescriptis in 6. Felin. in cap. eam te num. 18. de rescript. Imol. in cap. in nostra num. 6. eod. tit. nempe quod Ferdinandus propter infirmitatem, & alias causas narratas egebat coadiutore, & illum sibi dari supplicabat, quia mortui non supplicant, nec egent coadiutore, &c.* & in fine. ibi. *Quia quicquid sit satis est quod omnino debeant iustificari narrata in gratia de tempore data,* &c.

16 Quicquid igitur in contrarium allegari poterit intelligi debet quando secunda gratia futurae successionis fuit accessoria, & dependens à gratia coadiutoriae. minimè autem quando vtraque gratia fuit concessa aequè principaliter, vt in nostro casu, tunc enim licèt cesset prima gratia coadiutoriae ex defectu causae ob mortem coadiuti, nihilominus tamen non cessat secunda gratia futurae successionis, neque dici potest quod cessaret affectio, & promissio Pontificia, ad hoc vt Ordinarius non obstante tali gratia Apost. possit prouidere praedictum Canonicatum, vt ex seqq.

17 Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 9. num. 55. & 56.* hoc idem sequentibus verbis resoluit. *Vnde si coadiutus seu proprietarius decederet antequam gratia coadiutoria sortiretur effectum, vel ipse de dicta gratia notitiam haberet, quamuis ista gratia coadiutoria sit extincta per obitum illius, altera tamen gratia futurae successionis ad fauorem coadiutoris aeque principaliter & non dependens à prima concessa firma & salua prorsus permanet, ac effectum habere debet,* &c. & ibi: *Et propterea hodie in litteris exprimitur quod sit locus futurae successioni etiamsi beneficium actualiter vacet de tempore data, necnon adijcitur clausula ista, ex nunc prout ex tunc, & è contra, etsi ipse tempore vacationis huiusmodi dictum coadjutoris officium exercere non inceperit, aut per illum steterit quominus illud exercuerit, & praefatas litteras dicto N. coadiuto, aut Venerabili Fratri nostro Episcopo, & dilectis filiis Capitulo, ac illi, vel illis, ad quem, seu quos forsan pertinet, non intimauerit,* &c.

Rota *coram Puteo decis. 98. lib. 2.* ibi, *Dubitatum fuit an ex quo coadiutoria non valuit, & non fuit sortita effectum, ex eo quod coadiutus obijt antequam coadiutor de coadiutoria fuisset certificatus, an ita etiam corrueris illa successio, & sic pars prouisiua coadiutoris? Et pro parte affirmatiua dicebatur quod ex quo illa successio venit accessorie, deficiente principali etiam omnes accessius corruerent. Fuit tamen resolutum contrarium, quia erant duae gratiae, vna in fauorem coadiuti, & illa erat extincta per obitum illius, & altera in fauorem coadiutoris, & cum ista esset aequè principalis etiam in casu isto, in quo dicebatur, etiamsi coadiutor non intelligeret, etiam quod ista secunda gratia non dependens à prima non expiraret,* &c. 18

Eadem Rota *decis. 313. num. 27. & 28. p. 7. recent.* ibi. *Nam contrarium verius esse probatur ex distinctione earum duarum gratiarum, quae continentur in gratia coadiutoriae, ex quibus fiebat, vt licet vna videretur defecisse, non tamen dici poterat expirasse altera,* &c. & ibi. *Et hoc praecipuè suaderi videbatur ex pluribus clausulis, quae erant in gratia Ioannis Augustini, cum in iis diceretur, vt esse deberet locus futurae successioni ad illius fauorem etiamsi beneficium vacasset de tempore data, aut si ipse de tempore vacationis coadiutoris officium exercere non coepisset cum claus. ex nunc prout ex tunc & è contra, quae omnia ostendere poterant quod gratia futurae successionis non dependebat à gratia, in qua prouidebatur necessitati Ecclesiae aut coadiuti.* 19

Vnde cùm in Bulla coadiutoriae, & futurae successionis expedita ad fauorem istius partis, adsint praedictae clausulae, ex quibus conuincatur quod gratia futurae successionis fuit aequè principaliter concessa, non autem accessorie, quamuis per mortem coadjuti cessauerit gratia coadiutoriae, minimè autem cessauit gratia futurae successionis, nec affectio resultans ex appositione manus summi Pontificis. Quod autem in Bulla coadiutoriae, de qua agitur, adsint praedictae clausulae, constat ex eius tenore ibi. *Eidem Benedicto ex nunc prout ex tunc & è contra, etiamsi tempore vacationis huiusmodi dictum coadiutoris officium exercere non inceperit, aut per eum steterit quominus illud exercuerit.* &c. 20

Quae resolutio procedit etiam quando de tempore mortis coadiuti adhuc Bullae Apost. non erant expeditae, quia nihilominus sustinetur gratia futurae successionis, quia aequè principaliter concessa, ead. Rota *d. decis. 313. num. 26.* ibi. *Ex hac ratione tollebatur etiam alia exceptio, quae opponebatur contra gratiam concessam, quod cùm tempore vacationis non fuissent expeditae litterae super coadiutoria, non potuissent illae expediri post mortem coadiuti, quasi defecisse videretur illius consensus. Nam contrarium verius esse probatur ex distinctione earum duarum gratiarum, quae continentur in gratia coadiutoriae, ex quibus fiebat, vt licet vna videretur defecisse, non tamen dici poterat defecisse altera,* &c. 21

Tertiò nihil releuat dicere quòd per appositionem manus Sanctissimi beneficium non remansit affectum, cum gratia de coadiutoria fuerit subreptitia & nulla, ac proinde quod stante eius nullitate clausulae in Bulla contentae non intrant, nec vacationes locum habent, de quibus ibi. *Vacare contigerit, etiam nunc vt praefertur. vel aliàs quouis modo,* &c. & ibi: *Ex nunc prout ex tunc, & è contra,* &c. & ibi. *ac ex nunc omnes, & singulas collationes, prouisiones,* &c. & ibi. *in alterius quàm dicti Benedicti fauorem,* &c. & ibi: *tanquam praeter mentem, & intentionem nostram nullas & inualidas esse & fore.* &c. 22

Quia respondetur praetensam subreptionem, & deductam nullitatem nullum in iure habere fundamentum, 23

damentum, vt ex dictis constat, nec impedire posse quin intrent, locumque habeant prædictæ clausulæ Et multo minus obstat quod cessauerit vtilitas Ecclesiæ per mortem coadiuti, cùm de Canonicatu sit prouidendus, qui onera illi incumbentia adimplere valeat; quia cum hæc vtilitas sit considetanda de tempore datæ, mors, quæ postea successit, nihil illi detrahit, solùm enim coadiutoria corruit si mortuus sit coadiutus de tempore datæ, vt censuit Rota *d. decis. 349. num. 7. p. 2. in posthum. Farin.* aliàs *p. 4. recent.* ibi. *Et ideo mortuo coadiuto de tempore datæ non solùm corruit coadiutoria, & est nulla à principio, cum mortuo non detur coadiutor, nec mortuus pro eo suppliect, sed corruit etiam futura successio, quæ ab illa dependet, & datur ratione coadiutoriæ, & tanquam*
24 *coadiutori, Modern. de benefic. p. 2. cap. 5. num. 131. & facit decisio Putei 390. lib. 1. secundum nouam impress.* &c.

25 Et in casu, quo coadjutus ante Datum Bullarum mortuus sit, non intrant earum amplissimæ clausulæ, vt insinuat eadem Rot. *d. decis. 349. num. 7. in fine, & num. 8.* ibi. *Minus obstant clausulæ amplissimæ ipsius coadiutoriæ, & inter alias clausulas, Etsi nunc actu quouis modo*, &c. *per quas informantes pro Martino prætendunt elicere mentem Pontificis illum prouidendi de hoc Canonicatu, etiamsi tunc & de tempore datæ vacaret per obitum coadiuti. Quia cum dicta clausula, Etsi nunc, &c. & alia generales sint ita interpretandæ, vt non contradicant expressis, Achil. decis. 1. de præbend. non possunt in casu nostro capere vacationem per obitum Ferdinandi de tempore datæ gratiæ, cum tunc ille præsupponeretur viuus & orator, & in viuo non possit dari vacatio per obitum. Quod etiam suadetur ex eo quia futura successio continet duas partes, in quarum prima Papa considerauit vacationem de futuro ibi. Vacare contigerit, & in illa prouidet expressè etiam per obitum de futuro Ferdinandi. In secunda vero, quæ incipit ibi. Etsi nunc actu quouis modo, &c. ponit casum distinctum, & separatum, & statuit quid agendum si Canonicatus vacat de tempore datæ, & sic nunc. Et isto casu respectu aliarum personarum prouidet etiam per obitum ibi. Etsi vacet ex cuiuscunque persona, &c. Respectu vero Ferdinandi prouidet tantum si vacet per resignationem, seu per liberam resignationem dicti Ferdinandi, &c. nulla facta mentione in ista secunda parte de obitu eiusdem. Et nimirum quia reputabat illum viuum cum esset orator, & assereret se egere coadiutore. Et quidem si etiam per obitum prouidere voluisset, hoc expressisset, sicuti fecit in præcedenti casu*, &c.

26 Cum ergo D. Melchior Gallos coadjutus viueret de tempore datæ, intrauit decretum irritans in litteris coadjutoriæ appositum, & inhibitio contra Ordinarium, quæ operatur interdictum conferendi; cum hac tamen differentia, quod dictum decretum, & inhibitio semper affectionem importat, quamuis deputatio coadiutoris, & prouisio futuræ successionis, ex defectu personæ, cui fit, nulla esset, iuxta doctrinam Host, *in cap. inter dilectos sub n. 14. vers. potest dici quòd nusquam, & ibi* Ioan. Andr. *sub n. 16. vers. alij dicunt*, Anchar. *n. 13. eod. vers. alij dicunt*,
27 & Butr, *num. 19. de excessib. Prælat.* Non ita quando prouisio est nulla ex defectu mensis prouidentis, quia scilicet deficit causa, ex qua mouetur, Gemin. *in cap. præsenti num. 2. vers. nota quòd eo ipso*, vbi Franch. *num. 1. in 3. notab. de officio Legati in 6.* Roman. *cons. 355. num. 11.* Pute. *decis. 1. lib. 1* quos refert & sequitur Lotter. *d. lib. 2. q. 25. n. 34 & 35.*

28 Et superiùs dicta eo magis absque dubio procedunt quando simul adest decretum irritans cum inhibitione, quia tali casu affectionem important, quamuis prouisio nulla sit ex defectu personæ, in cuius fauorem facta fuit, licet secus sit quando deficit causa. Ita Lotter. *d. lib. 2. q. 25. num. 34. & 35.* ibi. *Decretum vero irritans, & inhibitio consueta apponi in istis gratiis operatur quidem affectionem, etiamsi non teneat prouisio ex defectu personæ, cui fit, iuxta doctrinam Host. in cap. inter dilectos sub num. 14. vers. potest dici quod nusquam, & ibi Ioan. Andr. sub num. 16. vers. alij dicunt, Anchar. num. 13. eod. vers. alij dicunt, & Butr. num. 19. de excessib. Prælat. Secus vero quando prouisio est nulla ex defectu mentis prouidentis, quia scilicet deficit causa, ex qua mouetur. Gemin. in cap. præsenti num. 2. vers. nota quod eo ipso, vbi Franch. num. 1. in 3. notab. de officio Legati in 6. Prob. ad Monach. in cap. tibi num. 19. ad fin. vers. præterea, de rescript. in 6. Roman. cons. 355. num. 11. Pute. decis. 1. lib. 1.* &c. In præsenti casu adest decretum irritans simul cum inhibitione, vt constat ex Bulla.

Vnde fit admodum incertum esse dicere ad inducendam affectionem ex appositione manus Papæ, requiri præcisè vt beneficium ob præexistentiam reseruationis prius sit de prouisione S. Sedis Apost. in quo existimo *Nicolaum Garciam* nõ meruisse reprehendi à Lotterio *d. lib. 2. q. 26. num. 38.* Et patet in casu, quo Papa iure præuentionis contulit alicui beneficium, & collatio non teneat ex aliquo defectu impetrantis, quia adhuc taliter durat affectio, vt non valeat amplius Ordinarius se intromittere in dispositione illius vacationis, licet contigerit in suo mense Ordinario. Ita Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 52. num. 15.* Viuian. *in praxi Iurispatron. lib. 14 cap. 1. num. 66.* D. August. Barbosa *de iure ecclesiast. vniuerso lib. 3. cap. 13. num. 90. vers. quarto.* 29

Et est tex. rotundus *in Extrauag. ad Romanum. §. Romani quoque, de Præbend. inter communes*, vbi nec verbum quidem de hac præexistenti reseruatione: solum enim, vt supra dicebam, requiritur inhibitio cum decreto irritanti ad hoc vt semper, secundùm Magistralem doctrinam Abb. *in cap. inter dilectos num. 10. de excessib. Prælat.* beneficium remaneat affectum, quia quando mandatum est conferri siue de vacaturo siue de vacanti, inde constat de mente vt Ordinarius non possit se intromittere, dum Papa præuenit vacationem, & Ordinarium in ipsa vacatione. Ita D. August. Barbosa *d. cap. 13. num. 94.* 30

Nullius effectus esset affectio resultans ex appositione manus Sanctissimi, otiosique remanerent Textus, & Apostolicæ Constitutiones de ea agentes si vt illa beneficia afficeret, necessarium foret vt ea præexistenti reseruatione prius tenerentur; quid autem iuuaret affectio si sufficeret reseruatio, quæ durare debet donec consumpta esset vacatio, Rot. *decis. 10. de præbend. in nouis*, Cassad. *decis. 5. num. 2. & 14. de priuileg.* quæ tunc dicitur expirare postquam Papalis prouisio perfecta, & consummata fuerit, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 15. §. 2. num. 31. & sequen.* Rot. *decis. 512. à num. 3. lib. 3. p. 3. diuers. & in Corduben. Portionis 28. Iunij 1634. & 14. Ianuarij 1635. coram Eminentissimo D. meo Card. Panzirolo.* 31 32

Non obstat quòd appositio manus Papæ limitata ad certum effectum, illum non operatur adimplemento non sequuto, vt per Gemin. *cons. 136. in fine*, Achil. *decis. 14. de restit. spoliat.* Rot. *decis. 44. n. 3. in fine p. 1. in posthum. Farin. alias p. 3. recent. & coram Buratto decis. 78. num. 3.* 33

Respondetur enim procedere quando adimplementum non fuit sequutum ob falsam narratiuam 34

circa

circa causam finalem concessionis; nam in coadiutoria concedenda Papa vult mediante illa prouidere tantum Ecclesiæ necessitati, & sic mouetur solummodo intuitu Ecclesiæ propter necessitatem, vel euidentem eius vtilitatem, non autem
35 intuitu alicuius personæ, ex Pute. *decis.* 225. *num.* 17. *lib.* 3. Et ideo si Ecclesia non indigebat tali prouisione vtpote inutili ob defectum causæ, illa nulla remanet, propterquam Papa volebat impedire prouisionem Ordinarij, vt tenuit his ferè verbis Rota *d. decis.* 44. *num.* 4. *in fine p.* 3. *recentior.* ex cuius contextu bene colligitur Papam voluisse mediante vnione prouidere tantum beneficio, non personæ de beneficio; & ideo merito decidit quod si beneficium non egebat tali prouisione, gratia fuit nulla, ac proinde cessauit affectio in illa apposita; & dum propè fin. addit ad hoc bene facere rationes illorum, qui dicunt appositionem manus Papæ non causare affectionem, quando est facta contemplatione certæ personæ, quæ non fuit reperta capax, bene datur intelligi secus esse si facta fuisset contemplatione, & intuitu Ecclesiæ, vt in nostro casu, & quicquid sit in illis verbis Rota nihil per se firmat.

36 Ratio autem differentiæ est, quià quando versamur in falsa narratiua circa valorem beneficij, doctoratum, numerum obtentorum, & capacitatem impetrantis, & alia similia, beneficium remanet affectum per manus appositionem, ex quo in Papa adhuc remanet voluntas, & intentio vlterius conferendi ad hoc vt prouideatur necessitati Ecclesiæ
37 indigentis. At verò si versamur in falsa narratiua circa causam ipsam finalem concessionis, qualis est vtilitas Ecclesiæ respiciens illius seruitium, si ista deficiat, intrat quoque defectus mentis, cessatque omnis affectio, quia cessante tali causa, Papa non intendit vlterius prouidere, ad not. per Lotter. *d. d. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 33. *& seq.* Rota *coram Baratto decis.* 78. *num.* 2.

38 Non obstat quòd quando resignatio emanauit ad fauorem certæ personæ, nec sustinetur ex aliqua falsa causa, & interim resignans moritur, beneficium non remanet affectum, ex appositione manus Papæ, quia respõdetur id nõ tantum procedere ex eo quod Papa limitate manu apposuit ad vacationẽ per resignationem, vt non pauci existimarũt,
39 sed potius ex eo quod resignãs ad fauorẽ certæ personæ, cõditionaliter resignat, dũmodo scilicet dictæ personæ beneficium irreuocabiliter, & perfectè acquiratur, & non aliàs. Mohedan. *decis.* 36. *de renunc.* Achil. *decis.* 10. *n.* 1. *&* 4. *de restitut spoliat. &* sæpissimè Rota apud D. August. Barbosa *de iure eccles. vniu. lib.* 3. *c.* 15. *num.* 4.

40 Firma igitur & certa remanet resolutio quod præexistẽs reseruatio nõ requiritur ad hoc vt intret affectio ex appositione manus Papę sed cõcesso sine veri præiudicio quod vtrũque desideraretur, & reseruatio præcedẽs, & affectio subsequens cũ inhibitione, & decreto, nullũ sane Indultũ casum istũ cõprehenderet, nisi de eo specialẽ mentionem faciẽs, quia duo concurrunt vincula, seu duplex funiculus, qui concursus multũ operatur, ex his, quæ cumulat Pott. Imol. *cons.* 10. *n.* [illegible]. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.*
41 13. *n.* 99. tum quia reseruatio, quæ insurgit ex coadiutoriæ & futurę successionis gratia, nõ dicitur sim-
42 plex, sed mixta. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 25. *n.* 29. Et sufficit casum esse mixtum, ne censeatur cõprehensus sub simplici, *c. statutũ, de elect. in* 6. *c. cùm in illis. §. fin. de preb. eod. lib.* Sarnen. *ad reg. cum non indicando*
43 *q.* 2. *sub n.* 4. Rot. *decis.* 475. *n.* 3. *p.* 1. *diuers.* tum etiam,

quia qualificatum non venit sub simplici, *cap. susceptum, de rescript.* cum similibus per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 9. *ex num.* 1.

Et in propriis terminis Indulti, quod non remo 44
ueat obstaculum inhibitionis, nec comprehendat beneficia duplicem reseruationem habentia, Rota *coram Duran decis.* 68. *n.* 7. ibi: *Vnde quamuis dictum* 45
Indultum remoueat obstaculum reseruationis, non tamen remouet obstaculum inhibitionis; & perconsequens illud non suffragatur, sicut nec quando beneficia sunt duplici reseruatione affecta. Sarnen. in reg. de impetr. benef. per obitum q. 15. *n.* 7. *& seq. Caputaq. decis.* 85. *p.* 2. &c.

Vlteriùs hæc affectio ex appositione manus Papæ 46
requirit specialem cõcessionem in indultis de conferendo reseruata, vel affecta, vt resoluit Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 34. *&* 36. ibi. *Vt verò hæc affectio resultans ex appositione manus Papæ, vt supra dixi, vere, &* 47
realiter est referenda inter reseruationes speciales, ità indubitatum est illam esse potioris etiam prærogatiuæ, vt difficilius veniat sub indulto de conferendo reseruata. Ita Rot. decis. 5. *n.* 4. *de officio Legat. in nouis, etiamsi generalis habeat decretum irritans, cum adhuc semper dubitari possit an sub illa veniat beneficium de quo agitur, quæ dubietas cessat in hac speciali, Seraphin. decis.* 305. *n.* 1. *&* 2. *Et hinc sublata etiam reseruatione generali, rema-* 48
net adhuc tamen affectio, Rot. in recent. p. 2. *decis.* 140. *sub n.* 6. *vers. quin etsi reseruatio.* &c.

Nec est facienda vis in formulis Indultorum 49
olim concessorum, quia summi Pontifices quædam moderata, alia verò amplissima quandoque concedunt, itaut minimè possit ex vna concessione inferri ad aliam, & à diuersis non fit illatio. *l. vlt. in fine. ff. de calumniat. l. Papinianus exul. ff. de minorib.* cum aliis citatis per D. August. Barbos. *axio.* [illegible] 14.

Et Indultorum modernorum quàm sit diuersa 50
forma ab antiquis concedi consuetis S. R. E. Cardinalibus, colligitur ex resolutis per Lotter. *d. lib.* 51
2. *q.* 21. *n.* 115. Et maximè, quia specialia trahi non debent in argumentum, vel in consequentiam, cum ab eis non sit licitum arguere, Castr. *cons.* 97. *Nec in prę; r.* [illegible] *n.* 3. *in fine lib.* 1. Card. Tusch. *practic concl.* 52
lit. S, concl. 4[illegible]2. *n.* 12 Et emanauit Constitutio Pauli V. *sub die* 22 *Octobris* 1609. super moderatione Indultorũ Cardinalium in articulo collationis beneficiorũ, de qua Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 32. *n.* 74. *& seqq.*

Denique parum, aut nihil ad rem faciunt illationes desumptæ (vt ex aduerso dicitur) ex Indulto Eminentissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis Spinulæ, quia de eo in actis non constat, & quatenus appareret prætensum decretum irritans in eo appositum est generale super incerto corpore beneficij, illud verò in gratia Benedicti existens speciale est super certo corpore beneficij appositum, & ideo fortius ligat, etiam ignorantes quoad pœnas, Rot. *decis.* [illegible] *p.* 3. *diuers. & decis.* 423. 53
n. 5. *p.* 2. *recent.* proindeque generale per speciale derogatur ad tex. *in cap.* 1. *de rescript.* Mandatum 54
enim seu rescriptum speciale derogat generali, etiamsi de eo nullam faciat mentionem. Rebuff. 55
tom. 2. *ad leges Galliæ tract. de rescript. in præfat. a num.* 10. Menoch. *de arbitr. casu* 97. *à num.* 2. Sebast. Medices *de regul. iuris reg.* 1. *n.* 44.

Et quatenus indultum Eminentissimi D. produ- 56
ceretur, adhuc nihil obstaret nec comprehenderent eius verba coadiutoriam, vt constat ex Puteo *decis.* 478. *lib.* 1. ibi. *Quatuor tenuerunt contrarium quòd indultum non comprehenderet coadiutoriam, & ideo non esse necessaria derogatio indulti, quia licet indultum tollat omnes gratias præuentiuas, tollit tantum omnes, quæ sunt mere præuentiuæ, non tamen eas,*

Rosal, & medietatem etiam Ecclesiæ de la Guarda. Quia vltra, quod dictum priuilegium non est in forma probanti, ex eo non probatur iuspatronatus competiisse Imperatori donanti, pro vt probari debet ad effectum, vt donatio suffragetur, *l. quod in vendit. & l. quod sic, ff. de hared. vel action. vendit.* Speculat. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua vers.* 58. Bart. *in l. si sic*, §. 1. *q. vlt. ff. de legat.* 1. Natta *cons.* 10. *n.* 7.

5 6 Et requiritur probatio per immemorabilem ante Concilium Tridentinum, vt dixit Rota *coram Achille in decis.* 4. *de iurepatron.* & post Concilium requiritur immemorabilis, cum præsentationibus continuatis spatio quinquaginta annorum, vt in terminis Imperatoris est *decisio Putei* 369. *num.* 1. *lib.* 2. & in terminis donationis Regiæ Mohedan. *decis.* 10. *num.* 2. *de iurepatron.*

7 Vltra quod cùm in dicto priuilegio nulla fiat mentio de huiusmodi beneficio S. Marinæ del Rosal, donatio verificari potest, & debet in Ecclesiis in ea expressis, & non in beneficiis ab eis distinctis, quia ex dispositione iuris donata Ecclesia non veniunt beneficia in ea existentia, cum aliud sit Ecclesia, & aliud beneficium in Ecclesia, vt aduertit Cardinal. *in cap. final. de iurepatron.* vbi Abb. *num.* 1. *verb. incœpta.* Calderin. *cons.* 18. *in princip. eod. tit.* Cassad. *decis.* 21. *de preben.* quod eo magis dicendum est hoc casu, cum adsint plures Ecclesiæ eiusdem nominis del Rosal, vt apparet ex certificatione authentica facta per Aloisium Fernandez Notarium publicum, *sub die* 11. *Septembris* 1641.

8 Aliæ cedulæ subsequentes Regum nihil obstant, cum respiciant donationem gubernij politici, vnde tanquam à diuersis non licet inferri ad donationem beneficij de quo agitur, vulgata *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* vel ad summum aliqua earum importat præcedentis donationis Imperatoriæ confirmationem; quæ non operatur comprehensionem istius beneficij, dum in præcedenti donatione illud non fuit comprehensum, argumento *l. Aurelius, §. testamento, ff. de liberat. legat.* Bald. *in l. aduersus in fin, C. si aduers. rem iudic.* Alex, *cons.* 125. *n.* 20. *lib.* 4.

9 Bulla Clementis VII. expedita de anno 1529. super beneficio Curato del Rosal, in qua ponitur clausula (sine præiudicio iurispatronatus prætensi per Abbatem) nullius est momenti; tum quia assertioni Papæ de facto alieno standum non est, Mohedan. *decis.* 7. *in fin. de probat.* Rota *decis.* 154. *num.* 5. *p.* 2. *diuers.* Tum etiam, quia clausula, *sine*

10 *præiudicio*, nil noui tribuit, sed solum præseruat ius quatenus adsit, vt probat dominus meus Augustinus Barbosa *in tractat. var. claus.* 157. *n* 8.

11 Sententia lata de anno 1583. qua declaratur tertiam partem beneficij Curati sanctæ Mariæ del Rosal spectare ad præsentationem Abbatis, minus nocet; tum quia non est in forma probanti; tum quia prolata fuit Sede Episcopali vacante, absque legitimo defensore, Gonzal. *super regul.* 8. *glos.* 9.

12 §. 1. *num.* 66. Tum etiam, quia non iustificatur ex actis prout requiritur ad hunc effectum, iuxta *consil. Socini* 47. *num.* 15. *volum.* 4. Rota *decis.* 235. *num.* 4. *p.* 2. & meliùs *in decis.* 197. *num.* 51. 52. & 53. *p.* 5. *recen.*

13 Promissio contribuendi facta per possessores beneficiorum Ecclesiæ del Rosal ad fauorem Abbatis in recognitionem iurispatronatus nihil releuat; tum quia neque ea est in forma probanti; tum quia, vt probant testes pro domino Præside examinati, prædicta contributio fit ad alium finem, nempe ratione dominij temporalis donati per Regem dicto Abbati, & sic vti incerta, & æquiuoca probatio non suffragatur, *cap. in præsentia* 8. *de probat. l. non hoc.* 4. *C. vnde legitim.* tum & denique quia confessio facta per Rectores beneficiorum tunc temporis, non præiudicat successoribus, & ipsis Ecclesiis, *cap.* 2. & *ibi glos. verb. conuentum, de testib. in* 6. Federic. de Sen. *cons.* 143. *num.* 2. Angel. *cons.* 245. *num.* 8. Rota *decis.* 374. *n.* 2. & *decis.* 480. *n.* 4. *p.* 1. *recen.*

Nec præiudicat fides Antonij Ferreira Notarij 14 Apostolici, in qua dicitur quòd orta controuersia super tertia parte beneficij Curati sanctæ Marinæ del Rosal, inter Simonem Perez prouisum Apostolicum ex vna, & Abbatem ac eius præsentatum partibus ex altera, fuerit tandem pronunciatum ad fauorem dicti Abbatis. Quia dicta pronunciatio fuit collusiua, cum ea non obstante idem Simon Perez, contra quem pronunciatum fuerat, continuauerit in possessione dicti beneficij, vt probatur ex lectura eiusdem fidei; quod quidem non passus fuisset Abbas, nec præsentatus ab eo, si verè beneficium esset de iurepatronatus; ex hoc igitur modo insolito agendi arguitur fraus, & collusio, Rota *decis.* 283. *num.* 8. *p.* 5. *recen.*

Et quod tollit omnem difficultatem est, quod 15 omnia allegata pro parte Abbatis loquuntur de beneficio Curato del Rosal, & ideo nihil probant quoad beneficium simplex sanctæ Marinæ del Rosal, de quo agitur, circa quod nulla penitus datur præsentatio tanto temporis spatio signum euidens, quod beneficium est liberæ collationis, vt in simili considerauit Rota in *Aprutina iurisdictionis* 19. *Martij* 1607. *coram Santissimo D. N. Innocentio X. tunc Rotæ Auditore.*

Demum non obstant testes deponentes præsen- 16 tationem huius beneficij spectare ad Abbatem; tum quia non concludunt cum se referant ad donationem Regiam, quæ ex superius consideratis non comprehendit hoc beneficium, tum quia conquassantur ex aliis plurimis testibus pro domino Præside examinatis deponentibus beneficium controuersum esse liberæ collationis, & quod priuilegium Regium de eo non loquitur, imo quotiescumque euenit vacatio, fuerit prouisum ab Ordinario, seu à Sede Apostolica, referendo eos, qui fuerunt prouisi scientibus, & non contradicentibus Monachis, & Abbate sanctæ Mariæ de Oja, quibus propterea tanquam magis specificè deponentibus, & habentibus assistentiam iuris magis standum est per textum *in l.* 3. *ff. de testib.* benè glos. singularis *in cap.* 1. *de præscript. lib.* 6. Abb. *in cap. licet, causam de probat. num.* 9. & *in cap. auditis, de præscript. num.* 15. Felin & Imol. *in cap. in nostra, de testib.* Rota *coram S. M. Gregor. XV. in decis.* 25. *n.* 16. & 17. E contra verò pro parte domini Præsidis ostenditur dictum beneficium fuisse, & esse liberæ collationis.

In primis probatur ex Bulla collationis factæ ad 17 fauorem Alphonsi de Samaniego vltimi possessoris, ex causa resignationis Augustini patrui de tempore Sixti V. sub anno 1587. quæ sola collatio sufficeret, cum in beneficialibus solus vltimus status attendatur non docto de contrario statu antecedenti, Calder. *cons.* 2. *sub n.* 1. *ad fin. vers. & hæc videntur, de preb.* Simonet. *de reseruat. q.* 170. Lotther. *de re benef. q.* 34. *n.* 26. & *seqq.* benè distinguit Rota *in decis.* 229. *p.* 1. *recen.*

Secundò, ex declaratione facta in synodo, quòd scilicet ad collationem Episcopi spectāt tres capellaniæ del Rosal, Cura del Rosal, *è la sin Cura del Rosal.* 18

19 Tertiò, ex patriis libri Eccleſiæ Tuden. nuncupati del Becerro, in quibus apparet, quod inter Eccleſias, quæ ſoluunt tributum Eccleſiæ Epiſcopali, & inter beneficia, quæ ſunt de collatione Epiſcopi, leguntur adnotaræ las Iglesias, y Capellanias del Roſal; qui quidem liber concurrentibus tot adminiculis imò probationibus, de quibus ſupra, & infra, plenè probat, vt ex doctrina Bartoli *in l. admonendi num. 27. ff. de iureiur.* de libro priuato dixit Rota *in deciſ. 13. num. 6. p. 5. recent.* & quod libris capitularibus fides adhibeatur etiam ad fauorem Capituli, quando, pro vt hîc, ſecretarius Capituli eſt notarius firmauit Rota *in Burgen. quindenniorum 9. Martij 1599. coram Litta,* & ſecuta eſt *in alia Burgen. expenſarum 31. Ianuarij 1625. coram Merlino,* quas deciſiones refert Ferentill. *in addit. ad Burat. in deciſ. 539. ſub num. 9.*

20 Quartò, ex ſententia Ordinarij lata de anno 1538. citatis omnibus prætendentibus iuſpatronatus in Epiſcopatu Tuden. & in ſpecie Abbate ſanctæ Mariæ de Ola prætendente ad ſe ſpectare præſentationem medietatis beneficij cum Cura S. Mariæ Villæ Guardæ, ac beneficij Curati, & ſine Cura Sanctæ Marinæ del Roſal, &c. in qua declaratur procuratorem ſiue Abbatem prædictum non ſufficienter probaſſe iuſpatronatus, & ideo beneficia præfata eſſe liberæ collationis; hæc etenim ſententia, cum non fuerit ab ea appellatum, cenſetur approbata, iuxta notata *in l. final. C. de ſenten. quæ in cert. quantit. l. 1.* & *ibi* gloſ. *verb. obtempera, C. de poſtulan.* & cum ſit iuſtificata ex actis plenè probat, vltra quod ex quo eſt antiqua, & habet aſſiſtentiam iuris pro ſe, probaret etiam ſine actis, Caſſad. *deciſ. 3. de procurat.* & fuit dictum *in deciſ. 535. n. 8. coram Gregor. XV.*

21 Quintò ex viſitatione facta per Epiſcopum Tuden. de anno 1540. in Eccleſia del Roſal, in qua dicitur præſentationem beneficij del Roſal ſpectare ad Epiſcopum vnà cum aliis ſupra recitatis, & in eadem viſitatione referuntur nomina illorum, qui poſſidebant eadem beneficia; huiuſmodi enim Viſitatorum aſſertionibus quoad ſtatum Eccleſiæ multum deferendum eſt, Rota *deciſ. 371. num. 2. p. 11. & deciſ. 573. num. 4. p. 2. & deciſ. 573. n. 4. p. 3. recen. & deciſ. 23. num. 5. coram Durano.*

22 Sextò ex epiſtola reſponſiua don Alphonſi de Samaniego, directa Epiſcopo Tuden. exarata *ſub die 29. Nouembris* 1611. in qua D. Alphonſus aſſerit prætenſionem Abbatis ſuper iure præſentandi ad beneficium, de quo agitur, eſſe vaniſſimam, & deponit centum ab illinc annis, fuiſſe ſemper prouiſum ab Ordinariis, & Pontificibus, & in ſpecie, quod vacans hoc beneficium *de menſe Aprilis* 1584. per obitum Didaci de Abezza fuit à Gregorio XIII. collatum Auguſtino de Samaniego, qui *de anno* 1586. illud reſignauit in manibus Sanctiſſimi ad fauorem ipſius Alphonſi de Samaniego, & dicit ſe illud ſemper pacificè poſſediſſe, quæ epiſtola licèt ſcriptura priuata, tamen cum ſit adminiculata facit aliqualem probationem, vt de ſcriptura priuata tenuit Rota pluries, & ſignanter *in deciſ. 799. num. 7. coram Buratto inter eius impreſſ.*

23 Quæ omnia benè ponderata fuere in hoc Supremo Conſilio in prima inſtantia, & ideo non obſtantibus allegatis pro parte Abbatis mandatum fuit reſtitui Bullas domino Præſidi; quod quidem decretum venit omnino confirmandum non obſtante probatione de nouo facta pro Abbate; quia nil noui continet, niſi quod in Epiſcopatu Tuden. duæ adſunt Eccleſiæ Parochiales, vna ſub inuocatione ſanctæ Marinæ del Roſal, & altera ſub inuocatione ſancti Mametis; quod profectò admittitur etiam pro parte domini Præſidis; ſed non inde ſequitur, quod beneficium ſimplex ſanctæ Marinæ del Roſal, de quo agitur, ſit de iurepatronatus Regis, & eo minus Abbatis.

Prout non aduerſatur prætenſum priuilegium Imperatoris Alphonſi nuper productum, in quo donatur Abbati Monaſterium ſancti Mametis de Loreço; quia vltra quod non eſt in forma probanti, & tanto temporis ſpatio pars aduerſa originale producere nequiuit, paritur eandem reſponſionem datam ſuperius altero priuilegio ſub num. 5. & in omnem caſum ſufficit dicere, quod loquitur de Eccleſia Sancti Mametis, quæ eſt diſtincta, & diuerſa ab illa del Roſal, in qua eſt ſitum beneficium controuerſum; priuilegium autem non extenditur vltra ea in eo expreſſa Rota *deciſ. 167. n. 6. p. 5. recen.* 24

Minus nocet executorialis emanata ſub *die 19. Septembris* 1543. qua condemnatus fuit Arrendatarius tenutæ del Roſal ad ſoluendum Monaſterio de Oja ſex bucos frumenti ob tertias partes beneficij ſimplicis Sanctæ Marinæ del Roſal ratione præſentationis ſpectantis ad dictum Monaſterium; quia omiſſo quòd nec eſt in forma probanti, & eſt notoriè iniuſta, cum non iuſtificetur ex actis Gabr. *conſ. 28. n. 6. lib. 1.* Rota *deciſ. 659. n. 16. p. 2. recen.* ſufficit dicere, quod eſt res inter alios acta, & incidenter, nempè inter Arrendatarium, & Abbatem, & ideo non præiudicat Rectori beneficij vti tertio Rota *deciſ. 161. n. 3. p. 2. recen.* & eo minus libertati ipſius beneficij non citato Rectore, nec Promotore Fiſcali Epiſcopi Tuden. Siquidem ſententia lata non citato legitimo defenſore Eccleſiæ nihil valet contra ipſam Eccleſiam. Gonzal. *ſuper regul. 8. d. gloſ. 9. §. 1. num. 86.* & aduertit Rota in *deciſ. 467. num. 2. coram Gregor. XV.* 25 26

Epiſtola Epiſcopi Pelagij, qua donat iura Pontificalia, & decimas, quæ & quas ipſe habebat in Eccleſiola Sancti Mametis de Loreço; quatenus eſſet in forma probanti, nihil cócludit quoad Eccleſiam, & beneficium ſimplex Sanctæ Marinæ del Roſal. Imò Epiſcopus nec minus potuiſſet ſubijcere iuripatronatus beneficia libera, Abb. *conſ. 106. lib. 2.* Garz. *de benef. p. 5. c. 9. n. 128.* Calderin. *conſ. vlt. de iure patron.* Rota *deciſ. 318. num. 7. p. 5. recen.* 27

Nec talis donatio, quatenus ſubſiſteret, egrederetur ſuum authorem, & per conſequens non præiudicat ſucceſſoribus, *c. veniens, de tranſact.* Abb. *in cap. cum olim n. 4. de priuil.* Calderin. *conſ. 12. de reb. Eccl. non alienan.* Rota *deciſ. 715. p. 4. diuerſ.* 28

Quibus omnibus accedit, quod non verſamur in patronatu Conſiſtoriali; cuius præſentatio prætendatur à Rege, quo caſu poſſet habere locum retentio Bullarum, ſed ſumus in beneficio; quod quatenus ab initio fuiſſet de iurepatronatus Regis, quia tamen poſtea tranſiuit per priuilegium in perſonas Eccleſiaſticas, vel cenſetur ſublatum ex diſpoſitione Sacri Concilij Trident. *in c. 6. ſeſſ. 25. de reformat.* vbi abrogantur, & tolluntur patronatus ex priuilegio, vt decidit Rota *deciſ. 658. n. 3. p. 1. recen.* Seraph. *deciſ. 1395. n. 4.* vel mutata primæua natura deuenit Eccleſiaſticum, vt pluribus relatis firmat Garz. *de benef. p. 5. c. 1. n. 553. & ſeqq.* quod propterea ſubjacerer reſeruationibus Apoſtolicis *c. dilectus, & ibi gloſ. & DD. de offic. Legat.* Æneas de Falcon. *de reſeruat. effect. 14.* Felin. *in tract. quand. lit. Apoſtolicæ noceant patron. in 3. limit.* Rota *deciſ. 48. n. 4. coram Greg. XV. & in deciſ. 273. n. 1. ad fin. p. 3. recen. & deciſ. 103. n. 3. coram Buratto.* 29

Et

Et consequenter ex quo hoc beneficium vacauit Sede Episcopali vacante, & sic reseruatum Sedi Apostolicæ vigore secundæ regulæ Cancellariæ, vt notat Garz. *de benefic.5.p.c.1.n.221. & 649. & c.7.n.87.* dicitur comprehensum sub reseruationibus Apostolicis, & cum per prouisionem Apostolicam fuerit derogatum patronatui Ecclesiastico, prout passim derogari solet, vt aduertit Gonzal. *super regul.8. glos.18.n.6.& 7.* Rota *decis.273.num.1.p.3. recent.* nullo modo est locus retentioni Bullarum, teste Couar. *pract.cap.36.n.5.vers.2.*

30 Vnde patet, quòd vtcumque res se habeat, Bullæ Apostolicæ sunt restituendæ, pro vt ex iustitia tanti Supremi Consilij speratur.

Toletana Canonicatus de Alcala de Henares 27. Julij 1645.

Canonici obligati per seipsos Missam maiorem celebrare, vel alium dare, qui eam celebret, non possunt præcisè cogi ad suscipiendum Ordinem Presbyteralem. Beneficium non est Sacerdotale quando fundator non restrinxit onus celebrandi ad ipsummet beneficiarium tantùm.

VOTVM CXIII.

Doctissimi D. D. Francisci Manchini Protonotarij, & in Nunciatura Hispaniæ Iudicis Apostolici.

1 *Sententia Ordinarij reuocatur.*
2 *Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ esse potest, qui solum ætatem 14 annorum agit.*
3 *Canonicatus, qui habet Ordinem sacrum annexum, eam ætatem requirunt, quam requirit Ordo annexus.*
4 *Prima Tonsura sufficit ad Canonicatum Ecclesiæ Collegiatæ etiam insignis obtinendum.*
5 *Constitutio Ecclesiæ Collegiatæ de Alcala de Henares refertur, & n.6.*
7 *Canonici qui per seipsos tenentur celebrare Missam maiorem, debent per necesse habere Ordinem sacerdotalem.*
8 *Constitutio Ecclesiæ Collegiatæ de Alcala de Henares intelligitur.*
9 *Ordo beneficiario annexus non est, licet fundator referat onus celebrandi ad personam beneficiarij, dum expresse non remouet facultatem celebrandi per alium.*
10 *In alternatiuis sufficit alterum adimpleri.*
11 *Ordinari potest quis pro vtilitate & necessitati Ecclesiæ etiamsi Præbenda non sit sacerdotalis.*
12 *Sacerdotale non dicitur beneficium, vel præbenda etiamsi quis possit cogi pro vtilitate & necessitate Ecclesiæ ad suscipiendum Ordinem sacerdotalem.*
13 *Canonicatum esse Sacerdotalem si testator dicat quod Presbyter per se vel alium debeat singulis hebdomadibus celebrare Missas, qui teneant.*
14 *Beneficium non potest esse sacerdotale quādo fundator non restrinxit onus celebrandi ad ipsummet beneficiarium tantum.*
15 *Canonicatus non dicitur Sacerdotalis ex impositione oneris Missarum.*
16 *Canonici qui tenentur ad residentiam, & debent per se ipsos celebrare Missam maiorem, videntur insinuare quod eorum Canonicatus sunt Presbyterales.*
17 *Suffragium pendet ex opere operato, non ex opere operantis.*
18 *Canonicus Collegiatæ non obstante residentia potest esse initiatus prima Tonsura & 14. annum attigerit.*
19 *Onus celebrandi Canonicis Collegiatæ de Alcala non fuit restrictum ad certum Canonicum.*
20 *Canonici etiam Collegiatæ per se, & non per substitutum inseruire debent.*
21 *Ex impositione oneris celebrandi non arguitur per necesse ad Ordinem sacerdotalem suscipiendum.*
22 *Consuetudo immemorialis Missas decantandi per substitutum eo casu, quo Canonicus incumbat onus illas decantandi, valet.*
23 *Canonico impedito infirmitate, vel defectu Ordinis ad celebrandum Missam maiorem quomodo prouidendum.*
24 *Seraphini decisio 1256. declaratur.*
25 *Ciarlinus cap. 38. reprobatur, & numeris seqq.*
27 *Lambertinus, & Garcia loquuntur quando onus celebrandi est restrictum ad ipsummet Capellanum tantum.*
28 *Collegiata Carpen. an acceptauerit in specie* Concil. Trid. sess. 24. de reform. c.12. *circa Ordinum distributionem, & n. seq.*
30 *Residentia personalis cum Missarum celebratione facit quod seruitium sit personale non solum chori, sed etiam Missarum.*
31 *Alternatiua vbi adest inseruiendi per se, vel per alium, electio est capellani de inseruiendo per se ipsum, vel per substitutum.*
32 *Nicolai Garciæ opinio declaratur, &* n.33. & 34.
35 *Canonici debent per seipsos, & non per substitutum inseruire, non obstante quacunque*

cunque consuetudine etiam immemorabili in contrarium, intellige vt n. 36.

37 *Curatus licet habeat annexum Ordinem sacerdotij, potest per se, & per alteram munus adimplere.*

38 *Parium eadem debet esse natura, & potentia.*

39 *Ordinarius tacite dispensare videtur admittendo aliquem inhabilem inhabilitate in qua possit dispensare.*

40 *Quando sumus in dubio ad effectum dignoscendi an sit annexus Ordo sacerdotalis, vel ne, recurrendum est ad obseruantiam interpretatiuam.*

41 *Arctatus quando dicatur Canonicus Collegiatæ qui ad celebrandam Missam obligatur? & numeris seqq.*

42 *Canonicatus quando est sacerdotalis non potest de illo prouideri, nisi illi, qui infra annum possit ad sacerdotium promoueri,* & n.43.

44 *Ordinarius an possit dispensare cum ordinato extra tempora,* & n.45.

46 *Dictio* omnis *neminem excludit.*

47 *Fundator dicens vt Capellanus celebret vult potius vt Missa sit certa, quàm vt Capellania sit Presbyteralis.*

48 *Acceptatio decreti Concilij de distributione Ordinum requiritur.*

49 *Conditiones iustæ, & Iuris dispositioni conformes per fundatores appositæ, sunt ad vnguem obseruandæ.*

51 *Episcopus suadente necessitate Ecclesiæ potest Canonicos Collegiatarum compellere ad se promouendum ad Ordinem eidem Episcopo bene visum.*

52 *Obseruantia subsequuta in dubiis deseruit pro interpretatione.*

53 *Obseruantia, seu consuetudo recte probatur ex actuum frequentia, ac temporis diuturnitate.*

54 *Obseruantia interpretatiua non requirit longi temporis præscriptionem.*

55 *Prouisiones factæ in fauorem personarum non habentium Ordinem ex lege fundatoris Præbendæ annexum irritæ sunt.*

56 *Episcopus non potest dispensare super defectu ætatis.*

57 *Episcopus non potest etiam de consensu patroni dispensare super defectu qualitatis Sacerdotij.*

58 *Canonici Collegiatæ de Alcala de Henares sine Ordine sacro qui ibi existerent,* & n.59.

60 *Testibus peritis magis creditur quàm non peritis.*

61 *Capitulum non potest statuere in his, quæ tangunt Iura singularium personarum.*

63 *Consuetudo non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam.*

64 *Consuetudo particularis est attendenda.*

65 *Dictio,* forsan, *nihil ponit in esse.*

66 *Portionarij Collegiatæ de Alcala non possunt inseruire per substitutos.*

67 *Obseruantia ad hoc vt releuet debet probari particulariter, & in specie, & non sufficit æquiuoca.*

68 *Nemo contra propriam confessionem venire potest.*

69 *Decreto corruente corruit quoque consensus eius vigore præstitus.*

70 *Confessio si detegatur erronea, potest per confitentem reuocari.*

71 *De errore eo ipso apparet quoties constat de veritate in contrarium.*

72 *Sententia non conformis libello, & petitioni sustineri non potest.*

SEntētiam Vicarij generalis Toletani in villa de Alcalà de Henares (qua pronuntiatum fuit Doctorem don Iosephum Beno de Rey, Canonicum Ecclesiæ Sanctorum Iusti, ac Pastoris, dictæ Villæ, debuisse ordinari Ordine Sacerdotali, intra annum, à die adeptæ possessionis, & ob non sequutam dicti Ordinis susceptionem, perdidisse medietatem fructuum, tanquam iniustam, reuocandam esse censui. 1

Iniustitia probatur ex eo, quod dictus Vicarius declarauit, Canonicum dictæ Collegiatæ teneri se promouere ad Ordinem Sacerdotalem intra annū, & tamen in iure est certum, quòd Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ esse potest, qui solùm ætatem 14. annorum agit, vt probat text. *in cap. super inordinato.* iunct. gl. *verb. pueri. de prebend.* Rebuf. *in prax. tit. de dispensat. ætat. n.2*, Garç. *de Benefic. part. 8. cap. 4. num. 39.* 2

Quod quidem subsistere nequiret, si Canonicatus haberet annexum Ordinem sacrum, quia tunc requireretur ætas requisita ad talem Ordinem, nēpè ad Subdiaconatum ætas 22. annorum, ad Diaconatum 23. & ad Presbyteratum 25. inceptorum, vt statuit Trident. *in sessione 23. de reformat. c. 12.* & facit text. *in c. ei cui, de prebend. in 6.* 3

Et quòd quo ad Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ nihil innouauerit Concil. Trident. apparet ex pluribus resolutionibus, factis per Eminentissimos Dominos Cardinales eiusdem Concilij Interpretes, relatis per Garc. *de Benefic. d. p. 7. c. 4. n.* 36. 37. 38. & 39. vbi concludit, quòd ad Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ, etiam insignis, requiratur, & sufficiat prima tonsura, & quod quis attingat 14. ætatis annum, sicuti ad alia beneficia, & idem tradunt allegari per D. Augustinum Barbos. *in Collectan. ad Concil. sess. 22. de reformat. cap. 4. sub num. 5. & meliùs in sess. 14. c. 12. n. 42. & 48. vers. Et Concilium Tridentinum,* &c. 4

Nec dictus iudex potuit se fundare in constitutione D. Alphonsi Carrillo, Archiepiscopi Toletani, & fundatoris dictæ Collegiatæ edita sub die 2. *Augusti* 1481. quæ est *la* 36. in ordine registrata in processu *fol. 127.* vbi cauetur per hæc verba, ibi: 5

E por quanto lo principal en que se deue prouer en las Iglesias, es, que la Missa mayor siempre se acierta, è non aya falta: porque comunmente el pueblo suele concurrir a ella. Por ende estatuimos, è ordenamos, que las 6

Dignidades,

Dignidados, è Canonigos de la dicha Iglesia, sean obligados a dezir por si mismos las Missas maiores por semanas, segun les cupiere, ô dar quien por ellos las diga. En otra manera qualquier dellos, que lo ansi non fiziere, sea penado por cient marauedis por cada semana que faltare, quier sea Dignidad, o Canonigo el que assi faltare. E que si fuere Dignidad supla por el vn Canonigo, ô otra Dignidad, si quisiere por este precio suplirlo. En otra manera que los dichos cien marauedis se den à vn Racionero, que suppla la dicha semana por el que assi faltare, por manera que la Missa mayor siempre esté cierta, è no aya falta ninguna en ella.

7 Quasi quod dum Canonici debeant per se ipsos celebrare Missam maiorem, per necesse deberent habere annexum Ordinem Sacerdotalem, vt tenet in fundatione Capellaniæ Garc. *de Benef. part. 7. c. 1. n. 98. & 99. & in addit. ad dict. cap. 1. sub eod. num. 99.* vbi refert resolutiones Eminentissimorum DD. Cardinalium eiusdem Concilij Interpretum, hoc idem confirmantes, & consequenter intret dispositio, tam *Clementina 2. §. illi verò, de ætate & qualitate*, quàm Concilij Tridentini *dict. cap. 4. sess. 22. & cap. 12. §. neminem etiam, sess. 24*

8 Quia si diligenter perpendatur dicta constitutio (in cuius interpretatione, sistit cardo difficultatis huius controuersiæ) ea non inducit Ordinem sacrum, seu Presbyterij illis Canonicis, qui prædictum Ordinem non habent, sed solùm voluit prouidere, quod Missa maior semper esset certa ob commoditatem Populi, qui communiter ad illam concurrere solet, vt claré dignoscitur ex supra recitatis verbis; ergo cum supponatur in qualibet Ecclesia etiam Collegiata adesse aliquos Canonicos Sacerdotes, illis intelligitur impositum hoc onus celebrandi Missam maiorem, non autem exinde sequitur, quod omnes Canonici debeant esse Sacerdotes, cum regulariter ex impositione oneris celebrandi, non benè arguatur ad annexionem ordinis, propter separabilitatem facti celebrationis ab ipso onere; quod vt per alium non possit absolui, adhuc nullo iure cautum est, vt post Calderin. inquit Lap. *alleg. 35. n. 3. & alleg. 117. itidem sub num. 1. vers. nec obstat prædictis.*

9 Quam sententiam pluries probauit Rota, vt in decisionibus relatis per Lotter. *de re Benef. lib. 2. q. 47. n. 35. & 36.* vbi quod quamuis disponens referat onus istud ad personam Beneficiarij, tamen dû expresse non remouet hanc facultatem celebrandi per alium, adhuc non dicetur annexus ordo ipsi Beneficiario, cum relatio illa stet demonstratiuè ad qualitatem oneris, non autem dispositiuè ad qualitatem personæ illud absoluere habentis, vt post Rot. *in Tirasonen. Capella 9. Iunij 1603. coram Sacrato*, sequitur Gonçal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 5. in princip. num. 78.* Rota *apud Farinac. in posthum. tom. 1. decis. 65. num. 1.* ibi: *Non tenet consequentia, Capella habet annexum onus celebrationis, ergo requirit ordines.*

10 In præsenti autem licèt fundator dixerit, quòd Canonici sint obligati per se ipsos Missam maiorem celebrare; nihilominus statim subiunxit: *O dar quien por ellos las diga*, vnde paret stare in potestate Canonici hebdomadarij Missam maiorem celebrare, vel alium dare, qui eam celebret, iuxta regulam alternatiuorum, quorum alterum sufficit verificari, *cap. in alternatiuis 70. de regul. iuris in 6.* & in simili quando iussum fuit præsentari Presbyterum, aut Capellanum, censuit Rota *in Lucana Capellaniæ 17. Decembris 1593. coram Gipsio*, & tradit Lotter. *de re Benef. dict. lib. 2. q. 47. n. 71. & 73.*

Vltra quod aduertendum est, quod fundator in 11 casu, quo Canonici, & Dignitates non dicât Missas per se ipsos, vel non dent alios qui celebrent pro ipsis, condemnauit contrauenientes ad pœnam 100. merapetinorum, pro qualibet hebdomada, quæ pœna debeat applicari alio Canonico, seu Dignitati supplenti pro contrauenienre, si verò nullus Canonicus vellet supplere, eadem pœna applicetur Racionerio, qui suppleat. Quare intrat conclusio, quod qualitas celebrandi sub pœna, non afficiat Canonicatum per connexionem aliquam Ordinis; & consequenter, licèt de tali Canonicatu prouisus possit etiam præcisè cogi ad suscipiêdum Ordinem pro vtilitate, & necessitate Ecclesiæ, secundùm Abbatem *in cap. cum in cunctis, §. inferiora sub n. 10. vers. & in illis non tenetur, de election.* interim tamen non dicetur Canonicatus Sacerdotalis, 12 cum à persona retento Beneficio detur separatio Ordinis, ita vt in sola pœna iacturam sentiat, vt in pœna amissionis fructuum, ait Geminian. *in cap. ei cui, n. 12. de Præbend. in 6.* Et ex mente Rotæ *in Tridentina Canonicatus 21. April. 1608. coram Iusto*, explicat Lotter. *vbi suprà n. 49. & 50.*

Cùm igitur constet in Collegiata, de qua agitur, plurimos adesse Sacerdotes, qui Missam maiorem celebrant, & consequenter cessare necessitatem Ecclesiæ, non poterat hic Canonicus cogi ad suscipiendum Ordinem Presbyteratus.

Nec obstat si dicatur dictam alternatiuam operari tantummodo, quando Canonici iusto impedimento impediti, non possunt celebrare per se ipsos, sed non quod Canonici desinant esse Sacerdotes, vt in casu quo testator dixerat, quòd Presbyter per se, vel per alium Presbyterum, debeat singulis hebdomadis celebrare Missas, tenuit Barbat. 13 in vulgato *consilio 33. volum. 2. num. 26.* quem sequuntur Lambertin. *de iurepatron. 27. artic. 7. quæst. princip. 1. p. 2. lib. num. 1. & seqq. fol. 230. in antiquor. & fol. 78. in nou.* Gutierr. *consil. 1. & 2.* Castillo *quotidianar. lib. 5. cap. 90. num. 48.* Et nouissimè Ciarlinus loquens de Canonicatu Collegiatæ, *cap. 38. n. 28.* quem sequi videtur D. Barbosa *de Canonic. & Dignitat. cap. 16. per tot.*

Quoniam post emanatas resolutiones Congregationis sacri Concilij Tridentini, declarantes, nunquam Beneficium esse Sacerdotale? quando fundator non restrinxit onus celebrandi ad ipsummet Beneficiarium tantùm, quarum resolutionum aliquæ referuntur per Garc. *de Benefic. part. 7. cap. 1. numer. 87. & numer. 93.* Rota, reiecta opinione Barbatiæ, & eius sequacium, recedendo ab aliis præcedentibus decisionibus contrariis, amplexa fuit opinionem eiusdem Congregationis sacri Concilij, vt *in decisione Romana Capellaniæ, 23. Ianuarij 1589. coram Pamphilio.* impressa apud Marchesan. *de cõmission. tomo primo, fol. 140.* in cuius calce legitur resolutio Congregationis Concilij, *& in decisione 129. numer. 1. & sequentibus, & numer. 4. coram Mantica, & inter recentior. part. 2. decis. 366. num. 2.* vbi quod ex impositione oneris Missarum, Canonicatus non dicitur Sacerdotalis, & ad hoc comprobandum allegat decisionem emanatam *in dicta Tridentina Canonicatus 21. Aprilis 1608. coram Iusto, & in decis. 635. num. 1. & decis. 719. num. 1. eadem part. 2. recentior. & coram S. M. Gregor. XV. in decis. 108. n. 7. ibiq; addem. num. 15. & in decis. 551. n. 4 & seqq. corã Caualerio, & in dec. 92. n. 1. coram Buratto*, vbi quod Rota 14 sequitur istam opinionem contra Barbatiam, & alios.

Et hoc idem tenent plures DD. & signanter Câpanil. 15

pauil. *diuers. iur. Canon. in 2. comment. rubr. 7. cap. 6. n.* 15, vbi quòd hæc opinio omnino tenenda est contempta contraria opinione Gutierr. & aliorum. Anna. *cons. 22. per tot. lib. 1.* Spin. *in specul. testam. glos. 4. particul. num.* 68. vbi quod opinio Barbatiæ, & aliorum vera non est, & clarissimè Sanch. *cons. Moral. lib. 7. c. 1. dub. 48. num.* 14. vbi quod hæc opinio probabilior est, & tenenda, & alias plures refert, & sequitur Rota *in Maceratem Beneficy* 16. *Ianuar.* 1640. *coram bon. mem. Merlino*, in cuius casu testator dixerat: *Hæredes prædicti debeant eligere, & præsentare vnum Presbyterum in Capellanum, qui teneatur, bis in hebdomada Missas celebrare in dicta Capella, pro anima ipsius testatoris*. Et adhuc fuit resolutum, Capellaniam nō esse Sacerdotalem reiecta opinione Barbatiæ, Gutierr & aliorum, & sufficere, ibi: *Quod expresse nō sit iniunctum Capellano, quod per aliū explere non possit.*

16 Prout non valet dicere, quòd Rota, & prædicti D D. moti fuerint ad sic respondendum, ex quo, in eorum casibus agebatur de Beneficiis, & Capellaniis residentiam non requirentibus, & fundator nō dixerat, quòd Capellani deberent per se ipsos celebrare. Vnde inferebatur, quod cùm Canonici etiam Ecclesiæ Collegiatæ teneantur ad residentiam, & fundator dixerit in proposito, quod Canonici debeant per se ipsos celebrare Missam maiorem, per necesse concludendum sit, Canonicatus esse Sacerdotales ex mente ipsius Rotæ, & Doctorum prædictorum, vt obseruat etiam Ciarlin. *in d. c.* 38. *sub n.* 15.

17 Respondetur enim, quòd ratio fundamentalis huius opinionis residet in eo, quod sufficiat adimplere onus relictum per testatorem in illa Capellania, cum nihil intersit fundatori, siue hic, siue ille celebret (dummodo expressis verbis onus celebrādi non restrinxerit ad ipsummet Capellanum præsentandum) Quia suffragium præcipuè pendet ex opere operato, nón ex opere operantis, vt clarè explicauit Rota *in dicta Maceraten. Beneficy* 16. *Ianuarij* 1640. *coram bonæ mem. Merlino.*

18 Aliàs enim si admitteremus rationem resolutionis consistere in residentia, fatendum esset, quòd omnes Canonici Collegiatarum essent Presbyterales absque alia fundatione, statuto, vel consuetudine; quia omnes tenentur ad residentiam ex dispositione Concilij Tridentini, vt *in d. sess.* 24. *de reformat. cap.* 12. *vers. Præterea*; quod quidem est falsum cùm attenta dispositione iuris, non obstante residentia, possit esse Canonicus Collegiatæ is, qui est initiatus prima tonsura, & 14. annum attigerit, vt probat Garc. *de Benefic. dict. part. 7. cap. 4 n.* 39. cum aliis allegatis supra sub *n.* 4.

19 Quo verò ad onus in proposito iam fuit firmatum, quod non fuit restrictum ad certum Canonicum, imò potius fuisse pósitum in eorum electione Missam maiorem celebrare, vel alium dare qui celebret sub certa pœna in casu contrauentionis. adeò quod fundator non curauit de industria personæ celebrare debentis, sed solùm, quod Missa maior non deficeret in Ecclesia, quod confirmatur euidentiùs, ex eo quod admittit etiam Rationerium ad illam celebrandam, casu quo Canonici eam celebrare nollent. quod tunc erat permissum, cum nondum celebratum esset sacrum Concilium Tridentinum, & hinc excluditur, etiam quod alternatiua de supplendo, per alium intelligatur iusto subsistente impedimento. Quia impossibile ferè est, quod omnes Canonici sint iusto impedimento impediti, ita vt recurri debeat ad Rationerium, sed verus & germanus sensus fundatoris fuit id remittere Canonicorum electioni, dummodo Missa maior non deficeret, vt clarè denotant verba illa constitutionis superius relata *sub num.* 6.

Et quamuis replicetur hunc modum inseruiendi per substitutum fuisse sublatum ex dispositione sacri Concilij Tridentini *dict. sess.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* vbi nuncupatim loquendo, etiam de Canonicis Ecclesiarum Collegiatarum cauetur, quod ipsi per se, & non per substitutum inseruire debeāt; adeò quod si factum sit aliquod statutum, aut extet consuetudo etiam immemorabilis, quod Canonici possint inseruire per substitutos, vel alternatim vnus pro alio, eius ratio habenda non sit, vt tradunt Garc. *de Benef. part. 3. cap. 2. num.* 498. *&* *n.* 503. Rota *decis.* 1156. *n.* 4. *coram Seraphino*, cum aliis citatis per D. Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 31. *num.* 4. *in princip.* vbi refert resolutiones sacræ Congregationis Rituum, hoc idem comprobantes. 20

Attamen hoc intelligi potest, & debet de illis Canonicis; quibus in indiuiduo est annexum certum onus celebrandi, vt comprehenditur ex lectura dictarum resolutionum: secus verò, quando prout hîc in genere est impositum onus Canonicis cuiusdam Ecclesiæ, vt secundùm eorum attingentiam pro hebdomada Missam maiorem celebrent, vel dent qui pro eis celebrent; quia hoc casu satisfactum dicetur dispositioni Concilij, & fundatoris, si Missa maior celebretur per illosmet Canonicos, qui de illo gremio capituli sunt Sacerdotes, cùm etiam in Collegiatis adsint Presbyteri, Diaconi. & Subdiaconi, & alij inferioribus Ordinibus initiati, iuxta Ecclesiæ necessitatem, vt innuit Boër. *in dec.* 171. *n.* 2. *vers. Nam Ecclesia etiam Collegiata.* Non autem exinde resultat, quod quilibet Canonicus debeat esse Sacerdos, cum ex impositione oneris celebrandi, non arguatur per necesse ad ordinem suscipiendum, vt docet Lotter. *de re Benef. lib. 2. d. q. 42. n.* 34. *cum seqq.* & signanter sub *num.* 48. *&* 49. & faciunt decisiones allegatæ supra sub *num* 9. 21

Præterquam quod circa onus Canonicis incumbens ad Missas decantandas, quod valeat consuetudo immemorabilis illas decantandi per substitutum, idest, per Concanonicum extat disceptatio Stephani Gratiani *in cap.* 800. *n.* 1. *cum seqq.* vbi pluribus rationibus id comprobat, & respondet contrariis. 22

Et consonat resolutio Congregationis Concilij, relata per Garc *de benef. p. 3. c. 2 n.* 503. ibi: *Porrò facultatem substituendi in seruitio Canonicatus, quempiam alium Canonicum, qui eo tempore seruitio non sit obstrictus, existimauit* (hoc est, sacra Congregatio) *minimè illi denegandum esse, cessante fraude, & calumnia.* Et licet idem Garc. *sub n.* 504. subiungat, videatur hoc esse intelligendum, quatenus Canonicus est impeditus infirmitate, vel alia iusta causa. Nihilominus pro iusta causa in præsenti poterit inseruire, non esse Canonicum insignitum Ordine Sacerdotali; maximè cum (vt probant testes) capitulum prouidendo securitati Missæ maioris de massa communi omnium Canonicorum applicauerit particulariter præcipuas distributiones, pro Canonicis Sacerdotibus, qui per turnum suis hebdomadis Missas maiores celebrant, cum qua prouisione cessat omnis scrupulus, fraudis, & calumniæ. Decisio verò Seraph. 1256. loquitur in casu, quo Canonicus volebat possidere duos Canonicatus in diuersis Ecclesiis, quorum alterum volebat inseruire per substitutum, quòd propriè est contra 23 24

contra dispositionem Concil. requirentem residentiam personalem Canonicorum in Ecclesia Canonicali, & ideò non applicatur.

25 Verum, quia Ciarlinus solus agit in specie de Canonicatu Collegiatæ, videtúrque loqui in nostris terminis, & resoluit contrarium, ei particulariter respondendum esse duxi. Dico igitur, quòd Ciarlinus, vt ipsemet fatetur *in dict. cap.* 58. scripsit pro amico, & Concanonico ad effectum eum saluandi ab irregularitate, in quam forsan inciderat ob dispensationem obtentam de se promouẽdo ad omnes Ordines extra tempora, sub narratiua quod reperiebatur arctatus, eo quod eius Præbenda, & Canonicatus erant Sacerdotales, & ideo amplexus fuit omnes opiniones suo amico fauorabiles, licet non omnes omninò tutas.

26 Firmat enim, quod verba statuti Ecclesiæ Collegiatæ Carpen. relata per eũ *sub n.* 11. ibi: *Ordiniamo e statuiamo, che ogni Dignità, Canonico, & Mansionario sia tenuto ò far dire le sue Messe li giorni festiui.* Importent annexionem Ordinis Presbyteratus, pro cuius probatione inter alias ponit sequentes conclusiones.

27 Primò *sub num.* 9. dicit, quòd Canonicatus dicatur Sacerdotalis dummodo onus Missarum, seu celebrandi habeat certis diebus allegando, Lambert. *de iure Patron.* loquentem de Capellania, *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 7. *princip. art.* 17. *n.* 9. *versic. hoc sic, & vers. cum ergo ill.*, quem & alios refert Garc. *de Benef. 1. p.* 7. *c.* 1. §. 1. *n.* 76, 79. *&* 80. Et tamen hoc intelligitur solùm quando onus celebrandi est restrictũ ad ipsummet Capellanũ tãtũ, vt ipsemet Garcia declarat, & tenet loco proximè citato *sub n.* 86. *cum seqq.*

28 Secundò *sub num.* 14. affirmat, quòd Collegiata Carpen. acceptauit in specie decretum illud Cõcil. Trid. *sess.* 24. *c.* 12. quo cauetur, vt Canonicatus, alij sint Sacerdotales, alij Diaconales, & alij Subdiaconales, vt in Synodo habita ab Ordinario Carpen. *anno* 1571. sub *tit. de Dignit. & Canonic.* vbi iubetur, quòd tale decretum executioni demandetur; sicuti postea factũ esse infertur, dum in statuto sancitum fuit, Missas per Canonicos esse celebrandas, & cum tale onus iniunctum fuerit omnibus Dignitatibus, dicitur præsumendum esse, statuentes voluisse omnes esse Sacerdotales.

29 Et tamen apparet contrarium ex alia parte dicti statuti, relata per eum sub *n.* 37. ibi, *Che quelle Dignità, Canonici, & Mansionarij, che non saranno ordinati al Sacerdotio, siano tenuti a far celebrare le Messe Corp ad altri Preti.* Ergo si datur casus, quod Dignitates Canonici, & Mãsionarij possunt stare sine Ordine Sacerdotali, falsum est dicere, quòd sint arctati, & quod habeant Ordinem Sacerdotalẽ annexũ.

30 Tertiò sub *n.* 18. ponit, quod Beneficium habet residentiam personalem, quando vltra Missarũ celebrationẽ, habet onus adiuuandi Curatũ in cãtãdo, & aliis similibus, & vbi imponitur interessentia, seu assistentia chori, censetur iniunctum seruitium personale, nõ solùm Chori, sed etiam Missarum, vt ex Lara *de Capellan. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 6. notat Garc. *de Benef. d. p.* 7. *c.* 1. *n.* 89. *in fin. vers. Placet tamen.*

31 Sed hoc procedit, vbi non adest alternatiua inseruiendi per se, vel per alium; quia tunc electio est Capellani de inseruiendo per se ipsum, vel per substitutum, iuxta regulam *cap. in alternatiuis*, vbi glos. & Dynus, *de regulis iuris in* 6.

32 Quartò sub *num.* 15 refert, quòd Canonici Collegiatæ habent residentiam, & sic doctrinæ, ac decisiones firmantes ex impositione oneris celebrandi Missis, nõ inferri ad annexionem Ordinis, intelligi debere in Beneficiis residentiã non requirentibus, non autem in Canonicatibus, & ad hoc citat Garc. *de benef. d. p.* 7. *c.* 1. *n.* 85. 86. 87. *&* 88.

Cæterùm Garcia locis mox relatis, hoc non declarat, nec verbum quidem dicit de Canonicis, sed 33
solùm firmat quod nisi expresè caueatur, quod Beneficiarius per se ipsum celebret, satis censetur prouisum voluntati testatoris, si per alium celebrare faciat, & subiungit, nec requiritur personalis residentia, ex quo sumus in Beneficio simplici, in quo ex generali consuetudine non requiritur residentia; & huic obiecto residentiæ satisfeci sub *n.* 17. *&* 18.

Quintò post *num.* 27. & sub *num.* 28. respondendo obiecto alternatiuæ positæ in dicto statuto, ibi: 34
Dire ò far dire le sue Messe, asserit hoc esse intelligẽdũ stante aliquo iusto impedimento, vtpotè infirmitatis, vel absentiæ iuxta doctrinam Barbatiæ *in dict. cons.* 33. Gutierr. & aliorum. Cuius quidem cõtrarium est verius, vt post multos DD. declarauit Rota ex mente sacræ Congregationis Concilij *in decisionibus relatis supra sub num.* 14.

Sextò sub *num.* 29. inquit, quòd aliàs esset absur 35
dum, cum Canonici debeant per se ipsos, & nõ per substitutum inseruire, non obstante quacunque cõsuetudine etiam immemorabili in contrarium, iuxta dispositionem Concilij *in d. cap.* 12. *in fine, vers. Omnes vero diuina, sess.* 24. *de reformat.* Seraphin. *in dict. decis.* 1256. *num.* 4.

Sed hoc est intelligendum, quando onus est an- 36
tecedenter annexum cuilibet Canonico, & postea fit statutum, vt possit satisfieri per substitutum; sed quando in eodem statuto imponitur onus modificatũ per alternatiuã, & statutum est confirmatum à Sede Apostolica (vt idem Ciarlinus fatetur) sufficit, quod illud obseruetur eo modo, quo disponit; maximè cum ex lectura rubricæ dicti statuti constet Missas celebrandas, non spectare ad Canonicos ratione Canonicatus, sed ratione oneris ipsius Ecclesiæ ob legata pia ei facta, quas nõ posse per aliũ Capellanũ celebrari non reperitur prohibitum, & huic obiecto satisfeci, etiam suprà sub *num.* 21. 22 *&* 23.

Septimò sub *num.* 31. ait, quòd dato etiam, quod 37
vigore dicti statuti Canonicus posset inseruire per substitutum, non inde tamen cessaret, quin Canonicatus esset Sacerdotalis, assumendo argumentum à Curato; qui licèt habeat annexum Ordinem Sacerdotij, tamen per se, & per alterum munus adimplere potest, secundùm Azor, *inst. Moral. p.* 1. *lib.* 10. *c.* 24. *q.* 1. *in princip.* dummodo tamen id passim non faciat, nec ad longum tempus. Posseuin. *de offic. Curat. cap.* 1. *num.* 5.

Quod quidem argumentum nullius est momẽ- 38
ti; quia Curatus debet administrare Sacramenta, & quatenus possit vices gerẽtes habere pro supplenda Parochiæ necessitate, non tamen ipse excusatur ab Ordine Sacerdotij, sed Canonicus nõ tenetur administrare Sacramẽta; imò inspecta dispositione iuris sufficit, quod habeat primam tõsuram, & 14. annum attigerit, vt probaui in princip. sub *num.* 2. *&* 4. qua rationis disparitate stante non potest procedere argumentum à pari, siquidem parium eadem debet esse natura, & potentia, vt docet Euerard. *in locis argument. loco à pari n.* 1. *&* 2. *fol.* 137.

Octauo sub *n.* 38 ad tollendam obseruantiam 39
dictæ Ecclesiæ, quæ erat de prouidendo Canonicatus in adolescentulos 14 annorum, & de inseruiendo per substitutum in dictis Missis celebrandis, respondet hoc potius esse abusum, quàm obseruantiam, & quod Ordinarius potuit dispensare etiam tacitè, vt præsumitur eo ipso, quod admisit

misit Canonicos non integræ ætatis, ex allegatis per Barbos. *de offic. & potest. Episcopi p. 3. allegat. 93. n. 27. & 28.* & idem asseuerat potuisse facere Capitulum.

40 Quæ profectò conclusio nullam habet subsistentiam, quia nec Capitulum, nec Episcopus potest dispensare super defectu ætatis post Concil. Tridentin. vt tradunt relati per Garc. *de benef. p. 7. c. 4. n. 57.* & dicam infrà sub *num. 56.* & quod quãdo sumus in dubiis, ad effectum dignoscendi, an sit annexus ordo Sacerdotalis, vel ne, recurrendum sit ad obseruantiam interpretatiuam dixit Rota *in d. dec. 129. n. 2. coram Mantica.*

41 Nonò sub *n. 53. 54. & 55.* concedit, quòd Canonicatus Ecclesiæ Carpen. possunt dari adolescentulis 14. annorum, qui tamen non dicentur arctati nisi postquam peruenerint ad ætatem requisitam ad Sacerdotium, ad quod citat Garc. *de benef. p. 3. cap. 4. n. 10. 11. & 12.*

42 Sed hoc assumptum est impossibile quod possit sustineri, quia si Canonicatus est Sacerdotalis, non potest de illo prouideri, nisi illi qui infra annum possit ad Sacerdotium promoueri, vt disponitur per Sac. Concil. *in sess. 22. cap. 4. & in dict. sess. 24. c. 12. de reformat.* vbi prouisiones aliter factæ irritantur, nec contra dicit Garcia *locis proximè citatis*, sed solùm dicit, quòd prouisus in minori ætate de præbenda requirente Ordinem sacrum cum dispensatione Apostolica, non poterit per Episcopum dicta præbenda priuari ob non susceptum dictum Ordinem, nisi postquam peruenerit ad ætatem requisitam pro illius susceptione, vt patet ex lectura sub *n. 17.* ibi: *Nisi forte careat quis ætate ad Ordinem requisita, quia ex dispensatione in minori ætate obtinuit præbendam, tunc enim non potest ea priuari ob ipsam causam.*

43 Imò hæc doctrina retorquetur, quia dum prouisi de Canonicatibus Collegiatæ Carpen. non excedebant ætatem 14. annorum, & eos pacificè possederunt absque dispensatione Apostolica, denotat non habere annexionem Ordinis presbyretatus.

44 Decimò, & vltimò dicit, quòd gratia sui Concanonici, ex quo nemini erat detrimenti, debebat ampliari, & ad æquas causas produci, & ratione analogica extendi, maximè cum impetratio gratiæ illo casu, erat facta ad effectum satisfaciendi suo muneri in Ecclesia ad mentem Concilij, & ideò non videbatur æquum tam stricto iure procedere, sed cum ipso impetrante erat benignius agendum, & concludit, quòd Ordinarius poterat dispensare cum ordinato extra tempora, ex *cap. consultationi,* vbi DD. & glos. *de temp. ordin.* Azor. *moral. instit. part. 2. lib. 3. cap. 50. quæst. 10. vers. Cum eo itidem, qui recepit.*

45 Quæ sola vltima ratio potuit mouere Ordinarium ad impartiendum licentiam ad effectum, vt Canonicus malè ordinatus extra tempora, posset Missam celebrare; & ideò nihil facit ad decisionem præsentis controuersiæ.

46 Prætetea est aduertendum, quòd casus præsens est diuersus ab illo Ciarlini, quia attentis verbis statuti, ibi: *Ordiniamo che ogni Dignità, Canonico, è Missionario, sia tenuto dire, ò far dir le sue Messe i giorni festiui,* videtur iniunctum omnibus onus celebrãdi quolibet die festiuo, vt denotat dictio illa, *ogni,* quæ neminem excludit, & distribuit cuilibet onus celebrandi, vt pluribus cõprobat D. Barbosa *in tractat. de diction. vsu frequent. diction. 241. num. 1. & 22.* & sic quatenus alternatiua eis non suffragaretur, nisi iusto stante impedimento, non videbatur posse adimpleri mens statuentium, nisi celebrando omnes Canonicos singulis diebus festiuis.

In proposito verò fundator solùm voluit, quòd Missa maior esset certa, quæ cùm possit celebrari per Canonicos, qui aderunt pro tempore Sacerdotes in hac Ecclesia, satisfactum censebitur dispositioni constitutionis fundatoris, absque eo quod obligentur omnes Canonici ad suscipiendum Ordinem Sacerdotalem. 47

Vlteriùs aduerto, quòd Canonici Ecclesiæ Carpen. voluerunt (licet non obligati) acceptare dispositionem Concilij Tridentini *in d. cap. 12. sess. 24.* vbi loquendo de Cathedralibus cauetur, vt Canonicatus, alij sint Sacerdotales, alij Diaconales, & alij Subdiaconales, & ideò quatenus voluerunt imponere singulis Canonicis onus Missarum, videbatur esse probabile requiri Ordinem Sacerdotalem. In casu verò præsenti non adest talis acceptatio dicti decreti, & sic nec Ordo Sacer requiritur ad huiusmodi Canonicatus obtinendum. 48

Demùm non aduersatur absurdum consideratum per informantes pro Capitulo, nempe quod si declaretur Canonicos huius Ecclesiæ non habere Ordinem Presbyterij, posse dari casum in futurum, quod omnes Canonici sint 14. annorum, vel quatenus habeant ætatem legitimam recusent ad Presbyteratus Ordinem promoueri, sicut modo facit D. Iosephus Beno de Rei, & consequenter in Ecclesia non adsit Sacerdos, qui possit Missam maiorem celebrare, & constitutio fundatoris reddatur frustratoria, contra iuris regulas, quæ volunt, vt conditiones iustæ, & iuris dispositioni conformes appositæ per fundatores, sint ad vnguem seruandæ, vt *in cap. significatum, de Præben. & in Clem. quia contingit, de Religios. domib.* & tradit Concil. Tridentin. *in sess. 25. c. 5. de reformat.* Gutierr. *cons. 1. & 2. vtrobique sub num. 1. & 2.* vbi quòd à fundatione recedere non licet. 49

Quia, moraliter loquendo, impossibile est, quod possit dari casus prætensi absurdi, cùm sit in confesso inter partes, in huiusmodi Ecclesia adesse sex Dignitates, viginti nouem Canonicos, & decem & octo Racionerios, & ex his, exceptis quinque Dignitatibus, & duodecim Præbendis, in quibus dignitas Archiepiscopalis habet alternatiuam, cum Vniuersitate dictæ villæ de Alcalà; reliquæ omnes prouidentur ab ipsa Vniuersitate in Doctores magis antiquos graduatos per eam in sacra Theologia, vt probatur ex *concordia registrata in process. fol. 41.* qui quidem Doctores magis antiqui cum lauream Doctoratus Theologici potiri nequeant absque eo, quod sint Ordinibus sacris insigniti, vt sancitur *in constitutione 47. dictæ Vniuersitatis,* certum est, quòd nõ erũt, nisi prouectæ ætatis, & forsan omnes Sacerdotes; sed quatenus nõ sint tales, sufficit quod inter omnes prouisos huius Ecclesiæ adsint tot in ætate prouecta, vt possint cogi per Episcopum ad se promouendum ad Ordinem Presbyteratus, pro celebranda Missa maiori, requisita per fundatorem, ac aliis oneribus subeundis, iuxta Ecclesiæ necessitatem. 50

Quandoquidem, & si dispositio Concilij Tridentini *in dict. cap. 12. sess. 24. de reformat.* non comprehendat Ecclesias Collegiatas. Nihilominus suadente necessitate Ecclesiæ poterit Episcopus Canonicos Collegiatarum compellere, ad se promouẽdum ad Ordinem eidem Episcopo bene visum, vt per textum *in cap. quatis, de ætat. & qualit. & Ordini præf.* tradit Moneta *de distribution. p. 2. quæst.* 51

2. quaest. 19. num. 4. circa fin. & num. 31. sequitur Lotter. de re benef. dict. lib. 2. q. 47. n. 49. & idem tenet Boër. in decis. 171. n. 2. vers. Et ideo.

52 Pro quorum omnium corroboratione extat obseruantia subsecuta; quae, quatenus versaremur in dubiis, deseruiret pro interpretatione, Gonçal. in regula 8. Cancell. glos. 5. in princip. sub num. 86. vers. Et ideo obseruantia, Lotter. de re benef. lib. 2. dict. quaest. 47. n. 30. & in terminis annexionis Ordinis dixit Rota in d. dec. 129. n. 2. coram Mantica. Obseruantia autem istius Ecclesiae est, quod inter solos Canonicos Sacerdotes, qui assistunt Choro secundùm turnum repartiuntur hebdomadae pro Missis maioribus celebrandis, & inter ipsos Sacerdotes tantum diuidũtur distributiones ad hunc effectum ex massa cõmuni assignatae, absque eo quod de Canonicis, qui non sunt Sacerdotes habeatur ob id vlla ratio, vt cõstat ex certificatione Magistri ceremoniarũ, & Punctatoris, ac Repartitoris Chori dictae Ecclesiae, cui consonant testes pro eodem don Iosepho examinati in process. fol. 179. Qui quidem testes deponunt vlterius, quòd in dicta Ecclesia plures adfuerunt Canonici, qui per plures annos non se promouerunt ad Ordinem Presbyteratus, & alij, qui nec etiam ad Ordinem sacrum erant promoti, & alij, qui longo temporis spatio steterũt sine Ordine sacro, & postea absque vlla coactione se ordinarũt, & nunquam perdiderunt aliquam fructuũ partem. Itidem deponunt, quod aliqui fuerunt prouisi absque eo, quod haberent aetatem requisitam ad Ordinem sacrum, & habuerunt pacificam possessionem, ac perceperunt fructus, sine vlla dispensatione.

53 Ex hac igitur actuum frequẽtia, ac tẽporis diuturnitate rectè probatur obseruantia, seu consuetudo, secundùm Bart. in l. de quibus, num. 23. ff. de legib. Alex. cons. 45. n. 2. lib. 2. Dec. cons. 483. n. 25. maximè
54 obseruantia interpretatiua, quae non requirit longi temporis praescriptionem, Lotter. de re benef. lib. 1. q. 39. num. 159. cum seqq. & in terminis annexionis Ordinis Rota in d. decis. 129. num. 3. coram Mantica.

55 Nec potest dubitari, quin dicta obseruãtia suffragetur, cum de ea Episcopus ignorantiam praetẽdere nequeat, stantibus visitationibus, quas facere tenetur in Ecclesiis suae Dioecesis, sicut nec minus Capitulum, dum admisit ad possessionem, ad assistentiam Chori, & ad participationem fructuũ prouisos non habentes Ordinem sacrum, ac aetatem ad illum requisitam; quod certè non fuisset permissum, nec permitti poterat si ex lege fundatoris praebendae haberent annexum Ordinem presbyteratus; quia tales prouisiones fuissent irritae ex dispositione Concilij Tridentin. in dict. cap. 12. sess. 24. de reformat. ibi: *Nec aliis in posterum fiat prouisio, nisi iis, qui iam aetatem, & caeteras habilitates integrè habere dignoscantur, aliter irrita sit prouisio.*

56 Qua responsione tollitur, quod versemur in facultatiuis, ita vt potuerit Capitulum, cum talibus prouisis mitius agere; quia non potest Capitulum, nec Episcopus derogare dispositioni Concilij, & eo minus super defectu aetatis, vt refert decisum Garc. de Benef. p. 7. cap. 1. n. 99. in fin. & n. 112. & notat D. Augustin. Barbos. in Collectan. ad Concil. sess. 25. de re-
57 format. cap. 5. n. 3. & quod Episcopus non possit, nec minus cum consensu Patroni, dispensare super defectu qualitatis Sacerdotij requisitae in limine fundationis, dixit Rota in decis. 446. n. 9. vers. Maximè, part. 5. recent. & in decis. 680. num. 3. Coram Buratto.

Hinque etiam patet nihil obstare cõtrariam obseruantiam ex aduerso praetensam, siue ea desumatur ex testibus per Capitulum examinatis, siue ex duobus actibus Capitularibus, siue ex Bullis Apostolicis praesentatis.

Nam quoad testes, qui sunt quatuor, & ex his tres sunt Ministriles dictae Ecclesiae nihil concludunt, imò cõtradicunt dispositioni cõstitutionis dũ dicunt, quòd secũdùm dispositionem iuris communis, sacri Concilij Tridentini, & Constitutionis Ecclesiae, adest consuetudo, quod Canonici debeãt ordinari Ordine sacro, & quod recusantes possunt compelli per Capitulum, & inter compulsos agnouerant don Ioannem de Sandoual, cum tamen cõstet, quòd nec ex dispositione iuris communis, nec Concilij Tridentini requiritur Ordo sacer in Collegiata, ex superius firmatis sub num. 2. & 4 Et quatenus esset intelligenda constitutio fundatoris, pro annexione Ordinis, deberet Ordo esse Sacerdotalis, non autem Subdiaconalis, vt dicunt ipsi testes; quia Missa maior non potest celebrari nisi à Sacerdotibus; & ex testibus examinatis pro dicto don Iosepho probatur D. Ioannem de Sãdoual stetisse, sine Ordine sacro, vsque quo ad legitimã aetatem peruenisset, & tunc suscepit Ordinem Subdiaconatus, stetitque in Ecclesia spatio duodecim annorum, donec obiit, absque aliqua amissione fructuum suae praebendae. 58

Vnde, cùm testes adducti pro Capitulo nihil cõcludant, & econtra testes dicti D. Iosephi plenè probent repartitionem hebdomadarum pro Missis maioribus celebrandis, fieri tantum inter Sacerdotes Canonicos, & in dicta Ecclesia plures adfuisse Canonicos sine Ordine Sacerdotali, & aliquos sine Ordine sacro, absque vlla amissione fructuum, & dispensatione, vtpote: 59

Praedictus D. Ioannes de Sandoual.

Item Fernandez de Villegas, qui solùm fuit Subdiaconus, & vixit Canonicus spatio 40. annorum; & quãuis dispensaretur à residentia, ob officium, quod habebat sanctae Inquisitionis, non inde sequitur, quod esset dispensatus ab Ordine Presbyteratus, si eo egebat vigore fundationis.

Item Doctor D. Franciscus de los Rios, qui adeptus fuit possessionem Canonicatus, dum 22. annum suae aetatis agebat.

Item Doct. D. Ioannes de Gareca, qui possedit Canicatum per sex annos absque vllo Ordine sacro, & postea promotus fuit ad Doctoralem Toleti.

Item Licentiatus D. Antonius Escudero, qui fuit Canonicus per tres annos sine Ordine sacro, & idẽ probatur de pluribus Racionerijs, vt in dict. process. fol. 179. cum seqq.

Per necesse dicendum est, quòd hi testes sint praeferendi; tum quia sunt sex, & sic numero plures Farinac. de testib. quaest. 65. n. 106. & seqq. tum quia sunt magis qualificati, cũ sint, vel Doctores, vel Magistri, vel Canonici, vel Dignitates, seu Racionerij magis antiqui dictae Ecclesiae, Farinac. ibidẽ n. 114. & in specie de Doctore sub n. 119. tum quia deponunt verisimiliora ibidem sub num. 120. tum & etiã, quia sunt magis informati, & deponunt de rebus ad eosdemmet testes pertinentibus, magis specificè, cum ratione, & redditione causae, nempe, quia aliqui sunt Punctatores, aliqui Magistri caeremoniarum, alij Hebdommadarij, & omnes de gremio Capituli, cum quo est controuersia; idem Farinac. vbi supra num. 165. & 170. & 172. & 186. vbi quòd magis creditur testibus peritis quàm non peritis. 60

Quantũ verò attinet ad duos actus Capitulares; quibus 61

quibus Capitulum compellere conatus fuit Canonicos ad suscipiendum Ordinem sacrum, & quod idem seruaretur in futurum, ab eis qui de nouo prouiderentur; dicitur, quòd imprimis ex illis probatur potius dictam constitutionem fundatoris, vel non esse in vsu, vel non importare annexionē Ordinis, dum tunc temporis Capitulum voluit statuere super annexione Ordinis sacri, & compellere eos, qui tunc prædicto Ordine non erant insigniti.

62 Secundò respondetur, quòd Capitulum non potest statuere in his, quæ tangunt iura singularium personarum ipsius Capituli, Felin. *in cap. cum omnes sub num. 18. vers. 10. fall. t, de constitut.* & *ibi* Panormit. *num. 7. vers. Vemo ad secundum*, & in specie, quòd annexio Ordinum spectet ad Episcopum, cum consilio Capituli statuitur per Concil. Tridentin. quando loquitur de Cathedralib. *in d. sess. 24. de reformat. cap. 12.* Imò quòd Episcopus possit in hoc non sequi consensum Capituli, refert Piasec. *in praxi Episcopal. part. 2. cap. 2. num. 7. & cap. 2. num. 7.* sequitur D. Barbos. *in Collectan. ad Concil. Trid. in dict. c. 12. sess. 24. de reformat.*

63 Tertiò considerantur, quòd dicti actus Capitulares se referunt ad iuris communis, & Cōcilij Tridentini dispositiones; quæ in Collegiatis non requirunt Ordinem Sacrum, vt suprà fuit firmatum, & quatenus secundus actus Capitularis se refert ad consuetudinem Ecclesiæ Toletanæ, pariter detegitur erroneus; quia etiam in Ecclesia Toletana adsunt Præbendæ, sine annexione Ordinis sacri, quoties eas possidentes velint amittere medietatem distributionum; vltra quod non valet allegare consuetudinem Ecclesiæ Cathedralis, in Ecclesia Collegiata, cum militet diuersa ratio, consuetudo enim non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam, *l. 1. §. si quis hoc interdictum*, & *ibi* Bart. *ff. de itiner. actúque priuat. l. ius singulare, & l. quod verò contra, ff. de legib.* Aretin. *cons. 122. n. 4.* Purpurat. *cons. 521. n. 12.*

64 Et eo minus, quando, pro vt hîc, in loco controuerso adest consuetudo particularis, tunc enim ista particularis est attendenda, *cap. super eo 22. de censib.* & tenuit Rota *in decis. 95. n. 3. & in decis. 419. n. 4. coram Cardinal. Caualerio.*

65 Quo ad denique Bullas Apostolicas pariformiter respondetur non releuare; quia altera ipsarum, quæ est Pauli Quinti, continet dispensationē dicti Ioannis de Sandoual, super defectu gradus Doctoratus, Magisterij, vel Licentiati requisiti, ad cōsequendas Dignitates dictæ Ecclesiæ, & in narratiua petitur ex abundanti dispensatio super defectu ætatis requisitæ ad aliquem Ordinem sacrum, forsan dictæ Dignitati annexum; quæ superabundans narratiua, quo ad Ordinem sacrum, nihil ponit in esse, vt demonstrat dictio illa, *forsan*, vt ex pluribus firmat D. Barbosa *in tractat. de diction. vsu frequent. diction. 126.* quòd experientia docuit, cum dictus Sandoual nunquam susceperit Ordinem Diaconatus, nec Presbyteratus requisiti pro celebranda Missa maiori, pro vt suscipere debebat, si fundatoris constitutio, de cuius obseruantia agitur, importaret annexionem Ordinis.

66 Altera verò Bulla Apostolica Clementis VIII. emanauit pro confirmatione decreti Capitularis, quo cauebatur Portionarios debere per se ipsos inseruire pro Diaconis, & Subdiaconis, vel dare aliam personam idoneam sub certa pœna; Pontifex verò, quia in supplicatione sibi data pro dicta confirmatione obtinenda, narrabatur onus inseruiendi per se ipsos incumbere dictis Portionariis, ex antiquissima consuetudine, & ab ipsa ferè fundatione, vt in *proces. fol. 130.* noluit confirmare dictum decretum in ea parte, qua dabatur facultas inseruiendi per substitutum; & hoc summa cum ratione, quia supposito, quod ex antiquissima consuetudine Portiones essent Subdiaconales, & Diaconales, non poterant inseruire per substitutum, resistente dispositione Concilij Tridentini *in dict. sess. 22. de reformat. cap. 4. & in d. sess. 24. c. 12. vers. Omnes verò.*

At cum ex superius deductis constet talem antiquissimam consuetudinem non extare, corruit eiusdem Bullæ dispositio, & vlterius est aduertendum, quod dicta Bulla loquitur de Racioneriis, nō autem de Canonicis, & obseruantia ad hoc vt releuet, debet probari particulariter, & in specie in casu controuerso, Alex *cons. 6. per tot. lib. 5* Castrens. *cons. 340. circa fin. vers. Super est, lib. 2.* Rolan. *cons. 80. n. 10. cum seqq. lib. 1.* & non sufficit æquiuoca, sed concludens probatio requiritur, Abb. *in cap. 2. in fin. de censib.* Ruin. *cons. 104. n. 15. lib. 5.* Rota *decis. 120. n. 2. p. 2. recent.* 67

Quibus sic positis nullius est momenti prorogatio termini petita per dictum don Iosephum in Capitulo, quando fuit ei notificatum, quod deberet se ordinare Ordine sacro, consentiendo, quod post lapsum dicti termini, suscepisset Ordinem sacrum, vnde inferebatur, modò ipsum non posse venire contra propriam confessionem, ex *l. generaliter, C. de non numerat. pecun.* ibi: *Nimis est indignum, quod sua quisque voce affirmauit, id postmodum infringere velle.* 68

Siquidem hoc procederet, quando dictus don Iosephus consensisset actui legitimè per Capitulum facto, sed cum ex superius deductis *sub n. 61. & 62.* appareat Capitulum non potuisse facere decretum, cui dictus D. Iosephus consensit, corruēte decreto, corruit quoque consensus, eius vigore præstitus, ex adductis per Bec. *in cons. 331. num. 50. vol. 2.* & docet Rota apud Farinac. *in posthum. decis. 586. per tot. vol. 2.* maximè stante protestatione præcedente, dicto consensui, de non consentiendo, vt latè prosequitur VVesembec. *cons. 4. n. 99. vol. 1.* & in simili videmus de confessione facta in qualibet materia, quæ si detegatur erronea (pro vt in præsenti) potest per confitentem reuocari, & sibi non præiudicat, *l. non fatetur, ff. de confess.* Anchar. *cons. 291. n. 3.* Dec. *cons. 408. n. 5.* Menoch. *cons. 147. n. 29.* 69 70

Idque procedit, siue error, sit in facto, siue in iure, Paul. de Castr. *in d. l. non fatetur*, Decian. *cons. 51. n. 24. lib. 2.* & eo ipso apparet de errore, quoties constat de veritate in contrarium, Alex. *cons. 102. sub n. 8. vers. Igitur idem, lib. 1.* Aretin. *cons. 14. num. 8. ante med.* Rol. *cons. 69. n. 48. in fin. & n. sequent. lib. 3.* 71

Insuper est aduertendum, quòd sententia Vicarij non condemnat dictum don Iosephum ad suscipiendum Ordinem sacrum dumtaxat, cuius susceptioni dicitur consensisse, sed declarat eum debuisse promoueri ad Ordinem Presbyteratus, à die adeptæ possessionis præbendæ; quod nunquam petiit Capitulum, vt patet ex lectura processus, & sic potest etiam dici, quod dicta sententia, vti non conformis libello, & petitioni, sustineri non possit, vt probat textus *in l. vt fundus, ff. commun. diuidun.* 72

Toletana

Toletana Naturalitatis.

Filius naturalis quis dicatur? Matrimonium validè contrahit, qui lite pendente ſuper validitate alterius primò contracti, illud contraxit, ſi primum poſtea nullum declaretur, etiam reſpectu effectuum ab ipſo matrimonio prouenientium.

VOTVM CXIV.

1 *Caſus proponitur decidendus.*

2 *Filius naturalis dicitur, qui ex ſoluto & ſoluta, & inter quos matrimonium eſſe poteſt, natus eſt.*

3 *Habilitas ad efficiendum filium naturalem ſumenda eſt vel inſpecto conceptionis, vel natiuitatis tempore prout nato fuerit vtilius.*

4 *Naturalis vt dicatur filius non requiritur de iure Canonico quod natus ſit ex concubinatu.*

5 Cap. cùm in Apoſtolica, de ſponſalib. *refertur.*

6 *Matrimonium ſecundum valet pendente litigio ſuper primo, ex quo primum in rei veritate fuit pronuntiatum nullum.*

7 *Litis pendentia non impedit Matrimonium contrahi.*

8 *Matrimonium nullum non impedit validitatem ſecundi matrimonij rectè contracti.*

9 *Matrimonium pendente lite ſuper prioris validitate contractum, ſi illius nullitas euincatur, validum eſt.*

10 *Matrimonium contrahens ſecundum lite pendente ſuper validitate primi non dicitur attentare.*

11 *Filij habiti à patre ex puella ſoluta durante lite ſuper validitate matrimonij cum alia nulliter contracti, legitimantur per ſubſequens matrimonium cum dicta puella contractum.*

12 Cap. tua fraternitas, de ſponſa duorum, *refertur,* & num. 15. *intelligitur.*

13 *Interdictum Eccleſiæ ne Matrimonium contrahatur quibus modis fiat.*

14 *Matrimonium contractum contra interdictum Eccleſiæ validum eſt, niſi contineat decretum irritans.*

16 Cap. cùm in Apoſtolica, de ſponſalib. *declaratur.*

17 Cap. 1. & cap. veniens, de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adult. *intelliguntur.*

18 Cap. pen. eod. tit. *exponitur.*

19 *Filij nati ex Matrimonio putatiuo ad hoc vt legitimi ſint cenſendi bona fides ſaltim alterius coniugis requiritur.*

20 *Adulterij pœna locum habet etiamſi matrimonium fuerit nullum.*

21 *Filij ſuſcepti ob vxorato non ſunt naturales, nec legitimantur per ſubſequens matrimonium.*

22 *Fictio iuris pro veritate habetur.*

23 *Legitimum dicitur à lege approbatum, vel toleratum.*

24 *Naturalis filius in dubio potius præſumitur quam ſpurius.*

25 *Filiis, vt ſint legitimi fauet lex quantum poteſt.*

26 *Pro legitimitate in dubio pronuntiandum.*

VErtente lite inter Franciſcum de Rio, & Donam Mariam Palomam ſuper nullitate Matrimonij, idem Franciſcus ex muliere ſoluta genuit filiam nomine Antoniam de Rio, quæ nata fuit diebus viginti tribus antequam Matrimonium nullitatis ſententia diſſolutum fuiſſet; prout dictis diebus tranſactis nullum & inualidum fuit declaratum in Rota, data contrahentibus facultate, vt ad alias nuptias conuolare, vel alium vitæ ſtatum, quem maluerint, eligere poſſent. Hac facti ſerie ſuppoſita interrogatus fui, an dicta Antonia de Rio durante nullo illo patris Matrimonio genita ex muliere ſoluta, debeat ad omnes iuris effectus naturalis reputari, vel ſpuria ſit cenſenda? Et naturalem eſſe reſpondi, cum illi omnia conueniant requiſita, quæ ad filiationem naturalem Doctores requirunt. 1

Eſt enim certa iuris concluſio naturalem filium generaliter illum dici, qui ex ſoluto & ſoluta, & inter quos Matrimonium eſſe poteſt, natus eſt, *cap. innotuit* 20. *de elect.* vbi *num.* 6. *in collect.* plures refero Doctores, *l.* 11. *Tauri, l.* 9 *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop.* vtrobique Regnicolæ, & citatis per me addo Robles de Salzedo *de repræſent. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 8. Baſil. Pont. *de matrim. lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 1. Melch. Phœbos *Luſit. deciſ.* 68. *num.* 6. Cardoſ. *in praxi Iudicum, & aduocat. verb. filius num.* 7. Michael. Reinoſo *in obſeruat. iuris obſeruat.* 4. *num.* 2. 2

Quæ quidem parentum in ſolutionis ſtatu exiſtentia ad filios naturales efficiendos, ſumenda eſt vel inſpecto conceptionis vel natiuitatis tempore, prout filiis huiuſmodi vtilius fuerit. Ita per tex. *in l. qui in vtero, ff. de ſtatu homin. & in l. etſi ſeruum* 5. §. *ingenui, ff. eod. & in l. nuper C. de natural. liber.* reſoluunt Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 15. *num.* 118. *&* 119. Cou. *de ſponſalib. p.* 2. *c.* 8. §. 2. *n.* 5. Pereg. *de fideicom. art.* 14. *num.* 50. Azori. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 13. *q.* 3. P. Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 172. *n.* 40. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 7. *num.* 19. Baſil. Pont. *in ſimili tract. lib.* 11. *cap.* 3. Fachin. *controuerſ. lib.* 3. *cap.* 50. Melch. Phœb. *Luſitan. deciſ.* 68. *num.* 12. *p.* 1. citati per me *in collect. ad cap. tanta num.* 31. *qui filij ſint legit.* 3

Nec ad hoc vt naturalis dicatur filius requiritur quod natus ſit ex concubinatu (cuius requiſita 4

referunt Farin. *in praxi crimin. p.4.q.138. à num.8.* Robles de Salzed. *d.lib.2. cap.11. num.7.* Rot. *decis. 254. p.2. diuers.*) nam licèt iure ciuili aliud suaderi videatur, ius tamen Canonicum illi in hac parte præualere debet, cùm *in d. cap. tanta*, tale quid non requiratur. Ita Duen. *reg.350. num.11.* Cou. *d.§. 2. n.4.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. num.6.* Pereg. *d. art. 14. num. 53.* Mieres *de maioratu p.2. q.1. num.6. & 7.* Azori. *d. cap. 13. q.4.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.1. tit. de legitimat. resol. 1. num.5. & 6.* Æmil. Gall. *de exception. tit.4. p.2. except. 27. num.213.* Fusar. *de substitut. q.409. n.126.* Melch. Phœb. *Lusit. decis.68. num.6 p.1.* vbi dicit receptum iure Canonico, & ex totius orbis consuetudine, & ait consonare Ordinationem Reg. Lusit. *lib. 4. tit. 71.* & apud Hispanos *l.11. Tauri.*

5 Vnde si Antonia de Rio supponetur nata, prout vere est, ex parentibus, inter quos de illo tempore Matrimonium valide contrahi poterat, bene infertur illam pro naturali habendam; quod autem Matrimonium validè contrahi potuerit, probat expressè text. *in cap. cùm in Apostolica 18. de sponsalib.* in quo decidit Pontifex Vrbanus III. quòd Matrimoniali lite pendente si litigans ante sententiam iudicis accipit aliam vxorem ignorantem facti, postea si feratur sententia de nullitate Matrimonij, tenet secundum Matrimonium, licèt fuerit contractum pendente lite, sed viro debet iniungi pœnitentia, & vt abstineat à coniuge per tempus pœni-
6 tentiæ. Ex quo vulgo colligitur valere secundum Matrimonium pendente litigio super primo, ex quo primum in rei veritate fuit pronuntiatum nullum, vt per Abb. *ibi n.3.* idem tenet Ruin. *cons. 150. num.19. lib.5.*

7 Bald. de Vbaldis Perus. *cons. 3. num 11. tom. 1. inter consilia Matrimon.* ibi. *His tamen non obstantibus contrarium dico, scilicet secundum Matrimonium valere, & prolem esse legitimam, & hoc ideo quia fuit à primo separata per sententiam*, &c. & *n. 13.* ibi, *Nec obstat pendentia litis, vel appellationis, quia illa non impedit Matrimonium contrahi, cap. cum in Apostolica, de sponsal. cap. 2. de Matrim. contracto contra interd. Eccles. quæ iura procedunt cum prima lis pendeat, & nulla sententia erat lata pro contrahente, & sic nullum habet colorem contrahendi fortius enim procedunt in illo qui iam habet vnam sententiam pro se, vt in casu nostro*, &c.

8 Anton. Cardos. *in praxi Iudicum, & aduocat. verb. Sacramentum. §. de Sacramento Matrimon. num. 36.* ibi, *Matrimonium contractum cum vna valet pendente lite cum alia super Matrimonio, seu sponsalibus: si primum Matrimonium erat nullum, quia litis pendentia, seu Matrimonium nullum non impedit validitatem secundi Matrimonij rectè contracti, cap. cum in Apostolica, vbi Abb. n.3. & alij, de sponsalib. poterit tamen Iudex illum punire pro arbitrio, quia Matrimonium illud contraxit contra interdictum Ecclesiæ, cap.1.2. & 3. vbi DD. de Matrim. contracto contra interd. Ecclesiæ*, &c.

9 Couar. *de sponsalib. p.2. cap.8. §.1. num.8* Mascard. *de probat. concl. 1023. num.8.* vbi resoluunt Matrimonium pendente lite super prioris validitate, si illius nullitas euincatur, validum esse.

10 Laucellot. *de attent. p.2. cap.4. limit.17. & c.20. limit.18. & p.3. cap.24 q.17. num. 2.* in quibus locis tenet Matrimonium secundum lite pendente super validitate primi Matrimonij contractum validum esse, & prolem legitimam, quando postea primum Matrimonium declaratur nullum: & præcipuè *d. p. 2. cap.4. limit.17. à num. 3.* ita in materia eleganter discurrit. *Quamuis autem contrahens Matrimonium, vt præfertur, lite pendente non dicatur attentare, & consequenter actus non renocetur, incidit tamen in pœnam extraordinariam, de qua in d. cap. cum in Apostolica, & in cap. tenor, de re iudic. vbi Abb. num. 9. præsertim quod coniugibus inhibetur ne inuicem reddant debitum, aut alios actus matrimoniales attentent, vt sensit etiam Ruin. vbi supra, & expressè Imol. per eum allegatum in cons. 125. incip. In causa quæ vertitur, cui subscripsit, & multis comprobauit Angel. de Castro, de quo in 1. vol. consiliorum matrim. cons. 31. incip. Quia ego Angelus à quorum opinione nec etiam videtur dissentire Alexar. Barbat. in cons. 9. Viso n. 4. & seq. lib. 2. & sequitur Deci. cons. 163. In causa sub n. . col.4. in fine vers. tertio respondetur; & ita debet intelligi quod alias simpliciter dicunt Doctores quod lite, vel appellatione pendente super validitate primi Matrimonij non licet ad secundum Matrimonium transire, prout videtur tex. & ibi notat expressè Abb. in cap. tua num. 3. extra, de sponsa duor. videlicet quod non licet impune ad secundum transire, non autem quod Matrimonium in se non sit validum, si primum declaratur nullum, vt dictum est.* *Quam limitationem ampliando intellige vt non solum* 11
procedat respectu actus ipsius matrimonij, sed etiam respectu effectuum ab ipso Matrimonio prouenientium, prout est legitimatio filiorum, quæ fit per subsequens Matrimonium: talis enim legitimatio dicitur valida, etiamsi dicti filij essent concepti lite pendente, vt tradit Port. Imol. in cons. 35. vers. nono lib.4. post Paris. cons. 13. lib. 2. n.24. & cons. 15. col.1. n.2. eod. lib. & faciunt quæ ponit Bald. in prallegato loco inter consilia matrim. cons. 3. num. 11. vbi cum principaliter disputaret an filij nati ex Matrimonio (lite pendente super primo) contracto, essent legitimi, concludit secundum Matrimonium valere, & prolem legitimam fore, &c.

Et hæc est vera opinio; sed obstare videtur tex. 12
in cap. tua fraternitas 4. de sponsa duor. ibi, *Hoc arbitramur agendum, vt si amodo in tali casu duxerint appellandum, eis in Ecclesia publicè interdicas ne ante decisionem causæ, aliud contrahant Matrimonium: & si contra interdictum Ecclesiæ publicè factum venire præsumpserint, Matrimonium tam præsumptuosè contractum poteris irritare*, &c. Ex quo videtur colligi Matrimonium contractum contra interdictum Ecclesiæ esse irritum.

Verùm pro genuina huius text. intelligentia 13
præmittendum est interdictum Ecclesiæ tribus modis fieri, per legem, per iudicem, & per Parochum: per legem fit, quæ certis temporibus nuptias prohibet, de quibus *in cap. non oportet et 2. 33. q.4. & in cap. capellanus, de feriis.* Per iudicem quando pendente super Matrimonio lite, vel illud, vel aliud contrahi specialiter interdicitur, *cap. tua nos, de sponsa duor. cap.1. & vlt. de Matrim. contracto contra interd. Eccles.* Per Parochum, cùm aut impedimentum denuntiatur illi, aut probabilis est eiusdem suspicio, *cap. cum inhibitio in princ. & in §. fane, de clandest. despons.* In his omnibus casibus Matrimo- 14
nium contractum valet, quia prohibitio non dirigitur in ipsum Matrimonij substantiam, sed in accidentia, quod tunc fit cùm non simpliciter, & absolutè Matrimonium prohibetur inter aliquos, sed 1
circumstantia modi, temporis, aut loci, tunc enim nisi lex habeat decretum irritans actus valet, sed lex quæ prohibet Matrimonium contrahi contra interdictum Ecclesiæ, solum tempus videtur prohibere, & non habet decretum irritans; ad quod respexit Sanch. *de Matrim. lib.7. disp. 2.* dum cum communi tenet Matrimonium contractum contra interdictum Ecclesiæ valere, nisi contineat de-

cretum

cretum irritans faciens specialem mentionem Matrimonij.

15 Quare intelligere debemus *d. cap. tua fraternitas* de irritatione mentionem faciens, vel loqui de interdicto Pontificio, nomine Pontificis facto, vel de irritatione quoad cohabitationem, non quoad vinculum, iuxta doctrinam glos. *verb. irritum, in cap. ad dissoluendum, de despons. impub. & verbo poteris irritare in d. cap. tua fraternitas.* Et quicquid sit nullibi constat aliquod interdictum Francisco de Rio factum fuisse, nec inhibitum ne aliud contraheret Matrimonium.

16 Secundò non obstat *d. cap. cùm in Apostolica*, ibi, *Et sic falsitate suggesta quandam aliam facti nescium copulare præsumpsit*, &c. dum videtur supponere mulierem, cum qua villicus secundum contraxerat Matrimonium, prioris notitiam non habuisse, super cuius validitate controuertebatur in iudicio; & sic ignorantiam in causa fuisse, vt secundum Matrimonium validum foret, sequuta prioris nullitate. Quia respondetur secundum Matrimonium validum semper esse tam si illud contrahens sciret quàm si ignoraret aliud prius contractum, vt videtur sentire glos. *verb. remanere, in d. cap. cum in Apostolica*; scientiæ tamen & ignorantiæ distinctio eo casu deseruitet si prius Matrimonium validum foret: nam si quis viuente prima vxore contraheret cum secunda hoc ignorante, si prima moriatur, potest cogi cum secunda vitam agere, data tamen mulieri ad discedendum facultate, *cap. 1. & cap. veniens, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter.* secus verò si cum secunda conscia primæ viuentis Matrimonium contraheret, *cap. ex litterarum, cap. cum haberet, eod. tit.*

17 Sed mirum est cur Pontifex *in d. cap. 1.* iudicat Matrimonium inter eos, inter quos legitimus consensus non fuit: & quare cogat virum in hoc coniugio permanere quasi Matrimonio alligatum, mulieri verò quasi libere diuertendi licentiam faciat? Ad quem nodum dissoluendum, Ego existimo in eo tex. & similibus perfici Matrimonium ex consensu olim expresso inualide, cohabitatione tamen continuato, non vt à principio consensus præstiti, sed vt ex nunc quasi tempore remoti impedimenti exprimeretur. Quandocunque enim agitur siue de Matrimonio, siue de quocunque alio contractu celebrando, qui certam verborum formam non requirat, sed naturali consensu perficiatur, si semel consensus sit expressus, & propter impedimentum iuris non possit effectum sortiri, & actus statim valeat sublato impedimento ex vi prædicti consensus, qui perseuerat, actus perficitur, quoniam verum est dicere in eo actu reperiri consensum, qui per actum nullum rectè significatur, vt probat tex. & *ibi* Bart.

18 *in l. vlt. ff. de rebus eorum*, Menoch. *de arbitrar. casu 161. num. 70.* Nec refragatur tex. *in cap. pen. eod. tit.* de eo qui duxit in Matrim. quatenus videtur requirere nouum consensum, quia respondetur ibi nouum consensum appellari scientiam impedimēti sublati cum perseuerantia prioris, quia nouum ex tunc Matrimonium facit: ideo autem fit facultas mulieri ad recedendum in *d. cap. 1.* quia antequam sciret impedimentum sublatum, consensus non sufficiebat, vt cum primum sciuit, potuit recedere, & consensum reuocare: maritus autem in pœnam non potest; vterque tamen si per diem cohabitauerit impedimento sublato scienter matrimonio alligatus manet.

19 Ex quo patet ignorantiam, & bonam fidem in hac materia requiri & necessariam esse eo casu, quo secundum Matrimonium fuisset nullum, data prioris validitate: ad hoc enim vt filij ex dicto secundo Matrimonio nulliter contracto legitimi censendi sint, bona fides saltim alterius coniugis requiritur, iuxta terminos *cap. ex tenore, qui filij sint legit.* & quæ resoluunt citati per me *in collect. ad d. cap. 2. num. 4. eod. tit.* non sic quando secundum Matrimonium ex inualiditate prioris, validum & legitimum remaneret, vt dixi.

Tertiò etiam non obstat *l. 81. Tauri*, vbi Anton. Gom. *num.* 48. cum qua concordat *l. Regia Lusit. lib. 5. tit. 26.* vbi Patens meus, quem non minus naturæ, quàm doctrinæ meæ reuereor auctorem, quatenus decidit adulterij pœnam locū habere etiamsi Matrimonium fuisset nullum, & putatiuum, cum tradiis à Tiraq. *de iure mariti glos.* 8. *num.* 245. *& seq.* Farin. *in praxi crimin. q. 141. num. 62.* D. Barbos. *in l. 2. ff. soluto matrim. in princ. p. 1. num.* 95. quia respondetur legem illam fundari in eo quòd mulier quantum fecit ex se actum illicitum, & à iure reprobatum ac per consequens delictum commisit tali pœna puniendum. 20

Quartò non obstat *d. cap. tanta, qui filij sint legit. in vers. si autem vir viuente vxore*, dum probat filios susceptos à marito ab alia quam ab vxore sua viuēte non legitimari per subsequens matrimonium contractum cum eorum matre post primæ vxoris mortem; quia verò sunt spurij, per quem tex. ita resoluunt Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 81. n. 22.* Pereg. *de fideicom. art. 24. num. 49.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 105. num. 9.* Ror. *decis. 191. num. 2. p. 1. recent.* ex quo datur intelligi dictam Antoniam vti filiam durante matrimonio extra illud habitam, non naturalem, sed spuriam esse. Respondetur enim Matrimonium illud, quod aliàs toto eo tempore putatiuum fuit, in prolatione sententiæ nullitatis fuisse declaratum nullū, non ex tunc, sed vsque ab initio, & ideo cum re vera nunquam extaret, non potuit impedire quin filius dicatur genitus à soluto, qui aliquo valido Matrimonio tunc temporis teneretur, non iuris fictione, qualis est filios à tempore natiuitatis legitimos reputari, quæ nihilominus pro veritate habetur, vt post Bart. *in l. si maritus. §. legis. ff. ad leg. Iul. de adulter. & in l. mercis, ff. de verbor. signif.* Menoch. *cons. 174. num. 107.* Fusar. *de substitut. q. 409. num. 18.* sed verè, & realiter, vt patet. 21 22

Quod tanto magis sine difficultate procedit si ex eo quod secundum Matrimonium valuit, habita exinde prioris nullitate, vt suprà dixi, filij pendente lite ex secunda vxore geniti, legitimi sunt habendi, cum dicatur nasci de legitimo Matrimonio, procreatur ex Matrimonio à iure approbato, vel non improbato; legitimum enim dicitur à lege approbatum, vel toleratum, *l. legitima*, & *ibi* DD. *ff. de factis*, necessariò sequitur filios medio tempore ab eo susceptos ex muliere soluta antequam secundas contraheret nuptias, naturales esse. 23

Et quatenus circa naturalitatem Antoniæ aliqua oriri possit difficultas, quæ dubiam, aut turbidam redderet materiam, stante huiusmodi dubio potius eam præsumere debemus naturalem quàm spuriam, iuxta opinionem Baldi *cons. 448. Queritur in primis num. 4. lib. 1.* Crauet. *in suo celebri cons. 138. num. 1. & cons. 166. num. 1. & 4.* Barret. *cons. 117. n. 9.* Cou. *de sponsal. lib. p. 2. cap. 8. §. 3. num. 1.* ibi, *Potius verò præsumitur naturalis, quàm spurius ne præsumamus factum, aut qualitatem necessariam vt quis dicatur spurius, quæ à natura non inest*, &c. Melch. Phœb. *Lusit. decis. 68. num. 10. p. 1.* ibi, *Illud etiam obseruandum quod in dubio filij præsumuntur naturales, non verò spurij,* 24

spurij, nec illegitimi, ex *Angel. per text. ibi in l. liberorum. ff. de his, qui not. infam. Alciat. de præsumption. reg. 13. præs. 1. num. 12.* &c. *Rot. decis. 319. num. 15. p. 5. recentior.* ibi, *Prout non facit non fuisse iustificatum Andream natum esse ex soluto & soluta, quia sic de iure præsumitur, Rot. decis. 802. num. 2. & seq. p. 2. diuersor.* &c. Eadem *Rot. decis. 360. num. 16. d. p. 5. recent.* ibi, *Nec est opus probare Isottam fuisse naturalem, non autem spuriam, quia in dubio præsumitur naturalis, non autem spuria: Aym. cons. 166. num. 1. Rimin. iun. consil. 187. num. 107. cum seqq. Thesaur. q. 83. num. 2. lib. 2. Barz. decis. 91. num. 1. vbi de magis communi*, &c.

25 Nam sicut lex in quantum potest fauet filiis vt sint legitimi, Deci. *cons. 152. sub num. 1. vers. & quia lex*, Rot. *decis. 201. num. 41. & decis. 264. num. 13. p. 5. recent.* Ita debet fauere filiis, vt in dubio potius sint naturales, quàm spurij, cum hi à legitimitate excludantur, illi vero ei magis accedant, pro qua in
26 dubio pronuntiandum esse docet Fusar. *de substit. q. 409. num. 106. vers. primo.*

Toletana Congregationis sanctissimi Sacramenti.

In Sede nullus permittendus est sedere in Ecclesia quando sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in ea discoopertum est. Parochus in sua Ecclesia sedere debet in scamno, non verò in sede, etiamsi ibi sanctissimum Sacramentum non sit manifestum.

VOTVM CXV.

1 *Casus proponitur.*
2 *Lis introducta.*
3 *Sedere in sede in presbyterio nullus potest præter Episcopum Diœcesanum.*
4 *Presbyter, qui cum Diacono & Subdiacono Missam cantaturus est, sedere debet in scamno oblongo decenter ornato.*
5 *Parochialis Rector in sua Ecclesia sedere debet in scamno, non autem in sede.*
6 *Probatur ex fide data à Magistris Cæremoniarum.*
7 *Episcopus Pontificalibus ornatus solus potest in præsentia sanctissimi Sacramenti sedere in sede.*
8 *Cæremoniale Episcoporum est liber authenticus.*
9 *Audacia est sedere cum ante Tribunal Dei stamus.*
10 *Humilitas apud Christianos non dedecorat, sed ornat.*
11 *Honor qui debetur Regi, tribui debet Diuino, qui est Rex Regum.*
12 *Prædicator coram Sanctissimo Sacramento capite discooperto prædicare debet.*
13 *Eucharistiæ Sacramenti admirabiles effectus.*
14 *Eucharistiæ diuinissimo Sacramento abutentes seuerissime puniendi.*
15 *Vicarius Monialium ad sedem habendam quo iuuetur medio.*
16 *Parochiam non minus quam decem distinctæ domus, & familiæ facere possunt.*
17 *Parochialitas de iure non præsumitur.*
18 *Parochus in propria Ecclesia tantam habet potestatem, quantam Episcopus in sua Diœcesi.*
19 *Substitutus, seu Vicesgerens, aut delegatus non habet eandem prærogatiuam, quam principalis, seu delegans.*
20 *Vicarius non succedit in eo quod præstatur honori, & dignitati Episcopi.*
21 *Locum tenentes, seu Vice-Rectores suis principalibus in reuerentialibus non adæquantur.*
22 *Curatus in sua Ecclesia sedere debet in scamno, non autem in sede.*

Postquam Venerabilis Congregatio mancipiorum Sanctissimi Sacramenti à bonæ memoriæ 1
Equite de Gratiis fundata desideratam reportauit victoriam in lite, de qua mentio fit suprà in voto 76. Pater Vicarius Monialium in quarum Ecclesia ex fundatione & dotatione sita est dicta Congregatio, immemor humilitatis minoriticæ quam professus fuit, dum sancti Francisci habitum suscepit, intentauit, non sine omnium admiratione, & multorum scandalo, quod in actu celebrationis festiuitatum dictæ Congregationis, & dum solemnis celebratur Missa, & prædicatio ad Populum habetur; discooperto semper in Altari maiori decenter ornato Sanctissimo Sacramento, sedere debet in sede maiestuosa in Presbyterio Altaris maioris ex parte Euangelij quando omnes in scabellis sedent, nec aliquis vnquam fuit tam audax quod in præsentia diuinissimi Sacramenti aliam sedem occupare præsumpserit.

Lite in iudicio super hac re deducta, & iniuncto 2
mihi onere à deuota hac Congregatione, vt meam sententiam libere proferrem, cum præsupposito quod hactenus nec in hac, nec in aliis Congregationibus huius oppidi visus fuit vnquam, qui talem Præfecturam intentare, aut se ita indiscrete exaltare vellet, respondi nequaquam permittendum dictum Vicarium scandalosam hanc introducere nouitatem, sed illi modis omnibus resistendum: ex sequentibus.

Primò, quia in Presbyterio nullus præter Epi- 3
scopũ diœcesanum in sede potest sedere, itaut nec Presbyter, qui Missam cum Diacono & Subdiaco- 4
no cantaturus est, sedere possit nisi in scamno oblongo decenter ornato ex parte Epistolæ, vt statuit Cæremon. Episcopor. *lib. 1. tit. 13. de sedibus Episcopi.*

Secundò, quia etiam Parochialis Rector in sua 5
Ecclesia sedere debet in scamno, non autem in sede, vt censuit Sacra Congreg. Rituum *in Turritana 14. Februarij* 1632. cuius memini *de officio, & potest. Parochi cap. 10. num. 5. in fine in nouiss. impress. &*

in

in sum. Apostol. decis. collect. 552. num. 61.

6 Tertiò, quia ita fuit decisum per Magistros Cæremoniarum huius oppidi Matritensis, vt constat ex fide, in actis exhibita.

7 Quartò, quia sic petit reuerentia, quæ tanto debetur Sacramento, & in cuius præsentia deberemus semper genua flectere, & cum humilitate stare, vt optimis rationibus, & pro discursu probat Doctor Don Franciscus Bermudez de Pedraza Canonicus & Thesaurarius sanctæ Ecclesiæ Granatensis *in sua historia Eucharistica p. 2. cap. 9. in princ.* ibi. *Qualquier Iglesia donde reside Christo nuestro señor Sacramentado es su palacio, y quando està manifiesto en su cortina, nadie puede tener silla en su presencia, solamente al Obispo vestido de Pontifical la permiten las leyes de la Iglesia en*
8 *el Ceremonial Romano feria quinta in Cœna Domini fol. 410. y en el Ceremonial de los Obispos lib. 2. cap. 23. y es libro autentico, cuyas decisiones obligan en materias de ceremonias y culto diuino dize Graciano discept. 111. num. 7. & discept. 298. num. 28. y por el se permite à los Obispos tener silla delante de Christo nuestro Señor Sacramentado, y no absolutamente, sino celebrando de Pontifical; de donde sale la consequencia legal. Luego otro ninguno Christiano, que no sea Obispo, y este vestido de Pontifical puede tenerla. Y fuera deste caso ni Obispo, ni Arçobispo, ni Cardenal, ni el mismo Legislador el Sumo Pontifice tiene silla sino vna silleta raza*, &c. Et paulo inferius *cap. 10.* ibi, *Poner silla en presencia de Christo nuestro Señor Sacramentado, es ropa de contrabando, esta prohibida por leyes de la Iglesia, no se assienta El Rey en silla, luego no la puede poner el subdito, si no quiere parecer major, o mostrar mas singularidad: cosa que simboliza mucho con el delito de Lucifer: quiso con eleuacion y soberuia poner silla a par de Dios, y le castigò Dios con priuarle de la que tenia en el Cielo, y ponerle en los calabozos del infierno, y dale vaya san Bernardo serm. 2. de verbis Isaia cap. 1. & 14. Impio tu te atreuiste à sentarte junto al Trono? el hijo de Dios es el que esta sentado en el Trono, el Dios de Sabaoth: sola la Trinidad esta sentada, los Serafines estan en pie; y este Trono Magestuoso que vio Isaias, reprezentando la soberuia de Lucifer, añaden los Santos, que fue representacion del Santissimo Sacramento del Altar, y doctrina de la veneracion grande con que los Angeles estan en su presencia en pie, y no sentados, enseñando à venerar la sacra Eucaristia, para que se corra el hombre, que es de inferior naturaliza de estar en su prezencia irreuerente*, &c. Et infrà. *Pues no es de menos nota para los Angeles (que estan en pie venerando à su Rey à Christo nuestro Señor Sacramentado en el solio Real del Altar, temblando de reuerentes como canta la Iglesia tremunt potestates) ver que la hormiga del hombre, tenga vanidad para tomar vna silla en su presencia. Bien merecia su irreuerencia que hizieran los Angeles con el lo que Christo Señor nuestro mando hazer con aquel conuidado discortes que sin traer vestido de boda se sentò à la mesa, atado de pies y manos, le mando meter en el calabozo de los infiernos; o que por lo menos le dieran la reprehension que dio al otro conuidado que mui vano se sentò en cabecera de mesa: y no podiendo la bondad de Christo nuestro Señor tolerar su descortesia, increpando la vanidad de auer tomado el primer assiento le dixo Luce cap. 14. todo hombre que se exalta sera humillado, y el que se humilla, sera exaltado. Eran dize san Iuan Chrysostomo homil. 44. in cap. 23. Mathei, los Iudios muy amigos de primeros assientos, y cabeçeras de mesa, y enfadado Christo nuestro Señor de su liuiandad, la reprehende*, &c. Et demum vir iste doctus minitatur vere illos, qui primas sedes quærunt, & de præcedentiis in sedendo controuertunt in præsentia Sanctissimi Sacramenti, his verbis. *Temamos no se canse Dios de oyr nuestras liuiandades, y de ver nuestras irreuerencias, y nos embie con vna enfermedad à la casa de la muerte, y no à descansar, sino a llorar eternamente nuestros descuidos.* Hactenus Pedraza.

Illud Christiani maximè attendere debent quod 9
dum diuinissimi huius Sacramenti præsentiam petunt, illic tanquam Rei sistunt, etiam humiliter peccatorum suorum veniam petere debent. *Cùm ante tribunal Dei stamus*, ait Cardin. Petrus Damianus *opusc. 39. cap. 2. audacia est sedere:* maximè decet Christianæ humilitati in Sanctos reuerentia, quanto magis in Sanctissimam Eucharistiam; *apud Christianos* (non semel pronuntiabat Ferdi- 10
nandus II.) *humilitas non dedecorat, sed ornat.* Et Alphonsus Castellæ Rex sapiens *l. 2. tit. 4. part. 1.* dicebat *que la honra que los homes fazen al Rey* 11
deuen fazer à nuestro Señor IESV-CHRISTO que es Rey sobre todos los Reyes, y Señor de los Cielos, y de la tierra. Et *in l. 61. eiusdem tituli, & partita*, addit hæc verba. *Deuen fazer reuerencia, y humildad la mayor que pudieren, e todo Christiano que esto no fiziere, erraria mucho contra Dios, e la Fe, e daria mal exemplo de sj*, &c. Vnde Prædica- 12
tor dum coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento Populo verbum Dei exponit, capite discooperto prædicare debet, vt censuit Sacra Congreg. Rit. *in Gienen. 9. Decembris* 1628. de qua meminit Pedraza *d. tract. de historia Eucharistica p. 2. cap. 5. in fine.*

Accedamus igitur magna cum reuerentia & hu- 13
militate ad hoc Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Rei sumus, peccatores sumus, veniam delictorum nostrorum petere profundissima cum humilitate debemus, tanto enim remedio salutis nostræ egemus; est enim, vt inquit Bernard. ægris medicina, peregrinantibus via, debiles confortat, valentes delectat, languorem sanat, per hoc homo mansuetior fit ad correctionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem deuotior, referunt Canis. *in lib. de Eucharistia §. 9.* Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub. 12. cap. 7. num. 28.*

Meminerint tales irreuerenter se habentes in 14
præsentia huius diuinissimi Sacramenti, vel ad illud in peccato accedentes vt indignè sumant, aut eo abutentes, iudicium sibi manducare, & sententiam contra se reportare, quasi non bene sentientes de existentia summi Dei sub speciebus panis latenter occulti ad salutem & ad condemnationem perpetuam se hominibus manducandum tradentis: contra istos, qui sacra Eucharistia detestabiliter vtuntur; etiam indigna eam sumentes, exclamare liceat. O indignum facinus! eò ergo processit hominis furor, vt quod dæmones ipsi verentur, credunt, & contremiscunt, quod ipsi

dæmones aspicere non audent : homo dæmone ipso, quantum ad hoc, peior fiat, vt sacrosancta esca, & potu vitali, cœlesti alimonia, pane vitæ, esca vitæ, vita ipsa, poculo æternæ salutis, conuiuio Dominico, viatico tuto peregrinationis nostræ, Paschate Christianorum, Manna abscondito, pane Cœli, pane Angelorum, Sacramento Sacramentorum, spe salutis æternæ, salute nostra ipsa, irreuerenter & indigne abutatur. O bone IESV, iterum Iudam? adhuc satellites, & carnifices crucifigentes? quàm vere scriptum est, Miserationes tuæ super omnia opera tua.

15 Sed videamus quo fundamento Vicarius præeminentem sedem in Presbyterio sibi dandam esse dicit dum Diuina celebrantur officia, & festiuitates fiunt iuxta nobile nostræ Congregationis institutum? Argumentatur pro Vicario Aduocatus formans quendam syllogismum à veritate penitus aberrantem, sic arguit. *Vicarius Monialium est illarum Parochus, eo quod illis Sacramenta administrat. Atqui Parochus in sua Ecclesia omnibus præcedit, & in sede maiestuoso in plano Presbyterij, vel Ecclesiæ sedere debet, Ergo similiter Vicarius eodem sedendi priuilegio, & præeminentia gaudere debet.*

Maiorem Aduocatus aduersus probare intendit ex eo quod sit Vicarius Parochus Monialium; sed hoc omni prorsus caret iuris fundamento; quia & hoc vt Vicarius Parochus diceretur, necessario requirebatur vt populum intra certos limites haberet, quódque beneficium Curatum haberet, in eoque prouisus & canonicè institutus fuisset; & animarum curam proprio nomine ac titulo exerceret;
16 nec monasterium dictarum Monialium appellari potest Parochialis Ecclesia, quia caret Parochianis; non minus enim quam decem distinctæ domus, & familiæ Parochiam facere possunt, quæ municipia appellantur *cap. vnic* 10. *q.* 3. Carat. *de iurib. Parochialib. tit.* 1. *cap.* 3. *in fine*, Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 23. necnon alia requisita concurrere debebant, sine quibus nulla Ecclesia dici potest Parochialis, iuxta resolutionem Rotæ *decis.* 51. *p.* 2. *diuers. & decis.* 380. *à num.* 11. *p.* 5. *recentior. & coram*
17 *Durar, decis.* 433. *num.* 12. Et demum Vicario incumbit probare omnia requisita huiusmodi habere, cum Parochialitas de iure non præsumatur, Bellam. *decis.* 676. Rot. *decis.* 258. *num.* 5. *p.* 5. *recent. & decis.* 300. *num.* 5. *p.* 3. *etiam recent.*

18 Minor verò videtur probari ex quo Parochus in propria Ecclesia tantam habet potestatem, quantam Episcopus in sua Diœcesi, & loco Imperatoris & Regis ibidem habetur, *cap. duo* 23. *q.* 4. Abb. *in cap.* 1. *num.* 28. *de dolo, & contum. & in cap. Venerabilis num.* 19. *de elect.* Theodos. de Rubeis apud Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 298. *num.* 88. *vers. denique*, cum aliis citatis per me *de officio, & potest. Parochi cap.* 9. *num.* 3. *cum seqq.* Sed hæc minor in iure fundamentum non habet, nec defendi potest, ex seqq. Primò, quia vt dixi numero præcedenti iste Vicarius non est Parochus, nec ad eum pertinent præeminentiæ, & prærogatiuæ Parochis titulatis & canonicè institutis debitæ.
19 Secundò, quia Monialium Vicarij sunt amouibiles, & Religiosi per priuilegia Apost. immediate Sedi Apost. subiecti, sub cuius protectione degunt, & illud ministerium exercent tanquam substituti & Vicesgerentes suorum Prælatorum, & isti ab eadem sancta sede per viam exemptionis ab Ordinariorum iurisdictione gubernatiuam potestatem obtinent, vnde respectu honoris, & præcedentiæ nunquam substitutus, seu Vicesgerens, aut delegatus eandem habet prærogatiuam, quam principalis, seu delegans, Deci. *in cap. sane el* 2. *n.* 12. *&* 13. *de officio deleg.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. § 9. *num.* 102. *&* 103. Mastrill. *de magistratib. lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 61 Ponte *decis.* 15. *num.* 8. Tertiò, 20
quia licèt Vicarius generalis Episcopi vices illius gerat, & tanquam caput eo absente honorari, & præferri debeat, nihilominus in præeminentia Sedis & in quocunque alio, quod præstatur honori, & dignitati Episcopali, nullo modo succedere potest, Menoch. *cons.* 257. *num.* 73. *vol.* 3. ibi, *Non enim in Vicarium transeunt reuerentialia, vt respondet Federic. de Senis in cons.* 302. *alioquin sequeretur quod ea omnia, quæ præstantur honori & dignitati Episcopali, essent tribuenda Vicario, quod omnino falsum est*, &c.
Michaël Ferro Mantrique *in tract. de præcedent. eccles.* 21
q. 1. *num.* 28. *secus autem*, ait, *est dicendum in reuerentialibus, in quibus clarum est non posse Locumtenentes, seu Vice-Rectores & substitutos suis principalibus adæquari.* Quartò & vltimò, quia in his propriis termi- 22
nis Parochi, qui in propria Ecclesia optabat sedem habere, declarauit Sacra Congregatio Rit. *in dicta Turritana* 14. *February* 1632. in hæc verba. *Curatus in sua Ecclesia sedere debet in scamno, non autem in sede*, cuius memini *de officio, & potest. Parochi d. cap.* 9. *num.* 5. *in fine in nouiss. impress. & in sum. Apostolicarum decis. collect.* 552. *num.* 62. Quæ procedunt eo casu, quo non est patenter expositum diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum: si verò exponatur, nullus iuxta suprà adducta potest coram eo sedere in sede.

Granaten. Libelli.

Blasphemus hæreticalis, qui libello famoso à se publicè fixo diris ac malè precantibus insultationibus sacrilegaque impietate Deiparæ virginitatem lacerabat, alia intentione quàm illam lædendi, quibus debeat puniri pœnis?

VOTVM CXVI.

SVMMARIVM.

1 *Libelli famosi contra Deiparæ virginitatem tenor.*

2 *Libellus post intempestam noctem defixus, & inuentus.*

3 *Rumor quod Eremita quidam libellum fixisset.*

4 *Eremita in carcerem detruditur, & eius confessio refertur.*

5 *Eremitæ aliquando ad quælibet nefanda perpetranda audaciores inueniuntur.*

6 *Auctores*

6 *Auctores nominantur qui hac de re scripserunt.*
7 *Hispania Christianæ Religionis obseruantissima, & hæreticis infestissima.*
8 *Blasphemia hæreticalis quæ?*
9 *Blasphemia non hæreticalis qualis dicatur?*
10 *Blasphemiæ cum sunt adeo enormes, pro eis debet capitis pœna imponi.*
11 *Blasphemi pessimæ qualitatis enormissimam & horrendam blasphemiam dicentes etiam in sancti Officij Tribunalibus mortis pœnam incurrunt.*
12 *Libelli famosi auctor capitis pœnam incurrit.*
13 *Libellus graues iniurias & opprobria in Principem dirigens vtique faceret eius auctorem in crimen læsæ maiestatis incidere, & ita in pœnam vltimi supplicij.*
14 *Delictum ob aliud delictum non minuit pœnam.*
15 *Delictum mixtum & qualificatum non continetur sub simplici.*
16 *Delictum adeo enorme puniri oportet in publicum exemplum.*
17 *Pœna regulariter debet esse culpæ consentanea, nisi interuenerit causa.*
18 *Vtilitas communis sæpius efficit vt iustæ & rigorosæ iurisprudentiæ limites transiliantur.*
19 *Supplicia exercentur in rebus etiam inanimatis, & irrationabilibus.*
20 *Furiosi ob fati infelicitatem culpa liberi existunt.*
21 *Væsanum, qui percussit Regem Catholicum, imperauit Regina eius vxor laqueo suspendi.*
22 *Libelli publicatio ab eius auctore non processit ex animo, aut intentione errandi in Fide.*
23 *Delictum sponte confitenti multum deferendum ad criminis excusationem.*
24 *Iuramento, & declarationi iniuriantis standum est quod iniuria non fuerit illata animo iniuriandi.*
25 *Simulatio animi melius cadit in verbis quàm in factis.*
26 *Confessio Rei cum qualitate ex defectu intentionis est admittenda.*
27 *Præcipuè cùm non adsunt alia indicia animi suspecti.*
28 *Causa delictorum materialis in voluntate consistit.*
29 *Maleficia, voluntas, & propositum delinquentes distinguunt.*
30 *Maleficia magis decernuntur per animum & finem, quibus crimen perpetrant, quam per ipsum facinus.*
31 *Delictum animaduerti non potest vbi deest voluntas, animusque offendendi.*
32 *Voluntas est qua peccatur, & delinquitur.*
33 *Animus bonus in re mala dimidium est mali.*
34 *Intentio bona praui medij malitiam minuit.*
35 *Dolus verus vbi deficit, pœna capitalis imponi non potest.*
36 *Culpa nulla quamquam lata dolo non æquiparatur vbi de pœna mortis agitur.*
37 *Verba hæreticalia regulariter secum afferunt prauæ intentionis præsumptionem.*
38 *Præsumptio malæ intentionis tollitur per actus externos contrarios, & per contrarias præsumptiones.*
39 *Animus & intentio per indicia & coniecturas probatur.*
40 *Præsumptio, quæ ex ipso facto, & verborum qualitate remanet, per alia fortiora superatur.*
41 l. si quis testibus C. de testib. *procedit aduersùs fiscum.*
42 *Præsumptio ex bona, vel mala origine, seu descendentia sumitur.*
43 *Vitium quod est in radice naturali transit ad posteros.*
44 *A Fide non retrahuntur nisi à parentibus infectis orti.*
45 *Hæresiarcha quis dicatur?*
46 *Dogmatistæ, & hæresiarchæ quando ad reconciliationem admittantur?*
47 *Apostata à Fide quis dicatur?*
48 *Apostata à Religione non punitur in sancti Officij Tribunalibus.*
49 *Actus nullus interior quamuis horrendus hæresis potest appellari cum operandi animus contra Fidem, & pertinacia in intellectu deficit.*
50 *Hostiam sacram conculcans sine errore intellectus non est hæreticus.*
51 *Hæretici formales admittuntur & reconciliantur si ante testium publicationem peccatum suum confiteantur, & ad pœnitentiam reducantur.*
52 *Ecclesia nunquam claudit gremium redeunti.*
53 *Libelli famosi auctoribus per leges duodecim tabularum pœna capitalis imponebatur.*
54 *Pœna extraordinaria hodie punitur libelli famosi auctor.*
55 *Pœna libelli famosi de iure Canonico non est capitalis, sed extraordinaria.*
56 *Pœna libelli famosi de iure Ciuili erat capitalis quando crimen per libellum obiectum capitis pœna esset dignum.*

57 *Libelli famosi pœnæ vt locum habeant nocendi animum necessarium est interuenire, & dolus verus requiritur.*
58 *Dolus in dubio non præsumitur.*
59 *Blasphemiæ crimen iudicatur quod verbo, aut scripto perpetratur.*
60 *Pœna capitis quando lege antiqua vel iure communi imponebatur, procedebat in eo, qui consuetudinem blasphemandi habebat.*
61 *Pœna contra blasphemos hodie ex vniuersali omnium prouinciarum consuetudine est arbitraria.*
62 *Leges priuatæ quas pœnas contra blasphemos imponant.*
63 *Pœna spiritualis, aliaque pecunia iure Canonico attento imponetur contra blasphemos.*
64 *Blasphemi hæreticales puniuntur per S. Officium pœnis arbitrariis.*
65 *Blasphemia vt talis dicatur necesse est praua atque perniciosa voluntate nasci.*
66 *Hæretici capitis pœna puniuntur, illa tamen non punit S. Officium confitentes culpam, misericordiamque flagitantes.*
67 *Sortilegi qui fatentur in sortilegiis homicidium fecisse, seque pœnitent, ac parati sunt corripi, tradendi non sunt Curiæ seculari.*
68 *Sodomitæ si non sint incorrigibiles, DD. Inquisitoribus conceditur facultas minuendi pœnam contra eos.*
69 *Confessio in delictis quando minuat pœnam.*
70 *Filij remunerantur ex parentum meritis.*
71 *Vitæ correctio non est facilis in homine.*
72 *Actus dubij in bonam, vel malam partem possunt interpretari.*
73 *Animus semper improbus præsumitur in actibus qui ex natura sua sunt improbi.*
74 *Naturæ in dubio actus standum est.*
75 *Nullus iudicatur loqui id, quod non sentit.*
76 *Lingua cordi cedit, & sub iugo mentis verba consistunt.*
77 *Confessio cum qualitate quando possit diuidi?*
78 *Curiæ seculari tradi iubet Paulus IV. qui sanctissimæ Dominæ nostræ virginitatem abnegauerit.*
79 *Leges Pontificiæ iudicio populi debent recipi.*
80 *Constitutio Pauli IV. & alia Clementis VIII. non practicantur in sancto Officio.*
81 *Delictum vnicum dicitur committere, qui facta plura committit, quorum singula continent in se crimen, & facta illa ad eundem finem tendunt.*
82 *Pœna culpam supponit, & absque ea non potest imponi.*
83 *Voluntas, populique voces non sunt attendendæ in iudicando.*
84 *Iudex clementius se gerere debet quàm lex.*
85 *Scandalum attendendum ad executionis accelerationem, sed non ad pœnam augendam.*
86 *Scandalum quod Christus seuerè puniri voluit, fuit illud, quod in damnum, & ruinam proximorum adhibetur verbis, aut operibus illum ad malum excitando.*
87 *Scandalum aliud actiuum, aliud passiuum.*
88 *Scandalum actiuum cessat deficiente animo, ac periculo, quod alij incidant, malaque operantem insectentur.*
89 *Ad scandalum euitandum non licet iustitiæ limites egredi.*
90 *Innocens à iudice puniri non potest propter scandalum vitandū, vel tumultū populo.*

IN Granatensi ciuitate quinta feria maioris Hebdomadæ, quæ quinta simul numerabatur dies mensis Aprilis anni 1640. impius quidam libellus ad valuas Senatus affixus apparuit. Mosaica lex iactabundis in eo verbis deprædicabatur: impia commendabatur Caluini secta: diris etiam ac male precantibus insultationibus deuouebatur sacrosancta Christi Fides: noua deinde ac sacrilega impietate Deiparæ virginitas, & castimonia lacerabatur, adeoque obscœno sermone, qui vix meretricem quæstuosa libidine ad lupanar prostitutam deceret. Impia etiam miserationis specie commonebat omnes iniquus libelli auctor tanquam qui falsa Religione improuidi sineremur abduci. Minabatur denique præstiturum se, vt cultus omnis, ac pietatis officium, quod Granatensis ciuitas erga marmoreum Virginis simulachrum (in trophæi speciem erectum, & de regione portæ de Eluira ad ipsum vrbis ingressum in patente campo situm. vulgoque *Virgo del Triunfo* nuncupatum) minor Religionis exemplo præstat, extingueretur. 1

Nefandum hunc libellum post intempestam noctem, cum iam alituum, pecudumque genus sopor altus habebat, duo quidam viri per aliqualem tenebrarū licentiam conspicati sunt; chartæ & characterum insolentia auidam alioquin curiositatem facilè pertraxit. Ac licet tunc materiæ adhuc ignari è valuis tamen reuulserunt, lectum autem, & iniquæ inscriptionis iam conscij sequenti die ad sacrum Inquisitionis Tribunal attulere. Serpsit illico sceleris fama, & facinoris enormitas, ac magnitudo ciues omnes Granatenses summo animi dolore, & acerbitate prout ea est ipsorum in Deiparam pietas ac studium affecit. 2

Concitauit autem potissimum Fidelium animos, sacrilegus de Deipara, enormiterque obscœnus sermo, ob idque in puniendi sceleris cupiditatem feruidius omnes exarsere: & factis diligentiis cœpit per vrbē spargi rumor quod eremita quidā libellū fixisset. Ex Granatensis enim Senatus destinatione quidam 3

quidam Fr. Franciscus Alexander curando dictæ Virginis del Triunfo cultui assidebat, ob id muneris genus Hispano more Eremitæ nomen adeptus, habitu præterea vitæ instituto non dissono, is quasi iniuria in Deiparam commissa proximius præ cæteris læsum agens sceleris enormitatem tum priuatus colloquiis sæpius per vrbem extollebat; tum iuridice argumēta suspicionis suæ, & quid ipse sacra illa nocte vidisset, deposuit. Cum ergo inquisitiones aliæ sedulo adhibitæ euanuissent, perjissetque Dominorum Inquisitorum in indagando malefactore strenuè impensus labor, perpensis post tacite, & per moram prædicti Eremitæ depositionibus, magna in eum indicia, ac præsumptiones ortæ fuerunt.

4 Ob hæc igitur indicia prædictum Eremitam in carcerem abduci imperatum fuit, illique delarione perlecta, statim crimen ingenue confessus est; profundaque sui sceleris pœnitentia repentè concussus, cœpit altius vitæ suæ cursum, & rationem repetere, exponens se grauissimæ cuiusdam Religionis ac familiæ religiosum esse laicum, & professum; ob discordias tamen & simultates in ea contractas fugam fecisse, & Religionem aliquot ante annos deseruisse. Ac quia dimisso licet habitu, pietatis ac Religionis studium in eo non perierat, in Hierosolymam se contulisse, ibique sancta visitasse loca, vbi in Deiparam præsertim æstuante affectu quasi in deuotionis monumentū sacras quasdam suis brachiis notas impresserat. In dextro quidem Cruces quasdam Hierosolymitanis simillimas; necnon S. & claui signum instar stigmatici serui. Postea *D. P.* Deinde *Concepcion.* Et has litteras *D.M.S. A.T.* cum apice suprà; quibus significari videbatur; *Esclano de la purissima Concepcion de Maria Santissima.* Demum legebantur hi numeri, 1636. vt inustionis antiquitas constaret. Sinistro brachio inscripti erant hi characteres *I.N. R.I.* & deinde *sea con migo.* Addidit è Hierosolymis in inferiorem Panoniam fuisse dilapsum: & in Viena vrbe Templum Virgini de la Cōcepcion dicatum construxisse. Demum in Granatensem vrbem rediisse, vbi se, suamque operam *Virgini del Triunfo*, eiusque cultui curando cōsecrauerat. Cùm autem animaduertisset de absoluendo ædificio nō agi (desunt enim noui adhuc crates ferrei ad arcendum longinquius ingressum, nouæque hastilia ad sustinendas lucernas in Virginis cultum integris semper noctibus ardentes) tepereque Fidelium deuotionem, nec augere iis, quibus par foret incrementis. His, inquiebat, omnibus fuisse permotum vt sacri illius loci cultum ac venerationem curaret augeri, eoque consilio libellum figere statuisse, multis aduersus Deiparam conuiciis, ac contumeliis plenum, quæ potissimè in *Virginem del Triunfo* dirigerentur. Vt verò sceleris suspicionē à se auerteret, & in aliquem Iudaici sanguinis coniiceret (in quos pronior est suspicio) Mosaicæ legis commendationem, & Christianæ abiurationem in eo libello scripsisse. At ne demum Lusitanus aliquis putaretur fuisse criminis auctor, ob idque eius nationis homines cæteris malè haberentur, addidisse Caluinisticæ sectæ commendationem; in idque consilij Dæmonis, vt iam tunc putabat, astu fuisse deductum. Existimabat enim eo medio compédiosius consecuturum, vt ad expiandum libelli nefas, populi deuotio feruidius concitaretur, & in Virginis honorem augustissimæ solemnitates, & omni pompa, ac magnificentia plenæ instituerentur, & celebrarentur, inceptum absolueretur ædificium; veneratio, ac cultus augeretur, sacer demum ille locus, & ciuitatis Granatensis, ac vicinorum oppidorum confluxu frequentissimus, ac celeberrimus fieret. Abfuisse itaque tantum, vt animus ipsi fuerit hæreticalis prædictū libellum figendo, erroresve in eo contentos crediderit, vt potius contrariis omnino votis, maiorem Virginis honorem, & cultum hinc augendum semper intenderit, tanquam vir erga Deiparam fidelis, tanquam Christianus etiam, & Catholicus, piisque & catholicis parentibus natus.

Hac confessione facta, & lamentabilis casus cognito successu, omnes id totum crediderunt, & antea tanquam exploratum habebant ab eo fixū fuisse libellum ad pietatis incrementum erga Virginē del Triunfo, eleemosynarumque accessionem faciendam, exindeque ad maius ipsius Eremitæ lucrum: in huiusmodi enim Eremitis persæpe plurima vitia reperiuntur, & ad quælibet nefanda perpetranda aliquando audaciores inueniuntur; ex S. Hieronym. *epist.5. ad Rustic. monach.* ibi, *Videas nonnullos accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa à mulieribus non posse discedere, sub eodem manere tecto, simul inire conuiuia*, &c. & *epist. 22. ad Eustoch. de custod. Virgin.* multo post med. vbi tanquam pestes Sanctissimus Doctor consulit exterminandos, ibi: *His igitur quasi quibusdam pestibus exterminatis, veniamus ad eos.* Iuli. Firmic. *lib.8.c.6. ibi, Aliud ex fronte pollicentur, aliud latenter in moribus celant; sunt enim austera facie, prolixa barba, obstinata fronte*, &c. exornat Franc de Amaya *ad l. quoniam ignauia num.11. cum seqq. C. de Decurion. lib.10.* Quid enim mali de huius professionis hominibus suscipiendū non sit. Ego dum Romæ essem annis transactis Eremitam quendam agnoui, qui prope Colissæum cultui cuiusdam Ecclesiæ assidebat, & tantam de sua sanctitate opinionem in Romana Curia consequutus fuit, vt omnes ad eum confluerent, & de vilissimi panni habitu, quem pro humilitate gerere simulabat, fragmenta tanquam hominis sancti reliquias dissecabant; erat enim liberali, & permodesta facie reuerentiam quandam præseferēte præditus: hunc denique cum ego in Hispaniam profecturus triremē ascenderem in ciuitate verula, remigem agnoui, propter sua scelera, & detestabilia crimina ad triremes iustè damnatum; alios etiā agnoui, qui nefandissima delicta committentes condignis suppliciis fuerunt puniti. 5

Infelix hæc, seu flagitiosi, aut ineptissimi hominis in Deiparam audacia, occasionem præbuit doctis aliquibus & piis viris scribendi, quandam satis eruditam allegationem hac de re ad lucem emisit D. Franciscus Guillen del Aquila purpurea diui Iacobi Cruce insignitus. Aliam non minus doctam pro Rei defensione euulgauit Licentiatus D. Petrus Muriel de Berrocal, in Granatensi tribunali sancti Officij Aduocatus. Demum in hac causa famosi libelli aduersùs sacrosanctam IESV Christi legem, & incorruptam Deiparæ virginitatem, perpetuoque florentem pudicitiam publici affixi doctissimam decisionem mira eruditione, & dispositione elaboratam, elegantique stylo exaratā edidit, & typis mandauit anno 1641. doctissimus & eruditissimus Doctor D. Franciscus Marin de Roderno, olim insignis Collegij Maioris Salmanticensis Archiepiscopi alumnus, tunc temporis Granatensis Inquisitor, & Placentinæ Ecclesiæ Scholæ Magister: ex qua, cùm alibi nec doctiùs nec meliùs quicquam amplius inueniri poterit, plura mutuatus sum. 6

7 Nec lamentabilis huius casus euentus poterit apud exteras Nationes Fidei Catholicæ puritati, quæ in his Hispaniarum Regnis Dei gratia semper illibata permansit, quicquam detrahere; eam enim illibatam, putam, ac sine errorum, & hæresum mixtura conseruauit semper nostra Hispania, ac firmiter hac tempestate retinet: & quod fuerit Christianæ Religionis obseruantissima, & hæreticis infestissima, tradit Odofred. *in l.1.C.de hæret.* ibi, *Puniuntur suspecti hæreseos in religiosissimis Hispaniæ Regnis, vel hoc maximè hac tempestate triumphantibus, & singulari laude dignis, quod nulla non solum planè hæresis, verum ne suspicio quidem nota digna, vel momento manet.* Gregor. Lopez Mandera *en el tratado de las excelencias de la Monarchia y Reyno de España cap.6. de la Religion y Christiandad del Reyno de España, su antiguedad en la Fe, la excelencia de sus Apostolos, la de su continuacion y aumento*: & ex professo Fidei sinceritatem & obseruantiam, qua Dei beneficio nostra Hispania exultat, mirè extollunt Camil. Borrel. *in tract. de præstantia Regis Cathol.* & Iacob. de Valdes *de dignitate Regum, Regnorumque Hispaniæ*, P.M. Ioan. de la Puente *en la conueniencia de ambas Monarquias lib.3.c.35.fol.366.* ibi, *De la qual consta que entre los Reynos de Europa es España el mas antiguo miembro en la Monarquia ecclesiastica, y nuestra Fe la primera y primogenita, & lib. 3.cap. 20. §.1. fol. 126. col.2. & lib. 4. cap.10, fol.163.*

Et vt aliquid in re tam graui ab amico solicitatus dicere valeam, ad faciliorem materiæ cognitionem in primis sciendum est, quòd

8 Blasphemia alia dicitur hæreticalis, alia non hæreticalis appellatur. Hæreticalis est illa quæ hæresim seu falsitatem contra Fidem formaliter, seu virtualiter continet, & significat. Huiusmodi est omnis blasphemia enunciatiua, siue affirmando, siue negando aliquid de Deo, quod Fides docet, vel etiam tribuendo creaturæ id, quod secundum Fidem soli Deo conuenit, vel de his etiam dubitationem aliquam ostendendo. De quibus hæreticalibus blasphemiis cognoscunt Inquisitores contra hæreticam prauitatem, & ius habent animaduertendi tales blasphemos. Ita Cou. *in cap. quamuis pactum, 1.1. §. 7. Direct. Inquis. part. 2.q. 41.* & *ibi* Peña *commento 66.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.113. vers. quandoque tamen,* Farin. *in praxi crimin. quæst.20.num.39.& in tract. de hæresi q. 178. n. 76.* Azori. *instit. moral. p.1.lib.9.cap.28. q.5.* Aloys. Ric. *in praxi aurea resol. 9.num.2.* Zanard *in direct. Theolog.p.1. præcepto 1.cap.11.§.10.* Lorca *in 2.2. D. Thomæ q.13.art.2.disp.51.num.10.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1.lib.2.cap.32. num.36.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.5.tit.4. l. vnica, de blasphem.n.2,* Villalob. *in sum. tom. 1. tract.2.diffic. 15.numer. 7.* Turrian. *tom.2. in 2. 2. D. Thomæ disp.58.dub.3.* Sanctarel. *de blasphemia cap.8.dub.1,* Sousa *in aphorism. Inquis.lib.1.cap. 19.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.11.c.26.num. 67.* Lazari. *de blasphem.q.7.* Trullench *in Decalog.lib. 1. cap. 12. dub.1.* Diana *moral. resolut.p.4.tract.7.resol.8.* Ego *de officio, & potest. Episcopi p.3. alleg. 51.num.89.* Vela *in prælect. ad cap.1.de offic. Iud.Ordin.p.1.n.98.in vlt. impress.*

9 Blasphemia autem non hæreticalis dicitur omnis illa, quæ non formaliter, nec virtute continet falsitatem quasi speculatiuam contra Fidei veritatem. & sic quæ hæresim non sapit, quia secundum se nihil contra Fidem affirmat, licet ex modo dicendi aliquid contra Fidem significare videatur: cuius cognitio ex præuentione pertinet tam ad ecclesiasticum Ordinarium, quàm ad secularem iudicem. Ita Gregor. Lop. *l.4.glos. 2. tit. 28. part. 7.* Cou. *d.§ 7.num. 29.* Auendan. *de exequendis mand. part.2. cap.5. num. 5.* Clar. *in §. blasphemia num.4.* Auiles *ad cap.25. Prætor. num.9.* Salzed. *ad Bernard. d.cap.110. aliàs 112.addit.1.vers. est quidem,* Suar. de Paz *in praxi tom.2 prel.2.num.74.* Ioan. Vela *de pœnis delict.cap.4.num.15.* Decian. *in tract.crimin.lib. 4.cap.26.n.13.& lib.6.c.4.n.2.* Sigism. Scacc. *de iudic.lib.1.c.12.n.56.* Mart. *de iurisdict.p.2.cap.13.num. 14.* Ceuall. *commun.quæst.85.num.2.* Farin. *d. quæst. 20.num.39.* Bobadil. *in politica lib.2.cap.17.n.77. in princ.& cap.18.num.18.* Camil Borrel. *de Magistratuum edict. lib.3.cap.2.num.34.* Rutger. Ruland. *de innocat. beneficij secularis cap.9.n. 6.* Gabr. Pereira *de manu Regia p.2.c.56.num. 35.* Lazar. *de blasphemia q.6.num.3.*

Contra blasphemantes in lege veteri *Leuitici cap.* 10
24. imposita est capitis pœna, ibi, *Qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur.* Idemque Iure Ciuili fuit statutum *in Auth. non luxurientur homin. contra nat. §. quoniam collat. 6.* Claud. *ad Bertazol. cons.553.* Menoch. *de arbitr. lib.2.casu 375.num.25.* Decian. *in tract. crimin.tom.2.lib.6.cap. 6.num. 1.& 4.* Farin. *d.quæst.20.a num.2.* Mart. *de iurisdict.part. 2.c.13.n.3.& 4.* Ioseph. Vela *in prælect.ad d.c.1.p. 1. n.93.* nam hoc peccatum in Spiritum sanctum cõmissum dicitur, quod neque in hoc seculo, nec in futuro remitti scriptum est *Matth.cap.12. vers.31. & 32.* ac refertur *in cap. qualis 45.statim post princ. 25. dist.* præcipuè cùm hæc blasphemia sit hæreticalis, & aduersùs Virginis Mariæ nostræ Dominæ puritatem, ac virginitatem: nam cùm blasphemiæ sunt adeò enormes, certum est pro eis debere capitis pœnam imponi, arg. text. *in l. vnica C. nem. lic. sig. salut.* vbi glos. *verb. grauissimum,* exponit, id est, pœnam mortis: & tradunt Anchar. *cons. 15. per tot.* Cassan. *cons.1.num.69.* Boër. *decis. 301. à num. 16* Franc. Marc. *Delphin. decis. 509. in fine part.1.*
Decian. *d.lib.6.cap. 6.num. 5.& 7.* vbi ex Gramm. 11
refert quòd etiam hodie posset imponi pœna mortis attenta qualitate blasphemiæ, si esset enormissima, & horrenda, & attenta pessima qualitate blasphemantis, Menoch. *de arbitr.casu 376. num.4.* Vincent. de Franch. *decis.504.per tot.* Farin. *d. quæst. 20.n.68.* Petr. Cauall. *resol. criminal. casu 91.per tot.* Pantoja de Ayala *in l.fin.C.de aleatorib.fol. 138. n. 12.& 13.* Ioan. Gutier. *in praxi crimin.q. 75.per tot.* Quod procedit etiam in Sancti Officij tribunalibus, in quibus non sunt isti ad misericordiam admittendi, quamuis illam efflagitent, sed Curiæ seculari sunt tradendi, vt docent Farin. *de hæresi q. 181.num.44.* Sousa *in aphorism. Inquisit. lib.2. c.42. n.16.& 17.* Diana *d.p.4.tract.7.resol.9.in fine.*

Accedit quòd si nihil aliud concurreret quàm li- 12
bellus famosus, hac de causa capitis pœna erat dignus, ex *l.vnic.C.de famosis libell. l.lex Cornelia. §.5. ff.de iniur.l. Hisp.3.& 20.tit.9. part. 7.* Ludou. Peguera *decis.77.* Farin. *in praxi crimin.q. 105. n.241. cum seq.& cons.30. à n.1.lib.1.* Hieron. Buccaron. *de different.inter iudicia ciuil.& crimin. differ. 50.* Præcipuè cùm libellus graues iniurias, & opprobria in aliquam magnæ qualitatis personam continet: nam si facti & personarum qualitas expostulat, vltimo supplicio auctor libelli afficiendus est, teste Petro Plaza *in epit.delictorum cap.3.num.2.cum seqq.* Farin. *d.cons.30.num.25.* Et in nullo alio casu potuit hoc æquius practicari quàm in nostro, propter iniuriarum, atque opprobriorum in Virginis sanctissimæ puritatem,

puritatem, & virginitatem prolatorum grauitatē, & propter libelli in loco publico infixionem, circunſtantia crimen qualificans: ea verò tantùm ſufficeret vt capitis pœna imponeretur, vt in terminis notauit Angel. *in l. lex Cornelia §. ſi quis libellum n.3. ff. de iniur. & in l. vnic. C. de famoſ. libell.* Farin. *d. quæſt. 105. num. 477. cum ſeq. & d. conſ. 30. num. 26.*

13 Et cùm libellus ſimiles iniurias continens, ſi in Principem dirigeretur, vtique faceret eius auctorem in crimen læſæ maieſtatis incidere; læſæ maieſtatis crimen, gloſ. *verb. contemnendum in l. vnic. C. ſi quis Imper. maledixerit*, gloſ. etiam *verb. parendum eſt, in l. famoſum ff. ad leg. Iul. maieſt.* & ibi Angel. *num. 5. l. Hiſp. 4. tit. 13. part. 2. l. 11. tit. 26. lib. 8. Recop.* Ioan. Gutierr. *in praxi crimin. q. 78. à n. 6. & q. 74. à n. 2.* itaut illum fabricans vltimi ſupplicij pœna veniat puniendus, vt poſt alios contendit Petr. Caball. *caſu 255. à num. 225. & 38.* quanto potiori iure idem dicendum erit in noſtro caſu, cùm longè grauius ſit æternam quàm temporalem lædere maieſtatem, *Auth. Gazaros C. de heret. cap. vergentis, eod. tit.*

14 Licèt etiam per hæreſis crimen, quod interponebatur, vel quod libellus indicabat, admitti ad miſericordiam poſſet, hic verò fieri non debebat, cùm cæteræ criminum ſpecies concurrant in quibus venia concedi non poteſt; nunquam enim plura delicta concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur; neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam, vt inquit Vlpian. *in l. nunquam plura 2. ff. de priuat. delict.* Petr. Caball. *in reſol. crimin. caſu 158. num. 10. & 14. cum ſeqq.* Giurba *conſ. 25. à num. 23. & conſ. 82. à num. 8* D. Larrea *tom. 1. deciſ. 50. à num. 1.* Et omnia ſimul ſunt operatura quod ſingula ſeparatim non poſſent, arg. text. *in l. ſi adulterium cum inceſtu 38. l. vim paſſa 39. §. praſcriptione ff. ad leg. Iul. de adulter.* quia delictum mixtum, vel qua-

15 lificatum, non continetur ſub ſimplici, vt inquit Bart. *in d. l. ſi adulterium, & in l. Gallus §. & quid ſi tantum num. 3. ff. de liber. & poſthum.* quem illi cæteri ſequuntur, Greg. Lop. *in l. 2. tit. 17. part. 7.* Carraſc. *diuerſ. tract. tract. 4. pro interpretatione l. 1. tit. 20. lib. 8. Recop. num. 1. cum ſequentib.*

16 Quod eo potiori ratione debet admitti, ſi animaduertatur ſcandalum graue quod in toto Regno dimanauit, & quod crimen adeo enorme puniri oportet in publicum exemplum, per quod licet pœnas augeri, & etiam vltimi ſupplicij pœnam imponi vbi deficit criminis committendi animus, quæ eſſet condigna, *l. omne delictum ff. de re milit.* ibi, *Propter exemplum capite puniendus eſt, l. 3. § 1. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* ibi, *Non quidem malo animo, ſed malo exemplo, l. aut facta §. pen.* ibi, *Exemplo opus eſt, l. ſi quis aliquid 38. §. qui abortionis*, ibi, *quia mali exempli res eſt, ff. de pœn. l. 3. §. ſed ex ſenatusconſulto*, ibi, *ſed malo exemplo ff. ad Sylanian. cap. precipuè 11. q. 3.* Marc. Tull. *lib. 3. de legib.* ibi, *aliqua ſunt quæ plus exemplo quam peccato nocent.* optimè Carrer. *in praxi tit. de homicid. §. circa igitur tertium num. 27.* Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 46.* Menoch. *de arbitr. caſu 358. num. 3. & 4.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 18. n. 65.*

17 Et licèt regulariter pœna debeat eſſe culpæ cōſentanea, *l. ſanamus, C. de pœnis, l. reſpiciendum ff. eod. cap. non afferamus 21. 24. q. 1.* Tit. Liui. *lib. 39.* ibi, *Vnde orta culpa eſt, ibi pœna conſiſtat.* Farneſ. *de Republ. lib. 2. panegyr. 5. c. 8.* Henric. Bocer. *de regal. cap. 3. n. 110.* cum aliis per me plena manu adductis *in Axiomat. Iuris vſufrequent. axiom...* Hoc autem limitatur cùm interueniat cauſa, *cap. ſine culpa, de regul. iuris in 6.* ibi, *Sine culpa niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus*: vbi illa particula, *cauſa*, intelligitur de publica, gloſ. *in cap. cognoſcentes, de conſtit. & in cap. fin. de eo, qui cognou. conſang.* Solorzan. *de iure Indiar. tom. 1. lib. 2. c. 11. n. 32.* Communis enim

vtilitas ſæpiùs efficit vt iuſtæ & rigoroſæ Iuriſprudentiæ limites tranſiliantur; idque pro rei & circunſtantiarum qualitate iuſtius & congruentius reputetur, *l. ita vulneratus 51. verſ. multa ff. ad leg. Aquil. l. Barbarius ff. de offic. Prætor.* Et facit illud Horat. 18

Atque ipſa vtilitas iuſti prope mater & æqui.

Et Ciceron. *epiſt. ad Brut. Salutaris ſeueritas vincat inanem ſpeciem clementiæ.* Eſtque id adeò verum 19

vt in rebus etiam inanimatis, vel irrationabilibus ſupplicia exerceantur, vt ſit omnibus in exemplum, *l. Hiſp. 2. tit. 21. part. 1. cap. mulier in fin. 5. q. 1. cap. hoc ipſum 33. q. 11.* Quint. Curt. *lib. 8.* Tacit. *lib. 3. annal.* ibi, *Compertum eſt ſeueritatem illam multo miſericordia ſalubriorem*, cum late congeſtis per Guillelm. Forner. *lib. 1. ſelect. c. 10.* Forcat. *in ſphæra legali, & in Necroman. dial. 1. num. 23.* Petr. Erod. *lib. 7. rerum iudic. tit. 4. cap. vlt. & lib. 9. tit. 15. cap. 2.* Ayala *lib. 2. c. 4. num. 10.* Adam Contzen *lib. 10. Politicor. cap. 48. §. 2.* ibi, *Magna ſæpe pœna fuere, vbi non magna culpæ, finis tamen erat diſciplina.* Petr. Caball. *reſol. crimin. caſu 294. cum ſeqq.* Solorzan. *de parricid. lib. 1. cap. 2. pag. 6. & 7.* Et in furioſis, qui ob fati in- 20

felicitatem culpa liberi exiſtunt, *l. Diuus ff. de officio Præſid. l. infans ff. de ſicar.* Farin. *in praxi crimin. tom. 3. q. 94.* Vt accidit in væſano, qui percuſſit Re- 21

gem Catholicum D. Ferdinandum, quem D. Regina Eliſabetha eius vxor imperauit laqueo ſuſpendi, cuius factum defendunt Hippol. de Marſil. *in l. 1. in princ. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. num. 59. & 60. & in praxi crimin. verb. diligenter num. 167.* Iul. Clar. *in praxi, § fin. q. 60. verſ. item quæro*, Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 1. num. 72.* relatus à Martino de Larrea *lib. 8. ſelect. c. 9.*

Sed his non obſtantibus in ea fui ſententia talem blaſphemum in carceribus S. Officij detentum non debere relaxari, ſed alia pœna extraordinaria damnari: & his potiſſimum ducor fundamentis.

Primò, quia cauſa, qua reus iſte dixit ſe fuiſſe 22

motum, ad illum libellum publicandum, non proceſſit ex animo, aut intentione errandi in Fide, vel alios ad errorem trahendi, vt conſtat. Fixit itaque non animo ſanctiſſimam Virginem, ac dominam noſtram offendendi, neque dubitans de eius virginitate, puriſſimoque candore, potiùs id intendens, vt cultus erga Deiparam, Fideliumque deuotio erga Virginem, cui ipſe inſeruiebat, augeretur, ratus hac via, quamuis adeò barbara, irrationali, & execranda facilius conſecuturum, vt amor ac pietas, quæ erga Cælitum Imperatricem omnium Fidelium animis, altis inſidet defixa radicibus, tunc maximè excreſceret cùm inſolentioribus opprobriis & contumeliis quateretur, vt quaſi inſolito hoc facinore laceſſiti Fideles de ipſo pietatis obice gradum ad noualia, maioraque & inaſſueta pietatis officia facerent, nouaſque & magnificentiſſimas feſtiuitates publicaſque ſupplicationes inſtituerent ad Virginem, in quam prædicti libelli verba torquebantur; inſimul ei magnas offerrent eleemoſynas, quæ ad ipſum reum ſpectabant, & in eius vtilitatem conuertebantur.

Cùm autem reus non potuiſſet teſtibus conuinci, ex indiciis atque præſumptionibus ſolus ſuſpectus, tandem ſponte crimen confeſſus fuit, liberè deponens: cui multum quoad hoc deferendum eſt. 23

est, *l. cùm de indebito* 25. *§. in omnibus ff. de probat.* ibi, *nisi ipse specialiter, qui cautionem exposuit, causas explanauit, pro quibus eandem conscripsit, l. omni nouatione C. de sacros. Eccles. l. ex facto ff. de vulgari, cap. inter alia, de sent. excom.* Bald. *cons.* 313. *num.* 1. *vol.* 4. ibi, *De animo autem suo interrogari quis potest, & stabitur eius responsioni,* Bart. *in l. pro harede, n.* 3 *ff. de acquir. hared.* Crauet. *cons.* 384. *n.* 9. Sim. de Prettis *cons.* 65. *num.* 35. *vol.* 1. Ad criminis etiam excusationem, quæ aliàs induci posset, vt post Bald. *in l.* 1. *n.* 20. Ias. *n.* 23. *&* 30. *C. de seruis fugit.* tradit Honded. *cons.* 87. *n.* 163. *cum seq. vol.* 2. subdens declarationem animi, quo epistola, vel quid simile scriptum fuit, spectare ad scribentem, & eius declaratione delictum excludi, Alex. *cons.* 146. *n.* 24. *&* 25. *lib.* 5. Gerard. Mazol. *cons.* 101. *n.* 79. *&* 79. Mynsing. *cons.* 7. *n.* 20. *cum seqq.*
24 vbi ex pluribus comprobat standum esse iuraméto & declarationi iniuriantis, quod iniuria non fuerit illata animo iniuriandi, Mascard. *de probat. conclus.* 97. *n.* 10. Et in iniuriis, vel blasphemiis verbalibus facilius admittitur excusatio ex defectu intentionis, quàm in cæremoniis, aut factis hæreticalibus, Albertin. *de agnose. assert. q.* 36. *n.* 18. *in princ.* Roias *de haret. p.* 1 *n.* 302. 303. *&* 306. Farin. *de haresi q.*
25 179 *n.* 56. Meliùs enim in verbis animi simulatio cadit, quàm in factis, hæc enim maiori certitudine intentionem deteguntur, verba verò facilius contra proprium sensum proferuntur, *l. si tamen §. ei qui ff. de adil. edicto, cap. filij, de haret. cap. contra Christianos, eod. tit. lib.* 6 pulchrè Roias *de haret. p.* 2. *a num.* 210. Castill. *controu. lib.* 5 *cap.* 107. *n.* 17. *cum seqq.* Giurba *cons.* 51. *num.* 26. *in fine.* Torrebl *de iure spirit. lib.* 13. *c.* 2. *n.* 9.

26 In his itaque terminis necessario Rei confessio cum illa qualitate ex defectu intentionis est admittenda, vt in puncto defendunt Cantera *quast. crimin. rub. de haret. c.* 1. *n.* 68. *&* 69. Farin. *de haresi q.* 179. *n.* 55. Castr. Palao *in opere mor. tom.* 1. *tractat.* 4. *disp.* 4. *puncto* 8. *num.* 170. Sousa *in aphorismis lib.* 1.
27 *cap.* 13 *num.* 11. *ibi, Quòd si alia indicia non adsunt hareticalem animum ostendentia, omnino reus credendus, est*: si verò alia indicia animi suspecti dantur, pro qualitate eorum abiurare debent. Rojas *d. p.* 1. *a n.* 33. & *à num.* 174. Dianà *d. tom.* 4. *tract.* 7. *resol.* 34 *per tot.* maximè *in vers. sed quid ego sentio.* Præcipue cùm aliis circunstantiis, & coniecturis fulcitur, quæ intentionis defectum persuadeant ex Gutier. *de delict. q.* 32. *num.* 64. *vers. sed vt verosimile sit.* Et inuenitur, vt hic accidit, verificata, & certa rei confessio in reliquo, tunc enim, etiam quoad hoc, certissimam esse præsumendum est, glos. & DD. *in l.* 2. *C. de non num. pecun.* Menoch. *de prasumpt. lib.* 3. *prasf.* 12. *num.* 26. *vers. quarta coniectura, & prasf.* 13. *n.* 16. Ioseph. Ludou *Perus. decis.* 66. *n.* 24. Gratian. *decis.* 103. *n.* 23. Camill. Borrel. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 3. *de confessis n.* 254.

28 Cùm ergo in criminibus causa illorum materialis in voluntate consistat, vt probat Decian. *in tract. crimin. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 5. necessario semper est inquirendus animus, ac intentio, quibus committuntur, vt inquit Cicer. *lib.* 2. *Rhetor.* ibi, *Voluntatem in omnibus rebus spectari conuenit,* &c. & alibi eod. lib. *Non ex euentu cogitationem spectari oportere, sed qua cogitatione & spe animus ad maleficium profectus sit, considerare, quo animo quid quisque faciat, non quo casu vtatur, ad rem pertinere.* & *orat.* 14. *pro A. Cluent.* Senec. *lib.* 1. *de benef. cap.* 16. *& lib.* 6. *cap.* 8. S. Augustin. *de verb. Apostolor. serm.* 28. S. Isidor. Pelusiota *lib.* 2. *epistol.* 289. ibi, *A voluntate, animique destinatione res perpenduntur, quo fit vt qui sponte aliquem sauciauit, nec tamen interfecerit, eo qui non sponte, atque consulto interemerit, scelerator esse iudicetur, c. homines falsum* 22. *q.* 2. *cap. paratus* 23. *q.* 1. *cap. etsi Christus §. pen. de iureiur.* Petr. Gregor *syntagm. Iuris lib.* 30. *cap.* 2. Nam maleficia, voluntas, & propositum delinquentes distinguunt, verba sunt *l. qui iniuria* 55. 29
ff. de furtis, & probat text. *in l. quod Reip.* 33. *ff. de iniur. l.* 3. *§. si quis dolo ff. de tabul. exhiben. l.* 1. *ff. si famil. furt. fel.* Petr. Erod. *rerum iudic. lib.* 6. *tit. de iniur. c.* 20. Card. Tusch. *lit. D. concl.* 160. Nouar. *q. forens. lib.* 1. *q.* 28. *n.* 11. Farin. *in praxi crim. p.* 3. *q.* 87. *num.* 6. Bobadil. *in politic. lib.* 2. *c.* 21. *num.* 103. Marin. Giurb. *cons.* 85. *n.* 14. Magisque discernuntur per animum 30
& finem, quibus crimen perpetrant, quam per ipsum facinus, *l. diuus. ff. de sicar.* ibi, *in maleficiis voluntas spectatur, non exitus, l. fraudis ff. de re iudic. l. verum ff. de furt.* Tiraq. *de pœnis temper. causa* 51. *à n.* 7. Farin. *d. q.* 87. *num.* 7. S. Isidor. Pelusiota *lib.* 5. *epist.* 399. ibi, *Siquidem res à conatibus plerumque, non ab effectibus iudicantur, atque ab animi sententia, & voluntate, non à fine corona nectitur.*

Quod adeò verum est, vt crimen non possit animaduerti vbi desit voluntas, animusque offendendi, vt inquit S. Augustin. *in lib. de libero arbitrio,* asserens peccatum adeò esse voluntarium, vt sine voluntate peccatum non sit, *l.* 1. *C. de sicar.* ibi, *Crimen enim contrahitur si & voluntas nocendi intercedat, cap. vnum §. criminis appellatio* 25. *dist.* glos. & DD. *in l.* 1. 31
C. si aduers. delict. S. Thom. 1. 2. *q.* 74. Mench. *Illustr. lib.* 1. *q.* 19. *n.* 5. Farin. *d. q.* 87. *n.* 6. Nam voluntas est, qua peccatur, & delinquitur, iuxta illud *Luc. c.* 8. *ex corde procedunt fornicationes, adulteria, homicidia,* &c. S. August. *in lib. retract.* 4. ibi, *Voluntas est qua peccatur, & rectè viuitur; & in lib. de duab. animab.* dum ait quòd nonnisi voluntate peccatur; exornat Decian. *d. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 5. 32

Magna equidem nequitiæ pars euanuit ex bono animo & fine, quo res est peracta, iuxta illud Plauti *in Captiu. In re mala, animo si bono vtare, adiuuat.* Et *in Pseudol.* ibi, *Bonus animus in re mala dimidium est mali.* Liban. *declamat.* 23. ibi, *Et tamen vbique causam videmus tantam vim habere, vt cum aliquis etiam malè agere vult, tametsi non possit, odio habeatur, & qui læserit benefaciendi animo inter bene meritos statuatur,* &c. Et bona intentio praui medij malitiam minuit, aliquid enim à voluntate adimit. Ita P. M. Marquez *en el gouernador Christiano lib.* 2. *cap.* 7. *fol.* 32. 33

34

Ex quo enim adfuit animus, quem nuper retulimus, dolusque hac de causa defuerit, sequitur reum non debere relaxari, siquidem pœna capitalis imponi non potest nec etiam grauis vbi deficit verus dolus, qui ex prauo & damnato procedit animo, *l.* 1. *§. Diuus ff. de sicar.* ibi, *Eum, qui hominem occiderit, si non occidendi animo hoc admiserit, absolui posse, l. in lege ff. eod. l.* 1. *C. eod. l. absentem in fine ff. de pœn.* Menoch. *de arbitr. casu* 324. *à n.* 3. *&* 7. Franc. Bec. *cons.* 5. *num.* 6. *lib.* 1. Farin. *p.* 3. *q.* 87. *à num.* 1. Carol. Tapia *decis.* 13. *n.* 27. addens quòd neque dolus præsumptus considerari potest, vbi de pœna mortis agitur, sed verus requiritur, quamuis factum esset culpa admissum. Cùm enim de imponenda graui pœna agitur, nulla culpa quanquam lata, dolo æquiparatur, nec sufficit nisi ad pœnam extraordinariam, *l. in lege Cornelia,* ibi, *Nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur, ff. ad leg. Cornel. de sicar.* vbi Bart. per illum text. dicit nullam esse legem, quæ culpā morte puniat, glos. *verb. non etiam ob culpam, in l. in actionibus ff. de in litem iur.* & ibi Bart. *num.* 7. Ias. *à n.* 27. & Dec. *a n.* 18. *&* 19. Castr. *in l. nemo num.* 5. *C. de* 35

36

Episcop.

Episcop. & cleric. vbi refert obtinuisse in diuersis casibus pro hac opinione, pœnaque ordinaria multos liberasse, & hoc esse menti tenendum, & ad confusionē Iudicum imperitorum, Franc. Bursat *cons.* 152. *n.* 37. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 14. *n.* 5. Clar. §. *fin. q.* 84. *in princ. vers. & loquendo de pœna mortis*, Honded. *cons.* 105. *numer.* 78. *lib.* 1. Farin. *d. quæst.* 87. *à num.* 22.

37 Nam licèt cùm factum vel verba hæreticalia sunt, regulariter secum afferant prauæ intentionis præsumptionem, ex *l. si non conuicij C. de iniur. & cap.* 1. *de præsumpt.* hoc tamen nō procedit cùm aliæ præsumptiones in contrarium adsunt, vel attenta personę qualitate, aliisque cirūcstātiis suadeatur, per causam diuersam, & non hæreticali intentione cōmissum fuisse. Ita Ioan. Lopez *in allegat. hæret.* §. 7. *post med. vers. ad hoc tamen*, subiiciens quod præ-
38 sumptio malæ intentionis tollitur per actus externos contrarios, & per contrarias præsumptiones, Simanch. *in enchirid. tit.* 29. *de confess. n.* 9. Farin. *de hæresi quæst.* 179. *n.* 62. Anton. à Sousa *in aphorism. Inquis. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 13. *& cap.* 16. *num.* 10. *&*
39 12. Animus enim, & intentio, vt res interna, per indicia & coniecturas probatur *l. si margaritam ff. pro socio*, Bald. *in l. cùm proponas num.* 2. *C. de bonis auctor. Iud.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 10. *num.*
40 5. Giurb. *cons.* 17. *num.* 33. Et præsumptio, quæ ex ipso facto, & verborum qualitate remanet, per alia fortiora superatur, iuxta text. *in l. diuus ff. de restit. in integ. l. non solum ff. de ritu nupt.* Menoch. *lib.* 1. *præs.* 30. *à num.* 1.

41 Et in nostro casu complures coniecturæ & circunstantiæ concurrebant, quæ euidenter detegebāt ipsius Rei animum, & intētionē hæreticalem non fuisse, nec Virginē lædendi, sed animū in confessione prolatū; nā ipsi testes, qui aduersus reū deposuerunt referūt ex tēpore quo is Virgini inseruiendæ se dicauerat maximè studuisse deuotionē erga Deiperam augeri, sacrumque illū locū nonis cancellis ferreis, lucernisque exornari, instituique Confraternitatē personarū Virginis cultui, ac famulatui perpetuo assistentiū, quibus Reus ipse profuturū se asserebat Virginis demum miracula promulgari, eiusque venerationē excrescere: ac licet multi asseruerint se in animū induxisse Reū ambitione & auaritia ductū libellum fixisse, vt scilicet pluris deinceps ab omnibus fieret, & vt eleemosynarū quæstus augeretur, populi deuotione excrescente. Licet hæc omnia ita essent, saltim animus hæreticalis ab omnibus excludebatur, vt ipsa acta ab eis relata demōstrant, & quoad hoc bene probarunt aduersus producentem, ex reg. text. *in l. si quis testibus C. de testib.* cuius decisio etiam aduersùs fiscum locum habet, vt notarunt Surd. *cons.* 40. *n.* 20. *lib.* 1. Farin. *in praxi crim. p.* 2. *q.* 62. *num.* 214. *& cons.* 78. *num.* 16. *& cons.* 47. *num.* 9. *&* 38. *lib.* 1. Fontanel. *decis.* 129. *num.* 15. quamuis ex suo tantùm iudicio, & credulitate deponerent, Anton. Gabr. *commun. tit. de testib. concl.* 1. *n.* 15. Farin. *q.* 62. *à n.* 226.

42 Facit quod Reus est Christianus Orthodoxus, parentibus nō infectis progenitus: ex origine enim, vel descendentia bona, vel mala præsumptio sumitur, semperque iudicatur vnumquemque suæ radiçi corresponsurum, iuxta illud Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

Qui viret in foliis venit à radicibus humor,
Et patrum in filios abeunt cum semine mores.

Quod & docuit Iureconsf. *in l. quod si nolis §. si quis mancipia ff. de ædilit. edicto*, ibi, *Præsumptum etenim est quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamatæ, quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est, l. si cohortalis C. de cohortalib.* S. Gregor. *homil.* 20. *in Euangel.* ibi, *in his omnibus Patrum suorum carnalium viat sequuntur quasi venenati filij de venenatis parentibus nati*, &c. Bald. *in l. Gallus §. quidam rectè n.* 2. *vers. in secunda ff. de liber. & posthum.* ibi, *Vitium quod est in radice naturali, transit ad* 43
posteros. Tiraq. *ad l.* 7. *connub. n.* 12. *cum seqq.* Mieres *de maior. p.* 2. *q.* 4. *illat.* 2. *n.* 17. *&* 18. Salgado *de Regia protect. p.* 4. *c.* 6. *n.* 34. Solorzan. *de iure Indiar tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. *à n.* 13. nunquam enim accidit à Fide re- 44
trahi nisi à parentibus infectis ortos, vt notabiliter obseruauit Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 35. *num.* 15.

Maximè, quia iste Reus hæresiarcha, vel dogma- 45
tista non potest iudicari, siquidem nouos errores non inuenit, nec edocuit, nec prædicauit, vt erat necessarium vt iudicaretur talis, *cap. qui aliorum* 24. *q.* 3. ibi; *vnde quia magister erroris est, non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est*, &c. Eymeric. *in direct. p.* 2. *q.* 39. & *ibi* Peña *commento* 64. Ludou. à Paramo *de origine S. Inquisit. lib.* 3. *q.* 9. *num.* 134. vbi ait hæresiarcham illum propriè vocari, qui aut hæreses inuenit, aut inuentas alios docuit, Farin. *de hæresi quæst.* 178. *num.* 15. Castr. Palao *d. tom.* 1. *tract.* 4. *disput.* 6. *puncto* 2. *num.* 15. Sousa *in aphorism. lib.* 1. *cap.* 9. *à num.* 1. Et etiam in 46
hæresiarchis, & dogmatistis certior ac verior resolutio habet ad reconciliationem admitti si in eis veræ pœnitentiæ signa cognoscantur, & post capturam pertinaciter suas sectas non defendunt, vt probat text. *in cap. Berengarius, de consec. dist.* 2. *cap. ad abolendam, de hæret.* Peña *d. part.* 2 *comm.* 64. Didac. Quater. *quæst. crimin. rub. de hæret. cap.* 1. *num.* 70. *vers. est nunc videndum*, Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 54. *n.* 57. Farin. *d. q.* 193. §. 1. *à num.* 5. Castr Palao *d. tract.* 4. *disput.* 6. *puncto* 2. *num.* 16. *cum seqq.* Sousa *d. lib.* 1. *cap.* 9. *à num.* 12. *& lib.* 3. *cap.* 44. *n.* 3. Diana *d. part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 23. Vel cùm perniciem nullam aliis attulerunt, nec etiam eos ad suos errores reuocarunt, Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 47. *n.* 72. Farin. *d. q.* 193. *n.* 10.

Nec etiam Fidei apostata iudicari potest, siqui- 47
dem in eo nunquam Fides defecit, nec etiam mentis errore vllam hæresim admisit; & Fidei apostatis vltimum supplicium non imponitur, sed alia pœna extraordinaria, cum rediguntur, & ab errore extrahuntur; vt docent Menoch. *de arbitr. casu* 546. *num* 13. *cum seqq.* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 72. *num.* 8. Farin. *d. quæst.* 193. *num.* 14 *&* 16. *vers. concludi potest*, Diana *d. p.* 4. *tract.* 7. *resol.* 3. Petr. Erod. *lib.* 1. *rerum indic. tit.* 6. *de hæret. cap.* 9. Et ex eo quòd 48
fuerat apostata suæ Religionis, culpam aggrauari placeat, ob id in Sancto Officio non potest procedi, nec est crimen, cuius cognitio ad ipsum spectet, nec ex hoc capite aduersùs Fidem suspicio saltim consideratione digna inducitur. Vmbert. Locat. *in dictionar. Inquisit. verbo apostata num.* 1. *vers. qui primo modo*, Eymeric. *in direct. p.* 2. *q.* 49. *n.* 2. & *ibi* Pena *commento* 74. *vers. verumtamen*, Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *quæst.* 17. *numer.* 32. Diana *p.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 3. *col.* 4. *vers. quæro igitur primo.*

Multo minus poterit hæreticus formalis iudica- 49
ri, nec hæreticorum pœnis puniri; nulla enim blasphemia, nullusque actus interior quamuis horrendus, hæresis potest nuncupari, cum operandi animus contra Fidem & pertinacia in intellectu deficit, *cap. dixit Apostolus* 24. *quæst.* 3. *cap. excommunicamus* 1. §. *credentes, de hæret.* Castr. *de iusta hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 7. *&* 12. Nau. *in man. cap.* 12. *n.* 82. Rojas *de hæret. p.* 1. *n.* 34. *cum seq.* Azeued. *in rub. tit.* 4. *num.* 25. *lib.* 8. *Recop.* Sanch. *in precept. Decalog.*

*Decalog.lib.2.c.7.& 32.n.3.& 7.*Tolet.*in sum.lib.4.c.3.n.1.vers.primum est*, vbi dicit conculcantem Hostiam sacram sine errore intellectus non esse hæreticum, Param. *de origine S.Inquis.lib.3.q.3.n.10.* Sousa *d.lib.1.c.8.& 19.num.3.* Farin. *de heresi q.178.n.7.8.& 10.& a num.148.& quæst.179.a num. 39.& q.181.num.43.* Castr.Palao *d.tract.4.disp.3.puncto 2.num.16.* Diana *d.part.4.tract.7.resol.36.* Gutier. *de delict.quæst.32.a num.60.* Et etiam in his hæreticis etiã formalibus certum quoque est eos admitti, atque reconciliari cum suam confitentur culpam, illiusque pœnitentiam ostendunt, eisque aliqua pœnitentia, atque aliæ pœnæ moderatæ imponuntur, si eiusmodi confessio, vel pœnitentia ante testium publicationem fiat, *l.2.Manichæos §. præterea, ad fin. C.de hæret.cap.ad abolendam §. præsenti, & §.laicus, cap. excommunicamus el 2. de hæret.* Rojas *part. 2. n.197.cum seqq.* Peña *in direct. p.3. commento 141.* Fariu. *de hæresi q.193.§.1.* Petr. Herod. *d. lib.1.tit.6.* Castr.Palao *d.tract.4.disp.6.puncto 1.n. 2.* Sousa *d.lib.2.c.44.à n.1.* Diana *d.p.4.tract.7.resol.24.*

50

51

52 Et si hoc in hæreticis formalibus admittitur atque practicatur in sancto Officio, quia Ecclesia nũquam claudit gremium redeunti, *l.vlt.§.sed quia de epistola nos reddentes C.de summa Trinit.l.Manichæos C.de hæret. cap.superest. eod. tit.lib. 6.* sectans in hoc Sponsi sui dulcissimi vestigia, qui, vt ait Paul. 1. *ad Timoth.2.* vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; ad quod etiam spectat illud *Ezechiel.18.num.23. Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Math.c.11.Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Luca cap.4.Ioan.c.2.* & vt ipsemet Saluator noster *Ioan.6.* inquit eum, qui venerit ad me non eiiciam foras. Quanto potiori ratione idem cum hoc Reo debuit practicari, siquidem suam confessus fuit culpam multis lachrymis, veræque pœnitentiæ demonstrationibus, sui delicti veniam efflagitans, & in eo intentio, animusque Virginem lædendi defecerunt, & potius quanquam medio adeò irrationali maiorem Deiparæ cultum, ac venerationem solicitare intendebat.

53 Veniamus nunc ad pœnam, qua puniri debeat; & ad hoc assequendum, sunt inprimis scienda delicta quæ commisit, vt sic pœna illis commẽsuretur; vel illum libelli famosi auctorem dicimus; & licèt per duodecim tabularum leges pœna capitalis imponeretur, his verbis. *Si quis occentauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumue alteri, capitale esto:* vt ex Cicer. & S. August. referunt Alex. ab Alex. *lib.6.dierum genial.c. 10.* Hotoman. *ad leges duodecim tabularum pag.218.* Anton. August. *ad easdem leges l.34.* Hoc non intelligitur de mortis naturalis pœna, sed de alia extraordinaria vt colligitur ex *l.lex Cornelia 5.§.si quis libris ff.de iniur.* Si quidem crimen hoc legis Corneliæ pœna puniebatur, quæ erat arbitraria, *l.fin.ff. de iniur.l.in summa, Inst. eodem.* Et quod ex consuetudine hæc sit hodie libelli famosi pœna, videlicet extraordinaria secundum Iudicis arbitrium, testatur Iul. Clar. *in pract.§.fin. q.68.n.26.vers.libelli famosi author*, ad fin. vbi inquit nunquam vidisse pro libello famoso aliquem vltimo supplicio affectum, sed semper fuisse impositã pœnam extraordinariam, & *ibidem* Bajard. *in addit. n.65.* Bursat. *cons.94.n.3.& n.38.in fine lib.1.* Neque deinde est alterandum quòd libellus iste in Senatus valuis fuerit affixus: nam etiamsi locus iste sit frequentior, eaque ratione fiat grauius crimen, hoc non sufficit vt penitus extendatur ad capitis pœnã, ex traditis per Angel. *in l.vnic. in fine, C.de famos.*

54

libell. vbi refert pœna duorum millium ducatorum fuisse mulctatum quendam ciuem Bononiẽsem, qui super altare Palatij Bononiensis aduersùs eius regimen clandestine posuit libellum famosum, quem citat, & sequitur Iul. Clar. *in d.§.fin.q.68.n. 25.* Farin. *d.q.105.num.479.* Gutier. *de delict.q. 141.n. 30.*

Quæ sententia vtroque Iure attento indubitabile redditur: nam de Iure Canonico pœna libelli famosi non est capitalis, sed extraordinaria, vt probat text. *in c.de prima, & in c.qui in alterius 5.q.1.* Decian. *in tract.crimin.lib.2.c.20.n. 2.* Plaza *de delict.c.3.n.3.in fine.* Gutier. *d.quæst.141.num.4.* Farin. *quæst.105.a n.430.* Trullench. *tom.2.in Decalog.lib.7. cap.10.dub.27.n.4.* Et de Iure Ciuili, secundùm magis veram opinionem, capitalis pœna, quæ imponebatur, procedebat in casu, quo crimen per libellum obiectum, capitis pœna esset dignum, glos. *verb. si quis famosum, in l.1.C.de libell.famos.* & *ibi* Cyn. Salic. & alij, Anton. Gom. *tom.3.var.c.6.n.1.* Plaza *d.c.3.n.2.* Menoch. *de arbitr.casu 263.n.43.in fine*, Farin. *d.q.105.n.414.* Gutier. *d.q.141.num.2.* Et expreßè statuitur *in l.Hisp.3.tit.9.part.7.* vbi notat Gregor. *verb.aquella pœna*, & post alios idẽ Gutier. *d. quæst.141.num.3.* Quia tunc in libelli famosi auctore cõsiderabatur non solum animus ac voluntas lædẽdi in honore iniuriatum, verum etiam vita priuandi, cum ei tribueretur crimen morte dignum, iustumque erat æquali pœna in huiusmodi iniuriæ auctorem animaduerti: siquidem Ius capitali pœna puniebat animum, & voluntatem interficiendi tantum, quamuis ad executionem minimè deueniret, *l.is qui cum telo C. ad leg. Cornel.de sicar. cap.quisquis §.si quis cum telo, de Pænit.dist. 1. cap.1. de præsumpt.* Menoch. *de arbitr.casu 360.n.36.* Farin. *in praxi crimin.p.4.q.124.a n.3.*

55

56

Quorum nihil ad præsens, de quo agitur, factum potest applicari; nã vt sæpius diximus Rei animus, atque intentio non fuit Virginis sanctissimæ honorẽ lædendi, sed potius eius cultum, & venerationẽ augendi: & vt libelli pœnæ locum habeant, nocẽdi animum necessarium est interuenire, *l. si non conuicij C.de iniur.* Farin. *cons.30.n.46.79.& 130.lib.1.Nam*, vt inquit Seneca *lib.2.de ira cap.26.nulla est iniuria nisi à consilio profecta.* Itaque dolus verus requiritur *l.lex Cornelia 5.§. si quis librum, ibi. dolòve malo fecerit ff.de iniur.* cum latè adductis à Farin. *d. p.3.quæst.105.num.481.& seq.* Nec sufficit culpa lata, Bald. *cons.177.in princ. lib. 5.* Crauet. *cons 13.num.2.* Farin. *d.cons.30. num. 46.* Dolusque debet probari: in dubio enim non præsumitur, Ruin. *cons.145.num.10.& 14.lib.3.* Farin. *d.cons. 30. num. 53.* Vel saltim obnoxium manet, vt per indicia, & cõiecturas contrarium probetur ac suadeatur, vt tradunt Cyn. Albert. Fulgos. & cæteri *in d.l. si non conuicij C.de iniur.* Farin. *d.q.105.n.115.116.& 121.& d.cons.30.n.140.*

57

58

Sed Eremitam istum tanquam blasphemum esse condemnandum superest vt dicamus; qua verò pœna, est videndũ; nã licet blasphemiæ crimen iudicetur, quod verbo, aut scripto perpetratur, vt testatur Nau. *in man.c.12.n.81.& 82.* Azeued. *in rub. tit.4. n.25.lib.8.Recop.* Suar. *de Relig. tom.1. tract.3.lib. 1.c.4.num.4.& 5.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2.cap.32.num.5.* Anton. à Sousa *in aphorism.lib. 1. c.19.num. 4.* Aut etiam facto, vt volunt Nau. & Azeued. *citatis locis*, Alphons. à Castro *de iusta hæretic. punit. cap. 12.* Anton. à Sousa *lib.1. cap. 19.numer. 4.* Quod si lege antiqua scripta, aut Iure communi capitis pœna imponeretur, vt dixi *suprà num. 10.* hoc tamen etiam

59

Iure

Iure communi attento tantum procedebat in eo, qui consuetudinem blasphemandi habebat, vt animaduertunt Bald. in l. 2. C. ad leg. Iul. Maiest. & in l. 2. vbi Salicet. C. de rebus cred. Cou. in c. quamuis pactũ p. 1. §. 7. n. 10. in fine, Menoch. de arbitr. casu 375. n. 26. Farin. p. 1. q. 20. n. 43. Gutier. de delict. q. 60. num. 12. Ego de offic. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 51.
61 num. 101. Et quicquid sit, hodie ex vniuersali omnium ferè Prouinciarum consuetudine hæc pœna derogata est, in aliasque minores arbitrarias commutata, vt tradunt Luc. de Peña in l. omnes n. 6. C. de delatorib. lib. 10. Greg. l. 2. glos. 4. circa med. tit. 28. part 7. Cou. in cap. quamuis pactum part. 1. §. 7. n. 10. in fine, Albertin. de agnosc. assert. q. 6. num. 14. & q. 22. num. 63. Menoch. casu 375. num. 26. Ioan. Vela de delict. cap. 4. num. 6. Quanter. quæst. crimin. cap. 3. de blasphemia num. 5. Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 7. Azeued. l. 1. tit. 4. num. 7. lib. 8. recop. ibi: *Hodie dictis blasphemiis hæreticalibus non mortis pœna, sed à nobis supra posita imponetur*, Montalu. in l. 1. tit. 26. part. 7. Petr. Gregor. syntagm. Iuris part. 3. lib. 33. cap. 12. Farin. d. quæst. 20. num. 64. Campan. in diuers. Iuris Canonic. rub. 11. cap. 26. num. 83. Petr. Erod. lib. 1. rerum iudic. tit. 6. de hæret. cap. 16. vbi pro blasphemia hæreticali pœnam exilij fuisse impositam testatur Ioan. Gutier. de delict. quæst. 60. n. 17. Camill. Borrel. de Magistrat. edictis lib. 3. c. 2. à n. 18. Lazar. de blasphem. q. 5. per tot. Ioseph. Vela in cap. 1. de offic. Ordin. p. 1. n. 83. aliàs n. 95. in vlt. impress. in fol.

62 Priuatis quoque legibus vniuscuiusque prouinciæ aliæ pœnæ priuatæ impositæ reperiuntur, quarum nulla etiam tertiò repetita ad vltimum suppliciũ deuenit. Nam apud Lusitanos per Ordin. Reg. lib. 5. tit. 2. id ipsum videmus, vt refero de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg. 51. n. 102. in princ. Apud Hispanos idem constat l. 3. & 4. tit. 28. part. 7. & l. 1. & 2. tit. 8. lib. 8. Ordin. & l. 1. & seqq. tit. 4. lib. 8. Recop. quarum memini d. alleg. 51. n. 103. vers. apud Hispanos. Quæ quidem leges in foro seculari erunt obseruandæ, ex Olano in concord. antinom. verb. blasphemia, Azeued. in d. l. 1. tit. 4. lib. 8. Recop. Vel ad minus, quas practica, aut consuetudo introduxit, in quibus affixionis, vel amputationis linguæ, alia pœna arbitraria imponitur, vt testantur Didac. Perez in d. l. Ordin. glos. O denostrare à nuestro Señor, Cou. d. §. 7. n. 1. . Ioan. Vela de delict. c. 4. num. 9. Ioan. Gutier. de delict. q. 61. n. 6.

63 Iure autem Canonico, cui in Sancti Officij Tribunali standum est, pœna est multo magis pia quã legũ secularium; solum enim spiritualis pœna imponitur, aliæque pœnæ pecuniariæ, vt probatur ex text in c. si quis per capillum 22. quæst. 1. & in cap. 2. de maledic. vbi notant Abb. Anan. & cæteri, Cou. d. §. 7. num. 10 vers. Iure Pontificio, Boër. decis. 301. n. 9. Bernard. Diaz in pract. cap. 110. aliàs 111. Ioan. Vela d. cap. 4. num. 7. & 8. Menoch. dicto casu 375. num. 27. & seq. Decian. d. lib. 6. cap. 6. num. 5. Farin. d. quæst. 20. num. 62. Campan. d. rub. 11. cap. 26. num. 83. Ioan. Gutier. de delict. quæst. 60. n. 16. & q. 64. n. 26. & 27. Trullench lib. 1. in Decalog. c. 11. dub. 3. Ego d. alleg. 51. n. 91. & 97. Quòd etiam per Leonem X. Iulium III. & Pium V. statutum fuit, vt referunt Cou. d. §. 7. num. 10. Menoch. d. casu 375. à n. 29 Decian. d. c. 6. num. 3. Farin. d. quæst. 20. num. 68. Gutier. d. quæst. 64. num. 8. cum seqq. Ego ipse d. alleg. 51. à num. 98.

64 Istæ autem sunt pœnæ, quæ per sanctum Officium pro blasphemiis hæreticalibus cum aliis arbitrariis solent imponi, nec vllus vnquam pro hoc delicto visus fuit relaxari, vt asserũt Rojas de hæret. p. 2. n. 176. cum seqq. Simanch. de Cathol. instit. tit. 8. à n. 10. Quanter. quæst. crimin. cap. 3. de blasphemia n. 4. Pena in direct. p. 2. commento 66. ad quæst. 41. Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 113. lit. A. Gutier. de delict. q. 64. n. 4. Sousa d. lib. 1. c. 19. n. 20. cum seqq. Diana d. p. 4. tract. 7. resol. 8.

Vnde si etiam in blasphemiis hæreticalibus, quæ 65
Christum assertorem nostrum, Matremque eius Sanctissimam lędendi, atque execrandi animo perpetrantur, pœnæ sunt arbitrariæ, & non vltimi supplicij, quanto moderatior esse debebit in hoc casu in quo animus defuit nostram Fidem depellendi, Virginisque Dei Genetricis honorem extenuandi, quinimo contrarium fuit Reus conatus: deficiente verò intentione nocendi, adimendique Deo, atque Sanctis suis honorem, non potest propriè blasphemia nuncupari; hanc enim necesse est praua atque perniciosa voluntate nasci; vt post Caietan. docent Cou. in d. cap. quamuis pactum part. 1. §. 7. in princip. ibi, *Omnis autem blasphemia quia est voluntaria procedit à voluntate mala, & animo derogandi, & detrahendi in aliquo bonitati, & Maiestati diuinæ*, S. Thom. 2. 2. quæst. 13. art. 1. Sanch. d. lib. 2. cap. 32. n. 1. ibi, *Idque voluntate quadam derogandi huc ratione diuina Maiestati, seu Bonitati*, Sousa d. lib. 1. c. 19. n. 1.

Licet denique ob quamcunque criminum spe- 66
ciem, quæ in hoc Reo consideretur, vel per omnes simul possit iudicari capitis pœna dignum esse, hoc nullatenus in sancti Officij Tribunali admitteretur; nam in eo nunquam cum primò delinquẽtibus similis pœna practicatur, ac imponitur confitẽtibus culpam, misericordiamque flagitantibus, etiamsi alias in foro seculari vltimo supplicio in eos animaduertendum fuisset. quod omni iure alias hæretici merentur Deuter. cap. 13. & 17. Leuit. c. 20. Machab. 1. c. 2. Regum 3. c. 18. & 4. c. 23. & in Euangel. Ioannis c. 15 ibi, *Si quis non manserit in me mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignẽ mittent & ardet* l. quicunque §. eos verò, ibi, *vltimo supplicio conceditur*, l. Arriani, §. Manichæi C. de hæret. c. ad abolendum, eod. tit. Alphons à Castro de iusta hæret. punit. lib. 2. c. 12. Simanch. de Cathol. tit. 46. de pœnis à num. 42. eleganter Decian. in tract. crimin. lib. 5. c. 40. & 41. Petr. Greg. syntag. Iuris lib. 33. c. 6. à n. 4 & c. 8.
n. 20. Farin. de hæresi q. 189. §. 1. per tot. Et in sortile- 67
gis, qui fatentur in sortilegiis homicidium fecisse, seque pœnitent, paratique sunt corripi, nõ esse curiæ seculari tradẽdos affirmãt Albertin. de agnosc. q. 25. n. 66. & seqq. Farin. in praxi p. 1. q. 20. n. 105. cum seqq. Anton. à Sousa lib. 1. cap. 58. n. 14. Diana p. 4. tract. 7. resol. 10. vers. nota verò; licèt subdat hodie per
quandam Bullã à Gregor. XV. editam 20. Martij an- 68
ni 1623. hoc esse immutatũ Et in Sodomitis in Regno Lusitaniæ, vbi aduersus eos Sancti Officij Tribunalia possunt procedere, idem statutũ est, vel saltim Inquisitoribus facultas conceditur pœnã minuẽdi, dũmodo non sint incorrigibiles, vt ex Constitutionibus Pij IV. & Gregorij XIII. referũt, & affirmãt Anton. à Sousa d. lib. 1. c. 59. n. 10. 28. & 29. & 37. Seraphin. de Freitas in addit. ad tract. de Confessar. solicit. illustrissimi D. mei Roderici à Cunha q. 24. num. 1. 6. quem tanquam vltimo loco relatum videtur sequi Diana d. p. 4. tract. 7. resol. 20. in fine.

Habita præterea fuit ratio quòd postquam ac- 69
cusatio perlecta est, statim Reus crimẽ suũ ingenuè fuit confessus; quod licèt non sit actus verè perfectèque spontaneus, minuit saltim pœnam, vt post Bart. docet Bald. in l. ea qua C. de condict. indeb. etiamsi post negationem statim confiteatur; Bald. vbi supra num. 10. Tiraq. de pœnis temper. causa 30. n. 14. Clar. § fin. q. 60. n. 29. Menoch. de arbitr. cas. 347.

Crauet.cons.309 sub n.9.latè Farin.in praxi crimin. q.81.num.174.Quod in sancto Tribunali de more habetur,& semper hoc modo cum omnibus se gerit,iuxta illud Salom.Prouerb.28.c.in primis 2.q.1. ibi,qui confessus fuerit scelera sua,misericordiam consequetur,cap.non dicatis 12.q.1.ibi,si hoc vltro confitetur, parcitor illi,& oretur pro illo,c.qui admitti 15.q.8.cap. innotuit,de elect.l.quisquis §.sane C.ad leg.Iul.Maiest. exornant Bossi. tit.de coniect.num.6.Riminald. cons. 245.num.57.cum seqq.lib.3.Bertazol. cons.35.num. 4.lib.2.& cons.357.num.6.Treuisan. decis.49.n.7. lib.2.& in specie Simanch. de Cathol.instit.tit.55.n. 6.Sousa lib.2.c.20.n.34.vbi n.35. ait quòd præsumitur sine dolo deliquisse.

70 Deinde fuit consideratum quòd misericordiam multis lachrymis, pœnitentiæque signis efflagitauit,quodque suæ capturæ tẽpore pœnas volũtarias suscepit,corpus flagellatione,ieiuniis,aliisque castigationibus macerando, Religionisque grauissimæ, quæ multos Sãctos procreauit,erat Monachus,cuius merita essent sufficientia quantum ad punitionem vt aliorum errores supplerentur, atque excusarentur, arg.text.in l.nemini,vers.filius autem,l.petitionem,vers.filij, l.iubemus, vers.& filio C. de aduoc. diuers.iud.vbi filij remunerantur ex parentum meritis.S.Chrysost.homil.10.ad Roman.ibi, Alterum alterius peccato puniri non admodum æquum, atque conueniens esse videtur, vt alterum propter alterum seruari, & decentius multo,& rationi magis consentaneum. Cicer.lib.2.de inuent. Oportebit omni,qui sibi vt ignoscatur,postulauit, commemorare si qua sua poterit beneficia.Et paulo inferiùs.Deinde Maiorum suorum beneficia,si qua stabũt,proferre.Et orat.41.pro Q.Ligario in fine.ibi, In Q.Ligario conseruando multis tu quidem gratum facies, sed hoc quæso, considera, quod soles: possum fortissimos viros probatissimos, totumque agrum Sabinum florem Italiæ, robur Reipublicæ proponere. Et infrà ibi,Quid de fratribus dicam? Noli Cæsar, putare de vnius capite nos agere,Petr.Erod.rerum iudic.lib.1.tit.2.de fide,& relig.cap.3.& lib.6.tit.1.de accusat.c.15.

71 Et demum,quia hoc sanctum,& venerandũ Tribunal præcipuè patris officium exercet, studiosius emendationem,atque correctionem delinquentis, quam Iudicis seueritatem affectans, habens æquitatem ante oculos inquit l.quod si Ephesi in fine,ff.de eo quod certo loco Quamquam in hoc Pseudo Monacho segnitiem & socordiam amante, vitæ correctio non erat facilis, Auth.de Monachis §.sin autem, ibi, Non est facilis vitæ hominis mutatio, & cap.quorundam 34.dist.in quo Reus suam maiorem defensionem constituit.M. Tullius dicta orat.41.pro Q. Ligario circa fin.similem defensionem fecit,his verbis.Quidquid dixi ad vnam summam referri volo vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ causas, Cæsar, egi multas,& quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Certè nunquam hoc modo, ignoscite Iudices, errauit, lapsus est,non putauit,si vnquam posthac. Ad parentem sic agi solet: ad Iudices, non fecit, non cogitauit,falsi testes,fictum crimen, &c. Ad Iudicem sic agi solet, sed ego ad parentem loquor, erraui, temere feci, pœnitet, ad tuam clementiam confugio,delicti veniam peto, vt ignoscas oro.

72 Non obstat quòd quamuis nunquam crimen, nec animus delinquendi præsumatur, l.merito 51. ff.pro socio, hoc procedit in actibus dubiis, qui in bonam,vel in malam partem possunt interpretari,vt inquit text.in cap.2.de regul.Iuris.ibi, Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo quam vt ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur:& colligitur ex S.Thom. 1.2.q.18.art.8.cum seqq.iunctis ab eo traditis 2.2.q.60.art.3.& 4. Abb. in cap.cum ab omni n.2.vers.quædam sunt, de vita, & honest.cleric. Felin.in c.1.num.16.in fine,de præsumpt. Sot.de Iustit.lib.3.q.4.art.3.& 4.Menoch. de præsumpt.lib.5.præs.2.n.6.11.& 12.Farin.d.p.3.q.105. num.116.& 123. Sigism. Scacc.de appellat.q.17.in princ.n.3.In actibus verò qui ex sua natura sunt improbi, vt sunt omnia crimina, l.probrum 42.ff.de verb.signif. semper animus improbus præsumitur, l.si quis extraneus 21.ff.de acquir.hæred.l.1.§.Diuus, vers.& ex re constituendũ ff.ad leg.Cornel.de sicar.l.1. C.eod. Nam cùm omne crimen ex natura sua do- 73
lum & fraudem includat, quanquam in nonnullo ex accidenti abesse possit, euenire; in dubio actus naturæ standum est,ex reg.text. in l.si vnus 27.§.pa- 74
ctus ne peteret,vers.quid & in specie dotis ff. de pact. l. cum filius 76.alias 78.§.hæres meus ff.de legat.2. c. ab exordio 3.ibi, extremitatem retraxit,ad princ.35. dist. & non accidentibus, quæ non præsumuntur, glos. verb.dubitetur,in l.si vero 5.§. qui pro rei qualitate ff. qui satisd.cog.Alciat.de præsumpt.reg.2.in princ. Menoch.eod.tract.lib.6.præs.57.num.13.Mascard. concl. 1254.n.2.Petr.Pechi.in cap.semel malus n.9.de regul. Iuris in 6.Et maximè, quia in libello ita execrabili dolum, & delinquendi animum interuenisse præsumendum est,eiusque verba scripta atque fixa fuisse animo,quem eadem patefaciant, ac demonstrãt, siquidem nullus iudicatur loqui id,quod nõ sentit, 75
vt animaduertit Iurecons.in l.Labeo 7.§. Seruius ibi, Equidem non arbitror quemquam dicere quod non sentiret.Et inferiùs. Cæterum nemo existimandus est dixisse quod non mente agitauerit, ff. de supellect. legata; quia cedit lingua cordi,& sub iugo mentis verba 76
consistunt.Et vt ait Bald.in cap.mãdatum,de rescript. n...ibi, Mens est radix verborum, & eius substantia prima;nam cor est Imperator linguæ, & eam habet sicut mancipium sub iurisdictione sua;voces denique sunt notæ earum,quæ in anima sunt passionum. Et vox est instrumẽtum nostræ voluntatis,& intellectus, & data fuit ad significandum per labia cor & voluntatem.Et Reum postea allegare & dicere contrarium, fuit potius ad excusationem, & non debet attendi. Aliter enim nullus esset qui hac via non conaretur pœnã effugere,text.elegans in l.inter stipulantem 85.§.Sacchum, ibi, Alioquin semper negabit reus se cõsensisse ff.de verbor.oblig.optimè Nicol.de Lyra in noua interlineali Prouerb.c.16.relatus a Liuiano in rationali ad c.1.de præsumpt.ibi,In delicto repertus cum non possit excusare malitiam facti,quæ est patens,negat malitiam intentionis,quæ est latens.Respondetur enim ad totum cũ à nobis traditis supra num.41.cum seqq.Præsumptio enim animi scelerati quæ ex verbis libelli inferri poterat,per alias contrarias præsumptiones vincebatur,de quibus suprà.

Nec etiam obstat quòd cùm in criminibus iuris 77
præsumptio resistat,confessio potest diuidi qualitatis,&absque ea acceptari,l.1.C.ad leg.Cornel.de sicar. d.l.si nõ conuicij,Sarmien.select.lib.1.c.1.n.11.Fachin. controu.lib.1.c.17.Farin.d.p.3.q.81.n.110.Ant.Mercad.controu.Iuris lib.5.c.6.qui resoluunt in criminibus confessionem qualificatam regulariter non admitti sed scindi ac separari posse; respõdetur enim hanc resolutionem pati limitationes relatas sup.n. 26 quæ omnes in hoc casu locũ habẽt:præcipue cũ hic agatur de separãda qualitate à cõfessione, quãtum ad mentem qua actus fuit commissus:in hoc enim tanquam in re interna multũ deferendum est depositioni illum committentis. Et cùm non agatur de cæremonia,nec de alia re in facto consistẽte, sed

ſed de blaſphemiis, quæ in verbis conſiſtebant. Et vtcunque quamuis confeſſio non admittatur in criminibus cum qualitate ſua ad omnimodam pœnæ excuſationem, ſaltim operatur, vt pœna ordinaria non poſſit imponi, ſed alia extraordinaria & moderata, vt ſuprà dixi.

78 Nec pariter obſtat Bulla Pauli IV. *de anno* 1555. quarta *in ordine Bullarij pag.* 721. in qua iubentur Curiæ ſeculari tradi qui Sanctiſſimæ noſtræ Dominæ virginitatem abnegauerint, quamuis poſtea pœnitentiam oſtentent, miſericordiamque efflagitent, cuius conſtitutionis verba refert Peña *in direct. p.*2.*q.*58.*commento* 83. *verſ. pen. & verſ. fin. &* de ea meminerunt Zanard. *in direct. Theolog. p.* 1. *prac.*1.*cap.*5.*q.*11. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 58. *num.* 7. Scortia *in Bullas Pontificum ſelectas ep.*10.*theor.*36. Sanctarel. *de hæreſi cap.*42. *dub. vnico num.* 5. Farinac. *eod. tract. q.*193. *num.*39. Souſa *in aphor. Inquiſ. lib.*2. *cap.*44. *num.*6. Diana *d.p.*4. *tract.*7. *reſol.*24. *verſ. notandum eſt ta-*

79 *men.* Reſpondetur enim non eſſe promulgatam in hoc Regno, vt neceſſe erat vt adſtringere poſſet; leges enim nulla alia ex cauſa nos tenent quàm quod iudicio populi receptæ ſint, quod etiam procedit quoad leges Pontificias, vt notant Azor. *inſtit. moral. p.*1.*lib.*5.*cap.*4.*q.*1. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.*1.*lib.*13.*cap.*16.*num.*160. Villalob. *in ſum. p.*1.*tract.*2.*dub.*16. *num.* 6. Becan. *in ſum. Theolog.*

80 *p.*2.*tract.*3 *c.*6.*q.*8.*num.*2. Vnde dictam conſtitutionem, & ſimilem aliam Clementis VIII. nunquam obſeruari, nec practicari in ſancto Officio referunt Souſa *d. lib.*2.*c.*44. *num.* 6. *in fine*, & Diana *d. p.* 4. *tract.*7. *reſol.*24.*verſ. notandum eſt, in fine.*

81 Multominus obſtat quod ſuprà dicebam de concurrentia plurium criminum ſpecierum in præſenti caſu, in quibus venia cadere non poterat: Reſpondetur enim quod nec ſingulis per ſe criminibus, nec omnibus ſimul perpenſis, capitis pœnam reus meruit: ſi quis enim plura facta committit, quorum ſingula continent in ſe crimen, & facta illa ad eundem finem tendant, vt in hoc caſu, vnicum delictum & crimen dicitur committere. Ita Bart. *in l. nunquam plura* 2. *ff. de priuat. delict. num.*4. *& conſ.* 222. *&* 223, *num.*2. Marſil. *in l. fin. num.* 20. *ff. de ſicar.* Socin. *conſ.*62.*num.*1.*& conſ.*63.*num.* 10. Bologn. *conſ.*30.*num.*7.*&* 8. Boër. *deciſ.* 82. *ad fin.* Cou. *lib.*2.*var. cap.*10.*num.*8. Clar. §. *fin. q.*84. *n.*3. Plaza *de delict. lib.*1.*cap.*1.*num.*18. Theſaur. *deciſ.*18. *num.*13. Cauall. *crimin. reſol. caſu* 155. *num.* 13. *&* 17.*& caſu* 158.*num.* 8. Præterquam etiamſi eſſent plura crimina ex interuallo commiſſa, procedebat in criminibus momentaneis; ſed non in ſucceſſiuis, vt probat *l. maritus* §. *ſex menſium, ff. de adulter. l. ei qui* §. *infans, ff. de furtis*, cum aliis adductis à Farin. *q.*22.*num.*19.*cum ſeqq.* Præcipuè quando principale delictum non poterat ſine aliis committi: vnde puniendus eſt maiori ac inſigniori pœna crimini debita, quemadmodum qui committit plures falſitates ad eundem finem, & effectum, vel plures iniurias, vt referens plures Auctores inquit Farin. *d. q.* 22.*num.*26. *&* 28.

82 Nec etiam poteſt intendi quod cauſa exempli, & ſcandali, quod euenit, ſeueriſſimè puniri deberet: hoc enim procedit cum interuenit culpa, ac dolus in delinquente, ſed non cum nocendi animus defecit. nam pœna culpam ſupponit, & abſque ea non poteſt imponi. Titus Liuius *lib.*39.ibi, *Vnde orta culpa eſt, ibi pœna conſiſtat, cap. ſine culpa, de regul. iuris in* 6.*l. aliud eſt fraus ff. de verb. ſignif.* Farin. *d.p.* 3.*q.*87. ſemper pœna debet culpæ reſpondere. Cicero *lib.*1.*de offic.* ibi, *Cauendum eſt ne maior ſit pœna quam culpa, l. ſancimus C. de pœn. l. Hiſp.*2.*tit.*4.*part.* 3. Mench. *quæſt. illuſt. lib.*1.*c.*19.*n.*6. Eſſet enim contra naturalem rationem vt æqualiter puniretur, qui cum errore, bonoque fine deliquit, & ille qui dolo, offendendique animo. Ita Seneca *lib.*1. *de ira c.* 16.

Præcipuè ſi de pœna capitali ageretur, hæc nanque 83 nunquam iure imponitur cum de vero dolo non conſtet, non obſtante quocunque ſcandalo ſequuturo; in iudicando enim non ſunt attendenda voluntas, populique voces, *l. decurionum, ff. de pœn.* ibi, *Vanæ voces populi non ſunt audiendæ, neque enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine abſolui, aut innocentem condemnari deſiderant.* S. Chryſ. *homil.*1.*de pœnit. tom.*5. S. Leo Papa *ſerm.*8.*de Paſſione Domini*, Fr. Ioan. Marquez *lib.* 1. *del Gouernador Chriſtiano c.*32. Erod. *lib.*1.*rerum iudicat. tit.*6.*de hæret. c.*9. vbi apud Romanos idem obſeruari teſtatur ibi. Poſtea Diuus Adrianus *epiſt. ad Mincenium Fundanicum Proconſulem Aſiæ conſtituit, vt nemini liceret Chriſtianos populi vociferationibus ſine crimine, atque ſine accuſatione interficere*, &c. Sed Rei culpa ac 84 pœna congruens attenderetur, iudexque clementius ſe gereret quam lex, ſuam ſeueritatem quantum potuerit, temperans, *l. reſpiciendum* 11.*ff. de pœn.* ibi, *In grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.* Seneca *lib.*1.*de ira c.*16. Cic. *lib.*1. *de offic.* ibi, *Prohibenda autem maximè eſt ira in puniendo: nunquam enim iratus qui ad cedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum.*

Tum quia exemplum atque ſcandalum tantum 85 poteſt attendi ad executionis accelerationem, ſed non ad pœnam augendam, eamque capitis in merito imponendam. Batt. per tex. *in l. qui cadere, ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Tiraq. *de pœnis temper. cauſ.* 4. *n.*2. Farin. *d.p.*1.*q.*21.*n.*446.

Tum etiam, quia ſcandalum quod Chriſtus Sal- 86 uator noſter ſeuerè puniri voluit *Matth. c.*18. *Luc.* 17.*& Marci* 9. fuit illud, quod in damnum, & ruinam proximorum adhibetur verbis, aut operibus illum ad malum excitando. S. Hieron. *ſuper Matth. c.*15. S. Thom. 2. 2.*q.*43.*art.*1.*&* 2. Cou. *in reg. peccatum in initio n.*4 Petr. Greg. *ſyntag. iuris lib.*38.*c.*2. *n.*4.*&* 5. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.*1.*c.*6. *à n.*1. Laymann. *in opere morali lib.*2.*tract.*3.*c.*13.*n.* 3. Gutier. *Canon. lib.*1.*c.*38.*à n.* 20. Rodet. à Cunha *in cap. licèt* 4.*n.*3. Trullench *in Decalog. lib.*1.*c.*6.*dub.* 5.*num.*1. Et non propriè dicetur id efficere niſi tali animo, ac conatu committatur. S. Thom. *d. q.*43.*art.* 3.& poſt Caiet. Cou. *vbi ſuprà n.*4. Acuña *in d. c. licet, n.*3. ibi, *Intellige primo prædictam concluſionem cum talis inductio ſeu actus ex intentione operantis dirigitur ad labefactandum proximum, non vero quando ex opere alia intentione perpetrato contingit.*

Tum denique, quia in caſu, de quo loquimur, 87 non fuit ſcandalum actiuum, nec paſſiuum, quæ ſunt duæ ſpecies, *cap. niſi cum pridem, de renunciat.* de quibus S. Thom. 2. 2.*q.*43. *art.* 1. *cum ſeqq.* Cou. Gutier. Sanch. Laymann & Acuña *citatis locis*, Caſtr. Palao *in opere morali tom.*1. *tract.*6. *diſp.* 6. *punct.*1. præcipuè *n.*6.*&* 7. Trullench *d. dub.*5.*num.*2. *cum ſeqq.* Non actiuum ſpeciale, nec generale: non enim fuit Reo animus ſolicitandi alios per libelli verba, vt Fidem noſtram defererent, legemque Moyſi caducam, & antiquatam ſectarentur, neque Virginem Sanctiſſimam dehonorandi, potius contrariis, vt ſæpè dictum eſt, votis, & intentionem maiorem Deiparæ honorem & cultum optauit, & intendit. Neque vllum contrarij euentus periculum

 agnouit,

agnouit, potius valde verosimiliter arbitrabatur quod cum in Florentissima illa ciuitate & Fidei firmitas, & erga Dei Genetricem pietas quam maximè eniteat, per conuicia in libello contenta, Fidelium corda sancta quadam pietate irritarentur, deuotio excresceret, desidiaque excuteretur, quæ in absoluendo virginei Triumphi ornatu visa fuerat, contra quem potissimè libelli verba dirigebantur.

88 At deficiente animo, ac periculo quòd alij incidant, maleque operantem insectentur, scandalum actiuum cessat. Nau. *in cap. consideret §. animaduertere num. 9. de Pœnit. dist. 1*. Azori. *instit. moral. p. 2. lib. 12. cap. 26. q. 3*. Sanch. *d. lib. 1. c. 6. num. 7*. Trullench. *vbi supra num. 13*.

89 Nec etiam passiuum interuenit, nam Dei misericordia fauente Fides in illa, & reliquis horum Regnorum Vrbibus firmissima est: nulloque facto efficeretur (neque hoc timeri poterat) vt Fideles scandalizarentur, & libelli doctrinam sectarentur. Debet autem æqualitas, ac rectitudo obseruari absque cuiuscunque scandali attentione, quod ex illo proueniat: nam hoc tanquam iniustum, iustitiæque præceptis oppositum, est paruifaciendum, & ad scandalum euitandum non licet iustitiæ limites egredi, *cap. qui scandalizauerit, de regul. iuris in Decretalib.* vbi glossa. Doctores *in d. cap. nisi, de renunciat. l. Hisp. 50. tit. 5. part. 1.* ibi, *o de dezir, o de fazer la verdad, que es la Iusticia*, vbi latè Greg. *verbo que*

90 *es la Iusticia*, vbi ex hoc infert. Non ergo innocens puniri potest à iudice propter scandalum vitandum, vel rumultum populi, Castr. *de iusta heret. punit lib. 1. c. 20. & lib. 2. de potestate legis pœnal. cap. 11.* Cou. *in reg. peccatum in initio n. 4. vers. in hoc tamen scandalo*, Flamin. *de resignat. lib. 5. q. 3. n. 175*. Gutier. *lib. 1. Canon. cap. 38. n. 21. & 22.*

91 Ex quibus omnibus sacrum Tribunal decreuit Reum in actu Fidei publico prodire debere si forte fuerit proximus, sin autem in aliquam Ecclesiam, cum blasphemi insignibus, lingua scilicet incastratura, iurareque de vehementi, triremibus per decennium ad remum addici, & absque stipendio exilium perpetuum subire ex Vrbe totoque Regno Granatensi, atque Regali Curia, & leucis quinque per circuitum. Producique habitu, quo captus fuit; & dum eius sententia fuerit perlecta cum causæ meritis, manum dexteram annulo ferreo inclusam in altum subleuatam tenere, & quia Religiosus erat, liberum à flagellis manere, iuxta resoluta per Roias *de heret. p. 2. assert. 12. n. 176*. Simanch. plures referentem *de Cathol. instit. tit. 8. num. 16.*

Toletana Immunitatis.

Immunitate Ecclesiæ gaudet qui in Ecclesia, vel Cœmeterio habet vná partem corporis, pedem scilicet, vel manum, vel qui parietem ipsius Ecclesiæ partis exterioris tetigerit, vel in aëre Ecclesiæ correspondente permanserit, quamuis pedibus terram non tangat. In dubio immunitati Ecclesiæ fauendum, ac pro ea iudicandum.

VOTVM CXVII.

SVMMARIVM.

1 *Facti series narratur, & num. 2.*
3 *Veritas oppugnata clarior euadit.*
4 *Testes contrarij se inuicem collidunt.*
5 *Dictio*, in, *iuncta ablatiuo stat pro* intra.
6 *Ecclesia dicitur locus sacer murorum ambitu circundatus.*
7 *Qui est in Ecclesiæ ianua seu ostio non dicitur esse in Ecclesia, sed partim extra & partim intra.*
8 *Pronomen*, ipsis, *est personalissimum, & ad oculum demonstratiuum.*
9 *Delictum in ianua commissum dicitur prorsus extra Ecclesiam patratum.*
10 *Adhærentia eiusdem sunt conditionis, cuius sunt ea, quibus adhærent.*
11 *Paries intermedius separat, & efficit vt res diuisæ dicantur numero plures.*
12 *Cameræ Ecclesiæ adhærentes eius immunitate non gaudent.*
13 *Vulneratus in domo non dicitur qui supra tectum vulnera accepit.*
14 *Ecclesia Matrix, & Metropolis per circuitum 40. passuum, & minor per 30. gaudet immunitate.*
15 *Immunitas 40. aut 30. passuum de consuetudine hodie non seruatur.*
16 *Vltra Cœmeterium cum hodie nullum spatium loci cedit immunitati.*
17 *Domus ædificatæ intra 40. vel 30. passus, etiamsi forent habitatæ per laicos, gaudent immunitate secundum aliquos.*
18 *Immunitas Ecclesiæ datur loco, non personæ.*
19 *Domus Parochorum, Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorum, etiamsi laicis locatæ sint, gaudent Ecclesiæ immunitate.*
20 *Domus, quæ cohæret Ecclesiæ, & est ipsius Ecclesiæ, & non alicuius particularis, gaudet immunitate.*
21 *Portam, seu anulum portæ Ecclesiæ tenens quando ipsa est clausa, illius gaudet immunitate.*
22 *Scalæ quæ sunt Ecclesiæ annexæ, & de illius pertinentiis gaudent immunitate.*
23 *Diuersitas in testium depositionibus illis fidem non tollit quando eiusdem depositionis substantia est eadem.*
24 *Testes inter se contrarij non sunt quando vnus deponit plus altero.*
25 *Testes non dicuntur contrarij quando essent discordes in modo narrandi factum.*

26 Con

26 *Contrarietas vt euitetur debet fieri omnis fauorabilis interpretatio, etiam per improprietatem verborum.*

27 *Contrarietas in testibus potest reduci ad concordiam per interpretationem suppletiuam, & etiam per distinctionem temporum.*

28 *Testibus, qui habent interesse, aut affectionem, aut tractant de se exonerando non est fides adhibenda.*

29 *Familiæ asserenti se cepisse delinquentem in loco non sacro, non est credendum si delinquens dicat se captum in loco sacro.*

30 *Ecclesiæ nomen quando tractatur de sacrilegio commisso ob pollutionem sumitur strictè, & eius appellatione non veniunt scalæ, campanile, atrium & tectum.*

31 *Ecclesiæ nomen ad effectum immunitatis largè sumitur.*

32 *Locus sacer ad effectum inducendi sacrilegium non ita latè sumitur, sicut ad effectum gaudendi ecclesiastica immunitate.*

33 *Quando agitur de immunitate sumus in fauorabilibus, quando vero agitur de graduando delictum sumus in odiosis.*

34 *Priuilegia Ecclesiæ sunt potius amplianda quam restringenda.*

35 *Tectum Ecclesiæ gaudet illius immunitate.*

36 *Domus ex tribus constat, fundamento, pariete, & tecto.*

37 *Immunitate Ecclesiæ gaudet ille, qui in Ecclesia, vel Cœmeterio habet præcipuam partem corporis.*

38 *Pedem tantum in Ecclesia, vel Cœmeterio habens gaudet priuilegio immunitatis.*

39 *Anima est in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis.*

40 *Manum habens intra fines Ecclesiæ, licet foret extra, gaudet illius immunitate.*

41 *Manu tangere locum sacrum sufficit ad effectum gaudendi Ecclesiæ immunitate.*

42 *Parietem Ecclesiæ exteriorem tangens illius gaudet immunitate.*

43 *Aër Ecclesiæ, vel Cœmeterio respondens gaudet priuilegio immunitatis.*

44 *Ecclesia, & Cœmeterium retinent suam immunitatem in aere vsque ad Cælum eidem Ecclesiæ, vel Cœmeterio respondens.*

45 *Immunitati Ecclesiasticæ in dubio fauendum, ac pro ea iudicandum.*

46 *Immunitatem Ecclesiæ defendere spectat ad Ecclesiasticos.*

47 *Opinionum in conflictu ea semper est amplectenda, quæ fauet Ecclesiæ.*

48 *Statutum aliquod vbi dubitatur sit necne contra immunitatem Ecclesiasticam, debemus amplecti opinionem, quæ fauet Ecclesiæ.*

49 *De communi opinione curandum non est quando contraria fauet iurisdictioni Ecclesiasticæ.*

50 *Ex duabus contrariis opinionibus illa sequenda est, quæ fauet Religioni.*

Don Gonçalus de Piedrola Porcel, de quodam homicidio imputatus se recipit in domo adhærente cœmeterio benedicto, & in communi, domus scilicet, & cœmeterij pariete ex cubiculo alto, in quo habitabat, foramen fieri mandauit, & ex parte cœmeterij scalam adaptauit, per quam, cum opus sibi fuisset, ad cœmeterium descendere, & in loco sacro se recipere posset. Verùm cum de mense Iunij proximè præteriti laici Iustitiæ ministri dictum Don Gonçalum de Piedrola in carcerem de mandato Vicepraætoris huius oppidi iniicere prætenderent, ad eandem domum ad horam noctis decimam se conduxerunt, & in dicto cubiculo Don Gonçalum inuenerunt, qui cum effugere ad locum sacrum cœmeterij per foramen vellet, & introductus ad medium vsque corpus super cœmeterium, & scalam extensum, vt ipsius testes deponunt eo modo, de quo infrà, tandem à dictis ministris impeditus, & ad cubiculum iterum redactus, ad carceres Regios adducitur. 1

Hinc introducta causa & lite in prima instantia coram D. Vicario Generali Toletan. in hoc oppido Matritense residente inter dictum D. Gonçalum in dictis carceribus detentum ex vna, & Fiscalem Regium in sacello Prætorum eiusdem oppidi partibus ex altera, de & super restitutione dicti Gonçali ad locum sacrum, vt immunitate Ecclesiæ gaudere posset, dictus D. Vicarius in causa huiusmodi per suam definitiuam sententiam dictum D. Gonçalum immunitate Ecclesiæ gaudere, & ad locum sacrum restitui non debere declarauit: à qua sententia fuit pro parte ipsius D. Gonçali ad sanctam Sedem Apostol. atque aliàs legitimè appellatum; & causa, & causis appellationis, & appellationum huiusmodi per Illustrissimum, & Reuerendissimũ D. meum IVLIVM ROSPILLOSI in his Hispaniarũ Regnis S. Sedis Apost. cum potestate Legati de latere Nuncium, mihi commissis, dubitaui an prædicta D. Vicarij sententia esset confirmanda, vel infirmanda? & infirmandam esse censui. 2

Verùm quia de literatissimo Iudice qualificata est apud omnes opinio, ideò ad clariorem materiæ cognitionem partes illius assumere, & eximij sui iudicij rationes quibus moueri potuit, pro meo posse examinare constitui, quò melius veritas elucescat: hæc enim oppugnata clarior nebulis expulsis in lucem progreditur, sicut aromata, quæ tantò magis redolent, quantò magis conteruntur, *cap. graue* 35. *q.* 9. ibi, *quia veritas sæpius exagitata magis splendescit in luce*, gloss. *verb. Postquam, in cap. cum Ioannes, de fide instrum.* Ludou. Zuntus *in resp. pro vxore, n.* 2. Ioan. Neuizan. *in principio suæ Syluæ nupt. à num.* 4. Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ decis.* 41. *num.* 6. 3

Primò moueri potuit ex probationibus ab vtraque parte factis: Nam Don Emmanuel de Corbera 4

pro

pro parte Don Gonzali examinatus in processu *fol.* 4. testatur se vidisse D. Gonçalum habentem corpus intromissum per dictum foramen super scalam, clamantem se per vim extrahi à loco sacro. Antonius de Castro *fol.* 5. *B*, & Ioannes Rubiasco *fol.* 7. *B.* idem ferè affirmant, sed addunt se vidisse totum D. Gonçali corpus super scalam extensum. D. Ioannes Antonius de Ribera *fol.* 9. *B.* deponit vidisse D. Gonçalum medium corpus super scalam distentum tenere. Don Ioseph de Faria y Guzman *fol.* 12. ait Don Gonçalum dimidium corpus vsque ad caput super scalam extensum habuisse; & omnes in plenario in suis prioribus dictis se confirmarunt. Et in alia plenarij iudicij probatione pro parte eiusdem Don Gonçali alij sunt examinati testes, videlicet Lucas Garcia *fol.* 79. *B.* qui refert sibi videri Don Gonçalum plus dimidij corporis cum duobus crusculis, & vno brachio super scalam habuisse, & subdit ad hoc non benè attendisse cum iã esset circa intempestam noctem. Item Anna Aloysa præcedentis vxor *fol.* 80. *B.* idem affirmat, in eo tamen ab eo dissentire videtur dũ ait crusculum vnũ, non duo Don Gonçalum extra foramen habuisse ad partem cœmeterij. Item D. Conradus de Spinola, *fol.* 83. *B.* & Don Ioannes de Hinojosa *fol.* 85. *B.* concordant cum dicta Anna Aloysa. Ex parte verò Fisci omnes Iustitiæ ministri, eorumque socij, qui ad D. Gonçalum capiendum se vltrò exhibuerunt, examinati deponunt inuenisse illum in dicto cubiculo adstantem, cum inde ad Regios carceres adduxisse, & de foramine nec verbum quidem. Alij verò de illo tempore per viam publicam casu, vt ipsi aiunt, transeuntes, & curiositatis causa in cubiculũ ascendentes, attestantur se vidisse illos ministros cum Don Gonçalo contendere, vt iret ad carceres, & quod ex eo illum extraxerunt, & secum adduxerunt, nihil tamen de introductione foraminis agũt. Ex quibus testiũ depositionibus nulla videtur concludens elici immunitatis probatio; nam omnes ferè pro parte D. Gonçali examinati, dũ alij caput, alij crura, & manum, alij crusculum tantum & manum, alij totũ, alij dimidium corpus intra foramen, & super scalam in cœmeterio existentem introductũ habuisse referunt, vel sunt inter se contrarij, & ideò nõ probant, quia vnus alteri contradicendo se inuicem collidunt, ex pluribus adductis per Farin. *in praxi crimin. p. 2. de test. b. q.* 65. *n.* 2. *cum seqq.* vel saltim in suis dictis singulares, ac proinde illis nulla fides adhibenda; *l. iusiurandum, C. de testib. l. licet causam, de probat.* plures per me citati *in collect. ad c. in omni negotio, n.* 31. *de testib.*

5 Secundò motus fuit, vel moueri potuit ex pluribus fundamentis, ex quibus quatenus in foramen introductio dimidij corporis, vel præcipuæ illius partis concludenter probaretur, adhuc colligitur Don Gonçalo immunitatis priuilegium non competere, & in primis, quia *in c. fin. de immun. Eccl. & in Constit. Gregorij XIV.* super immunitate Ecclesiarum, dicitur, *in ipsis Ecclesiis, vel earum cœmeteriis*, vbi dictio illa *in*, iuncta ablatiuo, stat pro *intra*, locumque interiorem Ecclesiæ, non autem exteriorẽ comprehendit, text. *in l.* 1. *§. in flumine*, & *ibi Bart. ff. de flumin.* Mari Italia *de immun. c.* 4. *§.* 7. *n.* 20. *& c.* 5. *§.* 3. *n.* 4. Mastril. *Sicil. decis.* 22. *n.* 9. Castil. *decis.* 156. *n.* 31. plures per me *de dictionib. vsufreq. dict.* 131. *n.* 11.

6 Tertiò, quia citata verba, *in ipsis Ecclesiis, vel earũ cœmeteriis*, denotant immunitatem concessam confugientibus intra ambitum earundem Ecclesiarũ, vel cœmeteriorum, & non possunt extendi ad extremas partes ipsarum Ecclesiarum, vel ad suas ianuas, seu fenestras, nam Ecclesia dicitur locus sacer murorum ambitu circundatus, *glos. vltim. in c. fin. ne Prælati vices suas*, cum aliis citatis à R.P.D. Sperell. *in decis. fori Eccles. decis.* 60. *n.* 5. & qui est in Ecclesiæ ianua, seu ostio, non dicitur esse in Ecclesia, sed partim extra, & partim intus, glos. *verb. Vir ergo, in c. cũ sanctam, de Pœnit. dist.* 2. quam refert D. Sperell. 7
d. decis. 60. *n.* 54. Et pronomen, *ipsis*, est personalissimum, & ad oculum demonstratiuum, atque alterius loci exclusiuum, vt cum multis, ac propemodum infinitis probaui *de diction. vsufreq. dict.* 177 *a n.* 5. & ideò delictum in ianua commissum dicitur prorsus extra Ecclesiam patratum, Dominic. *in c. vnic. n.* 6. *de consecrat. Eccles. in* 6. Sanchez *de Matrim. lib.* 9. *disp.* 15. *num.* 28. quos refert R.P.D. Sperel. *in decis. fori Eccles. decis.* 60. *num.* 55. 8 9

Quartò, quia cubiculum illud, quod parieti cœmeterij adhærebat, ex se & ratione connexitatis cũ cœmeterio, Ecclesiæ immunitate gaudere non poterat; nam licèt quæ adhærent eiusdem sint conditionis, cuius sunt ea, quibus adhærent, *l. quæ Religiosis, ff. de rei vendicat. l. in medicis, ff. de contrah. emption. cap. super eo, de Paroch.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *c.* 24. *n.* 30. Peregrin. *de immunit. c.* 4. *n.* 25. nihilominus tamen quia paries intermedius separat, ac de domo excludit cœmeterium, iuxta text. *in d. c. vnic. de consecr. Eccles. lib.* 6. ibi: *Non vnũ, sed plura cœmeteria esse noscuntur, quæ quamuis sibi cohærentia, pariete tamen medio sejunguntur*, inde infertur parietem efficere vt res sic diuisæ dicantur numero plures, obseruant glos. *verb. Pariete, in d. c. vnico*, vbi Domin. *n. fin.* & Franch. *num.* 3. Sanch. *d. disput.* 15. *sub num.* 34. *vers. Si vero.* Et ideò Cameræ Ecclesiæ adhærentes cum dubio procul vnum corpus cum Ecclesia non constituant, nec diuino cultui deputentur, Ecclesiæ immunitate non gaudent, Sanch. *d. disput.* 15. *n.* 29. Ex qua ratione idem in turribus, & cryptis subterraneis Ecclesiæ, & in tecto resoluunt idem Sanch. *d. n.* 29. *& seq.* Nald. *in Sum. verb. Sacrilegium, num.* 4. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 9 *n.* 1. Vnde in domo vulneratus non dicitur, qui supra tectum vulnera recepit Franch. *in c. si Ecclesiam, num.* 7. *de consecrat. Eccles. lib.* 6. Baiard. ad Clar. *§. fin. q.* 82. *n.* 117. 10 11 12 13

Quintò, quia licet Ecclesia Matrix, vel Metropolis per circuitum quadraginta passuum, & minor per triginta gaudeant immunitate, *cap. sicut antiquitus, cap. quisquis inuentus* 17. *q.* 4. Clar. *in pract. §. fin. q.* 30. *num.* 2. Decian. *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 24. *n.* 29. Farin. *in prax. crimin. q.* 28. *n.* 12. *& de immun. n.* 285. *cum sequentib.* Peregrin. *de immunit. Ecclesiarum cap.* 4. *n.* 28. Trullench *in decem Eccles. præcepta lib.* 1. *c.* 11. *dub.* 1. *n.* 5. hoc vel intelligitur de Ecclesiis extra muros ciuitatis constructis, quasi quod isti passus dentur Ecclesiis pro cœmeterio, secus in Ecclesiis, quæ sunt intra illius muros, vt per Vulpell. *cons.* 130. *n.* 10. Ambrosin. *de immun. cap.* 10. *n.* 4. Decian. *d. lib.* 6. *c.* 25. *n.* 9. Vel de consuetudine non seruatur immunitas hæc 40. aut 30. passuum, Suar. de Paz *in pract. tom.* 1. *p.* 5. *c.* 3. *§.* 3. *n.* 34. Sanch. *cons. Moral. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. *vers. Item quadraginta*, Mari. Ital. *de immunit. lib.* 1. *c.* 4. *§.* 2 Farin. *de immunit. num.* 244. Trullench *d. num.* 5. Vel denique quia vltra cœmeterium iam hodie nullum spatium loci cedit huic immunitati, quia confinia illius sunt posita ad excludendum, & includendum, idem Decian. *d. lib.* 6 *c.* 25. *n.* 11. 14 15 16

Sextò, quia licet domus ædificatæ intra dictos quadraginta, vel triginta passus respectiuè, etiamsi forent habitatæ per laicos (secundum aliquos) gaudeant Ecclesiarum immunitate, vt tenent Decian. *d. c.* 17

18 d.c.25.n.16. ea ratione motus, quia hæc immunitas datur loco, non personæ, & Peregr. d.c.4.n.26. vbi refert in facti contingentia declarasse Senatum Mediolanensem restituendum Ecclesiæ quendam Petrum imputatum de vxoricidio captum in cubiculo cuiusdã domus sita intra 16. passus ab Ecclesia maiori; & n.27. in fin. dicit ita esse vsu receptum, nihilominus id hodie, vel non procedit de generali consuetudine, iuxta dicta numero præcedenti; vel
19 intelligitur de domibus Parochorum, Canonicorũ, & aliorum Ecclesiasticorũ, etiamsi laicis locatæ sint, vt contra Oldrad. cons. 55. resoluunt Carthar. decis. crimin. 46.n.20. Sanch. d. dub.7.n.2. in fin. vers. Item hac immunitate gaudent domus Ecclesiæ facta habitationi Clericorũ Sum. Dianæ p.1. verb. immunitas quoad
20 loca, n.9. vel denique accipiendum, dummodo ipsa domus cohæreat Ecclesiæ, & sit ipsius Ecclesiæ, & non alicuius particularis, Peregr. d.c.4.n.26. & post Castr. Pala. Trullench d. lib.1.c.11. dub.1. n.5. in fin. Mari. Antonin. var. resol. lib.1. resol.18.n.4. vers. Quod.
21 Septimò, quia licèt manu tenens portã, seu annulum portæ Ecclesiæ, gaudeat illius immunitate, c. si quis cõtumax 17.q.4. Couar. var. lib.2.c. vlt.n.18. vers. 32. dubitatur, Decian. d. lib.6.c.25. n.17. Gambac. de immun. lib.4.c.1.n.9. Attamen hæc resolutio procedit in non valente intrare Ecclesiam, eo quòd clausa sit; ita in terminis intelligunt Suar. de Paz d.§.3.n.46. Pereg. d.c.4.n.18. Farin. de immun. n.279. Cardos. in praxi iudicum verb. Ecclesia, num.76. Sum. Dianæ d. verb. immunitas quoad loca, n.11. & plures citati per me de iure Eccles. vniu. lib.2. cap.3 num.65. Sanch. in cons. moral. tom.2. lib.6.c.1. dub 3 n.2. vers. Item hac immunitate.
22 Octauò & vltimò, quia licèt scalæ, quæ ducunt ad Ecclesiam, illius gaudeant immunitate, itaut de linquẽtes ex illis per vim extrahi nõ possint. Nauar. in manu c.25.n.18. circa med. ibi gradnum, Mari. Ital. d. lib.1.c.4 §.6.n.21. Pereg. d.c.4.n.19. nihilominus eorum resolutio intelligitur de scalis, quæ sunt Ecclesiæ annexæ, & de illius pertinentiis, ex Farin. d. tract. de immun. n.281. & pluribus per me citatis d. lib.2.c 3.n.66.

Cùm igitur Don Gonçalus non fuerit captus intus Ecclesiam, seu eius cœmeterium, nec in domo Parochiali, seu Canonicali Ecclesiæ, aut cœmeterio cohærẽte, aut ipsius Ecclesiæ, nec manu tenuerit portam, seu illius annulum, quia clausa erat Ecclesia, & intrare non potuit; nec scala, super qua extentum fuisse repertum dicitur, erat cœmeterio permanenter annexa, aut de illius pertinentiis, iam inferri videbatur ad iustificationem sententiæ per D. Vicarium latæ contra immunitatem.

23 Sed his non obstantibus contrarium mihi verius videtur, & ad hoc multis, & his validissimis ducor fundamentis.

I. Quia testes omnes pro parte Dõ Gonçali examinati in vnũ tendunt quòd ipse sui corporis partem per foramen super scalã in cœmeterio existentem extensam habebat, siue esset caput, siue crura, & pedes cũ in substantia qualibet pars sufficiat sacrũ tangere locũ ad effectũ gaudendi priuilegio immunitatis, vt infrà n.20. & 2 .ostenditur: & sic diuersitas in testium depositionibus illis fidem non tollit, quando eiusdẽ depositionis substantia est eadẽ, ex multis, quos refert & sequitur Farin. d.p.2.q.65.n. 22. Tum etiã, quia testes deponentes de capite, vel de cruribus, vel de manibus, concordant cũ deponentibus de toto corpore, vel de præcipua illius parte, & qui deponũt de tota vel maiori parte corporis non dissentiunt à deponentibus de capite, vel de cruribus, vel de manibus, quia in toto est pars, & pars dicitur de toto. Tum etiam, quia testes inter se contrarij non sunt, quando vnus deponit plus altero; potest enim stare quòd vnus viderit quod alter non vidit, iuxta not. per Alex. Neuiz. Malc. & alios, quos refert, & sequitur Farin. d.q.65.a n.11. quibus addo Ambros. Perus. decis. 24. Tũ etiam, quia nõ dicuntur contrarij testes si in eorum depositionibus essent discordes in modo narrandi factum, super quo deponunt, si in ipsius facti substantia concordant, cap. nihil, de verb. signif. Farin. d.q.65. num.29. Cardos. in praxi Iudic. verb. Testis, num.77. 24 25

Et quatenus in illis aliqua contrarietas posset inueniri (quæ certò non adest) esset omnis interpretatio fauorabilis faciẽda, vt illa euitaretur, c. cum tu, & ibi glos. & DD. de testibus, plures citati per Farin. d.q.65.n.37. Greg. XV. decis.351.n.28. Duran. decis. 90.n.7. etiam per impropriẽtatẽ verborum, ac idem Farin. d.q.65.n.43. cum seqq. Mari. Anton. variar. resol. lib.3. resol.16.n.2. Potest enim asserta cõtrarietas reduci ad cõcordiam per interpretationẽ suppletiuam, & etiam per distinctionem temporum, quia, vt dicitur, distingue tẽpora, & concordabis scripturas; & etiam per principium, & finem actus, super quo testes deponunt, intelligẽdo scilicet, quòd vnus testis deponit de vno tempore, & alius de alio; siue quòd vnus testis deponit de principio actus, & alius de fine ipsius actus, vt cum multis plenè resoluit Farin. d.q.65.n.48. & seqq. 26 27

Vnde cũ constet Don Gonçalum in foramine introductũ à Ministris Iustitiæ fuisse magna vi prætensum, vt inde ad cubiculũ extraheretur, illũ verò laborasse omnibus viribus ne illinc tolleretur, credendũ est cum quandoque totum corpus, interdum dimidium nõnnunquam caput, & aliquando crura introducta habuisse, & cum testes non simul, sed quidã in principio introductionis; alij verò in medio, vel in fine accederent, quilibet deponit de illo, quod vidit, in sui accessus tempore: & in hunc sensum accipienda sunt dicta testium à Fisco Regio productorũ, quorum plures sunt ministri, & eorum socij, qui ad carcerandum Don Gonçalum accesserunt; qui vel sunt interessati, vel habent affectionem vel tractant de se exonerando, aut exculpãdo, & ideò illis nulla fides adhibẽda, ad trad. per Farin. d. tract. part.2.q.60 a n.1. & in terminis Decian. d. lib. 6 c.30.n.10. quæstionem eleuat hoc modo: Quid si familia asseris se cœpisse delinquentem in loco non sacro, & sic extra Ecclesiam, vel fines Ecclesiæ, delinquens verò dixit se captum in loco sacro; an credatur familia? Et negatiuè respondet, subdens quòd in his non est facilè credendum officialibus, qui spe lucri non verentur mentiri. Et in omnem euentum in dubio potius est præsumendum quòd quis fuerit captus in loco sacro, quàm extra illum, ex Farin. d. tract. de immunit. n.56. Decian. d. lib.6.c.29. num.10. 28 29

II. Quia nomẽ Ecclesiæ quãdoque strictè, quandoque largè sumitur: quãdo tractatur de sacrilegio cõmisso ob pollutionẽ sumitur strictè; & hoc casu scalæ, cãpanile, atrium, tectũ, & domus Ecclesiæ non veniũt appellatione Ecclesiæ; nec gaudent eius immunitate, & procedunt supra adducta n.5. cum seq. Quando verò tractatur de hoc priuilegio immunitatis largè sumitur; & Ecclesiæ appellatione illa omnia cõprehendũtur, vt cũ aliis resoluit Pereg. de immun. c.4.n.43. & c.6. n.35. optimè D. meus Sperell. decis.62. n.24. ibi: Quia locus sacer ad effectum inducendi sacrilegium non ita latè sumitur sicut ad effectum gaudendi Ecclesiastica immunitate, vt dixi supra decis. 60.n.27. & 28. vbi alios adduxi, quibus addi possunt Nald. 30 31 32

Nald. in dict. verb. Sacrilegium, n. 4. vbi quod id omnes docent, Vincent. de Franchis decision. 402. sub n. 9. &
33 11. vbi etiam tangit rationem, quia nempè quando agitur de immunitate, sumus in fauorabilibus; quando autē agitur de graduādo delictum, sumus in odiosis, & pœnalibus: eandem opinionem firmat Suarez tom. 1. de Relig. lib. 3. c. 9. n. 1. qui ait aliud esse loqui de violatione Ecclesiæ, quatenus polluitur, aliud quatenus eius libertas siue immunitas ad defendendos reos ad illam confugiētes violatur, nam casu de pollutione nomine Ecclesiæ nō venit nisi corpus ipsum internū, neque ipsa polluitur per effusionem sanguinis, vel seminis factam super tectū, vel in sacro, vel alio simili loco cum ea coniuncto, & extra illam existente, & ad sacros vsus non deputato: at verò quoad immunitatē omnia illa cōprehenduntur ob eā iem rationem, quia quod Ecclesia per actus prohibitos in ea perpetratos polluatur, est grauamen, & damnum, quod verò ipsa possit tueri reos ad se confugientes, priuilegiū est, &c. Idem tenet Dian. in resol. moral. p. 6. tract. 1. resolut. 1. vers. Sed quæro, Sum. ipsius verb. Immunitas
34 quoad loca, n. 11, Ratio est, quia priuilegia Ecclesiæ sunt potius amplianda quam restringenda, Peregr. d. cap. 4. num. 46.

35 Vnde benè infertur Ecclesiæ tectum gaudere immunitatis priuilegio, quia existens supra illud dicitur esse intra situm Ecclesiæ. Ita Mar. Ital. d. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 24. & 25. Peregr. d. cap. 4. n. 40. Suar. d. lib. 3. cap. 9. num 8. vers. Sed quid, Farin. de Immun. n. 282. Faguud. noster in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 2. lib. 4. c. 4. n. 6; Trullēch in præcept. Decal. lib. 1. c. 11. dub. 1. n. 12. Sum. Dianæ d. verb. Immunitas quoad loca, n. 11. Ego de iure Ecclesf. vniu. lib. 2. c. 3. post
36 n. 66. Cùm enim domus secundùm Iura Ciuilia ex duabus rebus constet, ex solo, & superficie, tex. in l. eum qui ædes, ff. de vsucap. vel ex tribus secundùm Dialecticos fundamento, pariete, & tecto, vt notat ibi glos. in verb. constent; non debent huiusmodi partes integrales diuerso iure censeri, d. l. eum qui ædes; inde fit vt immunitas cōcessa Ecclesiæ, dubio procul dicatur tecto, seu superficiei concessa, itavt qui supra tectum fuerit, non possit deforis cum scalis ex locis profanis capi.

37 III. Quia certum est Ecclesiæ immunitate gaudere illum, qui in Ecclesia, vel Cœmeterio non habet totum corpus, sed tantum caput, vel præcipuam partem corporis, itavt si per vim inde extrahatur, debeat restitui. Suar. d. lib. 3. c. 12. n. 40. in fin. Peregr. d. cap. 4. num. 71,

38 IV. Quia manum, vel pedem tantum in Ecclesia, vel Cœmeterio habere sufficit ad eam confugienti ad hoc vt priuilegio Immunitatis gaudere valeat, vt tenent Vincent. de Franch. decis. 402. n. 5. & 11. Farin. in praxi crimin. q. 28. n. 14. in fin. Ambrosin. de immunit. c. 10. n. 5. Peregr. d. c. 4. n. 61. vers. Et idem dicē-
39 dum, vbi rationem reddit, quia anima est in toto
40 corpore, & tota in qualibet parte corporis, Decian. optimè d. lib. 6. c. 25. n. 17. in fin. ibi: Ex quibus infertur vnum notandum, quod dato quod quis foret extra fines Ecclesiæ cum corpore, si tamen manum haberet ad fines ipsos, puta ad Cœmeterium, tutus esset, & ita vidi obseruari, & obseruaui dum essem assessor.

41 V. Quia adhuc sufficit manu tangere locum sacrum, licet corpus foret extra illum. Ita Farin. d. tr. de Immun. n. 279. in fin. Trullench d. lib. 1. c. 11. dub. 1. n. 12. benè Decian. d. lib. 6. c. 25. sub n. 17. ibi: Et licet manu tantum tāgat loca sacra, & totū corpus foret extra locum sacrū, attamen tutus esset toto tempore, quia anima tota est in toto, & tota in qualibet parte totius, arg. l. via. §. si. ff. de seruit. rust. præd. & in l. si cui, ff. de seruit. & tradit Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, in prin. in 3. oppos. ff. de verb. obl. & in l. 40. §. Cato, eod. tit. &c.

VI. Quia etiam Ecclesiæ immunitate gaudet qui 42
parietem ipsius Ecclesiæ partis exterioris tetigerit. Ita Aloys. Ricc. tom. 3. resol. 560. n. 8. Trullēch d. c. 11. dub. 1. n. 4. ibi: Partes parietum exteriores, quia materia hæc fauorabilis est, & ideò extendenda, &c. Diana moral. resol. p. 3. tract. 1. resol. 73. & p. 6. tract. 1. resol. 3. vers. Ad argumentū, & resol. 6. in fin. Sum. eius d. verb. Immunitas quoad loca, n. 11. ibi: Porrò ad Ecclesias reuertendo, non solùm aula ipsa, & corpus Ecclesiæ quoad superficiem concauam gaudet immunitate, sed etiam muri eius extrinsecus si quis illos tangat, &c.

VII. Quod plus est etiam aer ipsi Cœmeterio re- 43
spondens gaudet priuilegio Immunitatis. Ita in terminis Cardos. noster in praxi Iudic. & aduocatorum verb. Ecclesia, n. 77. ibi: Proijciens se ex ianua, vbi est Ecclesia, aut Cœmeterium gaudet immunitate Ecclesiastica, quamuis pedibus terram non tangat, cum Ecclesia, vel Cœmeterium retineat suam immunitatem in aëre 44
vsque ad Cœlum eidem Cœmeterio respondens: per text. in l. si opus, §. in opere nouo, & in l. fin. §. si quis proiectum, ff. quod vi, aut clam, & l. fin. ff. de seruit. &c.

Ergo ex dictis constat, quod si Don Gonçalus intra foramen, & ita ad partem Cœmeterij, siue totum corpus, siue partem illius, siue crura, siue pedem, aut manum misit: siue locum sacrum Cœmeterij toto corpore in cubiculo remanente, siue parietem partis interioris, vel exterioris tetigit, siue in aëre Cœmeterio respondente pependit, manibus, siue pedibus terram non tangendo, in his omnibus casibus priuilegio immunitatis iuxta supra dicta gaudere indubium est.

Et quando hæc (quod absit) in dubium potuis- 45
sent reuocari, adhuc tamen immunitati Ecclesiasticæ fauendum, ac pro ea iudicandum erat, l. sunt personæ, ff. de relig. & sumpt. fun. Turrec. in c. si quis in atrio 17. q. 4. Decian. cons. 80. n. 22. vol. 3. Giurba cons. 10. n. 25. Sperel. in decis. fori Ecclesf. decis. 41. n. 14. Ego de iure Ecclesf. vniu. lib. 2. c. 3. n. 69 in fin. quam defendere nobis Ecclesiasticis incumbit, iuxta dictum Bald. 46
in c. quisquis n. 5. de elect. quem refert Valençuela in suo defensorio p. 5. n. 1. Et si ad Theologos eius spectat defensio, secundùm quod aduertit Baldell. in sua Theolog. moral. lib. 5. disp. 33. n. 3. vers. Confirmat, ibi: Cùm Iudices laici maximè illam (scilicet immunitatem Ecclesiasticam) extenuent, optimum & rationabilissimum est vt contraria ratione Theologus, quantum potest, illam defendat, & tueatur: tanto magis nobis Canonistis, & Pontificij Iuris professoribus id ipsū spectare debere omnibus est plusquam notissimū, etiam quando casus dubitationem aliquam haberet, & pro vtraque parte disputabilis foret; quia adhuc ad fauorem immunitatis esset omnino resoluendus; in conflictu enim opinionum, illa semper 47
est amplectenda, quæ fauet Ecclesiæ, Felin. in c. 1. n. 104. de constit. Boët. Epo in quæst. heroicis lib. 3. sub tit. de Immun. Ecclesf. ad c. 4. n. 38. & 39. Valenç. d. p. 1. n. 43 Decian. Houded. Maynard. & Bellet. citati ab Antonino Dian. moral. resol. p. 1. tract. 2. resol. 65. vbi 48
eos sequutus asserit quod semper, & quandocumque sumus in dubiis an aliquod statutum sit necne contra Immunitatem Ecclesiasticam, debemus amplecti opinionem, quæ fauet Ecclesiæ. Et addit Sousa in Bullam Cœnæ c. 14. disp. 46. n. 5. quem refert 49
Diana p. 5. tr. 1. resol. 23. non esse curandum de communi opinione quando contraria fauet iurisdictioni Ecclesiasticæ: & docét Sanch. in cons. moralib. tom. 50
1. lib. 2. c. 4. dub. 15. n. 31. & P. Suar. contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 34. n. 4. quòd ex duabus contrariis opinionibus illa sequenda est, quæ Religioni fauet.

Conchen.

Conchen. subrogationis.

An & quando mutuans pecuniam personæ, cui lex resistit, vel faciens contractum cum ea, teneatur curare vt pecunia in re vtili consumatur.

VOTVM CXVIII.

1 *Emptor ab Ecclesia, Republ. pupillo, vel minore non est tutus nisi curet quod insumptionis conditio adimpleatur.*
2 *Pecuniam soluens procuratori speciale mandatum habenti ad exigendum non tenetur curare vt ille pecuniam in aliam rem conuertat.*
3 *Pecuniam Ecclesiæ dantes, vel ab ea aliquid ementes curare tenentur vt pretium in eius vtilitatem conuertatur.*
4 *Reipublicæ pecuniam dantes tenentur probare illam conuersam fuisse in eius vtilitatem.*
5 *Ciuitas non obligabitur ex mutuo sibi dato nisi in eius vtilitatem versum esse probetur.*
6 *Nisi toti collegio Senatorum, seu Decurionum, vel Consiliariorum mutuetur, & ciuitas legitimè congregata confiteatur pecuniam conuersam in eius vsum.*
7 *Minori pecuniam dantes, seu ab eorem aliquam ementes, tenentur curare vt pretium conuertatur in eius vtilitatem.*
8 *Minor non obligatur ex mutuo nisi in eius vtilitatem versum fuisse probetur.*
9 *Alienatio bonorum fideicommissi subiectorum quando permissa, remissiue.*
10 *Alienatio bonorum fideicommissi subiectorum quando permittitur, emptor curare debet, vt pretium conuertatur in illas res, pro quibus fuit permissa alienatio.*
11 *Facultas quando conceditur ad accipiendum aliquam quantitatem pecuniarum ratione casus super bonis maioratus, aut ea vendẽdi, vt alia in eorum locum subrogentur, emptor tenetur curare vt pecuniæ huiusmodi in alia bona conuertãtur.*
12 *Maioratus bona vt conseruentur in familiis illustribus Reip. maximè interest.*
13 *Maioratus causam publicam continet.*
14 *Facultas pro alienãdis bonis maioratus concedi non potest, nisi causa publica cõcurrat.*
15 *Feudalia bona sũt natura sua inalienabilia.*
16 *Feudalia bona si alienentur in casibus permissis, emptor probare & curare tenetur pecuniam conuersam fuisse in illismet rebus pro quibus emptio facta fuit.*
17 *Dotalium bonorum alienatio prohibita.*
18 *Alienatio bonorum dotalium quando permittitur ad emptionem alterius rei, requiritur quod pretiũ in eam subrogetur.*
19 *Maritus constante matrimonio dotem in casibus permissis vxori restituens tenetur curare vt quantitas iuxta permissionis facultatem in aliam rem vtilẽ conuertatur.*
20 *Emens ab hærede cum beneficio legis, & inuentarij tenetur curare vt pretium à se solutum conuertatur in soluendis creditoribus, & legatariis.*
21 *Doctrina Bart.* in l. alio 9. n. 24. ff. de aliment. & cib. leg. *declaratur.*
22 *Executores testamenti qualiter se gerere debeant in venditione bonorum hæreditatis pro satisfaciendis debitis.*
23 *Hæres directo venire potest potius contra emptores quàm contra testamentarios absque bona fide videntes, ad nullitatem venditionis.*
24 *Vendens ad vtilitatem alterius indistinctè annullatur venditio si non fuit seruata forma contractus.*
25 *Surdus* decis. 156. *declaratur.*
26 *Alienatio vbicunque regulariter est prohibita, & illa conceditur cum aliqua qualitate, ea verificari debet, aliàs contractus erit nullus.*
27 *Facultates concessæ à Rege, vel à contrahentibus cum aliqua qualitate, seu modo, eo non obseruato censentur reuocatæ.*
28 *Surdũ* d. decis. 156. *qui improbent. &* n. 29.
30 *Molina* de primog. lib. 4. c. 4. à n. 22. *declaratur.*
31 *Emptor rerum, & bonorum maioratus an teneatur curare vt venditor pecuniam in alia re vtiliter insumat,* & numeris seqq.
33 l. 1. § non autem, & l. vlt. ff de exercit. act. *intelligitur, & num.* 34.
35 *Curiosi creditores Ecclesiæ, vel minoris in quo debeant esse?*
36 *Mutuans pecuniam mulieri debet esse diligentior in perscrutando ad quid illas accipiat.*
37 l. 1. & l. vlt. ff de exercit. act. *minimè releuant mutuantem pecuniam ad refectionem nauis ab onere probandi pecuniam conuersam fuisse in illa refectione.*
38 l. liberto 32. ff. de negot. gestis *intelligitur.*
39 l. sicut § illud videamus, ff. quibus modis pign. *declaratur.*
40 *Molinam qui reprobent.*

1 IN hac quæstione communiter Doctores distinguunt, quando lex cõtractui assistit, vbi pretium in aliam rem subrogari debet, illũ soluens solũ recipiatur, tenetur facere vt pecunia verè & à parte legitima, nec curare debet amplius vt illa in alia re vtili cõsumatur, quo casu loquuntur *l.1.§.non autẽ, & l.fin.ff.de instit.act.* in quibus fundatur & subsistit Molin. *de primog. lib. 4. c. 4. n. 22.* & Surd. *decis. 156. num. 1.* Sed quando lex contractui resistit, vt in venditionibus rerum Ecclesiæ, Reip. pupilli, & minoris, fideicommissi, maioratus, feudalium, vel dotalium quæ permittuntur cum assensu, vel facultate eas in aliis impendendi, vel earum loco quid aliud subrogandi, tunc emptor tutus non est nisi curet quod insumptionis conditio adimpleatur, aliter enim contractus esset ipso iure nullus, & bona vendita liberè reiuendicari poterunt. Ita Greg. Lop. *l.24.verb.entonce tit.13. part.5.* vbi distinguit inter alienationem prohibitam per *l. magis puto, ff.de rebus eorum,* & permissam *d.l.fin.ff.de exercit.act.* & ait ab eo ibi resoluta conferre ad licentias Regias, quæ dantur ad alienandum bona maioriæ cum subrogatione aliorum bonorum, Roman. *cons. 440. n. 4. vers. ex his primo concludo, & n. 5.* Ozasc. *Pedem. decis. 171. n. 11. & 12.* Pereg. *cons. 82. vol. 4.* Decian. *resp. 5. n. 32. vol. 5.* Cæs. Manente *cons. 17. per tot. & decis. 31. & n. 24.* Rodr. *lib. 1. de annuis redditib. q. 14. n. 42.* Auend. *de censib. c. 64. ex n. 4.* copiosè Petr. Luna *cons. 33. à n. 70. in tomo consiliorũ diuersorum Siculorum,* Rot. apud Pacif. *post tract. de Saluiano interd. decis. 9.*

2 Vnde infert Bart. *in l. doli 19. ff. de nouat. num. 7.* quod soluens pecuniam procuratori speciale mandatum habenti ad exigendum, non tenetur curare vt procurator pecuniam in aliam rem conuertat, sic intelligens text. *in d.l.1.§.non autem, ff.de exercit.act.* secus autem si non adsit mandatum speciale, *ex l. fin. eod. tit.*

3 Ex quibus infero pecuniam Ecclesiæ dantes, vel ab ea aliquid ementes, curare teneri vt pretium in eius vtilitatem conuertatur, & id probare obligatos esse, *auth. de alienat. & emphyt. §. si verò quis aut Episcopus,* ibi, *nisi primitus ostenderint quod in vtilitatem prædictæ venerabilis domus ista profecerunt,* &c. Aliter verò, *neque ipsum creatorem, aut eius heredem contra Venerabilem domum habere aliquam pro ipsis actionem, nisi monstrauerint quòd in vtilitatibus venerabilis domus ista profecerunt,* &c. *l. Hisp. 30. tit. 1. part. 5.* vbi Greg. Lopez *verb. à la Iglesia,* Ad idem expenditur tex. *in auth hoc ius porrectum, C. de sacros. Eccles.* ibi, *Pretio modis omnibus pro debito dando:* quorum iurium auctoritate Doctores resoluunt magis communiter pecunias dantem te probare eas fuisse vtiliter subrogatas in aliis rebus, quatuor his casibus. Primò vbi alienatio fit ex causa Ecclesiæ necessaria; secundò in deposito; tertiò in mutuo; quartò quando bona venduntur ad debita soluenda. Ita Innoc. *in cap. 1. de deposito,* vbi Abb. *num. 9.* Bald. *num. 7. in d. auth. hoc ius porrectum,* ibi, *iste qui contrahit cum Ecclesia, debet esse solicitus de conuersione in tribus casibus expressis in iure, non in aliis, primo in mutuo: secundo in deposito; tertiò quando res Ecclesiæ venditur pro debito,* &c. Roman. *cons. 440. num. 5.* Cou. *lib. 2. var. cap. 17. num. 3.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 4. num. 21.* Phanuc. *in tract. de inuentar. q. 242. num. 157.* Roder. *de annuis reditib. q. 14. num. 33. cum seqq.* Felician. *de censib. lib. 2. cap. 3. num. 9.* Auendan. *eod. tract. cap. 64. num. 5.* Magon *Florent. decis. 69. num. vlt.* Petr. de Luna *cons. 33. num. 75. in tom. cons. diuers. Siculor.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 45. num. 1.* Quod procedit licèt pecunia Prælato tradatur de consensu Capituli, quando tractatur de venditione bonorum immobilium, seu pretiosiorum, iuxta opinionem Abb. *in cap. pen. num. 4. vers. aut enim propter, de fideiuss. & in d. cap. 1. num. 9. de deposito,* Card. *in d. cap. pen. vers. 14. & cons. 71. col. vlt. vers. dico tamen,* Menoch. *de arbitr. casu 432. num. 7.* Mascard. *de probat. concl. 1160. num. 20. cum seqq.*

Secundò infero dantem Reip. pecuniam teneri 4
probare illam conuersam fuisse in eius vtilitatem, aliter enim carebit actione ad eam petendam, *l. ciuitas 27.* vbi DD. *ff. si certum pet. l. 1. C. si aduersus cred. l. 3. C. quando ex facto tut.* & probatur expressè *l. Hisp. 3. tit. 1. part. 5.* Cou. Phanuc. Auendan. Roder. & Felician. *citatis locis numero præcedenti,* Matiens. *l. 21. glos. 2. num. 14. tit. 11. lib. 5. noua Recop.* Hinc etiam non obligabitur ci- 5
uitas ex mutuo sibi dato, nisi in eius vtilitatem versum esse probetur, vt post Cou. Roderic. Felic. *citatis locis* resoluunt Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 8. tit. 12. num. 1. cum seqq.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 196. num. 1. cum seqq.* Bobadil. *in sua politica lib. 3. cap. 8. num. 87.* Marcel. Cala *in tract. de modo articulandi & probandi in glos. vnica. §. 2. num. 674.* Coler. *de process. execut. p. 1. cap. 10. num. 29.* Fachin. *controuers. lib. 2. cap. 76.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 300. in princ. vers. quando Ecclesia, aut ciuitas,* Less. *eod. tract. lib. 2. cap. 20. dub. 2. num. 6. & 12. in fine.* Rebel. *de obligat. instit. lib. 8. tit. de vsur. quæst. 1. sect. 3. num. 20.* Nisi toti collegio Senatorum, seu Decurionum, 6
vel Consiliariorum mutuetur, & ciuitas legitimè congregata confiteatur pecuniam versam in eius vsum: vt per Matth. Coler. *d. cap. 10. num. 29.* Card. Mantic. *d. lib. 8. tit. 13. à num. 1.* Marcel. Cala *d. §. 2. num. 674.* Stephan. Gratian. *d. cap. 196. num. 1.*

Tertiò infero dantem pecuniam minori, seu 7
ab eo rem aliquam ementem, teneri curare vt pretium conuertatur in eius vtilitatem, *l. magis puto 5. §. nec tamen ff. de rebus eorum,* ibi, *Pecuniam istam ad hoc conuersam, propter quod desiderata est alienatio, vel obligatio, l. prædiorum 10. l. si prædium 16. C. de præd. & aliis rebus minor.* ibi, *Emptor autem si probare potuerit,* &c. *ad vtilitates prætereà tuas cessisse pecuniam quam pretij nomine sumpseras,* &c. *l. Regia 8. tit. 13. part. 5. & l. 18. tit. 16. part. 6.* Hippol. Rimin. iun. *cons. 5. num. 220. lib. 1. & cons. 255. num. 36. cum seqq. lib. 3.* ibi, *Tertiò non omitto quod vbi venditur fundus pro emendo rem stabilem magis vtilem, interim contractus stat in pendenti, ideo si postea, vel non ematur, vel minus vtilis ematur, alienatio prima redditur nulla,* ita Bald. Nouell. *in tract. de dote p. 7. priuil. 1. col. 5. num. 7. vers. tertio limita, & ideo emptores rerum quæ vendi prohibentur, curare debent vt causa venditionis executioni mittatur, alioquin contractus corruit,* Mazzol. *cons. 109. num. 4.* Ozasc. *Pedem. decis. 171. num. 9.* ibi, *Propterea emptor rei minoris allegantis contractum esse nullum debere probare pretium fuisse conuersum in vtilitatem minoris, quia illud est causa suæ intentionis,* &c. *& decis. 165. num. 4. & decis. 172. per tot.* maximè *n. vlt.* Bertazol. *de claus. l. instrum. claus. 10. glos. 2. n. 12. in fine, & cons. 12. aliàs 13. lib. 1. consil. ciuil. num. 5.* Pinel. *in l. 2. C de rescind. vendit. p. 3. cap. 1. ex n. 24.* Felician. *de censib. lib. 2.*

lib.2.cap.2.n.6.& num.11.verſ.rurſus infero,latè Ro-
deric. d.lib.1.q.14. à num.36. cum ſeqq. & num.53.
ibi, Idem vt cautiùs agat creditor, debet non ſolùm eme-
re cum decreto,ſed etiam curare vt ſors cedat in mino-
ris vtilitatem, Petr. Luna d.conſ. 34. num.8. & 79.
Cæſ.Manente d.conſ.17.per tot. & præcipuè à n.11.
vol.1. Ziriac.tom.2.controu.303.num.74.

8 Sic ſimiliter minor non obligatur ex mutuo,ni-
ſi in eius vtilitatem verſum fuiſſe probetur, l.apud
Celſum 4.§.ſi quis à pupillo,C.de doli mali except. Ni-
col.Mozz.de contract.tract.de mutuo,tit.quo modo de-
fic.reſol.ſeu fin.mutuum, num.6. Maſcard. de probat.
concl.1167.à num.1. Sfort.de in integr. reſtit. part.2.
queſt.51.art.4.cum ſeq. Pinel. d.cap.1.num.30.Cald.
Pereira in l.ſi curatorem,verb.ſua facilitate, num.30.
Matienſ. d.l.22. gloſſ.2. num.1. Auendan. de cenſib.
cap.64.num.4. & 7.Felician. eod. tract. lib.2. cap.2.
num.6 Menchac,controu.lib.3.cap.66.num.6. Matth.
Coler.d.lib.1.cap.10. num.29. Card.Mantic. d.lib.8.
tit.6.num.3. cum ſeqq. Alphonſ. Narbona ad l.25.
gloſſ.10.num.20. tit.21.lib.4. Recop. Bobadil. lib.3.
cap.8.num.87. Trentacinq. var.tit.de action.reſol.6.
num.2.Stephan. Gratian. d.cap.196. num.10.Marcel.
Cala d.§.2.num.467.& ſeq.

Quartò infero quòd eo caſu quo fit alienatio
9 bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, vbi ea per-
miſſa eſt,ſcilicet pro conſtituenda, aut reſtituenda
dote, & aliis rebus neceſſariis, iuxta l.mulier,§.cum
proponeretur,ff.ad Trebell. & auth. res quæ,C.commu-
nia de leg.Becc.conſ.54 latè Pereg. de fideicomm.art.
10 40. copiosè Fuſar. de ſubſtitut.q.531. cum ſeqq. tunc
requiritur vt emptor curet pretium conuerti in il-
las res, pro quibus fuit permiſſa alienatio,vt per l.ſi
fortè 8.ff.de caſtren.pecul.& in l.caſtrenſe 7.eod.tit. re-
ſoluunt Dec.conſ.132. num.2. Stephan. Gratian.
Marchiæ deciſ.182.per tot. & maximè num.5. Hie-
ron.Gabr.conſ.18.lib.1.

11 Quintò infero quòd quando conceditur facul-
tas accipiendi aliquam pecuniarum quantitatem
ratione cenſus ſuper bonis maioratus, aut ea ven-
dendi, vt alia in eorum locum ſubrogentur, tunc
emptor, ſeu cenſualiſta tenetur curare vt pecuniæ
huiuſmodi in alia bona conuertantur, ex doctrina
Greg.Lopez l.24.verb. en tonces,ad med. tit.13.p.5.
& in l.6. verb. que la no pudieſſe vender, col.9. verſ.
quid autem ſi Princeps, tit.11. part.6. Auendan. de
cenſib.cap.64 per tot.Petr.Luna d.conſ.33.ex num.22.
12 Intereſt enim Reip. vt bona maioratus conſeruen-
tur in familiis illuſtribus, vt ſic eorum poſſeſſores
Regi ſeruire, & conſanguineis pauperibus ſubue-
nire valeant, ac progenitorum ſuorum memoriam
conſeruare poſſint, vt pluribus auctoritatibus re-
latis aſſerunt Tiraq.de primog.q.4.ex num.13.Molin.
lib.2. cap.1. ex num.3. Mieres de maior.part.1. q.1.à
13 num.9.& num.17.& cum maioratus cauſam publi-
14 cam contineant,Molin. d.lib.1. cap.18. num.1. ideò
facultas pro alienandis eorum bonis concedi non
poteſt,niſi ſimiliter cauſa publica concurrat,Molin.
lib.3.cap.3.num.11. cum ſeqq. & maximè num.21. &
lib.4.cap.3.à princ.

15 Sextò infero quòd quando conceditur aſſenſus,
ſeu facultas alienandi bona feudalia (ſunt enim na-
tura ſua inalienabilia cap.1. vbi DD. qualiter olim
feud.alien.pot.Clar.§.feudum q.31,) illis caſibus, in
16 quibus de iure alienatio permittitur, pro conſti-
tuenda ſcilicet dote, & ad ſoluenda debita feudi
neceſſaria, tenetur emptor curare & probare pecu-
niam conuerſam fuiſſe in illiſmet rebus, pro quibus
emptio facta fuit; vt reſoluit Ozaſc. Pedem. deciſ.
171.per tot.vbi num.7. ſic ait. Quo fit vt niſi per em-
ptorem feudi probetur de pretio feudi conſtitutas, aut
reſtitutas fuiſſe dotes,aut debita neceſſaria ſoluta, non
dicetur ſatisfactum decretis, & eorum ceſſat diſpoſitio,
ac licentia alienandi,&c.

Septimò infero idem eſſe reſoluendum in alie- 17
natione bonorum dotalium, quæ cum fuerit pro-
hibita,l.1. & per tot. ff. & C.de fundis dotal. l. vnic.
§.& cum lex,C.de rei vxor.act.§.1. Inſtit. quibus alie-
nare licet, vel non, quando permittitur ad emptio-
nem alterius rei, requiritur quod pretium in aliam 18
rem ſtabilem ſubrogetur,ita vt aliter facta alienatio,
nulla ſit,ita Bald.Nouel.in tract. de dote, p.7.n.7. ad
fin.ibi, Tertiò limita niſi venderetur fundus pro emen-
do aliam rem ſtabilem magis expedientem per ſupra-
dicta, dummodo concurrat conſenſus mulieris per id,
quod habetur in d.l.quamuis, & in l.ſi ex pecunia,C.de
iure dot.& in l.mutus, §.manente, ff. eod.tunc interim
antequam ematur alius fundus, alienatio eſſet in pen-
denti; quid enim ſi poſtea alius fundus non ematur ex
pretio redacto, vel ematur, tamen in vero non ſit vti-
lior? certè nulla erit prima venditio per id quod habetur
in l.ſi mulier,ff.de pactis dot.& in d.l.ſi ex pecunia,&c.
ſequuntur Rimin iun.conſ.5.num.220. lib.1.& conſ.
255.num.36.cum ſeqq.lib.2.& Ziriac.tom.2. controu.
303.num.74.

Octauò infero veram eſſe reſolutionem Roma- 19
ni in l.quamuis,ff.ſolut.matr.dum tenet quòd ſi ma-
ritus conſtante matrimonio dotem vxori reſtitue-
rit in caſibus à iure permiſſis, vtique liber non re-
manet ab obligatione niſi ſit ſolicitus vt dotis
quantitas iuxta permiſſionis facultatem in aliam
rem vtilem conuertatur,ſequuntur Natt. conſ.152.
num.10. Manent.d.conſ.17.num.17.& 18.

Nonò infero ementem ab hærede cum benefi- 20
cio legis,& inuentarij, vt à defuncti creditoribus
nullo tempore moleſtari poſſit, teneri curare quod
pretium à ſe ſolutum conuertatur in ſoluendis cre-
ditoribus,& legatariis, aliter enim in periculo re-
manebit quod res empta ab eo euincatur, vt pro-
bat expreſsè text.in l.vlt.§.etſi præfatam,verſ.ſin ve-
rò creditores, C.de iure delib. ibi, Nec eos, qui ab eo
comparauerint res, quarum pretia in legata, vel fidei-
commiſſa,vel alios creditores proceſſerunt:reſoluit Pha-
nuc.in tract.de inuent.q.242.num.156. in tom.diuerſ.
de inuent. ibi, Ac etiam non ſufficit quòd hoc expreſ-
ſum ſit in inſtrumento venditionis, niſi quoque appareat
re vera, pretium in ſatisfactionem creditorum, & ex-
tinctionem æris alieni hæreditarij conuerſum, vt per
Alber.& Bald.in d.§.etſi præfatam num.6.verſ.in tex-
tu ibi perſequentibus,& Corn.ibi in col.2.& Salicet. in
d.§.ſin verò creditores, & Capol. caut. 225. vbi dant
conſilium hoc quod in publicam ſcripturam redigatur
qualiter dictum pretium præſente hærede,& conſentien-
te fuit ſolutum talibus creditoribus hæreditatis ad ex-
tinguendum æs alienum hæreditatis,vt in ſimili quando
dicitur pecuniam ex re aliqua minoris,vel Eccleſiæ, vel
ciuitatis in ſuis quidem caſibus,&c.& num.137. plu-
res refert Doctores, ibique reprobat Guid. Pap. de
inuent.q.9.num.26.& in fine illius num.hæc verba ad-
dit. Hoc vno verbo reſoluitur quod ad hoc vt emptor
ab hypothecis creditorum tutus efficiatur, lex requirit
quod pretium rei venditæ ſit in eorum ſatisfactionem
conuerſum, aliàs non dicetur pro eis ſatisfaciendis res
vendita,quia lex intelligit quod ita ſit cum effectu, l.1.
§.hæc verba,ff.quod quiſque iuris, & ſic aliter legi non
ſatisfacit,&c. Idem reſoluunt Monticul. in tract.de
inuentar.q.234.num.125. Vincent. de Franchis de-
ciſ.272.in fine, Valaſc.conſ.52.num.34. Petr. Luna
d.conſ.33.num.67.

Non obſtat doctrina Bart. in l. alio 9. num. 24. 20

 ff.de

ff. de aliment. & cibar. legat. quam laudat Surd. *d. decis.* 156. *n.* 3. quia illa procedit eo casu, quo executores testamenti habebant speciale mandatum testatoris ad acceptandam pecuniam, vt videre est ibi, *Quia enim ob istā causam habuerunt mandatum executores à testatore, sufficit, quod emptores ob istam causam soluerint*; & quòd ipsi pecunias ad se traxerant nominatim pro satisfaciendis creditoribus, & legatariis, quia cum innitatur Bart. *in d. l.* 1. §. *non autem, vers. & Pegasus*, ibi, *Si ad vsum eius rei in quam fuerat mutuatum recipit, dandam actionem; & vers. Vnde quaeris Offilius*, ibi, *Si ad reficiendam nauem mutuatus nummos in suos vsus conuerterit, ff. de exercit. action.* certum est eius doctrinam esse intelligendam concurrente etiam eo requisito, quòd scilicet specialiter ad eundē effectum pecunia data & recepta fuit; quod colligitur ex his quae *num.* 23. *precedenti* habentur ibi, *Quia per hoc non impletur causa quare est mandata venditio, eis enim mandatur pro satisfactione omnium praemissorum, sed si confitentur se vendidisse, & habuisse, non videtur facta venditio pro satisfactione legatorum, nisi postea appareat facta satisfactio legatorum*; hoc vltimum probatur *in l. sed & Iulianus* §. *proinde ff. ad Macedon.* Primum quod confitendo se habuisse non sufficit, probatur *in l. si ex cautione*, cum *ibi* notat. *C. de non numer. pecun.* & infrà *si quid in fraudem patroni. l.* 1. §. *quod si in lite, &* §. *quod si mutuam.* Idem Bart. *in l. doli mali num.* 8. *ff. de nouat. & in l. à Diuo Pio* §. *sed si emptor num.* 7. *ff. de re iudic.* idē tenet dum in his locis agit de procuratore constituto ad recipiendas mutuò pecunias, & distinguit, quod si habeat speciale mandatum factum ob illam causam expressam, qui dat pecunias non tenetur curare vt illae vtiliter conuertantur, & expendantur, secus autem si careat procurator huiusmodi tali mandato. Et in hunc sensum contra Molinam *lib.* 4. *c.* 4. *num.* 22. & Surdum *d. decis.* 156, *num.* 3. & 4. intelligunt Bartolum *in dictis locis*, Caesar Manente *d. cons.* 17, *num.* 51. & 55. *cum seqq.* Auendan. *d. c.* 64. *num.* 13. Gutier. *alleg.* 1. *n.* 2. Petrus Luna *d. cons.* 33. *n.* 89. & 95.

22 Et qualiter executores testamenti se gerere debeant in venditione bonorum haereditatis pro satisfaciendis debitis, docet Bald. *in l. vlt.* §. *fin. autem legata C. de bonis quae lib.* ibi, *Item not. arg. pro executoribus testamenti, quòd debent seruare ordinem in vendendo pro satisfaciendis legatis: item quod non possunt vendere vltro quam sit necesse, sic ff. de execut. t. Lucius: item quod debent illico soluere, & non possunt fidem habere de pretio, & si haberent, non valeret contractus, vt supra precedenti vers. in verb. vt illico reddatur, & ff. de iure fisc. l. procurator*, &c. Et rei venditae dominium non transfertur hoc casu, vt resoluit Bart. *in d. l. à diuo Pio* §. *sed si emptor num.* 5. ibi, *Quia regulariter talis executio est limitatà vt possit vēdere pro satisfaciendis legatis, tunc similiter non potest, quia talis causa habendo fidem de pretio non impletur, ideo non transfert dominium.*

23 Et potest haeres directò venire contra emptores potius quām contra testamentarios absque bona fide vendentes, ad nullitatem venditionis, iuxta resolutionem eiusdem Bart. *in d. l. alio num.* 13. 14. & 15. ibi, *Sed alibi in d. l. qui fundum* §. *procurator, infrà pro emptore, videtur velle textum quod indistinctè dominus possit agere contra emptorem; & hanc partem teneo, quia alienatio facta non fuit iuridicè* &c. sequitur Caesar Manente *d. cons.* 17. *num.* 58. Et licèt Paul. de Castro contrarium tenuerit *in l. si pretium C. de procurat.* de qua latè Gutier. *alleg.* 1. *num.* 3. nihilominus ad minus Bartoli resolutionem admittit in subsidium, idest, quando testamentarij non sunt soluendo, Gutier. *d. alleg.* 1. *num.* 3. *vers. nisi in subsidium*: nam quando quis vendit ad vtilitatem alterius indistinctè, annullatur venditio, si non fuit seruata forma contractus, vt tradunt Ias. & Curt. iun. *in d. l. pretium*, & probatur *in l. vlt. C. de rebus alien. non alien.* Manente *d. cons.* 17. *num.* 56. 24

25 Nec obstat Surd. *in d. decis.* 156. qui cùm in principio meminerit verborum licentiae siue assensus, ibi, *Ita tamen quod pretium conuertatur in emptionem praediorum, quae loco vendendorum remaneant fidei commisso subiecta*; postea *num.* 6. ait dicta verba denorare non conditionem, sed modum, qui facit vt modum dans sequatur fidem illius cui dedit, qui si eum non adimpleat, non datur regressus contra emptionem, sed tantùm contra illum qui eum obseruare tenebatur, iuxta distinctionem Bart. *in l. sicut* §. *illud videamus num.* 1. *ff. quib. mod. pign.* sed Surdum optimè carpit Caes. Manente *d. cons.* 17. *à n.* 37. *vsque ad* 44. Nam vbicunque alienatio regulariter est prohibita, & illa conceditur cum aliqua qualitate, ea verificari debet, aliàs cōtractus erit nullus, Osasch. *decis.* 165. *num.* 14. *in fine & decis.* 171. *num.* 7. *in fine*, Borgnin. *decis.* 46. *num.* 13. *in princ.* Vnde facultates concessae à Rege, vel à contrahentibus cum aliquo qualitate, seu modo, eo non obseruato, censentur reuocatae, vt latè per Osasch. *decis.* 166. *per tot.* & per Thesaur. *decis.* 99. *num.* 13. & 14. Rimin. iunior *d. cons.* 5. *n.* 217. *lib.* 1. quia eodem tempore venditio & subrogatio facienda erit, Becc. *cons.* 66. *num.* 8. 26 27

Surdum quoque improbat Caesar Manente *d. cons.* 17. *num.* 65. & 66. his verbis: *Hoc modò constare potest non subsistere D. Surdum decis.* 156. *qui licèt non loquatur in contractu alienationis bonorum minoris, vel pupilli, sed in bonis fideicommisso subiectis; attamen non rectè loquitur, quia cùm ista bona non possint de iure alienari, auth. res quae C. commun. de leg. l. fin.* §. *sed quia omnia C. eod. Neguzant. de pignor.* 3. *memb.* 2. *p. num.* 72. *si eorum alienatio permissa fuerit vt pretium inuestiatur, si non fuerit implicatum iuxta formam à Principe praescriptam, alienatio irritabitur, vt formaliter exemplificans in bonis fideicommisso subiectis voluit Rimin. iun. d. cons.* 5. *n.* 66. *& in eodem casu Cephal. cons.* 207. *& Roland. cons.* 7. *n.* 3. *praecipuè num.* 65. *Borgnin. decis.* 46. *num.* 459. *in princ. & idem esse in bonis feudalibus tradit Cacheran. decis.* 161. *& seqq. Thesaur. decis.* 99. *n.* 13. &c & statim reprobat Molina *d. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 10. *cum seqq.* vt infrà videbimus. Et idem Caesar Manente *decis.* 31. *num.* 22. Surdum iterum reprobat ibi, *Quoad tertium de implicatione non facta ad formam decreti, dicitur quod licèt d. Surd. decis.* 156. *tenuerit alienationem bonorum fideicommisso subiectorum concessa à Principe, dummodo alia ematur, & illis non emptis emptor ipse molestari non possit, vera tamen non est illius decisio, & contrarium iudicauit Senatus ipse in causa Patriana, & Guidotta me aduocante.* 28

Eundem Surdum refutat latè Petr. de Luna *d. cons.* 33. *ex num.* 68. *vsque ad n.* 96. & Ziriaeus *d. controu.* 303. *num.* 74. ibi, *Et in terminis quòd si pecuniae inuestiendae vigore similium decretorum, non inuestiantur, alienationes sunt nullae, latè contra Surd. decis.* 156. *respondet Manente in suo cons.* 17. *vbi multa allegat. Sed ad rem nostram Rimin. cons.* 5. *num.* 220. *& cons.* 255. *num* 36. *&* 37. *Thesaur. decis.* 99. *num.* 18. *Bald. Nouell. de dote p.* 7. *priuil.* 1. *num.* 7, Cacheran. *decis.* 171. *alias* 169. *Et ita iudicauit Senatus noster in quadam causa DD. Dominici Graffis cum Buschinis, de qua etiam per D. Manent. decis.* 31. 29

Similiter

30 Similiter non obstat ea quæ resoluit Molin. *de primog. lib. 4. c. 4. a num. 22.* dum ibi loquitur quando in Regiis facultatibus conceditur maioratus possessori licentia alienandi aliqua illius bona ad hoc vt eorum pretium in alia conuertatur, subrogeturque, tradendo eidem possessori dictum pretium vt in alia re pecunias illas collocet, & tunc ait Molin. *d. n. 22.* emptorem non teneri curare vt venditor pecuniam in alia re vtiliter insumat, vt constat ibi, *Sed verius est sufficere emptori si ea lege contrahat, & pretium soluat vt in alterius rei emptionem subrogetur, nec ad illum spectare vtrum in emptionem eius conuertatur, vel non,* &c. Quinque ad hoc mouetur fundamentis. Primò ex *l. vlt. ff. de exercit. act. in vers. Etenim.* Secundò ex *l. 1. §. non autem vers. vnde quærit Offilius, eod. tit.* ibi, *Et ait si hac lege accepit quasi in nauem impensurus.* Tertiò ex *l. liberto 32. in princ. ff. de negot. gestis, & ex l. sicut 8. §. illud videamus ff. quibus modis pign.* Quarto ex doctrina Bart. *in l. doli num. 7. & 8. ff. de noua. & in l. alio num. 14. ff. de alim. & cib. leg.* Quintò ex resolutis per *decis. cons. 36. num. 8.*

32 Sed his non obstantibus contrarium defendit Gregor. Lop. *l. 6. in glos. verb. que no la pudiesse vender col. 9. vers. quid autem si Princeps tit. 11 part. 6. & in l. 24. verbo entonce tit. 13. part. 5.* & expressè contra Molinam tenent Auendan. *de censib. d. cap. 24.* Petr. de Luna *d. cons. 33. a num. 68. vsque ad num. 95.* Cæs. Manente *d. toto cons. 17.* Ziriac. *d. controuers. 33. à n. 71.* præcipuè *n. 74. & 76.*

33 Qua retenta sententia non obstant fundamenta quibus motus fuit Molina. nam ad 1. de dicta *l. 1. §. non autem, & l. vlt. ff. de exercit. act.* respondetur multipliciter & primo in his Iuribus legem non resistere, imò assistere contractui, qui cum nauis magistro, idest capitaneo, celebratus fuit, *l. 1 in princ. ff. eod. tit.* cùm iste nullam contrahendi prohibitionem habeat, propter quam facultate aliqua, aut licentia egeat. Deinde respondetur in terminis *d. l. vlt.* nauis magistrum ab exercitore speciale mandatum habuisse (exercitor autem est, qui nauem exerçet, id est qui ex ea quæstum facit, siue sit illius dominus, siue eam locet per auersionem, *l. fin. §. fin. ff. ad leg. Rhod.* Anton. August. *lib. 3. emendat. cap. 6.* Cuiac. *lib. 8. obseru. cap. 15.* Gouean. *lib. 2. c. 14.*) quia cùm speciali mandato præpositus fuerat negotiationi, *d. l. 1. §. non autem.* ibi, *Sed eius rei nomine, cuius ibi præpositus fuit, idest, in eam rem, cui præpositus fuit,* iuxta Bartoli intellectum *in l. doli n. 7. ff. de nouat. & in l. ciuitas num. 7. & vlt. vers. conclude ff. si certum pet.* & ipse Bart. *in d. l. 1. num. 1.* nobiscum sentit ibi, Azo *in sum. huius tit. intelligit quod magister ad pecuniam suscipiendam, & ad merces emendas erat specialiter præpositus,* &c. rectè Mascard. *de probat. concl. 1161. num. 8.* Et faciunt quæ Butr. *in d. c. 1. col. fin. vers. nec rectè agitur, de deposito,* dum tenet leges loquentes de institoribus, & exercitoribus applicari non posse illis casibus, in quibus de Iure communi alienatio prohibetur, nisi fuerit ad certam, & limitatam causam; & ideo ad præsentem casum adaptari minimè posse, sequuntur Aretin. *in d. l. ciuitas num. 7. ff. si certum petat.* Imol. *in d. cap. 1. col. 13. vers. præterea.*

34 Secundò respondetur, verum intellectum *ad d. l. 1. §. non autem,* & *ad d. l. vlt.* colligi ex distinctione, quam notauit glos. *verb. quo vertatur in d. l. 3. §. sed si accepit ff. de in rem verso,* vbi tres gradus curiositatis & solicitudinis constituit, minor scilicet, maior, & summus. Minor exemplificatur *in d. l. vlt.* in eo, qui pecuniam commodauit magistro nauis ad illius refectionem, qui deinde cauit se in refectionem nauis eam accepisse: in quo casu Iureconsultus Africanus respondit mutuantem pecuniam debere esse diligentem & solicitum scire an magister nauis haberet mandatum ad eam recipiendam, & an refectioni necessaria sit, & quanta? vt videre est ibi, *Itaque illud exigendum vt sciat in hoc se credere cui rei magister quis sit præpositus, quod certe aliter fieri non posse, quam si illud quoque sciat necessariam refectioni pecuniam esse, & quare, & si in ea causa fuerit nauis vt refici deberet.* Et ideo ob instans periculum perdendi nauem creditori permissum extitit, vt hac minori curiositate & solicitudine tutus remaneret, vt considerant Imol. *in d. cap. 1. col. 12. in princip. vers. quia ad hoc,* Alex. *cons. 44. num. 6. vol. 2.* Bart. *in l. à diuo Pio §. si emptor in fine ff. de re iudic.* Mascard. *concl. 1161. num. 8. ad med.* Sed nullo modo illius curiositatis probatio exclusa remansit, vt aduertit Auend. *d. cap. 64. num. 10. & 11.* & est casus in eo text. specialis Osasch. *d. decis. 171. num. 17.* siquidem hanc minorem diligentiam, & solicitudine requirit Africanus, ibi, *Et in summa aliquam diligentiam in ea re creditorem habere præstare.* Ratio autem huius specialitatis consistit in magna vtilitate, quam præstat edictum illud, de qua *in d. l. 1. in princ.* ibi, *Propter nauigandi necessitatem* Mascard. *vbi suprà.* Petr de Luna *d. cons. 33. num. 91. & 92.* Et alia specialitatis ratio colligitur ex eadem *l. 1.* ibi, *Etenim non oportet creditorem ad hoc adstringi vt ipse reficiendæ nauis curam suscipiat & negotium domini gerat: quod certè futurum sit si necesse habeat probare pecuniā in refectionem erogatam esse,* &c. non eum qui pecuniam ad refectionem nauis mutuauit, poterat nec conueniens foret, assistere refectioni, vt cum diligentia fieret.

Alius verò curiositatis gradus, maioris scilicet 35 exemplificatur in illis, qui pecunias dant, vel bona emunt à personis iure, vel alia dispositione ad recipiendum prohibitis, vt sunt Ecclesia, minor, ciuitas, fideicommissarius, primogenituram, seu feudum habens, aut dotem, ex dictis; & ideo bene dicit Cuiac. *tract. 8. ad African. in d. l. vlt. Curiosi hi omnes creditores esse debent quo vertatur an in rem minoris, ciuitatis, Ecclesiæ, domini eroganda,* &c. & addo *l. 3. §. sed si accepit ff. de in rem verso,* vbi qui seruo pecunias dat quasi in rem domini verteret, si iste eas perdidit, domino nō nocet. *Ne credulitas creditoris,* vt ait text. *domino obesset, vel calliditas serui noceret:* quamuis seruus adeo fidelis in antea fuisset, vt quicquid reciperet, in vtilitatem domini fideliter conuerteret; & tandem concludit Vlpian. *Curiosus igitur debet esse creditor, quò vertatur,* & tradit latè Alex. *cons. 44. per tot. vol. 2.*

Summæ autem curiositatis & solicitudinis gra- 36 dus ille est quem exprimit Salicet. *in l. bona fidei ff. ad Vellejan.* dum ait quòd mutuans pecunias mulieri debet esse diligentior in perscrutando ad quid illas accipiat; nam si ad fideiubendum, vel ad alienam obligationem in te transferendam recipiat, mutuans non posset eas petere, vt probat text. *in l. vir vxori ff. eod. tit.* ibi, *Quoniam quidem plurimum interfit vtrùm à muliere quis ab initio contrahat, an alienam obligationem in te transferat, tunc enim diligentiorem esse debere,* &c vbi Paul. de Castro *num. 2.* tenet quod contrahens cum persona regulariter ad se obligandum prohibita, sed quandoque permissa pro aliqua causa, debet esse admodum solicitus, vt ea causa adimpleatur, aliter enim tutus non erit, sequuntur Hannan. Pistor *quæst. ciuili 37. num. 30. lib. 1.* Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. num.*

numer. 352. Cæs. Manente *d. cons.* 17. *num.* 17. *&* 18.

Denique respondetur etiam *d. l.* 1. §. *non autem, &*
37 *d. l. vlt.* minimè releuare mutuantem pecuniam ad refectionem nauis ab onere probandi pecuniam conuersam fuisse in illa refectione; nam *in d. l.* 1. §. *non autem vers. Vnde quærit Offilius*, in illis verbis relatis à Molina, ibi, *si hac lege accepit quasi in nauem impensurus, mox mutauit voluntatem, teneri exercitorem*, nullum verbum est probationis exclusiuum, imò tacitè insinuat necessariũ esse quod ille, qui pecunias dedit ad refectionem nauis, probet eas in ea refectione conuersas fuisse, ibi, *Vel si quid reficiendæ nauis causa contractum, vel impensum est.* Nec probationem excludit *d. l. fin.* sed eam modificat, itaut loco conuersionis, aliquæ probentur circunstantiæ, quæ simul iunctæ, idem videntur operari, ac si conditionem inibi faceret probandi conuersionem. Prima est. *Itaque illud exigendum, vt sciat in hoc se credere, cui rei magister quis sit præpositus.* Secunda. *Necessariam refectioni pecuniam esse & quare.* Tertia. *Etsi in ea causa fuerit nauis vt refici deberet.* Quarta *an in eo loco credita pecunia sit, in quo id propter quod credebatur comparari potuerit.* Vnde ad comprobandas & iustificandas has circunstantias necesse habet mutuans, vt sit curiosus, solicitus, & attentus: & nihilominus communiter Doctores in casu illius *text.* tenent quod mutuanti pecunias ad refectionem nauis nō sufficit probare instantem refectionis illius necessitatem, sed etiam probare debere conuersionem pecuniarum mutuatarum in eandem refectionem. Ita tradunt Alex. *in l. si ciuitas n.* 11. *ff. si certum pet.* vbi Dec. *n.* 30. *dicit communem*, & Alciat. *in* 6. Rip. *n. l. is qui bona n.* 10 *ff. de pignor.* Imol. *in cap.* 1. *v.* 17. *de deposito*, Mascard. *d. concl.* 1161. *n.* 8. *& concl.* 582. *num.* 5. *&* 6. Auendan. *d. c.* 64. *n.* 10. ibi, *Ergo secundum hunc intellectum non bene pro sua sententia ponderauit Molin. textum illum.* Alij verò, qui hanc resolutionem strictius tenent, mutuantem obligant ad probationem instantis necessitatis, & quod conuersionem probare per cōiecturas sufficiat. Sic Innoc. *in cap.* 1. *de deposito*, quem ita declarant Angel. *in* §. *hoc etiam col. fin. in auth. de alienat. & emphyt.* Paul. de Castro *cons.* 2. *Visis omnibus col. pen. vers. nec obstat vol.* 1, Greg. Lop. *l.* 3. *verbo en su pro, vers. & quod habetur in l. vn. tit.* 1. *part.* 5. Mascard. *d. concl.* 1161. *num.* 8. Ex quibus omnibus concludit Auendan. *d. n.* 10. ibi, *Ergo dicta l. fin. non excludit omnem probationem, sed contenta fuit illa præsumptione fortissima; & consequenter Molina non bene ponderauit pro sua sententia textum illum.*

Vlterius Africanus *in d. l. vlt.* requirit vt tria copulatiuè concurrant. Primum, vt pecunia tradatur illi, qui nauem gubernat. ibi, *Stichum magistrum naui præposuit.* Secundum, *si cum pecunia crederetur, nauis in ea causa fuisset vt refici deberet.* Tertium, *Necessariam refectioni pecuniam esse, & quare.* Ex quo infert Auendan. *d. c.* 64. *n.* 10. *vers. demum*, ibi, *Quod ex ipsa decisione Africani possessor maioratus, qui licentiã alienandi, seu obligandi bona ipsius consequutus est, vel creditores, qui pecunias crediderunt, tenentur euidenter probare instantem necessitatem, & si fortè negatur, conuersio mutui in causam Regiæ facultatis simul & conuersionem*, &c.

38 Ad secundum Molinæ fundamentum *d. l. liberto* 32. *ff. de negot. gestis* respondetur hunc text. agere de contractu mutui; & de persona, cui lex nō resistit, in quo casu nō tenetur ille, qui pecunias mutuat, conuersionẽ probare, vt dictũ est *suprà n.* 1. Adfuit quoque speciale mandatum, quo casu, ille, qui mutuat non tenetur diligentiam adhibere vt pecuniæ in vtilitatem mandantis conuertantur, ex traditis supra n...& ideo optimè respondit Pomponius Iurecons. ibi, *Etiamsi pecunia in rem eius non sit versa, tamen dabitur in eum negotiorum gestorum actio creditori*; vnde infert Auendan. *d. c.* 64. *n.* 11. Ergo text. *ille non bene ponderatur per* Molin. *in fauorem creditorum qui pecunias crediderunt, seu dederunt possessori maioratus, non habenti speciale mandatum recipiendi eas*, &c.

Ad tertium eiusdem Molinæ fundamentum de *l.* 39
sicut §. *illud vt videamus ff. quibus modis pig.* respondetur hunc textum potius cōtrariari opinioni Molinæ, vt probat Auendan. *d. c.* 64. *n.* 12. Ad quartũ de doctrinis Batt. *in l. Aoli mali n.* 7. *ff. de nouat. & in l. alio n.* 24. *ff. de alim. & cibar. leg.* iã suprà responsũ est, & satisfaciunt Auendan. *d. c.* 64. *n.* 13. ac Petrus de Luna *d. cons.* 33. *n.* 89. *&* 95. Ad quintum *de cons.* 36. *n.* 8. Decij respōdetur agere de emptore bonorũ monasterij, & ita ait. *Quia in contractu venditionis non est necesse hoc probare, sed tantum in quibusdam casibus*, *Innoc. in cap.* 1. *de depos.* &c.

Et ideo meritò Molina communiter reprobatur, 40
& expressè illũ cōuincũt Auendan. *d. c.* 64 *per tot.* & præcipuè *n.* 14. concludit. *Ergo ex omnibus suprà dictis apertè constat contra Molinæ resolutionẽ, nostrã esse longe veriorẽ, & inde cõsidero quod Molina in ea difficili resolutione non firmiter & absolutè tenet eam sententiam, sed trepide, atque sub dubio, dicens, Tutius esse emptori curare vt pecunia in eam causam conuertatur, cuius occasione Regiæ facultates fuerunt expeditæ. Ergo non est eiusdem Molinæ resolutio referenda ad decidendum, sed ad persuadendum*, Cæsar. Manente *d. cons.* 17. per totum, maxime *n.* 66. ibi, *Quicquid scripserit Molin. d. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 20. *cum seqq. quia his nostris rationibus non respondet, & in specie maioratus habet contradictores, quos ipse allegat n.* 21. *in fine*, &c Petr. de Luna *d. cons.* 33. *ex n.* 68. vsque *ad* 95. idem dicit, *& n.* 82. *cum duobus seqq. & a n.* 96. *vsque ad n.* 101. respondet ad decisionem Rotæ 511. *coram* Ludouisio.

Toletana libelli.

Quæ indicia ad capturam, & torturã in causis Fidei sufficiant, & an de sociis Reus interrogari possit; hæretici suam culpam patefacientes, illiusque pœnitentes, an & quando ad misericordiam admittantur?

VOTVM CXIX.

1 *Casus lamentabilis euentus narratur.*
2 *Captum in causis Fidei magnam infamiæ notam inurit.*
3 *Periculum vbi maius est ibi cautius agẽdum.*
4 *Indicia maiora in criminibus contra Fidem requiruntur quàm in aliis delictis.*
5 *Inquisitorum arbitrio relinquitur quæ indicia in causis Fidei sufficiant ad capturam.*
6 *Indicia huius rei quæ?*
7 *Testis si est varius ob varietatem ad eruendam veritatem torquetur.*

8 *Reus*

8 *Reus principalis dum varius inuenitur torquetur, etiam in causis Fidei.*
9 *Reus de mendacio conuictus torqueri debet, & præcipue si quodlibet aliud accedat adminiculum, etiam in crimine hæresis.*
10 *Suspicione non caret reus qui dicit illud, quod à criminis præsumptione excusaret.*
11 *Suspicionem de se dat, qui ad obiectum crimen expalluit.*
12 *Obmutescere, pallere, seu inconstanter loqui, signa euidentia sunt sceleratæ conscientiæ.*
13 *Indicium desumitur aduersus inquisitum ex qualitate personæ.*
14 *Rumores populi maximum indicium præstant contra Reum.*
15 *Maximè si fama sit vehemens, vel si summus in delicto difficilis probationis, vel si alia accesserint adminicula.*
16 *Indicia multa coniunguntur ad Reum conuincendum, si in eundem tendunt finem.*
17 *Hæresis crimen cæteris criminibus solet esse occultior.*
18 *Indicia leuiora sufficiunt in criminibus difficilis probationis.*
19 *In atrocissimis delictis licitum est Iura trãsgredi, & solemnitates non adhibere.*
20 *Probatio plena & concludens requiritur vt quis in crimine hæresis pœna ordinaria condemnetur.*
21 *Indicia & præsumptiones non sufficiunt ad condemnandum in pœnam nisi extraordinariam.*
22 *Indicia magna & vrgentia sufficiunt ad torturam inferendam.*
23 *Materia dandi tormenta est arbitraria.*
24 *Naturaliter ratio nobis suadet quod qui contra se confessus est, contra alios multo magis confiteretur, si esset memor.*
25 *Confessus de se in criminibus hæresis & cõtra fidem, potest de sociis interrogari.*
26 *Confessus in crimine hæresis tenetur socios propalare, licet non interrogetur.*
27 *Indicia quando maxima sunt, aut semiplena probatio adest, præsumitur crimen cum complicibus commissum.*
28 *Confessus quoad Iuris interpretationem pro iudicato habetur.*
29 *Confesso crimine nihil videtur Iudici faciendum.*
30 *Hæretici omni Iure pœnam vltimi supplicij merentur.*
31 *Hæreticus vt verus pœnitens habeatur, necessaria est omnimoda peccati confessio.*
32 *Hæresiarchæ & Dogmatistæ non reconciliantur, neque ad misericordiam admittuntur.*
33 *Blasphemiæ quando sunt adeo enormes pro eis debet capitis pœna imponi.*
34 *Libelli famosi auctor capitis pœna quando afficiendus?*
35 *Delicta plura concurrentia nunquam faciunt, vt illius impunitas detur.*
36 *In criminibus non attenditur nisi illorum qualitas, delinquendique animus.*
37 *Causa nulla est quæ in delictis extrinsece prauis reum possit excusare.*
38 *Delinquentes magis decernuntur per animum, & finem, quibus crimen perpetrant, quàm per ipsum facinus.*
39 *Ignorantia Iuris nunquam excusat.*
40 *Ignorantia excusationem nunquam afferre potest in hæresis, vel blasphemiæ crimine, quod nostræ Fidei Catholicæ articulis resistit.*
41 *Reus pro factis hæreticalibus tradendus est Curiæ seculari, siue animum hæreticalem fateatur, siue non.*
42 *Reus confessus verba hæreticalia protulisse non est tanquam hæreticus relaxandus.*

SAcrilegus quidam homo, vt vicinum quendam sanguine, vt dicebatur, impurum, malè perderet pro vindicta, nefandum quendam libellum prope eiusdem vicini ædes & in parte, de qua suspicio contra illum oriri posset, affixit, in quo Mosayca lex iactabundis in eo verbis deprædicabatur, diris etiam ac male precantibus insultationibus deuouebatur sacrosancti Christi Fides: Fui pro veritate à quodam amico interrogatus qua pœna esset iste Reus puniendus? Et pro vera casus resolutione sese mihi præsentes obtulerunt in materia doctrinæ pro dubij propositi decisione. 1

Inprimis dubitabatur an contra suspectum de huius libelli promulgatione indicia ad capturã & ad torturam sufficientia extarent, & affirmatiue respondendum esse censui; cùm enim captura in causis Fidei maiorem infamiæ notam inurat, quàm in aliis condemnatio, merito in captura debet procedi magna omnium concordia, consiliique maturitate; vbi enim maius est periculum, ibi cautiùs agendum est, *cap. vrgentis, de hæret. cap. vt officium, §. verum, eod. tit. lib. 6. cap. vbi periculum, de elect.* Ob idque maiora indicia requiruntur, quàm in aliis criminibus, vt prudenter considerarunt Villadieg. *in tract. de hæret. q. 11. n. 4.* Roias *in simili tract. p. 2. assert. 1. a n. 12.* Simanch. *de Cathol. instit. tit. 16. n. 2. & in enchirid. tit. 25. à num. 3.* Peña *in direct. Inquisit. part. 3. commento 17. vers. dixi verò*, Param. *de origine S. Inquisit. lib. 3. q. 9. num. 33.* Sigism. Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 44. n. 1.* Et regula certa tradi non potest quæ indicia ad capturam sufficient; nam hoc ex arbitrio DD. Inquisitorum pendet, qui inspecta delicti & personæ qualitate, cæterisque circunstantiis æstimare debent an grauia & sufficientia ad capturam sint indicia, vt ex Vlpiani responso colligitur *in l. 1. ff. de custod. reor.* ibi, *De custodia reorum Proconsul æstimare solet vtrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi*, &c. Hocque vel pro criminis quod obiicitur qualitate, vel propter honorẽ, aut propter amplissimas facultates, vel pro in- 2 4 5

nocentia personæ, vel pro dignitate eius, qui accusatur, facere solet, & notarunt Farin. *in praxi crimin. q.27.n.126.* Salgado *de Reg. protect. p.2.c.4.n.133.&* aperte in nostris terminis sentit Clemens V. *in Concilio Viennensi* relato *in Clem. 1. §. propter hoc, de haeret.* vbi conscientiæ & arbitrio Episcoporum Inquisitorum, aut cuiuslibet illorum id reliquit, ibi, *Sic quòd quilibet de prædictis, sine alio citare possit, & arrestare, siue capere, ac tuta custodia mancipare ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis, si ei visum fuerit faciendum, super quo ipsius conscientiam oneramus.* Vmbert. Locat. *in pract. iudic. Inquis. verb. captus, vers. in criminalibus tamen relinquitur arbitrio Iudicis,* Roias *d. p. 2. assert. 1. n. 14. & 35.* Patam. *d. q. 9. à n. 33.* Scacc. *d. c. 44.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 5. sect. 7. in princ. vers. capi tamen non poterunt, & vers. quoad personas,* Farin. *de hæresi q. 185. n. 7. in fine,* Anton. à Sousa *in aphorismis Inquis. lib. 2. cap. 26. n. 7.* Diana *moral. resol. p. 4. tract. 8. resol. 11. in fine, vers. sed in casu occurrenti,*

6 Quæ autem indicia extant, sufficientia sunt iuxta quodlibet boni viri arbitrium; nam sacrilegus iste homo proximius se præ cæteris læsum agens, sceleris enormitatem tum priuatis colloquiis sæpius per Vrbem extollebat, tum iuridice argumenta suspicionis suæ, & quid ipse circa illam intempestam noctem vidisset, deposuit; varietate tamen & inconstantia in depositionibus huiusmodi vsus est, nunquamque in referendo facto, vt è testibus præterea acceptum est, firmus sibi, vel constans inuentus est, immo in multis, quæ firmiter deposuerat, apertè fuit mendacij conuictus.

7 Ex qua in deponendo varietate, & inconstantia magnum quidem indicium ortum fuisse certissimum est, sufficiensque non solum ad inquirendum, seu carcerandum, sed etiam ad torturam; nam si testis est varius, ob varietatem ad eruendam veritatem torquetur, *Auth. de testib. §. si verò adsunt, l. qui falsò vel variè ff. eod. l. ex libero ff. de quæst. l. Hispan. pen. tit. 30. part. 7.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 13. num. 29.* Farin. *in praxi crimin. part. 2.*
8 *quæst. 66. a num. 98.* multo magis torquendus est reus principalis dum varius inuenitur, argum. text. *in auth. & magis C. de sacrosanctis Eccles.* prout in puncto obseruant Luc. de Peña *in l. quoties a. num. 28. de dignit. lib. 12.* Blanc. *in l. fin. ff. de quæst. num. 220. iuncto num. 265. cum seqq.* Farin. *in d. praxi quæst. 51. a num. 18. vsque ad 24.* Et in causis Fidei idem testantur Eymeric. *in direct. Inquisit. part. 3. tit. de cautel. Inquis. contra hæreticorum cauill. caut. 6. num. 104. & quæst. 61. num. 2.* vbi etiam Franc. Peña *commento 110. vers. prima regula est.* Sousa *in aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 39. num. 79.* Præsertim si alia quæcumque coniectura, seu adminiculum concurrit, Rimin. iun. *cons. 301. numer. 15. lib. 3.* Osasch. *decis. 79. num. 18.* Farin. *d. quæst. 52. num. 29.* Petr. Cauall. *resol. crimin. casu 200. num. 136.* Castr. Palao *in opere morali tom. 1. tractat. 4. disp. 8. puncto 9. num. 11.* Sousa *d. lib. 2. c. 39. n. 80.* Diana *d. p. 4. tract. 6. resol. 15.*

9 Similiter etiam iste Reus de mendacio conuictus torqueri debet, ex Bart. *in l. de minore §. plurimum num. 4. & in l. fin. numer. 3. ff. de quæst.* vbi etiam Blanc. *num. 265.* Bossi. *tit. de indic. num. 36.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 89. numer. 67.* Farin. *d. quæst. 52. num. 4.* Marius Giurba *cons. 14. num. 12.* Quod indubitanter procedit si quodlibet aliud accedat adminiculum, vt fatentur Clar. *§. fin. quæst. 21. num. 28.* Menoch. *d. præs. 89. num. 68.* Mascard. *de probat. concl. 1040. num. 2.* Farin. *d. quæst. 52. num. 8. cum sequentib.* Giurb. *d. cons. 14. num. 12. & cons. 87. num. 27. & 28.* Et in crimine hæresis Simanch. *de cathol. instit. tit. 65. num. 31. & 33.* Peña *d. commento 110.* Mart. Delri. *disquisit. magic. lib. 5. sect. 4. vers. septimum indicium,* Sousa *d. lib. 2. cap. 39. num. 76. & 77.* Diana *d. part. 4. tractat. 6. resol. 15.* Maximè quando plura sunt mendacia, quoniam vnum ab alio adminiculatur, vt post Bart. & alios notant Giurb. *d. cons. 87. num. 26.* Diana *d. resol. 15. vers. his tamen non obstantibus.*

Item iste sacrilegus homo in quadam depositione facta coram seculari iudice asseruit se scribendi ignarum, cum tamen oppositum apertissime constaret; ex quo videbatur scribendi peritiã eo negasse, vt crimẽ tegeret, & ne de homine scribẽdi ignoro suspicio haberi posset, quod libellũ fixisset: vt in simili arguit Marius Giurba *cons. 13. n. 7.* ibi, *Quia suspicione non caret cum id dixerit, quod à criminis præsumptione excusaret.* Constitit, etiam quòd variis occasionibus multa ex verbis libelli retulisset, adeo singulari, expressaque notitia, quæ nisi à sceleris auctore vel participe haberi non posset: cum alioquin libellum, vt ipse fatebatur, postquam ad Tribunal delatus est nec vidisset ipse, nec legisset. 10

Denique cùm quidam coram prædicto homine retulisset rumorem per Vrbem spargi quod ipse libellum fixisset, illico ad obiectam suspicionem expalluit, pressoque de hac re silentio, & cadente vultu, sermonem ad alia artificiosè transtulit. Subita autem ea vultus immutatio quasi ab animo non bene sibi conscio deprehensumque scelus timente proficiscens; taciturnitas præterea ex composito facta, & in re adeo graui inexpiatam relinquens suspicionem tam vehemens indicium inducunt vt per se ipsum non solum sufficiet ad capturam, verùm etiam ad torturam, arg. text. *in l. de minore 10. §. plurimum ff. de quæst.* ibi, *nam & de sermone, & ex eo qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret,* &c. quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt, vbi Bart. *num. 2. & 4. & in l. fin. num. 2. in fine ff. eod.* optimè Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 89. num. 129.* vbi ex aliis probat quod tacens, & non respondens ei, qui rumorem spargi asserit, delictum fuisse ab ipso commissum, præsumitur illud commisisse, & indicium ad torturam ex hoc aduersùs eum oritur, Farin. *d. quæst. 52. a n. 40.* maximè accedente alio quocunque indicio, Simanch. *d. tit. 65. a num. 31.* Didac. Quanter. *in quæst. crimin. cap. 2. de probat. per testes, quæst. 1. num. 20.* Binsfeld. *in l. vlt. C. de malef. ind. 16.* Martin. Delri. *d. lib. 5. sect. 4. vers. 23.* Sousa *d. lib. 2. cap. 39. num. 81.* Diana *d. part. 4. tractat. 6. resolut. 15.* Nam obmutescere, pallere, seu inconstanter loqui, signa euidentia sunt sceleratæ conscientiæ, iuxta illud *Sapient. cap. 17. Cùm sit timida nequitia, testimonium dat condemnationis, semper enim præsumit sæua perturbata conscientia.* Et notauit Demosth. *in orat. de fals. leg. Conscientia scelerum eripit audaciam, linguam reprimit, obturat os, angit, silentium imponit;* cum aliis adductis per Simanch. *citato loco,* Menoch. *d. præs. 89. à num. 71.* Farin. *d. quæst. 52. num. 43.* 11

Addebatur quòd pensata personæ qualitate non inuenitur 12

inuenitur esse bona vitæ ac famæ,& sic nō leue aduersus inquisitū ex hoc iudiciū desumebatur, iuxta text. *in l. de minore 10.§.plurimùm*,ibi, *Vel cuius existimatione quisque in ciuitate sua est,ff.de quæst.l.non omnes 5.§.a barbaris ff.de re milit.* & faciunt tradita per Menoch. *d.præs.89.n.133*.Farin.*in d.praxi q.47.a n.*
14 199.Giurb.*cons.13.n.16*.Omnes igitur aut hominis indole & moribus rite perpensis, aut occulto quodam veritatis genio quasi diuinitus inspirato ducti, clamabant nefandum hoc scelus à nullo alio admitti potuisse: qui quidem rumores maximum indicium præstant, sufficiens non solum ad inquirendum, & in carcerem detrudendum, vt inquit Cyn. *in l. nullus,num.3.C.de exhib. reis*, Bald. *cons.364.num.6.lib.3.* Crauet. *cons.41. num. 6.* & post alios Mascard. *de probat. concl.754. num.10.*Farin. *q.47.n.39* Martin. Delri. *d.lib.5.in 2.append.quæst.7. in princ.* Sed etiam ad torturam,iuxta text. *in l. de minore 10.§. plurimum ff. de quæst.l.3 §. eiusdem ff. de testib.l. Hisp.3.tit.30. part.7.* vbi Greg. *glos.* 1. Anton Gom. *var.tom.3.c.13.n.10.*

15 Maximè si, vt in præsenti, fama est vehemens, Ias. *in l. admonendi num.205.ff. de iureiur.* Felin. *in c. veniens numer.15. de testib.* Clar. *in §. fin. quæst. 21.* Franc. Viui. *decis.533.num. 2.* Peguera *decis. 17. n. 16.* Menoch. *d. lib. 1. præs. 89. num 52.* Farin. *q. 47.num.28.* Peña *in 2.part. direct. Inquis. commento 110.* Param. *de origine S. Inquisit. lib.3.quæst.6. num. 41.* Martin. Delri. *d. lib.5. sect. 3. colum. 5. vers. nam fama vehemens*, Marius Giurba *cons.13. num. 13.18. circa fin.* Castr. Palao *d. tom.1. tract 4. disp. 8. puncto 9. num.9.* Sousa *d. lib.2. cap. 39.num.59.* Diana *d.part.4.tract.6. resol.13.* Trullench *d.lib. 8. cap.1. dub. 17. ex num. 1.* Vel si sumus in delicto difficilis probationis, Menoch. *d.lib.1. præs. 89. num.34.* Azeued. *d.l. 3. numer.85.* & *86.* Farin. *d. quæst.57. num.11.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst.302.num.10.* Giurb. *cons.13.num. 18.* & *cons. 43.num.19.* & *cons.87.num. 21.* & *25. circa fin.* Vel si alia accesserint adminicula, Azeued. *d.l.3. num. 86.*Farin. *d.quæst.47.num.17 28.* & *35.* Petr.Caball. *crimin. resolut. casu 200. num. 134.* Marin. Giurba *d. cons. 13.num.18.* & *cons. 43 num. 18.* & *cons. 87. num.21.* & *25.*Quanter. *d.cap.2.de probat. per testes q.1.n.8.*Scacc. *de iudic.lib. 1.c. 95.n.1,vers. si sumus in crimine hæresis*, Martin. Delri. *d.lib.1. in append.2. q.7* Diana *d.resol 13.*

16 Quæ quidem indicia apta & idonea merito iudicata fuerunt non solum ad carceris detrusionem, verum etiam ad torturam; licet enim quodlibet eorum de per se non sufficeret, quia vnum indicium regulariter sufficere non solet, vt pluribus adductis testantur Peña *in direct. part.3. commento 110.*Guazin. *de defens. reorum tom.2. lib.1. defens. 30.cap.4.num.12.* Seraphin. de Freitas *in addit. ad D. Roderic. da Cunha de Confessar. solicit. q. 4.num.25.* Diana *d. part.4. tract. 6. resol. 4.* Saltim omnia simul negari non potest quin sufficiant; quia indicia licet imperfectè, & per testes singulares probata, coniunguntur ad reum conuincendum, si in eundem tendunt finem, arg. text. *in l. qui sententiam 16.* ibi, *in vnum conspirantes, concordantesque rei finem, C. de pœn.* Blanc. *de indic. num. 368.* Mascard. *de probat. concl. 1223. a num. 32.* Honded. *cons.102.num.85. lib.1.* & *cons. 98. num. 20 vol.2.*Mari.Giurba *cons.87.n.29.*

17 Præsertim in criminibus difficilis probationis, non solum suapte natura, vt cætera quæ hæresim sapiunt, ex Roias *de hæret. part.2.num. 295.* & *296.* Simanch. *de Cathol. instit. tit.65. num. 51.* ibi, *Et eo magis in hæresi, quo cæteris criminibus solet esse occultior*, & *in enchirid. tit.52. num. 26.* Seraph. de Freitas *ad d. quæst. 4. numer.29.* Martin. Delri. *d. append. 2. quæst. 22.* Diana *d. tract. 6. resolut.1.* Sed etiam quòd commissum fuisset tempore nocturno, Bald. *cons.77.num.5. lib. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib.5. præs. 46. num. 1.* & *2.* & *de arbitr. casu 116.* Azeued. *cons.28. num.64.* Rip. *de nocturno tempore cap.33. num. 15.* Marin. Giurba *cons.87.num.12.* vbi quod nox efficit quod 18
delictum vix probari possit, illudque qualificat, & aggrauat. Et in criminibus difficilis probationis non est dubium quod leuiora indicia sufficiunt, ex Bald. *in l. quicunque num.2.* & *25. C. de seruis fugit.* & *in l. 3. numer.3. C. de Episc. aud.* Decian. *in tract. crimin. tom. 2. lib.7. cap.24.num.10.* Azeued. *d.cons. 28. a num. 60.* Guazin. *d. defens. 30.cap. 4. num.9.* Giurb. *d. cons. 87. num. 11.* Et tanto ma- 19
gis, quando sumus in atrocissimis, cùm in illis licitum sit iura transgredi, solemnitates non adhibere, & ordo sit ordinem non seruare. *cap. ad nostram 3.* vbi glos. *de iureiur. cap. euidenti,de accusat. l. si verò §. qui pro Rei ff. qui satisd. cog. l. 2.* & *ibi* Bart. *ff. de furt.* Menoch. *de arbitr. lib.1. quæst. 84. à num.9.* Mascard. *de probat. concl. 1391. a n. 13.*Farin.*quæst.37.num.85.cum seqq.*Sousa *d. lib. 2.c. 39 num.12.*

His igitur indiciis iuste quidem Reum in carce- 20
rem detrudi iussum fuit; sed quia in crimine hæresis, vt quis pœnæ ordinariæ addicatur, plena & concludens requiratur probatio,*cap.litteras, de præsumpt.* Albert. *in rub. de hæret. num. 10.* Rojas *in tract. de hæret.quæst.2. assert. 6. num. 105. cum seqq.* Simanch. *de cathol.instit.tit. 50. a num.21.* & *tit.51. a num. 2.* & *in encherid.tit.34.num. 1.* Farin. *de hæresi quæst.187.§.1.a num.2.* Peña *in director. part. 2. commento 80.* Decian. *in tract. crimin.lib. 5.c. 35.n. 20.*Param. *d. lib.3.q.6.a num.86.*Sousa *d. lib. 2 c.5. a num.8.* Castr Palao *d.tom.1.tract.4.disp. 8.puncto 10. num.1.*Diana *d.p.4.tract.8.resol. 36.* itaut indicia & 21
præsumptiones non sufficiant ad condemnandum in pœnam nisi extraordinariam, & purgationem, seu abiurationem indicendam, *cap. accusatus 8. in princ. cap. vt officium 11.de hæret.lib.6.* Simanch. *d. tit.50.a num.21.* & *tit.51. n.12.* Villadieg. *in tract. de hæret.quæst.13.num.21.* & *22.* Albertin. *in tract.de agnosc. assert. quæst.34.num.56.cum seqq* Peña *d.part. 2.commento 10.vers.sed hanc sententiam*, Rojas *d.p. 2.num.304.cum seqq* Farin. *d.quæst.187.n.9.*Param. *d.lib.3.q.6.num.90.*Sousa *d.lib.2.cap.5.n. 1.* Castr. Palao *puncto 10.n.1.*Diana *d. resol.36.* Trullench *d.lib.8.c.1.dub.21.n.15.*

Ideo cùm prædicta indicia magna & vrgentia 22
sint ad torturam inferendam deuentum fuit, prout in his terminis deueniri potuit ex resolutis per Eymeric. *in direct. Inquis. part.3.quæst.61.* vbi Peña *comm. 110.* Simanch. *de Cathol. instit. tit.65. per tot.* & *in enchirid. tit. 52. a num. 5.* Farin. *de hæresi quæst.185.a num.140.* Martin. Delri. *d.lib.5.sect. 3.* & *4.* Sousa *d.lib.2. cap. 39.à num. 6.* Castr. Palao *d. disput.8.puncto 9.a num.2.* Diana *d. part.4.tract.6. resol.1.* & *2.* In qua re diiudicanda verum scilicet 23
procedi deberet ad torturam, & an sufficerent indicia, vel non, plurimum confert iudicium & votum DD.Iudicū, quia illis materia est arbitraria, qui crimine, & circunstantiis animaduersis prudenter quid intersit sunt arbitraturi,arg. text. *in d.l. de minore §. plurimum ff. de quæst.* cum latè adductis in crimine hæresis per Roja *d. part.2. num.191.*Decian. *d.lib.5.cap.35. num. 20. post med.*

Peña *d.p.3. commento 39.lit.D.& q.61.commento 110.* Farin. *de heresi q.185.n.143.* Sousæ *d.lib.2.c. 39.n.6.* Diana *d.p.4.tract.6.resol.2.*

24 Dum Reus torqueretur misere crimen confessus fuit; sed an de sociis posset interrogari dubitatum fuit, & videbatur negatiue respondendum, quia negari non potest quin crimen, omnesque eius circunstantias palam, & non inuitus confessus, vt iste Reus, complices quoque si fuissent, aperiret; hæc est præsumptio naturali ratione dictata, vt animaduertit Simanch. *in enchirid. tit. 52.num.31.* ibi, *Naturaliter ratio nobis suadet quod qui contra se confessus est, contra alios multo magis confiteretur, si esset memor*, &c. Rojas *d. part. 2. a num.* 243.

25 Contrarium verò dictat praxis, & vsus; nam in criminibus hæresis, & contra Fidem, de se confessus potest de Sociis interrogari, vt talia delicta ob communem omnium salutem extirpentur, ad text. *in d. cap. litteras, de præsumpt. & in cap. in Fidei fauorem, de heret. in 6. & in l. quicunque 9. C. de malef. & mathem.* ibi, *Ne facinoris socios publicaret*, Simanch. *de Cathol. instit. tit.44. de Ordine proced. num. 27. & 28.* Peguera *decis. 5. num.13.* Param. *d. lib.3.quæst.9.a num.* 182. Martin. Delri. *d.lib.5 sect 3.in 2. ind.* Decian.

26 *d.lib.5.cap.36.num.19.* Quinimo licet non interrogetur, tenetur socios propalare, iuxta illud *Deuteron. cap. 13.* ibi, *Si tibi voluerit persuadere frater tuus*, &c. Sot. *de detegendo secreto memb.2. quæst. 4.* Simanch. *de Cathol. tit. 13. num. 21. & tit. 19. a num.1.* Param. *d. lib. 3. quæst.9. a num.182.* Hæc enim crimina sæpiùs cum complicibus perpetrantur, ideoque non solum potest interrogari & inquiri ad ea patefacienda, sed per præsumptionem, quæ remanet, complices semper fuisse, Rei non iudicantur plene confessi, & pœnitentes nisi detegantur, vt sentit S. Augustin. *in Deuter. epist.64.* ibi. *Heretico petenti pœnitentiæ locum, tunc credatur, si & alios quos illic nonit esse manifestauerit nobis*, &c. Et solùm per hanc præsumptionem contra eos ad torturam potest procedi ad complices detegendos, vt testatur Vmbert. Locat. *in indic. Inquisit. verbo hereticus num.45. & verbo indicium num.33. & verbo inquisitio num.1.* & post iudicialem inquisitionem inter decreta Congregationum in vltimo referens decretum Pauli IV. & Pij V. vbi arbitrio Iudicum remittitur tortura reorum confessorum, & conuictorum, de hæresi pro vlteriori veritate habenda, & pro complicibus, Diana *d. part.4. tract. 6. resol. 27. vers. notandum est, in fine*, Sanch. *d. lib.6. consil. moral. cap.3. dub.22.* Seraph. de Freitas *ad d. quæst. 22. num.28.*

27 Quando enim maxima sunt indicia, aut semiplena probatio adest, præsumitur crimen cum complicibus fuisse commissum, ac proinde pro eis habendis tortura inferri debet. Simanch. *de Cathol. instit. tit. 65. de torment. num. 59. & 60. & in enchirid. tit.52.num.30. & 31.* Zanchin. *in tractat. de heret. cap. 9. vers. & hoc casu*, Quanter. *in quæst. crimin. rub. de quæst. tangen. prob. quæst. 2. de probat. per testes §.2. de indic. sufficien. ad tortur. numer. 52.* Param. *d. lib.3.q.9. n.184.* Farin. *de heresi q.185. §. 8. num.133.* Diana *d. resol 27. vers. notandum est tamen*, Castr. Palao *d. tract. 4. disput. 8. puncto 9. num. 19.*

28 Cùm ergo Reus crimen confessus fuisset, quo haud dubium videtur ab eo fuisse commissum, pœna condigna debet ei imponi: siquidem facto id manifestante, legis potestate subintrat pœna, & aduersus eam exercetur, vt inquit Martian. *in l. 1. ff. ad Turpil.* ibi, *sin autem pronuntiauit, calumniatus es, condemnauit eum; & quamuis nihil de pœna subiecerit, legis tamen potestas aduersus eum exercebitur;* ita confessus quoad Iuris interpretationem pro iudicato habetur *l.1. ff. & C. de confess.* Mancin. *de confess. cap.1. num. 1.* Cæs. Barz. *decis. 141. n.6.* Mar. Giurba *cons.16. n. 2.* Confesso enim crimine nihil 29 videtur remanere Iudici faciendum, neque etiam sententiam esse necessariam, ex *l.1. ff. ad Turpil.* vbi cum Papiniano his verbis datur ratio. *Nam, vt Papinianus respondit, facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis, pœna verò persecutio, non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati seruatur.*

Et siquidem in eo libello Christi Saluatoris no- 30 stri lex damnabatur, Moysis antiqua, & caduca acclamabatur, aliique errores, & hæreses promulgabantur, vltimi supplicij pœnam ei imponi debere, quam omni Iure hæretici merentur, probat *l. quicumque, §. eos vero,* ibi, *vltimo supplicio coërceantur. l. Armani. §. Manichæi, C. de heret. cap. ad abolendam, eod. tit.* Ordin. Reg Lusit. *lib.5. tit. 1. in princ.* Alphons. à Castro *de iusta heret. punit. lib.2. cap. 12.* Simanc. *de Cathol. instit. tit. 46. de pœnis a num. 42.* Petr. Gregor. *syntagm. Iuris, lib. 33. cap. 6. à num.4. & cap.8 num. 10.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.40. & 41.* Clar. *§. hæresis, num.8.* Hieron. Roman. *de Repub. Christiana, lib. 5. cap. 20. vers. Tiene as la santa Inquisicion, fol. mihi 264.* Azori. *instit. moral. p.1. lib.3. cap.13.* Farinac. *de heresi quæst. 189. §. 1.* Et ideo videbatur hunc reum hæreticum iudicari, eique pœnam mortis imponendam, illum seculari brachio tradendo absque eo quod ad misericordiam admittatur.

Nam licèt hæretici ad illam admittantur, & 31 reconcilientur, eis culpam pateficientibus, illisque pœnitentibus, iuxta text. *in cap. excommunicamus 2. de heretic.* hoc nullatenus procedit in hoc casu. Vt enim hæreticus verus pœnitens habeatur, necessaria est omnimoda peccati confessio, & veniam non meretur qui peccatum integrè non agnoscit, *cap. perfecta pœnitentia 40. cum seqq. & cap. super 49. de Pœnit. dist. 1. cap. fin. de Pœnit. dist.5. cap. super quibusdam 26. de verbor. signific.* Et confitens diminutus tanquam negatiuus Curiæ sæculari tradendus est. Calderin. *in tract. de heret. rub. de mat. process. num.6.* Rojas *eod. tract. part. 1. à num.195. & part.2. à num.?36.* Simanch. *de Cathol. instit. tit.48. num.27. & 28.* Peña *in direct. Inquisit. part.2. commento 59. vers. ex his possumus*, Farinac. *de heresi quæst.196. §.1. num.17.* Anton. à Sousa *in aphorism. Inquisit. lib.1. cap.16. à num. 4. & lib. 2. cap.48. num.11.* Diana *d. part.4. tract.7. resol.25.* Idémque iudicandum est de confitente factum hæreticale, intentionémque negante; negat enim partem potiorem, vt verus pœnitens habeatur, sicut tradunt Albertin. *de agnosc. assert. quæst. 8. num.12. & quæst.32. num. 27. & quæst.34. num.57.* Rojas *de heret. part.1. à num.276. & 573 cum seqq.* Simanch. *de Cathol. instit. tit.13. num.16. & in enchirid. tit.29. num. 8.* Farinac. *de heresi quæst. 179. §.4. num.54. & 58.* Torreblanc. *de iure spirit. lib. 5. cap.2. à num.31.* Diana *d. part.4 tract.7. resol.14* qui ab hac opinione non dissentit, quando, vt in præsenti, Reus conuictus erat.

Iuuat quòd hæresiarchæ, & dogmatistæ nō recō- 32 liantur, neque ad misericordiā admittuntur, quamuis eam poscant, sed Curiæ seculari traduntur. Ita Simanch. *de Cathol. instit. tit.47. num. 50. cum seqq. & in enchirid. tit. 59. num.1. cum seqq.* Repert. Inquis. *in*

in verb. docere. Rojas *d.p.2.num.339.cum seqq.asserit.* 43. Decian. *d. lib.5. cap.53.n.3. vers.quinto,* Suarez *de Fide disp.25.sect.2. num.10.* Et reus iste necessario videtur hæresiarcha, atque dogmatista habendus tanquam auctor, & sectator, non solum nouarum opinionum, sed erroris adeo inauditi inductor, vt patet ex libello.

33 Et licèt in hoc Reo alia crimina quàm blasphemiæ non perpenderemus, per hoc capitis pœna dignus erat; quando enim blasphemiæ sunt adeo enormes, certum est pro eis debere capitis pœnam imponi, argum. tex. *in l.vnica.C.nem. lic.sign.Saluat. vbi glos.verb.grauissimum,* exponit, id est, *pœnam mortis*; & tradunt Anchar.*cons.15.per tot.* Cassan.*cons. 1.num.69.* Boër. *decis. 301. à num.16.* Franc. Mari. *decis.509.in fine p.1.* Farin. *in praxi crimin.p.1.q.20. num.68.* Decian. *lib.6.cap. 6. num. 5. & 7.* vbi ex Grammat. refert quod etiam hodie posset imponi pœna mortis attenta qualitate blasphemiæ si esset enormissima, & horrenda, & attenta pessima qualitate blasphemantis, Menoch. *de arbitr.casu 379.n.4.* Vincent. de Franchis *decis.504.per tot.* Petr. Caball. *resol.crimin.casu 91.per tot.* Ioan. Gutier. *de delict.q. 75. per tot.* Quod procedit etiam in sancti Officij Tribunali, in eo enim non etiam ad misericordiam sunt admittendi, quamuis illam efflagitēt, qui eiusmodi blasphemias perpetrauerint sed Curiæ seculari sunt tradendi; vt per Sousam *d. lib.2. cap. 42. num. 16.& 17.* Farin. *de heresi q.181.num.44.* Diana *d.p.4.tract.7. resol.9. in fine.*

34 Et quando nihil aliud concurreret quàm libellus famosus, hac de causa capitis pœna erat dignus, *l.lex Cornelia §.fin.ff.de iniur. l.vnic.C.de famos.libell. l.Hisp.3.& 20.tit.9.part.7.* Ludou. Peguera *decis.77.* Farin. *in praxi crimin.q.105.à num. 241.& cons. 30. à num.1.lib.1.* Hieron. Bucaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin.differ.50.* Ordin. Regia Lusit. *lib.5.tit.84.* præcipuè cum libellus graues iniurias, & opprobria in aliquam magnæ qualitatis personam continet; nam si facti & personarum qualitas expostulat, vltimo supplicio auctor libelli afficiendus est, teste Petro Placa *in epit. delict.c.3. num. 2. cum seqq.* Farin. *d.cons. 30.num. 25.* & tanto magis si in diuinam maiestatem enormia conuicia dirigantur.

35 Et demum quamuis per hæresim crimen, quod interponebatur, vel quod libellus indicabat, admitti ad misericordiam posset, hîc vero fieri non debebat, cum cæteræ criminum species conueniant, in quibus venia concedi non potest: nunquam enim plura delicta concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur: neque enim delictum ob aliud delictū minuit pœnam, vt inquit Vlpian. *in l.nunquam plura 2.ff.de priuat.delict.* Petr. Caball. *crimin. resol. casu 158.num.10.& 14.cum seqq.* Giurba *cons. 25.à num. 23.& cons. 82.à num.8. & 41.* Larrea *tom. 1. decis. 50.à num.1.* Et omnia simul sunt operatura quod singula separatim non possent, arg. tex. *in l.si adulterium cum incestu 38.l.vim passa 39.§.præscriptione. ff.ad leg.Iul.de adulter.*

36 Et quamuis Reus declarauerit causam ex qua fuit motus libellum illum publicandi non processisse animo offendendi sacrosanctam & orthodoxā Fidem, aut illam minus credendi, sed vt malè perderet vicinum, falsò imputando illi delictum; id sanè crimen aggrauat, quia in criminibus non attenditur nisi illorum qualitas, delinquendique animus, *l.1.§.diuus, l. diuus 14.ff. ad leg. Cornel. de sicar. l.si seruus 27. §.etsi puerum 28 ff.ad leg. Aquil. l.de-*

37 *sertorem 3. §. in bello ff. de re milit.* Nulla est etiam causa, quæ in delictis extrinsecè prauis Reum possit excusare, *l.palam 43. ff. de ritu nupt.* Non est ignoscendum ei mulieri, qui obtentu paupertatis turpissimam vitam agit.

Et maximè, quia iam constat de voluntate, animoque nocendi, *l.1.C.de sicar.* ibi, *Crimen enim contrahitur si & voluntas nocendi intercedat, cap. vnum §. criminis appellatio 25.dist.* glos. & DD. *in l.1.C.si aduersus delict.* Menchac. *illustr. lib.1. q.19. num. 5.* Farin. *in praxi crimin.q.87.num.6.* Et delinquentes magis discernuntur per animum & finem, quibus crimen perpetrant, quam per ipsum facinus, *d.l.diuus ff.de sicar.* ibi, *in maleficiis voluntas spectatur, non exitus, l.fraudis ff.de re iudic. l.verum, ff. de furt.* S. Isidor. Pelusiota *lib.3.epist.399.* ibi, *Siquidem res à conatibus plerumque, non ab effectibus iudicantur, atque ab animi sententia & voluntate, non à fine corona nectitur, cap.ordinationes in princ.1.q.1.* Tiraq. *de pœnis temper.causa 51. à num.7.* Farin. *d.q.87.n.7.* 38

Nec ignorantia excusare poterat reum; hæc enim quando est iuris, nunquam excusat *l.9. C. de legib.* ibi, *leges sacratissimæ, quæ constringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent*; hocque potiori ratione in criminibus procedit, *l.1 ff.de legib.* vbi lex definitur, vt sit delictorum quæ sponte vel ignorantia committuntur coërtio: præcipuè cùm criminis prohibitio ex iure naturali, vel diuino procedat, *l. si adulterium cum incestu 38.§.1.ff.ad leg Iuliam de adulter.* Donel. *comment. lib. 1. cap. 22. vers. in delictis,* Pichard. *in §. ita tamen 1.num.31.& 32.Instit.de vi bonorum rapt.* ac præsertim in hæresis, vel blasphemiæ crimine, quod nostræ Fidei Catholicæ articulis resistit, hoc enim casu nunquam ignorantia potest excusationem afferre, *cap. 1. de summa Trinit. cap.1.de heret.l.Hisp.1.tit.1. lib.1. Recop.* Alphons. de Castro *de iusta hæreticor.punit.lib.1.cap.9.* Melch. Can. *de locis Theolog.lib.12.c.9.* Azori. *institu. moral. p.1.lib.1.c.12.& seqq.* Farin. *de heresi q.179.§.2.num. 74.* Torreblanc. *de iure spirituali lib.13.cap 2.n. 33. & 34.* Castr. Palao *in opere morali p.1.tract.4. disp.3. puncto 2.ex num.2.* 39 40

Castellæ & Legionis chartæ sigillatæ.

Pragmatica sanctio à Rege Catholico publicata super charta sigillata nō comprehendit Clericos, & ecclesiasticas personas, nec in Tribunalibus ecclesiasticis possunt cum illa iudicialia & extraiudicialia acta confici.

VOTVM CXX.

1 *Philippus IV. Rex Catholicus pragmaticam edidit sanctionem super charta sigillata relati tenoris, & num.2.*

3 *Declaratio dictæ legis, seu pragmaticæ Sanctionis refertur.*

4 *Pretium excessiuum chartæ sigillatæ ostenditur.*

5 *Charta ad euitandas fraude olim apud*

Romanos signabatur.

6 *Casus plures in aliqua lege seu dispositione de per se stantes dicuntur diuidui.*

7 *Tributum strictè & propriè dicitur illud quod Principi soluitur ratione fundi, aut soli.*

8 *Tributum dicitur à tribuendo, & lato modo in hunc sensum sumitur.*

9 *Tributa prædiis imposita, ad Ecclesiam cum illo onere transeunt.*

10 *Tributum lato modo dicitur quicquid Principi pro expensis, & vtilitatibus publicis soluitur.*

11 *Causa finalis semper attendi debet.*

12 *Plus debet valere quod agitur, quam quod simulate concipitur.*

13 *Immunitas ecclesiastica indirectè violatur per circuitum, & sub simulato nomine.*

14 *Tributum chartæ sigillatæ omnibus maximum, & vasallis magis onerosum.*

15 *Tributum est quicquid imponitur rei præter eius valorem, & Principi soluitur.*

16 *Præsumptio stat pro Principe quod bene egerit.*

17 *Lex ciuilis quando dicatur statuere contra exemptionem, & libertatem clericorum.*

18 *Exemptionem clericorum ab Imperatorum, & Regum liberalitate prouenisse qui teneant? & vnde colligant?*

19 *Exemptionem clericorum immediatè & in totum à iure diuino descendere plures alij melius sustinent.*

20 *Constantinus Imp. absolutam clericorum exemptionem suo tempore agnouit, & deinde alij Imperatores.*

21 l. Hisp. 50. tit. 6. part. 1. *intelligitur.*

22 *S. Gregorius* epist. 54. aliàs 56. lib. 11. *declaratur.*

23 Cap. quicquam 11. q. 1. *exponitur.*

24 Cap. de capitulis 10. dist. *intelligitur.*

25 *Leges politicæ & œconomicæ quando obligent clericos? ostenditur.*

26 *Clerici non obstante clericatu ciues sunt, & membra Reip.*

27 *Panis tassa ab omnibus tam secularibus quam ecclesiasticis obseruari conuenit.*

28 *Solennitatem in instrumentis extraiudicialibus per legem secularem adhibendam tenentur clerici obseruare quando sine difficultate, & aliqua impensa id fieri potest.*

29 *Clerici in ecclesiasticis Tribunalibus non tenentur obseruare pragmaticam sanctionem super charta sigillata.*

30 *Stylus Tribunalis iudicis delegati, & non delegantis est obseruandus.*

31 *Leges, & stylus Tribunalium secularium obseruare tenentur in illis litigantes etiam clerici.*

32 *Tributum est quicquid excedit iustum valorem, & applicatur fisco.*

33 *Monetam cudere, minuere, seu alterare est de Regalibus Principis.*

34 *Monetæ valor quando mutatur cum magno excessu etiam ob aliquam publicam necessitatem vt clericum liget, requiritur summi Pont. licentia.*

35 *Alearum ludus clericis prohibitus.*

36 *Clerici pro rebus, quos negotiationis causa extra Regnum asportant, tenentur soluere gabellam.*

37 *Sal & piper sunt de Regalibus Principis.*

38 *Tributa ecclesiis & ecclesiasticis personis an & quando Reges ex immemoriali consuetudine legitime præscripta imponendi auctoritatem habeant?*

39 *Consuetudo contra ius diuinum, aut saltim contra Canonicas Constitutiones, nec addit nec tollit ius.*

40 *R. P. M. Fr. Franciscus de Araujo hanc quæstionem de papyro Regio sigillo signata pertractat.*

41 *Inconuenientia referuntur si pragmatica sanctio papyri sigillatæ comprehenderet Tribunalia ecclesiastica.*

PHilippus IV. Rex Catholicus sub die 15. Decembris 1636. legem siue pragmaticam sanctionem publicari fecit super charta sigillata in instrumentis & aliis actis iudicialibus & extraiudicialibus adhibenda tenoris sequentis, videlicet. 1
Sabed que auendo reconocido los grandes daños que padece el bien publico y particular de mis vassallos con el vso de los instrumentos è escrituras falsas, cobrando fuerça este delito de la frequencia que ocasiona la poca preuencion y cautelas que hasta aqui ha tenido esta materia y que ha llegado à terminos en estos tiempos que ni bastan las dispuestas por mis leyes Reales, ni el temor de sus penas, ni diligencias de mis iusticias, deseando por la obligacion que corre à mi conciencia y dignidad Real, y por otras razones conuenientes y necessarias hallar medios que siruan de remedio à tanto excesso, y siendo como es priuatiuo de mi Regalia eligir los mas eficazes, mudando los antigos que fueren nociuos à lo politico de mis Reynos, y añadiendo los que de nueuo parecieren conuenientes, y que la extension de mi Monarquia à prouincias tan remotas, con quien es menester la correspondencia en cosas del gouierno y comercio, ha expuesto a maior peligro este negocio.

2 *Auiendo visto lo que sobre el me propuzo el Reyno junto en Cortes, suplicandome con la atencion que tiene à mi seruicio, y su conseruacion mandasse fundar quatro sellos para estampar en cada pliego donde se han de escriuir dichos instrumentos, el que segun la calidad y cantidad del negocio fuere mas à proposito, confiando por la experiencia de otras prouincias se conseguiria en las mias la misma vtilidad, y auiendo conferido con diferentes*

ferentes Ministros zelozos de mi seruicio, he acordado de mandar dar la prezente que quiero tenga fuerça de ley y pragmatica sancion, como si fuera hecha y promulgada en Cortes à pedimiento y supplicacion de los procuradores dellas. Por lo qual ordeno y mando que de aqui adelante no se pueda hazer ni escriuir ninguna escritura, ni instrumento publico, ni otros despachos que por menor iran declarados en vna cedula mia sino fuesse en papel sellado con vno de quatro sellos, que para este effetto he mandado disponer, con la diuersidad, forma, y calidades que se contienen en la dicha cedula, sin que por esto sea visto derogar las demas soleni lades que de derecho se requieren en los dichos instrumentos para su validacion, porque mi voluntad es añadir esta nueua solenidad y el sello por forma sustancial, paraque sin ella no puedan tener effeto ni valor ninguno, y desde aora las irrito y anulo paraque en ningun tiempo hagan fee, ni puedan presentarse ni admitirse en juizio ni fuera del, dar ninguno titolo, ni derecho à las partes, antes por el mismo hecho pierdan el que pudieren tener con el interes, cantidades, y suma sobre que se hubieren otorgado, y fuera desto incurran, &c.

3 Et pro dictæ legis, seu pragmaticæ sanctionis declaratione, hæc adduntur verba, *y considerando auer llegado a estado mi Real hazienda con los gastos que me han ocasionado y ocasionan tan continuas gueiras en todas partes, para la defensa de la Religion y mis vassallos que no puedo dexar de valerme de todos mis derechos y Regalias, y que es priuatiuamente mia hazer estanco general de todo el papel sellado que ha de seruir para el gasto de todos los dichos instrumentos y recandos que se hizieren y otorgaren en todos mis Reynos, de manera que nadie lo pueda sellar, ni imprimir, ni vender por mayor ni por menor, y que por este medio se socorre igualmente al fin de la legalidad que se dessea, y al aliuio de mi Real hazienda, y de mis vassallos, que le tendran de nueuas contribuciones. Auiendome representado esto mismo el Reyno junto en Cortes y consultadoseme por ministros y personas zelozas de mi seruicio y mandado publicar el dia de la fecha desta, vna ley vniuersal en esta materia para mejor execucion della he resuelto lo seguiente.*

4 *Que se formen quatro diferencias de sellos, mayor, segundo, tercero y quarto, con letras que lo declaren assi, y con mis armas, o con la empresa que cada año pareciere mas conueniente. Que se imprima cada vno destos sellos en vn pliego ô medio de papel en la parte superior de la plana con la inscripcion seguiente Philippe IV. Rey de las Españas año decimoquinto de su Reynado para el año de mil y seiscientos y treinta y siete, sello mayor docientos y setenta y dos marauedis, y a este respeto en los demas sellos, segun el valor de cada vno.* Et paulo inferiùs pretium vniuscuiusque sic ponitur. *El sello mayor que va en pliego entero ocho Reales en Vellon. El sello segundo que va en pliego entero dos Reales en Vellon. El sello tercero que va en pliego entero vn Real en Vellon. El sello quarto que va en medio pliego diez marauedis en Vellon.*

Et licèt tam in dicta pragmatica sanctione quàm in eius declaratione dicatur mentem & intentionem Regiæ Majestatis esse quod sub illis comprehendantur omnes personæ cuiuscunque status, qualitatis, & conditionis existant, nihilominus ex summa illius pietate, & Catholico zelo satis colligitur noluisse comprehendere ecclesiasticas personas, vt satis patet ex fundamentis, quæ sequuntur.

Lex ista cum sua declaratione continet duo diuersa capitula, quodlibet habens finalem & impulsiuam suam rationem ab alia independentem & diuersos fines respicientem. In prima parte seu capitulo ad euitandas fraudes statuitur, vt deinceps nulla instrumenta publica fierent nisi in papyro Regio sigillo signata: quod olim apud Romanos in vsu fuisse refert Iureconf. Paulus *tit. 5 sentent. tit. 25. §. amplissimus ordo*, ibi, *Amplissimus ordo decreuit eas tabulas, quæ publici, vel priuati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, vt in summa marginis ad medium partem perforata triplici lino constringatur, atque impositum super linum ceræ signa imprimantur.* Idem Sueton. *cap. 17.* ibi, *Aduersus falsarios tunc primum repertum ne tabulæ nisi pertuso, ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur*, &c. vbi Beroaldus, & Marc. Anton. Sabell. plura addiderunt. Et Cassiod. *lib. 12. var. epist. 21. ad fin. Exemplar*, inquit, *velut annulis ceru imprime, vt sicut vultus expressa non possunt signa refugere*, &c. Et in testamentis id ipsum expressit tex. *in l. ad testium. §. si ab ipso, cum seqq. & l. seq. ff. de testam.* Paul. *lib. 4. sentent. tit. 6.* vbi doctè Cuiac. 5

In secunda verò parte, seu capitulo tractatur de interesse bursali, & ad illud iustificandum causa desumitur, ob præsentes scilicet necessitates, quibus Regium diminuitur patrimonium, & vt hoc modo aliæ excusentur contributiones; & sic quælibet pars independenter ab alia stat, & de per se statuit, vnde succedit quod quotiescunque lex, sententia, aut dispositio inter se plures habet casus, orationes, seu capitula, quæ de per se stant, nec vnum ab alio dependet, dicuntur diuidui, & potest euenire vt vnus sit iustus, alius verò iniustus, vel quod vnus afferat grauamen, alius verò minimè, arg. text. *in l. etiam 30. §. ex causa, ff. de munerib.* ibi, *Si species in qua pupilla in integrum restitui desiderat, cæteris speciebus non cohæret, nihil proponi cur à tota sententia recedi actor postulans audiendus sit*, &c Afflict. *decis. 128. num. 4.* Capic. *decis. 51. num. 5.* Abb. *cons. 75. lib. 2.* Anton. de Amato *resol. 9. ex num. 1.* 6

Et ita agendo de secunda parte, quæ respicit interesse excessiuum, & immoderatum, ac minimè correspondens labori signaturæ, independenter à prima dispositione, facilè inuenietur, hoc interesse habere rationem tributi, quod licèt strictè & propriè dicatur illud, quod Principi soluitur ratione fundi, aut soli, glos. *verb. pendant in l. 1. §. 1. ff. de publican.* Abb. *in cap. de terra num. 3. de decim.* latè Valenz. *in tract. pro Pontifice p. 4. num. 145.* attamen cum à tribuendo dicatur, regulariter lato modo sumitur pro quacunque exactione, quæ habet vim oneris: vt aduertunt Doctores *in l. 3. ff. de censib. & in l. 2. §. hoc etiam C. de offic. Præfecti præt. Africæ, & in l. annonas C. de erog. milit. ann. lib. 12.* Bertach. *de gabell. in prælud. num. 5.* Gutier. *eod. tract. q. 1. num. 6.* Rebuff. *in l. eum qui vectigal, ff. de verbor. signif.* Menoch. *cons. 1047. n. 7.* & sic comprehendit, tributa prædiis imposita, quæ eo pacto, vel conditione in Ecclesiam translata fuerunt, ad eamque cum illo onere transeunt, *c. si tributum 11. q. 1. c. conuenior, c. tributum 23. q. 4.* 7 8

q.4.glos.& DD.in cap.1.de immun.Eccles.Azeued.in l.11.tit.3.lib.1.Recop.Gutier.pract.lib.1.c.3. Suar.in Regem Angliæ lib.4.c.20.& 21. Carol.de Grassis de effectib.clericat.effectu 3.n.179.Narbona in l.35.glos. 4.n.2.& 23.tit.3.lib.1.Recop.Ioan.Bapt.Ciarlin. cõtrouers.forens.cap.103.num.7. Bald.de legib.disp. 54. ex n.6.Ego de iure eccles.vniu.lib.1.c.39.§.5.num.67.
10 cum seqq.Vnde in hoc discursu tributum intelligo quicquid Principi pro expensis, & vtilitatibus publicis soluitur tam in vim onerum realium, quàm personalium, vt in exemplis relatis in l.1. & in l. rescripto §. sciendum ff. de muner. & honor. & in l.fin. ff.de censib.& in l 4.C.de dignitat. lib. 12.

11 Cùm ergo principale intentum ad introducendum interesse tam excessiuum, exorbitans, & insolitum fuerit remedium publicæ, quæ obstringebat, necessitatis, propter bella vndique hanc Monarchiam infestantia; & causa finalis talis introductionis etiam fuerit remedium publici damni,& vt vasalli ab aliis oneribus & grauaminibus liberarentur, quæ semper attendi debet, l.si in argento ff. de auro,& arg.leg.l.oratio ff.de sponsal. cap.merito 15. q.1 Bald.cons.115.vol.1.Crauet. cons. 113. num. 14. meliùs cons.331.num.8.vbi concludit, denique nihil rei est cui non finis præsit;& benè Giurb.ad consuet. Messan.in proœm.num.4.cum seqq.& cap. 1.glos. 4.part. 1.num.112. quod finis omnia ad se trahit. optimè iam infertur tributum esse quod ad subleuandas Principis necessitates soluitur; non enim debent attendi verba,quibus tributum imponitur, sed veritas & substantia rei, l.scire leges ff. de legib.l.
12 non dubium C.eod.Plus enim debet valere quod agitur quàm quod simulate concipitur, l.1. & toto tit. C.plus valere;cap.intelligentia, de verbor.signific.Vincent.de Franchis decis.218.n.3. Giurba in d.proœm. ex num.4 Surd.cons.431 num.35.Et sic cum hoc mo-
13 do simulati nominis indirectè violatur immunitas ecclesiastica,vt doctè Suar.d.lib.4.c.33. ex num.6.& per circuitum, &in casu simili multis relatis Mastrill.de magistrat.lib.1.cap.22. num. 44. concludens esse tributum, nec in nomine vim fieri oportere.

14 Et nullus dubitat quòd onus huiusmodi chartæ signatæ sit tributum omnibus maximum, & magis vasallis onerosum, & molestum, vt de alio simili tradunt Bertachin.de gabellis p.8. memb. 1.in tit gabella iudiciorum, vel litis tom.11. tractatuum Doctor. latè Mastrill. de magistrat. lib. 1. cap. 22. Baldell.in Theolog.morali tract.de legib.disp.38.n. 3. Et ad hoc propositum multum conducit quæ scribunt Bodin.lib.6.de Repub.c.2 & Sextin.de Regalib.lib. 2. n. 66.cum sequent. & aliud simile tributum, quod Carolus Rex Franciæ imponere volebat super actis iudicialibus,& sententiarum prolationibus,eo prætextu, & causa vt lites in suo Regno minuerentur,& necessitatibus publicis succurri posset, deinde assiduis querelis motus ob maxima damna, quæ eo tributo litigantibus inferebantur, fuit ab
15 eo sublatum.Quicquid enim oneris imponitur rei præter eius valorem, & Principi seu eius fisco ad subleuandas Regni necessitates applicatur, vere & realiter tributum est, quouis nomine nuncupetur, vt ex communi Theologorum, & Iurisperitorum sententia copiosè probat Mastrill.d.lib.1.cap. 22.n. 46.cum seqq.& licèt ex legitima causa & vrgentissima necessitate impositum fuisse dicatur clericos & ecclesiasticas personas comprehendere non posse,resoluit idem Mastrill.d.c.22. n. 39. cum seqq. & num.49.Ideo vt lucrum tam excessiuum iustificari posset, fuit habitus respectus ad publicas Regni necessitates;aliter enim non liceret etiam à secula: ribus illud exigere, vt in casu simili arguit Ripa in tract. de peste tit. de remed. ad conseru. vbert. n. 177. quem sequitur Surd. cons.321. num. 27.& notabilem sibi videri asserit D.Barbos.in l. diuortio §.si vir n.30.vers.vltimo ff.soluto matr. Bursat. cons. 42. num. 19.in fine & cons.321.num. 31. Fastas.de collect.p. 4.
q.1.a num. 48. Et sic sumi debet omnis bona præ- 16
sumptio quòd rectè statuerit Princeps, proindeque non debet in alicuius mentem cadere quod respexerit ad lucrum, arg.l.si duo ff.de acquir. hæred. aduertunt Surd. d.cons.321.num.30. cum seqq.Crauet.cons.702.num.4. lib. 5. Lancel. Gallia cons. 1. à num.58.

Dicitur autem lex ciuilis statuere contra exem- 17
ptionem & libertatem clericorum quando illis imponit onus, seu grauamen cum aliquo eorum dãno,aut præiudicio:ita.Carol.de Grassis de effectib. clericat, effectu 2. num. 239. Suar. ad Regem Angliæ lib.4.cap.16. num. 19.& copiosè Castill. tom. 7. de tert.cap.9.num.5. cum seqq.maximè quando illi subduntur oneri sicut seculares, Duard. in Bull. Cœnæ lib.2.cons.15.q.19.num.11.& alij, quos refert & sequitur Castill.d.num.5. cum seqq. Et ideo lex, quæ iubet solui interesse pro aliquo actu, dicitur clero, & ecclesiasticis personis onerosa, iuxta doctrinam Baldi,& aliorum,quos sequitur Carol. de Grassis d. effectu 2.n.475.& quando facit earum conditionem aliquo modo, aut ratione deteriorem, vt multis probat Surd. cons. 2. num. 22. Sic etiam contra immunitatem lex disponere dicitur, si reddat clericos timidiores ad agendum, vel operandum liberè, vt per Felin.in cap.Ecclesia S. Mariæ n.42. vers.fuit, de constit.Gueuara in propugnaculo libert.Eccles.assert. 1. §.1.num.9.cum seqq.Surd.d.cons.2.num. 25. vbi subdit procedere quamuis lex generalis sit, de clericis nullam mentionem faciens, Carol.de Grassis d.effectu 2.num.73.Castill.d.cap.9.num.5. cum seqq. Baldell.d.tract.de legib.disp.39.n.22.Et procedit etiam si lex declaret sic disponere ad obuiandum fraudibus, ex Surdo d.cons.2.num.51. vers. & contra Bartolum,& n.33.

Contra hanc veritatem inconcussam non de- 18
fuerunt qui plura adduxerint,quæ licèt facili modo resoluantur, & parum aut nihil adstringant, nihilominus cum eorum fundamenta Catholicas offendant aures, visum mihi fuit in re adeo clara sigillatim omnibus respondere,vt veritas longe clarior appareat. Primò contrariæ opinionis assertores ausi sunt dicere clericorum exemptionem ab Imperatorum, & Regum liberalitate prouenisse, proindeque eos posse, quandocumque voluerint, illud limitare,& restringere:adducunt ad hoc comprobandum quod tempore Imperatorum etiam Christianorum clerici à iurisdictione,& potestate laicorum omnino exempti non erant, sed quilibet laicus actor eos conuenire poterat coram laico Iudice,vt de tempore Marciani anno 458. videtur probare l.cum clericis 25.C.de Episcop. & cleric. & l. decernimus 14. C. de Episc. aud.& postea de anno 468. Imperator Leo disposuit ne clerici traherentur nisi ante Iudices laicos superiores, vt in l. omnes,vbicunque 32.C.de Episcop.& cleric. Et etiam Iustinianus Imp.de anno 539.nouellas condidit cõstitutiones,quibus priuilegia nonnulla eis concessit in auth.vt clerici apud proprios Episcop.& in auth. de sanctiss.Episcop.§.si quis cum seqq.Sed adhuc plenam non habebant exemptionem, vsque ad tempora Imp.Federici,qui plenam & omnimodam illis exemptionem concessit in auth. statuimus C. de Episcop.& cleric. & in auth. cassa & irrita,C. de sacros.

crof. Eccles. quas approbauit summus Pont. vt constat ex fine dictæ Constitut. quæ extat in volumine post vsus feudorum, ibi, *Nos honores pro vtilitate Christianorum editos laudamus, & approbamus, & confirmamus tanquam in æternum valituros.* Et idem colligi videtur ex *l. Hisp. 50. tit. 6. part. 1.* ibi, *E esto les dieron los Emperadores y Reyes y otros Señores de las tierras.* Item ex *epist. 54.* aliàs *56.* S. Gregorij *lib. 11. epistol.* scripta Ioanni defensori eunti in Hispaniam pro immunitate Clericorum, quæ refertur *in cap. de persona. 11. q. 1.* dum eos suadere conatur ad obseruantiam legum Imperialium hac de re agentium. Opponitur etiam de textu *in cap. de capitulis 10. dist.* vbi *Leo IV.* ita scribit, *De capitulis, vel præceptis Imperialibus vestris, vestrorumque Pontificum prædecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conseruandis, quantum voluimus, & valemus, Christo propitio, & nunc & in æuum nos conseruaturos modis omnibus profitemur, etsi fortasse quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem.* Ex quibus immunitatem ecclesiasticorum non in totum descendere à iure diuino, sed solum in spiritualibus, non verò in temporalibus; tenent Cou. *pract. cap. 31.* Victor. *de potest. Eccles. q. 6. concl. 2.* Mench. *lib. 1. controu. cap. 2.* Ioan. Garc. *de nobil. glos. 9. num. 8.* Anguian. *de legib. lib. 2. controu. 21.* Molin. *de iustit. disp. 31.* Less. *de iustit. lib. 2. c. 33. dub. 4. n. 28.* Ceuall. *comm. q. 550.* Cened. *canon. q. 4. num. 11.* & alij.

19 Contrarium verò, imò exemptionem clericorũ immediatè & in totum à iure diuino descẽdere & nullo modo ab Imperatorum & Regum concessionibus pendere, probat Bonif. VIII. *in c. quamquam, de censib. lib. 6. Cùm igitur,* inquit, *Ecclesiæ, ecclesiasticæque personæ, ac res ipsorum non solum iure humano, quinimo & diuino à personarum secularium exactionibus sint immunes.* Et Concil. Trid. *sess. 25. de reform. c. 20.* ibi *Et personarum ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus* &c. Et confirmatur, quia à tempore Apostolorum, & Ecclesiæ nascentis primi illi summi Pont. huius immunitatis meminerunt, vt videre est apud Eleutherium Papam & Mart. dictum de anno 179. *in c. quamuis 3. q. 6.* ibi, *sicut ab Apostolis, eorumque successoribus multorum consensu Episcoporum iam diffinitum est;* & apud Iulium Papam *in cap. dudum 9. ead. causa & q.* & apud Clementem Papam & Mart. de anno 96. *in cap. si quis ex fratribus 32. 11. q. 1.* & apud S. Pium similiter Papam & Mart. de anno 118. *in cap. statuimus 31. 11. q. 1.* & apud S. Siluestrũ de anno 316. *in c. si quis clericus 10. & in c. nullus clericus 33. 11. q. 1.* omnes ita statuerunt ante tẽpora Imperatoris Constantini, qui regnauit de anno 324. Ex quibus hanc partem sũstinent Mench. *de success. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 58.* Salmeron *tom. 6. tract 37.* Anastas. Germon. *de sacrorum immun. c. 15. n. 18.* Ioan. Garc. *de nobilit. glos. 9. à n. 16.* Azeued. *l. 5. n. 6. tit. 3. lib. 1. Recop.* Bobadil. *in politica lib. 2. c. 18. ex n. 252.* Surd. *cons. 301. n. 52.* Ioseph. Sesse *de inhibit. c. 8. § 3. n. 117.* Cabed *Lusit. decis. 8. n. 3. p. 2.* Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 8. num. 3.* Azori. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 12. q. 1.* Comitol. *contra Venetos cap. 1.* Gueuara *eod. tract. p. 1. §. 7. num. 31.* Suar. *ad Regem Angliæ lib. 4. cap. 8. & 9.* Laymann *in Theolog. morali lib. 4. tract. 9. cap. 8. num. 1.* Card. Bellarm. Valent. Ambrosin. Filliuc. & Alter. quos refert & sequitur Bonacin. *tom. 2. disp. 10. puncto 2. §. 1. num. 3. vers. tertia,* Matta *de iurisdict. p. 2. cap. 6.* Gutier. *de gabell. lib. 7. q. 92. num. 8.* Castill. *tom. 7. de tertiis cap. 9. ex num. 12.* Sanch. *in consil. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 55.* Diana *resolut. moral. p. 1. tract. 2. resol. 1.* Ego *de iure eccles. vniu. lib. 1. cap. 39. num. 5.* Eminentiss. D. Card. de Lugo *de Iustit. & iure tom. 2. disp. 36. sect. 7. num. 100.* R. P. Hieron. Garcia *in sum. mor. trat. 1. dific. 3. duda 2. puncto 1. num. 4.* optimè Ciarlin. *controu. forens. cap. 103. num. 52.* ibi, *Nec quidquam verò facit antiquitus aliquando clericos soluisse tributa Principibus laicis, hancque exactionem cessasse iisdem Principibus indulgentibus, quoniam id accidit tempore quo nondum Principes Euangelij iugo ceruices subegerant, & facultas ipsa seu immunitas à collectis & tributis clero competebat de iure, sed adhuc de facto, & malè exigebatur: & sic ipsa immunitas à iure diuino profecta est: immunitatis autem vsus seu exercitium emanauit à Principum Orthodoxorum sanctionibus, qui Principes Christiani non vere, & propriè ecclesiasticis bonis exemptionem concesserunt, sed potiùs detexerunt, & in eam à Deo concessam consenserunt, illiusque exercitium iussere, & hoc bene agnouit Iustinianus in d. l. sancimus 20. C. de sacros. Eccles. ibi, Cur enim non facimus discrimen inter res diuinas, & humanas, & cur competens prærogatiua cœlesti fauore non conseruetur? & sic annuit hanc immunitatem non à sua munificentia, quam aliis in rebus & locis sæpiùs gloriosius commemorat, sed à dictamine diuino, & à natura effluxisse, & benè ratiocinatur Comitol. resp. moral. lib. 1. d. cap. 97. num. 11. vbi etiam antiquam traditionem & populorum mores circa hanc immunitatem recenset,* &c.

Qua retenta opinione non obstant fundamenta quæ pro prima supra adduximus, & ad primum respondetur Constantinum Imper. absolutam Cleri exemptionem suo tempore agnouisse ex dispositione diuina procedere, & ad hoc propositum plures cumulat casus Hurtado *de Fide disp. 34. sect. 9.* & optimus est quem refert Rufin. *lib. 10. histor. eccles. cap. 2. ad annum 327. eiusdem Constantini. Deus,* inquit, *vos constituit Sacerdotes & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur; vos autem non potestis ab hominibus iudicari, propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, vt vestra iurgia quæcunque illa sint, ad illud diuinum reseruentur examen; vos enim nobis à Deo dati estis Dij, & conueniens non est vt homo iudicet Deos,* &c. Idem agnouere Imperatores Valentinianus, & Theodosius dum leges Iuliani apostatæ reuocarent, in *l. 47. de Episcop. & cleric. in Cod. Theodosiano,* ibi, *Fas enim non est vt diuini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio.* Idem fatetur Carolus Magnus Imper. *lib. 6. capitularium, cap. 109.* Vnde bene Laymann *tract. 9. de immun. eccles. cap. 4. num. 1.* post relata dictæ l. verba, sic ait. *Quibus verbis manifestè indicant Imperatores immunitatem clericorum adeò iure diuino & humano constitutam esse vt sine tyrannide, & sacrilegio à Principe violari non possit,* &c. & nunquam temporibus antiquis fuit auditum exemptionem Ecclesiæ ab Imperatoribus, eorumque priuilegiis dimanasse, vt notauit S. Athanas. *in epistola ad solitariam vitam*, quem refert Laymann *d. tract 9. cap. 2. num. 2. Quando à condito æuo (verba sunt S. Athanasij) id auditum est? quando iudicium Ecclesiæ auctoritatem ab Imperatore accepit?* Et quòd exemptio à tributis ante relatas Imperiales resolutiones emanauerit, quodque clerici iure diuino, & Canonicis sanctionibus 20 ab

ab ipso Ecclesiæ exordio liberi fuerint, & immunes, colligitur ex auctoritate S. Hieronymi *ad cap.* 17. *Matthæi*, vbi de Christo loquens, ait. *Ille pro nobis & eruecem sustinuit, & tributa reddidit, nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filij Regis à vectigalibus immunes sumus.*

21 Ad 2. *de d.l.* 50. *tit.* 6. *part.* 1. respondetur primò cum Bobadil. *in politica lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 252. in hoc errasse illam legem Partitæ; vel secundo & meliùs illam legem non loqui de præcisa & stricta immunitate, sed de illa, quæ lato modo accipitur de omnibus libertatibus, prærogatiuis, & priuilegiis per Principes Ecclesiis, earumque Ministris concessis: vel denique quia verbum illud, *dieron*, non solùm sonat ibi idem quod donare, sed etiam significat declarare, & exequi, ac possessionem bonorum date illis, ad quos ea pertinent, iuxta *l.* 1. *ff. de iurisd. omni. iud. & l.* 1. *ff. quorum bonorum.* Et quandoque verbum dare idem importat quod restituere quod alterius est, Roman. *cons.* 509. *num.* 8. & *ibi* Horat. Mandos. Card. Tusch. *pract. concl. lit. D. concl.* 343. *num.* 1.

22 Ad 3. de dicta *epist.* 54. aliàs 56. S. Gregorij *lib.* 11. respondetur Imperatorem Mauritium plurimum suo tẽpore oppressisse S. Gregorium, de quo grauiter conquestus fuit apud Phocam eius successorem in Imperio, & ad faciliorem immunitaris ecclesiasticæ executionẽ, leges Ciuiles & Imperiales ante oculos proponit, non ea mente quod existimaret immunitatis huiusmodi priuilegia ab eisdem legibus prouenire, vt aliàs declarauit idẽ S. Doctor *in c. peruenit* 11. *q.* 1. *& in c. fratris, & in c. Sacerdotibus, ead. causa & quæst.* sed ad effectum coadiuuandi sententiam suam, eamque confirmandi legum Imperialium auctoritare, *c. si in adjutorium* 10. *dist. cap. quando* 23. *q.* 4. *c. Principes* 23. *q.* 5. *t.* 1. *de causa possess. & propr. cum similibus.* Quod totũ sanctus ille Pontifex fecit ad vexationem, quã patiebatur, redimendam, & vt Imperatori gratum faceret ad euitanda maiora damna, vt colligitur *ex epist.* 62. *lib.* 2. quo loci meminit impij edicti huius Imper. prohibentis milites monachos fieri, cõtra ea quæ resoluit Gueuara *in d. propugnaculo eccles. libert. assert.* 1. §. 6. *n.* 23. & nihilominus dictum edictum publicari fecit, vt hoc modo Imperatorem ad honestum redigeret, vt fecit, & tandem epistolam idem S. Doctor his verbis concludit. *Ego quidem iussioni subjectus eandem legem per diuersas terrarum partes transmitti feci, & quia lex ipsa omnipotenti Deo minimè concordat, ecce per suggestionis meæ paginam serenissimis dominis nuntiaui, vtrobique ergo, quæ debetur exolui qui Imperatori obedientiam prabui, & pro Deo quod sensi minimè tacui.* Et quatenus *in d. c. peruenit* 11. *q.* 1. idem S. Gre-

23 gorius videtur admittere iurisdictionem secularem super ecclesiasticos, dum loquens cum quodam laico Siciliæ defensore, ita ait, *Tunc te interponere debes vt inter eos aut ipse cognosias*; est tamen aduertendum quod inprimis, & ante omnia ecclesiasticam proponit immunitatẽ, suaque auctoritate eam obseruandam iubet ibi; *Quod si ita est, quia valde constat esse incongruum hac tibi auctoritate præcipimus, vt denuo hoc facere non præsumas.* Et paulò inferius, addit verba superius relata, quæ eo sensu intelligi possunt vt dictus Siciliæ defensor pro bono pacis illos extrajudicialiter ad concordiam reducere valeret; vel melius quòd ipse Sanctus Pontifex eidem suam auctoritatem delegauerit vt iudicialiter de illis causis cognoscere posset; sicut aliàs fecisse colligitur ex *c. Mennam* 2. *q.* 5. *c. istud est* 11. *q.* 1. *& cap. præter* §. *verum*, & ibi glos. 32. *dist. & c. significasti, de testib.* glos. *verb. non præsumat in cap.* 2. *de iudic.* vbi Panor. Cou. *pract. c.* 31. *n.* 4. Gueuara *d. assert.* 1. §. 7. *num.* 41.

Ad 4. de *cap. de capitulis* 10. *dist.* respondetur 24 olim Carolum, & Ludouicum magno Christianæ Religionis zelo, & vt ecclesiastici omnes religiosè & secundum rectam rationem viuerent multa conuocasse Episcoporum Concilia, solicitante & approbante ipsa sancta Sede Apost. Imperiales leges, quæ in his Conciliis condebantur, vt constat ex *capitularibus Caroli, & Ludouici lib.* 7. *c.* 104. Et has leges Imperiales Leo IV. *in d. cap. de capitulis*, tanquam ecclesiasticas, & Apost. auctoritate editas obseruari iubet, vt docent Card. Baron. *tom.* 9. *anno* 819 Iacob. Gretser. *de immunit. eccl. lib.* 2. *consid.* 11. *propè fin. vers. quam autem*, & consequenter addit dictos Imperatores fuisse obseruantissimos ecclesiasticæ iurisdictionis, nec causarum cognitionem sibi arrogasse, quin potiùs abjecisse, vt patet ex *lib.* 5. *c.* 33. *&* 34. *in capitularibus Caroli, & Ludouici.* Idẽ colligitur ex Nicolao ad Michael. Imper. *in c. quoniam* 10. *dist. & in cap. cum ad verum* 96. *dist.* Et hoc generale est in omnibus legibus, & statutis, quæ fiunt interueniente brachio ecclesiastico, & cum eius legitima approbatione, vt probat latè Carol. de Graff. *de effect. lib. clerical. effectu* 3. *n.* 183. *cum seqq.*

Ex quibus iam primò infertur vera solutio ad il- 25 lam difficultatẽ, quam contrariæ opinionis assertores obiiciunt dicentes pragmaticam sanctionem super charta sigillata editam legem esse politicam, & œconomicã, quæ pariter ecclesiasticos & seculares ligat; & præsupponendum est duplicẽ iurisdictionem in seculari Principe inueniri, vnã contentionem & metam iurisdictionalem, & alterã politicam & œconomicam. Et licet à prima iurisdictione liberi sint clerici: non sic à secunda; in qua cõmunis obtinuit leges politicas saltim indirectè obligare clericos in conscientia, & quoad vim directiuam dum non repugnent sacris Canonibus, nec statui ecclesiastico, sed pro bono communitatis & Reip. feruntur. Ita Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 2. *art.* 2. *concl.* 4. *& de Iust. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 7. *concl.* 1. Victor. *relect.* 1. *de potest. Eccles. sect.* 6. *n.* 4. Card. Bellarm. *tom.* 2. *de cleric. c.* 28. Nau. *cons.* 3 *de constit. concl.* 3. Azori. *instit moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 12. *& p.* 2. *lib.* 9. *c.* 7. *cum duobus seqq.* Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 31. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *c.* 4. *n.* 16. Vasq. 1. 2. *disp.* 167. *c.* 4. Salas *de legib. disp.* 14. *sect.* 8. *n.* 94. Bonacin. *eod. tract. disp.* 1. *q.* 1. *puncto* 6. *n.* 29. Suar. *in simili tr. lib.* 3. *c.* 34. *& ad Regẽ Angliæ lib.* 4. *c.* 20. Villalob. *in sum. p.* 1. *tract.* 2. *dif.* 31. Gregor. Martinez *in* 1. 2. *tom.* 3. *q.* 69. *art.* 5. *dub.* 2. *concl.* 2. Fragoso *lib.* 2. *disp.* 4. *à num.* 304. Fagundez *de iustit. lib.* 5. *cap.* 37. *num.* 10. R. P. Hieron. Garc. *in sum. moral. trat.* 1. *dif.* 3. *dub.* 2. *punct.* 4. Diana *in resolut. moral. p.* 6. *tract.* 8. *resol.* 4. Franc. Caspens. *in suo Cursu Theolog. tom.* 1. *tract.* 1. *de legib. dif.* 4. *sect.* 2. *n.* 15. Palao *in opere morali tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 1. *puncto* 24. §. 6. *à n.* 2. Laymann *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 13. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 61. *art.* 14. *& q.* 66. *art.* 2. Baldel. *in Theolog. mor. lib.* 5. *de legib. disp.* 33. *num.* 4.

Quoniam clerici non obstante clericatu ciues 26 sunt & membra Reip. politicæ, ac partes illius, & sic leges seculares latas ad conseruationem, & politicum regimen si proximè & directè respiciant clericorum vtilitatem, nec principaliter illos grauant, ipsi obseruare tenebuntur; ita Mandel. Alben. *cons.* 8. *num.* 1. *& cons.* 271. *n.* 19. Menoch. *cons.* 800. *ex num.* 1. *& cons.* 1000. *ex num.* 19. Castill. *lib.* 7. *de tert. cap.* 9. *num.* 28.

Prout

Prout in tassa panis, quæ ab omnibus tam secularibus quàm clericis conuenit obseruari, Carol. de Grassis *d. affectu* 2. *num.* 266. vbi ex *num.* 491. *cum seqq.* ait iustum & æquum esse vt sicut clerici legem obseruant cum triticum emunt quando illud non habent, ita similiter eam obseruare debent quando illud vendunt aliis, quibus deest, arg. *cap. quo iure* 8. *dist.* & regulæ naturalis *l. secundum naturalem*, *ff. de regul. iuris*, Rebuff. *in procœmio ad leges Galliæ glos.* 1. *num.* 78. *cum seqq.* Surd. *cons.* 389. *num.* 1. Card. Tusch. *lit. O. concl.* 144. Belit. *disquis. clerical.* §. 2. *num.* 28. Ioan. Bapt. Ciarlin. *controu. forens. cap.* 45. *num.* 14. Mastrill. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 22. *ex num.* 46. Sic etiam non est censendum contra immunitatem si laici per legem moderentur pompam funerum, etiamsi ex tali moderatione aliquando accidat vt clerici ex funeribus minus lucrentur, quia id est merè accidentariū, & prouenit non tam ex lege quàm ex voluntate, & facultatibus eorum, qui pompam faciunt. *l. Hisp.* 2. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recop.* Alderan. Mascard. *de generali statutor. interpret. concl.* 1. *n.* 23. Franc. Mol. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 7. *n.* 77. Perez *l.* 7. *vers. que quisieren traer luto, circa med. tit.* 1. *lib.* 1. *ordin.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 298. *n.* 7. Sousa *in Bull. Cœnæ Domini c.* 16. *disp.* 94. *concl.* 2. *n.* 3. Laymann *in Theol. morali lib.* 4. *tract.* 9. *c.* 9. *n.* 3. Baldel. *in simili tract. lib.* 5. *disp.* 36. *n.* 5. Illa quæ de tassa suprà diximus, intelligo quando tempori conueniens, & iusta fuerit, ex adductis per Fragos. *lib.* 7. *disp.* 19. §. 2. *n.* 58. *& lib.* 2. *disp.* 4. §. 3. *n.* 305. Fagundez *de Iustit. & iure lib.* 5. *c.* 37. *n.* 3. R. P. Hieron. Garcia *in sum. morali trat.* 1. *dif.* 3. *duda* 2. *punto* 4. *prope fin.* In hoc enim & in aliis similibus casibus semper vtilitas est publica, & cómunis; sed vbi Fiscus partē consequitur, illa pars fit tributum, & in essentia tale est, ac proinde cum particularem respiciat vtilitatem, seu interesse, lex esse non potest, *cap. erit autem lex* 4. *dist.* Rot. *decis.* 50. *num.* 7. *cum seqq. p.* 2. *diuers.* Vnde concludo hanc chartæ sigillatæ legem siue pragmaticam sanctionem in ea parte, qua excessiuo & insolito pretio pro charta taxato clerum grauat, nullo casu posse ecclesiasticos ligare; quoad solemnitatem verò ad fraudes euitandas in contractibus & actis iudicialibus & extraiudicialibus adhibendam, dummodo interesse Fisco Regio non acquiratur, nec chartæ maius pretium soluendum imponatur, vires obtinebit, & ecclesiasticos ligabit; leges enim ex iusta & legitima causa nouas solemnitates inducentes, dummodo sacris Canonibus non contrarientur, omnes obligant, & ad illarum obseruantiam clerici tenentur.

28 Secundò infertur clericos teneri obseruare solemnitatem in instrumentis extraiudicialibus adhibendam per dictam pragmaticam sanctionem, vel aliam secularem quando sine difficultate & aliqua impensa eam obseruare valent: ita Natt. *cons.* 280. *num.* 4. Alexand. *cons.* 93. *num.* 4. *lib.* 2. Alderan. Mascard. *de statut. concl.* 7. *num.* 40. Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu* 2. *num.* 194. nam vbi difficultas aliqua, vel confusio ex tali solemnitate potest oriri, vel lex Canonica illam abrogat, tunc dicetur eam offendere immunitatem ecclesiasticam, & clericos non ligare, vt in testamentis ad pias causas, de quibus *in cap. relatum*, *& in cap. cum esses*, *de testam.* quo casu solemnitas ciuilis non obligat, sed Canonica, quæ aliam irritauit, prout iure poterat, vt notant DD. in *dictis iuribus*, Suar. *ad Regem Angliæ lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 11. *&* 12. *& lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 14. *in fine*, Lessi. *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 19. *dubit.* 2. Laymann *in Theolog. morali lib.* 3. *tract.* 5. *c.* 2. *à n.* 1. Valenz. *cons.* 138. *num.* 34. *tom.* 2.

Tertiò infertur Clericos in ecclesiasticis Tribunalibus non teneri obseruare dictam pragmaticam sanctionem, sed obligatos esse sequi Tribunalium huiusmodi stylum, ac proinde in charta ordinaria scribere, quia in præparatoriis iudiciis statur stylo illius Tribunalis, in quo litigatur, arg. *cap.* 2. *de iuram. calum. & cap. quod clerici* 9. *de foro comp.* vbi Panorm. *num.* 10. ait communem esse omnium sententiam vt seruentur consuetudines, & leges fori vbi causa agitur, & Socin. *num.* 5. Menoch. *cons.* 991. *num.* 14. Carol. de Grass. *d. effectu* 2. *num.* 146. *& num.* 301. Alderan. Mascard. *de statut. concl.* 7. *num.* 51. Suar. *d. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 6. *& de legib. lib.* 4. *cap.* 11. *à num.* 12. 29

Quod adeò verum est vt si coram Romano Pont. aliquis obseruetur actuandi vel processandi stylus, & causam alicui iudici delegato committat, iste in actuando & processando non tenetur sequi stylum curiæ Romanæ, sed illum sui tribunalis obseruare debet, Hippol. *sing.* 118. Bellam. *decis.* 78. & 82. Grauat. ad Octauian. *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 4. Ioseph. Ludou. *Lucensi decis.* 32. *num.* 12. Gregor. XV. *decis.* 251. *num.* 11. *& ibi Adden. num.* 16. 30

Quartò infertur clericos litigantes in Tribunalibus secularibus teneri leges & stylum talium Tribunalium obseruare *l.* 3. *in fine*, *ff. de testam. l.* 1. *C. quæ sit longa consuet.* DD. *in cap. illud breuiter* 12. *dist.* Rebuff *in procem. ad leges Galliæ glos.* 1. *ex n.* 68 Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ n.* 51. *de constit.* vbi Deci. *n.* 12. plures, quos refert, & sequitur Carol. de Grassis *d. effectu* 2. *n.* 132. *cum seqq.* ex dictis *suprà n. præcedenti.* 31

Quintò infertur pretium iustum consistere in communi rerum æstimatione, *l. pretij partē*, *ff. ad leg. falcid.* & quicquid excedit iustum valorem vltra latitudinem infimi ad summum, tributū esse, ad not. per Bossi. *in praxi tit. de vectigal. n.* 3 præcipuè quādo pretium ex defectu speciei nō augetur, sed euidenter excedit iustum valorem, & Principi acquiritur, quia tunc necesse est vt sine culpa procedatur, tributum appellare quod ita soluitur, iuxta doctrinā Ripæ, Alciati, Bursati, Raudens. & aliorū, quos refert & sequitur Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *c.* 23. *n.* 47. ibi, *Quod ius datæ est gabella eo magis quando pars taxata applicaretur fisco, in quo casu tributum appellari dixerunt*, &c. & colligitur *ex l.* 3. §. *Diuus etiam Hadrianus de iure fisci*, Surd. *cons.* 321. *n.* 26. 32

Sextò infertur quòd licet monetam cudere, minuere, seu alterare eius valorem, sit de Regalibus, *l.* 2. §. *denique cum ærarium ff. de origine iur. c. vnic. quæ sint Regal. in vsibus feudor. l. Hisp.* 9. *tit.* 7. *p.* 7. Valenz. *cons.* 30. *ex n.* 10. plures per Castill. *tom.* 7. *de tert. c.* 41. *n.* 102 nihilominus quando valor monetæ mutatur cum magno excessu, etiamsi id fiat ob aliquam publicam necessitatē, semper requiritur summi Pont. licentia, vt clerū obliget, vt resoluunt Oldrad. *cons.* 250. *n.* 3. Card. Tusch. *pract. concl. lit. L. concl.* 342. *n.* 88. *cum seqq. & lit. M. concl.* 250. *n.* 2. Anton. Sola *de moneta casu* 10. *n.* 5. *&* 6. Notandum exemplū præstant Reges nostri Lusitani in mutatione valoris monetæ, in quo recta ecclesiasticorum voluntas accessit, vt vitaretur dubium an monetarum alteratio à Principe seculari facta liget ecclesiasticos: ita Larrea *in decis. Granat. disp.* 12. *n.* 47. *in fine tom.* 1. vbi ad 33

hoc citat parentem meum *in Remiss. ad Ordinationes Portugaliæ.* Et quatenus *l. Hisp.1. tit. 18.lib. 6. Recop.* vult quod pœnæ latæ contra extrahentes è Regno monetam, comprehendant clericos, & ecclesiasticas personas, libertatem ecclesiasticã non offendat, vide Pereira *de manu Reg. part.2.cap. 38. num.14.* Curi. Philipp. *tom.1.part.3. §.3. num.11. & tom.1.lib.3 cap.10.num.15.* Carlaual. *de iudic.disp.2. q.3. num.159.* Florid. Mauson. *de contraband. q.8.* Villar *resp.5 quæst.3.num 10. & 18.*

35 Septimò infertur ex aliarum monopolio nullum oriri Ecclesiasticis personis præiudicium, cum aliarum ludus clericis sit prohibitus, iuxta Abb. & Hostiens. *in cap. inter dilectos, de excess. Præl.* gloss. *in cap. clerici, de vita, & honest. cleric.* Oldrad. *cons.80.* Card. Tusch. *lit. L. concl.456. à num.1.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.4. quæst.3. num.65.*

36 Octauò infertur clericos pro rebus, quas negotiandi causa asportant extra Regnum, vel ad regnum transmittunt, gabellum soluere teneri, cum illis negotiari prohibeatur, *cap. fin. de vita & honest. cleric.* Petr. Greg. *de Republ. lib.3. cap.7. num.48.* Lasarte *de decima vendit. cap.19. à num. 69.* Gutierr. *pract. lib.7. quæst.93. à num.68.* Ioan. Bapt. Ciarlin. *controu. forens. cap.22. num.56.*

37 Nonò infertur quòd licèt salis & piperis monopoliũ facere sit de Regalibus Principis, Petr. Greg. *de Republ. lib.9.c.1. a num.7.* Mastrill. *de magistrat. lib.3. cap.10. num.305. cum seqq.* Ramirez *de lege Regia §.26. num.28. lit. O.* Castill. *de tert. cap.41. n. 116.* Id tamen debet fieri in moderata quantitate, itaut nemini inde considerabile oriatur præiuditium ex Ripa *de peste tit. de remed. ad conseru. vbertat. n. 177.* D. Barbos. *in l. diuortium §. si vir n.30. vers. vltimo ff. solut. matr.* Surd. *cons.321. n.27.* vbi *num.26.* aduertit quoad ecclesiasticos non habere locum, cum prohiberi illis non possit sal minori pretio, si voluerint ad proprios vsus ex alia parte asportare.

38 Decimò infertur quòd licèt aliqui voluerint Reges Catholicos cum scientia & patiẽtia Romanorũ Pontificum ex immemoriali consuetudine legitimè præscripta habere auctoritatem imponendi tributa aliqua Ecclesiis & ecclesiasticis personis, & sicut priuilegio Apost. potest derogari in aliqua parte Ecclesiarum immunitati, idem quoque fieri poterit per consuetudinem immemorialem, quæ habet vim priuilegij *l. 3 §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. cap. super quibusdam § præterea, de verb. signif.* Tiber. Decian. *resp.87. à num.17. lib.5.* Horat. Mandos. *de priuileg. ad instar q.15. n.61.* Nihilominus contra immunitatem & libertatem ecclesiasticam nulla consuetudo etiam immemorialis introduci potest, nec vim habet, glos. *verb. rationabilis in cap. vlt. de consuet.* vbi Abb. *n.5. & in cap. soluta in 6. notab. de maior. & obed.* Socin. *in cap. si quis clericus num.43. fallent. 19. de foro comp.* Bernard. Diaz *reg.140.* Surd. *cons.301. n.55. lib.3.* Azori. *instit. moral. p.1. lib.5. cap. cap.13. q.8.* Baldel. *in Theolog. morali lib. 5. de legib. disp.36. n.3. & disp.39. n. 9.* Suar. *in Regem Angliæ lib.4. c. 34. n.12. cum seqq.* Laymann. *lib.4. tract.9. c.10.*
39 *num.1.* Ratio est, quia consuetudo contra Ius diuinum, aut saltem contra Canonicas constitutiones, nec addit, nec tollit Ius, Anton. Natta *cons. 465. n. 14* Surd. *d. cons.301. n.55.* Suar. *d. lib.4. cap.31. à n.4.* Carol. de Grassis *d. effectu 2. n. 80.* Iacob. Gretser. *de immun. Eccles. lib.2. consid.13. vers. tandem,* ibi, *Ego nihil aliud respondeo quam nullam penitus consuetudinem, etiam illam, cuius origo ignoratur contra Ius diuinum valere, & si Iuris diuini non esset, sed tantum Canonici & Ciuilis: attamen aduersus libertatem ecclesiasticam nulla valet consuetudo, vt patet ex Concil. Lateran. sub Leone X. sess.10. ibi, Quæcunque consuetudo, atque adeo etiam illa, cuius origo ignota est, ecclesiasticæ libertati aduersa reiicitur, & reprobatur ex Conc. Trid. sess.25. cap.20. de reform. renouat omnes Canones, & Apostolicas Constitutiones in fauorem immunitatis ecclesiasticæ ab antegestis Conciliis, & Pontificibus concessas, atque adeo etiam illam Concilij Lateranen. quod vniuersim quancunque consuetudinem ecclesiasticæ libertati contrariam aprobat, &c.*

Post hæc scripta inueni R. P. M. Franciscum de 40
Arauio *in 1.2. D. Thomæ q.97. disp. 3. sect. 5. diffic. 4. pag.691.* hanc quæstionem principalem ex professo tractasse; vt videre est ibi, *Hinc colligo resolutionem alterius casus, qui anno præterito venit in dubitationem ortam ex Regia sanctione, siue constitutione edita anno 1636. decernente, vt deinceps nulla instrumenta publica fierent in hoc Regno nisi in papyro Regio sigillo signata, certamque pro qualibet charta quis solueret pretij quantitatem taxatam in subsidium Principis. v.g. octo dragmarum pro prima, duarum pro secunda & vnius pro tertia, &c. Vtrum scilicet hæc pragmatica sanctio, siue Constitutio possit licitè extendi ad ecclesiasticorum personas, & Tribunalia ante obtentam à Sede Apost. dispensationem, & absque detrimento ecclesiasticæ immunitatis?* Et postquam pro parte affirmatiua aliqua adduxit fundamenta; negatiuam sequitur & probat, vt sequitur, *Sed his non obstantibus secunda* 41
sententia negans est, quam more scholastico & speculatiue probare intendimus abstrahendo à praxi dictæ Constitutionis, seu pragmaticæ sanctionis, vtpote quam fatemur hucusque neque à Principe fuisse in Tribunalia ecclesiastica de facto introductam, aut extensam, neque ab eis admissam. Primò quidem ex tribus inconuenientibus, quæ ex opposita sententia, si ad praxim reduceretur erga Tribunalia, & Iudices ecclesiasticos sequerentur. Primum est posse Principem laicum irritas, ac inualidas reddere Prælatorum ecclesiasticorum censuras latas, quibus Christus Dominus in Euangelio promisit, Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælis; nimirum ordinando generali sanctione ne valeant exarata aliter quàm in charta Regio sigillo consignata. Secundum est, quod Princeps sæcularis posit ritè, & validè subordinare Tribunalia, & Iudices Ecclesiasticos Prætori & Magistratui Ciuili, itavt non posit suas causas expedire, nisi quando & quomodo voluerit ipse, aut præbens, aut prohibens papyrum signatam exhiberi à commissario vnico illius venditore; quo quid onerosius Tribunalibus, ac Iudicibus Ecclesiasticis excogitari potest. Tertium est, quòd Princeps sæcularis posset ritè & rectè impedire effectum gratiæ, siue dispensationis à Sũmo Pont. obtentæ, scilicet si litteræ, & narrationes pro illa obtinenda in chartis signatis Regio sigillo non scribantur, quod inconueniens videtur nullatenus admittendum. Secundò probatur, quia hæc præscriptio formæ, & influxus tangens indirectè personas Ecclesiasticas, ac Iudices, lædit Ecclesiasticam immunitatem, ac proinde subiacet excommunicationi latæ in Bulla Cœnæ casu decimoquinto ex duplici capite. Tum quia vsurpat iurisdictionem Ecclesiasticam statuendo formam Iudicibus, ac Tribunalibus Ecclesiasticis, eos saltim indirectè tangendo: quod est munus proprium Principis Ecclesiastici. Tum etiam, quia imponit onus eisdem, ac cæteris personis priuatis Ecclesiasticis, soluendi scilicet pretium immoderatum, & insolitum pro singulis chartis papyraceis signatis, quod verè habet rationem tributi, vel saltim oneris, & exactionis, ac proinde comprehenditur in Bulla Cœnæ casu decimoquinto, & casu decimo octauo.

Legia

Legionen. Capellaniæ.

Vocati nomine collectiuo cum alio de per se vocato nomine singulari constituunt vnam vocem, & alius vocatus aliam, & dicitur habere maiorem partem qui habet vocem vocati nomine singulari concurrente vno ex vocatis nomine collectiuo.

VOTVM CXXI.

1 *Vocatus nomine singulari, & alij plures nomine collectiuo ad præsentandum, vel eligendum, tantam vocem habet vocatus, quantam alij.*

2 *Copulatiua, &c, diuidit pro dimidia dispositionem.*

3 *Plures vocati sub nomine collectiuo cum alio tertio, illi plures habentur loco vnius tantum.*

4 *Rector & Scholastici si habeant facultatem nominãdi bidellum, tantam vocem habet solus Rector, quantam habent Scholastici.*

5 *Electio Prælati si spectat ad Capitulum, & Prælatum, Capitulũ etsi plures Canonicos habeat, non habet nisi vnã tantum vocẽ.*

6 *Beneficiorum in collationibus simultaneis tantam vocem habet Episcopus, quantam habet ipsum Capitulum, si de iure speciali id eis spectet.*

7 *Causa commissa Prætori, & Rectoribus alicuius ciuitatis tantam vocem habet Prætor, quantum omnes Rectores.*

8 *Iuspatronatus relicto cuidam, & aliis sub nomine collectiuo, diuidendum pro dimiedate,* &c num. 9.

10 *Rotæ Romanæ decisio facit communem opinionem, & est sequenda, & amplectẽda.*

11 *Doctor valde excellens si Auditor Rotæ nominetur, est recipiendus sine examine.*

12 *Sententia lata contra decisionem Rotæ est ipso iure nulla.*

13 *Renunciatio iuris proprij nunquam præsumitur, & cum sit stricti iuris nunquam trahitur ad non expressa.*

14 *Interpretatio omnis alia potius sumenda est quàm ea per quam quis suo iure renunciasse censeatur.*

15 *Vocem duplicem in iurepatronatus quando quis habere possit?*

16 *Iudex habens duplicem potestatẽ, ordinariã scilicet, & delegatam, potest ambabus vti.*

17 *Facultates plures habens faciendi aliquem actum, semper censetur illum facere validiori, firmiori, & digniori modo.*

18 *Beneficij præsentatio si spectet ad Rectorẽ, & vicinos loci, qui habuerit vocẽ Rectoris, & vnius vicini, habebit maiorẽ partẽ.*

19 *Statuto stante quod aliquis non possit torqueri nisi sit deliberatum per potestatem & Priores, vox Potestatis, & vnius ex Prioribus obtinere debet.*

20 *Iurispatronatus dimidiã vocẽ habens vnus, & decem alij alteram dimidiam, attenditur præsentatio facta ab habente dimidiam, & ab vno ex decem.*

21 *Electio quando pertinet ad Episcopum, & Capitulum, sufficit quod vnus, vel duo ex Capitulo cohæreant Episcopo.*

22 *Episcopus concurrens cum aliis quatuor Canonicis in dando vocem in prouisione Canoniæ Magistralis, constituit maiorẽ partem, licèt alij Canonici fuerint plures.*

23 *Tanquam vt singuli, & non vt vniuersi in dubio præsumuntur vocati ad præsẽtandũ.*

24 *Præsentatio quando fit à pluribus, nunquid sit necesse vt conueniat maior pars habito respectu ad omnes.*

25 *Respondetur ad fundamenta illorũ, qui credunt interuenire debere maiorem Parochianorum partem vt præsentatus dicatur præsentari à maiori parte.*

26 *Medietatem vocum tenendam in dubio, & ratione incertitudinis interuenisse.*

27 *Media via in dubiis eligenda.*

28 *Æqualitatis ratio in omnibus, præcipue in iudiciis semper seruanda.*

29 *Determinatio respiciens plura determinabilia æqualiter omnia determinat.*

30 *Factum maioris partis ab omnibus fieri dicitur, intellige vt* num. 33.

31 *Statutum vel consuetudo non valet, qua cauetur vt non stetur maiori parte.*

32 *Præsentatus à maiori parte patronus est instituendus si sit dignus, quamuis alij sint digniores.*

33 *Homines sua natura ad dissentiendum proni sunt.*

34 *Minor pars reputatur pro toto.*

35 *Cõmissarij nominati in testamẽto cũ clausula vt factum per omnes obtineat firmitatem, nihilominus valet factum à maiori parte.*

36 *Depositio quando omnium requirit consensum, sufficit quod interueniat consensus maioris partis.*

37 *Capituli consuetudo etiam iurata inducens facti inualiditatem, in quo omnes non concordauerint, non est valida.*

38 *Statutum vniuersitatum ecclesiasticarum inferiorum, vt duæ partes ad minus debeant concordare non valet.*

39 *Statutũ quod non possit vniuersitas aliquid facere nisi de voto omniũ, minimè valet.*

40 *Glossarum auctoritas cæterorum auctoritatem superat.*

41 *Concorditer fieri dicitur quod fit per maiorem partem.*

1 IN quadam fundatione capellaniæ fundator ad eam vocauit, & præsentari mandauit eius fratres germanos, cum hac clausula quod postquam mortui fuerint, Rector Parochiæ, & Parochiani illius præsentationem habeant, ibi, *y despues que los dichos mis harmanos fueren finados, que la den el Cura de la dicha Iglesia, y los vecinos de la dicha feligresia*. Dubitatum fuit, an in præsentatione huius capellaniæ tantam vocem habeat Rector & Curator sicut Parochiani? & respondi affirmatiue, quia cum dictus Rector vocatus sit nomine singulari, & Parochiani ac vicini & habitatores Parochiæ nomine collectiuo duas voces æquales constituunt, vnam quæ Rectori competit, alteram quæ ad Parochianos spectat, itaut Rector in præsentando tantam partem habeat, quantam habent Parochiani simul iuncti, qui pro vno habentur, *l. interdum 13 ff. de hæred. instit.* vbi si primus & filij fratris instituti sint, filij fratris habentur pro vno, & primus pro alio; idem probatur *in l. si liber homo 59. §. Titius in 2. ff. eod. l. si pater 9. ff. de vulgari*, text. opt. *in l. si quis Titio, ff. de vsuf. accresc.* vbi relicto vsufructu Titio, & hæredibus testatoris, respondit Iuteconsult dimidiã Actius, dimidiam hæredes habebunt, *l. fin. C. de impuber.* ibi, *Cum natura pater & filius eadem esse persona pene intelligantur, dimidiam quidem partem Titio cum filiis suis, alteram autem partem Sempronio assignari*, &c. & vtrobique notant DD. latè Decian. *cons.* 320. *incip. Dum legerem Padua num. 6. & 7. & in l. 1 num. 1. C. de impuber.* Ruin. *cons.* 163. *num. 9. lib. 2.* Paris. *cons.* 49. *n. 1. lib. 2.* Iul. Clar. *in §. testamentum q. 80. n. 7.* Cardin. Mantic *de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 11. n. 6. cum seqq.* Menoch. *cons.* 222. *n. 26. & 28. vol. 3. & de præsumpt. lib. 4. præs. 8. num. 10 cum seqq.* Morquecho *de diuis. bonorum lib 4. c. 1. n. 19.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 70. ex num. 14.* Richard. *in § si plures num 5. Instit. de hæred. instit.* Cardos. *in tract. de iure accrescendi sub § si eadem res, illat. 7. n. 4. Instit. de legat.* qui plures alios referunt.

2 Ea ratione, quia illa copulatiua, &, diuidit pro dimidia dispositionem, *l. reos §. cum in tabulis ff. de duob. rei*, Deci. *cons.* 454. *n. 3.* Felin. *in cap. pastoralis num. 9. vers. & istis adde, & vers. circa prædicta tamen scias, de rescript.* Caualc. *de vsufructu n. 54.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 22 tit. 17. num. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 3. n. 16.* Stephan. Gratian. *d. c. 70. n. 14. & 15. & cap. 431. num. 9.* Ex qua doctrina infert eleganter Bald. *in d. l. si quis Titio ff.*
3 *de vsuf. accresc.* quod quotiescunque plures vocantur sub nomine collectiuo cum alio tertio, illi plures habentur loco vnius tantum.

4 Hinc si Rectori, & scholaribus alicuius vniuersitatis concedatur facultas nominandi Notarium, aut Bidellum, tantam vocem habet solus Rector, quantam habent omnes scholastici, ex quo ipsi scholastici sub nomine collectiuo vocati constituunt vnam solam personam, Angel. & Ias. *in d. l. si pater filium ff. de vulgar. & in d. l. fin. C. de impuber.* Decian. *d. cons.* 320. *n. 6.* Morquecho *d. tract. de diuisione bonorum lib. 4 cap. 1. num. 21.* Menoch. *d. cons.* 222. *num. 27. & dicta præs. 18. n. 3.* vbi idem dicit in facultate concessa Prælato, & Capitulo, quia tantam habebit solus Prælatus, quantam Capitulum.

5 Hinc etiam si electio Prælati spectat ad Capitulum, & Prælatum alicuius Ecclesiæ, tamen Capitulum, etsi plures Canonicos habeat, non habet nisi vnam tantum vocem, & Prælatus aliam. Ita per text. *in Clem. si plures, de iurepatron.* resoluunt Ias. *in d. l. fin. num. 9. C. de impub.* Azeued. *cons.* 39. *per tot.*

6 Hinc similiter in beneficiorum collationibus simultaneis Episcopi, & Capituli, tantam vocem habet Episcopus quantam ipsum Capitulum; ita per text. *in l. Titio & hæred. ff. de vsufr. & l. mulierum liberis ff. de hæred. instituen.* resoluunt Selua *de benef. p. 2. q. 17. n. 9.* Host. *in cap. postulastis, de concess. preb.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 45. a num. 51.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 4. n. 28.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 21. num. 39.* Rot. *decis.* 783. *p. 3. diuers. & decis. 193. n. 1. part. 4. recent. alias p. 2. in posthumis Farin.* Quod communiter intelligitur quando iure speciali ius eligendi spectat ad Episcopum, & Capitulum simul, vel ad Prælatum, & Capitulum; non ita quando de Iure communi electio spectat ad Prælatum & Capitulũ, quia tunc vox Prælati computatur pro vna voce, secundùm *Collect. in d. cap. postulastis num. 5.* Abb. *n. 14.* Imol. *n. 15. vers. quod tamen an sit verum*, Anchar. *num. 9. vers. contrarium determinat ipse*, Card. *num. 5.* Ioan. Andr. *num. 10.* Feder. de Senis *cons. 1. ex num. 7.* Abb. *cons. 37. num. 2. in fine, & num. 3. part. 2.* & fuit resolutum *in Placentina voti 26. Aprilis 1599. & 6. Nouembris 1600. & 16. Decembris 1604. coram Peña, & in Cæsaraugustana electionis 20. Martij 1623. coram Coccino Decano*, quarum memini *in tract. de Canon. cap. 14. n. 7. & 8.*

Hinc denique quando causa committitur Prætori, & Rectoribus alicuius ciuitatis, in ea tantam vocem habet Prætor, quantam omnes Rectores, vt per Ias. *in d. l. fin. numer. 7. cum seqq. C. de impub.* & ibi Corras. *num. 5. &* Decian. *num. 6.* Menoch. *d. præs. 18. num. 13.* qui plures alios similes casus referunt, & in hoc addit Hippol. de Marsil. *sing. 3 6. num. 1. singul. Doctorum*, quòd si voto Prætoris additum sit votum alicuius ex Rectoribus, vtique hæc erit maior pars. 7

In propriis nostris terminis per Iura & exempla superius relata eleganter consuluit Deci. *cons.* 122. *incip. Pro tenui facultate tom. 1.* vbi tenet quòd Iuspatronatus relictum cuidam nomine Thesaurario, & aliis sub nomine collectiuo, diuidendum est pro dimidietate inter Thesaurarium, & alios. Idem in specie resoluit Roch de Curte *de Iurepatr. verb. Ipse vel a num. 8. ibi, Tertio quæro circa istum modum acquirendi Iuspatronatus. Pone quod testator leget Iuspatronatus tali Collegio, & Petro, an tantum iuris habebit Petrus, quantum eorum collegium? Conclude breuiter quòd sic, ita probatur in l. fin. & ibi DD. omnes ponunt similes decisiones C. de impub. dicitur enim ibi maximè per Bald. in princ. & per eum probatur in illo textu quod plures contenti sub nomine collectiuo habentur pro vno. Hinc dicunt Angel. & Ioan. de Imola in l. liber homo §. Titio l. 2 ff. de hæred. instit. quod si Rectori & vniuersitati daretur potestas eligendi notarium, vel alium actum faciendi, tantam vocem haberet Rector solus, quãtam etiam vniuersitas*, &c. Idem probãt Lambert. *eod. tract. de iurepatron. lib. 1. p. 2. 1. quæst. princ. art. 28. fol. 118* Card Mantic. *decis* 275. *n. 2.* vbi allegat Felin. *in cap. pastoralis n. 20. de rescript.* 8

Et magis in nostris terminis Crescent. *decis. 4. de iurepatron.* ibi, *Iuspatronatus relictum Rectori Ecclesiæ, & incolis loci, vel Parochianis, pro medietate erit Rectoris, & pro alia incolarum secundum dominos in vna Salamantina capellania coram me ad l. fin. cum ibi notatis per DD. maxime Ias. C. de impube. & l. interdũ, in princ. vbi glos. & DD. ff. de hæred. instit.* &c. Hanc decisionem referunt & sequuntur Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 3. num. 17.* ibi, *Hinc si relinquatur iuspatronatus Rectori Ecclesiæ, & incolis pro medietate erit iuspatronatus Rectoris, & pro alia medietate incolarum. Crescent. decis. 4. de iurepatr.* &c. Stephan Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 70. n. 14.* Aloys. Ricc. 9

in praxi Episcop. tit. de iurepatron. decis. 210. *n.* 2. 6. & 7. Rot. *decis.* 308. *apud Farin. p.* 2. *recent.*

10 Et ita cùm habeamus Rotæ decisionem non est amplius dubitandum, nec insistendum in perquirendis rationibus, aut enumerandis Doctorum auctoritatibus, vt scribit Petr. Caball. *cons.* 60. *num.* 7. *p.* 1. Quia Rotæ Romanæ decisio facit communem opinionem, cùm eius decisiones sint magistrales, & superent cæteros DD. licet numero plures, vt ex Imol. & Barbat. tradunt Ludou. Gom. *in proœm. ad reg. Cancel. q.* 2. *vers. quarto*, Vanri. *de nullitat. tit. de nullit. ex defectu iurisd. deleg. num.* 20. Surd. *cons.* 403. *num.* 83. & 84. Et quòd Rotæ Romanæ decisio ita sit sequenda, & amplectenda vt ab ea in absoluendo, & condemnando nullo modo discedi possit, ex Hieron. Gabr. *cons.* 41. *num.* 13. *lib.* 2. quia in ea sedere solent Iureconsulti eminētissimi, vt scribit Menoch.

11 *cons.* 1196. *n.* 2. *in fine*, & *n.* 3. *lib.* 12. Et est valde notandum quòd si Doctor aliquis valde excellens & maximi nominis Auditor Rotæ nominetur, sine examine recipi potest, secundum Rebuff. *in praxi tit. de Regia ad Prelat. nomin. verb. excellenti doctrina*

12 *pag.* 566. Ideoque sententia lata contra decisionem Rotæ est ipso iure nulla tanquam lata contra legē, Ripa *in l. cum prolatis* 32. *sub num.* 106. *vers. quid tenendum*, & *num.* 107. *ff. de re iudic.* Nam & decisiones Rotæ habere vim legis aiunt Afflict. *decis.* 96. *num.* 11. *vers. sed quia in hoc*, & *decis.* 169. *n.* 9. *in fine*, Cosat. *tract. commun. lib.* 2. *tom.* 9. *casu* 10. *num.* 66. vbi plures refert, sequitur Ioseph. Ludou. *Lucensi decis.* 3. *num.* 53. vbi quòd Auditores Rotæ Romanæ debent præferri omnibus Iudicibus, præcipue quando decisio Rotæ est corroborata, & munita nō solum legibus, & rationibus, sed etiam plurimorum Doctorum auctoritatibus, vt in nostro casu, vide suprà voto...

13 Non obstat quòd aliquando Parochiæ Rector in vacationibus occurrentibus cedulam acceptauit ad suam vocem dandam tanquam vnus ex incolis & Parochianis, per quem actum videtur renuntiasse iuri dimidietatis vocis, quam habebat, volens habere vnā tantum vocem sicut quilibet ex incolis: quia multipliciter respondetur. Et primo quia renunciatio iuris proprij nunquam præsumitur nisi expressim fiat. Rot. *decis.* 775. *num.* 12. apud Farin. *part.* 2. *recent.* Et licèt habeatur, attamē cùm sit stricti iuris, nunquam trahitur ad non expressa, Calder. *cons.* 5. *de prebend.* Aym. *cons.* 253. *num.* 5. Card. *cons.* 120. *in fine*, Decian. *cons.* 461. *n.* 6. Rot. *decis.* 373. *n.* 13. *p.* 4. *recent. aliàs p.* 2. *in posthum. Farin.* Nec dātur actus voluntarij, qui necessario concludant ad renunciationem, iuxta notata per Decian. *cons.* 452. *num.* 25. &

14 *cons.* 460. *n.* 7. Put. *decis.* 184. *num.* 4. *lib.* 1. Et potius omnis alia interpretatio sumenda est quàm ea, per quam suo iuri renuntiasse censeatur, Decian. *cons.* 408. *num.* 8. Tiraq. *de retractu lig.* §. 36. *glos.* 2. *num.* 50. Rota *decis.* 232. *num.* 16. apud Farin. *p.* 1. *recent.* & *decis.* 636. *num* 6. *eadem p.* 1. vbi addit hoc esse indubitatum quando non leguntur expressa verba renunciationem concludentia. Maximè, quia Rector non potuit præiudicare illi, qui vocem suam ha buit, licet eam non pro dimidia parte tanquam Rector, sed tanquam vnus ex Parochianis præstare videretur, quia beneficio mihi competenti ex persona tua per se renuntiari non potest, ad text. & *ibi* Bart. *in l. post mortem* §. *hi qui ff. de bonor. possess. contra tab.* pulchrè Vincent. Carot. *decis.* 116. *n.* 7. *cum seqq.*

15 Secundò respondetur Rectorem habere duplicē potestatem dandi vocem, vnam tanquam Rectorem, & aliam vti loci vicinum, & ita potuisse vno & altero modo vocem dare, vt in terminis resoluit Viuian. *in praxi Iurispatron. part.* 2. *lib.* 8. *c.* 4. *ex num.* 1. ibi, *Si quis habeat iuspatronatus de per se vt singularis persona in aliqua Ecclesia, cuius Iurispatronatus pars pertineat ad Collegium, puta Capitulum, cuius ille est etiam Canonicus, poterit præsentare cum Capitulo, & postea de per se vt patronus; quilibet enim potest fungi duplici officio, licet sit vna persona, cap. à collatione, de appellat. lib.* 6. *Abb. in cap. cum olim num.* 2. *de re iudic. debet tamen vnum, & non diuersos præsentare, quia qua conscientia ducitur ad præsentandum vnum iure collegij, eadem conscientia debet duci ad præsentandum eundem iure singulari, per cap. pen.* §. *porro, de elect. lib.* 6. *Lap. alleg.* 22. *n.* 4. & 5. &c. Pro qua sententia 16
facit quòd Iudex habens duplicem potestatem ordinariam, & delegatam, potest in vna parte processus vti vna potestate, & in altera parte potest vti alia potestate. Ita per text. *ibi in cap. cum ex officij, de prescript.* resoluunt *ibi* Innoc. *n.* 3. *vers. item posset*, Host. *col. pen. circa med.* Ioan. Andr. *col.* 2. *in princ. vers. item posset*, Card. *ad fin.* Imol. *num.* 11. *vers. item potest*, Abb. *n.* 18. *prope fin. vers. item secundum*, Felin. *n.* 23. & Paris. *n.* 8. refert & sequitur Rota *decis.* 108. *n.* 2. *p.* 2. *diuers.* Et confirmatur ex alio verissimo Iuris 17
fundamento quod qui plures habet facultates faciendi aliquem actum, semper censetur illum facere validiori, firmiori, fortiori, vtiliori, ac digniori modo. *l. cùm pater ff. de iure dot. cap. nisi essent, de prebend.* Ioan. Garcian. *reg.* 95. *n.* 1. & 8. Menoch. *cons.* 44. *num.* 23. Perez de Lara *de capellan. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 21.

Habito igitur pro constanti quod Rector habet 18
dimidiam partem & alteram dimidiam habent Parochiæ vicini, sequitur quòd ille qui habuerit vocē Rectoris, & vnius vicini, habebit maiorem partem; vt in his terminis resoluit Host. *in cap. postulasti, de concess. preb.* & *in cap. pastoralis, de rescript.* vbi quòd si Episcopo adiungatur vnus de Capitulo, hæc erit maior pars, & tanquam maior pars præualebit; eandem doctrinam tenet Ioan. Andr. *in cap. vnic. ne Sede vac. lib.* 6. & Roman. *cons.* 366. *n. fin.* vbi etiam dicit quòd si Episcopus vt Episcopus in Capitulo vnum, vel duos Canonicos habet, eiusdem Episcopi sententia obtinebit, etiamsi totum residuum Capituli sit contra; & rationem præstat, quia tantum habet Episcopus solus, quantum totum Capitulū, quamobrem vno, vel duobus ad partem Episcopi accedentibus, dicitur ibidem esse maior pars. Quod 19
& in simili optimè confirmant Alberic. *in tract. de statut. quæst.* 118. Hippol. de Marsil. *sing.* 376. *in* 1. *tom. singul. Doctor. fol. mihi* 695. dicentes quòd stante statuto quòd aliquis non possit torqueri nisi sit deliberatum per Potestatem, & Priores, vox Potestatis, & vnius ex Prioribus obtinere debet, etsi alij Priores multo plures numero sint, quia propter dimidiam partem, quam habet Potestas, ibi est maior pars, vt patet ibi. Et quia licet Potestas solum habeat dimidiam vocem & Anciani aliam dimidiam, tamen postquam Potestas habet vnum de Ancianis, apparet quod excedit dimidiam partem, & sic quod ipse Potestas facit cum illo Anciano, dicitur factum à maiori parte, & ibidem ex prædicta doctrina ad alterius similis casus resolutionem infert.

Et in nostrismet propriis terminis post Hostien. 20
Ioan. Andr. & Roman. citatis locis, idem resoluit Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 5. *lit. M. concl.* 14. *num.* 18. ibi, *Amplia in præsentatione patronorum, quia si habet dimidiam Iurispatronatus, & alij decem habent aliam dimidiam, attenditur præsentatio facta ab habente*

bente dimidium, *& ab vno ex decem alterius dimidia quando illis decem competit vt singulis*, *cap. scriptum cum ibi not. de elect. Federic. d. consi. 1. n. 3. vers. nam si*
21 *vno patrono.* Idem in materia collationis tradit Host. *in cap. postulasti, de concess. preb* vbi inquit quòd si electio pertinet ad Episcopum, & Capitulum, cum Episcopus habeat dimidium collationis, sufficit quod vnus, vel duo cohæreant, tenet Roman. *cons. 366. Quæritur in fine*, vbi allegat Ioan. Andr.
22 Et in specie pulchrè consuluit Azeued. *cons. 39.* in quo in terminis statuitur sanctæ Ecclesiæ Ciuitatensis respondit pro quodam Canonico Magistrali, in cuius prouisione ad eius fauorem vocem dedit Episcopus, & quatuor alij Canonici. cæteris omnibus pro alio vocem dantibus; ex eo quod verba dicti statuti à Sede Apost. confirmati, vt ipse refert, ita se habebant. In quem Episcopus & Capitulum, vel maior & sanior pars consenserit, assumatur.
23 Nec est dubitandum Parochianos, & vicinos loci ad prouisionem huius capellaniæ vocatos esse vt singulos, & non vniuersos; nam id constat tam ex verbis fundationis suprà relatis, quam quod in dubio ita præsumendum est, Felin. *cap. cùm omnes n. 29. de constit.* Lambert. *de iurepatr. p. 2. lib. 2. q. 3. art. 8.* & ita sæpiùs Rotam tenuisse refert Nicol. Garc.
24 *de benefic. p. 5. c. 9. n. 222. & 227.* Ad, quod est notabilis doctrina Abb. *in cap. quoniam 3. num. 15. de iurepatr.* ibi, *Quæro extra glos. de notabili, & quotidiana quæstione. Hic dicitur quòd valeat præsentatio facta à pluribus, nunquid sit necesse vt conueniat maior pars habito respectu ad omnes patronos, an sufficiat maior pars habita comparatione ad maiorem partem. Exemplum, quatuor sunt patroni, duo præsentat vnum, tertius aliū, quartus alium præsentatus à duobus non habet maiorem partem omnium, sed habet maiorem partem habito respectu ad alios præsentatores. Ioan. Andr. dicit quod aut præsentatio fit ab istis, vt à collegiis, & tunc requiritur maior pars respectu totius Collegij; & pro hac videtur text. in cap. Ecclesia, sup. de elect. Aut isti præsentant tanquam singulares, vt communiter faciunt laici, qui de patrimonio habent iuspatronatus, & nunc sufficit maior pars respectu aliarum partium, & sic intelligit istum textum. Et nota singulariter hoc dictum, quia facit ad multa; vbi enim habent plures explicare aliquem actū, debes semper animaduertere vtrum habeant hanc potestatem vt collegium, an vt singuli, vt primo casu requiratur maior pars totius Collegij, secundo casu sufficit maior pars respectu aliarum partium*, &c. Eandem doctrinam tenet ibi Card. *quæst. 7.* & sequitur Lambert. *de iurepatron. part. 3. lib. 2. art 4. num. 1. fol. mihi 354.*
25 Quamuis in hoc casu interuenire debere maiorem Parochianorum partem vna cum Rectore, vt præsentatus dicatur præsentari à maiori parte, existimauerint Ias. *in l. iurisgentium §. hodie num. 13. vers. secunda conclusio, ff. de pact.* Felin. *in cap. pastoralis in 1. num. 9. de rescript.* Cassad. *decis. 2. in fine, de iurepatron.* qui fundantur, vt ait Azeued. *d. cons. 39. sub n. 9.* in rationibus, & argumentis adductis à Gemin. & Ioan Andr. *in cap. à collatione, de appellat.* dicentibus nomen collectiuum debere verificari in maiori parte. Et aduertit idem Gemin. quod si Episcopi votum cum vno ex Capitularibus maiorem partem faceret in electionibus, & similibus actibus, secundum opinionem Hostien. vtique Episcopus semper consequeretur intentum, & sic ius Capituli esset inutile, & verbale, contra text. *in l. 2. C. commun. de legat. & cap. commissa, de elect. in 6.* maximè quando non est verosimile quod Episcopus non trahat ad se vnum Canonicum, arg. text. *in cap. 1. ante fin. 16. quæst 1.* Sed occurrit ipse Azeued. *citato loco num. 10.* quòd si hæc opinio foret sequenda, esset destruere tot iura, & Doctorum traditiones & fundamenta nostræ, quam sequimur, opinionis, quibus non respondent, qui Hostiēsem reprobant, & multo maius inconueniens est quod omnes sequantur opinionem, quod in his, quæ competunt Episcopo, & Capitulo, dimidiam habeat partem Episcopus, & quod maior pars debeat intelligi, dummodo Episcopus habeat dimidiam partem votorum Capituli, hoc enim est se incontinenti corrigere, contra text. *in l. nam ad ea ff. de condit. & demonst.*

Quod absque dubio procedit constando, prout 26
in facto constat, quod votum Rectoris sequuti fuerunt plures ex Parochianis, & vicinis, & ita necessariò ratione dubij, & incertitudinis tenendū, quod illorum medietas concurrerit, ad text. *in cap. afferte, de præsumpt. & in l. & hoc Tiberius 41. ff. de hared. instit. & in l. Titius 54. ff. ad Trebell. & in l. antiqui*, ibi, *quia non poterant scire quo nasci possunt*, & ibi, *medietatem quandam ff. si pars hared. pet.* nam in dubiis 27
media via eligenda. Tiraq. *de primog. q. 17. opin. 4. a num. 9.* Anton. Thesaur. *Pedem. decis. 89.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 97. n. 27.* Et facit illud Ouid. 2. *Metam. Medio tutissimus ibis.* & Seneca *tragœd. 10. Quisquis medium defugit iter, stabili nunquam tramite curret.*

Accedit, quia vt par sit vtriusque virtus, atque 28
effectus tantum vni parti tribuendum est, quantum alteri, vt ex aliis probat Menoch. *cons. 158. num. 49. vol. 2.* Iuuat etiam æqualitatis ratio, quæ in omnibus, præcipuè in iudiciis semper seruanda est, *l. fin. C. de procurat. l. si id quod, in fine ff. de rescind. vendit.* cum aliis vulgaribus. Hinc est quòd diuisio æqualiter, vt iusta sit, necessariò fieri debet, Card. Tusch. *pract. concl. lit. D. concl. 522. n. 4. & concl. 526. num. 3. & conclus. 531. n. 1.* vbi quòd ita æqualiter fieri debet vt plus vni quam alteri dandum non sit. Denique confirmat Iuris regula quod determinan- 29
do respiciens plura determinabilia, æqualiter omnia determinat, *l. iam hoc iuri 4. ff. de vulgari l. quamuis, C. de impuber.* quam regulam ex pluribus firmant Menoch. *cons. 88. n. 19. vol. 1.* Cassanate *cons. 67. num. 28.* plenè Castill. *controu. lib. 5. p. 2. c. 97. n. 4.* Vincent. Fusar. *de substit. q. 257. n. 8.*

Restat modò probare quod nominatio eo mo- 30
do facta fuit concordis, & quòd illa sic facta satisfactum fuit fundatoris dispositioni de qua suprà, ad effectum inualidandi secundum scrutinium desuper factum, quamuis maior Parochianorum pars cum Rectore non se conformauerit. Et præsupponendum in Iure factum maioris partis, ab omnibus fieri dici, l. *quod maior ff. ad municip.* ibi, *Quod maior pars Curiæ effecit, pro eo habetur ac si omnes egerint, l. alius 120. §. refertur ff. de verb. signif. l. planè ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. nominationum C. de decurion. lib. 10. cap. 1. & fin. de his, quæ fiunt à maiori parte Cap.* & vtrobique glos. & DD. Afflict. *decis. 1. num. 4.* Vincent de Franch. *decis. 2. n. 1.* Anton. Gam. *decis. 1.* 31
n. 2. Cabed. *decis. 6. n. 4. & 5. p. 1.* vbi cum Afflicto resoluit non valere consuetudinem, vel statutum, quo caueatur, vt non stetur maiori parti, & in specie iurispatronatus quando competit pluribus vt singulis, vt maior pars attendatur, resoluit Deci. *in cap. cùm omnes in 1. lect. n. 26. de constit.* & probat expressè text. *in cap. quoniam, de iurapatr. cap. quia propter, cap. auditis, de elect.* Quod procedit quamuis 32
præsentatus à minori parte fuisset magis dignus, quàm ille, qui habuit plures patronorum voces, dum

dum tamen sit dignus, vt resoluunt Gutier. *lib. 2. canon. c. 11. n. 20. & 22.* Caualc. *decis. 1. num. 1.* Nicol. Garc. *de benef. p. 9. c. 2. n. 257.* Ricc. *in praxi decis. 191. n. 198.* Rot. *decis. 117. p. 2. diuers.*

33 Quę quidem Iuris regula quod factum à maiori parte ab omnibus fieri dicitur, locum habet & procedit licet dispositio omnium concordiam, & conformitatem postulet, quia nihilominus dictio illa, *omnium*, intelligenda est secundùm subiectam materiam, idest, maioris partis, ne alias detur occasio rarius ac difficilius expediendi negotia, prout fieret, cum semper homines sua natura ad dissentiẽdũ proni sint, *l. quia poterat ff. ad Trebell.* ita notarũt Decian. & Cagnol. *in l. aliud 120. §. refertur. ff. de re-*
34 *gul. Iur.* Stephan. Gratian. *March. decis. 183. n. 7.* Et non mirum, quia maior pars reputatur pro toto, Bart. *in §. cum de lanionis §. Sabinus ff. de fundo instructo,* sequitur Deci. *in cap. cum omnes, lect. 2. n. 42. ad fin. de constit.*

35 Vnde concludit Angel. *in addit. ad Bart. in l. exactor C. de susceptor. lib. 10.* per glos. *ibi verb. cœtu,* quòd si in aliquo testamẽto nominati fuerint commissarij cum claus. *vt factum per omnes obtineat firmitatẽ,* nihilominus factum à maiori parte ita validum erit ac si per omnes factum esset, ita sequẽdo Angel. tenent Corset. *sing. 384. incip. Quod fit à maiori parte, vers. adde Angelum tom. 1. singul. Doctor. fol. 592.* Firmian. *in suo repert. in verb. Vniuersitas in fine.*

36 Præterea id ipsum quoque cõfirmat Alex. in addit. ad eundem Bart. post glos. *ibi in l. quicunque C. de omni agro deserto lib. 11.* vbi etiam tradit quòd quamuis dispositio omnium requirat consensum, nihilominus sufficit quod interueniat consensus maioris partis, Bart. *in l. rescriptum,* & ibi Bald. Fulgos. & Alex. *ff. de pact.* refert & sequitur Stephan. Gratian. *d. decis. 183. n. 10. & 11.* vbi tandem *n. 11.* concludit quod dicitur concorditer fieri quod fit per maiorem partem, quod tanquam indubitatum firmant Deci. & Cagnol. *in d. §. refert,* vterque *n. 3.* Ea ratione, quia in magno hominum numero impossibile est omnes conuenire, cùm semper ad dissentiẽdum proni sint, vt *supra* dixi, & idcirco de facili discordant *c. nec nouum 8. q. 1.* Abb. *cons. 37. n. fin. in fine p. 2.* Et rectè probat illud,

Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno;
Et illud,
Scinditur incertum studia in contraria vulgus:
& denique illud, *Tot capita tot sententiæ.* Nicol. Losæ. *de iure vniuersit. p. 2. c. 3. n. 6. cum seqq.*

37 Vnde infert Abb. Panor. *in consilio super Conc. Basilien. in 1. dub. col. 2. vers. quintimo,* non esse validam Capituli consuetudinem etiam iuratam, inducentem facti inualiditatem in quo omnes non concordauerint, refert & sequitur Card. Tusch. *pract. conclus. lit. D. concl. 454. n. 4.*

38 Et similiter ex dictis infertur minime valere statutum vniuersitatum ecclesiasticarum inferiorum, siue consuetudinem, vt duæ partes ad minus debeãt concordare, quia semper debet valere factum à maiori parte, *cap. 1. c. licet, de elect.* Abb. *citato loco, vers. quintimo,* Vincent. de Franch. *decis. 1. num. 31.* Card. Tusch *d. lit. D. concl. 454. n. 5.*

39 Et ex eadẽ ratione, videlicet quod sint homines faciles ad dissentiendum, infertur etiã minimè valere statutum quod nõ possit vniuersitas aliquid facere nisi de voto omniũ, nam impediretur procul-dubio publica vtilitas. Ita Alex. *cons. 224. In re tam graui n. 2. & 3. lib. 6.* sequitur Card. Tusch. *d. concl. 454. n. 10.* vbi *n. 11.* cum eodem Alex. scribit etiam non ligari Papam se obligantem & vouentem cum iuramento non facere Cardinales nisi concurrat votum omnium Cardinalium, quia per vnius facilem discordiam impediretur bonum publicum.

40 Ex quibus doctrinis egregiè cõfirmantur glossæ *in cap. non potest 3. & in cap. cum olim, verbo plena, de sent. & re iud. & in cap. 1. glos. fin. de maior. & obed.* quatenus resoluunt quod si requiratur electionem, vel aliud fieri de plena concordia, adhuc sufficit quod fiat à maiori parte. Quarum glossarum auctoritas cæterorum auctoritatem planè superat, vt post Bart. Bald. Alex. & Ias. tradit Morl. *in emporio Iuris tit. 1. q. 12. n. 3.* vbi cum Imol. dicit opinõẽ glossæ sufficere pro textu, quando textus non reperitur: & plura alia circa glossarum auctoritatem adducit Hieron. Grat. *cons. 131. n. 19. & 20. tom. 1.*

Quare resolutiuè concludendum est quod illud dicitur concorditer fieri, quod fit per maiorẽ partẽ, in qua etiam verificantur verba, *plena concordia,* secundum subiectam materiam, vt in dictis glossis & tradit Abb. *in d. c. cum olim n. fin.* sequitur Decian. *in d. §. refertur n. 3. vers. hoc intelligitur,* & ibi Cagnol. *n. 3.* tenet etiam Cardin. Tusch. *d. lit. M. concl. 14. n. 4.* aduersùs Alexandrum ab eo relatum, quem etiã reprobat Steph. Gratian. *d. decis. 183. num. 12.* Verùm Alex. intelligendus fuisse loquutum attento rigore, & proprietate vocabuli in materia stricta, prout in contractu, & ita eum rectè intelligit Card. Tusch. *vbi suprà n. 32.*

In eadem causa.

Fundatio capellaniæ in qua adest clausula, *y que la den à clerigo que no aya otro beneficio,* excludit clericum tunc temporis aliud beneficium habentem.

VOTVM CXXII.

1 *Casus dubitationis proponitur.*
2 *Conditio quod præsentandus ad capellaniam nullum alud beneficium obtineat, est iustissima.*
3 *Fundatores possunt in capellaniarum & beneficiorum erectionibus quascunque clausulas sibi bene visas apponere.*
4 *Nisi vel natura impossibiles sint, vel turpes, vel contra substantiam beneficij.*
5 *Papa sine magna & vrgenti causa mutare, seu alterare non solet qualitates à fundatore in erectione beneficiorum appositas.*
6 *Qualitas admittens, vel excludens aliquem debet interuenire de tempore actus.*
7 *Habilitas, & qualitas requisita debet interuenire de tẽpore oppositionis, vel petitionis.*
8 *Habilitas requisita præcedere debet antequam quis nominetur, vel eligatur.*
9 *Verbum,* aya, *quid importet?*
10 *Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*
11 *Affectatus actus nihil prodest.*
12 *Ius & priuilegium omnino perditur per affectationem.*

13 *Præbendam tenuem renuncians vt consequatur aliam in damnum tertij sibi non profuit, nec illi tertio præiudicat.*

14 *Paupertas affectata nihil proficit.*

15 *Pauper effectus in alterius præiudicium data opera, non potest tali paupertate se tueri.*

16 *Beneficium verbum comprehendit tam Curatum, quàm simplex.*

17 *Proprietas verbi quantum comprehendit, eatenus accipitur dispositio.*

18 *Beneficiorum pluralitas iure prohibetur.*

19 *Concil. Trid.* seſſ.24. cap.17. de reform. *comprehendit beneficia iurisſpatronatus.*

20 *Prohibitio legis & hominis maioris virtutis est.*

21 *Prohibitio generalis omnem casum tam maiorem, quàm minorem comprehendit.*

22 *Negatiua inducit nullitatem, & remouet omnem potentiam ab actu.*

23 *Incompatibilitatem non inducit acquisitio beneficiorum, sed tantum illorum retentio.*

24 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*

25 *A proprietate verborum minimè recedendum.*

26 *Voluntas testatoris in omnibus prædominatur.*

1 IN fundatione cuiusdam Capellaniæ post nominatos patronos, qui ad eam præsentare debeant, annectuntur sequentia verba. *Y que la den a clerigo que no aia otro beneficio.* Dubitabatur an præsentatio facta ad fauorem clerici qui tunc temporis habebat duo beneficia ecclesiastica, pacificè possessa, esset valida? & respondi negatiuè, ex sequentibus.

2 Conditionem illam, videlicet quod ad capellaniam præsentandus nullum beneficium obtineat, tanquam iustissimam à fundatore apponi potuisse obseruant Fr.Emman.Rodrig.*in sum.tom.1.cap.77. concl.25.n.26.secundùm vlt.impress.*Perez de Lara *de* 3 *anniuers.& capellan.lib.2.c.7.ex n.1.* Liberū est enim fundatoribus beneficiorum, & capellaniarum quascumque conditiones, clausulas, & grauamina sibi bene visas apponere, *c.præterea el 2.de iurepatr. c.significatum.de praben.* Concil. Trid.*sess.22. de reform. c.9.& sess.25.etiam de reform.c.5.* Roch.de Curte *de iurepatr.verb.pro eo quod n.25.* Lambert.*eod.tract.lib.1.q.6.princ.à n.49.*Spin.*in speculo testam.gloss.4.princ. n.39.& 42.vers.ex quo deducitur,* Ioan.Gutier.*consil.1.n.1.& cons.2.n 1.*Gonzal.*ad reg.8.Cancel.gloss.5.in princ.n.45.*Lotter *de re benef.lib.1.q.32.*Ego *de officio* 4 *& potest.Episcopi p.3.alleg.70.à n.38.*vbi *n.40.*teneo posse Episcopum, vel alium superiorem, reiicere illas leges per fundatorem sibi porrectas, quæ vel natura impossibiles sint, vel turpes, vel contra substantiam beneficij, vel denique contra perpetuam legum prohibitionem illas improbantium.

5 Quas quidem qualitates in fundatione, seu erectione beneficiorū appositas, etiam Romanus Pōt. sine magna & vrgenti causa mutare, aut alterare nō solet, Clem *quia contingit. de relig.domib.* Concil. Trid.*d.sess.25.de reform.c.5.*ibi, *Quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut alijs constitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt iniuncta, in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur,*Pinel.*in rub.C.de rescind.vendit. p.1.c.2.num.19.* Mieres *de maior. p.2. in initio n.460.* Fr.Emman.*d.cap. 7.concl.17.num.8.*

Et ideò cùm fundatio requirat vt præsentetur 6 qui aliud beneficium non habuerit, debebat iste præsentatus de tempore suæ præsentationis beneficio carere, communiter enim resoluunt DD. quod qualitas admittens, vel excludens aliquem, debet interuenire de tempore actus, itavt non sufficiat, vt paulò pòst, vel antea adfuerit, secundùm Iaſ. *in l.1. n.2.C.de testam.*Roman.*cons.29 n.10.lib.1.* Menoch. *cons.1.n.419.*Auendan.*de exequen.mandat.p.1.c.12. n.15.*Mexi.*ad leg.Toleti fundam. 2.p 4.n.6.* Molin. *de primog.lib.1.c.13.num.37.* Roder.Xuar. *alleg.13. num.23.* Bobadil.*in sua politica,lib.3.cap.4.num.39.* Ceuall. *commun. contra commun. q.695.à n.5.* & in specie Fr.Emman.*d.c.77.n.14.*Perez de Lara *d.lib.2. c.9.n.53.cum seqq.*Rot.*decis.158.n.3.& 7.* apud Farin.*part.1.recent.*

Et sic de tempore oppositionis & petitionis de- 7 bet interuenire habilitas & qualitas requisita ex Gutier.*cons.44.n.7.*Perez de Lara, & Ceuall. resoluit Nicol.Garc.*de benef.p.7.c.4.n.85.& seq.*& probatur expressè *in c.si eo tempore 7.de rescript.lib.6.* Imò an- 8 tequam quis nominetur, vel eligatur habilitatem requisitam præcedere debere ex pluribus latè concludit Mastrill.*de magistrat.lib.2.c.12.n.97. cū seqq.*

Quod in præsenti casu absque dubio procedit, 9 attentis expressis fundationis verbis, ibi, *Y que la den a clerigo que no aya otro beneficio*, quæ apertè ostendunt eius voluntatem, quæ fuit excludere clericū tunc temporis aliud beneficium habentem. Verbū enim, *aya*, idem importat ac si diceret, habeat habilitatem eo tempore; nam qualitas adiecta verbo in 10 telligitur secundum tempus verbi *l.in delictis, §.si extraneus.ff.de noxalib.l.1.§.tutoris,ff.quod iussu.* Menoch.*remed.16 recup.ex n.33.& de præsumpt.lib.4 præs. 81.n.17.*Velasq de Auēdaño *in l.44.Tauri gl.15.n.2.*

Non obstat affectata beneficiorum renunciatio 11 ad effectum vt beneficio carens capellaniam obtinere posset, quia affectatus actus nihil prodest., *l.2. §.fin.ff.si quis caut.§.item tria, Instit.de excus.tut.*Surd. *cons.171.n.96.* imò per affectationem omnino per- 12 ditur ius & priuilegium, vt per plures casus ostendit Card.Tusc.*pract.concl.lit.A,concl.237.per tot.*Et in pulchro casu Sanch.*de matrim.lib.8.disp.19.n.26.* quem in eodēmet casu sequitur Fr.Emman. *in sum. tom.2.c 31.n.6.concl.5* videlicet in muliere quæ cum esset diues, omnibus suis bonis renunciauit vt ad titulum paupertatis dispensationem Pontificis obtineret ad contrahendum matrimonium cum consanguineo, quo casu non gaudet paupertatis priuilegio.

Et in nostra specie est tex opt.*in c.2.de renunt.lib.* 13 *6.*vbi renuntians tenuem Præbendam, vt consequatur pinguiorem in damnum alterius sibi non profuit renūciatio, nec illi tertio præiudicat, notat Card. Tusch.*d.concl.237.n.6.*Menoch.*cōs.208.n.17.vol.2.* vbi *numeris seqq.* multis similibus comprobat; ea ra- 14 tione, quia affectata paupertas nihil proficit, vt tradit Gabr.Aluarez *de priuileg. paupert.p.1. q.6. n.57.* vbi citat illud Mart.*lib.11.epigr.17.*

Tu tamen affectas Nestor dici, atque videri
Pauper, & in populo quæris habere locum.

Et in nostra specie ait idem Gabr. Aluarez *citato* 15 *loco*, quod idem fieri solet ad beneficia obtinēda, de quibus

quibus inquit Bald. *in cap. cùm, adeo n.1. de rescript.* eos, qui in impetrando beneficio fingunt se pauperes, cùm non sint, non nisi ventum reportare. Cui suffragatur aliud Iuris Axioma, quod non succurritur ei, qui sua culpa in paupertatem se posuit, & data opera in alterius præiudicium pauper effectus est, prout latè probat Marc. Anton. Mangil. *in tract. de imputat. q.178. n.15.*

16 Non obstat quod dicitur ex aduerso, videlicet fundatoris mentem fuisse excludere habentem beneficium Curatum propter impedimentum inseruiẽdi capellaniæ, nõ autẽ habẽtẽ beneficiũ simplex nullã residẽtiam requirens, nec impediẽs dictæ capellaniæ seruitiũ; quia respondetur, verbũ, *beneficiũ,* de quo vsus fuit fundator, cõprehẽdit beneficia tã Curata quã simplicia, glos. verbo beneficia *in cap. si gratiosè, de rescript. in 6.* Selu. *de benefic. p.1. q.3.* Rebuff. *in praxi tit. quid sit beneficium n.10.* Quintanaduen. *lib.1. eccles. cap.4.* cum aliis per Nicol. Garc. *de benefic. p.1 c.6. n.37. & 38.*

17 Vnde fit quòd à verborum proprietate minimè recedendum, cum proprietas verbi quantũ cõprehendit, eatenus accipiatur dispositio, *l. multum interest,* ibi, *quantum lectio probat, C. si quis alteri, vel sibi.* late Tiraq. *in l. si vnquam, verbo libertus n.17. & 18. C. de reuoc. donat.* Aluar. Valasc. *cons.58. num.8. ad fin.*

18 Maximè cùm sit fundatoris mens Iuri cõmuni multũ cõformis, secundũ quod beneficiorum pluralitas prohibita est, *cap. de multa, de prebend.* cum similibus, Conc. Trid. *sess.7. de reform. c.4. & sess.24. c.17. etiã de reform.* quamuis sint beneficia simplicia, *cap. conquerente, de cleric. non resi.* Nau. *cons.12. alias 10. de prebend.* cum aliis per Perez de Lara *anniuers. & capell. lib.2. c.7. n.1. & 2.* & in specie omnino videndus Ioan. Gutier. *cons.2. n.12.* vbi refert verba *d. c.17.* ibi, *Vt in posterum vnum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur*: declarando vt per me *de Iure ecclesiastico vniuerso lib.3. cap.13. n.180. & seqq.* Et sentit Nicol. Garc. *de benef. p.11. c.5. §.3. num.280.* illud decretum comprehendere etiam beneficia iurispatronatus ob paritatem rationis.

19

20 Concurrit ergo duplex prohibitio, iuris scilicet, & fundatoris, & qua fortius ius insurgit, & plus operatur legis & hominis prohibitio, quæ maioris virtutis est *Auth. de alienat. & emphyt. §. sanctissimis collat.9.* Roder. Xuar. *alleg.9. n.14.* Alex. *cons.84. n.6. lib.6.* Olasc. *Pedem. decis.85. n.14.* Rimin. *cons.01. n. fin.* Ludou. Casanate *cons.1. n.35. tom.1.*

21 Nec oberit ratio illa fundationis, *y que la sirua de todas horas,* per quam videtur fundatorem incõpatibilitatem considerasse circa beneficia Curata, cũ illa habentes non possint in alio loco singulis horis capellaniæ deseruire. Quia multipliciter respõdetur; & primo fundatores in capellano duplicem casum copulatiue requirere, vnum quod non haberet aliud beneficium, alterum quod singulis horis capellaniæ inseruiret, & ita illa duo debent interuenire necessario, & præcisè, aliter eius voluntati non obtemperatur, *l. qui heredi plures ff. de condit. instit. l. si is qui ducenta §. virum ff. de rebus dub.* Surd. *cõs.45. n.15.* Mangil. *de imputat. q.78. n.43.* Gutier. *cons.6. n.1.* Secundò, quia generalis illa prohibitio, *que no se de a clerigo, que aya otro beneficio,* omnem casum tam maiorem, quam minorẽ cõprehendit *c. primaioribus 8. de prebend. cap. quæritur §. fin. 22. q.2.* ex pluribus resoluit D. Barbosa *in l. cumpratar n. ... ff. de iudic.* Tertiò, quia cũ fundator vsus fuerit verbis negatiuis, *no se de aquien aya otro bene-*

22 *ficio,* censetur per illa adempta potestas patronis eã dandi beneficiũ aliud obtinẽti; hæc est enim virtus, & natura negatiuæ inducere nullitatẽ, & remouere omnẽ potentiã ab actu, omnem casum excludendo etiam minimum, vt latissime fundat Card. Tusch. *pract. lit. N. concl.26.* Perez de Lara *de anniuers. & capell. lib.2. cap.5. ex num.22.*

Nec etiam obstat quòd incompatibilitatẽ nõ inducit acquisitio beneficiorũ, sed tantùm illorũ retentio, vt per Nicol. Garc. *de benefic. p.11. c.5. n.283.* quia licet hoc de Iure procedat, id tamẽ locũ habere nõ potest attẽta expressa fundatoris dispositione, quæ ab ea Capellania obtinẽda excludit quẽlibet, clericum habentẽ beneficiũ ecclesiasticũ in citatis verbis, quod potuit facere, vt constat ex auctoritatibus & Iuribus supra citatis, & ita succedit Iuris regula quod prouisio hominis facit cessare dispositionem legis, & eam tollit. *l. fin. C. de pact. conuent. l. & habet §. cum quis, & ibi glos. ff. de precar.* Surd. *cons. 476. n.6.* latè Card. Tusch. *practic. conclus. lit. P. concl. 95.* Lara *de capellan. lib.2. c.9. n.27. & seq.* 23 24

Nec denique ob est quod testator præsumitur se voluisse conformare cum dispositione Iuris cõmunis, quia pariter satisfit nõ procedere quãdo volũtas testatoris est clara, prout in nostro casu, tunc enim à proprietate verborum minimè recedendum est, *l. non aliter ff. de lega. 3.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.6. tit.6 n.21.* vbi *n.19.* quod stãte claritate necessario sequenda est voluntas testatoris, quæ in omnibus prædominatur, *l. cùm quæstio, in fine C. de legib.* 25

Toletana translationis.

Electus in Episcopum, seu translatus ad aliam Ecclesiam, quando sub reatu peccati mortalis teneatur nominationi, seu electioni de se factæ consentire, & translationem non impedire?

VOTVM CXXIII.

1 *Cardinalis de Borgia moritur Matriti de mense Decembris 1645.*
2 *Rex Catholicus Philippus IV. in Archiepiscopum Toletanum nominauit Eminentissimum D. Cardinalem Sandoual.*
3 *Antistes in Ecclesia Dei rite perficitur cum populus pariter in eum acclamauerit.*
4 *Reges sub reatu peccati mort. tenentur ad Episcopatus meliores & digniores nominare.*
5 *Regibus imputandum si eorum culpa Episcopi tales non sint quales olim fuere.*
6 *Philippus II. ad Episcopatus non statim nominabat, sed matura adhibita deliberatione, habitoque personarum delectu.*
7 *Rex in Episcopis nominandis personæ respectum habere poterit, si hæc simul Ecclesiæ seruitio, & vtilitati conducat.*
8 *Contra Episcopos, qui per vicarios, & visitatores munus suum adimplere existimant.*
9 *Consultationis causa refertur.*

10 Cap. inter corporalia 2. de translat. Episcopi, *refertur.*

11 *Matrimonij carnalis consummati vinculum est indissolubile.*

12 *Translatio est de vna Ecclesia ad aliam regularis mutatio cum euidenti causa vtilitatis, vel necessitatis.*

13 *Translatio aliquando de volente, aliquando de inuito etiam suadente iusta & rationabili causa fit.*

14 *Episcopus translatus quando desinat esse Episcopus prioris Ecclesiæ?*

15 *Pontificibus Romanis speciali quasi priuilegio expresse concessa reperitur facultas spirituale coniugium dissoluendi.*

16 *Coniugium spirituale contrahitur inter Episcopum, & Ecclesiam.*

17 *Vinculum coniugij spiritualis Iure humano, seu Pontificio est dissolubile.*

18 Cap. inter corporalia, de translatione Episcopi *declaratur.*

19 *Pontifices solent vti Sacræ Scripturæ testimoniis in sensu morali ad propria decreta confirmanda.*

20 *S. Thomæ doctrina laudatur.*

21 *Episcopatum optare & appetere quando liceat?*

22 *Episcopatum propter bona temporalia, vel diuitias, & maiores redditus appetere peccatum mortale.*

23 *Episcopatum non appetenti oblatum citra culpam potest illum suscipere, & etiam propter bona temporalia.*

24 *Episcopatum suscipere renuens si virtutibus polleat, Pastorem summum conuincitur non amare.*

25 *Laborandum non in eo quod sibi, vel paucis vtile sit, sed quod multis vt salui fiant.*

26 *Humilitati an præsumptioni tribuendum si quis debere præesse intelligens ex humilitate præesse contemnit.*

27 *Labor pro Deo nullatenus effugiendus.*

28 *Eminentissimus D. Card. de Sandoual residendi apud suam Ecclesiam Giennen. auidissimus.*

29 *Eminentissimus D. Card. de Sandoual fortiter nominationi resistit.*

30 *Ioannes Hurtado Dominicanus similem nominationem ad Archiepiscopatum Toletanum acceptare recusauit.*

1 VAcante Archiepiscopatu Toletano per obitum Eminentissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis de Borgia, qui diem suum clausit extremum die 28. mensis Decembris exeuntis anni 1645. Rex noster vere Catholicus Philippus IV. optans illi Ecclesiæ de optimo Pastore prouidere, qui in ea residere, & Pastoralis officij munus adimplere valeret, cùm transactis annis ob diuturnam Prælatorum absentiam plura sint quæ magna indigent reformatione tam circa Cleri mores corrigédos, quàm citra secularium animum, mentem, cogitationemque à vitiis abducendam, ad bonamque frugem recipiendam, negotium id totum Deo commendate constituit, à quo scimus omnia bona prouenire. Paucos post dies à vacatione cœpit per hanc Curiam vox omnium spargi Eminentissimum D. Cardinalem de Sandoual Giennen Episcoqum in Prælatum deposcentium, vt accidit in felicissima S. Ambrosij promotione, sicut legitur in quarta suæ festiuitatis lectione, *Vniuersi populi vox erupit Ambrosium Episcopum deposcentis.* Catholicus Rex habita matura deliberatione, & piorum virorum cõsilio adhibito, sciens quòd tunc in Ecclesia Dei ritè perficitur Antistes cùm populus pariter in eum acclamauerit, vt fuerat statutum in Conc. Toletano XII. c. 6. quod refertur *in cap. cùm longè 25. dist.* eudẽ Eminentissimum D. Cardinalem de Sandoual in Archiepiscopum Toletanum nominauit, in quo certè meliorem ac digniorem præficiendum curauit, nam id à Regibus sub peccati lethalis reatu fieri debere expresse decisum est in Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 1. vers. nisi quos digniores,* & resoluunt Fr. Emman. Rodet. *in sum. tom. 4. c. 67. de los Obispos num. 26.* Maurit. de Azcued. *de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. cap. 3. n. 13. & 14* quos refero *de officio, & potest. Episcopi p. 1. tit. 1. cap. 5. num. 34. in fine in vlt. impress.* Duaren. *de Sacris Ecclesiæ minist. lib. 5. cap. 12.* vbi de obligat. Regis, & partibus eligendorum, Gambac. *de immunit. Eccles. lib. 6. cap 9. n. 7.* vbi inquit *Regibus imputandum, si eorum culpa Episcopi tales non sint, quales olim fuere, & quales ipsi desiderant. Sedes enim Apostolica longe posita illorum vitam, ac mores minus perspectos habere potest, Inque informationibus ad eam transmissis quiescens eos quos illi nominant ferè probare ac confirmare solet, nisi aliquando aliunde aliud illi constet, id quod raro contingit.*

Peculiari Dei dono in electionibus, & nominationibus, quæ à Catholicis Regibus fiunt, semper optimi viri omnigena virtute præditi Pontifici Max. fuerunt oblati, & ab eo admissi: & in his inuestigandis maximam curam adhibuit prudentissimus Rex Philippus II vt refert Anastas. Germon. *de sacrorum immun. lib. 3. cap. 12. num. 40.* ibi, *Vtinam omnes tale ius habentes, tales nominationes facerent, vt Philippus Hispaniarum Rex, & verè Catholicus. Non enim statim nominat, nec ad cuiusque preces, sed matura adhibita deliberatione, habitoque personarum delectu, tales offert viros Pontifici Max. (non in Hispania solùm, sed in Indiis, & Neapolitano, & Siciliensi Regno) qui Episcopali dignitate merito ab omnibus digni existimentur, & ob hanc vnam potissimam causam semper existimaui omnia illi potentissimo Regi feliciter cedere.* quæ verba refert Ceuall. *commun. contra commun. q. 897. n. 475.*

Poterit nihilominus Rex personæ respectũ habere si hæc simul Ecclesiæ seruitio, & vtilitati cõducat; legimus enim in vita Eminẽtissimi Cardinalis Bellarmini *lib. 3. c. 5. §. rursus,* ad consultationem Clementis VIII. sic respondisse. *Deberent prouideri Ecclesiæ de bonis personis, non autem personæ de bonis Ecclesiæ. Fateor tamen optimam illam esse prouisionem, cùm vtrumque simul fieri potest, vt & personæ benemerenti, & Ecclesiæ vacanti vtiliter prouideatur.* Cui Pontifex ita respondit. *Scimus & hoc quantum in nobis est præ oculis habemus, prouidere Ecclesiis, non autem personis, nisi quando & Ecclesiæ & personæ æquè nos prouidere putamus.*

Verùm in hac nominatione de persona Eminẽtissimi D. Cardin. de Sandoual ad Archiepiscopatũ Toletanum

Toletanum per translationem ab Ecclesia Giennen. nullus fuit habitus suæ personæ respectus, sed solus piissimi Regis animus fuit Ecclesiæ Toletanæ necessitatibus prouidere; nam multis retro annis diuturna Serenissimi Cardinalis Infantis eius administratoris absentia, & quadriennali ferè Sedis prædictæ vacatione, non potuit à proprio Pastore videri, regi, & gubernari: quod quantum detrimenti ouibus paret, & quam ipsi Pastorib. condemnationem afferat, multis Sanctorum Patrum admonitionibus edocemur; vt ex Ioanne Echio *homil. 2. de Sancto Stephano*, ad hoc propositum refert Espencæ. *lib. 3. digress. cap. 22. Nostrates Prælatos Apostolicum ordinem inuertere dum spiritualia grauiora quam qua subeant rati in Pontificalibus Suffraganeorum, in iudicialibus Officialium, in absoluendis peccatoribus Pœnitentiariorum ope vtuntur, in prædicatione Monachum aliquem nescio quem proferunt, in aliis spiritualibus alios habent Vicarios. Sin qua in recensus, aut redditus laborant, & temporalia quis moratur, extra moram hac res ad ipsum dominum Episcopum referenda.* Quare idē Espencæus satyricè subdit se meminisse D. Iodocum magni tunc nominis concionatorem polliceri palàm solitum huiusmodi Episcopis futuro seculo Vicarium quidem salutem, personalem verò perniciem. *Adibunt*, aiebat, *concionabundus huiusmodi per Vicarium paradisum, in persona inferos.*

9 Publicata desideratissima hac nominatione Excellentissimus D. Comes de Altamira Eminentissimi germanus frater optimè cognoscens syncceram D. Cardinalis mentem, veritus ne frustraretur necessarius nominationis huiusmodi finis, si ille eam acceptare nollet, nisi probaretur eum ad acceptandum sub reatu peccati mortalis teneri & obligatum esse, mihi consuluit vt pro veritate ad sedandos Eminentissimi D. scrupulos quid hac de re sentirem, in chartam breuiter redigere, qua posset eundem Eminentissimum D. in debitam trahere acceptationem; & licet id onus meis humeris impar iudicauerim, tamen vt tanti Principis desiderio satisfacerem, sic respondendum duxi.

10 Prælati plures, qui cum Ecclesiis ad quas promoti fuerunt spirituale coniugium contraxerunt, ita se cum illis indissolubile vinculum habere existimant, vt ad alias etiam quacunque facultate suffulti debite transire non valeant, moti auctoritate tex. *in cap. inter corporalia 2. de translat. Episcopi*, ibi, *Cùm ergo fortius sit spirituale vinculum quam carnale, dubitari non debet quin omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, suo tantum iudicio reseruauerit dissoluendum, qui dissolutionem etiam carnalis coniugij, quod est inter virum & fœminam suo tantum iudicio reseruauit*, &c. Ex quibus verbis Vazq. *in 3. p. tom. 3. disp. 241. cap. 1.* putauit vinculum, quo Episcopus ligatur suæ Ecclesiæ, iure diuino, & naturali indissolubile esse. Exemplo
11 matrimonij carnalis consummati, cuius vinculum ita indissolubile est, vt nec à summo Pont. dissolui possit, vt resoluunt multi, quos refert & sequitur Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 14.*

12 Ad cuius difficultatis solutionem præmittendum est translationem esse de vna Ecclesia ad aliam regularem mutationem cum euidenti causa vtilitatis, vel necessitatis, *cap. mutationes, cap. suas, c. sicut vir 7. q. 1.* Ioan Honor. *in sum. Decretal. ad hunc tit.*
13 *num. 1.* Aliquando quis volens, nonnunquam inuitus, etiam suadente iusta, & rationabili causa, transfertur de vna Ecclesia ad aliam; cum qua distinctione Rot. *decis. 475. p. 1 recent.* quæstionem resoluit, an translatus de vna Ecclesia ad aliam desinat esse Episcopus primæ, vbi primum à Papa ab illius 14
vinculo absolutus fuit, an verò post adeptam secundæ possessionem? qua de re recentiorem habemus declarationem sacræ Cong. negotiis Episcoporum præpositæ *sub die 14. Decembris 1624.* quam refert Massobr. *in praxi habendi concursum requis. 1. dub. 9. secundùm Roman. impress.*

Secundò notandum est per summos Pont. comparationem fieri inter vtrumque matrimonium, 15
spirituale scilicet, & carnale, quoad indissolubilitatem, expressè tamen cōcessa facultate speciali quasi priuilegio, Romanis Pontificibus spirituale coniugium dissoluendi, *cap. quanto 3. de translat. Episcopi.* ibi, *Non attendens quòd veritas in Euangelio protestatur, quos Deus coniunxit, homo non separet, & potestatem transferendi Pontifices ita sibi retinuit Dominus & Magister, quod soli B. Petro Vicario suo, & per ipsum successoribus suis speciali priuilegio tribuit, & concessit*, &c. *cap. vlt. eod. tit.* ibi, *Sicut legitimi matrimonij vinculum, quod est inter virum & vxorem, homo dissoluere nequit, Domino dicente in Euangelio: Quos Deus coniunxit, homo non separet, sic & spirituale fœdus coniugij, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligitur consummatum, sine illius auctoritate solui non potest, qui successor est Petri, & Vicarius Iesu Christi*, &c.

Vnde licèt ex prædictis iuribus colligatur spirituale coniugium contrahi inter Ecclesiam & Episcopum, vt per Azori. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 29. q. 3. vers. quæstio igitur est*, Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib. 30. tract. 3. num. 257.* Sebast. Cæs. *de eccles. hierarch. p. 1. disp. 6. de Episcopis. §. 2. num. 24.* Nihilominus eius vinculum iure humano seu Pontificio est dissolubile, cùm potestas illud dissoluendi expressè in eisdem iuribus tribuatur Petro, & eius successoribus, hoc est, Romanis Pontificibus pro 17
tempore existētibus. Ita *in d. c. inter corporalia* Card. *num. 1. & 3.* Imol. *num. 2.* & Abb. *num. 3. & 4.* Petr. de Ledesma *de matrim. q. 53. art. 1. post concl. 3. vers. sed vt hæc*, Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 28. num. 13.* Suar. *de relig. tom. 3. lib. 1. c. 16. per tot.* Sebast. Cæs. *d. §. 1. ex num. 17.* vbi *num. 25.* verba *d. cap. inter corporalia, in principio* relata ait explicanda esse per alia, 18
quæ paulo pòst infrà in eod. textu subduntur, videlicet. *Non enim humana, sed potius diuina potestate coniugium spirituale dissoluitur, cum per translationem, depositionem, aut cessionem auctoritate Romani Pont. (quem constat esse Vicarium Iesu Christi) Episcopus ab Ecclesia remouetur.* Et sic vinculum illud dicitur fieri indissolubile auctoritate diuina, id est, auctoritate diuinitus data Vicario suo: nam sicut Deus soluit per suum Vicarium, ita eidem potestatem reseruando per eundem dissoluit, in quo sensu explicant Doctores alia verba dicti text. ibi, *Illa tria sunt reseruata Romano Pont. non tam constitutione Canonica, quam auctoritate diuina*; quia ipsa constitutio Canonica in auctoritate diuina fundata est.

Nec illa verba à Domino prolata de coniugio 19
carnali, *quos Deus coniunxit homo non separet*, & applicata coniugio spirituali *in d. cap. inter corporalia*, denotant æqualem in vtroque indissolubilitatem, quia respondetur eo loco adduci illam auctoritatem ad probandum Christum Dominum sibi reseruasse solutionem matrimonij spiritualis non in sensu literali; constat enim de matrimonio carnali agere, sed in sensu morali; qui sensus licet in sacra Scriptura à Spiritu sancto intentus sit, non tamen facit argumentum efficax ad probandum ali-

quid esse legis diuinæ obligatoriæ: solent enim Summi Pontifices vti sacræ Scripturæ testimoniis in sensu morali ad propria decreta confirmanda, vt patet in materia pluralitatis beneficiorum: & ad probandum aliquem non posse habere duo beneficia, adducunt verba Pauli, *Oportet Presbyterum esse vnius vxoris virum*; & alia Christi Domini, *Nemo potest duobus dominis seruire*, quæ verba in sensu litterali longè aliud significant. Et Bonifac. VIII. *in Extrau. Vnam sanctam, inter commun. de maior. & obed.* adducit verba Christi de duobus gladiis in sensu morali ad summam potestatem stabiliendam cum litteralis aliud longè velit, vt sacri Doctores in eodem loco interpretantur, & latissimè probat Alphons. de Castro *lib.1. contra hæreses cap. 3.* & S.
20 Thom. *p.1. q.1. num.10.* de cuius doctrina Ecclesia in Breuiario ita dicit. *Nullum fuit scriptorum genus, in quibus non esset diligentissime versatus; scripta eius, & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles adeo excellunt, vt ob eam causam etiam nomen Doctoris Angelici iure sit adeptus.* Et Clemens VIII. *Admirabilis eius doctrinæ testis est ingens librorum numerus, quos ille in breuissimo tempore in omni ferè disciplinarum genere singulari ordine, ac mira perspicuitate sine vllo prorsus errore conscripsit.*

Sublata igitur dubitandi causa, quæ circa indissolubilitatem matrimonij spiritualis oriri poterat, superest modò videre an Eminentissimus D. meus acquiescere debeat nominationi Regiæ ad S. Ecclesiam Toletanam, ob causas maioris boni translationem suadentes, vt suprà notaui.

31 Est in hac materia concors omnium sententia cuilibet licitum, imò laudabile esse Episcopatum optare non propter Officij dignitatem, aut bona temporalia, sed propter annexum laborem, qui est ordinatus ad honorem Dei, & proximi salutem, & in hoc casu bonum opus desiderat; sic enim locum illum Apost. 1. *ad Timoth. 3. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, interpretatur S. Thom. *2.2. q.185. art.1.* Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontif. cap. 4. post princ.* Claud. Iaius *in speculo Præsulis, sub rub. de eo qui Episcopatum appetit, & ad Prælatum moueri procurat, an peccet necne?* Azori. *instit. moral. p.2. lib.3. cap.28. q.2.* Maurit. de Alzedo *de præcellent. Episcop. dignit. p.1. cap.3. num.53.*

32 Et ideo si quis propter bona temporalia, vel diuitias, & maiores redditus, aut ob pinguiora beneficia ad suam collationem spectantia, vt de illis suis consanguineis prouidere possit, Episcopatum appeteret, aut illum susciperet, peccaret, & quidem ex Nau. *miscel. 42. de orat. n.2.* grauiter, & ex Barthol. Medina *in sum. lib.1. cap.16. §.2.* mortaliter, ibi, *El obispo si despues que tiene vn Obispado procura otro maiormente per medios humanos y seglares regularmente es mortal y escandalozo*; idem tenet Lezana *in sum. quæst. Regul. p.1. cap.17. num.22.* ibi, *Secundò, qui dignus est, & appetit Episcopatū propter redditus temporales tanquam finem, etiam mortaliter peccat*: & alio casu peccare venialiter affirmat ibi, *qui appeteret Episcopatum quamuis dignus propter redditus, aut commoda temporalia, non tanquam finem ipsius Episcopatus, sed tanquam finem ipsius appetitionis, saltim secundarium, etsi non peccaret mortaliter, cum non appeteret spiritualia propter temporalia, ad minus tamen peccat venialiter, quia tale desiderium ambitionis, auaritiæ, vel præsumptionis esset.* Quicquid in principali casu talem appetentem peccare venialiter existimauerint Homobon. *p.3. tract.15. cap.7. q.24. resol. 3.* Antonin. Diana *moral. resol. p.4. tract.3. resol. 100.* *& in sum. verb. Episcopus 1. num. 4.* nisi eorum opinionem intelligamus de eo, cui non appetenti oblatus fuit Episcopatus, quia citra culpam posse illum suscipere etiam propter bona temporalia resoluit hæc perfunctoriè Morla *in emporio iuris p.1. tit.2. q.5. num.29. in princ.* At id ab spiritualibus viris minimè admittendum esse semper consulerem, propter maximas animi sui inquietudines, quibus nonnunquam vexari non est dubium, vt de illis temporalia anhelantibus optimè ratiocinatur auctor vitæ salutis æternæ. *Qui ad temporalia, & dignitates*, inquit, *anhelant, in hoc saltem desipiuntur, quod si quod cupiunt, seu sperant, adepti fuerint, statim desiderium & spem illorum in longinquum rursus transmittunt, & dum quærendis inhiant, quæsitorum non recordantur, & sic fit, vt omnia eis desint, & quæ habent, & quæ cupiunt.* Et facit dictum illud Senecæ. *Nihil interest vtrum habeas, vel non desideres.*

Verùm ad præsentem casum hæ resolutiones 24
applicabiles non sunt, quia Eminentissimus D. meus, nec appetit Episcopatum, nec ad bona illius temporalia respicit, nec illum, licet sibi non appetenti oblatum acceptare, nec suam Ecclesiam & primam sponsam deserere vult; vlterius quæritur an possit cogi vt acceptet ob maius bonum spirituale, & ex causis in principio relatis? Et verum existimo stante necessitate habendi talem Pastorē, cum euidenti Fidelium vtilitate, sine tamen præiudicio, aut euersione ouium prioris Ecclesiæ, teneri & obligatum esse nominationem Regiam de se factam, & Pontificiam electionem forsan subsequutam sub reatu peccati mort. acceptare. Id enim insinuat S. Gregorius *in Pastorali p.1. cap.5. Qui habet dona Dei, vt possit esse Pastor, si vocatus suscipere renuit, plerumque ipsa dona sibi auferuntur, quia non pro se tantum, sed etiam pro aliis acceperat. Vnde Dominus dicens, si diligis me, pasce oues meas, clare docuit quod si testimonium dilectionis suæ est suscipere onus Pastorale, quisquis virtutibus pollens ipsum suscipere renuit, Pastorem summum conuincitur non amare.* Et iterum ac meliùs ad propositum *lib.6. epist.5. ad Cyriacum Patriarcham Constantinop. Et Pastori S. Ecclesiæ dicitur, Simon Ioannes amas me? Pasce oues meas: ex quibus verbis colligitur quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit se Pastorem summum minimè amare; nam, qui propriam quietem communi vtilitati præfert, non potest dicere, mihi viuere Christus est, & mori lucrum, cum Apost. ad Philip. 1.* Et vbi erit illud eiusdem ad *Roman. 14. Nemo sibi viuit, & nemo sibi moritur?* & illud eiusdem *1. ad Corinth. 10. Non quæres quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant?* Et illud denique *2. ad Corinth. 5. vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est?* quod elegantibus verbis expressit Prosper *de vita actiua, & contemplatiua lib.2. c.28.* vt sequitur. *Videndum est verùm iustè faciant illi, qui se remouentes ab occupationibus cunctis, ac studiis spiritualibus offerentes nihil humanæ societati proficiunt, & desideria sua commodis omnibus præferentes vtilitatem communem desideratæ vocationis electione contemnunt, cum profectò laborantibus opem ferre nolle cum possis, & communi bono posthabito otiosa quiete frui, nihil habeat æquitatis: cui æquitati qui seruiunt, omnes omnium bono viuunt ac velut sibi inuicem nati salutem mutuam tuentur, ac diligunt, ac per hoc contra iustitiam faciunt hi, qui merito suæ conuersationis, vel eruditionis allecti otiosum studium fructuosæ vtilitatis regendæ multitudini anteponunt, ac cum possint laboranti Ecclesiæ subuenire, operosæ administrationis laborem fruendæ quietis contemplatione refugiunt.*

Certo

25 Certo certius est Prælatum, qui in Ecclesia sibi commissa in vinea Domini vtiliter laborauit, & diuturna sua residentia oues ad vias Domini reduxit, ac Pastorale officium sanctissimè adimpleuit, debere eundem laborem conducere in aliis ouibus reducendis, si dimisso priori Episcopatu, & per summum Pont. ab illius vinculo absolutus ad alium de eiusdem licentia transferatur; non enim illi sufficit operari in eo, quod sibi, vel paucis vtile sit, sed quod multis, vt salui fiant, sicut docet Apost. loco numero præcedenti adducto.

26 Quòd si adhuc renuerit hoc modo multis prodesse non solùm inuitè adductus, sed vltrò se offerens nolit translationi consentire, merito dubitauerim an huiusmodi non acceptandi scrupulus hoc casu potiùs præsumptioni, quàm humilitati tribuendus sit. Dubitationem excitaui, & breuissimè resolui, *in meo tract. de officio, & potest. Episcopi p. 1. tit. 2. glos. 2. num. 25.* ibi, *Humilis nescio an sit ille, qui superni nutus arbitrio, vt debeat præesse intelligit, & tamen ex humilitate præesse contemnit? Diuinis enim dispositionibus subditus, atque à vitio obstinationis alienus, non sibi regiminis culmen imperatur, si iam donis præuentus est, quibus & aliis prosit, & ex corde debet fugere, & inuitus obedire. Hieremias à Domino mittitur ad prædicandum, & tamen ne mitti debeat humiliter reluctatur, dicens: A a Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum? Esaias Domino quærenti quem mitteret, vltro se obtulit. Ecce ego, mitte me.* & cùm hinc inde alia adduxerim pro vtraque parte non contemnenda, tandem concludo. *Væ illi, qui præest, & non prodest: sed væ grauius illi, si quia præesse metuit,*

27 *prodesse refugit.* Nullatenus effugiendus pro Deo labor, sed vltrò suscipiendus, ipse vires auget, ideoque leue onus remanet, iuxta illud *Psalmi* 54. vbi habetur, *Iacta super Dominum curam tuam*: in Hebræo dicitur, *Proijce onus tuum in Dominum*, id est, fidenti animo onera curarum, ac tristitiarum tuarum in Domino proiice: & rationem præstat S. Bernard. *ad Eugenium Papam. Ne otia vestra necessitatibus Ecclesiæ proponatis.* Consolabatur seipsum non semel sanctus Carolus Borromæus, vt scripsit insigni viro litteris & sanctitate præstantissimo D. Bartholomæo à martyribus, in Pastorali officio continuo laborantem, his verbis. *Venit enim mihi in mentem quàm tutum sit ac trãquillum in eo pastoris ministerio sine interpellatione versari, quod vnum necessarium esse Christus docet. Sed consolatur me in mediis curis Pastoralibus ipsius Iesu Christi optimi maximi Pastoris exemplum, qui è Cœlo descendit in terras, & tot labores atque adeo mortem sustinuit, vt centesimam ouem errantem & vagam quæreret, quæsitam inueniret, inuentam in humeros tolleret, & ad ouile reduceret.*

28 *Virtutibus pollens*, ait S. Gregor. *lib. 1. Pastoralis c. 9. coactus ad regimen veniat.* Veni, inquam, eminentissime Domine, suscipe onus pro Christo, & oues tuam præsentiam postulãres, ac pauperes tuis eleemosynis indigentes eleua, refoueque, vt ita omnes tua industria ad Dominum conuertantur, & tuo labore & assidua vigilantia à vitiis abstrahantur, prout spero, prout in Domino confido. Et licèt quanta in pauperes fuerit vir iste piissimus benignitate, non inuoluere constituerim, nihilominus silentio præterire non possum me tunc Romæ habitante vidisse non semel ipsum Eminentissimum D. meum quotidiano victu plusquam triginta pauperes alere, & peregrinos præsertim Hispanos nouis indutos vestibus viatico iuuare; quarum eleemosynarum ex mandato suæ eminentiæ distributor in Romana Curia aliquando fui. Vnum etiam instar omnium, auctorem habeo, cui iure suo integra debetur fides, Illustrissimum & Reuerendissimum D. Coccinum sacræ Pœnitentiariæ Regentem, & Rotæ Decanum, qui mihi non semel retulit Eminentissimum D. meum comparari posse cum illis primitiuæ Ecclesiæ Episcopis; erat enim residentiæ apud suam Giennensem Ecclesiam auidissimus, ibique in leuanda pauperum suæ Diœcesis miseria, quos vel durior egestas oppresserat, vel atrocior afflixerat morbus, aut immitis fortũna iactauerat, adeo frequens, & munificus, vt crebræ largitiones opes excedere viderentur.

Nihilominus dictus D. meus Cardinalis de Sandoual ostendens summum amorem, quo suam primam & vnicam Ecclesiam Giennensem dilexerat, nominationem à Rege Catholico sibi factam de Toletana Ecclesia omnium ferè aliarum opulentiore, & nobiliore, ter constantissimè recusauit, in hoc imitatus Fr. Ioannem Hurtado Dominicanum, cui cùm hunc eundem Archiepiscopatum Toletanum Carolus V. Imper. secretò designasset, eique tum precibus, tum lachrymis, ac omni denique conatu obsistenti inducias Imperator ad meliùs deliberandum indulsisset, præstitit vir egregius constantissimè in priori proposito, cuius animi magnitudinem, stabilemque omnino sententiam, ac minimè fucatam; sed Deo addictam Imperator admiratus, iussit illum tuto animo esse, quem iam libertate donabat, tunc ille summa perfusus lætitia, nouum munus à Cæsare postulauit, vt scilicet nemini se viuente, quod ab eo gestum fuerat patefaceret. Quod Cæsar fidelissimè præstitit, sed eo vita deinde functo aliis minimè occultandum ad reliquorum exemplum esse putauit, vt refertur *in historia generali S. Dominici Hernandi de Castillo p. 2. lib. 2. cap. 26. fol. 202.* Decerет igitur vt dictus D. meus Romani Pontificis iussu Archiepiscopatum coactus reciperet, prout accidit sancto Bonauenturæ, qui inuitus de eiusdem Pontificis mandato Episcopatum suscepit, humeros tandem labori submittens: vt sic de illo, sicut S. Cyprianus de S. Cornelio Papa *lib. 4. epist. 4. ad Antonianum*, dicere possumus. *Episcopatum ipsum non postulauit, nec voluit, nec vt cæteri, quos arrogantiæ, & superbiæ suæ tumor inflat, inuasit. Sed quietus, & modestus & quales esse consueuerunt, qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, pro pudore virginalis conscientiæ suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi, & custoditæ verecundiæ, non vt quidam, vim fecit vt Episcopus fieret, sed ipse vim passus est, vt Episcopatum susciperet.* 29 30

Toletana disputationis.

Vtrùm ornatus muliebris inhonestus, & profanus sit peccaminosus, ac per se & formaliter impediat receptionem Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ?

Votum CXXIV.

1 *Congregatio Sacerdotum, qui dicuntur indigni Ministri Saluatoris in congressibus*

sibus litterariis quæstiones morales examinant confessariis perutiles, & necessarias.

2 *Doctores referuntur de habitu & cultu mulierum agentes.*

3 *Ornatus muliebris in duobus consistit, in apparatu corporis, & in fuco colorum.*

4 *Vestes pretiosas supra statum suum, & vltra facultates habentes quando peccent mort.*

5 *Cultu superuacuo vtens non excedente facultatem eius, sed statum, peccat venialiter.*

6 *Sartor, aut tonsor si excedens statum suum vestes induerit valoris alicuius, vt sic copiosiores solutiones acquirat, & magis lucretur, non peccat.*

7 *Nimiam solitudinem ad exteriorem corporis ornatum apponens quando peccet.*

8 *Mulieres debent in laborando se occupare.*

9 *Mulieres cum verecundia, & sobrietate debent se ornare.*

10 *Ornamentorum lenocinia prostitutis conueniunt.*

11 *Pomposæ vestium machinæ ad luxuriam & sensualitatem prouocant.*

12 *Pomposis nulla vtitur vestibus vbi ab aliis non possit videri.*

13 *Fr. Ludouici de Leon auctoritas refertur.*

14 *Mulier nupta potest licitè se ornare vt placeat viro suo, & quibus concurrentibus id fieri debeat, ostenditur.*

15 *Mariti consentire non debent vt vxores ornentur propter alios cum foras exeunt.*

16 *Mulier se ornare potest ad ostendendam pulchritudinem vt placeat alicui, quem in virum habere vult.*

17 *Mulier senex, & quæ vouit, vel constituit viuere in cœlibatu, aut viduitate, non potest ornare se curiose.*

18 *Mulier quæ ideo se ornat vt homines in concupiscentiam sui moueat, peccat mort.*

19 *Mulier siue coniugata siue non, quæ se comit eo fine vt lasciuo placeat, toties peccat quoties de industria illius se dat conspectui.*

20 *Mulier, quæ se iuxta statum suum ornat, & componit absque intentione prouocandi viros, non propterea peccat mort.*

21 *Excessus suprà statum, vel præter receptam consuetudinem in ornatu fœminarum potest esse lethalis.*

22 *Mulieres, quæ primum introduxerunt nouas lasciuarum vestium formas, mortaliter peccant.*

23 *Episcopi mandato cum censuris lato contra vtentes lasciuis, & minus honestis vestibus contrauenientes lethaliter delinquunt.*

24 *Ornatus in excessu quomodo sit peccatum mort. per accidens.*

25 *Fuco & pigmentis se ornans an dicatur adulterare opus Dei.*

26 *Pingere faciem, eique varios colores inducere non est de per se malum, sed indifferens.*

27 *Fuco, & variis pigmentis, ac compositis ornamentis quando sine peccato vti possit, ostenditur.*

28 *Iudith & Esther omni genere ornamentorum sibi pulchritudinem conciliarunt.*

29 *Mulier quæ se pompose adornat, & ob id mortaliter peccat si homines ad luxuriam incitare intendat, non est admittenda ad Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ, nisi talem deponat ornatum.*

30 *Concubinario publico quando sit neganda Eucharistia? ostenditur.*

Venerabilis & deuota Congregatio Sacerdotum, qui dicuntur indigni Ministri Saluatoris huius oppidi Matritensis, quam vnà cum aliis feliciter fundaui, & institui anno 1644. ex statuto intenta pluribus spiritualibus exercitiis, orandi, scilicet prædicandi, visitandi hospitalia & carceres, audiendi Confessiones, iuuandi pauperes, consolandi afflictos, & doctrinam Christianam docendi rudiores iuuenes, & eos qui in infimis ministeriis sese hîc occupant, necnon ad loca & oppida circumuicina missiones faciendi ad prædicandum Verbum Dei, & ad Confessiones Fidelium audiendas; in quibus agendis operibus diligentes sese exhibent Ministri huiusmodi, & ne tam necessario instituto aliquid deesset, & volens eadem Congregatio vt Sacerdotes officium Pastorale & Sacerdotale, quod gerunt adimplerent, & omnes aptam ad id consequendum scientiam haberent, statuit, & ordinauit vt in oratorio publicè pro omnibus intrare volentibus lectio de aliqua morali materia haberetur, ibique quisquis velit dubia proponeret ad eam materiam spectantia, & in praxi eueniri solita, vt inde capta veriori & securiori resolutione sciant omnes cum casus occurrerit quid sequendum: & implorato diuini numinis auxilio, ex cuius inuocatione bonum sequitur initium, melius medius, & optimus finis, vt aduertit Imper. *in auth. quomodo oporteat Episcop. §. nos igitur,* explicaui publicè quæstionem propositam die Veneris 2. Martij 1646. & si plures latiùs de illa pertractare voluerint, & alia scire desiderauerint, poterunt ad sequentes Auctores occurrere, qui latum campum ad alia plura, quàm hîc tractabuntur, aperient. 1

De habitu muliebri, & cultu ac disciplina fœminarum multa multi scripsere, & præcipuè Cypr. *de disciplina & habitu Virginum,* Tertull. *in lib. de habitu muliebri,* Nazianz. *in tract. aduersùs mulieres se se ornantes,* Fray Luis de Leon *en su perfeta casada fol...* S. Thom. 2.2. *q.* 169. *art.* 2. *ad* 2. vbi Caiet. S. Anton. *in sum. tom.* 2. *tit.* 4. *c.* 5. *§.* 1. idem Caiet. *in sum. verb. ornatus,* Siluest. *in sum. eod. verb.* Abb. *in c.* 1. *n.* 11. *ne clerici,* 2

clerici, vel non. Caiſan. in catalogo gloriæ mundi p. 2. conſid. 32. Tiraq. l. 3. connub. à princ. Guilielm. Bened. in c. Rainutius, verb. cuidam Petro tradidit n. 32. cum ſeqq. Neuizan. in ſylua nupt. lib. 2. n. 86. verſ. quod maximè procedit, Abulen. ſuper c. 11. Matthæi. Honcala in tract. de fuco mulierum, Sebaſt. Medic. in ſum. peccatorum p. 1. tit. 2. q. 26. Ioan. Mallara p. 1. cent. 7. refran. 34. & cent. 10. refran 51. Ioan. Pineda p. 2. de la agricultura Chriſtiana dial. 21. §. 9. cum ſeqq. & in vita S. Ioannis Baptiſtæ lib. 3. art. 1. c. 5. pag. 79. cum ſeq. & art. 2. c. 2. pag. 156. Blas Aluarez Morabal en el tratado de la ſalud c. 52. & 53. Fray Diego de la Yſtella, p. 1. de la vanidad del mundo c. 40. Ioan. de Orozco lib. 1. parad. 4. pag. 31. Sebaſt. de Couarruuias y Orozco en el theſoro de la lengua Eſpañola verbo afecte, Hieron. Roman. de Republ. gentilic. lib 9. cap. 20. Henriq. in ſum. lib. 8. c. 56. § 4. lit. X Petr. Ledeſm. in ſum. p. 2. tract. 31. c. 3. pag. 774 Bobadil. in politica lib. 2. c. 17. n. 148. Azori. inſtit. moral. p. 3. lib. 3 c. 30. q. 7. Sayr. in claui Regia lib. 8. c. 6. n. 4. Leſſi. de Iuſtit. lib. 4 c. 4. dub. 14. Ludou. Beia reſponſ. moral. p. 2. caſu 18. Filliuc. in quæſt. moralib. tom. 2 tract. 30. q. 9. n. 220. Homobon. de Bonis in reſponſ. quæſt. moral. p. 3. reſp. 23. & 24. Cardin. Cæſ. Baron. annal. Eccleſ. anno Chriſti 57. c. 71. pag. mihi 529. Laymann in Theolog. morali tom. 1. tract. 3. c. 13. n. vlt. verſ. ſimile exemplum, cum ſeqq. Antonin. Dian. in reſolut. moralib. p. 2. tract. 1. miſcel. reſol. 30. Alphonſ. de Carranza en el diſcurſo contra malos trajes y adornos laſciuos.

3 Ex quorum dictis dicendum nobis eſt ornatum mulierum in duobus conſiſtere, in apparatu corpo-
4 ris, & in fuco colorũ: item in ornatu dupliciter poſſe excedi, vno modo cùm quis vt niteat ex veſtibus, & appareat vndique generosè adornatus. vult habere veſtes ſupra ſtatum ſuum, & vltra facultatẽ, & regulariter videtur peccare mortaliter, quia omnino eſt irrationale pauperem velle pretioſis veſtibus vti, ſi per talem ſuperfluum cultum cogatur deficere in neceſſariis ad ſuſtẽtationem ſui, & familiæ, vel
5 contrahere debita, quæ ſoluere non poteſt. Alio modo quando quis vtitur ſupernacuo cultu, nõ tamen excedente facultates eius, ſed excedente ſtatũ, ſcilicet quòd licèt nõ cogatur egere tali veſte vtendo, eſt tamen ſupra honeſtatem ſtatus ſui, cui minor ornatus eſt conueniens, & tunc venialiter peccare exiſtimo, de quo dicit S. Gregor. in homil. ſunt nonnulli qui cultum ſubtilium, pretioſarumque veſtium non putant eſſe peccatum, quòd ſi culpa non eſſet, nequaquam ſermo Domini tam vigilanter exprimeret quòd diues, qui torquebatur apud inferos byſſo & purpura fuiſſet indutus, nemo quippe veſtimenta præcipua ſcilicet excedentia proprium ſtatum niſi ad inanem gloriam quærit vt honoratior cæteris eſſe videatur, refert noſter Aluar. Pelag. de planctu Eccleſ. lib. 2 art. 6. verſ. Quatuor ſunt ſigna ſuperbiæ, fol. 98. & art. 76. fol 250. Et idem S. Greg. in Matth. 3, niſi cultus pretioſus in culpa eſſet non tam ſignanter diceretur quod diues indutus purpura torquetur apud inferos. Idem S. Gregor. in homil. nemo autem exiſtimet in luxu atque ſtudio pretioſarum veſtium peccatum deeſſe, quia ſi hoc culpa non eſſet, nullo modo Ioannem Dominus de veſtimenti ſui aſperitate laudaſſet, & nequaquam Petr. fœminas à pretioſarum veſtium appetitu compeſceret, 1. Petri 3. di-
6 cens, non in veſte pretioſa. Verumtamen ſi aliquis mechanicam artem exercens, veluti ſartor, aut tonſor, indigeret vltra ſtatum ſuum bene veſtiri vt facilius generoſis viris barbam abradendo poſſet meliùs victum quærere, & ſic copioſiores ſolutiones adquirere, & non ad inanem gloriam, exiſtimo hoc caſu talem nec venialiter peccare.

Poteſt quandoque conſiderari exceſſus in quantum quis apponit nimiam ſolicitudinem ad exteriorem corporis ornatum, quia etiamſi quis non agat propter inanem gloriam, nec vtatur veſtibus pretioſis vltra ſtatum ſuum, nimia ſolicitudo circa eas vt niteant, poterit eſſe peccatum veniale, vel mortale ſecundum ſubjectam materiam, & occaſionem inde ſequutam, veluti ſi iſte huiuſmodi nimietate in ſe ornando exponat ſe periculo non inueniendi Miſſam in die feſto: vel mulier non ita vt decet domui ſuæ ſit præpoſita, & in re- 8
bus ad eam neceſſariis propter hoc deficiat, quia, vt dicit Nazianzen. aduerſus mulieres ambit. ſe ſe ornantes. Manus opus, & labor in muliere appareant. & S. Hieron. ad Demetriam. Habetur fuſum ſemper in manibus, vel ſtaminis pollice fila deducito, vel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſa vertantur, aliarumque neta, aut in globum collige, aut texenda compone: quæ texta ſunt inſpice: quæ errata reprehende, quæ facienda conſtitue.

Et licèt hucuſque dicta æquè in muliere & viro 9
procedant, & de vtroque intelligi poſſint, deinceps tamen ad mulieres ſermonem vertimus, quas decet in habitu, & ornatu verecundiam & modeſtiam ſemper præſeferre iuxta doctrinam Apoſtoli 1. ad Timo. c. 2. Mulieres in habitu ornato cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſte pretioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona: vbi gloſ. mulieres dicit ornari in habitu ornato, id eſt cum religione ornantes eas; vult enim Apoſtolus eſſe ornatas virtutibus, & cum verecundia vultus, vt non ſint attritæ frontis, vt meretrices, nec tortis crinibus, id eſt, criſpis illis tortis auro, & margaritis. Item 1. Petri 3. ibi, quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, &c. Nam earum ornatus viros ad luxuriam 10
incitat. Prouerb. 7. Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas; Eccleſiaſtici 9. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam, &c. Iob. 31. Virginem non conſpicias ne forte ſcandalizeris in decore illius, refert Aluar. Pelag. de planctu Eccleſ. lib. 2. art. 73. fol. 244. & hinc S. Cyprian. de diſciplina & habitu Virginum, ait ornamentorum lenocinia proſtitutis conuenire: necnon Tertullian. de cultu fœminarum cap. 12. ex Geneſ. cap. 38. refert hac ratione Thamar malum pudicitiæ ſuæ odorem dediſſe cum dicit, quia ſe expinxerat, & ornauerat, idcirco Iudæ ſuſpicioni viſa eſt quæſtui ſedere, &c.

Ex hodiernis pompoſis veſtium machinis oriri 11
ſolent laſciuiæ & ſenſualitatis damna, vt ſcitè pondetat Tertullian. de pallio cap. 9. Hæ pompæ quàm de proximo curent luxuriæ negotium, & obſtrepant pudicitiæ diſciplinis dignoſcere in facili eſt. Et paulo infrà. Omnes pompæ in publicum proferuntur, aut vt luxuria negotietur, aut gloria diuitiarum, & potentia inſoleſcat. Legitur de germano B. Bernardi fratre in Claraualle, quòd noluit videre ſororem nobilem ſuam ornatam, dicens quòd erat rete diaboli. Eſt enim gratis dictum credere fœminas adornari vt domi maneant intra cubiculum, nam, vt dicit S. Gregorius hom. 12
6. & 40. in Euangel. nemo vult ibi ſpecioſis vti veſtibus, vbi ab aliis non poſſit videri. refert Aluar. Pelag. loco ſuprà citato. & eod. lib. 2. art. 76. fol. 250.

13 Oriri etiam ex eisdem pomposis vestibus solent facultatum diminutiones, seu potiùs desolationes; nam mariti, vt vxoribus complaceant, insani fiunt, domesticis necessitatibus minimè attendentes, vt inordinaris earum cupiditatibus inseruiant, eleganter doctiss. Fr. Ludou. de Leon *en su perfeta casada*, in tales inuehit, his verbis. *No es el gasto de vn dia, sino de cada dia, ni costa que se haze vna vez en la vida sino que dura per toda ella: ni son como suelen dezir muchos pocos, sino muchos y muchos: porque si dan en gelozear, toda la vida es el almuerço y la merienda, y la huerta, y la comadre, y el dia bueno. Y si dan en galas passa el negocio de passion, y llega à increible desatino, y locura. Porque oy vn vestido, y mañana otro, y cada fiesta con el suyo, y lo que oy hazen, mañana lo deshazen, y quanto ven tanto se les antoja; y aun passa mas adelante el furor, porque se hazen maestras è inuentores de nueuas inuenciones y trages, y hazen honra de sacar à luz lo que nunca fue visto: y como todos los maestros gusten de tener discipulos que los imiten, ellas son tan perdidas, que en viendo en otras sus inuenciones, las aborrecen y estudian, y se desuelan por hazer otras: y crece el frenesi mas: y ya no les plaze tanto lo galano y hermoso como lo costoso y preciado: y ha deuenir la tela de no se donde, y el brocado de mas altos, y el ambargue bañe el guante, y la cuera y aun hasta el zapato; el qual ha de relucir en oro tambien como el tocado, y el manteo ha de ser mas berdado que la vasquina; y todo nueuo y todo reciente, y todo hecho de ayer para vestirlo oy, y arrojarlo mañana. y como los cauallos desbocados, quando toman el freno, quanto mas corren, tanto van mas desapoderados: y como la piedra que cae de lo alto quanto mas deciende, tanto mas se apresura; assi la sed destas crece en ellas con el beuer: y vn gran desatino y excesso que hazen les es principio de otro mayor; y quanto mas gastan tanto les à place mas el gastar. Y aun ay en ello otro daño muy grande que los hombres se les acontece ser gastadores las mas vezes lo son en cosas aunque no necessarias, pero duraderas o honrosas, o que tienen alguna parte de vtilidad y prouecho. Como los que edifican sumptuosamente, y los que mantienen grande familia, o como los que gustan de tener muchos cauallos: mas el gasto de las mugeres es todo en el aire, el gasto muy grande, y aquello en que se gasta no vale ni luze, en bolantes y en guantes, y en peucres, y cacoletas, y azauaches, y vidrios y musarañas, y en otras cosillas de las tiendas, que ni se pueden ver sin asco, ni menear sin hedor. y muchas vezes no gasta tanto vn letrado en sus libros, como alguna dama en enrubiar los cabellos. Dios nos libre de tan gran perdicion. y no quiero ponerlo todo à su culpa que no soi tan iniusto. Que gran parte de aquesto nace de la mala paciencia de sus maridos. y passara yo agora la pluma à dezir algo dellos, sino me detuuiera la compasion, que les he: porque si tienen culpa pagan la pena dellas con las setenas*, &c.

14 Et vt propiùs ad materiam accedamus, distinguendum est inter mulierem habentem virum, & inter eam, quæ illum non habet: nam mulier nupta potest licitè se ornare, operam dando vt soli viro suo placeat, ne propter defectum ornatus eius vir contemnat eam, & quærat aliam pulchriorem, & hoc non solùm est licitum, sed etiam meritorium, si agit vt euiter viri adulterium, iuxta illud Apost. 1. *ad Corinth. 7. Mulier quæ nupta est cogitat quæ sunt mundi & quomodo placeat viro*: & vt mulier nupta rectè & debitè se ornet, tria in suo ornatu concurrere debent; primum debitus finis, id est, quod propter virum suum mulier agat. Secundum quod non excedat apparatus ille conditionē status sui in valorem: tertium quod ille ornatus sit secundum se honestus, quia quidam ornatus est, qui etiamsi non sit magni valoris, est tamen in se impudicus, & ostendit mulierem inuerecundam. Ita Lessi. *d. lib. 4. c. 4. dub. 14. n. 108. vers. secundo*, & cæteri in principio citati.

Non est tamen prætextu placendi maritis, consentiendū vt mulier nupta pōposis vtatur vestibus, quæ solent ad lasciuiam incitare videntes, nō enim facilè viri credere debent mulieres ornari propter se, cū videamus eas dum domi sunt nunquā his vestibus vti, cū foras verò exeunt illis cum curiositate adornari, ergo signum est, aliis placere velle, vel saltē vt pulchriores ab alienis laudari, quid enim mali de maritis talia consentientibus præsumendū non sit, vt eleganter Cypr. *de disciplina, & habitu virgin.* ait, *Videritut quid sibi nuptæ per placēdi studium de coniugū solatio blandiantur, quos dum in excusationē suam proferunt, ad societatē criminosæ consensionis adsciscūt.* 15

Mulier, quæ virum non habet, aut proponit illum habere, aut non. Si proponit illum habere, idē dicendum sicut de coniugata, quia sicut isti licèt se ornate vt pulchrior appareat viro suo, ita illum non habenti licet operam date ad ostendendum pulchritudinem vt placeat alicui, quem in virum habere vult, non intendens alios fallere, nec inducere homines ad concupiscentiam, secundum Sayr. *in claui Regia lib. 8. c. 6. n. 4.* Lessi. *d. lib. 4. c. 4. dub. 14. n. 108.* Trullench *in exposit. Decalogi lib. 6. c. 1. dub. 12. num. 21.* 16

Si habere non potest, quia non est in ætate, vel constituit in cœlibatu, aut viduitate viuere, non licet sibi ornare se curiosè, quia illud est ad placendum alicui; quæ autem nulli placere debet, non debet se ornate, prout ornatus imperrat appararum aliquem ad ostendendam pulchritudinem: nam quæ virum iam habere non potest, aut eum non habere constituit, seu vouit, illicitè agit si studeat ostentare pulchritudinē. Ita Lessi. *d. dubit. 14. n. 109.* 17

Verùm si virum habere non curat in proprium maritū, sed ideo se ornet vt non suis placeat, eosque in concupiscentiam sui moueat, semper mortaliter peccat, quia intentio est de se mala, scilicet mouere viros ad libidinem; vnde mulier siue coniugata, siue non, quæ se ornat, & comit eo fine vt lasciuo placeat, eumque ad libidinem prouocet, toties peccat quoties de industria illius se dat conspectui, Nau. *in man. c. 16. n. 14.* Trullench *d. dub. 12. n. 21.* 18 19

Quando verò ex parte mulieris iuxta statum ornatæ, & compositæ non est intentio prouocandi, nec sibi placet quod prouocetur aliquis ad sui libidinosum amorem, quamuis placeat ei quod laudetur vt pulchra, & vana superfluitate & fuco se ornet, non propterea peccat mort. quamuis alij peccent mort. ipsam adamando, est enim occasio accepta & non data. Ita Caiet. *in sum. verb. Ornatus, in fine*, Trullench *d. dub. 12. n. 19.* vbi in fine consulit meliùs facere si domi se contineat, dum iusta causa exeundi non intercedat. 20

*Sed si supra statum, vel præter receptam consuetudinem sit excessus in ornatu fœminarum per comam appositiam, vulgo *moño*, per intortos capillos, per pectoris nuditatem per ornamenta aurea & gemmata, per nouas vestium formas, videtur talem excessum per se esse lethalem, etiamsi nullus malus finis extrinsecus intendatur, primo propter scandalum, quia talis ornatus allicit intuentes ad libidinem, & istarum concupiscentiā: secundo quia adulterant opus Dei, & illud emendare volūt, quod in iniuriam cedit Auctoris; tertio quia Scriptura & Patres hūc excessum grauiter reprehendūt 1. *Petr. 3.* 21

Cyprian.

Cyprian.& Tertullian.ac cæteri in principio citati:
22 Et ideo propter mala, quæ ex hoc excessu vtplurimum oriri solent, resoluit Caiet.*ad D.Thom.2.2.q.169.ad art.2.* fœminas, quæ has nouas lasciuarum vestium formas inuenerunt, & primæ introduxe-
23 runt, peccare mortaliter; sicut etiam lethaliter delinquere contrauenientem Episcopi mandato cum censuris lato contra vtentes lasciuis, aut minus honestis vestibus, tenet S.Thom.*d.q.169.art.2.ad 2.* Bobadil.post alios *in sua politica lib.2.c.17.n.149.& 150.*Alphonſ.de Carranza *en el discurso contra malos trages y adornos lasciuos nota 16.propè fin.fol.50.b.*
24 Ego tamen intelligo in excessu istius ornatus esse peccatum mortiferum per accidens, ratione alicuius prauitatis connexæ: primò ratione mali finis;
25 secundò ratione alicuius præcepti positiui: tertiò ratione scandali; non enim propriè dicitur adulterare opus Dei, qui fuco & pigmẽtis se ornant, quia non facit illud deterius, sed solùm facit videri pulchrius; nec id facit intentione emendandæ artis diuinæ, vel operis Dei qua Dei est; sed supplendi defectus naturæ, vel iuuandi opus naturæ, qua naturæ est. Auctoritates verò tam Scripturæ quàm Patrum ad hoc propositum in contrarium adduci solitæ, vel continent exhortationem, vel agunt de illis, quæ se ornabant vt aliis placerent, vel propter lasciuiam, aut in contemptum Dei.
26 Circa fucos, idest, colores, quos apponunt sibi fœminæ, eædem sunt faciendę distinctiones, de quibus suprà: nam pingere faciem, eique varios colores inducere, non est per se malum, sed indifferens: similiter per hoc intendere pulchritudinem, & artificio iuuare, ac exornare opus naturæ, nihil habet mali nisi ratione excessus in affectu, & vsu rei indifferentis.
27 Non obstat quòd ex fuco, & variis pigmentis, ac compositis ornamentis interueniat quædam fictio, qua intuentes decipiuntur; quia fictio quando in nullius cedit detrimentum, non est mortifera: deinde nõ est propriè fictio nisi id fiat eo fine vt intuentes putent hunc colorem esse natiuum, ac plerumque non eo fine id faciunt, sed solùm vt sint & appareant pulchræ, abstrahendo à causa, vnde id proueniat: vnde etiam fieri potest vt sine peccato vtantur; primò causa tegendæ alicuius maculæ: secundò si maritus iubeat, nimirum vt vxor inter alias magis decora appareat; etsi enim mariti non cupiunt adulterina illa fallacia decipi, vt D.Augustinus loquitur, sæpè tamen vxores suas cupiunt sic ornati.
28 Tertiò, si qua alia rationabilis causa subsit, sicut Iudith, & Esther omni genere ornamentorum sibi pulchritudinem conciliarunt, quam & ipse Dominus adauxit; & quamuis fortè aliqui decipiantur putantes illã pulchritudinem adscititiam esse natiuam, parum id refert; tum quia deceptio non est intenta, sed permissa: tum etiam quia licet deceptio esset intenta, parum interesset cum sit innoxia, nec limites mendacij officiosi excedat.
29 Ex quibus iam infertur resolutio ad secundam partem quæstionis præpositæ, vt scilicet mulier in illis casibus, in quibus eam mortaliter peccare diximus ad Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta admittenda non sit, nisi de emẽdatione constet: emendatio autem non plenè facta censetur pœnitentiæ signa ostendendo, aut firmum deponendi talem vestem propositum habendo, nisi cum effectu illos ornatus lasciuos deponat, qui ad libidinẽ aspicientes prouocare solent; nam dum eos secum retinet, videtur causa, qua alios ad peccandum incitat, ei adhærere, videntibus omnibus, qui secundùm exteriorem ornatum, non verò iuxta interiorem animũ, & occultam intentionem peccatricem indicant nõ emendatam; & sic peccatum illius nulla tergiuersatione celari potest. Sic similiter quamuis publico 30
concubinario ad Confessionem accedenti in conspectu plurium neganda non sit Eucharistia, licèt à domo non expulerit concubinam, si habeat tamen firmum propositum illam eiiciendi, & dum vicinis positiuè non constet illam domi suæ concubinarium retinere, nihilominùs si certo scirent iidem vicini eam domi reliquisse, neutiquam illi Eucharistia esset administranda, eo quod tunc peccatum est manifestum, & omnibus notum, nec cessat scandalum, ex resolutis per Ioan.Sanci.*in selectis disp.34.*

Toletana Archidiaconatus.

Eminentissimi S. R. E. Cardinales non includuntur sub dispositione statuti S. Ecclesiæ Toletanæ requirentis fieri probationes super puritate sanguinis prouisi prætendentis admitti ad possessionem Dignitatis, seu Canonicatus illius S. Ecclesiæ.

VOTVM CXXV.

1 *Statutum S.Ecclesiæ Toletanæ in diuini cultus augmentum, ac pietatem, & decorẽ factum, & per Sedem Apost. confirmatum.*
2 *Statuta super puritate sanguinis iustissimis de causis condita.*
3 *Statuta & leges quæ publicam concernunt vtilitatem, fauorabilia sunt.*
4 *Dispositio tendens ad vtilitatem Ecclesiæ dicitur fauorabilis.*
5 *Dispositio quando diuersis respectibus continet fauorem, & odium, præualet fauoris respectus.*
6 *Cardinales comprehenduntur in dispositionibus generalibus, & in concernentibus bonum, & vtilitatem Ecclesiæ.*
7 *Cardinales comprehenduntur in odiosis quando odium est irrationale.*
8 *Probatio puritatis sanguinis in dispositione statuti requiritur pro forma.*
9 *Forma debet specificè obseruari.*
10 *Examen in prouisionibus Parochialium Ecclesiarum requiritur pro forma.*
11 *Doctor etiam insignis & eminentis litteraturæ debet in prouisione Parochialis examen concursus subire.*
12 *Felinus sciens in Auditoribus S.Rotæ examẽ requiri pro forma, illud libenter subiit.*
13 *Obseruantia subsequuta præcedentem dubiam dispositionem declarat.*
14 *Actus vnicus sufficit ad inducendam obseruantiam.*
15 *Apostolicæ litteræ Motu proprio emanatæ non indigent iustificatione.*

16 *Statutum Toletanum est exorbitans, odiosum, & contra ius.*
17 *Cardinalis non comprehenditur sub dispositione odiosa, cuius ratio Cardinalitiæ dignitati non est adaptabilis.*
18 *Cardinalis dicitur membrum ac pars corporis Papæ, & filius specialis Ecclesiæ Catholicæ nuncupatur.*
19 *Cardinales non iurant fidelitatem Papæ.*
20 *Cardinales æquiparantur Regibus, qui non dedignantur Cardinalium collegio locum cedere.*
21 *Reip. Christianæ tota Maiestas residet in Cardinalibus.*
22 *Cardinales offendentes incidunt in crimen læsæ Maiestatis.*
23 *Collegium Cardinalium dicitur ipsius Romanæ Ecclesiæ gremium, & Senatus diuinus.*
24 *Cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus.*
25 *Cardinalis maiori gaudet prærogatiua, quam Archiepiscopus.*
26 *Cardinales legitimis, & honestis natalibus nati esse debent.*
27 *Cardinales inter nobiles connumerantur.*
28 *Papæ & Christi vnum dicitur Tribunal, & Consistorium.*
29 *Descendentes ex radice infecta infidelium non sunt admittendi in Ecclesia Toletana.*
30 *Argumentum à maiori ad minus validum.*
31 *Cardinalis ratione consanguinitatis dicitur pars corporis Papæ.*
32 *Statutum per se inualidum à sola Papæ confirmatione robur accipit.*
33 *Dispositio generalis debet restringi ad euitandum absurdum.*
34 *Cessante ratione legis, cessat & ipsa lex.*
35 *Iudices possunt ex magna & euidenti causa transgredi statuta.*
36 *Statuto requirenti Doctoratum satisfit cum idoneus, & eminentis scientiæ adest, licet non sit Doctor.*
37 *Rotæ opinio prævalere debet.*
38 *Priuilegium competens alicui corpori vniuersarum personarum non tollitur, nec infringitur ex facto aliquarum earundem personarum.*
39 *Actus gesti quando possint deseruire pro obseruantia interpretatiua.*
40 *Iuramentum sequitur naturam scripturæ, & actus, cui adiicitur.*
41 *Derogatio quantumuis amplissima statutorum non tollit statutum respiciens certam formam.*
42 *Doctor valde excellens, & maximi nominis in Rota sine examine recipi potest, & debet.*

QVidam Eminentissimus S.R.E. Cardinalis, & Papæ ex fratre nepos cum de dignitate & Canonicatu sanctæ Ecclesiæ Toletanæ prouideretur, fuit dubitatum an satisfacere deberet dispositioni statuti prædictæ Ecclesiæ requirentis fieri probationes super puritate sanguinis prouisi prætendentis admitti ad possessionem beneficij, seu Præbendæ illius S.Ecclesiæ.

Pro parte affirmatiua allegabatur quod in statuti huiusmodi dispositione, fuit consideratum vt eadem Ecclesia perpetuis futuris temporibus honorificè veneraretur ad Dei laudem, & honorem, diuinique cultus augmentum, ac pietatem, Ecclesiæ venustatem, & decorem, vt in prædicti statuti confirmationibus verbis protulerunt expressis Summi Pontifices Paulus III. Iulius III. & Paulus IV. Idem colligitur ex Regia prudentissimi D. Philippi II. approbatione sub die 6. Augusti 1556. emanata, ibi, *Porque de la guarda y obseruancia del, resulta mucho seruicio a nuestro Señor*, &c. & ibi, *Por la presente loamos, confirmamos e approbamos el sobredicho estatuto*. Idem ex Regia Pragmatica, edita à Catholicissimo Rege Philippo IV. anno 1623. *cap.* 10. §.1. quæ est *lex* 35. *tit.* 7. *lib.* 1. *nouissimæ Recopil.* ibi, *Porque consençen en su primitiua calidad y institucion los santos estatutos, y los vtiles y loables fines del beneficio comun a que se encaminaron, y que de su buen vso se an experimentado*, &c. & agnoscit Melchior Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 43. *num.* 5. vbi agens de his statutis, sic ait *Hæc statuta iustissimis de causis fuisse condita adeò vt in eis non deficiat publica vtilitas*, &c. & in terminis huius statuti Escobar *de puritate probanda part.* 1. *quæst.* 3. §. 2. *num.* 17. *cum seqq.* 2

Vnde ex tanto diuini cultus augmento, & huius S.Ecclesiæ venustate, & decore occasione talis statuti illi obuenienti, videtur illud esse fauorabile, cùm statuta & leges, quæ publicam concernunt vtilitatem, fauorabilia censeantur, ex Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 18. Sarmient. *lib.* 1. *select. cap.* 22. *num.* 2. Escobar *d. part.* 1. *quæst.* 3. §. 2. *num.* 38. Similiter etiam dispositio tendens ad vtilitatem Ecclesiæ dicitur fauorabilis Abb. *in cap. nihil num.* 1. *vers.* 2. *principaliter, de elect.* Tiraquell. *de vtroque retractu in præfat. num.* 64. *& seq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. in proœmio, num.* 34. *&* 38. Nec id eneruat quòd statutum huiusmodi in ea parte, quæ descendentes ab impuris excludit, odium continet, quia etiam quatenus concernit diuini cultus augmentum, & Ecclesiæ decorem, fauorem non minimum habet, vnde succedit doctrina quod quoties dispositio diuersis respectibus fauorem, & odium continet, illa censetur absolutè fauorabilis cum magis fauoris respectus præualeat, Gonzal. *ad d. reg.* 8. *Cancell.* §. 6. *num.* 36. cum gloss. *in cap. sciant cuncti, verb. alios, de elect.* maximè quando respectus fauorabilis concernit Ecclesiæ bonum, ac publicam Reip. vtilitatem, Gonzal. *d.* §. 6. *num.* 37. *&* 38. Escobar *d. part.* 1. *quæst.* 3. §. 2. *num.* 39 *& num.* 53. agens de statuto S. Ecclesiæ Toletanæ ita concludit, *Sed a potentiore, & digniore eorum causa & fine, qui fauor est publicus nomen accipere debent, & sic fauorabiliora vocari, non verò odiosa.* 3 4 5

Comprehenduntur igitur Eminentissimi DD. Cardinales sub hoc statuto, quia certissimi iuris est eos comprehendi in dispositionibus generalibus, 6

bus, & maximè in fauorabilibus, & in concernentibus bonum, & vtilitatem Ecclesiæ, vt resoluunt Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.11. quæst.4.num. 6. & lib.12. quæst. 4. num. 7. cum seqq.* Mari. Antonin. *var. resolut. lib.1. resol. vlt. casu 61. vers. ad quartum*, Antonin. Diana *moral. resolut. part. 5. tract. 2. resolut. 16.* Ego qui plures refero, *de iure Ecclesiast. vniuerso, lib. 1. cap. 4. num. 55. cum seqq.*

7 Et non solùm in fauorabilibus, sed etiam in odiosis comprehendi DD. Cardinales expresse tenent Flamin. Paris. *vbi proximè*, & Melch. Lotter. *de re benef. lib.1. quæst.8. num. 85. cum seqq. & lib.2. quæst. 32. n.83. cum seqq.* Idque maximè procedit quando odiũ est irrationabile, vt videtur sentire Rota *decis. 46. num.10. cum seqq. part.5. recent.* ibi, *Ex quibus succedit in fauorem translatariorum, & contra D. Cardinalem reseruatorem: illa in hac materia non minus vera quam trita, & communis conclusio quod sub generali dispositione, quamuis odiosa, non tamen odio irrationabili, & sic sub hac facultate transferendi comprehenduntur Cardinales,* &c. & quòd dictum statutum non contineat odium irrationabile, quinimò nec sit odiosum simpliciter, constat ex dictis, & ex infra dicendis.

8 Nec sufficit nobilitatis, & sanguinis puritatis notorietatem, nec præsumptionem, & personæ qualificationem ex suprema Cardinalitia dignitate resultantem allegare, quia cùm in dicto statuto à Sede Apost. sæpiùs confirmato detur certa forma, & modus in probationibus huiusmodi necessariò interueniendus, (in dispositione enim dicti statuti requiritur pro forma probatio puritatis sanguinis, Escobar *d.p.1.q.8.§.3.n.22.& 24. & §.4.n. 7. & §. 3.n.44.* Rota *decis.167.n.38.p.1.recent.*) inuiolabiliter obseruari debet; quando enim lex, statutum, vel

9 constitutio aliquid pro forma requirit, talis forma debet specificè obseruari, & non sufficit notorietas, nec adimplementum per æquipollens, Lambert. *de iurepatron. lib.2.p.1 q.11.art.3.* latè Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.8.q.9.n.83. cum seqq.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 4. num. 9. cum seqq.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 9. cap. 2. num. 102. & 103.*

10 Hinc prouenit quòd cùm iuxta dispositionem Concilij Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 18.* & Bullæ Pij V, quæ incipit, *In conferendis*, in prouisionibus Parochialium Ecclesiarum requiratur examen pro forma, non potest illud omitti quamuis persona examinanda esset notoriè dignissima, ac sufficientissima, & insignis Doctor, vel Vicarius Generalis, seu Pœnitentiarius, aut in qualibet alia dignitate etiam maxima, vel eminenti littera

11 tura constitutus, vt declarauit Sacra eiusdem Concilij Congregatio, cuius verba referunt Gonzal. *d. gloss.4.n.91.* Nicol Garc. *d.p.9.c.2.n.103.* Ego *de officio & potest. Episcopi p.3. alleg.60, num.85.*

12 Et facit quod Flamin. Paris. *d.lib.8.q.9 num 90.* & Gonzal. *d. gloss.4.num 95.* & referunt de Felino Sandæo Iuris Canonici corypheo, qui cùm in Auditorem sacræ Rotæ electus fuisset, & ob notoriam suã sufficientiam examen subire renuisset, tandẽ sciens examen in Auditoribus Rotæ Romanæ requiri pro forma, illi libenter se subiecit. Et in nostro casu subsequuta obseruantia omne dubium tollit, nam cum Eminentissimus D. Cardinalis de la Cueua, de Canonicatu huius sanctæ Ecclesiæ Toletanæ prouisus fuisset, non obstante quod illius germanus frater vtrinque coniunctus ad eandem Ecclesiam

13 iam admissus fuerat, puritatis sanguinis probationem facere voluit, & solitum circa hoc examen subire passus fuit, quæ obseruantia subsequuta dubiam præcedentem dispositionem declarauit Caualcan. *decis. 28. n.63. & 64. p.2.* Surd. *decis.105. num.16. & decis.134. num.9.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.2 cap.377. num.18. cum seqq. & tom. 5. cap.978. num.27.* latè Castill. *controuers. lib.5. cap. 93. §.7. per tot.* ad quam inducendam vnicus suffi- 14
cit actus, vt expressè tradunt Ioan. de Solorzan. *de Indiarum iure, lib.2. cap.24.* Valenz. *cons.53. num.11.* vbi ait quòd non requiritur quod iudicatum fuerit super eo, Ioan. Anton. Bellon. *cons. 80. num.8.* Ioseph. Ludouic. *Perus. decis.29. num. 31.* Castill. *d. cap.93. §7. num.17.* quòd procedit licèt obseruantia esset contra verum intellectum dispositionis, Rota *decis.574. num.3. part.1. diuers.* ibi, *Est locus interpretationi ex vsu & obseruantia subsequutis etiamsi alius intellectus de iure verior esset*, Greg. XV. *decis. 184. num. 5. & 6.* vbi Beltram. *num. 8. lit. C.*

Ex quibus & aliis subtiliter adductis pro hac parte prætensum Ecclesiæ ius defendentes scripserunt doctissimi, & à me multis nominibus commendandi DD. mei D. Petrus de Zamora Hurtado, & D. Alphonsus de Morales Bellisteros illius S. Ecclesiæ Toletanæ dignissimi Canonici Doctorales.

Sed his non obstantibus pars negatiua in dubio proposito verior mihi visa fuit, ex fundamentis pro Eminentissimo D. meo adductis à doctissimis viris DD. Andrea Mangello Hispanicæ Nunciaturæ Auditore Generali, & Francisco Mancino Protonotario, & eiusdem Nunciaturæ Iudice Apost. meritissimo, & mei amicissimo, cuius scripturam in assequẽda præsentis casus veritate, quia alibi melius inueniri non potest, omnibus numeris absolutam hîc inserere non dubitaui, tenoris sequentis, videlicet.

Toletana Archidiaconatus.

Danda est immissio in possessione Archidiaconatus de quo agitur ad fauorem Eminentissimi D. mei, quia docetur de eius prouisione per litteras Apost. quæ quando sunt iustificatæ habent executionem paratam, *cap. si capitulo*, & ibi gloss. *de concess. præb. in 6* & cùm in proposito emanauerint motu proprio, non indigent alia iustificatione gloss. *in Clem. 1. verb. fuisse, de probat.* Rota *decis.645. n.2. p.3. recent.* & sæpè in aliis. 15

Non obstat quòd Capitulum non possit tradere possessionem petitam nisi præuia informatione habita de puritate sanguinis prouisi, iuxta dispositionem statuti Ecclesiæ Toletanæ, contra cuius statuti sanctionem Canonici operari nequeant attento iuramento per eos præstito super eius obseruatione, cum promissione de non petenda dicti iuramenti relaxatione, & de impetrata non vtendo.

Quia prædictum statutum non comprehendit hunc casum, & cum sit exorbitans, odiosum, & cõtra ius, vt per *cap. eam te, de rescript.* formauit in terminis Rota *in decis.307. num.1. coram Card. Mantica, & in decis. 67. n.32. p.1. recent.* est strictissimè interpretandum, *cap. statutum el 2. de hæret. lib.6.* Surd. *decis.167. num.17.* & alios plurimos congerit Escobar *de puritate sanguinis p.1. q.3. §.2.* 16

Quod autem præsentatus non sit comprehensus sub dicto statuto probatur ex duplici capite. Primò, quia prouisus est Cardinalis, qui non comprehenditur sub dispositione odiosa, cuius ratio Cardinalitiæ dignitati non est adaptabilis, Felin. *in cap. cùm in iure sub n.9. vers. secundo limita, de offic. deleg.* Card. Tusch. *tom.1. lit. C. concl.99. num.4.* Lotter. *de* 17

*re benef.lib.*1.*q.*8.*num.* 81.*cum seqq.* Barbosa *de iure eccles.vniuerso lib.*1.*c.*4.*n.*60.plenè Rota *in decis.*46. *numer.*10.*&* 15.*p.*5.*recent.* & coram Seraph.*decis.* 1144.& 1148.vtrobique *sub n.*3.

18 Rationem verò præfati statuti non esse adaptabilem Cardinalitiæ dignitati manifestè conuincitur,quia Cardinalis est propinquior Papæ, diciturque membrum,ac pars corporis illius, & filius specialis Ecclesiæ Catholicæ nuncupatur,*cap.felicis*,§.*vlt.de pœnis in* 6.adeò quòd inter Papam,& Cardinales non simplex vnitas, verùm etiam quædam identitas consistat,vt ponderat Ioan.Andr.*in cap.requisisti n.*12.*ad fin.vers. imo & quasi,de testam.*sequi-
19 tur Lotter.*vbi suprà n.*40.*&* 41. Qua ratione Cardinales non iurant fidelitatem Papæ. Host. *in cap. antiqua,de priuileg.*Garc. *de nobilit.glos.*48.§.3 *n.*46.
20 Et æquiparantur Regibus, qui non dedignantur Cardinalium collegio locum cedere,vt post Lotter. *vbi sup.n.*75.refert Barbos. *de vniuerso iure eccles.lib.*
21 1.*cap.*4.*n.*9.*&* 10.Et quòd in Cardinalibus resideat tota maiestas Reip. Christianæ tradit Iul. Clar. *in praxi crimin.*§.*fin.q.*98.*n.*5.*in fine verb. ego nunquam.*
22 Et idcirco qui offendit Cardinales incidit in crimen læsæ maiestatis, Anchar. *in d.cap.felicis per illum text.col.*2.*vers.quarto nota, de pœnis in* 6. Ioan. Andr. *in cap.ad Apostolicæ, verb. Cardinales, de sent.& re iudic.in* 6.Collegiumque Cardinalium di-
23 citur ipsius R.E. gremium, *cap.in nomine Domini, circa med.*13.*dist.*Roman.*cons.*498.*n.*10.Et Senatus diuinus appellatur,Barbat.*de præstantia Cardin.q.*1. *prima part.n.*25.Gambar.*de auctoritate legati à latere lib.*8.*tit. quia possit Legatus circa Indulgentias n.*12.

24 Vnde fit quòd si prouisus de hoc Archidiaconatu fuit effectus pars corporis Papæ, æquiparatus Regibus,reputatus dignus ingrediendi in gremiũ Ecclesiæ Romanæ,ac in Senatum diuinum,aliisque gaudeat prærogatiuis supra recensitis,multo magis hodie debet dignus existimari ingrediẽdi in Capitulum particularis Ecclesiæ Toletanæ absque alia puritatis informatione, ex vulgata regula, cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus,*l.fin.* iuncta glos. *C.qui ætat.lib.* 10.*cap. cum in cunctis in princ.*& *ibi* glos. & Canonistæ, *de elect.* cum aliis pluribus relatis per Euerard.*in locis legalib.fol.* 140. *loco a minori n.*1.vbi refert quòd noster quoque Saluator Iesus Christus vsus fuit tali argumento, & per consequens inadaptabilis redditur ratio dicti statuti in præsenti casu.

25 Quod confirmatur ex eo quòd Cardinales debent habere omnes qualitates requisitas in Episcopis,vt statuitur in sacro Concilio Trid.*sess.*24. *de reformat.cap.*1. sicut ergo Archiepiscopus Toleranus, qui dicitur caput Capituli, & potest in eo interuenire vti Episcopus. & vti Canonicus. Barbos.*de officio,& potest. Episcopi p.*3.*alleg.*73.*n.*17.*&* 18.non tenetur facere informationem super puritate sanguinis. ita & multo minus Cardinalis prouisus de hoc Archidiaconatu, qui ratione Cardinalatus maiori gaudet prærogatiua, quam Archiepiscopus,vt aiunt Host. & Ioan. Andr. *in cap. dilectus el* 1.*de præbend* Garc. *de nobilit.glos.*48.§.3. *num.* 41.*&* 53. plenè Lotter. *de re benefic.lib.*1.*q.*8. *num.* 57.*cum seqq.*

26 Rursus Cardinales nullius criminis, aut infamiæ nota aspersi esse debent,vt cautum est in Concilio Basiliensi *sess.* 23. cuius meminit Barbosa *de vniuers. Iure eccles.lib.*1.*cap.*3. *de Cardinalib.num.*29. Et quòd debeant legitimis,&honestis exorti natalibus,neque vlla prorsus labe,aut illegitimorum natalium suspicione quoquis modo laborent,sed omni macula,& impuritate caueant, alioquin ad tã eminentem dignitatis gradum penitus inhabiles,& illius incapaces sint, & esse censeantur, statuit Sixtus V. *in sua Constit.*50.*sub dat.tertio Non.Decembris* 1595.vbi præterea dicitur quòd nec legitimati per subsequens matrimonium admittantur,etiamsi tales legitimati originem trahant à Regibus, & magnis Principibus,reddo rationem, nempe ne Cardinalatus splendor,qui dignitati Regiæ comparatur deprimi,commaculari, aut quodammodo obscurari possit, & vt puriori dignitati puriores natales respondeant.

Eo igitur ipso quòd Papa aliquem ad Cardinalitiæ dignitatis fastigium extollit, declarat eum 27 esse sanguine purum, & habere omnes qualitates sacris Canonibus, & Pontificiis Constitutionibus requisitas, & propterea Garc.*de nobilit.* inter nobiles cum Papa, Imperatore ac Regibus annumerat Cardinales *d.glos.*48.§.3.*n.* 10.*cum seqq.*& per consequens nefas esset eiusdem Papæ declarationẽ infringere, prout certe fieret si admitteretur noua informatio super puritate requisita ex statuto Ecclesiæ Toletanæ,siquidem quod Papa approbat,nos quoque approbare debemus, glos.*in cap. si Romanorum* 19.*dist.*nec cuipiam licet sententiam Papæ retractare,*cap patet,cum seqq.*9.*q.*3.*cap.nemini* 17. *q.* 4.Papæ enim & Christi vnum dicitur tribunal & 28 consistorium,vt dicunt Doctores *in cap.* 2.*&* 3. *de translat.Episc.*Barbat.*de præstantia Cardinal.p.*1. *q.*2. *num.*3.*& q.*8.*num.*5.& ideo eius iudicium cæleste arbitrium appellatur *l.*1.*in fine C. de summa Trinit.* Lotter.*de re benefic.lib.*1.*q.*11.*n.*14.

Nec dicatur quòd puritas sanguinis requisita ex 29 dicto statuto sit diuersa ab illa puritate natalium requisita ex Constitutione Sixtina, & sic cesset illatio.Quoniam Pontifex si noluit admittere ad dignitatem Cardinalitiam filios Regum & aliorum Principum legitimatos per subsequens matrimonium, qui ad Episcopatus absque alia dispensatione promoueri possunt, vt pluribus relatis firmat Barbosa *de officio,& potest.Episcopi p.*2.*alleg.*10.*n.*33, *&* 34.& habentur pro veris legitimis *cap. tanta, qui filij sint legit.* & in Hispania admittuntur ex *l.*1, *tit.*11.*part...* non solùm ad ea quæ proficiscuntur à Iure Ciuili,sed etiam ad ea, quæ legibus municipalibus, & statutis competunt filiis legitimis, vt ponderat Garc. *de nobilit.glos.* 21.*n.* 62. & in specie loquendo de huiusmodi statutis post plures comprobat Escobar *de puritate sanguinis q.*4.§.6.*num.*16. *&* 17.vbi quòd debent admitti ad Communitates, & collegia absque vlla hæsitatione, multò minus voluit admittere descendentes ex radice infecta infidelium,qui sunt minus digni,& vere infames appellantur à Villadieg.*in l.*3.*glos.*3.*n.*4.*tit.*2.*lib.*12.*for.*,Azori.*instit.moral.p.*2.*lib.*6.*c.*4.*q.*26.*circa fin. vers. ego tamen*,latè Escobar *de puritate sanguinis q.*1.§. 4. *per totum*,& præcipuè *n.*7.*cum seqq.*

Sumpto argumento à maiori per text. *in cap.* 30 *vniuersi*,& *ibi* glos. *de testib.l.nec ex vera C. de acquir.possess.*cum aliis relatis per Nicol.Euerard.*in locis legalib. loco a maiori fol.*145. *n.*1.*cum seqq.* & per Augustin.Barbos. *de locis communib.argumentor.in his loco a maiori*,

Secundò principaliter præsens casus non com- 31 prehenditur sub dispositione dicti statuti, quia Eminentissimus D. meus prouisus de huiusmodi Archidiaconatu non solum ratione Cardinalatus, sed etiam ratione consanguinitatis est pars corporis Papæ, vt de Cardinale Burghesio nepote Pauli V.notat Theodos. Rubeus *in suis singularib.*

p.4.

part.4. de precedentia Protonotar. fol. 292. num. 88. & 89.

32 Cùm autem hoc statutum per se sit inualidum, & à sola Papæ confirmatione robur accipiat, vt resoluit Rota *in decis.196. num.2. in fine p.1. recent.* sicuti non comprehendit ipsum Papam confirmantem, ita nec minus eiusdem Papæ Cardinalem nepotem, & Papatus membrum, ex allegatis per Anchar. *in cons.295. num.7.* Non enim posset de puritate sanguinis D. mei Cardinalis inquisitio fieri, nisi fieret quoque Papæ eius patrui, quod quàm grande foret absurdum nemo est qui ignoret, ad quod euitandum debet restringi generalis dispositio

33 *l.2. C. de noxal. lib. action. l. vt gradatim §.1. ff. de munerib. & honor.* quod procedere etiam in dispositione statutaria voluit notabiliter Bart. *in repet. l. omnes populi in 6. q. princ. post init. ff. de Iustit. & iure,* sequitur Panor. *in cap. solitæ, de maior. & obed.* non enim est asserendum, dicendum, vel faciendum id, aut sumendus ille intellectus, ex quo sequi posset absurditas, inhumanitas, scandalum, vel inconueniens, vt ex pluribus exornat Euerard. *in locis legalib. loco ab absurdo num.2. fol.183. & sub n.4.* loquitur de statutaria dispositione.

34 Et facit conclusio quòd cessante ratione legis, seu statuti, vel occurrente casu aliquo qui non iudicatur à legislatore, seu statuente intentus, cessat & ipsa lex seu statutum, & per epicheam in casu particulari corrigitur secundum doctrinam Martini Bonac. *in tract. de legib. disp.1. q.1. puncto vlt. §.2. n.9. vers. quarto,* vbi loquens de casibus, qui per epicheã non censentur comprehensi in lege, sic ait. *Quartò quando casus aliquis occurrit, qui ex circunstantiis non iudicatur à legislatore intentus, & quod legislator excepisset si eum præuidisset,* sequitur Paul. Layman. *in sum. Theologiæ moral. lib.1. tract.4. c.19. n.1.* Si enim Pontifex, qui confirmauit statutum Toletanum fuisset interrogatus an sub illius dispositione voluisset comprehendere propriam prosapiam, & Cardinales, verisimiliter negatiuè respondisset, & ideo eodem modo nos respondere debemus, ex suprà ponderatis.

35 Beneque conueniunt annotata per Mynsinger. *cent.2. obser.54. num.1.* dum dicit quòd iudices etiãsi iusserunt seruare leges, Canones, & statuta, tamen ex magna & euidenti causa possunt ea transgredi, iuxta Innoc. *in cap. Canonum statuta, in vlt. glos. de constitut. & n.5.* subdit periurum non esse qui ex causa rationabili transgreditur statuta, ex Bald. *in l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his, qui not. infam.* & rectè ad propositum venit doctrina Paridis de

36 Puteo *in tract. de syndicatu verb. doctor n.3.* qui dum ageret de statutis requirentibus quod Potestatis assessor esset Doctor, dicit quod quamuis hoc gradu insignitus non sit, si tamen aliàs idoneus, & eminentis scientiæ esse reperiatur, hoc sufficit ad statuti verba, & mentem explendam, argum. *l. vnicuique C. de proxim. sac. scrinio. lib.12.* & eorum, quæ tradit Bald. *in l. sed reprobari ff. de excus. tutor.* Roman. *in l. quid tamen ff. de arbitr. & in l. cum quid ff. si certum pet.* quem locum refert & sequitur Ioan. de Solorzano *de Indiarum gubernat. tom.2. lib.3. c.13. num.43.*

37 Hinc etiam cessat fundamentum, quod posset forsan fieri in doctrina Escobar *de puritate probanda q.3. §.2. & 3.* vbi latè defendere conatur huiusmodi statutum esse fauorabile in quantum respicit communem Reip. vtilitatem, quia vltra quod potius ingeniosa, & subtilis quàm vera videtur eius opinio vti loquens contra inconcussam Rotæ opinionem supra relatam, quæ indubitanter præualere debet cum faciat communem contra communem ex notatis per Ceuall. *commun. in prooemio à n.25. vsque ad 29.* sequitur Gratian. *discept. forens. cap. 104. num. 56. & cap.266. à num.21.* quos refert Rubeus *in suis singularibus p.2. circa stylum, & obseruantiam Rotæ §.4. fol.15.* sufficit dicere quòd eius ratio non est proportionabilis Cardinalitiæ dignitati ad hoc vt ipsos Cardinales non comprehendat ex superius deductis, & signanter firmauit Rota *decis.1144. & 1148. n.3. coram Seraphino,* & multo minus Cardinalem Papæ ex fratre nepotem.

Prout non facit quod Eminentissimus D. Cardinalis de la Cueua, & forsan alij pro habenda possessione Canonicatus in dicta Ecclesia fecerint informationem super puritate sanguinis, iuxta dispositionem dicti statuti, quasi quod hoc deseruiat pro obseruantia interpretatiua, quia exinde non potuit oriri præiudicium aliis Cardinalibus, cũ priuilegium competẽs alicui cœtui & corpori vniuersarum personarum non tollatur, nec infringatur ex facto aliquarum earundẽ personarum, glos. *in c. dudum, in verb. de veritate, in fine, de elect.* Roman. *cons.374. n.5.* Menoch. *cons.3. num.55.* Rot. *decis.3. de procurator. in nouis, & in decis.288. n.16. p.5.* sicuti clericus nõ potest renuntiare priuilegio fori. Crass. *de effectib. clericatus effectu 1. n.45.* & fuit dictum *in Corduben. decimarum de Lucena 10. May 1635. coram Coccino.* 38

Nec actus gesti per D. Cardinalem de la Cueua possunt deseruire pro obseruantia interpretatiua, quia ad hoc vt obseruantia suffragetur, deberent actus probari cum scientia collegij Cardinalium, de cuius interesse & præiudicio agitur, Ror. *decis. 406. n.7. p.1. recent.* Immo cùm agatur de actibus factis sponte ab ipso Cardinali forsan ad ostendendum maiorem suæ familiæ splendorem in Hispania, vbi ob Maurorum occupationem spatio tanti temporis continuatam potest suspicari de macula puritatis sanguinis, non potest ex illis desumi obseruantia nisi doceretur actus fuisse obtentos in contradictorio iudicio audito ipso Cardinalium Collegio, ad not. per Castren. *in l. qui luminibus n.2. vers. sed tamen ff. de seruit. vrb. præd.* Gonzal. *super reg.8. glos.5. §.6. num.36. & 37.* Rota *decis.530. num.2. & 3. p.2. recent.* Et vlteriùs posset dici quòd dicti actus ex quo non fuerunt gesti per Cardinalẽ Papę ex fratre nepotem, eo minus possent deseruire pro obseruantia, quæ ad hoc vt suffragetur debet in specie & particulariter probari; ex allegatis per Rot. *in decis.451. n.7. coram Greg. XV.* 39

Ex quibus cùm constet statutum non comprehendere casum, de quo agitur, remanet libera Canonicis facultas tradendi possessionem petitam, licet ipsi (quatenus possent illæsa statuti obseruantia) facere profitentur absque quod aliquid sibi obstet iuramentum super obseruatione eiusdem statuti præstitum, quia si non obstat statutum, minus obstare potest iuramentum, quod sequitur naturam scripturæ, & actus, cui adiicitur, Gutier. *de Iuram. confirmat. p.1. c.37. num.2.* Gomes *in l.22. Tauri n.10. col. antepen.* Anton. Gabr. *commun. tom.3. lib.2. tit. de iureiur. concl.10.* 40

Præterea præsupponitur in litteris Apost. huius prouisionis adesse amplissimam derogationem, & in specie statutorum dictæ Ecclesiæ auctoritate Apost. confirmatorum & iuramento roboratorum, sed quia litteras prædictas non vidi, & potest dubitari quod derogatio quantumuis amplissima statutorum non tollat statutum respiciens certã formam, 41

mam,seruari debere,nisi in specie de illa forma sit facta mentio,vt tenuit Crauet.*cons.572.n.29*.quem refert & sequitur Tusch.*tom.1.lit.C.concl.349.n.10*. super hoc non insisto, maximè cùm neutiquam sit necessaria ex superius latè deductis,& ideo,&c.saluo,&c.Hactenus D.D. Franciscus Mancinus.

42 His ita eleganter à dicto D.meo exaratis, & negotio maturius discusso Capitulum Toletanum solita vtens,in Romanam Ecclesiam pietate absque vlla informatione procuratori Eminentissimi D. Cardinalis possessionem capitulariter, & de omniũ consensu libenti animo tradit: & ita controuersiæ finis feliciter impositus fuit. Dicebam in gratiã eorum,qui meruerunt eminẽtes in aliqua scientia appellari, & ob varia scripta in lucem edita insignes vocari, non esse certum quod suprà *num.* 14. adducebatur,quia,vt ait Rebuff.*in praxi benefic.tit. de Regia ad Prælat. nomin. verb. excellentis doctrinæ pag. mihi* 566 Doctor valde excellẽ & maximi nominis in Rota sine examine recipi potest,& debet.

DECLARATIONES EMINENTISSIMORVM AC REVERENDISSIMORVM DD. Cardinalium,sacris Ritibus præpositorum,& S. Concilij Trident. Interpretum.

1 AD instantiam D Ferdinandi Arias Vguarte Archiepiscopi Liman.in Indiis occidentalibus emanarunt Romæ quædam declarationes sacrarum Congregationum Eminentissimorum DD Cardinalium sacris Ritibus præpositorũ, & sancti Concilij Tridentini interpretum, quæ in Regio Indiarum Consilio Matriti præsentatæ, & ad illarum partes transmissæ, tandem circunferuntur impresse Limæ apud Hieronymum de Contreras anno Domini 1635.quarum cum hucusque notitiam non haberem,ne in lucubrationibus nostris deesse viderentur,eas hìc inserere operæ pretium duxi.

2 Ferdinandus Archiepiscopus de las Charcas in Indiis occidentalibus supplicat Dominationibus vestris illustrissimis, vt dignentur declarare infra scripta dubia pro gubernio suæ diœcesis, & Suffraganeorum.

I.Cùm *cap.8.de reform.sess.22*. tribuatur facultas Episcopis vt habeant ius visitandi Hospitalia,Collegia,& Confraternitates laicorum, *non obstantibus quacunque consuetudine etiam immemoriali*,&c Dubitatur an hæc vltima verba Concilij *non obstantibus*, &c.debeant intelligi etiam de consuetudine post Concilium introducta sciente, vel ignorante Episcopo in Visitationibus in futurum post ipsam consuetudinis introductionem,faciendis?

3 II. An approbatio obtenta per Sacerdotẽ secularem,vel Regularẽ ab Ordinario ad audiendas Confessiones,de qua *in c.15.de reformat.c.* 23. possit ab Episcopo successore pro suæ Conscientiæ securitate vsque ad nouum examen suspendi.

4 III. Dubitatur an Vicarius à Metropolitano deputatus in vim *c.16.de Reformat.sess.24* (quando in Sede vacante Capitulum ad quod spectat intra tẽpus à Concilio præscriptum illum non deputauit) debeat esse perpetuus, durante dicta sede vacante, aut amouibilis ad nutum Metropolitani?

5 IV. Dubitatur an iurisdictio correctio, & Visitatio in *c.11.de Regularib.sess.25*. Episcopis tributa super Parochis Regularibus, intelligatur eadẽ quã super Parochis secularibus habent, & ideo si dictos Parochos Regulares Episcopus poterit compellere ne excedant taxam ab ipso factam super emolumẽtis Baptismatũ,Matrimoniorũ,funeralium,& aliorũ, etiamsi ad hoc licentiam ab eorum Superioribus Regularibus, vel Capitulis Prouincialibus habeãt?

6 V. Cum *c.14.de Regularib.sess.25* det normã Episcopo procedendi in castigando delicta Regulariũ, qui degunt intra claustra, & extra ea notoriè cum scandalo delinquunt. Dubitatur an Episcopus statim habita notitia delicti possit capere informationem,& illam ad Superiorem Regularis mittere, vt nequeat de delicto ignorantiam præsumere?

VI.Dubitatur etiam an sufficiat quod Episcopus vna vice Superiorem Regularẽ moneat, eique terminum præfigat ad castigandam subditi delictum? Nam Religiosi aliqui in libris ab eis editis explicando verbum,*instante*,asserunt necesse esse Episcopum monere ac requirere dictum Superiorem duabus,vel tribus vicibus. 7

VII.Eodem *c.14*.præcipitur Superiori Regulari quod Episcopum certiorem faciat de punitione intra tempus ab eodem Episcopo præfixũ:modo dubitatur an sufficiat quod superior Regularis ad Episcopũ mittat copiam tãtũ sentẽtiæ(vt Religiosi dicũt)vel debeat remittere cũ omnia super delicto actitata ad effectum vt Episcopus videre possit si in hoc adimpleta fuerint verba Concilij *in d. c.* 14 scilicet,*fuerit puniatur*,necne? 8

VIII. Denique dubitatur an quod conceditur Episcopo in præfato Capitulo super regulari, qui intra claustra monasterij degit, & extra ea notoriè cum scandalo deliquerit, intelligatur etiam cum delictum commissum fuerit intra Ecclesiam, vel claustra? 9

IX Sacrũ Concil. *c.14.de Regular.sess.25*. decernit vt Episcopus bis examinet eas, quæ Moniales fieri volunt;primò scilicet quando habitũ suscipiũt, secundò verò tẽpore professionis.Dubitatur an hoc intelligatur etiam in monasteriis Superioribus Regularibus subiectis; & si Episcopus earundem Rectores compellere possit,ne habitum nouitiæ dent, nisi prius Episcopum certiorem faciant vt puellæ voluntatem explorare valeat? 10

X In Archiepiscopatu de los Charcas adsunt nonnulla monasteria Regularibus subiecta, in quibus quando Virgines habitum suscipiunt, raduntur eius capilli, qui in illis partibus sunt magnæ æstimationis dum in sæculo degunt, & potest esse quod parentes,vel alij consanguinei puellas ad ingrediendum monasteriũ & habitum suscipiẽdũ cogant. Dubitatur an Archiepiscopus ad obuiandum præfatum inconueniens possit compellere Rectorem ne radat capillos eiusmodi puellarum, priusquam earum voluntas ab Episcopo exploretur. 11

XI.Sacrum Concil.*cap. 22.de Regularib.sess.25*. decernit quod obseruentur,& executioni mandentur 12

tur omnia in præcedentibus 21. capitibus decreta, & inter alia non obstantia præsens existit, videlicet, *atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus etiam immemorabilibus*,&c. Dubitatur an præfata verba, *atque etiam consuetudinibus*, &c. intelligi debeant etiam de consuetudinibus post Concilium introductis,& sciente Episcopo, taliter quod eidem Episcopo in futurum præiudicium inferre nequeant?

13 XII. Idem *cap.22.* vt exequantur omnia cõtenta in capitibus præcedentibus de Regularibus & Monialibus, inter alia continet sequẽtia verba, videlicet. *Præcipit omnibus Episcopis in monasteriis sibi subiectis, & in omnibus aliis in Superioribus decretis specialiter commissis, &c. vt statim præfata exequantur.* Dubitatur modò an in dictis rebus Regularium & Monialium in quibus ipsi Episcopo tribuitur iurisdictio, possit Episcopus huiusmodi Regulares cogere & compellere sub censuris, aliisque remediis opportunis prout de iure? Aliqui enim Regulares in libris ab eis editis asserunt super illis verbis *cap. 13. accedere compellantur*, quod eo quia Concilium de censura mentionem non fecerit, Episcopus eos sub dicta pœna cogere nequit.

14 *Die decimanona Septembris MDCXXV. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum ad singula dubia superius proposita hunc in modum respondit*, videlicet.

15 Ad I. *ea verba esse intelligẽda etiam de consuetudine post Concilium sciente, & patiente Episcopo introducta.*

16 Ad II. *posse ad præscriptum constitutionis sanctæ mem. Pij V. quæ incip. Romanus Pontifex.*

17 Ad III. *eiusmodi Vicarium amoueri posse ad nutum ipsius Metropolitani.*

18 Ad IV. *in Regulares curam animarum personarum secularium exercentes in his, quæ dictam curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, Episcopum eadem auctoritate vti posse, quam in Parochos seculares, proindeque Regulares ipsos in emolumentis vt proponitur legitime percipiendis prohiberi posse ne excedant taxam ab Episcopo præscriptam.*

19 Ad V. *posse.*

20 Ad VI. *satis esse vt Episc. semel instet Superiori Regulari, eique tẽpus præfigat ad eiusdẽ Cocilij præscriptũ.*

21 Ad VII. *non sufficere vt Superior Regularis sententiam, aut etiam acta ad Episcopum transmittat, sed opus esse, vt de punitione ipsa, & sententiæ executione Episcopum certiorem faciat.*

22 Ad VIII. *facultatẽ Episcopo attributã in Regulares notoriè, & cũ scandalo extra claustra delinquentes vendicare sibi locũ etiam cum Regulares notoriè, & cũ scandalo intra Ecclesiã delinquunt, non itẽ si intra claustra.*

23 Ad IX. *ita esse intelligendum.*

24 Ad X. *posse compellere.*

25 Ad XI. *ita esse intelligenda.*

26 Ad XII. *in decretis Episcopo specialiter commissis sess. 25. de Regularib. licere eidem Episcopo ad illorum executionem Regulares compellere, etiam pœnis, & censuris ecclesiasticis.* Cosmus Card. de Torres. Prosper Fagnanus Secret. Loc. sigilli.

Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini.

27 Ferdinandus Archiepisc. Liman. in Indiis Occidentalibus supplicat declarari infrascripta dubia pro bono gubernio suæ Diœcesis, & Prouinciæ.

28 I. An Regulares possint facere processiones extra, proprias Ecclesias absque licentia ordinarij?

29 II. An Regulares debeant ire ad processiones publicas quãdo pro eis fuerint vocati ab ordinario.

30 III. An Regulares associaturi corpora fidelium defunctorum possint accedere ad domum defuncti, ibique expectare clerum secularem, seu debeant ire ad Parochiam & exire ab illa cum clero Parochiæ pro huiusmodi associatione?

31 *Sacra Rituum Congregatio ad relationem Eminentissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis Spinulæ respondit.*

32 Ad primum *non licere Confraternitatibus laicorum nec Regularibus habentibus claustra processiones facere extra claustra monasteriorum, carentibus verò claustris non nisi intra ambitum, hoc est prope muros Ecclesiarum, siue exeundo à ianua Ecclesiæ, & intrando per aliam, siue per eandem, & semper prope muros Ecclesiæ, extra vero ambitum Ecclesiarum non licere, nisi de licentia, consensu, aut etiam Cruce Parochi.*

33 Ad secundum *Regulares posse cogi ad publicas, & generales processiones.*

34 Ad tertium *Regulares vocatos ad funus conuenire debere in Parochialem, aut in aliam Ecclesiam iuxta loci consuetudinem, & nullo modo posse expectare per vias, aut ire ad domum defuncti, & ita in supradictis casibus omnino seruari mandauit, hac die 15. Decembris* 1632. Emmanuel Episcopus *Portuensis Card. Pius. Iulius Rospigliosius Secret. loc. sigilli.*

Eminentissimi & Reuerendissimi Domini.

35 Sacra hæc Congregatio fecit, & extendit infrascripta decreta ad instantiam Ferdinandi Archiepiscopi Liman; & quia nonnulli Religiosi aliorum Ordinum nõ specificatorum in dictis decretis prætendunt facere prohibita in eis: ideo supplicat declarari quod Decreta huiusmodi debent omnino comprehendere omnes Regulares, cuiuscunque Ordinis existẽtes, aut degentes in ciuitate, aut Diœcesi Liman. & quod ab eis, & eorum quolibet sint inuiolabiliter obseruanda.

36 *Sacra Rituum Congregatio in causa vertente inter Archiepiscopum Sanctæ Fidei noui Regni de Granada in Indiis Occidentalibus, & Reuerendos Patres Societatis IESV ex altera parte, audita relatione Illustrissimi Card. Sacrati, cui fuerat commissa, & citato, & audito procuratore generali dictæ Societatis, censuit posse Prælatos, & reliquos Patres Iesuitas benedicere paramenta, aliaque ornamenta Ecclesiastica, in quibus non adhibetur sacra Vnctio pro seruitio propriorum Collegiorum tantum. Pro aliorum vero seruitio non posse. Ea vero, in quibus adhibetur sacra Vnctio neque pro ipsorũ, neque pro aliorum seruitio posse benedicere, vel consecrare, & ita declarauit suis die 19. Februarij 1622.*

37 *Sacra Rituum Congregatio prædictum Decretum etiam quoad Religiosos Sanctorum Dominici, Francisci, & Augustini, ac B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum extendi debere censuit, & declarauit die 22. Martij 1625.*

38 *Sacra Rituum Congregatio censuit, & declarauit extendi debere præfata Decreta contra omnes Patres Societatis IESV, ac Religiosos Ordinum Sanctorum Dominici, Francisci, & Augustini, ac B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum existentes in ciuitate, & Diœcesi Limana, & inibi seruari hac die 30. Septembris 1628.*

39 *Sacra Rituum Congregatio respondit in suprascripto decreto comprehendi omnes alios Religiosos cuiuscunque Ordinis etiam non expressos in suprascriptis Decretis, & ita seruari mandauit in ciuitate, & Diœcesi Limana hac die 21. Augusti 1632.*

Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini.

40 Ferdinandus Archiepiscopus Liman. in Indiis Occidentalibus ad extinguendas lites, & obuiandum scandalis, quæ in sua diœcesi eueniunt, supplicat Eminentiis vestris, vt dignentur declarare infrascripta dubia.

41 Primò, an Episcopus possit denuntiare pro publico excommunicato Regularem & exemptum, vt euitetur ab omnibus, qui ob notorium delictum in censuras inciderit?

42 Secundò, an in Ecclesiis Regularium possint Sacerdotes seculares admitti ad celebrandam Missam contra Archiepiscopi prohibitionem?

43 Tertiò, dum in Iubilæis datur facultas, vt pœnitentes possint eligere quemlibet Confessorem ex approbatis ab Ordinario, intelligendum sit de Ordinario Confessarij, seu pœnitentis, & quomodo?

44 *De 29. Ianuarij 1653. sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum ad capita superiùs proposita secundùm ea, quæ proponuntur, respondit.*

45 *Ad primum Regulares exemptos, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, posse ab Archiepiscopo denuntiari excommunicatos, vt ab aliis euitentur.*

46 *Ad secundum, Archiepiscopum prohibere posse ne Regulares in eorum Ecclesiis Sacerdotes seculares exteros diuina Officia celebrare permittant, nisi priùs ab eodem Archiepiscopo visis litteris commendatitijs ipsi Sacerdotes admissi fuerint.*

47 *Ad tertium intelligi de Ordinario diœcesis, in qua Confessarius Confessiones audit.* Robertus Card. Vbaldinus. Franciscus Paulutius S. Congregationis Concilij Secret. Loc. sigilli.

Eminentissimi & Reuerendissimi Domini.

Ferdinandus Archiepiscopus Liman in Indiis Occidentalibus supplicat declarari infrascriptum dubium.

48 An Episcopi debeant prohibere tam Sacerdotibus, quàm Regularibus ne celebrent Missæ sacrificium in nauibus, tam dum nauigant, quàm dum non nauigant, sed vt vulgariter dicitur, *Estan surtas*?

49 *Sacra Rituum Congregatio respondit Ordinarios in casu proposito tam Sacerdotibus Regularibus, quàm secularibus prohibere debere die 12. Feburarij 1653.* Emmanuel Episc. Portuensis Card. Pius. Iulius Rospigliosius Secret. Loc. sigilli.

Toletana Dubiorum.

Ex diuersis Regnorum Castellæ, Legionis, Aragoniæ, & Valentiæ partibus pro veritate interrogatus Auctor de aliquorum dubiorum in praxi occurrentium decisionibus, breuissimè ad ea provt sequitur per litteras vt plurimùm respondit.

VOTVM Generale CXXVI.

1 *Confessarij absolutio vigore Bullæ Cruciatæ prodest solum pro foro interiori.*

2 *Confessario asserenti se absoluisse à censuris non est credendum in foro externo.*

3 *Beneficium Ecclesiasticum vt validè impetretur, sufficit absolutio virtute Bullæ Cruciatæ obtenta.*

4 *Vendere rem certo pretio si quis accipiat sine lucro, & pluris sua industria, & diligentia vendat, potest illud plus sibi retinere.*

5 *Promittens aliquid ob turpem, vel iniustam causam, an soluere teneatur? ostenditur.*

6 *Irregularia, & extraordinaria non comprehendit adæquatio, quæ resultat ex concessione ad instar.*

7 *Abbas æquiparatus Episcopo intelligitur consequi ea priuilegia, quæ sibi sunt proportionabilia.*

8 *Solo non cedit ædificium in alieno solo Ecclesiæ pecuniis constructum.*

9 *Præsentia, & non futura comprehendit æquiparatio ad instar.*

10 *Ordinaria via agere incipiens non potest reuertere ad executiuam.*

11 *Nisi intentant viam ordinariam cum protestatione.*

12 *Vel variatio liceret ex facultate per debitorem concessa.*

13 *Ordinare qui cœpit agere potest redire ad viam executiuam refusis expensis.*

14 *Præsumptio conseruandæ agnationis colligitur ex masculorum vocatione respectiuè facta in omnibus gradibus, & substitutionibus.*

15 *Testator, qui reiecit Presbyteros, Religiosos, & monasteria, intelligitur id fecisse propter cognationem.*

16 *Animus conseruandæ agnationis non præsumitur ex vocatione masculorum si in aliqua parte dispositionis vocaretur fœmina.*

17 *Intentum conseruandæ agnationis non cessat quando post masculorum vocationē, & in illorum defectum fœminæ, & ab eis descendētes substituuntur, dū masculi durāt.*

18 *Iniuria grauissima reputatur alapa.*

19 *Respublica, minor, & Ecclesia ex causa necessitatis ad soluendum æs alienū quando sua bona immobilia alienare possint?*

20 *Expensus litis, & alimenta recipiens non tenetur si succumbat ea restituere, aut si vicerit compensare.*

21 *Alimenta recipiens de restituendo in casu succumbentiæ nequaquam cauere debet.*

22 *Proprietas attendi non debet, vt ex eius pretio quis pauper consideretur, vel diues, sed ex redditu.*

23 Al-

23 Alimenta petere non potest qui ex officio vel artificio viuere potest decenter.
24 Fundus donatus, vel legatus a patre filio spurio loco alimentorum non transmittitur ad hæredes ipsius filij.
25 Militare aut alio modo victum sibi parere volentibus alimenta sunt præstanda.
26 Lex comprehendit bona extra territorium existentia quando omnes contrahentes sunt subditi vnius Principis, & intra eius territorium existunt.
27 Statutum quando vult habilitare, vel inhabilitare subditum, tunc comprehendit bona extra territorium existentia.
28 Potestas, non deficit in statuente, qui potest subditos inhabilitare ne succedant.
29 Inhabilitas, quæ personam respicit, eam afficit vndecunque vadat.
30 Lex quando est prohibitiua in personam, tunc comprehendit bona quamuis sint extra territorium existentis.
31 Maioratuum fundationes quando factæ sunt in aliquo Regno, tunc secundum illius leges procedendum, licet bona extra Regnum existant.
32 Dispositio quando loquitur de iuribus vniuersalibus tunc comprehendit bona intra & extra Regnum existentia.
33 Statutum quando est fauorabile, extenditur ad bona aliarum prouinciarum.
34 Fundi dominus an possit pro damno retinere bouem illic intrantem?
35 Animal retineri potest pro alimentis præstitis donec de eis sit illi satisfactum.
36 Expensas factas in alendo boue vel equo potest sine probatione repetere qui eas sustinuit.
37 Acceptare videtur litteras cambij qui eas recepit, & legit, nisi contrarium protestatus sit.
38 Territorium postea auctum consequitur ille, cui fuit concessum castrum cu territorio.
39 Reges Castellæ à quo tempore vtantur Catholici titulo.
40 Princeps non præsumitur ex causa iusta procedere quando facit contra ius gentium vel quando disponit velo leuato, & sine causæ cognitione, & non vocata parte, cui præiudicatur.
41 Instructa dicitur causa quando est in calculo ferendæ sententiæ.
42 Clausula, dummodo causa non sit instructa, de quo tempore intelligatur?
43 Citatio pro singulis horis, & diebus tanquam incerta nullius est momenti.
44 Facultas Regia ad validitatem maioratus est actus facultatiuus, atque extraiudicialis valens expediri etiam sine citatione.
45 Maioratus bona vt alienari valeant cum Regia facultate non requiritur consanguineorum citatio.
46 Priuilegij in impetratione non requiritur partis citatio.
47 Legum secularium, & statutorum politicorum ad obseruantiam non tenentur clerici vi coactiua.
48 Edicto de vendendo frumento, seu aliis mercibus certo & taxato pretio an comprehendantur clerici?
49 Reus necessarius sit clericus præueniẽs in capienda possessione hæreditatis vacantis.
50 Negotiatio, vel mercatura an & quando pauperibus clericis concedatur?
51 Conditio dicitur quando disponens vult aliquid impleri ante suam dispositionem, & in quo differat à modo.
52 Modus potius quam conditio in dubio præsumitur.
53 Mixta conditio pro impleta habetur quoties non potest impleri per factum eius in cuius persona impleri debet.
54 Mulier, cui fuit conditio imposita nubendi Petro, succedit acsi illi nupsisset, si Petrus prius cum alia matrimonium contraxit, vel per eum stetit quominus contraheretur matrimonium, vt num. 55.
56 Conditio apposita in fideicommissis, vel maioratibus ducendi consanguineam est valida, & intelligitur accedente Pontificis dispensatione.
57 Dispensationem si quis per grauamen impetrare teneatur, illam petere & solicitare omni cura tenetur.
58 Legatum reddit conditionale clausula si nupserit Titio.
59 Feudum si concedatur Italo in Germania debet concessio feudi regulari secundum consuetudinem Germaniæ.
60 Mulam conducens ad faciendum iter ad Toletum si iter faciat ad Hispalim tenetur de morte mulæ, nisi cum mula esset datus famulus.
61 Pensionem iam solutam pro domo conducta an possit repetere conducens, si domum deserat ex causa pestis?
62 Confessio sine dependentia qualitatis illi adiacentis potest admitti.
63 Vicario si à principio assignetur congrua, & per eum acceptetur, debet illa esse contentus, nisi in duobus casibus hic contentis.
64 Consentiens videtur constituere.
65 Vxor si donat de bonis viri, consentiente viro, non vxor videtur donare, sed persona viri.
66 Actus quotiescunque fieri non potest absque licentia alterius dicitur prouenire ab eo, qui eam concessit.
67 Actus tribuitur mandanti, & committenti, & non exequenti.
68 Assensu Pontificio, seu Regio pendente vbi contractus

contractus fuit celebratus sub conditione quod impetraretur, possunt partes à contractu resilire.

69 *Parti vnicuique intendenti contrahere in scriptis licitum est ante confectam scripturam à contractu resilire.*

70 *Partes tunc dicuntur intendisse contrahere in scriptis quando in ipso contractu ante, vel post fuit facta mentio de scriptura.*

71 *Debitum annuum ex contractu soluendum singulis annis potest peti, & vt debitor condemnetur ad soluendum singulis successiuis annis.*

72 *Executiua cœpta pro debito in certis bonis non potest creditor aliam intentare pro eodem debito in aliis bonis.*

73 *Moram vt creditor contrahat requiritur non tantum quod creditor sit interpellatus accipere, sed etiam quod cum effectu pecunia deferatur, nolitque recipere, & deinde consignetur, & deponatur.*

74 *Oblatio verbalis si fiat creditori, & ille sine causa recuset recipere, tunc constituitur in mora perinde ac si oblatio realis facta fuisset.*

75 *Tarditas creditoru in non petendo quod sibi debetur, non sufficit ad præsumendam solutionem.*

76 *Debitum non petens per quod tempus præsumatur habuisse satisfactionem?*

77 *Actiones licitum est emere minori pretio, quam quod continetur in obligatione.*

78 *Pretium iustum in nominibus debitorum quod sit?*

79 *Minus est habere actionem quàm rem.*

80 *Partem debiti soluens quando videatur solutionem partis in reliquam approbasse.*

81 *Cambij litteras dans debitor creditori non liberatur à solutione nisi cum effectu interuenerit solutio.*

82 *Ordinem iuridicum, vel statutarium in foro conscientiæ seruare tenetur debitor habens plures creditores priuilegiatos si omnibus soluendo non sit.*

83 *Debitor an teneatur ex fuga serui aut famuli differentis debitum creditori?*

84 *Exactor decimarũ potest domino fundi prohibere ne fructus ex fundo exportet nisi eo, vel eius nuntio præsente.*

85 *Iudex quilibet potest interponere decretum super alienatione rerum minoris.*

86 *Facultas Regia ad alienandum bona maioratus sufficit obtineri à Principe domicilij.*

87 *Delegatus extra locum commissionis de causa cognoscere non potest.*

88 *Depositioni præfectæ & consummatæ nõ præiudicat demonstratio erronea, seu falsa quando constat de re certa legata.*

89 *Liberationem plenissimam consequitur depositarius, qui de mandatò Iudicis depositum reddit.*

90 *Fœminæ comprehenduntur appellatione descendentium.*

91 *Hæredes donatoris succedunt in re donata alicui vt post eius mortem veniat ad quẽ donator nominauerit, si nominatione non facta decedat dictus donator.*

92 *Conditionẽ vel modum non recipit perfecta donatio ex post facto, nisi incõtinenti, &c.*

93 *Regis donatio etiam perfecta ex interuallo potest modificari.*

94 *Donatio facta ei, qui consentire non potest, illi acquiritur irreuocabiliter absque acceptatione.*

95 *Donatio si facta sit alicui, & filiis, aut filiabus, quos elegerit, vel voluerit, & electione non facta moriatur, omnes sũt admittẽdi.*

96 *Donatio vni facta vt post eius mortem cuidã tertio deueniat, reuocari potest respectu tertij.*

97 *Donatarij acceptationem, & consensum requirit donatio ad sui perfectionem, & quid de iure Castellæ*, num. 98.

99 *Filio spurio, vel incestuoso facta donatio valet de æquitate Iuris Canonici in quantitate necessaria ad alimenta.*

100 *Donatarius si prius decedat quam donator, donatio causa mortis tacitè reuocatur.*

101 *Donatarius & donator si eodem casu ruinæ, & naufragij simul moriantur, donatio firma remanebit.*

102 *Capitulationes quæ fiunt pro contrahendo aliquo matrimonio censentur illius pars.*

103 *Capitulationes non solùm ceasentur factæ respectu filij, sed etiam vxoris, aliàs fortasse matrimonium non contractura.*

104 *Maioratus fundati contemplatione matrimonij effectum sortiuntur, matrimonio postea annullato.*

105 *Matrimonio dissoluto non cessat effectus donationis contemplatione ipsius factæ.*

106 *Donatio facta ad suscipiendos Ordines sacros sustinetur mortuo donatario ante Ordinum susceptionem.*

107 *Mulier vt lucretur arrhas, seu donationem propter nuptias sufficit quod sit traducta ad domum mariti, & quod sit parata à marito cognosci, licèt ipse propter frigiditatem, vel aliam causam non potuerit copulam effectuare.*

108 *Hæredes donatarij ante acceptationem mortui donationem acceptare valent.*

109 *Donatarius donationem acceptare potest donatore mortuo.*

110 *Filiæ spuriæ à patre dos data valet in quantitate ad alimenta necessaria.*

111 *Filiæ spuriæ dos data, ea mortua redit ad patrem, vel ad suos hæredes.*

112 *Confessio dotis receptæ constante matrimonio nòn valet.*

113 Con

113 *Confeßio dotis receptæ facta constante matrimonio in vim præcedentis promißionis per scripturam vales.*

114 *Confeßio augmenti dotis suspecta est.*

115 *Nominatione semel facta ab eo cui competebat per contractum inter viuos, non licet electoribus variare.*

116 *Grauare electū nō potest is, cui ex dispositione legis, vel testatoris electio est cōmissa.*

117 *Variare an poßit vsque ad mortem eligens in vita si eligendi facultas restricta sit ad tempus mortis.*

118 *Duos adhuc eligere potest ille, cui data est facultas vt poßit vnum ex pluribus nominatis eligere.*

119 *Restituere iussus rem vni ex certis, potest ex illis certis plures eligere.*

120 *Grauare electum potest eligens in bonis, in quibus eligit, ad fauorem illorum, quos potuisset eligere.*

121 *Eleemosynā facere obligatus tenetur eā gratis donare per verā & formalē donationē.*

122 *Eleemosyna dicitur esse in præcepto quando neceßitas est extrema.*

123 *Superfluum naturæ, & personæ habens tenetur illud erogare pauperculis de præcepto, etiamsi non patiatur extremam neceßitatem naturæ.*

124 *Gabellam soluere tenentur ementes fructus, & redditus Ecclesiasticorum.*

125 *Redditus aliquos emens ad eius vitam possidendos licite emit, etiamsi multo tempore superuixerit.*

126 *Tribunal à ciuitate potest Episcopus amouere ad breue tempus, & cum iusta causa.*

127 *Causam pendentem coram Vicario suo potest Episcopus ad se auocare.*

128 *Sanctis nondū canonizatis non potest Episcopus mādare vt cultus publicus exhibeatur.*

129 *Locum vt Canonico competentem habere debet Episcopus, qui tanquam Canonicus in Capitulo aßistit.*

130 *Fori priuilegio renunciare non possunt Equites Ordinum Militarium.*

131 *Deducta incidenter in vno iudicio possunt plenius discuti in alio.*

132 *Litis ingressum impedit exceptio non obseruati contractus.*

133 *Statutum omnes exceptiones excludens minimè excludit exceptionem non obseruati contractus.*

134 *Exceptio non obseruati contractus potest opponi post sententiam definitiuam, & in executione chartæ executoriæ.*

135 *Exceptio non obseruati contractus potest suppleri à Iudice parte non opponente.*

136 *Probatio incontinenti admittitur, & impedit executionem in causis summariis.*

137 *Exclusio temporalis de certa persona operatur vt censeatur dicta persona exclusa, non verò sequentes in gradu.*

138 *Impeditus & temporaliter exclusus sequenti in gradu locum dat.*

139 *Exclusio absoluta, & perpetua in tota linea primi exclusi operatur.*

140 *Matre exclusa absolutè & simpliciter, omnes eius filij, & descendentes exclusi remanēt.*

141 *Exclusio fœminæ quando est temporalis, scilicet quamdiu extiterint masculi, illis deficientibus illa cessat.*

142 *Testamentarius non tenetur officium acceptare si nihil ei relinquatur pro executione testamenti.*

143 *Salarium quādo executori præstari debeat?*

144 *Portio aßignata cuilibet ex testamentariis nominatis, vno mortuo, vel acceptare nolente accrescit alteri acceptare volenti.*

145 *Portio minuitur diminuto onere.*

146 *Vectigalium exemptio generaliter exceptis certis casibus concessa est generalißima in casibus non exceptis.*

147 *Immunitas per verba generalia concessa comprehendit collectas ratione belli superuenientis de nouo impositas.*

148 *Priuilegium exemptionis, seu immunitatis gratuito per viam contractus concessum extenditur ad onera, & gabellas de nouo post priuilegium impositas.*

149 *Signatura & Rota solet concedere exemptionem à Superioris iurisdictione durāte lite super, vbi ipsa litem grauem & non temere susceptam cognouerit.*

150 *Lite pendente negotium deuoluitur ad Iudicem suspensa Superioris iurisdictione super eadem causa, de qua dubitatur.*

151 *Subditi subducuntur à iurisdictione superioris ex eius moribus asperioribus, aut prauo iurisdictionis vsu.*

152 *Pars quæ petit assessorem, vel consultorem debet soluere expensas cum eo factas.*

153 *Expensæ præstari debent ab eo, qui petit actum fieri.*

154 *Assessoris consilium si per Iudicem motu proprio assumatur expensæ sunt partibus communes.*

155 *Fama in antiquis, & in ardua causa quando probat.*

156 *Testes in minori numero deponentes de bona fama præferuntur testibus in maiori numero deponentibus de mala fama.*

157 *Familiaritatis iure quæ fiūt non constituūt aliquem in posseßione ad præscribendum.*

158 *Posseßio, vel quasi non acquiritur per mille actus, qui communiter fieri solent iure familiaritatis.*

159 *Fideicommissarius ad hoc vt sit legitimus contradictor ad impediendam hæredis posseßionem, quæ requirantur.*

160 *Maleficium debitoris non auget per se fideiussoris obligationem.*

161 *Fideiussor non tenetur pro eo, quod venit ratione incidentis negationis.*

162 *Fideiussor videtur se obligasse pro originali, non pro accidentali debito.*

163 *Fideiussor non obligatur pro eo, quod accreuit ob moram debitoris.*

164 *Donationem propter nuptias non potest filius retrocedere patri in fraudem vxoris.*

165 *Filius non potest retrocedere capitulatam maioratus institutionem.*

166 *Consentire non potest filius quod maioratui alia onera apponantur in præiuditium successorum.*

167 *Primogenitus filius quando vocatur ad maioratum vocatio hæc restringitur ad filios immediatos primi gradus.*

168 *Filius fam. de tertio bonorum suorum in præiuditium parentum disponere potest.*

169 *Restitutionem in integrum aduersus oblationem factā post terminos subhastationis non potest petere fiscus in præiuditiū tertij.*

170 *Functiones fiscales Baroni per verba vniuersalia concessæ comprehendunt focularia de nouo aucta.*

171 *Beneficialium fructuum appellatione non comprehenditur illud quod voluntariè, & extra ordinem præstatur alicui beneficiato in die suæ receptionis ad beneficiū.*

172 *Baro quicquid acquirit ex donatione, seu concessione Regia non venit in fructuum restitutione.*

173 *Liquidatio fructuum est facienda in mediocri summa quando testes deponunt de maxima, media, & minima.*

174 *Rebellis quando quis dicatur fugiens ad patriam rebellatam.*

175 *Qualitas requisita ad successionem debet interuenire de tempore vacationis.*

176. *Qualitas mulieris vt succedat, vel excludatur, inspicienda est de tempore, quo hæreditas defertur.*

177 *Hæres cum beneficio inuentarij non obligatur vltra vires hæreditarias.*

178 *Hæres pro actionibus pœnalibus contra defunctum introductis non tenetur nisi in quantum ad ipsum peruenerit.*

179 *Hæres adiens hæreditatem sine confectione inuentarij tenetur soluere debita & legata etiam vltra vires hæreditarias, non tamen in foro Conscientiæ, vt n. 180.*

181 *Indicia suis ponderibus examinata ad capturam aptiora sunt, & ad torturam.*

182 *Probatio plena & concludens requiritur in crimine hæresis vt quis pœna ordinaria condemnetur.*

183 *Præsumptiones, & indicia sufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariā, & purgationem, seu abiurationem indicendā.*

184 *Inquisitores Fidei muros tutantur, eiusdēque fidei indagatores, & exploratores sūt.*

185 *Inquisitores quare Crucem vestibus assutam præferunt.*

186 *Officij sanctæ Inquisitionis primaria cura est Fidem orthodoxam defendere, &c.*

187 *Inquisitionis sanctæ officio debentur innumera bona, quibus nostra Hispania Dei beneficio exultat.*

188 *Imperium temporale tutum reddit Fidei Catholicæ defensio.*

189 *Inhibitio obtenta post elapsum tempus ad appellandum non debet attendi.*

190 *Iudex a quo non obstante inhibitione Superioris subreptitia potest suam sententiam exequi.*

191 *Attentata non causat inhibitio superioris subreptitia.*

192 *Institor, qui dominum ratione contractus ad interesse obligare valet, non potest pro culpa seu delicto illum obligare.*

193 *Lucri cessantis, seu damni emergentis interesse in multa dari potest, intellige vt ibi.*

194 *Hæredes non describentes omnia bona in inuentario non amittunt illius beneficiū quando omissiones non sunt dolosæ.*

195 *Audientiam gratam, & benignam præstare debet Iudex.*

196 *Causam in negotio principali retinere potest Iudex superior quādo inferior in aliquo incidenti grauauit appellantem.*

197 *Iudex potest finito officio aliquid recipere à parte pro qua tulit sententiam, sponte tamen & sine fraude offerente.*

198 *Consultorem litterarum tenetur assumere Iudex imperitus.*

199 *Exceptiones oppositas reiicere videtur Iudex ad vlteriora procedens.*

200 *Iudex debet esse certus de sua iurisdictione.*

201 *Exceptiones dilatoriæ debent regulariter ad definitiuam reseruari.*

202 *Requisitoria an sit iustificata, & exequibilis, cognoscit Iudex requisitus.*

203 *Delegatus, cui causa appellationis super adiudicatione alicuius beneficij commissa est, non potest instituere.*

204 *Notarium mutare ad sui libitum potest Iudex delegatus.*

205 *Vocans aliquem Iudæum ligatur* l. 2. tit. 14. lib. 8. Recop.

206 *Castri, aut loci in generali donatione, seu concessione non venit iurisdictio.*

207 *Iudicium confirmat ius superueniens post litem contestatam.*

208 *Subiectionis ius respectu vasallorum pertinet ad eos tanquam ad singulos.*

209 *Filiis in vita parentū nō debetur legitima.*

210 *Supplemen*

210 *Supplementum legitimæ spatio 30. annorum præscriptum præsumitur.*
211 *Spurij filij legitimatio potest fieri post mortem patris ex ipsius præordinatione.*
212 *Bonorum in possessionem mitti debet legitimatus à Principe, non obstantibus oppositionibus, quæ contra legitimationem fiunt.*
213 *Filiarum legitimarum nulla facta mentione quando legitimatus à Principe censeatur rectè legitimatus?*
214 *Persona habilitas in quocunque iudicio ante omnia iustificanda.*
215 *Exceptio ex personæ incapacitate resultans nunquam censetur exclusa.*
216 *Litteratis librorum copia necessaria.*
217 *Filius non tenetur conferre libros sibi à patre donatos, & intellige vt ibi.*
218 *Maior licitatio vltra iustum pretium ob æmulationem facta non est admittenda.*
219 *Subhastationis post lapsum termini non potest licitator admitti.*
220 *Licitator prior est præferendus si dare vellet quantum ab alio postea fuit oblatum.*
221 *Institutio maioratus in vna scriptura à marito & vxore facta in se continet duas dispositiones.*
222 *Testamentum à marito & vxore insimul confectum potest postea quilibet eorum pro sua parte reuocare.*
223 *Maioratus à marito & vxore simul fundatus potest ab vno eorum reuocari pro sua parte ante traditam possessionem, si alter mortuus sit.*
224 *Primus successor in maioratu non tenetur soluere debita contracta post fundationẽ.*
225 *Maioratus quando Regia facultate fundatur, potest de facili mutari alia simili facultate obtenta.*
226 *Princeps in successione maioratus potest ius competens substitutis de futuro derogare.*
227 *Institutor maioratus quando absolutè & genericè fœminas propter masculos à maioratus successione exclusit, talis exclusio intelligitur propter masculos eiusdem lineæ, & gradus.*
228 *Statutum excludens fœminas dotatas propter masculos, intelligitur de masculis eiusdem lineæ & gradus.*
229 *Possessor maioris dubiam illius dispositionem interpretari potest.*
230 *Maioratus duo an & quando in vna persona consistere & permanere valeant, late ostenditur.*
231 l. Hisp.7.tit.7.lib.5.Recop. *tribus modis limitatur.*
232 *Malum non est præsumendum de illo, qui bene vixi*
233 *Vir honestus, & prouidus non præsumitur aliquid perperam fecisse, aut facturũ esse.*
234 *Mors mala putanda non est quam bona vita præcessit.*
235 *Scotus viuus fuit sepultus.*
236 *Vocatio facta intelligitur de masculis eiusdem lineæ, & gradus vbi masculi sunt vocati successiue, & in eorum defectum vocantur fœminæ.*
237 *Verbum* mentiris *est iniuriosissimum.*
238 *Testari liberè potest minor sicut maior.*
239 *Tiberius Cæsar in ætate nouem annorum orationem dictauit in sui parentis morte.*
240 *S. Augustinus in ætate 19. annorum Rhetoricam publicè in patria sua docuit.*
241 *Neruæ filius in ætate 17. annorum publice in iure respondit.*
242 *Baldus in ætate quindecim annorum publice repetitionem dictauit, & idem fecit Fulgosius.*
243 *Polytus Senensis in ætate 16. annorum millia iuridica paradoxa publice defendit.*
244 *Principis ex priuilegio an monopolia exerceri valeant?*
245 *Ciues ditiores quando compelli possint mutuare pecuniam ciuitati?*
246 *Rex pro defensione patriæ potest cogere subditos diuites, vt sibi mutuẽnt pecunias.*
247 *Mutuantes coactè ciuitati possunt aliquid accipere ratione lucri cessantis, vel damni emergentis.*
248 *Coactus ciuitati mutuare potest pacisci de aliquo lucro.*
249 *Valor mutuatæ rei si crescat, vel decrescat cui cedat damnum.*
250 *Priuilegiis ordinariorum officialium non gaudent suprà numerarij.*
251 *Qualitas duplex quando in eadem persona concurrit, illius qualitatis consideratio habenda, cuius contemplatione actus geritur.*
252 *Rem meliorem non potest pater sibi assumere in tertiam, & deteriorem relinquere filiis.*
253 *Meliorare in tertio & quinto bonorum potest pater duos filios, & ad tempus.*
254 *Mutuum filiofam. datum causa studij quando teneatur pater soluere?*
255 *Expensas pro quibus disciplinis à filio addiscendis pater præstare teneatur?*
256 *Beneficiarius pensione grauatus satisfacit relinquendo & cedendo fructus beneficij.*
257 *Regressarius post purificatum regressum non tenetur soluere pensionem de consensu titularis reseruatam.*
258 *Beneficium impetrans sub narratiua quod sit certa pensione grauatum non censetur illi consensisse.*

259 Illegi

259 *Illegitimus prima Tonsura initiatus ex dispensatione Episcopi, absque alia capax sit pensionis.*

260 *Intrusus in beneficio, qui percepit illius fructus tenetur soluere pensionem.*

261 *Successor in beneficio pensione grauato tenetur ad illius solutionem actione reali & personali.*

262 *Obligatio soluendi pensionem non alteratur mutatione personæ in beneficio pensione grauato.*

263 *Conuentionales pœnæ, non debentur nisi quatenus concurrunt cum interesse.*

264 *Conuentionalis pœna peti non potest verificato quod interesse non concurrit.*

265 *Damnum vbi non adest, ibi condemnatio fieri non potest.*

266 *Contractus nullus, & inutilis non transfert possessionem.*

267 L. sed etsi 25. ff. de donat. inter, & l. si vir vxori, ff. pro donato, *declarantur.*

268 *Participatio cum alio facit cessare prærogatiuam vnitatis, & singularitatis.*

269 *Probandi onus transfert in prætendentem contrarium qui dicit nulla alia bona possidere præter à se relata.*

270 *Rex tanquam Comes præstat præcedentiam Duci in illis actibus, in quibus Rex tanquam Comes assistit.*

271 *Rex super Cardinales, an & quando habeat præcedentiam.*

272 *Rector in actibus Vniuersitatis præcedit Episcopo scholari.*

273 *Inquisitores in causis Fidei præcedunt Episcopo.*

274 *Iuniori quando debeatur præcedentia?*

275 *Episcopus est Iudex competens inter laicos super iure cedendi in honorabiliori loco Ecclesiæ.*

276 *Bona ad vsus communes vicinorum deputata sunt præscriptibilia quando ea possidens cum immemoriali priuilegium allegaret.*

277 *Titulus insufficiens cum obseruantia 40. annorum sufficit in materia præscriptibili ad acquirendum dominiũ, & validitatẽ.*

278 *Præscriptio non interrumpitur per litem in qua quis obtinuit.*

279 *Impatientia sola, & resistentia verbalis sola sufficit ad præscriptionem iurium, & incorporalium, siue seruitutis.*

280 *Princeps de plenitudine potestatis etiam sine causa potest derogare iuri non plene quæsito, vel quod consistit tantum in spe.*

281 *Res priuatorum auferre, & præiudicare interessatis potest Princeps faciendo legem generalem.*

282 *Substitutorum iuri potest Princeps derogare.*

283 *Substitutiones derogare potest Princeps ob priuatam vtilitatem.*

284 *Princeps potest de feudis antiquis erigere primogenituram in præiudicium vocatorum.*

285 *Contrahere aut aliquid de suo dare non dicitur Princeps concedens alicui contractui suum consensum, & facultatem.*

286 *Concordare partes etiam inuitas potest Princeps ad lites, & scandala vitanda.*

287 *Causas & lites, alibi vertẽtes potest Princeps propria auctoritate ad se auocare.*

288 *Causam ad se auocare potest Princeps, & sua manu Regia abbreuiare propter potentiam litigantium.*

289 *Priuilegium à Principe subdito concessum potest ab eo Principe tolli, vel reuocari.*

290 *Priuilegia ex contractu, & causa onerosa concessa non comprehenduntur in generali derogatione priuilegiorum.*

291 *Immunitatis priuilegium extenditur ad personas, & bona post priuilegiũ quæsita.*

292 *Incolæ de nouo superuenientes comprehendit priuilegium immunitatis.*

293 *Gabellas superadditas comprehendit priuilegium de percipiendis gabellis.*

294 *Villas de nouo auctas comprehendit priuilegiũ concessum ab Imp. villis ciuitatũ.*

295 *Collegio sexdecim virorum concessum priuilegium extenditur ad septem collegas postmodum prædicto priuilegio additos.*

296 *Falsus procurator quibus modis dicatur? ostenditur.*

297 *Gesta à procuratore sine mandato possunt à domino ratificari vt retroacta valeant.*

298 *Ratificationis alicuius actus natura est, vt operetur vt valeat idem actus ac si à principio valide fuisset gestus.*

299 *Ratificatio post oppositionem factam de defectu mandati nihil operatur.*

300 *Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij.*

301 *Instrumentum potest licite retineri procuratore quousque ei sit satis[illegible] de sumptibus.*

302 *Scriptum, vel instrumenta pro salar[illegible] tineri non possunt.*

303 *Procurator generalis Ordinis non p[illegible] comparere pro vno Conuentu, inte[illegible] vt ibi.*

304 *Causa iusta ad appellandum non est p[illegible]curatoris negligentia in appellando, v[illegible] in prosequendo appellationem.*

305 *Procurator simpliciter ad causam d[illegible] licèt posset appellare, non potest prosequi appellationem.*

306 *Appellationis prosecutio an sit de appenditiis instantiæ?*

307 *Do*

307 *Donare an & quando importet promißio donandi?*
308 *Meliorandi promißio adimplenda.*
309 *Maioratum instituendi promißio idem est ac instituere.*
310 *Protestatio in iudicialibus repeti debet in quolibet actu.*
311 *Rationes reddi debent non in loco domicily, sed in loco administrationis.*
312 *Instrumenta antiqua non indigent solemni recognitione.*
313 *Scripturæ priuatæ recognitio quomodo facienda? ostenditur.*
314 *Exceptio recusationis admittenda dum causa post litis contestationem orta est, aut de nouo ad notitiam partis peruenerit.*
315 *Reductio ad Ius commune plura operatur.*
316 *Factum solius Prælati præiudicat Ecclesiæ quando per illud reducimur ad Ius commune.*
317 *Relatum est attendendum vbi aliter loquitur quam referens.*
318 *Regalia non comprehenduntur in donatione à Rege facta de castro, seu villa cum omnibus iuribus, &c.*
319 *Portugalia & Aragoniæ Regna sunt æque principaliter vnita Regno Castellæ.*
320 *Relatio semper intelligenda habito respectu ad ea, in quibus specialiter relatio conuenit.*
321 *Dispositioni referenti quando sequeretur repugnantia, & contrarietas, relatio nihil operatur.*
322 *Clausula referens quando habet perfectam dispositionem, & ad aliam refertur non debet attendi dispositio relata.*
323 *Reseruatio nihil dat, vel adimit, sed tantum conseruat ius quod quis habet.*
124 *Papæ reseruatio concurrentibus pluribus reseruationibus personalibus, tanquam illustrior debet praualere.*
325 *Restitutio an & quando differri poßit ob neceßitatem restituere debentis.*
326 *Retẽtio datur regulariter pro melioramentis.*
327 *Exceptio retentionis prætextu melioramẽtorum in executione sententiæ opponi potest.*
328 *Prælato, vel clerico datur retentio pro expensis. & melioramentis in rebus Ecclesiæ de bonis ipsius clerici, vel Prælati factis.*
329 *Salarium non conuentum quando debeatur agentibus, & solicitatoribus causarum?*
330 *Officialis iniuste impeditus officium exercere an consequi debeat salarium totius temporis, quo fuit impeditus.*
331 *Scientia in aliquo casu desiderata qualis debeat interuenire?*
332 *Scripturæ simplici credendum in odium impedientium illius productionem.*
333 *Sententia in fauorem condemnati in dubio interpretanda vt minus ei noceat.*
334 *Sententia est stricti iuris, & strictè venit interpretanda.*
335 *Sententia semper præsumitur lata ex ea causa ex qua proferri de iure debuit.*
336 *Successoribus non citatis præiudicat sententia lata contra maioratus possessorem.*
337 *Beneficij super qualitate sententia prolata afficit illud quoad omnes.*
338 *Instrumenti pro valore lata sententia iuuat omnibus interesse habentibus.*
339 *Nullitas quando est notoria, & ex actis euidenter constat, obiici potest de nullitate trium sententiarum, non obstante* Clem. 1. de re iudic.
340 *Legitimationis in tempus institui potest filius spurius.*
341 *Statutum conceptum in personas, vel in res non extenditur extra territorium.*
342 *Statutum ne vllus conducat vinum extra territorium non comprehendit clericos.*
343 *Substitutio subsequens intelligitur quatenus priores substitutiones purificarentur.*
344 *Legando testator in codicillis non videtur in dubio receßisse à priori voluntate posita in testamento.*
245 *Summariæ testes solum ad capturam deseruiunt.*
346 *Torqueri debent testes varij ad eruendam veritatem.*
347 *Transactio facta super re non dubia & lite certa est ipso iure nulla.*
348 *Transactio facta super re certa præsumitur facta mala fide.*
349 *Alienari non poßunt vasalli inuiti, nec ad alium dominium transferri.*
350 *Subditi possunt resistere domino ne alienet castrum vt subiiciantur alteri domino.*
351 *Domini terrarum multas molestias suis vasallis faciunt.*
352 *Vasallus Regis esse potius quis desiderat quàm alterius.*
353 *Rex vbicumque terras vendere intendit, possunt vasalli libertatem suam emere.*
354 *Conductoribus vectigalium quando facienda sit remißio, ostenditur.*
355 *Partes duæ ex tribus vicinorum debent in pleno Consilio vniuersitatis interuenire.*
356 *Vicini vota sua collegialiter, & in vnum conuocati dare debent.*

357 *Priuilegiis vniuersitatis non potest maior pars renuntiare.*

358 *Pars minor praeualet fauore libertatis consequendae.*

359 *Ius subiectionis respectu vasallorum pertinet ad vasallos tanquam ad singulos.*

360 *Ius vendicandi libertatem cuilibet ex ciuilibus in solutum pertinet.*

361 *Dominij in iure non potest maior pars minori praeiudicare.*

1 Absolutio à Confessario obtenta vigore Bullae Cruciatae an suffragetur in foro contentioso? Resp. negatiue, & solum prodesse pro foro interiori & Conscientiae quoad Deum: Poenitentia enim, quae imponitur à Confessario, tendit ad illum finem, nempe vt per eam poenitens satisfaciat Deo, & ipsi reconcilietur; poena autem, quam subire deberet in foro externo propter scandalum spectat ad vindictam publicam, & Reip. satisfactionem. Ita Ledesma *in 2. part. 4. sent. quaest. 26. art. 1. in fine,* Cou. *in cap. alma mater part. 1. §. 11. num. 16.* Villalob. *in sum. part. 1. tract. 27. claus. 9. numer. 24.* Nau. *cons. 47. de sent. excom.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 2. num. 10. & 15.* Henriq. *in sum. lib. 7. de Indulg. cap. 13. n. 2. in fine,* Ludou. à Cruce *in expos. Bullae disput. 1. cap. 4. dub. 3. num. 3.* Trullench *etiam in exposit. Bullae Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 9.* Vnde simplici 2 attestationi Confessarij asserentis absoluisse à censuris non esse credendum in foro externo dixerunt Emman. Roder. *in comment. ad Bullã Cruc. in addit. §. 9. num. 51.* Nauar. *in man. cap. 27. num. 47.* Peña *in direct. Inquisit. part. 2. ad Concil. comm. 25.* Et addit cum Fr. Emman. Rodrig. Trullench *vbi supra n. 3,* satis esse Confessarium testari de absolutione si concurrat testimonium duorum testium asserentiũ Poenitentem esse absolutum; & post eundem Fr. Emman. Rodrig. docet Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. absolutio differ. 5. num. 6.* in vno casu prodesse talem absolutionem pro foro exteriori, nimirũ si pars laesa fuerit, & iam ei satisfactum est realiter, & cum effectu, vel cũ ea cõcordauerit, & videtur sequi Trullench *d. dub. 9. n. 4.* Sed quia Auctores non bene inter se stant, alij cõtrarium tenentes, alij intelligentes modò excõmunicatio sit occulta, alij vero distinguentes inter excommunicationem ab homine & à iure, ideo securius esse existimo absolute respondere vt in principio.

3 Absolutio virtute Bullae Cruciatae obtenta an suffragetur ad effectũ validitatis impetrationis beneficij ecclesiastici? Resp. illam suffragari secũdùm Calder. *cõs. 2. de testib.* quẽ semper Rota sequuta est, vt apud Crescent. *decis. 14. de probat.* & in terminis sanctae Cruciatae *in Astoricen. Archidiaconatus 17. Iunij & 23. Nouembris 1593. coram felicis record. Clemente VIII. & decis. 573. part. 3. diuers.* Quodque nec aduersari videtur opinioni, quam Gutier. *canon. lib. 1. c. 2. n. 10. & 15.* verissimam appellat, quoniam cùm beneficium ecclesiasticum tanquã Christi patrimonium quid nec spirituale censeatur, & absolutus in vim Cruciatae sit verè apud Deum ab omnibus censuris etiam in Bulla Coenae Domini contentis innodatus, consequenter etiã erit capax beneficij, & absolutio vigore dictae Cruciatae pro impetratione gratiae opitulabatur, quod & signãter admittit Nauar. *cons. 47. n. 3. de sentent. excom. secundùm Venetam impress.* & cẽsuit Rota *in Oxomen. Canonicatus 2. Martij 1622. coram bonae mem. Merlino.*

Accipiens rem certo pretio vendendam si pluris 4 sua industria & diligentia vendat, an possit illud plus sibi retinere? Resp. affirmatiuè, quia nullam iniustitiam committit praestando domino vel quod ipse taxauit, vel quod communiter iustum erat, vel id in quod alter non ita industrius venderet; industria enim propria iustum titulum hac in specie tribuit, dummodo pro ea, & suo labore aliud non capiat stipendium, quia tunc eius ratione aliud lucrum non poterit accipere, vel modo non promiserit gratis venditurum, vel domino redditurum quicquid propter rem illam accipiat. Ita Nau. *in man. cap. 23. numer. 97. & 98.* Emman. Sa *verb. venditio num. 11.* Lessi. *de Iust. lib. 2. cap. 21. dub. 19. num. 138. cum seqq.* Filliuc. *in quaest. moral. tract. 35. cap. 6. ex num. 144.* Villalob. *in sum. part. 2. tract. 21. diffic. 17.* Bonacin. *de restitut. disp. 1. quaest. 2. dub. 6. num. 16. cum seqq.* Aegid. Trullench *in exposit. Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 20. dub. 3. n. 5. & dub. 17. n. 3.*

Accipiens aliquid ob turpem, & iniustam cau- 5 sam, an illud reddere teneatur, & alter actionem, id est condictionem aduersus eum habent? Resp. quod licet ante operis patrationem nec promissor, nec promissarius teneantur pacta rerum turpium seruare, nec paciscentes cogi possunt ad standum promissis, *l. 3. cum legibus seqq. l. si ob turpem §. fin. ff. de condict. ob turpem, l. fin. in princ. ff. de condict. sine causa, l. 2. & 3. C. de condict. ob turpem, l. Hisp. 47. iuncta glos. 1. in fine tit. 14. part. 5.* Nau. *de pactis & promissis §. 32. numer. 48. cum seqq.* Cou. *in reg. peccatum part. 2. §. 2. num. 6* Nihilominus tamen patrato opere malo promissor obligatur adimplere promissum, & possessor ob causam turpem restituere non tenetur, quia turpitudo communis est tam accipientis quàm dantis, & in pari causa pro possessore iudicatur; tum etiam quia petendo & accipiendo non peccat cum ad peccatũ non se obliget, nec approbet malum. Ita Valer. Reginald. *in praxi rerum fori poenit. lib. 10. num. 185.* Lessi. *de Iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 5. a numer. 18.* Filliuc. *in quaest. moral. tract. 31. cap. 9. quaest. 7. num. 226. & seq.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 74. concl. 2.* Villalob. *in sum. tom. 2. tract. 20. differ. 3. num. 10.* Luys Turrian. *disp. 14. dub. 4. num. 10.* Bonaçin. *de restit. disp. 1. quaest. 1. puncto 3. num. 2.* Trullench *in exposit. Decalogi lib. 7. cap. 17. dub. 2. per tot.*

Adaequatio, quae resultat ex concessione ad in- 6 star an extendatur ad irregularia, & extraordinaria? Respondi negatiuè ex Butr. *cons. 19. num. 9. vers. item quacunque verba generalia,* Socin. *in l. 1. num. 3. in fine ff. de legat. 1.* & *ibi* Ias. *num. 21. vers. primo limita,* Ripa *num. 8. vers. item intellige,* Crot. *num. 10.* & Paris. *num. 24. in fine,* Natt. *cons. 4. num. 6. lib. 1.* Fului. Pacian. *de probat. cap. 27. num. 28.* Rota *decis. 55. num. 14. part. 2. diuers. & decis. 24. num. 1. part. 2. recent.* Nec extendi ad casum in quo non datur paritas terminorum, Butr. *d. cons. 19. num. 10. vers. item adaequatio,* vbi tenet quòd Abbas 7 aequiparatus Episcopo intelligitur consequi ea priuilegia Episcopalia, quorum est capax, & sibi sunt proportionabilia, & sic non habebit, quae pertinent ad Ordinem Episcopalem, sequuntur Ias. *in l. 1. n. 21. vers. primo ff. de legat. 1.* & *ibi* Rip. *num. 8. & 10.* Crot. *sub n. 6. vers. quinta conclusio, col. 3.* Fului. Pacian. *d. c. 27. n. 31.*

Aedificium in alieno solo Ecclesiae pecuniis cõ- 8 structum

ſtructũ an ſolo cedat? Reſp. ſolo nõ cedere, ſed ſolũ ædificio, & ſic vtrumque apud Eccleſiã manere, per gloſ. *verb. cõſtruxiſſe in cap. Apoſtolicos* 12. *q.* 2. Tiraq. *de pia cauſa priuileg.* 121. Surd. *conſ.* 333 *n.* 46. Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. eccleſ. quæſt.* 31. *n.* 6. *&* *q.* 246 Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. M. concl.* 175. *num.* 7. Giurba *in conſuet. Meſſanen. p.* 1. *c.* 15. *gloſ.* 13. *n.* 10. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 955. *n.* 18. *&* 19.

9 Æquiparatio ad inſtar an ſolùm comprehendat præſentia? Reſp. comprehendere, & non futura, quæ poſtea naſcuntur, & ſuperueniunt, per Bald. *in l. omnia n.* 3. *verſ. quærit C. de Epiſcop. & cleric.* Abb. *in cap. vlt. num.* 5. *ne clerici, vel mon.* Mandoſ. *de priuileg. ad inſtar q.* 9. *& gloſ.* 14 Suar. *de legib. lib.* 8. *c.* 15. *num.* 3.

10 Agere incipiens via ordinaria an poſſit reuertere ad executiuam? Reſp. negatiuè eo quòd renuntiaſſe videatur vice executiuæ dum cœpit agere via ordinaria, arg. *l. mulier* 21. *§. fin. ff. quod metus cauſa*, ibi, *vt quam viam elegero hæc mihi pateat*, &c. *l. quòd in hæredem §. eligere ff. de tribut. act.* ibi, *cùm ſciat ſibi regreſſum ad aliam non futurum*, &c. *l. ſi creditores hæreditarij ff. de ſeparat.* ibi, *Sed ei quod ſemel poſtulauerunt, ſtare debent*, *l. ſi quis iuſiurandum* 11. *C. de rebus cred.* ibi, *Satis enim abſurdum eſt redire ad hoc, cui renuntiandum putauit*, &c. *l. fin. C. de codicill.* ibi, *ſciens ſe vnius electione alterius ſibi aditum præcluſiſſe*, &c. Et ideo hanc negatiuam partem ſuſtinent Paul. de Caſtro *conſ.* 78. *lib.* 1. Ludou. Roman. *conſ.* 125. *&* 133. Roder. Xuar. *in l. poſt rem, in declarat. leg. Regni quæſt.* 10. *quæ eſt finalis*, Maſſa *de forma Cameralis obligat. ad* 3. *part. q.* 2. *n.* 4 Burg. de Paz *conſil.* 39. *num.* 7. Lancel. *de attent. lite pend. part.* 2. *cap.* 4. *limit. vlt. num.* 12. *cum ſeqq.* Auendan. *l.* 45. *Tauri gloſ.* 7. *num.* 8. Greg Lop. *l.* 19. *gloſ. fin. tit.* 22. *part.* 3. Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *cap. fin. part.* 5. *§.* 11. *num.* 19. Gutier. *lib.* 3. *practic. quæſt.* 39. Auiles *ad cap.* 10. *Prætor. verb. execucion. num.* 2. Ioſeph. Seſſe *de inhibit. c.* 2. *§.* 3. *num.* 46. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 6. *numer.* 192. Maſtrill. *deciſ.* 157. Giurb. *deciſ.* 74. *n.* 1 Chriſtoph. de Paz *de tenuta cap.* 22. *n.* 1. Monter à Cueua *Arag. deciſ.* 22. *num.* 5. Aluar. Valaſc. *conſ.* 101. Franc. Barry *de ſucceſſ. teſtati lib.* 9. *tit.* 8. *num.* 9. Sigiſm. Scacc. *de iudic. cap.* 76. *num.* 9. Iacob. Cancer. *var. reſolut. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 42. *& part.* 2. *cap.* 3. *num.* 124. *in vlt. edit.* Perez de Lara *de vita hominis cap.* 27. *n.* 19. *cum ſeqq.*

11 Hæc reſolutio limitatur primò ne procedat vbi creditor, qui poterat agere via executiua contra debitorem, intentauit viam ordinariam cum proteſtatione quod poſſit redire ad viã executiuã cũ velit, quia hoc caſu ad eã redire poterit, ſecundùm Corbul. *in tract. de emphyteuſi, tit. de cauſis priuat. ob non ſolutum Canon. q.* 13. *ante fin.* Mariab *conſ.* 11 *num* 82. Gonçal. de Paz *in pract. tom.* 1. *cap.* 2. *poſt princ.* Gutier. *d. quæſt.* 39. *n.* 6. *&* 7. vbi tenet quod ſi reus fuit contumax in primo iudicio indubitanter abſque alia proteſtatione poſſe creditorem intentare viam executiuam, Ioſeph. Seſſe *d. §.* 3. *n.* 48. Iacob. Cancer. *d. p.* 1. *c.* 17. *num.* 44 *cum ſeqq.*

12 Limitatur ſecundò ſi creditori liceret variare ex vna via ad aliam ex facultate ſibi per debitorem conceſſa, vel ſi in inſtrumento adſit facultas variandi de vno iudicio ad aliud. Matant. *diſp.* 6. *n.* 3. Iacob. Cancer. *d. p.* 1. *c.* 17. *n.* 45.

13 Limitatur tertiò quando qui cœpit ordinariè agere, vult redire ad viam executiuam refuſis expẽſis, vt per Marant. *de ordine iudic. part.* 6. *tit. de inſtrumentor. productione num.* 13. Rebuff. *ad leges Galliæ tit. de litteris obligator. art.* 6. *gloſ.* 3. *à num.* 3. Et hoc ſi creditor qui prius via ordinaria egerat, deſiſtit à lite, ei petat ſe condemnari in expenſis, Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 34. Suar. de Paz *in pract. tom.* 1. *p.* 4. *c.* 2. *n.* 2. Azeued. *l.* 1. *num.* 153. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Gutier. *d. quæſt.* 39. *num.* 7. Ceuall. *commun. quæſt.* 815. *n.* 22. Chriſt. de Paz. *de tenuta c.* 22. *n.* 6. *&* 8. Ioſeph. Seſſe *d. §.* 3. *n.* 49. Saltim quando in inſtrumento eſſent clauſulæ poſitæ, per quas ſit data facultas variandi iudicium de vno ad aliud. Iacob. Cancer. *d. p.* 1. *c.* 17. *n.* 48. Perez de Lara *d. c.* 27. *n.* 21. *cum ſeqq.*

Agnationis conſeruandæ præſumptio quando ex maſculorum vocatione colligatur? Reſp. colligi ex eorum vocatione repetitiuè facta in omnibus gradibus, & ſubſtitutionibus; cum enim ſic teſtator diſponit faciendo talem mentionem de maſculis, exinde habetur ratio tacita & præſumpta ſuæ voluntatis illum voluiſſe prouidere ſuæ familiæ agnatæ, & bona ſua conſeruare in linea maſculina, & in ſua agnatione continuata ſucceſſione. *l.* 1. *l. immunitatis*, *l. ſi viua matre*, *C. de bonis mat. l.* 1. *in fine C. de bonis inſert. cap.* 1. *§. hoc notandum*, *de his*, *qui feud. dare poſ. cap.* 1. *de ſucceſſ. fratrum*, *& hæred.* Sic communis Doctorum reſolutio. Ex ſcribentibus tractatus Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 8 Simon de Prettis *de interp. vltim. volunt. lib.* 3. *interp.* 3. *ſolut.* 11. *à num.* 3. Gregor. Lop. *l.* 3. *in gloſ. mejoras verſ. ſecundo conditor maioratuum col.* 1. *tit.* 13 *part.* 6. Pereg. *de fideicom. art.* 25. *num.* 47. Alex. Trintacinq. *de ſubſtitut. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 9. *cum ſequent.* Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 5 *num.* 25. *cum ſeqq.* Mieres *de maior. part.* 2. *quæſt.* 6. *num* 51. Ioan Garc. *de nobilitat. in diuiſione operis num.* 13. Ioan. de Caſtill. *controuerſ. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 78. *&* 80. *& tom.* 5. *cap.* 92. *à n.* 2. *& tom.* 6. *cap.* 129. *per tot.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 499 *num.* 5. *&* 15. *& quæſt.* 346. *num.* 13. Ex conſulentibus Curt. ſen. *conſ.* 40 *num.* 11. *verſ. tertio probatur*, Ruin. *conſ.* 179. *num.* 6. *vol.* 2. Purpur. *inter conſilia Sylvani conſ.* 53. *num.* 4 Pariſ. *conſ.* 50. *num.* 9. *& conſ.* 53. *num.* 26. *lib.* 3. *& conſ.* 76. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Alban. *conſ.* 87. *num* 14. *lib.* 1. Rimin. iun. *conſ.* 23. *num.* 92. *lib.* 1. *& conſ.* 110. *numer.* 13. *vol.* 2. Crauet. *conſ.* 113. *num.* 47. & latè *conſ.* 57. Becc. *conſ.* 136. *num.* 27. Galban *conſ.* 69. *num.* 16. *verſ. alterum*, Rauden. *conſ.* 358. *num.* 8. Decian. *conſ.* 33. *num.* 88. *lib.* Hieron. Gabr. *conſ.* 16. *num.* 14. *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 205. *num.* 13. Honded. *conſ.* 70. *num.* 39. *lib.* 1 Surd. *conſ.* 95 *numer.* 19. *verſ. ſecundò quia*, Fuſar. *conſ* 5. *num.* 11. *& conſ.* 13. *per tot.* Ex Deciſionariis Caualcan. *deciſ.* 18. *num.* 3. *part.* 3. Theſaur. *deciſ.* 96. *num.* 27. *&* 28. Giurb. *deciſ.* 32. *numer.* 14. Rota *coram Seraph. deciſ.* 1216. *num.* 6. *& coram Gregor. XV. deciſ.* 514 *num.* 9 *& deciſ.* 464. *num* 17. *&* 18. & apud Farin. *deciſ.* 482. *num.* 5. *&* 6. *& deciſ.* 354. *num.* 14. *& deciſ.* 359. *numer.* 4. *part.* 2. *recent.* 14

Præcipuè vbi teſtator adiecit rationem, vt bona conſeruarentur in agnatione, & familia, cum expreſsè appareat agnationis fauore teſtari voluiſſe, vt cum Ceci Curt. Crot. Pariſ. Simon. de Prettis, & Menoch. reſoluit Fuſar. *d. quæſt.* 499. *num.* 1. *& conſ.* 192. *num.* 8. *& num.* 34. Et tanto magis ſi teſtator reiecit Presbyteros, Religioſos, monaſteria, ſeu Vniuerſitatem, quia intelligitur id feciſſe propter agnationem & carentiam liberorum præſumptam. Ita Fulgoſ. *conſ.* 46. *vol.* 1. Alex. *conſ.* 100. *numer.* 17 *lib.* 4. *& conſ.* 5. *eod. lib.* Cephal *conſ.* 514. *n.* 15. Menoch. *conſ.* 95. *num.* 98. *& conſ.* 328. *n.* 75. *& conſ.* 379. *& conſ.* 1117. *num.* 27. *& de præſumpt.* 15

lib.4.praes.69.n.10. Cassanate *cons.20.n.37.* Ramon. *cons.15.n.18.* Alex. Trentacinq. *de substit.p.4.c.7.n.70.vers.hac conclusio*, Intrigl. *eod.tract. cent.3 quaest.56.n.17.& quaest.79.n.12.* Rustic. *in l. cum auus lib.4.cap.2.num.21.& à num.33.* Molin. *de primog. lib.1.cap.13.n.92.cum seqq.* Fusar. *de substitut.quaest.441.n.48.& q.499.n.26.* ibi, *Nonus casus est quando exclusi sunt clerici, & Religionem ingressi, quia hoc casu diceretur habita ratio agnationis*, &c.

16 Si verò in aliqua parte dispositionis vocaretur fœmina, tunc ex vocatione masculorum non ita præsumeretur animus conseruandę agnationis, cùm talis dispositio reducatur ad nudam masculinitatē. Ita Greg. Lop. *l.3.glos.magna q.19.tit.13. part.6.* Cephal. *cons.600 n.35.lib.4.* Crauet. *cons.250.num.2. & cons.306.* Surd. *cons.343.n.13.& cons.475.num.16.19.& 20.* Padil. *in l. cùm acutissimi num. 22. C. de fideicom.* Aluarad. *de coniecturata mente def. lib. 2. c.3.§.4.* Molin. *de primog.lib.3.cap.5.num.29. in fine, & num.50.* Meres *de maior.part.2.q.6.n.65.* Preta *de fideicom.q.9.num.195.* Prett. *d. interp.3. dub.1. solut.11.num.71.vers.primo declaratur*, Salaz. *de vsu, & consuet.cap.12.num.64.vers.quod si quera*, Ioan. Garc. *de nobilit. in diuis. num.33.* Gutier. *cons.13.num 23.* Castill. *d.lib.2.c.4.n.178.* Giurb. *decis.52.n.15.& 20.* Melch. Phœb. *Lusit. decis.44.n.10.tom.1.*

17 Verùm cum possit respectus agnationis haberi quoad aliquas personas, vel casus, & nō quoad omnes, iuxta doctrinā Surdi *decis.239.n.10.in fine*, ideo quando post masculorum vocationem, & in illorū defectum, fœminæ, & ab eis descendentes substituuntur, tunc & quando masculi durant, & succedunt, intentum conseruandæ agnationis non cessat; vt in terminis resoluunt Bald. *cons.40.n. 1.vers. praeterea testator lib.3.* Paul. Castren. *cons. 4 1. n.2. vers. tertiò dicit lib.1.* qui hanc opinionem communem asserit, Gozadin. *cons.45.n. 16.vers.non obstat*, Rube. *cons.35.num.4.in fine cum seqq.* Alciat. *resp.15. num.6.lib.2* Roland. à Valle *cons.82.num.vlt.lib.3.* Card. Mantic. *de coniectur. lib. 8. tit. 18. num. 17.* Tiber. Decian. *resp.127.num.25.lib.3.* Caualcan. *decis.18. num.3.p.3.* Cephal. *cons.251.n.16.& n.46. cum seqq. & cons.252.num.22.* Hieron. Gabr. *cons.116.ex num. 13.lib.2.* Gerar. Mazol. *cons.6. num. 9.* Surd. *decis.66.n.21.vers.quando verò, & cons.316. lib.3.* Mieres *de maior.part.2.quaest.6.n.56. vers. ista autem sententia*, Pereg. *de fideicom. art.25. num. 26.* Quicquid dicat Molin. *de primog. lib.3.c.5.n.50.*

18 Alapa an reputetur grauissima iniuria? Resp. affirmatiuè ex Azon. *in sum.C. de iniur.num.23.* Greg. Lop. *l.29.glos.4. tit.9. part.7.* Azeued. *in rubr. tit. 10.numer.23. lib.8. Recop.* Bobadil. *in politica lib.2. cap.14.num.45.* Valenz. *tom.2. cons.142.à num. 55.* Plini. *2. lib.3. epist. 14.* Paul. Æmil. *in vita Ludouici XI.* ibi, *Non tenuit iram Dux Lotharingiæ, potiunda cupiditate flagrans, atrox conuicium homini fecit, ac alpa os percussit, eam velut summam ignominiam militaris vir in imum pectus immortali memoria tacitus demisit.*

19 Alienare sua bona immobilia vt possit Respublic. minor, & Ecclesia, ex causa necessitatis ad soluendum æs alienum, quæ requirantur? Respondi necesse esse vt debitum sit certum, & creditores ita instent, vt Ecclesia, seu minor euitare minimè possit, quin omnino soluat, *l. ob æs alienum C. de praed.minor.* Roland. *cons. 33. num. 1.& 2. lib.1.* Decian. *cons.103.num. 12. & 17. vol. 2.* vbi latè probat quod creditor debet vrgere & instanter petere crediti solutionem, Gutier. *de tutel.part. 2. c.5.num.75.* Montan. *eod.tract. cap.33.à num. 19.* vbi addit quod non sufficit quòd in instrumento asseratur creditorem vrgere, sed quod debet in actis, & re ipsa constare, Simoncel. *de decretis lib.1. tit. 1.num.35.cum seqq.* vbi *n.38.* tenet necesse esse quòd æs alienum de præsenti immineat, & vrgeat, nec sufficit quod de futuro speretur, Card. Mantic. *de tacitis & amb. conuent.lib. 4. tit.6. num. 6.* Menoch. *de arbitr. casu 172. num.13.* Mastril. *Sicil. decis. 121.num.2.* Et in hoc casu vendi debent bona minus damnosa, & minus vtilia, *l. magis puto §. non passim, & §. inprimis ff. de rebus cor.* Roland. *d. cons. 33.num. 7.* Caualcan. *de tutor. & curat. num. 129.* Montan. *d.cap.33.num.13.* Menoch. *d. casu 172. num.13.& 14.* Simoncel. *d.tit.1.num.49*, Card. Mantic. *d.tit.6.n.11.& 12.*

Alimenta, litisque expensas recipiens an teneatur si succumbat ea restituere; aut si vicerit compensare? Resp. non teneri, prout reprobato Cou. resoluunt Vincent. de Franchis *decis. 114. num.1.& 2.* Surd. *de aliment. tit.1, quaest.124.* Marescot. *var.resolut.lib.2.cap.83.num.26.* Aluar. Valasc. *cons.1.num.7.* Aloys. Ricc. *decis.251.à num.19.part. 2.* Fontenel. *de pactis nuptial. tom.1.claus.4.glos.18. part.4.num.79.& tom.2.claus.6. glos.2.part.4. num. 54.* Beltramin. *ad Greg.XV. decis.189.num. 7. vers secundum est autem.* Itaut taliter recipiens de restituendo nequaquam cauere debeat. Sic contra Cou. *pract.cap.6.numer.7.* tenent Surd. *d.tit.1. quaest.125.* Pyrrh. Maur. *de fideiuss.part.1.sect.3.c.8. num.2. vers. contrarium tamen.* 20

21

Alimenta vt quis præstare, vel recipere teneatur, an proprietas bonorum sit potius consideranda, quam ipsorum redditus? Resp. ad redditus tantum attendendum esse, quia non debet attendi proprietas, vt ex eius pretio quis pauper consideretur, vel diues: sed ex reddidu an sufficiens, vel insufficiens ad necessaria vitæ comparanda sit Ita per *l. qui bonis 6. de cess. bonor.* resoluunt Rot. Bonon. *decis.25.num.65.* Cæsar Barz. *decis.69. num. 46.* Cephal. *cons.498.num.24.* Tiber. Decian. *cons. 70. num. 16.lib.1.* Menoch. *cons.7.num.18.& cons.87. num.66. & cons.433.num.13.* Nicol. Reusner. *decis.2.num. 57. lib.2.* Marius Giurba *in consuet. Messanen.cap.7.glos. 13.num.32.* Aldobran. *cons.28.numer.26.* Rot. *decis. 224.num.5.part.2.recent.* & in coram Dunan. *in Romana alimentorum 21. Iunij 1627.* 22

Alimenta an filius patri, & pater filio dare adstringatur, si ex officio, vel artificio quod habet ea petens, decenter viuere possit? Resp. negatiuè per glos. *verb. vt operi in l.si quis à liberis §.sed si filius ff. de liberis agnosc.* vbi Corduba de Lara *num. 123.cum seqq* Cæs. de Grassis *decis.162.num. 8. sub tit. de success.abintest.* Carpan. *ad statuta Mediolanen.stat.312. num.6.& stat 313.num.50 part.1.* Ascan. *de patria potest.cap.6.effectu 17.num.31.* Philip. Paschal. *de Viribus patriæ potest.part.2.c.3.num.34.* Fab. Turret. *cons. 85.num.24.lib.1.* Tiber. Decian. *cons.111. num. 6.& cons.29.num.5.lib.3.* Menoch. *cons.321.num.26* Sim. de Prettis *cons.9.num.19.* & disponitur exprefsè *in L. Hisp.6.tit.19.part.4.* 23

Alimentorum loco si pater filio spurio fundum donauit inter viuos, vel in testamento legauit, an talis fundus sic donatus, aut legatus transmittatur ad hæredes ipsius filij? Resp. negatiue cum Baldo Nouel. *de dote part.6.priuil.56. col.2.* Roland. *cons. 74.à num.51.lib.1.* Anton. Gabr. *commun.lib.6.tit. de aliment.concl.1.num.28* Menoch. *cons. 60. num. 29. lib.1. & de arbitr.lib. 2. casu 169. numer. 10.* Corduba de Lara *in l.si quis à liberis §. idem rescripsit num.71.ff.de liber.agnosc.* Matiens. *l.8.glos.3.num.1. tit.8.* 24

*tit.8.lib.5.Recopil.*D.Barbos. *in l.1.p.4.num.72.ff.soluto matr.* Quicquid contrarium teneant Roder. Xuar. *in l.1.tit.6. lib.3. fori*, vbi agit *de success. bonor. num.*24.Cou. *de sponsalib.p.2.cap.*8.§.6. *num.* 51. *in fine*, Auendan. *l.*10. *Tauri glos.3.num.*3. Intellige nisi pater dotem dederit spuriæ cum pacto quòd transiret donatio ad filios, Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.1 tit.de nothis, & spur.resol.*2. *num.*34. 35. & 39. Vel nisi alimenta fuerint taxata secundùm taxationem, de qua *in l.hæreditatum, ff.ad leg.falcid.* & non excessetint valorem alimentorum, quæ deberent in singulos annos præstari, Vincent. de Franchis *decis.* 283. *num.*17. Corduba de Lara *in d.§. idem rescripsit num.*32. Perez de Lara *de vita hominis c.*5. *num.*14. vbi addit in excessu alimentorum non transmitti, D. Barbos. *in d.l.1.p.4.num.*74.

25 Alimenta an sint præstanda illis, qui possunt militare, aut alio modo victum sibi parare? Resp. affirmatiue, quia hæc potentia non excusat à debito alimentorum proueniente à iure naturali propter fragilitatem humanæ potentiæ, quæ variatur ex tempore, sed solum attenditur, an ille cui debentur alimenta tot habeat redditus, ex quibus viuere possit, vt per Rot. *decis.*224. *num.* 5 *p.*2. *recent.* & coram Duran. *decis.*95. *num.*1.

Bona extra territorium existentia in quibus casibus comprehendat lex vel statutum? Resp. comprehendere in sequentibus.

26 Primò quando omnes contrahentes sunt subditi vnius Principis, & intra eius territorium existunt, Bart. *in l. cunctos populos num.* 32. *C. de sum. Trinit.* vbi Ias. *num.* 20. Signorol. *cons.* 166. *num.* 7.

27 Secundò quando statutum vult habilitare, vel inhabilitare subditum, quo casu comprehendit bona extra territorium existentia, Bart. *d.n.* 32. Socin.

28 *cons.* 36 *num.* 4. *vol.*1. Non enim deficit potestas in statuente, qui potest subditos inhabilitare ne succedant. Tiraq. *de primog. q.* 47. *num.* 24. & *ad leges connub.glos.*8.*n.* 219. *vers. præterea potestas statuendi*, Surd. *cons.*553.*n.*12. & *cons.* 535. *n.*18. Valasc. *cons.* 182. *n.*8. D. Barb. *in l.exigere dotem n.*163 *ff.de iudic.* Christoph. de Paz *de tenuta cap.*65 *num.*16. *vers. ex*

29 *prædictis*: quia inhabilitas, quæ personam respicit, eam afficit vndecunque vadat, Alderan. Mascard. *de statut.concl.*6. *num.* 121, *vers. non est etiam in consideratione.*

30 Tertiò, quando lex est prohibitiua in personam, quia tunc comprehendit bona quamuis sint extra territorium statuentis, Bart. *in d. l. cunctos populos num.* 32. Surd. *d. cons.* 535. *num.* 17. & *cons.* 553. *num.* 10. D. Barbos. *in d. l. exigere dotem num.*163.

31 Quarto, quando fundationes majoratuum factæ sunt in aliquo Regno, quia secundum illius leges procedendum, licet bona extra Regnum existant, *l.si non speciale C. de testam. l.* 2. *C. quemadm. testam.aper.* Bart. *in d. l. cunctos populos num.*37. vbi Alber. *num.*26. & Ias. *num.*44. Signorol. *d.cons.*166. *num.*2. Alex. *cons.*44. *num.*5. & 6. *lib.* 5. Christoph. de Paz *d.c.*65 *num.*30. *cum seqq.*

32 Quintò quando dispositio loquitur de iuribus vniuersalibus, quia tunc comprehendit bona intra, & extra Regnum existentia, Signorol. *d. cons.*166. *num.*7. Alex. *cons.* 44. *num.*4. *vol.* 5. Brun. *de statut. art.*8. *num.*129. Honded. *cons.*11. *num.*29. & 30. *vol.* 1. Surd. *d.cons.*553. *num.*11. Cephal. *cons.*309. *num.*25. & *seq. lib.*3. Carol. Bardel. *cons.*56. *num* 11. Thom. Minad. *cons.*12. *num.*13. & 14. Christoph. de Paz *d. cap.*65. *num.*16.

Sextò quando statutum est fauorabile, quia extenditur ad bona aliarum prouinciarum, Bart. *vbi supra num.*32. Hieron. Gabr. *cons.*14. *num.*13. *vol.*1. Crauet. *cons.*118. *num.* 9. Thesaur. *Pedem. decis.*37. *num.* 6. Cephal. *cons.* 309. *num.* 24. Bardel. *d. cons.* 56. *num.*12. Surd. *cons.* 553. *n.*9. & 10. 33

Bouem intrantem in suum fundum an possit dominus retinere pro damno si ignoret cuius sit, donec damnum ei soluatur? Resp. posse per *l. Quintus* 39. *cum seq. ff. ad leg. Aquil.* Cassan. *in consuet. Burgund.rub.*1.§.6. *en mensugagen.*1. & 11. Aretin. *de retent.n.*8. Menoch. *remed.* 9. *recup. n.*273. Carot. *de locato p.* 4. *rub.de retent. pro noxa fol. mihi* 228. Ioan. Garc. *de expens.c.*4. *num.*28. Surd. *de aliment. tit.*8. *priuil.*62. Steph. Gratian. *discept.forens. cap.*80. *num.* 2. nisi de consuetudine seruetur contrarium, Pichard. *ad §. cæterum num.* 30. *Instit. ad leg. Aquil.* 34

Bouem retinere an possit dominus pro alimentis præstitis, donec de eis sit illi satisfactum? Resp. posse per *l.in summa* & *ibi* Salic. *C. de pignorib. l. interdum cum l.seq.ff. qui potiores in pign. hab.* Surd. *d. priuil.*62. *num.*3. & 13. & *tit.*1. *q.*76. *num.*10. vbi addit quòd ratione alimentorum competit ipsi tacita hypotheca, Carot. *d. tit. de retent. pro noxia num.* 2. Pichard. *in d.§.cæterum num.* 13. Et expensas factas in alendo boue, vel equo potest repetere qui eas sustinuit absque probatione, quia non ex vento se aluit bos; ita Nat. *cons.*147. *num.* 52. Mascard. *de probat.concl.*715. *num.*4. Surd. *d. priuil.*62. *num.* 13. Stephan. Gratian. *d.c.*80. *n.*12. vbi tenet quòd statur eius assertioni. 35 36

Cambij litteras recipiens, & legens an videatur eas acceptare, & se obligare ad solutionem? Resp. affirmatiue, nisi contrarium protestatus sit, Paris. *cons.*5. *num.*206. *lib.*4. Gam. *decis.*338. *num.*4. & 5. & *ibi* Flores de Mena *in addit.vers.tertio*, Menoch. *de præsumpt.lib.*3. *præs.*65 *num.*1. & *lib.*6. *præs.*99. *n.*25. Fului. Pacian. *de probat.lib.*1. *cap.*29. Rot. Genuens. *decis.*133. *num.*2. Sigisin. Scacc. *de commerc. & camb.* §.2. *glos.*5. *q.*11. *num.* 336. Vide infrà *in verb. littera N.* 37

Castrum si alicui nobili concedatur cum territorio, an ille nobilis habeat territorium postea auctum? Resp. affirmatiue per Imol. *in l. damni infecti §. si is qui ff.de damno inf. num.*16. *vers. & prædicta etiam faciunt*, & *ibi* Roman. *num.* 7. Menoch. *cons.* 201. *num.* 147. *lib.* 3. Anel. Amat. *cons.* 39. *num.*12. 38

Catholici titulo à quo tempore Castellæ Reges vtantur? Resp. eo vti non solum à temporibus Ferdinandi, & Elisabethæ, quibus hunc titulum Alexander VI. summus Pont. ob Mauros demum ab Hispania expulsos merito renouauit, sed à tempore Recardi Gothorum Regis, qui in Concilio Nationali Toletano ita appellatus fuit, eo quod primus Fidem Catholicam inuiolabiliter custodiuit, & totam Hispaniam ab Arriana hæresi liberauit. Ita Archiep. Tolet. *lib.*2. *c.*5. & *lib.*4. *cap.*5. Luc. Tuden. *in Alphonso I. æra* 776. Historia generalis Hispaniæ *p.*3. *c.*4. Vasæ. *in chron. Hispan. tom.* 1. *an.* 589. & *anno* 737. Ambros. Morales *histor.Hisp.p.*3. *lib.*13. *c.*12. Raph. Volaterran. *lib.*2. *cap. Sarracenorum initium belli, ad fin.* Zurita *in annalib. Aragon. p.*3. *lib.*2. *c.*40. Mariana *de rebus Hispaniæ lib.*7. *c.*4. & *lib.*26. *c.*12. *in fine.* Gualter. *in chronolog. sæculo* 8. *pag.* 567. Camill. Borell. *de præstantia Regis Catholici cap.*41. *ex num.*48. & *cap.* 42. *per tot.* Mader. *in mo-* 39

*narchia Hispan.cap.*12.Sim.Maiol. *in diebus canicular.tom.*4.*colloq.*5 *pag.mihi* 362. Valdes. *de dignitate Regum, Regnorumque Hispaniæ cap.*13. Fr. Roder. de Yepes *in genealogia Regum Hispaniæ in Alphonso I.* Valenzuel. *in monit.contra Venetos p.*7. *num.* 106. Greg.Lopez Madera *in tract. de las excelencias de la Monarchia y Reynos de España cap.*12.*& fin.pag.*82. Salazar de Mendoça *de origine dignitatis Hispan.lib.*1.*cap.*6.*pag.*7. Ioan. de Solozarno *de Indiarum iure lib.*2. *cap.*25. *num.* 27. Fr. Ioan. à Ponte *in connen. vtriusque Monarchiæ in epist.ad Regnum,& lib.*1.*c.*3. *pag.*14.Petr.Aznar. *in tract. de Maurorum expuls.p.* 2.*cap.*25.*&* 26.

40 Causa iusta in quibus casibus non præsumatur in Principe? Resp.non præsumi quando facit contra Iusgentium, ex Fulgos. *cons.* 61.*col.* 2. Felin. & Deci. *in cap. quæ in Ecclesiarum n.* 37. *de constit.* vbi Bero. *num.*144. latè Socin. *cons.* 120. *col.* 9.*vol.* 3. Ias. *in l.si testamentum C.de testam.* Crauet. *de antiquit. tempor.temp.*1 .*num.*7.*cum seqq.* Hippol.Rimin. *cons.*18.*num.*108. Petra *de potest. Princip. c.*32.*q.*8. *num.*4.*fol.*603. Vel quando disponit velo leuato, & sine causæ cognitione, & non vocata parte, cui præiudicatur, Crauet. *cons.*241.*col.*16.*vers.tertio respondeo vol.*2.Petra *d.c.*32.*causa* 2.*num.*50. *fol.* 620. Vel quando subditi scandalizantur, Felin. *in cap.ad audientiam col.*2. *de præsumpt.* Petra *d. cap.*32 *q.* 8. *num.*34.

41 Causa quando dicatur instructa? Resp.instructam dici quando est in calculo ferendæ sententiæ, idest, postquam coram iudice à quo est productus processus primæ instantiæ, & in statu in quo potest ferri sententia, vt per Marches. *de commission. p.* 2. *de commissione auocat.num.*105. *cum seqq. pag.* 285. vbi quòd intelligitur post conclusum in causa, Cresc. *decis.*113. *alias* 1.*de iudic.* latè Theodos. de Rubeis *in singularib.* Rota *tom.*2. *p.*4. *claus.* 305. Rot. *decis.* 779.*num.*8.*p.*1.*diuers.*

42 Causa ad effectum vt intret claus. *Dummodo causa non sit instructa*, de quo tempore debeat esse instructa? Resp. debere esse instructam de tempore auocationis, & non sufficere esse instructam de tempore inhibitionis, per Achil. *decis.*5. *de rescript.* & Theodos. de Rubeis *d.claus.* 305.*num.*4. *&* 13. *cum seqq.*

43 Citatio pro singulis horis & diebus an sit valida? Resp. tanquam incertam nullius esse momenti. per Bald *cons.* 268. *vers. item nullo modo col.* 1. Greg. XV. *decis.* 71. *num.* 3. vbi Beltramin. *num.* 9.

44 Citatio illorum, quorum interest, aut interesse potest quod facultas Regia ad validitatem maioriæ non expediatur, an sit necessaria? Resp.necessariam non esse, vt per citatos ab Addit.Molinæ *de primog.lib.*3.*cap.*3. *num.* 22. *&* 23. ex eo quòd facultatis huiusmodi expeditio, actus facultatiuus est, atque extraiudicialis, valens expediri etiam sine citatione, Anton.Gabr. *commun. tit. de citat. concl.*1. *num.*424. Menoch. *cons.*20.*num.*38.*& cons.* 1140.*n.* 31.Rouit. *ad pragmat.Neapol.pragm.*8.*de possess. non turb.n.*18.*&* 19.Fusar. *de substitut.q.*408. *num.*134. Cyriac.*tom.*2.*controu.*108. *num.* 41. Nisi dispositio Principis feratur ad hoc vt exterus de familia succedat, seu alienigenæ bona conferantur, quia cum tunc non tantum mutatio voluntatis sequatur, sed subuersio, existimo necessariam esse citationem, & in his terminis intelligendum esse reputo eundem Molin. *d.c.*3.*ex num.*21.Burg.de Paz *in proœm.legum Tauri num.*324. Fusar. *d.q.* 408. *num.*133. Castill. *controuers.lib.*3.*c.*28. *num.*13. Perez de Lara *de vita hominis cap.*8.*num.*6.

Citatio consanguineorum an requiratur ad alienanda bona maioratus, & ad census super illis imponendos cum Regia facultate? Resp.non requiri, ad not.per Marescot. *var.resolut.lib.*3.*cap.*10.*n.*155. Tapiam *in decisionibus supremi Consilij Italiæ decis.* 20.*num.* 26. *cum seqq.* Ponte *cons.*152. *num.* 5. *cum seqq. & cons.*154. *num.*8. *vol.*2. Add. ad Molin. *de primog.lib.*3.*c.*3. *sub n.*22. *&* 23. *vers. dubium erit, pag.*210. 45

Citatio partis an requiratur in impetratione priuilegij? Resp. non requiri, per Anton. Gabr. *commun.lib.*2. *tit.de citat.concl.*1.*num.*424. *cum seqq.* Surd. *cons.*1.*num.*97.Stephan.Gratian. *discept.forens. tom.*3.*cap.*458. *num.* 28. Rouit. *ad pragm. Neapol. pragm.* 4. *de possess. non turb. num.* 18. *&* 19. Maur. *alleg.* 16. *num.* 20. *p.* 2. Menoch. *cons.* 1140. *n.* 31. *vol.* 1. 46

Clerici, & ecclesiasticæ personæ an vi coactiua, seu potiùs directiua teneantur ad obseruantiam legum secularium, & statutorum politicorum, quæ in bonum commune, & publicam omnium vtilitatem diriguntur, & non contrariantur immunitati ecclesiasticæ? Resp.non teneri vi coactiua, sed directiua, id est non ratione legis Ciuilis, & quatenus lata est per secularem potestatem, sed ex vi rationis naturalis, super qua fundatur, quæ ligat omnes, vt obseruent quod iustum est, & rationabile. Ita Canonistæ *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. & in cap.*1.*de noui oper. nunciat.* Legistæ *in l.cunctos populos C. de sacros. Eccles.* Vasq.1.2.*disp.*176. *cap.*4. Suar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 34. Laymann *in Theolog. morali lib.* 1. *tract.*4. *de legib. c.*13. *n.*1. *&* 4. Azori. *instit. moral.p.*1.*lib.*5.*cap.*12. *q.*3. *& p.*2. *lib.*9. *c.*7. *q.*8.*&* 9. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.*2. *diffic.* 31. *n.*1.Portel. *in dub. Regular. verb. lex n.*2.Barthol. à S.Fausto *in speculo Confessar. disp.*6.*q.*44.*n.*3.Gutier. *practic.lib.*4 *q.*38. Parlador. *differ.* 9.*§.*4. *n.* 7. Greg. Martinez *tom. in* 1. 2. *q.* 69. *art.* 5. *dub.*2. *concl.*2. Fragoso *lib.*2.*disp.*4.*n.*308.Fagundez *de iustit.lib.*5. *c.*37.*num.*10.Marta *de iurisd.p.*4. *cent.*1.*casu* 2. *n.* 1. Bonacin. *de legib.disp.*1.*q.*1. *puncto* 6.*num.* 3. *&* 29. Ciarlin. *controuers.forens.lib.*1.*c.*31. *n.* 11. Antonin. Diana *moral.resolut. p.*1. *tract.*1. *resol.*7. *& p.*5.*tract.* 1. *resol.* 6. *& p.* 6. *tract.* 8. *resol.* 4. Machado *en su perfetto Confessor y Cura de Almas tom.*2. *lib.*4.*tract.* 18. *docum.*7. Mich. Ferro *in quæst. moralib.p.*1.*q.*11. *num.*10. *& q.*30. *n.* 7. Thom. del Bene *in tract. de Parlament.dub.*30.*sect.*2.*num.*1. 47

Clerici & ecclesiasticæ personæ an comprehendãtur in edicto, decreto, seu proclamate de vendendo frumento, seu aliis mercibus certo, & taxato pretio, aut de non extrahendo frumentum, seu alia victualia; & in edictis, quæ fiunt per iudices seculares tempore pestis, vel eius suspicionis? Resp.consulendos esse Marien. *l.* 1. *glos.*5. *tit.* 25. *lib.* 5. *nouæ Recop.* Hieron. Gabr. *cons.* 37. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 800. *lib.* 8. vbi latè quod clerici tenentur ad obseruantiam edicti Mediolanensis de non serendo orizam, *& cons.* 1000.*lib.*10. Viui. *decis.*28. *num.*14. Menchaq. *vsufreq.cap.*5. *lib.* 1. Mexi. *in tract. tassæ panis concl.*5. Morla *in emporio iuris tit.* 9. *de contrahenda empt.q.*10. vbi de clericis, qui emunt triticũ, & postea reuendunt, Felician. de Solis *de censib.lib.* 2.*c.*1.*n.*4. Ceuall. *commun. contra communes tom.* 4.*q.* 869.*n.*40. *& in tract. de cognit. per viam violent. in proœm.c.*4. Hieron. Leo *decis.*20. Bobadil. *in politica lib.*2.*c.*18.*n.*245. Cacheran. *decis.* 68. *n.* 5. *cum seqq.* 48

vbi

vbi de collect is tempore pestis, Gutier. *pract. lib.* 4. *q.* 38. vbi latè agit, an valeat dispositio *l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 6. *Recop.* quæ imponit pœnas Prælatis, & clericis extrahentibus monetam ex hoc Regno? optimè R. P. Fr. Hieron. Garcia *in sum. morali trat.* 1. *dif.* 3. *duda* 1. *puncto* 4. *num.* 38. vbi cum Diana tenet non comprehendi.

49 Clericus præueniens in capienda possessione hæreditatis vacantis an fiat reus necessarius? Resp. affirmatiuè, & ideo coram iudice ecclesiastico remedium possessorium contra clericum intentandum ab eo, qui illum ab huiusmodi possessione expellere vult, vt per Anchar. *in cap. significasti, de foro comp. num.* 24. *vers. quarto quæro*, Zuchard. *in l. fin. C. de edicto D. Adriani tol. num.* 308. Menoch. *remed.* 4. *adipisc. num.* 415. *& seq.* Achil. Personal. *in tract. de adipiscenda possess. num.* 90. Carol. de Grassis *de effectib. clericalib. effectu* 1. *num.* 919. Bobadil. *in politica lib.* 2. *c.* 18. *n.* 157. *& seq.* Marta *de iurisdict. p.* 4. *casu* 37. *num.* 16. Argel. *de legitimo contradict. q.* 3. *art.* 6. *num.* 285.

50 Clericis etiam in sacris Ordinibus constitutis, si pauperes sint, nec aliunde commode viuere, se suosque decenter alere possint, an negotiatio vel mercatura permittatur? Resp. permitti per *cap.* 1. *ne clerici, vel mon. cap. vlt. de vita & honest. cleric. cap. quamquam* 4. *de censib. lib.* 6. Albert. Trot. *de verò & perfecto clerico cap.* 52. *num.* 5. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 55. *lit. A. vers. necessitatis tamen causa*, Farin. *fragm. crimin. lit. C. num.* 63. *&* 169. Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu* 6. *num.* 9. *& à n.* 24. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 57. *num.* 27. & est dispositum *in l. Hisp.* 45. *tit.* 6. *part.* 1. Dummodo ob negotiationem à Diuinis non subtrahantur, nec desistant Officiis, quibus debent incumbere, Molin. *de iustit. disp.* 342. *num.* 13. Carol. de Grassis *d. effectu* 6. *num.* 40. Isidor. Moscon. *de maiest. milit. Eccles. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 2. *verb. artificia autem.* Illis etiam, qui nullum etiam incongruum beneficium habent, aut quò viuere possint sufficienti carent patrimonio, in vtroque indistinctè foro pro qualibet causa postulare in ciuilibus conceditur, *cap.* 1. à contrario sensu, *de postuland.* ibi, *si stipendiis ecclesiasticis sustententur*, Nau. *de spol. cleric.* §. 7. *num.* 5. *vers. eademque ratione*, Farin. *d. lit. C. num.* 202. Alphons. Villag. *in praxi Canon, lib.* 9. *tit. de aduocat. concl.* 6. *post med.* Ioan, Malder. *de virtut. Theolog. & iustit. tract.* 6. *cap.* 3. *dub.* 8. *vers. secus dicendum*, Carol. de Grassis *effectu* 21. *num.* 6. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. glos.* 3. *num.* 28. *cum seqq.* Stephan, Gratian. *discept. forens. cap.* 57. *ex num.* 22. nouissimè R. P. Hieron. Garcia mei amicissimus *in sum. morali trat.* 1. *dif.* 2. *duda* 6. *num.* 4. *pag.* 112.

51 Conditio & modus an, & in quo differant? Resp. conditionem tunc dici quando disponens vult aliquid adimpleri ante suam dispositionem, modum verò quando postea voluit quod adimpleatur; vbi enim conditio respicit executionem, quæ ex perfecta dispositione procedit, amittit naturam conditionis, cum iam non præcedat, & sic modus indicatur, *l. in verbis C. quando dies leg. cedat*, glos. *in l.* 1. *C. de donat. quæ sub modo*, glos. & Batt. *in l.* 1. *ff. de condit. & demonst.* Sarmien. *select. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. & 5. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 12. *à num.* 13. *& cap.* 15. *num.* 28. alt. Molin. Theolog. *de iustit. disp.* 206. *cum duabus seqq.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 10. *tit.* 5. *num.* 15. Mieres *de maior. p.* 2. *q.* 4. *illat.* 8. *num.* 152. *cum seqq. in nouis. edit.* Parlad. *differ.* 147. *à num.* 1. Pichard. *in* §. *sub conditione* 4. *num.* 9. *&* 19. *Instit. de verb. oblig.* Ioseph. Sesse *Arag. decis.* 31. Castill. *controuers. lib.* 4. *cap.* 55. *num.* 25. *& seq.* vbi *num.* 29 ait quòd in dubio potius modus quàm conditio præsumitur. Menoch. *cons.* 262. *n.* 7. 52
& cons. 494. *per tot. vol.* 5. vbi *num.* 15 sic ait. *Intelligimus etiam quod institutus sub conditione non prius dicitur hæres quam impleta conditione, si negatiua est conditio data, aut oblata cautione loco implementi: institutum vero sub modo affirmatiuo, vel negatiuo esse hæredem etiam ante impletum modum, datamve cautionem*, &c. Vnde inter conditionem & modum differentia est, quia modus nõ impedit acquisitionem ab initio fieri, licet deinde eo non impleto resoluatur, *l. libertas.* §. *hac scriptura ff. de manum. testam.* Sarmien. *d. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. 2. *&* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 175. *num.* 11. *& cons.* 131. *num.* 4. Parlad. *d. differ.* 147. *num.* 8. Seraph. *decis.* 724. *num.* 10. adimpleri enim potest post dispositionem, & actum perfectum, *l. Mauia, ff. de man. testam. l. demonstratio* §. *vlt. & l. quibus diebus* §. *Termilius, ff. de condition. & demonst.*

Conditio verò impedit acquisitionem ab initio, cum adimpleri debeat antequam actus perficiatur, *l. filiofam. ff. de condit. & demonstr.*

Conditio mixta quando habeatur pro impleta? 53
Resp. tunc pro impleta haberi quoties non potest impleri per factum eius, in cuius persona impleri debet. *l. si Titius* 14. *l. iure ciuili* 24. *l. in testamento* 31. *ff. de condit. & demonstr. l. qui concubinam* §. *vxori ff. de legat.* 3. *l. Mauia, in princ. ff. de ann. legat.* Menchaq. *illustr. lib.* 3. *c.* 93. *num.* 3. vbi *num.* 5. subdit rationem vulgarem quòd quando conditio nubendi pendet ex facto alterius, alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, quia fortè ille, cui debet nubere, posset hoc facere malitiosè, vt illa perderet hæreditatem nulla subsistente iusta causa: idcirco lex vult quod tunc conditio habeatur pro impleta, *l.* 1. *C. de his quæ sub modo*, ibi, *sed si per te non stat quominus voluntati testatoris pareat, sed per eum, cui nubere, iussa est quominus id, quod tibi relictum est, obtineas, non oberit. l. si post diem* §. *item si qua, ff. quando dies leg. cedat, l. testamento* 31. *ff. de condit. instit.* quorum 54
iurium auctoritate resoluendum est mulierem, cui fuit conditio imposita nubendi Petro, succedere acsi illi nupsisset, si Petrus prius cum alia Matrimonium contraxit, cum eo ipso conditio habeatur pro impleta; vt in specie tradunt Soccin. *in l. in testamento la* 2. *num.* 2. *&* 7. *ff. de condit. & demonstr.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynuntius verb. cuidam Petro tradiderunt num.* 3. Sim. de Prettis egregiè hoc probans, *de interpret. vltim. volunt. lib.* 4. *interp.* 1. *dub.* 12. *num.* 69. *& interp.* 2. *dub.* 1. *num.* 7. Ioan Bapt. Plot. *inter consilia matrim. diuersa cons.* 87. *num.* 8. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 183. *num.* 25. *& cons.* 146. *num.* 31. *vers. secundus est casus* latè Galgan. *de condit. & demonst. p.* 2 *cap.* 1. *q.* 29. *num.* 7. *&* 8. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 20. alt. Molin. Theolog. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 206. *vers. quando legatum, & disp.* 613. *num.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 33. *num.* 8. *&* 20. Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 17. Idem resoluendum 55
quando mulieri fuit iniunctum præceptum nubendi cum Petro, & per Petrum stetit quominus contraheretur matrimonium, quia conditio habetur pro impleta, & mulier potest cum alio contrahere matrimonium, & consequitur legatum, seu hæreditatem, vt per Socin. *in d. l. in testamento la* 2. *num.* 11. Plot. *d. cons.* 87. *num.* 18. Menoch. *d. præs.* 183. *num.* 28. Galgan. *d. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. *&* 21. Sanch. *d. lib.* 1. *disp.* 33. *num.* 18. *vers. quartum dubium.*

Conditio

56 Conditio apposita in fideicommissis, vel maioratibus ducendi consanguineam, an sit valida? Resp. validam esse, & intelligendam accedente Pontificis dispensatione cum Emman. Costa *select. lib. 1. cap. 8. num. 14.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 13. num. 7. & in addit. ad finem operis cap. 13. num. 11,* Mieres *de maior. p. 1. q. 50. num. 2.* Sfort. Odd. *cons. 52. per tot.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 22. num. 23. & cons. 18. num. 6. & 7.* Fachinæ. *controu. lib. 3. cap. 36.* vbi respondet ad text. *in cap. vlt. de condit. appos.* latè Castill. *controuers. lib. 3. cap. 7. num. 42. cum seqq.* Perez de Lara *de vita hominis cap. 4. num. 33.* qui & præcipuè Molin. Gutier. & Castill. aiunt valere conditionem licet desideretur claus. *si Papa dispensauerit*; quia ea subintelligitur semper tacitè apposita tanquam necessaria, & sine qua consanguinei contrahere non poterunt. Et hoc adeò verum est vt procedat etiamsi conditio sit expressè posita inter consanguineos in secundo gradu consanguinitatis, Sanch. *de matrim. lib. 5. disp. 5. num. 19. cum seqq.* Molin *de iustit. tract. 2. disp. 613. per tot.* Castill.

57 *d. lib. 3. c. 7. à num. 45.* Et cui imponitur grauamen impetrandi dispensationem, tenetur illam petere & solicitare omni cura, & plenam diligentiam adhibere, quamuis difficilè esset illam obtinere, quia alias non excusaretur, Bald. *cons. 393. num. 3. lib. 2.* Paul. de Castro *cons. 433. n. 2. lib. 1.* Mieres *de maior. p. 4. q. 4. num. 10. & 20.* Gutier. *cons. 18. n. 9.* Sanch. *d. lib. 5. disp. 5. num. 12.* Castill. *d. lib. 3. c. 7. n. 21. & 22.*

58 Conditio *si nupserit Titio*, an valeat, & reddat legatum conditionale? Resp. valere per *l. 1. C. de instit. & substit.* ibi, *Cùm auum maternum ea conditione filiam tuam heredem instituisse proponas si Amilli filio nupsisset, non prius eam heredem existere quam conditioni paruerit, aut filio Amilli recusante matrimonium impedita fuerit, manifestum est.* Crauet. *cons. 1. num. 5. tom. 1.* ibi, *Aliud est quando relinquitur mulieri si nupserit tali, quia tunc inuitatur mulier ad matrimoniũ, non illud impeditur, ideo si ille dignus sit, ipsi nubenda est*, &c. & paulo inferiùs ibi, *Imò conditio si nupserit Titio nullum habet impedimentum matrimonij, cùm statim possit nubere Titio, licet non alij, ideo data dignitate Titij, aut cessante eius indignitate, tenetur mulier nubere Titio, si velit legatum*, &c. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volum. lib. 11. tit. 18. num. 2.* ibi, *Vnde si alicui legatum fuerit relictum sub conditione, si cum Lucilla nuptias contraxerit, debet parere conditioni*; alioqui excluditur à legato si honestè potuerit tales nuptias contrahere, *vt continetur in iuribus suprà citatis, & in l. vter ex fratribus, ff. de condit. & demonst.* &c. Maresc. *var. resolut. lib. 1. cap. 73. num. 9.* ibi, *Praeterea est sciendum quod licet conditio nubendi cum consensu alterius de legato reijciatur, vt dictum est, tamen secus est si fuerit dictum si matrimonium cum tali contraxerit, nam hac conditio valet, & reddit legatum conditionale, qua non impleta legatum non debetur*, &c. Cassanate *cons. 1. num. 45.* ibi, *Secunda conditio sub qua Comessina grauatur, resultat ex illis verbis. Y en dicho tiempo Catharina Sierra en Matrimonio colocada, quæ verba inducunt conditionem necessariò verificandam vt fideicommisso locus esset, l. cùm ita legatur, l. Titio centum §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. 2. C. de institut. cap. de illis, de sponsal.* &c. & in confirmationem plures citat Doctores, & *num. 47.* ita ait. *Vnde nuptiis à Catharina nunquam contractis substitutio prorsus expirat* Becc. *cons. 39. num. 22.* Menoch. *cons. 243. num. 15. & 23. Quæ quidem conditio debet impleri intra triennium post pubertatem, vt post Bart. & Bald. resoluit Mantic. d. lib. 11. tit. 18. num. 23. Et est intelligenda de primis nuptiis, vt tenet Bertachin. in suo repertor. p. 1. verbo conditio nubendi fol. 415. ibi, Conditio nubendi Titio intelligitur de primis nuptiis secundum Bald. in l. 1, in fine, de instit. & substit. vnde expirat si primum matrimonium contrahitur cum alio, licet secundum primo soluto contrahatur cum Titio secundum Bald. ibidem*, &c. Difficultas autem versatur quando conditio est vt teneatur ducere vxorem de tali familia, vel vnam tantum personam requirere teneatur? Vide Marescot. *var. lib. 1. c. 43. num. 1.* Fontanel. *de pactis nupt. claus. 6. glos. 3. p. 4. num. 43.*

Concessio facta Hispano de bonis sitis in Italia 59 an regulari debeat secundum consuetudinem Italiæ? Resp. affirmatiuè per Bald. *de pace Constantiæ ad fin. verb. si qua controuersia, in fine*, vbi dicit quòd si feudum concedatur Italo in Germania, debet concessio feudi regulari secundum consuetudinem Germaniæ, Greg. Lop. *l. 24. glos. 2. in fine tit. 11. part. 4* ibi, *Quòd concessio facta Tusco Castri Alemaniæ, intelligitur secundum consuetudinem Alemaniæ, & si Alemanico in Tuscia secundum consuetudinem Tusciæ, ex quo inferas ad mercatorem alienigenam constituentem maioriam in Hispania de rebus Hispaniæ vt circa omnia reguletur secundum consuetudinem Hispaniæ*, &c. D. Barb. *in l. exigere dotem n. 116. ff. de iudic.*

Conducens mulam seu equum ad faciendum 60 iter ad Toletum si iter faciat ad Hispalim an teneatur de morte mulæ? Resp. teneri per Doctores *in l. qui fundum ff. de condict. furt.* Felician. *de societ. cap. 21. num. 41.* Ripoll *var. c. 12. de locato num. 293. cum seqq.* Nisi cùm mula esset datus famulus, quia tunc ad nihil, dolo excepto, conductor tenebatur; imputet enim sibi dominus mulæ, qui malum famulum elegit, & ita bonum est quod cum mula famulum accipiat, vt euitet omne periculum, *l. tum in plures 60. §. seruum, ff. locati, l. nam & Seruius 21. §. fin. ff. de negot. gest.* Ripoll *d. cap. 12. num. 295. cum seqq.* Trullench *in præcepta Decalogi lib. 7. cap. 14. dub. 11. num. 3. in fine*; quod limitat Sanch. *in cons. moral. lib. 1. c. 5. dub. 8.* dum inopinato offertur necessitas eundi ad remotiorem locum, & ex eo nullum damnum domino prouenit.

Conductor qui præsente pecunia domum con- 61 duxit, & superueniente pestis contagio illam deseruit expeditã ab omnibus mobilibus inuectis, & illatis, an possit mercedem, seu pensionem solutã repetere? Resp. affirmatiuè cum Mich. Reinoso *in suis obseruat. iuris obseru. 35. num. 14.* vbi *n. 12.* id intelligit licèt non probaretur clauium traditio, nec de illa constaret, vel de deposito illarum in iudicio, aut in manu partis, quia propter temporis turbulentiã nemo penitus erat qui domũ conducere vellet, & sic domini ædium nullum damnũ patiebãtur.

Confessio sine dependentia qualitatis illi adja- 62 centis an possit admitti? Resp. posse per tex. *in l. Publia Mauia §. fin. ff. depositi*, vbi ex epistola scribentis se tenere depositum, seque creditorem esse in tot, clare probare depositum, sed non creditum, vbi *glos. fin. & ibi* Bald. & Ias. *in l. non solùm §. morte sub n. 26. vers. hinc infertur, ff. de noui oper. nunciat.* Mathesil. *sing. 79.* Probatur etiam *ex l. exemplo C. de probat.* vbi habetur perniciosum esse vt credatur illi scripturæ, qua vnusquisque sibi annotatione propria creditorem constituit, & ex text. *in l. inter chartulas C. de conuen. fisci debit. lib. 10.* Rot. *decis. 751. n. 1. & 6. & decis. 781. n. 10. & decis. 813. n. 1. & 6. p. 1. diuers.*

Congrua Rectori, vel Vicario si à principio assi- 63 gnetur, & per eum acceptetur, an teneatur illa esse contentus? Resp. affirmatiue, cum sibi debeat quod insufficientem receperit, imputare. Ita Rebuff. *de*

*congrua q.*12. *n.*92. Card. Mantic. *decis.* 22. *num.*1.
*& decis.*250. *n.* 4. *& decis.*255. *num.*2. Greg. XV.
decis. 429. *num.*3. vbi Adden. *lit. A.* nisi adeò te-
nuis esset, beneficiumve insufficiens vt Rector, aut
Vicarius nequeat se sustentare, Ecclesiæque onera
sustinere. Adden. ad Gregor. XV. *d. decis.*429.*lit.*
A. vel nisi cum à principio sufficiens congrua fuis-
set assignata, deinde insufficiens redderetur ob ca-
sus varietatem, vel carestiam non quidem momen-
taneam ex glos. *verb. necessitatem in cap. clericus* 21.
*quæst.*1.
64 Consentienti an actus tribuatur? Resp. affirma-
tiuè, quia consentiens videtur constituere, *l. sicut*
§. venditionis, ff. quib. mod. pign. l. si seruus §. 1. *ff. de*
donat. inter, *l.* 2. *C. si aduersùs donat. l. in ædibus §.*
quod filius, ff. de donat. ibi, *Quòd filiusfam. patris ius-*
su, aut voluntate donauit, aut si mea voluntate rem
meam tu nomine tuo Titio dones, &c. *l. si liqueat C. de*
inoffic. donat. vers. nam quod vxor, cap. vt famæ 35. *de*
sent. excom. Vnde Tiraq. *post leges connub. glos.* 5. *num.*
149. *& in l. si vnquam, verbo donatione largitus num.*
65 349. resoluit quòd si vxor donat de bonis viri,
consentiẽte viro, nõ vxor videtur donare, sed perso-
na viri. Nam qui consentit vt alter alienet, cense-
tur & ipse alienare, Bald. *in cap.* 1. *§. illud vers. quæro,*
de prohib. feudi alien. per Feder. Tiraq. *d. glos.* 5.
*num.*150. *& d. verb. donatione largitus n.*349. Vnde
si vasallus resultat, vel alienat feudum in alium de
consensu domini, perinde est acsi dominus reliquis-
set, & ipse dominus postea transtulisset, vel empto-
rem acceptasset, & ita habetur acsi ab ipsomet do-
mino consentiente de nouo processisset, Afflict. *in*
cap. 1. *num.* 3. *vers. & idem puto, de eo qui finem fec.*
agnat. Aluarot. *in cap.* 1. *vers. & si clientulus, vers. no-*
ta, de alienat. feudi, Cas. Manent. *cons.*43. *num.* 32.
66 36. *&* 46. Atque ita quotiescunque actus fieri non
potest absque licentia alterius, dicitur prouenire
ab eo, qui eam concessit, vt per tex. *in d. l. in ædi-*
bus §. quod filius, tradit Matiens. *l.* 9. *glos.*2. *num.*10.
*tit.*1. *lib.* 5. *Recop.* Et in terminis quando pater insti-
tuit maioratum ex bonis, & legitima filij quod ipse
filius non pater censeatur maioratus fundator, te-
net Gama *decis.*218. *num.*4. Quia licèt primo aspe-
ctu donator videatur actum facere, reuera & in sub-
stantia, qui consentit constituere videtur, D. Barbos.
67 *in l. quæ dotis num.*23. *ff. soluto matr.* Facit, quia actus
tribuitur mandanti, & committenti, & non exe-
quenti, *l. item eorum §. si decuriones, ff. quod cuiusque*
vniuers. nom. l. vnum ex familia §. si de falcid. ff. de le-
*gat.*2. *l. apertissime cum ibi not. C. de iudic. cap. litteris,*
de rescript. cap. cum aliquibus eod. tit. in 6. Aym. *cons.*
122. *num.* 3. Flam. Paris. *de confident. q.*33. *num.*41
*& q.*40. *num.*44. Surd. *cons.*29. *à num.*3. *& de al..nent.*
*tit.*8. *priuil.*51. *à num.*88. Marc. Anton. Eugen. *cons.*
50. *à num.*31. *lib.*1 Salgad. *de Reg. protect. p.*4. *c.* 1.
à num. 25. *& cap.* 3. *n.* .. *cum seqq.*
68 Contrahens perfectè per scripturam publicam
sub conditione quod assensus Pontificius, seu Re-
gius impetretur, an pendente talis dissensus impe-
tratione valeat à contractu resilire? Resp. posse,
cum Achil. de Grassis *decis.*2. *de pact.* Verall. *decis.*
12. *p.*3. Pute. *decis.*343. *lib.*1. *in correctu*, Marescot.
*var. resolut. lib.*1. *cap.*14. *in princ.* Rot. *decis.*624. *num.*
12. *p.*1. *recent.* Quicquid dicat Molin. *de primog. lib.*
1. *cap.*3. *num.*48.
69 Contrahere intendentes in scriptis an possit an-
te confectam scripturam à contractu resilire? Resp.
vnicuique parti id licitum esse per *l. contractus C.*
70 *de fide instrum. l. Hisp.* 6. *tit.* 5. *part.* 5. Et tunc
dicitur partes intendisse contrahere in scriptis
quando in ipso contractu ante, vel post fuit fa-
cta mentio de scriptura, iuxta opinionem Azon.
in rub. C. de fide instrum. num. 27. Gregor. Lop. *d.*
l. 6. *glos.* 1. Cou. *in cap. relatum el* 1. *de testam. num.*
9. *in fine*, Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 3.
num. 48. *& in sequent. differ.* 109. *§.* 5. *num.* 5.
& 6. Castill. *lib.* 3. *quotid. cap.* 26. *num.* 17.
Guizzarel. *decis.* 75. *num.* 5. *col.* 2. *& num.* 7. *vers.*
ad nostrum.
Creditor, cui debetur annuum debitum ex con- 71
tractu soluendum singulis annis, an possit pete-
re debitorem condemnari ad soluendum singulis
successiuis annis, ne cogatur quolibet anno litiga-
re? Resp. posse, quia quando est plene cogni-
tum, sine dubio præiudicat sententia, & dat exce-
ptionem rei iudicatæ, vt per Sim. de Pretris *de in-*
*terp. vltim. volunt. lib.*5. *interp. vlt. dub.*3. *n.*95. Steph.
Gratian. *discept. forens. cap.* 150. *à num.* 34. Perez
de Lara *de vita hominis cap.*27. *in fine.*
Creditor cepta via executiua pro debito in 72
certis bonis, an possit aliam intentare pro eo-
dem debito in aliis bonis in prima executio-
ne non contentis? Resp. non posse cum Capic.
decis. 53. quem sequitur Gasp. Anton. Thesaur.
quæst. forens. lib. 1. *quæst.* 7. *num.* 6. Milanen.
*decis.*14. *num.* 13. Perez de Lara *de vita hominis*
cap. 27. *num.* 38. vbi *num.* 40. subdit creditorem
non posse transire ad alia bona quando executio
fuit perfecta, & deuentum ad præconia &
subhastationem, nisi subsistente legitima causa,
putà si in bonis primæ executionis aliquis se
opposuerit, vel reperta fuerint bona intri-
cata, quo casu admittetur variatio, refundendo
omnes expensas: & prosequitur, quod si non fue-
rit deuentum ad subhastationem, sed tantum facta
executio, tunc licebit quacunque causa subsistente
ad alia bona redire.
Creditor vt constituatur in mora quæ requi- 73
rantur? Resp. requiri non tantum quod sit
interpellatus recipere, sed etiam quod cum
effectu pecunia deferatur, nolitque recipere,
& deinde consignetur, & deponatur, per *l.*
qui decem 72. *ff. de solut. & l. obsignatione C.*
eod. l. Hisp. 8. *tit.* 14. *part.* 5. Bart. *in l. cum*
seruus num. 3. *ff. de condit. & d..nstr.* Alex.
in l. si mora 10. *num.* 8. *ff. soluto matr.* Ias.
cons. 9. *num.* 15. *lib.* . *& cons.* 172. *lib.* 2.
Rip. *in l. si in..un num.* 68. *ff. de verbor.*
oblig. Tir.. *..e retractu tit.* 2. *§.* 4. *glos.* 6.
num. 16. D. Barbos. *in d. l. si mora num.* 45.
Nihilominus tamen si creditor, cui fuit facta 74
oblatio verbalis, dicat se nolle recipere, & sic
recuset sine causa, tunc constituitur in mora
perinde acsi oblatio realis facta fuisset, glos.
verbo ac præstare, in cap. pastoralis §. præterea,
de offic. Ordin. Tiraq. *d. glos.* 6. *num.* 21. Ruin.
cons. 70. *vol.* 1. Boër. *decis.* 124. Neguzant. *de*
pignorib. 3. *memb.* 5. *partis num.* 7. Beroi. *cons.* 194.
per tot. lib. 1. Franc. Marc. *decis.*878. *p.*1. Anton. Gab.
commun. tit. de solut. concl. 8. *num.* 2. *cum seqq.*
Caroc. *in tract. de oblation. p.* 1. *q.* 7. *de oblat. ver-*
bali num. 3. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.*3. *resol.*
11. *num.*11.
Creditoris tarditas in non petendo quod sibi 75
debetur, an sufficiat ad præsumendam solutio-
nem? Resp. non sufficere, per Marescot. *var. reso-*
lut. lib. 2. *cap.* 67. *num.* 35. Rota apud Pacif. post
tract. *de Saluiano interd. decis.* 185. Et per

quod tempus debitum non petens præsumatur habuisse satisfactionem, vide Dec. *cons. 596. num. 9.* Afflict. *decis. 13. sub num. 21. & decis. 58. num. 8.* Cephal. *cons. 240. num. 9. & 10. lib. 2.* Mascard. *de probat. concl. 1324. num. 27.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 135. num. 19. cum seqq.* Hector. Felic. *alleg. 41. num. 10. & alleg. 44. num. 3. lib. 3.* Rot. *decis. 788. num. 2. p. 1. diuers.*

77 Debita, siue actiones an licitum sit emere minori pretio quàm quod continetur in obligatione? Resp. affirmatiuè ex *toto tit. ff. de heredit. vel act. vend.* Innoc. & Abb. *num. 7. ac* Beroi. *num. fin. in cap. in ciuitate, de vsur. S. Antonin. p. 2. cap. 8. §. 3. & 4.* Sot. *de iustit. lib. 1. quæst. 4. art. 2.* Nau. *in man. cap. 17. num. 230. cum seqq.* Bapt. *de vsur. commento 3. à num. 226.* Mercad. *de contract. opusc. de arrendamientos cap. 9.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 129. num. 16.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent.*
78 *lib. 4. tit. 13. num. 16.* Ratio est, quia in nominibus debitorum iustum pretium non est quantitas in illis contenta, sed ea, quæ attentis circunstantiis, & rifico arbitrio boni viri probabiliter valere potest, *l. qui filij 4. in fine, ff. de hered. vel act. vend. l. Nisennius 22. §. vlt. l. quærebatur 81. vers. quare. ff. ad leg. Falcid.* Nau. *d. cap. 17. num. 230.* Anton. Gabr. *commun. tit. de actionib. concl. 5. num. 34.* Menoch. *de arbitr. casu 248.* Anton. Fab. *lib. 12. coniectur. cap. 12. & in sua Codice sub tit. mandati defin. 9.* Osuald. ad Donel. *comment. lib. 15. cap. 43. lit. D.* Card. Mantic. *d.*
79 *num. 16.* Minus nanque est habere actionem quàm rem, *d. l. quærebatur, vers. quare, l. minus 205. ff. de regul. iuris*, Gregor. Lop. *l. 1. glos. 1. tit. 11. part. 6.* Anton. Gom. *var. tom. 1. cap. 12. num. 34.* Non obstat text. *in l. per diuersas, & in l. ab Anastasio pen. & vlt. C. mandati*, secundùm quas non valet cessio actionum seu debitorum ad fauorem tertij non constito priùs de solutione, Anton. Gabr. *d. concl. 5. à princ.* Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. fin. p. 3. §. 4.* quia loquuntur, & procedunt in cessionibus fictis & fraudulentis in odium eorum, qui alienas li[illegible] redimunt, Anton. Fab. *d. cap. 12. & d. definit. 9.* [illegible]sualdt. *d. cap. 43.* Menoch. *d. præs. 129. num. 1.* Cu[illegible] *lib. 8. obseru. 31.* & sic quando constat de veritate [illegible]tiuum, Menoch. *vbi supra num. 42.*

80 Debiti partem si quis solu[illegible]illi, aduersus quem exceptione tutus erat, an videatur [illegible]nem partis in reliquam approbasse, & exceptioni re[illegible]tiasse? Resp. affirmatiuè per *l. cum fidem C. de non num. pecun. & l. 2. C. de his quæ vi*, Felin. *in cap. si cautio num. 56. de fide instrum.* Mozz. *de contract. tract. de mutuo tit. quomodo deficiat, seu finiatur mutuum num. 24.* Mart. *decis. 103. num. 4.* Pontanel. *de pactis nupt. claus. 4. glos. 8. p. 1. n. 145.* Anton. Hering. *in tract. de fideiussor. cap. 5. num. 176. & 179.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 524. num. 40.* Pyrrh. Maur. *in tract. de solut. oblat. & ret. cap. 24. num. 2.* vbi tenet soluentem in dubio partem debiti præsumi agnouisse debitum, ac præiudicari sibi in omnibus donec probet se errasse. Quamuis contrarium defendere nitantur Emman. Costa *in l. si ex cautione fallent. 7. num. 4. C. de non num. pecun.* Natt. *cons. 446 num. 19.* Hieron. Magon. *Florent. decis. 143.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 22. num. 16. & de [illegible]. 33. num. 12. & cons. 212. num. 25.* dum tenet quòd licèt sibi præiudicet in soluto, non tamen potest cogi ad soluendum aliam partem, Pyrrh. Maur. *d. tract. de solut. cap. 15. num. 3. cum seqq.* dum existimat soluentem partem indebiti non grauari in solutione alterius, Castill. *quotid. lib. 4. cap. 60. num. 61.* nisi cum Hering. *d. cap. 5. n. 177. cum seqq.* eorum resolutiones intelligas procedere quando quis nomine alterius soluit, quia tunc partis solutione non videtur totum agnouisse per *l. vlt. C. ne vxor pro mar.*

Debitor an liberetur à solutione dans litteras cambij creditori? Resp. non liberari nisi cum effectu interuenerit solutio, per doctrinam Salic. *in l. filius num. 2. vers. sed dubitari potest. ff. ad Macedon.* Cagnol. *in l. singularia in 1. lect. num. 161. vers. non obstat. ff. si certum petat.* Rot. *decis. 679. num. 2. p. 1. recent.* reprobata doctrina Bart. *in d. l. singularia.* 81

Debitor habens plures creditores priuilegiatos & chirographarios, si omnibus soluendo non sit, an in foro conscientiæ teneatur in soluendo seruare ordinem iuridicum, vel statutarium? Resp. teneri, aliàs peccabit mort. nisi cum excuset necessitas extrema alicuius eorum, per Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 760. ad fin.* Aloys. Turrian. *in 2. 2. disp. 19. dub. 4. num. 5.* Filliuc. *tract. 32. c. 4. q. 17. n. 128.* Trullench *in præcepta Decalogi lib. 7. c. 7. dub. 12. n. 22.* 82

Debitor quantitatis, aut generis an teneatur, ex fuga serui, aut famuli deferentis debitum creditori? Resp. affirmatiuè ex *glos. fin. in l. si quis vxor §. apud Labeonem, ff. de furt. & in l. is cui C. eod. tit.* Neguzant. *de pignor. in 3. memb. 5. num. 2. vers. licet ex tali*, Anton. Gom. *var. lib. 2. cap. 7. num. 3.* Carot. *de deposito tit. 4. de depositi restitut. num. 2. & de oblat. p. 1. quæst. 7. §. de reali oblat. num. 8.* Aloys. Turrian. *de iustit. disp. 11. dub. 6. num. 3.* Trullench *in præcepta Decal. lib. 7. cap. 14. dub. 11. num. 7.* Intellige vt tunc debitum quantitatis debitori pereat dum ipse nuntium, vel famulum elegit, secus si electus aut missus fuerit per creditorem, cui si debitum quantitatis, vel generis tradatur, per debitorem, est idem ac si ipsi creditori fuisset traditum, cum multis Trullench *d. dub. 11. num. 3.* Bonacin. *de restitut. disp. 3. q. 3. puncto 9. num. 5.* Vel si ex conuentione vtriusque fuerit signatus famulus, aut actum quod tradatur tale deferenti signum, aut litteras, quia si hoc ita debitor adimpleat, & simili famulo rem deferendam tradat, itaut culpa ei non valeat imputari, liberatur, & res creditori perit, Bonacin. *d. puncto 9. num. 11.* Trullench *d. dub. 11. num. 2.* 83

Decimarum exactor an possit domino fundi prohibere ne fructus ex fundo exportet, nisi eo, vel eius nuntio præsente? Resp. posse per Vincent. de Franch. *decis. 51.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 21. num. 26.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 9.* Cancer. *var. resolut. lib. 1. cap. 23. de decim. num. 7. in 2. edit. & lib. 3. cap. 3. num. 372.* Mastrill. *de magistrat. lib. 4. cap. 18. num. 8.* Nouar. *de grauaminib. vasall. tom. 1. grau. 308.* plures, quos refero *in collect. ad cap. tua el 2. num. 7. de decim. & de officio & potest. Parochi cap. 28. §. 1. num. 42.* 84

Decretum super venditione rerum immobilium minoris à quo iudice sit interponendum? Resp. interponi posse à quolibet ex tribus iudicibus, vel domicilij minoris, vel territorij vbi bona sita sunt, vel loci vbi fit contractus, per Cyn. *in l. si minor* 85

minor num. 2. C. de præd. minor. Bald. in l. 1. num. 5. C. de contrah. empt. vbi dicit quòd si Ecclesia Florentina permutat prædium in territorio Perusino cum Ecclesia Perusina, Episcopus Florentinus debet decretum interponere, Ias. in l. 1. C. de sacros. Eccles. num. 96. Greg Lop. in l. 4. glos. 8. tit. 5. part. 5. Mart. de iurisdict. p. 4. casu 193. n. 12. Et quòd quilibet iudex possit interponere decretum super alienatione rerum minoris tam domicilij quam territorij, vbi bona sita sunt, tenent Simoncel. de decret. lib. 1. tit. 1. inspect. 1. num. 69. vers. quartò sententia est communis, Montan. de tutel. c. 32. in princ. n. 5. Gutier. eod. tract. p. 1. c. 16. n. 6. & 19. Cald. Pereira de empt. c. 14. n. 13. & 15. Card. Mantic. de tacit. & ambig. con-
86 uent. lib. 4. c. 6. n. 25. & 24. Et in facultate Regia ad alienãdum bona maioratus quod sufficiat eam obtinere à Principe domicilij tradit Rota decis. 773. n. 7. p. 3. recent. alias p. 1. in posthum. Farin. & post longam disputationem Mieres de maior. p. 4. q. 17.

87 Delegatus extra locum commissionis an partes citare, & de causa cognoscere possit? Resp. non posse, nisi expressè accedat earundem consensus, per cap. statutum §. in nullo, de rescript. in 6. vbi Ioan. Andr. Butr. Gemin. Franch. & Anchar. Abb. in cap. cùm olim num. 32. & 33. & in cap. P. & G. num. 14. de offic. deleg. Matian. in cap. significasti num. 37. vers. aduerte, circa fin. de foro comp. Greg. Lop. l. 7. in glos. verb. sino por auenencia tit. 4. part. 3. vbi addit quòd in isto casu est necessarius expressus consensus partium, & non sufficit tacitus, Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. defen. pas. Suar. de Paz in pract. tom. 1. p. 4. cap. 3. num. 31. D. Barbos. in l. 1. art. 2. num. 9. ff. de iudic. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 8. sect. 2. num. 981.

88 Demonstratio erronea, seu falsa an præiudicet dispositioni perfectæ, & consummatæ quãdo constat de re certa legata? Resp. non præiudicare per l. Quintus Mutius 11. ff. de auro & arg. leg. ibi, qu a certo corpore legato demonstratio falsa non perimit legatum, &c. glos. verb. vicinos, in l. forma 4. ff. de censib. & in l. si. ff. fin. regund. & in l. census ff. de probat. Vnde Bart. in l. demonstratio falsa in princ. num. 4. & 6. & num. 16. vers. item dico ff. de condit. & demonstr. tenet quòd quando nomen fundi est singulare adeo quod res redditur certa licet in confinibus, & aliis demonstrationibus erretur, non viciatur dispositio, optimè declarant Ruin. in l. si quis in fundi vocabulo n. 24. ff. de legat. 1. Socin. iun. cons. 185. num. 2. lib. 2. Menoch. cons. 357. num. 6. 12. 13. 16. & 30. Auiles ad cap. 6. Prætor, verb. tierra num. 5. & 6.

89 Depositarius, qui de mandato iudicis depositum reddit, an consequatur plenissimam liberationem? Resp. affirmatiuè per l. aut Prætor §. permittitur, ff. de minor. glos. verb. potest in l. 1. C. si aduers. solut. Menchaq. vsu freq. lib. 3. cap. 67. num. 3. Maur. de solution. cap. 6. num. 4. & cap. 21.

90 Descendentium appellatione an comprehendantur fœminæ? Resp. comprehendi per l. quoties C. de suis, & legit. hæred. auth. de hæred. abint. venien. in princ. Doctores ad hoc comprobandum plena manu citaui de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appel. 70. num. 9. Et in maioratibus Hispaniæ eandem resolutionem agnoscunt Burg. de Paz cons. 29. num. 38. & 39. Miet. de maioratu p. 2. quæst. 6. num. 86. in 1. edit. & ex num. 379. cum seqq. in 2. impres. Et licèt Ego d. appel. 70. num. 12. id limitauerim quando vocati essent descendentes per lineam masculinam, vel per virilem sexum, id tamen modò intelligo quando vocati sunt descendentes cum illa adiunctione per lineam masculinam, non verò quando post primam & generalem vocationem masculorum, deinde descendentes simpliciter vocantur, quia in tali posteriori descendentium vocatione qualitas illa masculinitatis non debet censeri repetita, iuxta doctrinam Anan. cons. 22. sub num. 3. vers. est etiam multum considerandum, qui loquitur in fortioribus terminis, videlicet quando testator duobus locis vsus est conditione, si sine filiis masculis, & tertia vice dixit, sine filiis, & tamen Anania defendit non esse supplendam particulam, masculis, Alex. cons. 38. num. 8. lib. 6. Socin. cons. 69. num. 5. lib. 3. Socin. iun. cons. 100. num. 20. lib. 1. dicens quòd opinio Ananiæ magis communiter approbatur, & ideo est tenenda; idem Socin. cons. 158. ex num. 31. lib. 2. & cons. 26. num. 7. lib. 4. Deci. cons. 599. Bursat. cons. 228. num. 70. lib. 2. & cons. 372. num. 8. lib. 4. & de magis communi Rimin. iun. cons. 122. num. 159. cum seqq. Sim. de Prettis cons. 90. num. 22. & 23. dicens hanc opinionem tanquam magis communem esse tenendam, Honded. cons. 57. num. 32. & magis receptam testatur Pedrocha cons. 5. num. 51. Gregor. Lop. l. 3. glos. mugeres quæst. 7. tit. 13. part. 6. Hieron. Gabr. cons. 97. num. 18 lib. 1. Cæs. Barz. decis. 119. num. 5. formans hanc opinionem esse veriorem, & magis communem, Mart. de success. legali p. 4. quæst. 6. art. 3. num. 8. cum seqq. & tandem omnibus benè pensatis vti communiorem, & veriorem eam elegit Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 56. vers. sed quamuis, cuius opinionem sequuntur Auendan. l. 40. Tauri glos. 9. num. 43. Castill. controuers. tom. 2. cap. 4. num. 45. cum seqq. vsque ad num. 100. Fusar. de substit. quæst. 403. ex n. 6. vers. secunda est opinio, Ioseph. Ramon. cons. 100. num. 391. Addit ad Molin. d. lib. 3. cap. 5. num. 56. pag. 2 0 Ziriac. tom. 2. controu. 269 num. 57. & 58. Ferentil. ad Burat. decis. 271. num. 19. vbi citat, & sequitur dictum consilium 22. Ananiæ, Gregor. XV. decis. 514. num. 6. vbi Beltramin. num. 17. dicens hanc opinionem seruari à Rota, eadem Rota decis. 354. num. 2. p. 2. recent.

Donata res alicui vt post eius mortem veniat 91
ad quem donator nominauerit, si nominatione non facta decedat dictus donator, an in ea succedant eius hæredes? Resp. succedere per l. vnum ex familia 69. §. si duos, ff. de legat. 1. & ibi Bart. num. 3. Gregor. Lop. l. 7. glos. 5. tit. 4. part. 5 Tell. Fernandez l. 10. Tauri in fine, Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 11. num. 7. vers. quarta conclusio, Vincent. de Franchis decis. 45. n. 2. Cald. Pereira de nominat. emphyt. lib. 2. quæst. 7. num. 1. Hieron. Leo. decis. 38. num. 9. cum seqq. Fontanel. de pactis nupt. claus. 4. glos. 3. à num. 11. & glos. 5. num. 63.

Donatio perfecta an ex postfacto recipiat con- 92
ditionem, vel modum? Resp. non recipere per l. perfecta donatio C. de donat. quæ sub modo. Fontanel. de pactis nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 5. n. 4. cum seqq. Castill. controu. tom. 3. cap. 10. per tot. Ziriac. tom. 2. controu. 269. num. 76. Noguerol alleg. 37. n. 31. nisi in

continenti post ipsam donationem vel pactum de donando cōditiones fuissent appositæ, *d. l. perfecta donatio*, Cou. *lib. 1. var. c. 14. n. 1.* vbi ait incontinenti intelligi quando in ipso contractu, vel post ipsum contractū donationis successiue, nullo medij temporis interuallo inseruntur, Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 15. n. 45. & 47.* vbi dicit in continenti fieri quod fit antequam contractus fuerit absolutus, sequitur Bellon. *de potestate eorum, quæ fiunt incontinenti lib. 1. c. 61. num. 6. & 7.* Rot. *decis. 58. num. 42. cum seqq. p. 6. recent.*

93 Donatio Regis etiam perfecta an possit ex interuallo modificari? Resp. posse per Bald. *in l. nuptæ, ff. de Senatorib.* Angel. *in l. Lutius, ff. de euiction.* Imol. *in cap. quæ in Ecclesiarum col. 2. de constit.* Fulgos. *cons. 143.* Deci. *cons. 190.* Calcan. *cons. 52. num. 17.* Bellon. *cons. 28.* Montalu. *in l. 8. tit. 12. lib. 3. fori glos. no puede*, Palat. Rub. *in repet. rub. de donat. inter §. 69. n. 15*, Pinel. *in l. 1. p. 3. n. 61. vers. infertur 16. C. de bonis mat.* Emman. Costa *in l. cum tale §. si arbitratu limit. 2. in fine*, Valasc. *cons. 119. num. 12. & cons. 132. num. 15.* Cabed. *decis. 75. num. 12. cum seqq. p. 2. & est dispositum per l. Hisp. 15. tit. 10. lib. 5. Recop.*

94 Donatio facta ei, qui consentire non potest, veluti infanti, aut non natis? an eis acquiratur irreuocabiliter absque acceptatione? Resp. acquiri irreuocabiliter, per *l. iubemus C. de emancip. liber.* vbi cum emancipatio fieri nequeat absque consensu emancipati, fieri potest de infante, qui eo casu pro consentiente habetur, ex ea ratione quia qui consentire non possunt, in his quæ eius fauorem conferunt, pro consentientibus habentur: quare ita resoluunt Molin. *de primog. lib. 4. cap. 2. num. 75.* Mieres *de maior. p. 1. q. 28. à num. 203. in 2. edit.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 52. num. 4.* Cancer. *var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 58. in 2. edit. & lib. 3. c. 7. num. 190. & seq.* Rota *decis. 270. tom. 5. recent. 11.*

95 Donatio si facta sit alicui, & filiis aut filiabus, quos elegerit, vel voluerit, & electione non facta moriatur, an omnes sint admittendi? Resp. affirmatiuè per text. *in l. Labeo §. 1. ff. de statuliber. & in l. si quis filiabus 17. §. 1. ff. de legat. 1.* Robert. *rer. iudicat. lib. 4. cap. 14.* Tiraq. *de primog. q. 17. opin. 4. num. 4.* Fontanel. *de pactis nupt. claus. 4. p. 3. glos. 9. num. 29.*

96 Donatio vni facta vt post eius mortem cuidam tertio deueniat, licet reuocari non possit respectu primi donatarij postquam illam acceptauerit an reuocari valeat respectu tertij? Resp. affirmatiue per Bart. *in l. qui Romæ §. Flauius Hermes, ff. de verb. oblig.* quem ibidem probant Imola, Aret. Socin. & Bald. *in l. à socero num. 5. & 6. ff. de iure dot.* idem Bart. per tex. ibi *in l. 3. ff. de seruis export.* Gregor. Lop. *in l. 7. glos. 4. verb. el otro tit. 4. part. 5.* Clar. *§. donatio vers. secundus est articulus*, Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 13. tit. 48. num. 8.*

Donatio an ad sui perfectionem requirat donatarij acceptationem, & consensum? Resp. re-
97 quirere per *l. si ego ff. de iure dot. & l. si ego, ff. de negot. gestis, & l. in omnibus 54. ff. de action. & oblig.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. libertis num. 68. C. de reuoc. donat. & de constit. p. 3. limit. 30. & post leges connub. glos. 5. num. 14.* Anton. Gom. *l. 45. Tauri num. 18.* *Tell. l. 17. num. 30.* Burg. de Paz *q. 10. ciuili num. 3. & 4.* Petr. Gregor. *syntag. iuris lib. 28. cap. 13. num. 1.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 2. num. 58. 63. & 67.* Mariens. *l. 7. glos. 2. num. 9. tit. 10. lib. 5. Recop.* Mier. *de maior. p. 2. q. 36. num. 1.* Valasc. *cons. 55. num. 2.* Cancer. *var. lib. 1. cap. 8. num. 34. in vlt. imp.* vbi quod non requiritur acceptatio donationis quando donatarius possidet rem donatam, vel eius partem. Quicquid teneat 98
Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad. 47. errore 1. num. 3.* quem sequitur Castill. *controuers. lib. 4. cap. 37. num. 41. cum seqq.* Quod etiam de iure regni Castellæ esse tenendum, ac proinde donationem interim quod non acceptatur, posse à donatore reuocari, tenent Gregor. Lop. *l. 4. glos. 1. tit. 4. part. 5.* Villalob. *in antinom. lit. D. num. 173. & 176.* Olan. *in concord. lit. D. num. 43. cum seqq. & lit. P. num. 36.* Couar. *lib. 1. var. cap. 14. num. 13. vers. ego vero, & in rub. de testam. p. 3. num. 13.* Menchaq. *de success. creat. lib. 3. §. 21. num. 43.* Auendan. *de exequen. mand. p. 2. cap. 19. num. 11.* Burg. de Paz *cons. 14. num. 20. & cons. 33. num. 12.* Paz iun. *lib. 1. q. 10. num. 23. cum seqq.* Auendan. *l. 44. Tauri glos. 9. num. 9.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 2. num. 60.* Mieres *de maior. p. 1. q. 36. num. 2. cum seqq. & q. 68. num. 11.* Gutier. *in repet. cap. quamuis pactum in princ. num. 53. vers. sed his non obstantibus*, Perez *in addit. ad Seguram in repet. l. filius dum in ciuitate num. 75. ff. de verbor. oblig.* Azeued. *l. 2. num. 20. in fine tit. 6. lib. 5. Recop.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. cap. 95. num. 1.* Camil. Borrel. *in sum. decis. tom. 3. tit. 10. à num. 149.* Morl. *in emporio Iuris p. 1. tit. 3. q. 3. num. 7.* D. Barbos. *in l. 1. p. 3. num. 18. ff. soluto matr.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 6. num. 19.* Quamuis contrarium, immò de iure illius regni donationem statim absque acceptatione perfectam, & irreuocabilem esse existimauerint Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus q. 8. num. 8.* Duen. *reg. 119. limit. 1. vers. contraria opinio*, Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 4. num. 2. vers. imo quod magis est, & num. 3. in fine*, Perez *ad l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 615. vers. quæro vtrùm donatio*, Ferdin. de Mendoça *disput. iuris de pactis lib. 3. cap. 9. num. 38.* Mariens. *l. 7. glos. 5. num. 21. tit. 10. lib. 5. recop.* Flores de Mena *ad Gam. decis. 8. super num. 2. vers. vides igitur*, Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. 3. num. 36.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 54. num. 13.* Castill. *controuers. lib. 4. cap. 37. num. 41. cum seqq. & lib. 5. cap. 80. num. 9. 16. 41. & 42. & cap. 152. num. 13. vers. denique.* P. Molin. *de instit. tract. 2. disp. 263. vers. vtrum de iure regni, & disp. 581. in princ.*

Donatio facta filio spurio vel incestuoso an & 99
quando valeat? Resp. valere de æquitate iuris Canonici in quantitate necessaria ad alimenta, & sic valere dotem & legatum, non excedens alimentorum quantitatem per *cap. cum haberet, de eo qui dux. in matrim. vbi glos. fin.* Abb. *cons. 50. & 115. lib. 1.* Anton. Gom. *l. 9. Tauri num. 37. & 38.* vbi extendit ad incestuosos, & nefarios, Benintend. *decis. 62. num. 1.* Cou. *de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 6. num. 1. cum seqq.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 12.* Sim. de Prettis *de interpret. vltim. voluntatum lib. 3. inspect. 1. dub. 3. solut. 2. num. 7.* Thesaur. *decis. 211. num. 2. & 3.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 10. num. 5. cum seqq. & num. 28.* Mastrill. *Siciliæ decis. 144. num. 8. cum seqq.* Mart. *de success. legali tom. 2. p. 4. q. 18. art. 11. à num. 43.* D. Barbos. *in l. 1. p. 4. num. 65. ff. soluto matr.* Camill. Borrel. *in sum. decis. tom. 3. tit. 10. num. 117. cum seqq.*

Donatio

100 Donatio causa mortis an tacitè reuocetur si prius decedat donatarius quàm ipse donator ? Resp. reuocari per *l. 1. & l. si mortis causa res donata ff. de donat. causa mort. l. non omnis ff. si certum pet. §. 1. Instit. de donat.* Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 4. n. 19. vers. secundo,* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 7. n.* 10. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 37. num. 43. & 44.* Nicol. Mozz. *de cōtract. tract. de donat. tit. quando annulletur, & reuoc. donat. n. 6.* Camill. Borrel. *in sum. de-*
101 *cis. com. 3. tit. 10. num. 25.* Et si acciderit donatarium, & donatorem eodem casu ruinæ, aut naufragij simul mori, donatio firma remanebit, *l. cum hic statu §. si ambo ff. de donat. inter l. si inter virum ff. de reb. dub. l. si is qui in vicem ff. de donat. causa mort.* Cou. *lib. 2. var. c. 7. num. 8. vers. 5.* Card. Mantic. *d. tit. 7. num.* 10. Menoch *d. præs. 37. n. 43.* Angul. *l. 1 tit. de las meioras glos. 1. n. 5.*

102 Donationes & capitulationes, quæ fiunt pro contrahendo aliquo matrimonio, an illius pars cēseantur ? Resp. censeri, & confundi cum toto ipso contractu dotali, ita quod non nisi vnus contractus fingantur ? per *l. petens C. de pactis* Guid. Papæ *decis. 145. numer 2. ad med. vers. sed his non obstantibus,* Tell. *l. 17. Tauri num. 70.* Vincent. de Franchis *decis.* 205. Viuian. *decis. 257. lib. 2.* Menoch. *cons. 203. in princ. num. 3. lib. 3.* Cancer. *var. tom. 1. c. 8. n. 219. vers. quid plura in 2. edit.* Fontanel. *de pactis nupt. tom. 1. claus. 1. in princ. num. 10. & glos. 1. n. 19.* Leo Valent. *decis. 137. n. 7. 18. 25. & 26* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 984. n. 24.* Giurba *ad statuta Messaneu. cap. 1. glos. 8. num. 14. pag. 161.* Cutelli *decis. 12. n. 100. & de donat. tract. 1. disc. 2. p. 4. num. 23.* Mura *decis. 25. num. 4. & 5.* Martian. *cons. 33. num. 2. ad fin. & num. 3. & 4.* Add. ad Molin. *de primog. lib. 4. cap. 2. n.*
103 18. Ob quòd non solum censentur factæ respectu filij, sed etiam vxoris, aliàs fortasse matrimonium non contractu ræ, Monach. *de rect. feudi interpret. c. 23. p. 1. num. 20. cum seqq.* Cancer. *citato loco*, Ferentil. *ad Burat. decis. 861.* Rot. *decis. 44. num. 1. part. 6. recent. & decis. 114. n. 17. p. 7. etiam recent.* & ideo non poterunt reuocari nisi de consensu filij & vxoris, Rippol *var. cap. 9. num. 40. cum seqq.* Martian. *cons. 33. num. 3. & 4.*

104 Donationes factæ, seu maioratus fundati contēplatione matrimonij an valeant & effectum sortiri debeant, matrimonio postea annullato ? Resp. affirmatiuè, quia cum fuerit contractum, non est curādum de eo quod postea accidit: nam quando effectus causæ iam est consummatus, eo cessante non cessat causa per *l. vlt. ff. vnde liberi*, Rota apud Farin. *decis. 641. num. 6 part. 4. recent.* aliàs p *art. 2. in posthum. Farin.* & coram Duran. *decis. 154. num. 19. & 20.* & coram Martin. Andr. *decis. 110. num. 12.* & coram Buratt. *decis. 11. num. 12.* & fuit originalis limitatio Tiraq. *in tract. cessante causa num. 11.* vbi probat non cessare ius alteri quæsitum, licet cesset causa, qua potuit adquirere. Cutel. *de donat. tract. 1. disc. 3. part. 4. num. 25. pag. 496.* faciunt quæ Anton. Gom. *l. 22. Tauri num. 23.* Miet. *de maior. part. 1. q. 22. n. 340. in 2. edit.* Scip. Theodor. *alleg. 43. n. 22.*
105 *cum duobus seqq.* vbi probat quòd matrimonio dissoluto non cessat effectus donationis contemplatione ipsius factæ, quod latè prosequitur *num. 26. & 27.* Burg. de Paz *cons. 26. num. 34.* vbi ferè in terminis probat maioratum institutum contemplatione matrimonij non resolui matrimonio dissoluto. Iuuat resolutio Aloys. Ricc. *decis. 80. part. 3.*
106 præcipuè ex *num. 17.* vbi latè probat quod donatio facta ad suscipiendos Ordines sacros, sustinetur mortuo donatario ante Ordinum susceptionem. Quamuis Fontanel. *de pactis nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 1. num. 64.* existimauerit quòd contracto matrimonio, & eo annullato, vel declarato nullo propter aliquod impedimentum, potest repeti donatio cōtemplatione matrimonij facta; nam ipse Fotanel. *tom. 1. claus. 7. glos. 1. part. 1. n. 19. & 30.* post Boër. *decis. 22. num. 23. cum seqq.* resoluit ad hoc vt mulier 107
lucretur arrhas, seu donationem propter nuptias, sufficit quod sit traducta ad domū mariti, & quòd sit parata à marito cognosci, licet ipse propter frigiditatem, vel aliam causam non potuerit copulam effectuare, refert & sequitur Domin. Tasson *ad progm. de antefacto vers. 4. obseru. 4. n. 68. vers. verùm si per mulierem & n. 69. pag. 311.*

Donatario ante acceptationem mortuo an eius 108
hæredes donationem acceptare valeant? Resp. affirmatiuè cum Cassan. Caualcan. & Suar. quos sequitur Thesaur. *decis. 70. num. 90. & 94.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 6. n. 6.* Matiens. *l. 7. glos. 2. n. 13. tit. 10. lib. 5. Recop.* Fontanel *d. claus. 4. glos. 8. n. 6. cum seqq.* Castill. *controuers. lib. 4. cap. 37. num. 47. & 49.* Thoro *in compend. decis. Neapol. verb. donatio facta absenti fol. 160.* Anton. Fab. *decad. 87. errore 5.* qui hanc opinionem sequitur si à principio interuenit acceptatio notarij, Card. Tusch. *pract. conclus. lit. D. conclus. 704. num. 2. & 3.* vbi inquit in iudicando, & consulendo ab hac opinione non esse recedendū, si ante reuocationem donationis acceptatio fiat ab hæredibus donatarij. Seraph. *decis. 801. n. 4.* vbi ait stante notarij stipulatione posse etiam post obitum acceptari, nec in hoc discrepare Doctores si notarius stipulatus fuerat nomine absentis: quicquid dicant Burg. de Paz *q. 10. n. 37.* & Mascard. *de probat. concl. 565. n. 2. & 3.*

Donatore mortuo an possit donatarius dona- 109
tionem acceptare? Resp. posse, & nullo casu donatoris hæredem eam reuocare posse, quia facultas reuocandi donationem ad hæredes non transit, per *l. Romæ §. Flauius ff. de verbor. oblig.* Iul. Clar. *§. donatio quæst. 13. vers. vlt.* Cou. *var. lib. 1. cap. 14. num. 17.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 4. num. 77.* Caualcan. *part. 1. decis. 42. num. 19.* Thesaur. *decis. 70. num. 9.* vbi inquit sic Senatum iudicasse, Vincent. de Franch. *decis. 339.* Guid. Papæ *decis. 204.* Surd. *decis. 111. & 206.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 43.* Camill. Borrel. *in sum. decis. tom. 3. tit. 10. num. 156.* Alexan. Trentaciq. *var. resolut. lib. 3. tit. de donat. resol. 1. n. 14. vers. licet,* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 6. num. 5.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. lib. 4. cap. 19. à num. 13.* Anton. Fab. *de error. pragm. decad. 47. errore 4.* Fontanel. *de pactis nup. claus. 4. glos. 8. à num. 4.* Castill. *controuers. lib. 4. cap. 31. num. 38. 44 46. & 48.* Quamuis cōtrarium, imo donatione mortuo donatarium donationem acceptare non posse, quia non est res integra, & de hæredum donantis præiudicio agitur, tum quia donatio absenti facta per mortem ante ratificationem sequutam annullatur, per *l. si inter ff. de rebus dub.* existimauerint Castr. *cons. 95. n. 9. & 10. lib. 2.* Dec. *cons. 226. num. 8.* Cacheran. *decis. 119. n. 24.* Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 2. resol. 49. num. 16.* Tiraq. *de constit. p. 3. concl. 30. à num. 68.* Alciat. *lib. 1. parerg. c. 13.* Narr. *cons. 258. num. 9.* Burg. de Paz *q. 10 num. 37.* Salon de Paz *cons. 33. n. 14.* Azeued. *l. 2. num 11. tit. 16. lib. 5. Recop.* Matiens. *l. 7. glos. 2. num. 13. tit. 10. eodem lib. 5.* Cancer. *var. lib. 1. cap. 8. num. 15. alias num. 42. in vlt. imp.* qui & præcipuè sex vltimo loco citati id ampliant, etiamsi notarius stipulatus fuisset pro donatario. Et respondet Fontanel. *citato loco* dictam *l. si inter*, procedere in donatione inter virum & vxorem.

110 Dos data à patre filiæ spuriæ an valeat in quantitate ad alimenta necessaria? Resp. valere per Bart. *in auth. ex complexu num. 4. C. de incest. nupt.* Duen. *reg. 367. ampl. 3.* Paris. *cons. 64. num. 9. vol. 3.* Cephal. *cons. 398. num. 15.* Roland. *cons. 54. n. 59. vol. 2.* Maluas. *cons. 42. num. 61.* Menoch. *cons. 231. num. 7.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 10. num. 9. & cons. 177. n. 13.* Tell. Fernandez *l. 10. Tauri num. 11.* Thesaur. *decis. 211. n. 1.* Gam. *decis. 149. num. 7.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 15. num. 45.* Matiens. *l. 8. glos. 1. num. 36. tit. 8. lib. 5. noue Recop.* Mastrill. *decis. 144. num. 21.* D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matr. part. 4. num. 65.* Perez de Lara *de vita hominis c. 5. n. 14.* Marr. *de success. legali tom. 2. p. 4. q. 18. art. 11. n. 43.*

111 Dos data filiæ spuriæ an ea mortua redeat ad patrem, vel ad suos hæredes? Resp. redire, & non transmitti ad filios, vel hæredes spuriæ, sicut alimẽta, quæ filio spurio mortuo extinguuntur, & ad hæredes non transeunt per *l. cum hi §. modus autem ff. de transact. l. 3. ff. de aliment.* Panorm. *cons. 50. num. 3. & cons. 115. num. 1. ad fin. lib. 1.* Roland. *cons. 74. à num. 51. lib. 1.* Euerard. *cons. 156. post princ.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis §. idem rescripsit num. 3. ff. de liber. agnosc.* Menoch. *cons. 60. num. 29.* Surd. *de aliment. tit. 5. q. 7. num. 1.* Matiens. *l. 8. glos. 3. num. 1. tit. 8. lib. 5. Recopil.* D. Barbos. *in l. 1. part. 4. num. 71. ff. soluto matr.* Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 1. tit. 2. de nothis & spur. num. 38.* Quamuis dotem transmitti ad filios, vel hæredes filiæ spuriæ, & non reuerti ad patrem existimauerint, Bald. *cons. 456. num. 9.* Beroi. *cons. 165. num. 23. lib. 2.* Vincent. de Franchis *decis. 283. à num. 10.* Paleoth. *de nothis & spur. cap. 51. ad fin.* Alex. Raudens. *Pisana decis. 29. num. 200.* Pereg. *de iure fisci lib. 3. tit. 18. n. 51.* Cancer. *var. lib. 3. c. 21. de transmiss. à num. 121. & 208.* Sed de Iure Regio Castellæ per *l. 10. Tauri*, quæ est *l. 8. tit. 8. lib. 5. Recop.* cõstitutum est patrem quintum bonorum in proprietate filio spurio relinquere posse. vnde si dos, vel alimenta relicta non excedunt quintum bonorum parentis, mortua filia, vel filio non redeunt ad patrem, sed suis filiis, vel hæredibus pertinent. Ita per illam leg. resoluunt Anton. Gom. *in d. l. 10. num. 42. & 44.* & ibi Tell. Fernand. *num. 16. cum seqq.* D. Barbos. *in d. l. 1. part. 4. num. 75. cum duobus seqq. ff. soluto matr.*

112 Dotis receptæ confessio constante matrimonio an valeat, ac creditoribus præiudicare possit? Resp. negatiuè per glos. verbo datæ *in l. assiduis C. qui potiores in pign.* Greg. Lop. *l. 5. glos. 5. circa fin. vers. & quia fundamentum tit. 3. part. 5.* D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matr. part. 6. num. 25.* Rodrig. *de concursu creditor. part. 2. art. 1. n. 18.* Gairo *de credito cap. 4. quæst. 11. n. 1715.*

113 Dotis receptæ confessio facta constante matrimonio in vim præcedentis promissionis, vt valeat quid requiratur? Resp. requiri quod scriptum promissionis fuisset ante contractum matrimonium confecta, per *l. in contractibus §. fin. d quoniam C. de non num. pecun.* Cou. *lib. 1. var. c. 7. num. 6.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 12. n. 20. & præs. 13. à numer. 21.* Marescor. *var. resolut. lib. 1. cap. 8. num. 13.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 20. num. 12. & tit. 27. num. 6.* Gairo *de credito cap. 4. quæst. 11. num. 1754.*

114 Dotis augmenti confessio, maxime quando illud augmentum consistit in rebus mobilibus, an nulla sit, sicut dotis receptæ confessio constante matrimonio facta? Resp. augmenti dotis confessionem magis suspectam esse per *Auth. sed iam necesse C. de donat. ante nupt.* Cou. *lib. 1. var. cap. 6. num. 7. vers. in contrarium sententiam*, vbi *num. 6. vers. quod præterea*, ait quòd licet constet de fide tabellionis res mobiles verè datas fuisse in dotis augmentum, hæc datio creditoribus non præiudicat, D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matr. part. 6. n. 39.* vbi alios refert, & reddit rationem quia à communiter accidentibus in matrimoniis solet nos promitti, & solui, & ideo confessio dotis receptæ est verisimilis, proindeque admittenda, sed postquam data est, non solet augeri, & ideo ex insolitas faciliùs fraus præsumitur: idem tenet Gairo *d. quæst. 11. à numer. 1762.*

Electio seu nominatio si alicui competat per contractum inter viuos, ea semel facta an liceat electoribus variare? Resp. non licere per *l. apud Aufidium ff. de opt. leg. & l. statu liberum §. Stichum ff. de legat. 1. & ibi glos. verb. non poterit, & l. huiusmodi §. Stichum in fine ff. eod.* Anton. Gom. *l. 40. Tauri num. 50.* Burg. de Paz *cons. 2. num. 14. & 15.* Aluarad. *de coniect. mente def. lib. 2. cap. 2. num. 28.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 4. num. 37.* Mier. *de maior. p. 1. q. 18. & quæst. 48. ex num. 45. & q. 68. n. 18. & 28.* vbi intelligit nisi ante acceptationem reuocauerit electionem, quia electio interim dum acceptatur, est reuocabilis, Surd. *cons. 264. numer. 10.* Matiens. *l. 14. glos. 1. num. 15. tit. 4. lib. 5. Recop.* Menoch. *de arbitrar. casu 38. & cons. 1107 num. 12. & 13.* Card. Pereira *de nominat. emphyt. lib. 2. quæst. 10. num. 83. & part. 3. c. 2. num. 7.* Valasc. *cons. 101. ex num. 12.* Gutier. *practic. lib. 3. quæst. 48.* Steph. Gratian. *discept. f. vers. cap. 18.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 65. num. 7.* Christoph. de Paz *de tenuta cap. 34. numer. 50. cum seqq.* Fontanel. *de pact. nupt. in addit. ad fin. 2. p. n. 7. vers. est secundo notandum*; secus si fiat in testamento, ex Molin. *d. cap. 4. num. 36* Christoph. de Paz *d. c. 34. num. 57.* vel per donationem causa mortis Valasc. *d. cons. 102. n. 16. cum seqq.* Castill. *quotidian. lib. 5. c. 80. n. 18. vers. quando vero.* 115

Electum grauare an possit is, cui ex dispositione legis, vel testatoris electio est commissa? Resp. non posse, per *l. vnum ex familia 67. §. sed si fundum ff. de legat. 2.* nisi electum grauet ad fauorem illorum, quos potuisset eligere, Bart. *in d. §. sed si fundum vers. quæro executor*, Castr. *cons. 433. lib. 1.* Loazes *in l. si filius fam. §. diui num. 212. ff. de legat. 1* Mieres *de maior. part. 1. q. 71. n. 52. & 65.* Ioseph. Sesse *Aragon. decis. 55 num. 12.* Et potest plures gradus substitutionum facere, eligendo vnum ad vitam, & post eius vitam alium ex eis, quos eligere posset, & inter eos tempus diuidere. Bart. *in d. §. sed si fundum n. 2.* vbi Segura *num. 158.* & Peralta *num. 18.* Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus in declar. leg. Regni q. 5. num. 1. & 2.* Ioseph. Sesse *loco citato.* 116

Eligendi facultas si ad tempus mortis restricta sit, eligens in vita, an possit vsque ad mortem semel atque etiam pluries variare? Vnde Tiraq. *in l. boues §. hoc sermone limit. 15. num. 9. ff. de verb. signific.* Sim. de Prætis *de interp. vltim. volunt. lib. 1. interp. 1. dub. 5. solut. 3. ex num. 1.* Mier. *de maior. p. 1. quæst. 48. num. 178. in 3. imp.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 4. num. 23. cum seqq.* P. Molin. Theol. *de Iustit. tract. 2. disput. 593. à princ.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst. 10. num. 83. & de potest. elig. lib. 3. cap. 5. num. 2.* Christoph. de Paz *de tenuta cap. 34. num. 62.* Valasc. *cons. 102. num. 15. & 23.* Flores de Mena *var. lib. 3. quæst. 22. num. 15.* 117

Eligendi facultas data alicui vt possit vnum ex pluribus nominatis eligere, an adhuc possit duos eligere? Resp. posse, per *l. vnum ex familia 69. §. si duos ff. de legat. 2.* vbi Bart. *num. 1.* dicit quòd ille, qui est iussus restituere rem vni ex certis, potest 118

ex

119 ex illis certis plures eligere, & *ibi* Bald. *vers. in textu non prestetur*, & Imol. *col. 1. vers. item nota quòd si testator*, & Paul. de Castro *num. 1.* Roman. *sing.* 454. Ruin. *cons. 110. num. 3. & 12. lib. 3.* Sarmien. *in d. §. si duos*. Pulchram quæstionem ad hoc propositum ponit Bart. *in d. l. vnum ex familia §. sed etsi fundum num. 2.* ibi, *Quæro executor, cui commissa est electio inter pauperes, elegit aliquem in pauperem hoc pacto, vt post mortem restituat cuidam alteri, an istud onus valeat, hic videtur casus quod non, & est verum si poneremus illum alium, cui debet restitui, non esse de numero pauperum, sicut hic videbatur dare ei, qui erat extraneus, non autem ei, qui erat de familia: sed si esset de numero pauperum, puto quod valet, Bartolum sequitur* Bald. *in d. §. sed & si fundum*, ibi, *Executores possunt eligere successiuè, hoc modo, eligimus talem in vita sua, vel vsque ad decem annos, & postea eligimus talem*, &c. Idem Bald. *cons. 162. Quidam Franciscus num. 8. vol. 5.* Paul. de Castro *in d. l. vnum ex familia §. si duos num. 3.* Socin. *in l. vtrum §. cum quidam n. 10. ff. de rebus dub.* Ferdin. Loazes *in l. filiusfam. §. diui num. 80. & 212. cum seqq. ff. de legat. 1.* Roderic. Xuar. *in l. quoniam in prioribus ad leg. Regni quæst. 5. num. 1. vers. & hoc videtur, & ibi eius additionator Valdes. Segura in d. §. sed etsi fundum num. 158.* Petr. de Peralta *ibidem num. 17.* Miet. *de maior. p. 1. q. 71.*
120 *num. 65.* ibi, *Hinc est quòd eligens potest in bonis, in quibus eligit, grauare electum in fauorem illorum, quos potuisset eligere*, &c. Fusar. *de substit. q. 511. n. 8.* Ioseph. Sesse *Arag. decis. 437. num. 3. & 4. p. 4.* ibi, *Limitatur superior resolutio, nisi talis electus, vel nominatus grauaretur per eligentem de dando fundum vel partem eius, alicui ex eadem familia, in cuius familia fauorem fuit hæres grauatus restituere vel eligere, cui & quem vellet*. Ita Bart. Bald. Peralta & omnes *in d. §. sed & si fundum, & in § si de falcidia, licèt contrarium suadeat* Molin. *vbi supra, ex quo multa referunt Doctores ad varias quæstiones eligendi distribuendi alicui, vel aliquibus ex pauperibus: nam poterit grauatus rem inter omnes diuidere, vel dare vni soli de contemplatis, vel distinguere tempora inter contemplatos*, &c. Non obstat quod elector non potest eligere duos quando facultas data fuit vt possit eligere vnum ad vinculum, Menoch. *cons. 1107. num. 16. & 17.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 229. num. 43. & 44.* Castil. *controuers. lib. 5. cap. 121. num. 55. vers. & ad hæc*; quia loquuntur ex verisimili voluntate testatorum, Molin. *de primog. lib. 2. cap. 4. num. 45.* ibi, *Quoties ex mente testantis colligi potest*, &c. Menoch. *d. cons. 1107. num. 15.* ibi, *secus verò quando constat ex vrgenti coniectura de vno sensisse*, Stephan. Gratian. *d. cap. 229. n. 44.* Castill. *d. cap. 121. num. 55. ibi, nisi mens testatoris repugnet*, &c.

121 Eleemosyna quando est in præcepto, ille qui eam tenetur facere, an satisfaciat si illam rem, qua tunc proximus vere indiget, det ei mutuatam? Resp. non satisfacere, sed oportere eam gratis donare per veram & formalem donationem, vt contra Nau. *in man. c. 17. num. 61. & cap. 24. n. 5. & in tract. de eleemosyna ad cap. quiescamus 42. dist. n. 24. vers. & inde sequitur, fol. 229.* resoluunt Greg. de Valentia *tom. 3. disp. 3. q. 9. puncto 4. §. 1. vers. septimo certissimum quoque*, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. c. 176.* Lessi. *de Iust. lib. 2. c. 16. num. 11. dub. 1.* Azori *instit.*
122 *moral. p. 3. lib. 7. de contractu mutui cap. 11.* Dicitur autem eleemosyna esse in præcepto quando necessitas est extrema: existenti enim in extrema necessitate tenetur quis sub peccato mort. eleemosynam exhibere ex bonis, quæ ei necessaria sunt ad statū, quem habet, modo ipse his non indigeat ad naturalem & propriam necessitatem subleuandam *cap. pasce fame morientem 86. dist.* S. Ambros. *lib. 1. de offic. cap. 31.* vbi vt grandis culpa si sciente te Fidelis egeat, si scias eam sine sumptu esse, fame laborare, ærumnam perpeti, eum præsertim qui egere erubescat, S. Thom. *in 4. sentent. dist. 15. q. 2. art. 1. quod*
l. 4. vbi docet habentem superfluum naturæ, & personæ teneri illud erogare pauperibus de præcepto, 123
etiamsi non patiatur extremam necessitaté naturę, Nau. *in d. cap. quiescamus n. 11.* Ioan de Medina *in tract. de eleemosyna q. 3. §. verum*, Cou. *lib. 3. var. cap. 14. num. 5. vers. prima conclusio*, Sarmien. *de redditib. eccles. p. 4. c. 5. num. 7.* Spin. *in speculo testam. glos. 6. princ. num. 7.* Alex. *in tract. tassa panis concl. 1. num. 6.* Greg. de Valent. *d. disp. 3. q. 9. de eleemosyna puncto 4. vers. tertiò certum est*. Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 176. n. 12.* Gabr. Aluarez *de priuileg. pauperum q. 34. n. 2. p. 1.*

Ementes fructus, & redditus Ecclesiasticorum, 124
an gabellam soluere teneantur? Resp. teneri, quia priuilegium Ecclesiæ est personale, & non transit cum re empta, per Bart. *in l. licitatio §. mercatores, ff. de public. & vectig.* vbi Paul. *num. 2.* Pract. Ferrar. *in libello, quo agitur super solutione pedag. glos. vlt. verb. ceciderunt in commissum n. 8. pag. 122.* Tiraq. *de retract. lig. §. 1. glos. 13. n. 12. pag. 224.* Personal. *de gabell. n. 84. & 85. pag. 250.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. c. 6. n. 136. & seq.* Alder. Mascard. *de statutor. interp. concl. 1. num. 28.* Alex Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. de iure fisci resol. 5. n. 7.* Gutier. *de gabell. q. 44. n. 3. & 4.* D. Barbos. *in l. quia tale n. 42 post princ. ff. soluto matr.* Bobadil. *in politica tom. 2. lib. 5. c. 6. num. 31* Morl. *in emporio Iuris p. 1. tit. 9. in prælud. num. 112.* Ceuall. *in tract. per viam violentiæ part. 2. q. 50. ex numer. 13.* Azori. *instit. moral. p. 3. lib. 3. cap. 20. q. 2.* Carol. de Graff. *de effectibus clerical. effectu 3. num. 88. cum seqq.* Beller. *disquisit. clerical. tit. de exempt. cleric. §. 4. n. 4. & 5. pag. 361. & §. 8. n. 2. & 3. pag. 767.* Bonacin. *de censur. in Bulla Cœnæ disp. 1. q. 19. puncto 3. §. 1. n. 20. & 21.* Glorit. *resp. 5. n. 36. cum seqq.* paucos ex his citaui Ego *de Iure eccles. vniu. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 59.*

Emens aliquo redditus ad eius vitam possidēdos, an licite emat si tanto superuixerit tempore 125
quod redditus empti & exacti multò excedant pretium solutum? Resp. licitè emere, & contractum non iudicari illicitum per Paul. de Castro *in l. de fideicommisso C. de transact.* vbi Alex. *n. 1.* & Decian. *num. 4.* Natt. *cons. 498.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 11. num. 28. vers. aduerte*, Fontanel. *de pactis nupt. claus. 4. glos. 18. p. 3. n. 105.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. q. 1. num. 292.*

Episcopus an possit cathedram siue tribunal à 126
ciuitate amouere, & in alio loco suæ diœcesis collocare? Resp affirmatiuè, dummodo sit ad breue tempus, & cum iusta causa, per Franch. *in cap. cum Episcopus num. 4. de offic. Ordin. in 6.* ibi, *Intellige quando Episcopus vellet transferre cathedram de sua Ecclesia principali ad tempus, quia tunc potest in quocunque loco diœcesis collocare locum tribunalis, & de causis cognoscere, & ita procedat tex. hic, secus si perpetuo, vel ad longum tempus vellet transferre cathedram à sua principali Ecclesia ad aliam Ecclesiam ipsius diœcesis, quia tunc non posset*, &c. Gemin. *ibid. n. 13.* ibi, *Dic quòd aut Episcopus vult perpetuo, vel ad longum tempus transferre cathedram de sua Ecclesia principali ad aliam eiusdem diœcesis, & hoc non potest; idem si vellet quod cathedra intitularetur in alio loco, quam in Ecclesia, in qua constituta est*, &c. Mandos. *cons. 27. num. 8.* ibi, *Vt non possit Prælatus sibi alibi quam*

quàm in ipsa Ecclesia Cathedrali constituere, &c. Stephan. Gratian. *in addit. ad decis.* 113. *n.* 2. ibi, *nam ad longum tempus non posset remouere Cathedram, & Tribunal à ciuitate*, &c. & *discept. forens. c.* 655. *num.* 27. ibi, *Tamen hoc intelligitur dummodo Episcopus hoc nõ faciat ad longum tempus; nam sine iusta causa non posset remouere Cathedram, & Tribunal à ciuitate*, &c. Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 23. *n.* 151. *vers. limitatur*, ibi, *Ne scilicet liceat Praesidi ad longum tempus sine causa aliqua Tribunal erigere, & à ciuitate amouere*, &c. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancel. *glos.* 43. *num.* 192. ibi, *Intellige ad modicum tempus, nam ad longum tempus non potest sine iusta causa remouere Cathedram, & Tribunal à ciuitate.* Ego *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 80. *à n.* 4.

127 Episcopus an possit ad se auocare causam pendentem coram suo Vicario? Resp. posse, per doctrinam Cou. *practic. c.* 9. *n.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *n.* 6. Sicut potest Praetor auocare illam, quae pendet coram eius locum tenente, Auendan. *de exequend. mand. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. *vers.* 6. Auiles *ad cap.* 1. *Praetor. glos. fin. n.* 42. Azeued. *l.* 10. & 11. *num.* 5. & 6. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recop.* Bobadil. *in politica lib.* 1. *c.* 12. *n.* 46.

128 Episcopus an possit Sanctis nondum canonizatis, etiamsi beatificati fuerint, cultum publicum exhibendum mandare? Resp. non posse per Luc. Castellin. *de canonizat. Sanctorum cap.* 1. *puncto* 34. §. 7. Turrian. 2. 2. *tom.* 2. *disp.* 27. Granad. 2. 2. *controu.* 1. *de Fide disp.* 4. *num.* 11. Diana *moral. resol. p.* 1. *tract.* 5. *miscel. resol.* 9.

129 Episcopus si tanquam Canonicus in Capitulo assistat, quem locum ibi habere debeat? Resp. obtinere debere locum vt Canonico competentem, glos. & DD. *in cap. postulasti, de concess. praeb.* Franc. Marc. *decis.* 136. Capic. *decis.* 27. Anna *sing.* 6. Ponte *cons.* 15. *tom.* 1. Flau. Amendol. *in addit. ad* Vincent. de Franch. *decis.* 138. *a n.* 1. Gasp. de Hermosil. *in annot. ad Part.* 5. *super prolog. glos.* 2. *num.* 63. *vers. de Episcopo*, Franc. de Amaya *ad lib.* 10. *Codic. in l. vlt. de Decurionib. cap.* 1. *num.* 39. Mich. Ferro *in tract. de praecedent. q.* 27. *n.* 4. doctissimus D. meus D. Laurentius Ramirez de Prado in supremo Castellae Senatu Consiliarius meritissimus *in quadam Iuris alleg. de praecedent. n.* 41.

130 Equites Ordinum Militarium an possint fori priuilegio renunciare, & se iurisdictioni alterius Iudicis submittere? Resp. non posse, per Crescent. *decis.* 3. *de foro comp.* Fr. Emman. *quaest. Regul. tom.* 2. *q.* 63. *art.* 10. Felician. *de censib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 13. vbi de omnibus Equitibus, Camill. Borrel. *in sum. decis. tom.* 1. *tit. de Iurisdict. & imper. num.* 132. vbi de Equitibus S. Iacobi de Spatha, Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 1. *collect.* 216. *vers. infero*, vbi de Equitibus S. Ioannis, Guazzen. *de defens. reorum defens.* 20. *num.* 17. Caball. *tom.* 3. *crimin. casu* 225. *n.* 11. *cum seqq.* vbi de Militibus S. Stephani.

131 Exceptio, si fuit reiecta, eo quod plenè non fuerat cognita, an is, qui in ea fuit reiectus, possit illam denuo mouere? Resp. posse per *glos. vlt. in fine in l.* 2. *C. de ordine cognit.* Bart. *in l. qui Romae* 122. §. *duo fratres num.* 7. *vers. aut super exceptione*, Barth. de Castro *sub num.* 7. *in* 2. *art. ff. de verb. signif.* Abb. *cons.* 50. *in fine princ. & num.* 1. & *sub num.* 3. *lib.* 1. Anton. Gabr. *commun. lib.* 2. *tit. de except. concl.* 2. *num.* 4. Quae enim incidenter deducta sunt in vno iudicio, possunt retractari, & pleniùs, ac principaliter discuti in alio, *l. sed si ante* 17. *ff. de except. l. si mater* 11. §. *si quis ff. de except. rei iudic. l. pen. ff. de his, qui sunt sui*, Bart. *in l. si expressim n.* 3. *ff. de appell.* Socin. *reg.* 441. Abb. *cons.* 50. *vol.* 1. Ioan. Zanguer *in tract. de except. lib.* 3. *c.* 5.

Exceptio non obseruati contractus an impediat litis ingressum? Resp. impedire, & eam dici litis finitae per Roland. à Valle *cons.* 69. *num.* 13. *lib.* 4. Bursat. *cons.* 309. *n.* 8. Becc. *cons.* 45. *num.* 11. *in fine*, Reusner. *cons.* 4. *num.* 4. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 55. *n.* 14. Honded. *cons.* 83. *n.* 26. *lib.* 1. Franc. Viui. *cons.* 44. *num.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 1387. *num.* 42. Fulu. Pacian. *eod. tract. lib.* 1. *c.* 57. *num.* 29. Camill. de la Rata *cons.* 28 *à n.* 18. Ioseph. Ludou. *concl.* 14. *ampl.* 8. Zanger *de except. p.* 3. *c.* 20. Anton. Fab. *in suo Codice sub tit. de except. diffinit.* 43. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 307. *n.* 15. Etiamsi defectus non implementi sit in minimo, Mascard. *concl.* 1388. *num.* 25. Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 88. *num.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 301. *n.* 15. Honded. *cons.* 86. *num.* 16. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 1. *num.* 368. & *cons.* 55. *n.* 6. Surd. *cons.* 52. *num.* 35. & *cons.* 82. *num.* 3. & *cons.* 101. *num.* 1. & *cons.* 400. *num.* 28. Verall. *decis.* 316. *n.* 2. *p.* 3. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 50. *num.* 3. Caesar. Barz. *decis.* 36. *num.* 23. Magon. *Lucensi decis.* 21. *n.* 17. & 18. Caes. Manent. *decis.* 38. *num.* 22. Coccin. *decis.* 33. *num.* 4. 132

Exceptio non obseruati contractus an semper opponi valeat, licet statutum vel lex Regia omnes exceptiones excludat? Resp. posse per Roman. *cons.* 244. *col.* 2. Rub. *cons.* 90. *num.* 4. Cephal. *cons.* 407. *n.* 19. *lib.* 3. Roland. à Valle *cons.* 53. *num.* 32. *lib.* 1. Crauet. *cons.* 127. *num.* 14. & *cons.* 248. & *cons.* 245. *col.* 2. *lib.* 4. Et etiam post sententiam diffinitiuam, & in executione chartae executoriae, Afflict. *decis.* 220. *à num.* 4. Decian. *resp.* 60. *n.* 45. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 55. *num.* 167. Morl. *in empor. Iuris tom.* 1. *tit.* 5. *de in integ. restit. q.* 3. *num.* 25. Et potest suppleri à Iudice etiam parte non opponente, & ex officio, Roman. *cons.* 144. *num.* 5. Cephal. *d. cons.* 407. *n.* 10. & *cons.* 148. *n.* 144. *lib.* 3. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 307. *n.* 21. *cum seqq.* 133 134 135

Exceptiones in causis summariis si infra decem dies à lege statutos probari possint an admitti debeant, & secundum illas iudicari? Resp. affirmatiuè ex Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *c. fin. p.* 5. §. 2 Fului. Pacian. *cons.* 10. *per tot.* Gait. *de credito cap.* 2. *tit.* 9. *de apocha banchary num.* 2232. Mari. Giurb. *decis.* 21. *n.* 1. & 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 411. *num.* 25. & 26. Probatio enim incontinenti admittitur, & impedit executionem in causis summariis, licet exceptio altiorem indaginem requirat, Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 16. vbi etiam quando dicatur probatio fieri incontinenti, Azeued. *l.* 1. *num.* 158. *tit.* 21. *lib.* 4. *noua Recop.* Mari. Giurba *d. decis.* 21. *num.* 1. & 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 384. *n.* 9. Rot. *decis.* 89. *p.* 4. *diuers.* 136

Exclusio temporalis de certa persona an & quãdo operetur exclusionem sequentium in gradu? Resp. operari vt censeatur dicta persona exclusa, non vero sequentes in gradu; vt videmus in patre excluso propter alienationem contra tenorem fundationis maioratus, quia sua exclusione non obstante, eius filius admittitur, iuxta tradita à Tello Fernand. *in l.* 27. *Tauri num.* 29. quem refert, & sequitur Mieres *de maior. part.* 4. *q.* 19. *num.* 25. & antea *part.* 2. *q.* 4. *num.* 22. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 1. *num* 12. Primus enim impeditus, & temporaliter exclusus, sequenti in gradu locum dat, vt in surdo, mutuo, & amente exclusis, quo casu admittitur filius, vel sequens in gradu ex his, quae Molin. *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 35. Idem si ob aliquod delictum mater vel primus successor fuisset exclusus vt ex Molina, Mieres, 137 138

Mieres,& aliis resoluunt Gasp.Thesaur.*lib.1.q.* 34. *n.*18.Castill.*controuers.lib.* 3.*c.* 15.*n.* 56.Et demum idem erit in filiis matris exclusæ, quæ nupsit extra familiam,ad tradita per Molin.*d.lib.*1.*cap.*6.*num.*22.
139 *& lib.*3.*cap.*5.*n.*72. Casp.Thesaur.*d.q.*34.*n.* 17. Secus dicendum in exclusione absoluta & perpetua, quæ in tota linea primi exclusi operatur, vt in ter-
140 minis text. *in l. si viua matre C. de bonis mat.* exclusa matre, vel quouis primo aliàs vocando absolute & simpliciter, omnes eius filij & descendentes exclusi remanent, vt resoluunt Velasq. de Auendaño *l.* 40. *Tauri glos.* 10. *num.* 79. Castill. *lib.* 3. *quotid.cap.*15.*n.*76.Stephan. Gratian. *discept. forens.cap.*5. Ioseph.Sessè *Aragon. decis.* 43. *numer.* 57.*p.*1.*& decis.* 229.*n.*2.*p.*2. Forster *lib.* 3. *de success.abintest.cap.*16. *num.*6. vbi ait ita omnes vnanimiter tenere, & tam docendo quàm consulendo pro confesso habere, idem tenet Cald. Pereira *cons.*9. *num.*5.6.38.*&* 50.*& cons.* 39. *num.* 12. *&* 13. Et probatur ex *l. si quis filiam ff. de inoff. testam.* vbi exclusio vnius gradus exclusionem nascentis ex illo inducit, quo in sensu illum textum expendit Mieres *p.*2.*q.*6.*n.*52.

141 Exclusio fœminæ quando est temporalis, scilicet quandiu extiterint masculi, an ea illis deficientibus cesset, & ad possessionem reintegretur fœmina ac si non fuisset exclusa? Resp. affirmatiuè per Bart. *in l.fin.§.*1.*n.*2.*ff.ad Testul.*Bald. *in l.in quibus n.*3.*C.de secund. nupt. & in cap.* 1.*§. quin etiam n.*3. *Episcopum, vel Abb. in vsibus feud.* Tiraq. *in l. si vnquam verb.susceperit liberos n.*194.*C. de reuoc. donat.* Anton.Gabr. *commun.lib.* 6. *tit. de statut. concl.* 4. *num.* 9. Albert. Brun. *in tract. de statut. quod extantibus masculis art.*10. *q.*5. *à num.*66. Alex. Ambrosin. *decis.* 46.*per tot, præcipuè à numer.*7. Franc. Becc. *decis.* 541.*præcipuè à num.*9. *lib.*4. Caualcan. *decis.*1.*per tot.* præcipuè *num.*4.*lib.*4.Greg.Lop.*l.* 3. *glos.*3.*quæst.*23.*tit.* 15.*part.*6. Andr. Gail *lib.*2. *obser.* 148.*num.*4. Tobi. Non. *cons.*8.*num.* 6. Cephal. *cons.*571.*num.*62 *lib.*4.Molin.*de primog.lib.*1. *cap.* 6. *num.*22.*& lib.*3.*cap.*5. *num.* 72. Aguirre *de success. Regni Portugal. part* 2.*n.*57.*pag.*35. Honded. *cons.* 9. *num* 15.*& cons.*29. *num.*3.*cum seqq.lib.* 1. Motot. *cons.*23.*à num.*14.Sim.de Prætis *cons.* 22. *n.* 1. *&* 2. Hect.Felici.*alleg.*25.*num.*2.*cum seqq.p.*3.Ioan.Bapt. Costa *de facti scientia & ignor. cent.*1. *dist.* 100. *à num.*49. *& in tractat. de remed. subsid. præl.* 1. *numer.*25.

142 Executor testamentarius an teneatur officium acceptare si nihil ei relinquatur pro executione testamenti? Resp. negatiuè cum Auendan. *de exequen.mand.lib.*1.*cap.*2.*num.*8. Baëc. *de decima tutor. cap.*19.*n.*20. Mich.Reinoso *in obseruat. Iuris obseru.* 55.*num.*23.

143 Executori an præstari debeat salarium? Resp. præstandum esse si executionis ministerium habeat tractum successiuum cum administrationis onere; ne, dum in exercendis negotiis laborat, patrimonij iacturam faciat; per Baëc. *d.cap.*19.*n.*20.Escob. *de ratiocin.c.*27.*n.*47.Mich Reinoso *d.obseru.* 55. *n.* 23. vbi admonet executores, vt in initio administrationis sibi salarium constitui faciant per Iudicem ne aliàs simpliciter accepto ministerio,& exequendi munere præsumatur, illud charitatis exercendæ gratia suscepisse.

144 Executores duo, vel plures si relinquantur, seu nominentur in testamento cum portione aliqua cuilibet illorum assignata à testatore in præmium laboris pro executione testamenti, an mortuo vno, vel acceptare nolente eius portio deficiens accrescat alteri, vel pertineat ad hæredes mortui? Resp. accrescere alteri executori acceptare volenti per text. *in l.vnic.* §. *vbi autem legatarij C. de caduc. tollend.* Valasc. *cons.*46.P.Molin.*de Iustit. tract.*2. *disp.* 248. *vers.quando vero,* Mich. Reinoso *d. obser.* 55. *num.*19.ex ea ratione quia sicut diminuto onere diminuitur portio, *l. Seio amico ff.de ann. leg.* cum 145
similibus, ita aucto labore æquum est vt salarium augeatur, *Auth. vt Iudices sine quoquo suffrag.* §. *illud collat.*2.

Exemptio vectigalium generaliter exceptis cer- 146
tis casibus concessa an sit generalissima in casibus non exceptis? Resp. esse generalissimam, itaut Princeps in istis casibus non exceptis collectare non possit pro quacunque causa etiam prætextu belli, aut notabilis inuasionis, ex Alex. Raudens. *de analog. part.* 4.*n.*61.*& resp.*1.*num.*288.*cum seqq.vol.*2. Bologn. *cons.*1.*num.*12.*&* 13. Carol. Tapia *decis.* 23. *supremi Consilij Italiæ num.* 59. Sacca *cons.* 15. *num.*27.

Exemptio siue immunitas per verba generalia 147
concessa an comprehendat collectas ratione belli superuenientis de nouo impositas? Resp. comprehendere,per Syluan.*cons.*66.*n.*13.*ad fin.& num.*14. Decian. *resp.* 44.*num.*16.*cum seqq.& num.*34.Tapia *in decis.supremi Consilij Italiæ* 8.*p.*2.*cum seqq.* qui loquitur in oneribus, & collectis futuris,latè Glorit. *resp.*1.*p.*2.*n.*184. *vsque ad* 207.*& part.*3.*n.*197.*pag.* 104.vbi in indiuiduo loquitur de immunitate verbis generalibus concessa quod extendatur ad gabellas postea inductas.Sacca *d.cons.*15.*n.*1.*cum seqq.* Menoch.*cons.*1105.*n.*14.*vol.*12.

Exemptionis, seu immunitatis priuilegium gra- 148
tuito vel per viam contractus concessum an extendatur ad onera,& gabellas de nouo post priuilegium imposita? Resp. extendi per *l.si seruitus ff. de seruit.vrb.* vbi stipulatio ne luminibus officiatur, comprehendit tam lumina tempore contractus existentia quàm futura, *l. peculium ff. de legat.* 2.*l. grege ff. de legat.* 1. *l. pen. ff. de fundo instructo,* vbi quod in concessionibus vniuersalibus veniunt augmenta, *cap. quia circa, de priuileg.* vbi priuilegiũ immunitatis extenditur ad prædia de nouo acquisita,& ad decimas futuras,& ibi hoc notat Abb. *num.*5.*vers.à primo membro*, vbi quod quando in priuilegio est dispositio indefinita, & præiudicat tantum concedenti, licet præiudicium sit graue, extenditur ad futura, quia in beneficiis sit latissima interpretatio. Ex quibus Iuribus ita Alex. *cons.* 193.*Ex themate prædicto dub.*2. *num.*8. *vol.*2. Natt. *cons.*160.*num.*17.*& cons.*525.*num.*19 Bursat. *cons.* 16.*n.*77.*vol.*1. Tapia *in l.fin ff. de constit. Principum part.*1. *c.*4. *n.*5. Aloys.Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.*167.*num.*9.*p.*3.*& in collect. decis. p.*7. *collect.*2727. *ad fin* Modit. *in suis dubitat. Iuris* §. *plebiscitum dubit.* 18. *part.*2. Glorit. *resp.* 1. *part.* 3.*num.*196.*pag.* 103.*& num.* 164. Bellon.iun. *cons.* 69.*num.*75.

Exemptionem à Superioris iurisdictione an 149
concedere soleat Signatura & Rota durante super ea lite, vbi ipsa litem grauem, & non temere susceptam cognouerit? Resp. affirmatiuè per Cassad. *decis.*6.*de priuileg.* Lancel. *de attentat. lite pend.part.*2.*cap.*4. *declar.*4. *num.*41. Gonçal. *ad reg.* 8. *Cancel.glos.*46. *num.* 18. Marcholan. *de commission. executionis causarum part.*2. §. 1.*num.* 76. Paris. *de resignat. benef. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.*7. De Iure enim est vt pendente lite negotium
deuoluatur ad Iudicem suspensa Superioris iurisdi- 150
ctione super eadem causa, de qua dubitatur, *cap.*

cùm dilectus, *cap. olim*, *vbi glos. verb. post inceptum negotium; de accusat.* Rip. *in cap. cum Al. Ferrarien. num.*196. *&* 199. *de Constit.* Cassador. *d. decis. 6. de priuilegi in princ.* Nam sicut ex moribus Prin-
151 cipis, siue cuiusque Superioris asperioribus, aut prauo iurisdictionis vsu, subducuntur subditi ab eius iurisdictione, *d. cap. olim*, *& cap. ex parte, de accusat.* Ioan. Fab. *in §. fin. Instit. de his, qui sunt sui*, Bursat. *cons.* 170. *num.* 27. Guid. Papæ *quæst.* 62. *num.* 1. Achil. *decis.* 362. Ita & sola his visa fuit sufficere dum super re graui iustum timorem inferre potest, Staphilæ *de litteris instit. tit. de rescript. in forma Breuis §. indultum num.* 10. Paris. *d. tract. de resignat. benef. lib.* 7. *q.* 11. *n.* 7. Verall. *decis.* 62. *n.* 4. *p.* 2. Anton. Gabr. *commun. tit. de iudic. concl.* 4. *num.* 31.

152 Expensæ factæ cum Assessore seu consultore à quo sint soluendæ? Resp. soluendas esse à parte petente, per Vincent. de Franchis *decis.* 332. *num.* 3. *&* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 55. *num.* 33. Perez de Lara *de vita hominis cap.* 7. *num.* 18. vbi *num.* 19. tenet quòd si Iudex simul cum notario, seu tabellione accedit ad aliquem locum pro negotio litis, sunt præstandæ expensæ ab eo,
153 qui petit actum fieri: est enim generale quod quando quis aliquid petit, ipse debet præstare expensas, text. *in l. fin. C. de erogat. milit. ann. lib.* 12. *l. quoniam liberi C. de testib.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 7. *c.* 6. *n.* 132.

154 Expensæ an sint partibus communes si per Iudicem motu proprio assumatur consilium Assessoris? Resp. affirmatiuè ex Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 63. Stephan. Gratian. *d. cap.* 55. *numer.* 44. quos refert & sequitur Perez de Lara *d. cap.* 7. *num.* 18. *in fine.*

155 Fama in antiquis, & in ardua causa quando probet? Resp. tunc probare quando testes de ea deponentes sunt spectatæ famæ, & dixerint à quibus personis saltim duabus audiuerint, & quod à maiori parte populi; ac rationem reddiderint bonam, vnde ortum fama habuit, iuxta *cap. licet ex quadam*, *de testib.* & quæ resoluunt Surd. *cons.* 135. *ex num.* 89. Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *q.* 69. *ex num.* 140. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 2. *tit. de testib. resol.* 6. *num.* 10. Valenz. *cons.* 90. *num.* 9. 73. *&* 193. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 43. *num.* 4. *&* 15. *cum seqq.* Ricciul. *de neophyt. c.* 7. *n.* 19. Card. Caualer. *decis.* 6. *num.* 4. *&* 5. Ad quod elegans est auctoritas S. Hieronymi *ad Ruffinum*, ibi, *Multum in vtramque partem crebro fama mentitur*, *& tam de bonis mala, quam de malis bona falso rumore concelebrat*, multi profectò sunt falsi rumores à maleuolis, &c. Et sic ad probandam famam requiritur vt testes de auditu habeant relatas qualitates, Hoied. *de incompatibil. benef. lib.* 1. *cap.* 23. *à num.* 141. Beltram. *ad Greg. XV. decis.* 498. *num.* 17. Castill. *tom.* 6. *controuers. cap.* 123. *num.* 17. *cum seqq.* Torrebl. *de iure spirit. lib.* 13. *cap.* 22. *ex n.* 24. Lotter. *d. lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 92. *cum seqq.* Caualer. *d. decis.* 6. *num.* 4. *&* 5. Et quòd fama sit certa inconcussa glos. *verb. populi*, *per tex. ibi in cap.* 2. *de elect. l. decurionum C. de pœn.* Bald. *cons.* 77. *num.* 6. *lib.* 3. ibi, *Testimonium famæ idoneum non esse nisi fuerit solida, inconcussa, crescens, non leuis, non contraria*, &c. Bart. Alex. Corn. Paris. Roland. *& communis penes* Greg. XV. *d. decis.* 498. & ibi Beltramin. *num.* 18. *lit. E.* Ceuall. *commun. contra commun. q.* 900. *num.* 11. Valenzuel. *cons.* 90. *num.* 194. Torrebl. *citato loco*, Ricciul. *d. cap.* 7. *num.* 19. Lotter. *d. quæst.* 43. *num.* 94. *cum seqq.* adeò, vt si debilitaretur aliquibus testibus de bona fama, non dicatur probata mala fama, Caualer. *d. decis.* 6. *num.* 5. *& decis.* 107. *num.* 3. *& decis.* 523. Et 156
in hac materia si maior pars testium cum requisitis *d. cap. licèt ex quadam*, deponat de mala fama, minor verò de bona, vtique præualere debet minor numerus, vt per Ceuall. *d. quæst.* 900. *num.* 86. Valenz. *d. cons.* 90. *num.* 53. *vers.* vbi concludit, Lotter. *d. lib.* 2. *quæst.* 43. *num.* 88. *cum seqq.* Quicquid contrarium sentiat Perez de Lara *de capellan. lib.* 2. *cap.* 40. *ex num.* 60. nam eius opinionem perniciosam esse dicit Lotter. *d. quæst.* 43. *num.* 97. & ab omnibus reprobari asserit Torrebl. *d. cap.* 22. *num.* 19.

Familiaritatis iure quæ fiunt an constituant ali- 157
quem in possessione ad præscribendum? Resp. non constituere per *l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. posses.* Alberic. *in rub. ff. de muner. & honor. num.* 26. Cæpol. *de seruit. vrban. præd. cap.* 20. *numer.* 1. Bald. *de præscript.* 2. *part. quartæ partis princip. quæst.* 1. *num.* 9. Petr. Antioli *in tractat. de muner. & honorib. part.* 2. *§. restat num.* 16. *&* 17. Nicol. Bellon. *cons.* 1. *num.* 15. *& cons.* 8. *num.* 15. Mandel. Alba *cons.* 62. *num.* 38. *vol.* 1. *& cons.* 777. *num.* 16. *lib.* 4. Hippol. Rimin. *cons.* 26. *numer.* 47. *cum seqq. & cons.* 34. *num.* 28. *cum seqq. lib.* 1. *& cons.* 589. *numer.* 50. *vol.* 5. Hinc Innoc. *in cap. bonæ mem. el* 2. *num.* 1. *post princ. de postulat.* Pral. *& in cap. cùm Ecclesia Sutrina num.* 5. *de causa posses.* vbi Panor. *n.* 4. *cum seqq. vers. tertiò requiritur*, Alex. *cons.* 50. *num.* 8. *lib.* 5. resoluunt quod si volo probare quòd etiam in possessione alicuius iuris, putà seruitutis, itineris, vel iuris hospitandi, non sufficit probare quod ibi per fundum tuum te sciente, & patiente transiui, aut quod mille vicibus fuerim hospitatus in domo tua, nisi expressè etiam probem quod ea fuerim tanquam iure meo, & mihi debito vsus cum potuerit esse quod tu ea passus fueris ex gratia, & amicitiæ causa, non autem ex eo quod id mihi debitum esset, sequitur Franc. Ripa *in d. cap. cum Ecclesia num.* 39. 41. *&* 56. vbi expressè notat quod 158
etiam per mille actus, qui communiter fieri solent iure familiaritatis, & amicitiæ non acquiritur quasi possessio, idem tenet Paris. *cons.* 27. *num.* 110. *cum seqq.* Inde etiam Innoc. *in d. cap. bonæ num.* 1. *post princ.* quærit quomodo cõstare possit de intentione eius, qui aliquo iure vtitur tanquam iure suo, & respondet id constare per expressa verba vtentis, quibus exprimat eo se iure vti, intendens vti iure, quod habet, & tanquam iure suo, & quod non intendit eo quasi ex gratia vti, sed quasi ex debito, sequitur Florian. *in l. seruitutes la* 1. *num.* 25. *circa fin. vers. adde ad glos.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 298. *n.* 10. subdens quòd requiritur interpellatio, prohibitio, & acquiescentia.

Fideicommissarius ad hoc vt sit legitimus cõtra-
dictor ad impediẽdã hæredis possessionem, quæ ré- 159
quirantur? Resp. tria copulatiuè requiri. v. g. primũ quod possideat; secundum quod non vitiosè; tertiũ quod docuerit, vel incontinẽti docere valeat de iure suo: per Matt. Medic. *inter decis. Senenses exam.* 13. *n.* 53. *cum seqq.* Leo *decis.* 24. *n.* 23. *&* 24. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 83. Rot. *decis.* 103. *ante n.* 1. *& decis.* 520. *p.* 1. *diuers. & decis.* 115. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* Et non sufficit qualis qualis possessio, nisi ea, quæ legitimè ab hærede cõcederetur *l. restitutæ* 37. *l. facta* 63. *ff. ad Trebel.* Bart. *n.* 9. Bald. *n.* 46. Albet. *n.* 19. Alex. *num.* 7. *in l. fin. C. de edicto D. Adriani*, Menoch. *remed.* 4. *adipisc. n.* 116. Pereg. *de fideicom. art.* 48. *n.* 5. *cũ seqq.* Surd. *cõs.* 73. *n.* 28.

&

*& decis.*333. Castill. *controu.lib.*3.*cap.*24.*num.* 171. Buratt. *decis.*115.*num.*1. Et hoc procedit etiamsi possessio hæreditatis sit vacans, quia hæres illam non adierit, DD. *in d.l.fin.* Argel. *de legitimo contradict. q.*10. *art.* 16.*n.*228.Matt. Medices *d. exam.* 13.*n.*57.*vers.contrariam tamen,pag.*182.Hodiern. *ad* Surd. *d.decis.*333.*n.*1.*&* 2.

160 Fideiussoris obligationem an per se augere valeat maleficium debitoris? Resp. non posse per *l. fideiussores magistratuum in pœnam vel mulctam, quam non spopondissent non debere conueniri decreuit*, 68.*ff. de fideiuss.* vbi Bart. ait intercedentem pro officiali simpliciter videri intercedere in interesse non in pœnam ex maleficio impositam; & per text. *in l. libertis* 17. *§. fin.ff. ad municip.& l. vnic. C. de periculo eorum qui pro Magist. inter.& l.*2. *C. ad Tertul.* VVesemb. *in paratitl. ad tit. ff. de fideiussor.* Hering. *in tract. de fideiuss. cap.*24.*num.* 171.*cum seqq.* Facit glos. *in l. siue in duplum* 3. *ff. qui sat. s. cog.* vbi ait quòd si ab initio erat simplum, sed postea creuit per inficiationem, non tenetur fideiussor nisi in simplum, Ioan. Andr. *ad*
161 *Specul. tit. de fideiussor. §.*1.*in vlt. addit.* Roman. *cons.*270.*num.*7. vbi dicit non teneri fideiusso-
162 rem pro eo, quod venit ratione incidentis negationis, idem Roman. *cons.* 507. plenè Surd. *decis.*212. vbi reddit rationem, quia videtur fideiussor se obligasse pro originali, non pro accidentali debito ex *l.*1.*ff. de in litem iur.* glos. *in §. sequens Instit. de actionib.* vbi Aretin. *num.* 3. & idem probat text. *in l. centum Capuæ ff. de eo quod certo loco,*
163 vbi Doctores tenent quod fideiussor non obligatur pro eo quod accreuit ob morã debitoris, prosequitur latè Ias. *in d.l.*1.*ff. de in litem iur.* Baec. *de inope debit. cap.*5.*n.*18.Pyrr.Maur. *in tract. de fideiussor. p.*2.*princ. sect.*5.*c.*1.*n.*7.

164 Filius an valeat retrocedere patri donationem propter nuptias sibi ab eo factam in fraudem vxoris? Resp. non posse, quia ei præiudicare non potest, iuxta doctrinam Bald. *in l. si Præses vers. tamen bene dico C. de donat.* Tell. Fernand. *in l.* 17. *Tauri num.* 72.*&* 73. Gutier. *de iuram. confirmat. part.*1.*cap.*50.*num.*13.*&* 14. Sanch. *de Matrim. lib.*6.*disput.*32. plenè Giurba *ad statuta Messanens. cap.*1.*glos.*8.*num.*71.*cum seqq.* Paschal. *de virib. patriæ potest. part.*1. *cap* 4. *num.* 37. Leon. Valent. *decis.* 137.*num.*20. Castill. *controu.tom.* 6.*cap.* 119.*n.* 13. Amat. *var.resol. tom.*1. *resol.*30. *num.* 12. Muta *decis.* 25.*num.*5.*cum seqq.* Stephan Gratian. *discept.forens. tom.*5.*cap.*924. *à num.* 6. *vsque ad num.* 9.*& num.*33.*&* 34. *& cap.* 984. *numer.* 20. *&* 30. Martian. *cons.*33. *numer.*2 & post eum Rota *de-*
165 *cis.*44.*num.*1. *part.* 6. *recent.* Et in puncto quòd filius non possit retrocedere capitulatam maioratus institutionem, docent Molin. *de primog. lib.*4.*cap.* 2.*num.*18. Mieres *de maior. part.* 1. *quæst.* 22. *num.* 229. *vsque ad num.*239.Leon *d. decis.*137.*numer.*19. Monach. *de recta feudorum interpret. c.*23.*p.*2.*num.*8. *&* 9.

166 Filius an possit consensisse quod maioratui alia onera apponantur in præiudicium successorum? Resp. negatiuè, per Mieres *de maior. part.* 1. *quæst.* 22.*num.*231.*& seq.* Sanch. *d.lib.*6.*disp.* 32. *numer.*3. Giurba *d.glos.*2.*num.*75.*&* 76.Rot. *d. decis.*44.*num.* 10.*part.*6.*recent.* Nec potest consentire patri alienanti prædicta bona, Giurb. *d.glos.*2.*n.*82. Fontanel. *de pactis nupt. tom.*1.*claus.*4.*glos.*1.*n.*73.

167 Filius primogenitus quando vocatur ad maioratum, an vocatio hæc restringatur ad filios immediatos primi gradus? Resp. restringi ob naturalitatem particularitatis, & sic nunquam comprehendi nepotes, per doctrinam Baldi, quem referunt, & sequuntur Fulgos. *in l. vt intestato num.*1.*C. de suis, & leg. hæred.* Alex. *cons.*4.*n.*9.*& per tot. lib.*4. Tiraq. *de primogen. q.*40.*n.*219.Bellon. *cons.*50.*num.*30. Baeter. *cons.*140.*n.*2.Emman. Cost. *in tract. de maior. part.* 1.*n.*8.*& p.*2.*n.*9. *vers. confirmatur hoc argumentum,* Mandel. Abba *cons.*60.*n.*5 Cou. *practic. c. vlt. num.*4. *vers. quinto idem erit,* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*8.*tit.*9.*n.*11. Pereg. *de fideicom. art.* 21. *num.*44.*in fine vers. hac vero conclusio non procederet,* Raudens. *de analog. in append. p.*1.*num.*56.*& n.*166. Menoch. *cons.*215.*n.*122.*lib.*3.

Filiusfamilias an per *l.* 6. *Tauri possit* de tertio 168
bonorum suorum in præiudicium parentum, & sine eorum consensu disponere? Resp. posse, etiam per donationem causa mortis, iuxta resolutionem Telli *l.*5.*Tauri num.*2.& *ibi* Auendan. *glos.*5. *in fine,* Villadieg. *in l.*10. *num.* 12. *&* 13.*tit.* 5. *lib.* 2. *fori,* Molin. *de primog. lib.*2.*c.*9.*num.*19. Azeued. *l.* 4. *n.* 18. *tit.*4.*lib.*5. *Recop.* Matiens. *l.*6. *glos.*2.*num.*27.*&* 28.*tit.*10. *eod.lib.* 5. *Recop.* Ceuall. *commun. contra commun. q.* 695. *num.*42.*& quæst.*794.*num.*9. *&* 10. *& q.*795.*num.*7. Pichard. *in princ. Instit. de donat. num.*21.*&* 22.Molina *de Iustit. disp.* 288. *vers. quid de hac re;* reliquæ verò duæ partes legitimæ parentibus debitæ sunt, & de eis in eorum damnum sine eorum expresso consensu disponere non poterunt, ex *d.l.* 6. *Tauri* Molin. *d. lib.* 2. *cap.* 9. *num.*21. Intellige in proprietate tantum, non vero in vsufructu, itaut pater vsufructu illius tertiæ partis non priuetur, secundum Greg. Lop. *l.* 13.*glos.*2. *tit.*1. *part.*6. Pinel. *in l.*1.*C. de bonis mat. part.*1.*num.*44. Rojas *de success. ab intest. cap.* 29. *à num.*23. Aluarad. *de coniectur. mente testatoris lib.* 2.*cap.*1.*num.*8.Tell. *d.l.*5.*Tauri numer.* 5. Peralta *in rub. de hæred. instit. num.*180. Auendan. *d.l.* 5. *Tauri glos.*5.*num.*1. Perez *in l.*1.*glos.*1.*col.*1.*tit.*2.*lib.* 5. *Ordin.& in ad lit. ad Seguram in l. Imperator num.*38.*ff. ad Trebell.* Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 22. *cum seqq.* vbi hanc opinionem veriorem, & Iuris principiis magis consentaneam iudicat; sed cum casus contigerit maturius pensitandum, ac deliberandum esse inquit Mier. *de maior. part.* 1. *q.*1. *à num.*190.*in noua imp.* Matiens. *l.* 4. *glos.* 3. *num.* 3. *tit.* 4. *lib.*5. *Recop.* Gutier. *pract. lib.* 2. *q.*4.*à num.*1. Quamuis illam tertiam partem tam in proprietate, quam in vsufructu pertinere illi, cui relicta est, existimauerint Anton. Gom. *d.l.*6. *Tauri num.*13. *&* 14. Menchaq. *de success. prog. lib.*1.*§* 1.*num.*31. Ceruant. *d.l.*5.*Tauri n.*35. Azeued. *d.l.*4.*n.*14.*tit.*4.*lib.*5. *Recop.* Ceuall. *commun. q.*794.*n.*25.*cum seqq.*

Fiscus an possit in præiudicium tertij petere re- 169
stitutionem in integrum aduersus oblationem factam post terminos subhastationis? Resp. non posse, per Bart. Bald. & Angel. *in l.* 1. *C. de præd. decur.* Afflict. *decis.* 340. Auendan. *de exequendis mand. lib.*2.*cap.*13.*num.* 3. Menoch. *cons.* 844.*num.*39.*lib.*9.*& cons.* 1121.*num.*2.*&* 3. *lib.* 12. Valasc. *cons.* 109. Claper. *in cent. causar. fiscal. causa* 5.*quæst.*1. *num.* 2 *fol. mihi* 61. Gutier. *de gabell. lib.* 7. *quæst.* 141. *numer.* 16. Non obstat *l. sed & si sine §. quæsitum ff. de minorib.* quia ibi tantum restitutio minori conceditur propter negligentiam commissam in ipso facto, secundum exemplum, quod adducit Alberic. *in d.§. quæsitum* dicens quod in illo casu ope restitutionis in integrum maior admittitur licitatio, nõ ex eo quod

minor restituatur ad lucrum omissum quod superuenit, sed quod locauit incongruo tempore, & loco, & ita superuenientia maioris licitationis fuit propter negligentiam adhibitam in ipso facto: hanc Alberici opinionem sequitur Sfort. *de restit. in integ. q. 57. n. 23. cum seqq. vbi n. 25.* pūctualiter tradit quod quando in contractu nulla adfuit negligentia, non conceditur restitutio ex eo quod postea superueniat maior licitatio, Greg. Lop. *l. 5. tit. 19. part. 6.* vbi ita intelligit doctrinam Alberici, & iuxta eam fuisse pronuntiatum in Cancellaria Granatensi contra conductores gabellæ, Mastrill. *decis. 84.* Valenzuel. *cons. 75. n. 10.* Theodor. *alleg. 45. n. 33*

170 Focularia de nouo aucta an comprehendantur in functionibus fiscalibus Baroni per verba vniuersalia, vel indefinita concessis? Resp. comprehendi, per Fab. de Anna *cons. 61.* Petra *ad Grammat. decis. 4. num. 9.* Camill. de Medices *cons. 51.* Iacob. Gall. *cons. 21.* Rouit. *ad pragm. 1. de iurib. & exaction. fiscal. ex num. 8. vsque ad 63.* Nouar. *tom. 1. q. 127. num. 15.* Aloys. Ricc. *decis. 250. in alleg.* ibi. *posita n. 9. part. 2. & in collect. part. 7. collect. 2727. vers. amplia conclusionem,* Thoro *in compendio tom. 1. lit. A. verb. augmentum foculariorum, & verbo augmentum functionum fiscalium pag. 60. & p. 2. lit. A. verb. augmentum focularium pag. 34.*

171 Fructuum beneficij appellatione an veniat illud, quod voluntariè & extra Ordinem præstatur alicui Beneficiato in die suæ receptionis ad beneficium? Resp. non comprehendi per text. celebrem *in l. Seio amico 10 §. medico ff. de ann leg.* resoluunt Oldrad. *cons. 119.* Bald. *num. 2.* Alex. *num. 9.* Ias. *num. 8.* & D. Barbos. *num. 6. in l. diuortio §. quod in anno ff. soluto matr.* Boër. *decis. 133. num. 4.* Capit. Galeota *lib. 2. controu. cap. 42. num. 14.* Card. Mantic. *de tacit. &*
172 *ambig. conuent. lib. 1. tit. 18. num. 3. & 4.* Et facit *decisio* de Franchis 172. dum tenet quòd quidquid Baro acquirit ex donatione, seu concessione Regia, non venit in fructuum restitutione, Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom. 2. cap. 399. num. 25.* Et de eo, qui aliquid acquisiuit ex Principis largitione, arg. text. *in l. 3 ff. ad leg. falcid.* agunt Hector Felician. *in tract. de societate cap. 13. n. 2.* Fusar. *de substitut. quæst. 627. num. 6.* Rota *decis. 614. num. 6. part. 1. recent.*

173 Fructuum liquidatio in qua summa habenda quando testes deponunt de maxima, media, & minima? Resp. in mediocri summa esse faciendam, per Caputaq. *decis. 161. alias 1. de liquidat.* Rota *in Perusina beneficij 1. Martij 1610. coram Peña.*

174 Fugiens à suo Principe ad patriam rebellatam, vbi habet mulierem, filios, & bona, vt eis vt possit, non vero animo fraudandi, an dicatur rebellis? Resp. negatiuè per *l. postliminium §. transfugæ ff. de capt. & postlim. reu.* ibi, *qui malo consilio, & proditorie animo patriam reliquit,* &c. *l. 2. ff. ad leg. Iul. Maiest. l. Fulcinius 7. §. cum hoc edictum ff. ex quib. caus. in possess.* ibi, *Non sufficit latitare, sed & necesse est fraudationis causa id fieri,* &c. *l. fin. ff. ad leg. Iul. Maiest.* ibi, *Is dumtaxat perduellio. dicendus est, qui hostili animo in Remp. vel Principem suum est animatus,* &c. *l. si quis C. de re milit. lib. 12.* ibi, *Si quis barbaris scelerata factione facultatem depradationis in Romanos dederit,* &c. Oldrad. *cons. 43. n. 8. vers. illic ergo,* ex Baldo tradit Deci. *cons. 410. num. 30.* ibi, *Et dato quòd ex tali fuga videretur partes Gallorum sequutus, non videtur propterea crimen lesæ maiestatis incurrisse, quia non omnis, qui aduersatur Principi, & recedit ab eo, dicitur committere crimen lesæ Maiestatis,* &c. Foller. *in pract. §. item quod committit crimen lesæ Maiestatis num. 7.* vbi sic intelligit textum *in l. 3. ff. ad leg. Iul. maiest.* ex Dec. & Baldo Gramm. *decis. 6. num. 16. & decis. 18. num. 14.* ibi, *Nam non potest dici accessisse ad hostes, qui cum hostibus erat, extra tamen armorum vsum, & opem, & sic dici non potest crimen rebellionis incurrisse, & bene consuluit Oldrad.* &c. Iisdem verbis idem Grammat. *decis. 15. num. 5.* post alios Roland. *cons. 1. num. 108. lib. 3.* Farin. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 113. a num. 17.* & est expressum *l. Hispan. 1 tit. 18. lib. 8. noue Recop.* ibi, *Si alguno se pone con los enemigos para guerrear ó hacer mal al Rey, o al Reyno,* &c. Et est receptissimum in quolibet capite huius criminis læsæ Maiestatis, quod vt punibile sit requiritur vt dolus interueniat vnà cum inimico animo, *l. 1. cum duabus seqq. ff. ad leg. Iul. maiest.* Gig. *de crimine læsæ Maiest. tit. qualiter, & a quibus q. 64.* Grammat. *cons. 31. num. 39.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 7. c. 48. num. 14* Farin *in praxi crimin. q. 118. n. 18.* Valenzuel. *cons. 162. n. 102.* Nec credendum est fugam hanc ordinatam potius fuisse ad malum Principi inferendum, quam vt sibi & suis consuleret fugitiuus, ex text. *in d. l. Fulcinius §. cum hoc.* ibi, *Latitare est non vt Cicero definit turpis occultatio sui, potest enim quis latitare non turpi de causa,* &c. nam licèt in hoc casu (quod absit) iusta causa fugiendi, & iniusta possit considerari, præsumendum est, potius iustam causam adesse, ex Blanc. *de indic. num. 285.* Mascard. *de probat concl. 829. num. 11.* In tantum quòd incumberet Principi probare quod in eius perniciem amicitiam contractam fuisse, cum inimico, Schrader. *de feudis part. 9. cap. 5. num. 31.* Roland. *d. cons. 1. a num. 87. lib. 3.* ibi, *Et in tantum hoc est verum quod domino incumbit probare quod vasallus contraxerit amicitiam in damnum, & perniciem suam, aliàs non potest feudo priuari,* &c. Et maximè si fugiens ad patriam rebellatam haberet ibi vxorem, aut filios, quia desiderium inuisendi illos, potest excusationem afferre. *l. 4. §. fin. ff. de re milit.* ibi, *Et datur venia valetudini, affectioni parentum, & affinium,* &c. *l. 3. §. si eum, vers. pietas ff. de liber. hom. exhib.* ibi, *Pietas enim genuina* (scilicet patris ad filios) *efficit sine dolo malo retineri,* late Farin. *in praxi crimin. q. 98. à num. 77.* in simili de amico diu absente, Decian. *cons. 8. num. 199. lib. 1. vers. nam Cynus,* Bald. *cons. 34. Casus talis lib. 1.* ibi, *Sed sanguinis coniunctio eum ad taciturnitatem conduxit, similiter & pietas, ex quibus concludo ratione huius delicti non amplius de iure puniri debere,* &c. Quod absque dubio procedit si fugiens non sit aptus ad armorum vsum, & opem inimico dandam, arg. *l. famosi, ff. ad leg. Iul. maiest.* ibi, *nam & personam spectandam esse an potuerit facere,* Grammat. *cons. 13. a num. 35. & num. 60.* vbi dicit quòd manens apud hostes, qui non sit aptus ad arma, non præsumitur habuisse animum infensum, refert & sequitur Roland. *d. cons. 1. à num. 109.* & præcipuè *n. 113.*

Habilitas, siue qualitas requisita ad successionem an debeat interuenire de tempore vacationis? 175 Resp. debere per *l. interuenerit ff. de legat. præstar. & l. non oportet ff. de legat. 2.* Molin. *de primog. lib. 1 cap. 13. num. 36. & 37.* Menoch. *cons. 413.* Horat. Carpan. *ad statuta Mediolanen. cap. 331. vers. deferatur lit. D. fol. mihi 596.* vbi loquens de statuto excludente à successione mulieres nuptas extra territorium Mediolanense, resoluit qualitatem

qualitatem mulieris vt succedat, vel excludatur, inspiciendam esse de tempore, quo hæreditas defertur. P. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 613. num. 5.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 33. n. 17.* faciunt quæ suprà habentur voto . . . & inf. in verb. *legitimitas.*

177 Hæres cum beneficio inuentarij, qui se obligauit soluere debita defuncti, & legata in testamento relicta, an possit obligari vltra vires hæreditarias? Resp. non posse nisi expressè renuntiauerit dicto beneficio inuentarij, per Bald. *in l. fin. n. 2. C. ad leg. Falcid.* Afflict. *decis. 399. num. 13.* Monticul. *de inuent. cap. 10. num. 7.* Vincent. de Franchis *decis. 648.* Petr. Ioan. Anchar. *famil. quæst. lib. 3. q. 57. num. 7.* Minard. *decis. 25. num. 6. & 7.* Ioan. Vincent. de Anna *sing. 254.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 553. à num. 3.* Ioan. Bapt. Thoro *in compendio decis. Neapol. verb. hæres 6. & 7.* Mari. Giurba *in consuet. Messanen. p. 1. cap. 9. glos. 5. num. 30. vers. proinde dubitatum*, Rot. apud Pacif. *post tract. de Saluiano interd. decis. 138.*

178 Hæres an teneatur pro actionibus pœnalibus contra defunctum ob eius dolum, vel culpam introductis, sua vita durante? Resp. non posse, nisi in quantum ad ipsum hæredem peruenerit, *l. quod diximus §. fin. ff. quod met. causa*, ibi, *In heredem autem, & ceteros in id, quod peruenit ad eos datur non immerito; licèt enim pœna ad hæredem non transeat, attamen quod turpiter, vel scelere quæsitum est, ad compendium hæredis non debet pertinere*, &c. *l. in heredem 26. ff. de dolo*, ibi, *In heredem eatenus daturum se eam actionem Proconsul pollicetur, quatenus ad eum peruenerit, id est, quatenus ex ea re locupletior ad eum hereditas venerit, l. sicuti 38. ff. de regul. iuris, l. 1. ff. de priu. delict. l. pupillum 111. §. in heredem, ff. de regul. iuris, l. in heredem, ff. de calumniat. l. vnic. C. ex delict. defunct. l. Hisp. 25. tit. 1. part. 7. & l. 3. tit. 16. part. 6.* Batt. latè distinguens *in l. ciuilis, ff. de priuat. delict.* Angel. *cons. 340. in princ.* Cuman. *cons. 174. num. 3.* Feder. de Senis *cons. 21. num. 5. & 6.* Clar. *§. fin. q. si vers. vlterius quæro*, Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 1. num. 85.* Cuiac. *in d. l. sicuti, & lib. 7. obseru. 37.* Anton. Fab. *in suo Cod. lib. 4. tit. 12. definit. 2. & lib. 4. coniectur. cap. 1.* Donel. bene distinguens, *comment. iuris Ciuilis lib. 15. cap. 51.* Fachin. *controuers. lib. 9. cap. 5.* innumeris relatis Hermosil. *in l. 5. glos. 1. num. 13. tit. 3. part. 5.*

179 Hæres adiens hæreditatem sine confectione inuentarij intra 60. dies, aut intra annum, secundum distinctionem text. *in l. fin. C. de iure delib. & in l. Hisp. 100. tit. 18. part. 3.* qui tenetur debita & legata soluere etiam vltra vires hæreditarias, quia præsumitur hæreditatem soluendo esse, vel hæredem bona occultasse, vt *in d. l. fin. & in l. Hisp. 5.* vbi

180 *glos. 3. & l. 7.* vbi *glos. 4. 7. & 9. tit. 6. part. 6.* an teneatur in conscientiæ foro eadem debita soluere, si prædicta præsumptio cesset, & hæreditas verè soluendo non sit? Resp. negatiuè per Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 80. sub num. 3. vers. huc etiam pertinet, & cons. 37. num. 56.* Matiens. *l. 1. glos. 10. n. 39. tit. 4. lib. 5.* Recop. Parlad. *lib. 3. differ. 12. §. 2. n. 11.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo heres differ. 2.* Sanch. *In præcepta Decalogi lib. 4. cap. 15. num. 37.* Suar *de legib. lib. 3. cap. 23. num. 9.* Bonacin. *eod. tract. disp. 1. q. 1. puncto 7. §. 3. num. 8. & de contract. disp. 3. q. vlt. puncto vlt. num. 3.* Antonin. Diana *moral. resolut. p. 1. tract. 10. de legib. resol. 27. vers. cum igitur, & p. 2. tract. 5. miscel. resol. 56. vers. & eadem*, Ioan. Ægid. Trullench *in præcepta Decalogi lib. 7. cap. 18. dub. 11. num. 6.*

Indicia suis ponderibus examinata an ad capturam aptiora sint? Resp. affirmatiuè, cum rumores maximum indicium præstent non solum ad inquirendum, & carcerandum, ex Cyn. *in l. nullus num. 3. C. de exhib. reis*, Crauet. *cons. 41. num. 6.* Clar. *§. fin. q. 6.* Mascard. *de probat. concl. 754. num. 10.* Farin. *in praxi crimin. q. 47. num. 39.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 5. in 2. append. q. 7. in princ.* sed etiam ad torturam, iuxta text. *in l. de minore 10. §. plurimum, ff. de quæst. & in l. 3. §. eiusdem, ff. de testib. l. Hisp. 31. tit. 30. part. 7.* vbi Gregor. Lop. *glos. 1.* Anton. Gom. *var. tom. 3. cap. 13. num. 10.* Maximè si fama concurrat vehemens, Clar. *d. §. fin. q. 21.* Franc. Viui. *decis. 533. num. 2.* Peguera *decis. 17. num. 16.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 89. n. 52.* Farin. *in praxi crimin. q. 47. num. 28.* Giurba *cons. 13. num. 18. circa fin.* Peña *p. 3. direct. inquis. commento 110.* Fr. Anton. de Sousa *in aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 39. num. 59.* Martin. Delri. *d. lib. 5. sect. 3. col. 5. vers. Nam fama vehemens*, Castr. Palao *in opere morali tom. 1. tract. 4. disp. 8. q. 9. num. 9.* Paramo *de origine Inquisit. lib. 3. q. 6. n. 42.* Trullench *in exposit. Decalogi lib. 8. cap. 1. dub. 17. ex num. 1.* Anton. Diana *moral. resolut. p. 4. tract. 6. resol. 13.* Vel simus in delicto difficilis probationis, Menoch. *d. lib. 1. præs. 89. num. 34.* Farin. *d. q. 47. n. 11.* Ceuall. *commun. q. 302. num. 10.* Giurb. *cons. 13. n. 18. & cons. 43. num. 19. & cons. 87. num. 21. & 25. circa fin.* Vel si alia accesserint adminicula, Bald. *cons. 364. num. 6. lib. 3.* Farin. *d. q. 47. num. 17. 28. & 35.* Petr. Caball. *resolut. crimin. casu 200. n. 134.* Giurb. *d. cons. 13. num. 18. & cons. 43. num. 18.* Sigism. Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 95. num. 1. vers. si sumus in crimine hæresis.* Cantera *in quæst. crimin. cap. 2. de probat. per testes q. 1. num. 8.* Martin. Delri. *d. lib. 5. in append. 2. q. 7.* Diana *d. resol. 13.* 181

Nam licèt in crimine hæresis, vt quis pœna ordinaria condemnetur, plena & concludens requiratur probatio, *cap. litteras, de præsumpt.* ibi. *Quocirca mandamus quatenus eum propter solam suspicionem quamuis vehementem noluimus illum de tam graui crimine condemnare*, &c. Alber. *in rub. de hæret. num. 10.* Roias *in tract. de hæret. q. 2. assert. 6. num. 105. cum seqq.* Simanch. *de Cathol. institut. tit. 50. à num. 21. & tit. 51. à num. 2. & in enchirid. tit. 34. num. 1.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 35. num. 20.* Param. *de orig. Inquis. lib. 3. q. 6. à n. 86.* Peña *p. 2. director. commento 80.* Farin. *de hæresi q. 187. §. 1. à num. 2. vsque ad n. 8.* Anton. à Sousa *d. lib. 2. cap. 5. à num. 8.* Castro Palao *in opere mor. tom. 1. tract. 4. disp. 8. puncto 10. num. 1.* Diana *d. p. 4. tract. 8. resol. 36.* Indicia tamen & præsumptiones sufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam, & purgationem, seu abiurationem indicendam, *cap. accusatus 8. in princ. cap. vt officium 11.* ibi, *Necnon contra infamatos de hæresi, vel suspectos iuxta Sanctiones Canonicas, hominum metu, diuinoque timore postposito, procedatis*, &c. *de hæret. lib. 6. cap. ad abolendam 9. §. qui verò, cap. excommunicamus 13. §. adijcimus, & §. qui autem, eod. tit. in Decretalib.* Simanch. *d. tit. 50. à num. 21. & tit. 51. n. 12.* Villadieg. *in tract. de hæret. q. 13. num. 21. & 22.* Albertin. *in tract. de agnoscend. assert. q. 34. num. 56. cum seqq.* Peña *d. p. 2. commento 80. vers. sed hanc sententiam*, Param. *d. lib. 3. q. 6. num. 90.* Farin. *d. q. 187. n. 9.* Anton. de Sousa *d. cap. 5. num. 11.* Diana *d. resol. 36.* Castro Palao *d. puncto 10. num. 1.* Trullench *d. lib. 8. cap. 1. dub. 21. num. 5.* Vel ad torturam inferendam, dummodo indicia magna & vrgentia sint, Simanch. *de Cathol. institut. tit. 65. & in enchirid. tit. 52. à num. 5.* Eymeric. *in director. p. 3. q. 61.* vbi Peña *commento 110.* Farin *d. q. 185. à n. 140.* Mart. Delri. *d. lib. 5.* 182 183

lib. 5. sect. 3. & 4. Anton. de Sousa *d. lib. 2. cap. 36. à num. 6.* Castr. Palao *d. disp. 8. puncto 9. à num. 2.* Diana *d. tom. 4. tract. 6. resol. 1. & 2.* Nihilominus ad incarcerãdum verius mihi videtur cũ Simanch. *in enchirid. tit. 25. à num. 2.* & Paramo *d. lib. 3. q. 9. num. 32.* plusquam semiplenam probationem requiri, præcipuè quando persona, est nobilis, & bonæ opinionis, seu constituta in aliqua dignitate, vel officio Reipubl. nam domini Inquisitores inspecta delicti, & personæ qualitate cæterisque circunstantiis æstimare debent an sufficiens probatio ad capturam adsit; nam si persona non sit bonæ famæ ac vitæ, non leue aduersus eam ex hoc indicium desumitur, iuxta tex. *in l. de minore 10. §. plurimum*, ibi, *Vel cuius existimationis quisque in ciuitate sua est ff. de quæst. l. non omnes 5. §. a barbaris, ff. de re milit.* cum traditis à Menoch. *d. lib. 1. præs. 89. num. 133.* Farin. *d. q. 47. à num. 199.* Giurba *cons. 13. num. 16.* in hoc autem pendet grauioris causæ grauior resolutio in qua cum matuto iudicio decidenda maximè insudant prædicti domini ad Fidei propagationem & defensionem iudices constituti, sunt quasi duces fidelis exercitus, quibus præeuntibus nullus ab hoste timor, sancta, & innoxia om-
184 nia, sine vlla venenatæ doctrinæ suspicione, Fidei muros tutantur, eiusdemque Fidei indagatores & exploratores sunt, vt ait Petr. Greg. *syntagm. iuris*
185 *lib. 47. cap. 36. num. 6.* Et sunt ad pestem hæresum elimandam, idem Petr. Greg. *lib. 15. cap. 41. num. 5.* quibus pro trophæo ob hæreticam perfidiam deuictam Pontifex Innocentius IV. anno 1254. sancti Officij Crucem vestibus assutam præferendam contulit, vt referunt Lucerna Inquisit. in verb. Cruce signati, Eymeric. *p. 3. direct. q. 129* & ibi Peña *commento 178. vers. hoc priuilegio*, Param. *de origine Inquisit. lib. 2. cap. 3. tit. 1. num. 4.* Alphons. Narbona
186 *l. 20. glos. 1. num. 7. tit. 1. lib. 4. Recop.* Cuius sancti Officij primaria cura est fidem orthodoxam defendere, eamque illibatam, puram, ac sine errorum & hæresum mixtura conseruare ac firmiter retinere, ex Mari. Siculo *de rebus Hisp. lib. 5. cap. de Hisp. sobriet.* Vasæ. *in chronic. Hispan. lib. 1. cap. 9.* Curita *annal. lib. 1. cap. 49.* Mariana *in histor. Hispan. lib. 24. cap. 17. in fine*, Illescas *in histor. Pontific. p. 2. lib. 6. cap. 8.* Alphons. Carrillo *in annal. lib. 5. anno 1478.* Param. *d. lib. 2. tit. 3. cap. 1. num. 4.* Greg Lopez Madeta *in tract. de las excelencias de España cap. 7.*
187 *fol. 54* Et ingenue omnes fatentur Fidei synceritatem, obseruantiam, aliaque idem consequentia, innumera bona, quibus nostra Hispania Dei beneficio exultat, omnia, inquam, sanctæ Inquisitionis officio deberi, vt attestantur Ioan. Vela *de delict. c. 14. à num. 18.* Torreblanc. *de magia lib. 3. c. 2.* Borrel. *de præstantia Regu Cathol. cap. 81.* Nauarrate *de conseruat. Monarchiæ, discursu 7.* Solorz. *de iure Indiarum*
188 *tom. 1. lib. 2. cap. 25. num. 13.* Fidei enim Catholicæ defensio temporale imperium tutum reddit, & constituit, prout fatetur Imperator Federicus in quodam priuilegio Inquisitioni Siciliæ concesso, quod refert Param. *d. lib. 2. tit. 2. cap. 11.* ibi, *Cum igitur Fidei Orthodoxæ negotia sint vndique omni penitus prosequenda fauore pro eo quod in eis salus peruenit vniuersorum, ac hominis vtriusque, quibus nondum contemptis, verum etiam neglectis parumper tendit ædificium quodlibet in gehennam*, &c. Quod etiam agnouit impietas Machiauelli *lib. 1. cap. 12.* dum ait, *Certius iudicium ruinæ alicuius Reip. non est quàm si religio, & cultus diuinus paruipenditur*; quam sententiam ad veram nostram Religionem adducit Imp. Constantinus *in epist. ad Episcopos Palæstinæ*, cuius meminit Card. Baron. *tom. 3. anno Christi 318. omnes nostras victorias in Deum, ac eius sanctæ, & veræ Religionis cultum referendas esse testamur*, &c.

Inhibitio iudicis, qui fuit obtentus post elapsum 189
tempus ad appellandum, & postquam sententia iudicis à quo transiit in rem iudicatam, vel contra statutum, aut legem prohibentem appellationem, & executionem concedentem, an debeat attendi, & ea non obstante possit dictus iudex à quo ad executionem procedere? Resp. posse, per Franch. *in cap. dilecto 63. num. 38. q. 10. limit. 3.* & Card. Alex. *sub num. 74. fallent. 3. de appellat.* Vant. *de nullitat. tit. quot & quibus modis nullit. num. 30.* Vestri. *in praxi lib. 8. cap. 1. sub num. 7. vers. fin.* Neguzant. *cons. 60. n. 15.* Borgnin. Caualcan. *decis. 9. num. 5.* Rot. *decis. 3. alias 280. incip. licet, de except. in nou.* Maximè quando commissio causæ nullitatis esset signata, *prout de iure*, quia tunc non obstante inhibitione iudicis potest procedi ad executionem Lancel. *de attent. p. 2 cap. 17. de attent. nullitate pend. num. 69. & cap. 20. de attent. post inhibit. ampl. 11 num. 34.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 19. remed. 1. concl. 4. num. 17.*

Inhibitione Superioris subreptitia existente an 190
possit iudex à quo ea non obstante sententiam suam exequi? Resp. posse, vt notatur *in cap. ne captandæ in fine, de concess. præb. lib. 6.* Rot. *decis. 412. alias 58. de appell. in nouis*: quia inhibitio subreptitia, & omnia quæ illius causa facta sunt, veniunt reuocanda, *cap. cæterum, cap. super litteris, de rescript.* Paris. *cons. 108. n. 12. vol. 1.* & non causat attentata, idē Paris. *cons. 172. n. 15. lib. 4.* Deci. *cons. 33. num. 5. col. fin. vers. vnde inhibitoria*, Beroi. *cons. 117. num. 3. lib. 2.* Roland. *cons. 77. num. 27. lib. 2.*

Institor, qui dominum ratione contractus ad in- 192
teresse obligare potest, an illum etiam pro culpa, seu delicto obligare valeat? Resp. non posse per *l. 1. ff. de instit.* Menoch. *cons. 300. num. 53. vol. 3.* Ias. *per tex. ibi in l. si procurator, ff. de condict. indeb.* Crauet. *cons. 54. num. 6.* Guazin. *de defens. reorum defens. 32. cap. 30. num. 3. & 5.* Seraph. *decis. 1239.* Rot. *decis. 507. num. 8. p. 1. recent.*

Interesse lucri cessantis, seu damni emergentis 193
an in mutuo dari possit? Resp. affirmatiuè, præcipuè in illis prouinciis, in quibus negotiari solet, *l. 2. §. si nauis, ff. ad leg. Rhod. de iactu, l. si fundus 33. §. fin. ff. locati, l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo, l. Hisp. 8. tit. 3. part. 5.* Cacheran. *decis. 143. n. 3.* Cald. Pereira *de empt. & vend. c. 29. n. 44. cum seqq.* Interesse enim lucri cessantis debetur solitis negotiari *l. 3. §. fin.* vbi glos. & DD. *ff. de eo quod certo loco, l. si sterilis 22. §. cum per venditorem, ff. de action. empti, l. Hisp. 13. tit. 11. part. 5.* Dec. *cons. 39. num. 5.* late Cagnol. *in l. 1. à num. 35. C. de sentent. quæ pro eo*, Gam. *decis. 110. n. 3. & 5.* Intellige non tantum si huiusmodi interesse fuerit in pactum mutui deductum, sed etiam absque vlla pactione, dummodo adsit mora inter eos, qui soliti sunt negotiari, & quorum pecunia lucro exposita & destinata erat, vt explicant S. Thom. *2. 2. q. 62. art. 4. ad 1.* Sot. *de iustit. lib. 6. q. 1. art. 3. concl. 3.* Menoch. *de arbitr. casu 220. num. 43.* Villag. *in tract. de vsur. q. 19. num. 1.* Ioan. Bapt. Costa *de ratione rata q. 91. num. 2.* P. Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 315.* D. Barbos. *in l. 2. in princ. p. 1. num. 44. cum seqq. ff. soluto matr.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 34. à num. 2.* Quæ resolutio vera est his concurrentibus, videlicet quod mutuatio sit omnimoda & immediata causa lucri cessantis: quod pecunia quæ mutuo conceditur, certæ ac probabili

negotia

negotiationi,& lucro subtrahatur:& denique quod lucrum impendatur illud moderando deductis expensis,& ratione periculi, & laboris in negotiatione subeundi; vt colligitur ex P Molina *d.disp.*316. Nau.*d.cap.*17.*num.*211.D.Barbos. *in l.de diuisione* 5. *à num.*27.*ff.soluto matr.* Fachin.*controu. lib.*11. *c.*39. Gasp. Roderic. *de annuis reddit. lib.*3. *q.*5. *num.*20. *cum seqq.* Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 10. *dub.* 11. *à num.*34. Stephan.Gratian. *discept. forens. cap.* 387. *à num.*1.

194 Inuentarij beneficium an amittant hæredes non describentes omnia bona in inuentario, quando omissiones non sunt dolosæ? Resp. non amittere, per Bald. *in l.fin.§.cum igitur num.*8. *C.de iure delib.* Bellon.*cons.*30.*num.*6,Menoch.*cons.* 471. *num.*1. *& seqq.* Honded.*cons.* 53. *num.* 15. *&* 31.*lib.* 1. Surd. *decis.*222.*num.*10.Rot.*decis.*747. *num.*4. *p.*2.*recent.* & coram *Greg.XV.decis.*169.*n.*3.& coram *Caualer. decis.*508.*num.*7.

195 Iudex an debeat gratam, benignam, & patientem præstare audientiam? Resp.debere per *l.obseruandum.ff. de officio Præs.*ibi, *in adeundo quidem facilem se prabeat*,Plin.iun.*lib.*7.*epist.*2.ibi, *cùm primum Religioni suæ iudex patientiam debet, quæ pars magna iustitiæ est*,&c.Seneca *lib.*1.*de Clement.cap.*7. ibi,*audienda sunt tot hominum millia*, &c. Cassiod. *lib.* 8. *epist.*19.ibi,*tu tamen nullos responsis ludebas ambiguis, amasti in audiendo patientiam, in suggestione veritatem*,&c. *& lib.*11.*epist.*33. ibi, *non vos anxia mora suspendimus, nec cruciabili dilatione fatigamus*, &c. Plini. *in panegyrico ad Traian.* ibi, *nulla in adeundo difficultas,nulla in respondendo mora adeunt statim,admittuntur statim,tandemque Princeps fores exclusa negotiantium turba non obsidet*,&c.

196 Iudex superior an possit causam in negotio principali retinere quando inferior in aliquo incidenti grauauit appellantem? Resp. posse,quia suspectus in vno est in omnibus suspectus,glos. *verb.in omnibus in cap. dispendia,de rescript.in* 6. Laurent. *Auen. decis.*101. Auendan. *de secundis supplicat.num.* 11. Valenzuel.*cons.*176.*num.*51.*tom.*2.Nam licèt instantia non fuerit euacuata per inferiorem in meritis causæ,& negotij principalis, & sic videatur resistere dispositio Concilij Trid. *sess.*24. *de reform. c.*20. adhuc casus iste est omissus à Concilio, & remanet in dispositione iuris communis, de quo in *cap.vt debitus,& ibi glos. de appellat.*

197 Iudex an possit aliquid finito officio recipere à parte pro qua tulit sententiam,sponte tamen & sine fraude offerente? Resp. posse ad resoluta per Domin.*in cap.statutum § insuper num.*10. *de rescript.* & de iure regni Matiens.*in dialogo Relatoris p.*3.*cap.* 24. *num.* 4. vbi addit secus esse si officium duret, quamuis causa sit terminata. Sed dicebat Parens meus quòd in hoc litigantes vt plurimum errant, cùm iudici ante sententiæ prolationem aliquid offerre procurant,cum tunc recipere non valeant; aduocatus verò large promittunt post expeditam causam, cum antea id totum recipere non prohibeantur.

198 Iudex imperitus an teneatur assumere consultorem litteratum, itaut sententia lata per illum absque periti consilio nulla sit? Resp. teneri per *l.*1.*tit.*13.*lib.*2.*ordin.& l.*1.*tit.*4.*lib.*3. *Recop.* Amad. Iustin. de Castello *in tract. de syndicatu num.* 126. Paris de Puteo *eod.tract.verb.consilium cap.*4.Roder. Xuar. *l.* 13. *tit.*3. *de las deudas lib.*3.*fori ad fin. vers. preterea certum est*,Azeued.*in addit. ad Curiam Pisanam lib.*4.*c.*6.*ex num.*108.Bobadil. *in politica lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 8. *&* 9.

Iudex ad vlteriora procedens an videatur exceptiones oppositas reiicere absque eo quod super illis expressè deliberet? Resp. videri eas reiicere per *l.*1.*C.de ordine iudic. & per l. a procedente*, vbi Bart.*num.*4.*C.de dilat.*Abb.*in cap.*1.*num.*10.*de ordine iudic.*Giurba *decis.*21.*num.*13.plenè Anton.Gabr. *commun.tit.de except.concl.*1.Brunor. à Sole *in compendio lit.I.verb. iudex ad vlteriora procedendo.*In exceptionibus verò dilatoriis respiciétibus personam iudicis hoc locum non habet: requiritur enim expressa super illis deliberatio, vt optimè probat Barr. *in rep.l.*2. *num.*17. quem sequitur *ibidem* Ias. *num.* 45. (& vterque loquitur etiam quòd sit lata sententia) vbi etiam Paul.de Castro,*ff. si quis in ius voc.* Abb. *cons.*14. *in causa num.*3.*p.*1.Marc.Anton. Natt. *cons.*271.*num.*3.*tom.*2.Guid.Bon. *de aduocat. ciuili aduoc.*26.*num.*15. pulchrè Ioan.Garc. *de nobilit.glos.*1.*num.* 25. Maluas. *cons.*73. *num.*7. Vant. *de nullit.tit.*14.*quibus mod.sentent. null. num.*9. Ludou. Schrader. *de feud.tom.* 2. *p.*10. *in preamb. num.* 39. 199

Grass. *de except.except.*18.*num.*15. Ratio diuersitatis est,quia in cæteris exceptionibus (excepta declinatoria) iudex certus est de sua iurisdictione,vt debet,*cap. Romana* §. *si verò, de appellat.in* 6.& notat Bart. *in l.multum interest,ff.de condit. & demonst.* & Paul. de Castro *in l.*1.*C.de ordine iudic.*At verò in declinatoria ratione incertitudinis processus erit nullus, si opposita declinatoriæ exceptione priùs iudex non se pronunciat competentem, quamuis vere competens sit,vt optimè docet Ias. *in d. l.*2. *n.* 45.*vers.ratio,ff. si quis in ius voc.* 200

Vnde fit vt licet exceptiones dilatoriæ debeant regulariter ad definitiuam reseruari,Bart. *in l. is à quo,ff.vt in possess.leg. & in l.nam & postea, in princ. n.*8.*ff.de iureiur.*Marant. *de ordine iudic. p.*6. *memb.* 11.*num.*13.Lazar Fœnut. *de momento temporis c.*14. *num.*10 Ludou.Schrader. *d. p.*10. *in preambul.num.* 36.Attamen exceptiones dilatoriæ,quæ respiciunt personam iudicis,vt est declinatoria, non possunt ad definitiuam reseruari,sed debet ante omnia super illis deliberari.Bart. *in l.fin. num.*5.*ff.pro socio,* Bald.*in l.*3.§.*ibidem,ff. ad exhiben.* Ias. *in l.ait pretor* 3.*in princ.num.*25.*ff.de iureiur.*Abb. *d.cons.*14.*num.* 2.*p.*1.Blanc. *de compromiss.q.*4.*princ.n.*36.Schrader. *d. num.* 36. *vers. attamen*, Perez de Lara *de anniuers. & capell.lib.*2.*cap.*10.*num.*63.*&* 64. 201

Iudex requisitus vbi nudum exequendi ministerium illi committitur,an habeat iurisdictionem ad cognoscendum vtrum requisitoria sit iustificata, & exequibilis? Resp.habere per ea quæ resoluunt Cou.*pract.cap.*10.*num.* 2. *vers. sed apud Iudices, & num.*7.*ad fin.& var.lib.*1.*cap.*1.*num.*10. *vers. vltimo licet*, Azeued.*l.*6. *num.*7. *&* 8. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recop.* Parlad. *lib.*2.*rerum quotid.cap.fin.p.*3. §. 2. Cancer. *var.p.*2.*cap.*15.*num.*10.*cum seqq.* Sigism. Scacc. *de sentent.& re iudic.glos.*14.*q.*10.*num.*4.Anton.Ripoll *var.resolut.cap.*24.*num.*296.Carleual. *de iudic.lib.*1. *tit.*1.*disp.*2.*q.*7.*sect.*1.*num.*775.*&* 777. 202

Iudex delegatus, cui causa appellationis super adiudicatione alicuius beneficij, commissa est, an instituere valeat? Resp. non posse instituere, sed solum iubere seu declarare instituendum, per *cap. super eo* 15. *de officio deleg.* Zerol. *in praxi Episcop. p.*1. *verb. delegatus* 6. Perez de Lara *de capellan. & vniuers.lib.*2.*cap.*11. *num.*15. Aloys. Ricc. *in collect. decis.p.*5.*collect.*1598. vbi aliter de stylo seruari testatur in causis beneficiorum iurispatronatus,quod de iure etiam subsistere defendit Lotter. *de re benefic.* 203

nesic. lib. 2. *quast.* 13. *num.* 79. & præcipuè *à num.*70.

204 Iudex delegatus an possit ad sui libitum mutare Notarium? Resp. posse, licèt secus sit in ordinario per Auil. *ad cap.*39.*Pretor.verb. remita*, qui ad hoc adducit plures, & probari dicit ex glos. iuncto text. *in cap. statutum §.notarium, de rescript. in 6.*

205 Iudæum aliquem nominans an censeatur ligari *l.*2.*tit.*14.*lib.*8. *Recop.* Resp. affirmatiuè, licèt in ea non sit verbum hoc expressum per Cou. *var. lib.*1. *cap.*11.*num.*2.*in fine*, Azeued. *in d.l.*2.*num.*87. Plac. *in epit.delictor.cap.*1.*num.*24. Humada *l.* 25. *tit.* 18. *part.*2. Peguera *decis.*13. *num. fin.* Quicquid aliter sentiant Parlad. *rerum quotid.lib.*1.*cap.*17. Salaz *de vsu & consuet.cap.*1.*num.*85.

206 Iurisdictio an veniat in generali donatione, seu concessione castri, aut loci? Resp. non venire per Villalob. *in antinom. lit. I. num.* 261. Olan. *eadem lit. I.num.* 186. Gregor. Lop. *l.* 68. *tit.* 18. *part.* 3. Matiens. *l.*1.*glos.*21.*num.*26.*tit.*10.*lib.*5 Recop. vbi Azeued. *n.*38. Gutier. *practic.lib.*2. *q.* 131. Bobadil. *in politica lib.*2.*cap.*16.*num.*70. Menoch *de præsumpt. lib.*3.*præs.*97.*num.*1. vbi declarat procedere quando non in eo exercebatur iurisdictio aliqua, sed in Vrbe, cui castrum, seu villa erat subiecta, & *n.* 14. ait secus esse quando in eo Princeps consueuit exercere iurisdictionem, & vtrumque casum comprobat. Sed de iure Regio in vtroque casu à conclusione non est recedendum ex *l.* 1. *in fine tit.* 10. *lib.*5.*Recop.* & tradit Matiens. *ibi glos.* 21, *num.* 25. qui de iure communi dictam distinctionem veram esse asserit, Roderic. Xuar. *alleg.* 6. *lit. B.* Bobadil. *d. num.*70.*lit. D.*

207 Ius superueniens post litem contestatam an confirmet iudicium? Resp. affirmatiuè per *l. si rem §.fin.ff.de pignor. act. & l. si mandauero tibi, ff. mandati*, Molin. *de primog.lib.*3.*cap.*14.*num.*40. *cum seqq.* Bertazol. *consf.*107. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.*16.*num.*5. Cornazan. *decis.*54. *num.*221. Magon. *Florent.decis.*118. Intrigl. *decis.*39. *num.* 29. Card. Tusch. *practic.conclus.lit.I. concl.*63.*à num.*1. Alex. Raudens. *var. resol. cap.*30.*num.*20. Mar. Antonin. *etiam var.resolut.lib.*1.*cap.*60. *num.*18. Ioan. Bapt. Costa *de retrotract. casu* 2.*num.*14.*& casu* 30.*cap.*8. *num.*20. Iacob. Cancer. *var.p.*3. *cap.*17. *num.* 570. *cum seqq.* Carol. de Graff. *de effectib. clerical. effectu* 1.*num.*1192. Rot. Genuens. *decis.*198.*in fine*, Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.*1634. Stephan. Gratian. *discept.forens.tom.*3. *cap.*531. *num.*13. Intellige de iure vel actione competente ex iure de præterito, Giurb. *decis.*17. Stephan. Gratian. *d.tom.*3.*cap.*546. *num.* 36.

208 Ius subiectionis respectu vasallorum an pertineat ad eos tanquam ad singulos? Resp. pertinere per Bart. *in l.omnes populi q.* 2. *princ. ff. de iustit. & iure*, Andr. ab Exea *in repet.cap cùm omnes num.*167. *de constitut.* Vincent. de Franchis *decis.*2.*num.*21.*&* 24. Nouar. *quæst.forens.p.*1.*q.*38. *num.*9. & latiùs *q.* 85. *num.* 4. *&* 5. Menoch. *cons.* 32. *num.* 21. Paschal. *de viribus patriæ potest. p.* 1. *cap.* 1. *num.*55.

209 Legitima an debeatur filiis in vita parentum? Resp. non deberi *per l.*1.*§.largius, ff.de success.edicto*, Bart. *in l. si quis legatum § fin. ff. de falsis, & in l. fin. num.*2.*ff. de liber.agnosc.* Segura *in repet.l.*3. *§. fin. ff. de liber.& posth.* Tell. Fernandez *in l.*23.*Tauri n.*11. Morcheq. *de diuis.bonor.lib.*3.*c.*3.*num.*4. Cacheran. *decis.*172.*num.*15. Paschal. *de virib. patriæ potest. p.* 2.*cap.*4.*num.*20. Angul. *de meliorat.l.*1.*glos.*2.*num.*7. *tit.*6.*lib.*5.*Recop.* Menoch. *cons.*77.*num.* 6. *vol.* 1. Castill. *controuers.lib.*1. *cap.* 64. *num.*11. Quia illa datur filiis ex bonis hæreditariis. *l. scimus §. repletionem C.de inoff.testam. l.non amplius §.fin.ff. de legat.*1. Matiens. *l.*4.*glos.*1. *num.*3. *in fine tit.*6. *lib.*5.*Recop.* In vita autem parentum eius hæreditas esse non potest *l.*1.*ff.de hered.vel act.vend.l. qui superstitis, ff. de acquir.hered.* Anton. Mangil. *de imputat. q.* 91. *num.*11.*& q.*181.*n.*5.

Legitimæ supplementum quo tempore præsumatur præscriptum? Resp. spatio triginta annorum, per Bald. *in l. si quis in suo num.* 4. *& in l. si quis filium, in fine, C. de inoff.testam.* vbi Ias. *n.*5. Gozadin. *cons.*80.*num.*19.*vers. quintò quæritur*, Grat. *cons.*109. *num.*21.*lib.*1. Boër. *decis.*250.*num.*1.*&* 2. *vers. ideo*, Mohedan. *decis.*2. *de præscript. alias* 151. *incip. Fuit dubitatum.* 210

Legitimatio filij spurij an fieri possit post mortem patris ex ipsius præordinatione, quando in testamento illam postulauit? Resp. posse, eamque hæredibus abintestato succedere debentibus, si illa non existeret, præiudicare, per Bart. *in l. Gallus §. & quid si tantum num.*14.*vers. quandoque ipse filius, ff. de liber.& posthum.* & *ibi* Paul. *num.* 16. *&* 19. Socin. iun. *num.*137. Galliaul. *num.* 84. Bolognet. *num.*243. *&* 254. Lup. *de illegitim.comm.*3.*§.*5.*num.*18.20. *&* 21. Pereg. *cons.*68.*num.*1.*lib.*2. vbi dicit cum Bartolo tenere communiter Doctores, Hieron. Gabr. *cons.*29.*num.*34.*lib.*1. Stephan. Gratian. *discept. forens.tom.*4.*cap.*635.*num.*21.*cum seqq.* Fusar. *de substit. q.*408.*num.*20. Ziriac. *tom.*2.*controu.*206.*num.*8.*cum seqq.* Seraph. *decis.*1331.*num.*11. Rota *decis.*74. *n.*7. *p.*2. *recent.* Et sufficit quòd de voluntate Principis per coniecturas constet, secundū Stephan. Gratian. *d.cap.*635.*num.*25.*&* 26. Giouagn. *cons.*17.*num.*16. *cum seqq.* Zyriac. *d. controu.*206. *num.*11. qui loquitur de præsumpta voluntate parentis petentis legitimationem, & *controu.*208. *num.* 27. loquitur de præsumpta voluntate Principis legitimantis. 211

Legitimatus à Principe an debeat mitti in possessionem bonorum, non obstantibus oppositionibus, quæ contra legitimationem fiunt? Resp. debere per Verall. *decis.*342.*p.*2. Contard. *ad l. vnic. C. si de mom.poss. limit.*19. *num.* 19. Pereg. *de fideicom.art.*48.*num.*29. Scip. Theodor. *alleg.*61.*num.*55. *& seq.* Argell. *de adipiscenda possess.p.*3. *art.*10. *ex n.* 545. Stephan. Gratian. *discept.forens.tom.*4. *c.*754. *n.* 34.*&* 35. Balthas. Thomas. *de legitimat.tit.*14.*c.*21. *n.*884. *pag.*137. 212

Legitimatus à Principe sine mentione existentiæ filiarum legitimarum, an dicatur legitimè & rectè legitimatus? Resp. negatiuè per Alex. *cons.*67. *num.*7.*lib.*1. Dec. *cons.* 289.*num.*5. Seraphin. *decis.* 1331.*n.*3. nisi in legitimatione adesset claus. *sine præiudicio venientium abintestato*, quia tunc dicitur in genere cogitatum de filiabus, Capic. *decis.*22.*n.* 7. Ruin. *cons.*68.*n.*4.*& cons.*73.*n.*11.*lib.*3. Seraph. *d. decis.*1331.*n.*9. 213

Legitimitas, & habilitas personæ an in quocunque iudicio quantumuis summario, & extraordinario ante omnia iustificanda? Resp. affirmatiuè per Bart. *in l.*2.*in fine C.de edict. D. Adriani*, Ias. *in rub.C. qui admitti col.*1. Maranta *de ordine iudic.p.*4. *dist.*9.*num.*38. Auil. *ad cap.*38.*Prætor. verb.summarias num.*8. Rebuff. *ad leges Galliæ tom.*1.*tit.de sentent. execut.art.*9.*glos.*2.*num.*32. Lancel. *de attent.p.*3.*cap.* 28.*num.*36. Azeued. *l.*3.*num.*5.*tit.*2.*lib.*4. *& l.* 10. *num.*29.*tit.*17.*eod.lib.*4. Parlad. *rerum quotid. lib.*2. *cap.fin.p.*3.*§.*1.*num.*7. *&* 8. Amat. Roderic. *de modo videndi* 214

videndi processum cap. 1. *num.* 1. 2. *&* 3. *& cap.* 2.
215 *num.* 1. *&* 2. Et exceptio ex personæ incapacitate resultans nunquam censetur exclusa quamuis statutum disponat quod nulla penitus admittatur Menoch. *remed.* 4. *adipisc. num.* 44. *& remed.* 15. *recup. num.* 272. *& de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 32. Vide suprà *in verb. Habilitas.*

216 Librorum copia an litteratis viris necessaria sit? Resp. legum professores libris multis indigere, alias esset aquam cribro haurire, Greg. Lop. *l.* 6. *glos.* 10. *tit.* 1. *part.* 5. Oldrad. *cons.* 84. vbi tradit quàm necessarium & expediens sit in nostra ciuili scientia plures habere libros, Ioan. Neuizan. *in quæst. Quæritur an oporteat plures habere libros*, Alberic. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de vet. iure enucl.* Tell. Fernandez *l.* 12. *Tauri num.* 21. *in fine*, vbi ait hodie deuentum esse ad tempus, quo sine copia multorum librorum, & multo studio, itaut vnum sine alio non sufficiat, difficulter veritas inuenitur, & consulit operam litteris danti vt secundum substantiam non minorem partem in libris consumant, si doctus euadere vult, Vincent. de Carot. *de locato & conducto p.* 5. *rub. de vsur. q.* 11. *in parerg. sub num.* 4. *fol.* 216. vbi insurgit contra eos, qui modernos odio habent, & displicet eis habere numerosam librariam, Hippol. Monteneit *in addit. ad Anton. Oliban. in præfat. de actionib. num.* 43.

217 Libros sibi à patre donatos an teneatur filius conferre? Resp. non teneri per *l. quæ pater*, *ff. famil. hercisc. & l. filiæ eius. C. eod. tit.* latè Anton. Gom. *l.* 29. *Tauri num.* 16. *&* 17. & *ibi* Tell. *num.* 115. Perez *in l.* 8. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 46. *col.* 2. *vers. quæritur vlterius*, Clar. & *ibi* Baiard. §. *donatio q.* 8. *num.* 6. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 30. *num.* 16. *& de arbitr. casu* 131. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 4. *num.* 6. Anton. Amat. *in l. si emancipati C. de collat. à num.* 300. vbi *num.* 315. limitat si magna inter fratres resultaret inæqualitas; Card. Mantic. *de tacit. & amb. conuent. lib.* 13. *tit.* 14. *à num.* 8. Pichard. *post* §. *quadam actiones, Instit. de actionib. in tract. de collat. bonor. art.* 3. *num.* 60. D. Barbos. *in l.* 1 *ff. soluto matr. p.* 7. *num.* 36. *vers. retenta*, Franc. à Sousa *in repet.* §. *actionum p.* 4. *à num.* 10. *vsque ad* 109. *Instit. de actionib.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 50. *à num.* 24. Mangil. *de imputat. quæst.* 30. *num.* 15. Ad hoc enim vt filius non teneatur libros sibi à patre donatos conferre, concurrere debet, emptio librorum nomine filij, & traditio, licèt expressè pater filio non donauerit. Ita Tell. *d. l.* 17. *Tauri num.* 114. Menoch. *d. præs.* 30. *num.* 22. *cum seqq.* Cald. Pereira *in l. si curatorem verb. læsis num.* 102. *vers. ex quo*, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 231. *num.* 15. Pichard. *d. art.* 3. *num.* 60. *vers. quæ tamen*, Mangil. *d. q.* 30. *à num.* 9. Franc. à Sousa *d. p.* 4. *num.* 108. Et procedit si non libros, sed pecuniam ad illos emendos filio tradiderit, Menoch. *d. præs.* 30. *num.* 17. *& de arbitr. casu* 131. *num.* 1. Roland. *cons.* 11. *num.* 18. *lib.* 2. Mangil. *d. q.* 30. *num.* 16. nisi pater tempore, quo expensas subministrauit, credendi animo facere, & non donandi fuerit protestatus, *l. quæ pater* 50. *ff. famil. herc.* Anton. Gom. *l.* 29. *Tauri num.* 16. *vers. secundò limita*, Matiens. *l.* 13. *glos.* 2. *num.* 6. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop.* Pichard. *d. art.* 3. *num.* 58. Mendez de Castro *in l. cum oportet num.* 177. *C. de bonis quælib.* Ayora *de partit. p.* 2. *q.* 13. *num.* 29. *col.* 3. *vers. la qual diuision*, Franc. de Sousa *d. p.* 4. *num.* 105. vbi quòd non præsumitur donare si expensas scripsit in libro suorum debitorum ex *l. Nesennius, ff. de negot. gestis.* Si animus credendi, & non donandi interuenit ipso tempore, quo expensæ præstantur, & non ex interuallo, in tantum quod declaratio tempore mortis facta quod animo credendi dedit, filio non nocebit, *l. illud* 20. *in fine C. de collat.* ibi, *nisi huiusmodi legem donationi tempore donationis, seu indulgentiæ imposuerit*, &c. Anton. Gom. *l.* 29. *Tauri num.* 16. *in fine, & num.* 27. Pichard. *d. art.* 3. *n.* 58. Mendez de Castro *vbi suprà num.* 177.

Licitatio maior vltra iustum pretium ob æmulationem facta an sit admittenda? Resp. admittendam non esse per Azeued. *l.* 4. *n.* 27. *&* 28. *tit.* 5. *lib.* 7. *Recop.* Valasc. *cons.* 43. *n.* 11. *& de partit. cap.* 11. *n.* 4. *cum seqq. & cap.* 22. *n.* 10. Barbat. *in tract. de restit. in integr. glos.* 2. *num* 52. 218

Licitator post lapsum termini subhastationis an possit admitti? Resp. non posse, per *l. si tempora C. de fide instrum. lib.* 10. vbi Bart. *n.* 6. *& in l. licitatio num.* 5. *ff. de publican.* Nouar. *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 63. plures refert Anton. Amat. *var. resol. lib.* 1. *q.* 38. *num.* 16. *&* 17. Rot. apud Farin. *decis.* 55. *n.* 3. *vers. verum in casu p.* 1. *recent.* 219

Licitator prior an sit præferendus si dare vellet quantum ab alio postea fuit oblatum? Resp. affirmatiuè per *l. vlt. in fine C. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. ibi, *Vt si ipse quod alter adiecit, obtulerit, maneat penes eum* &c. Azeued. *l.* 2. *n.* 15. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recop.* Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 38. Bobadil. *in politica tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 20. Perez de Lara *de vita hominis c.* 28. *n.* 104. Et in locationibus, quas fiscus facit ad certum tempus, si intra illud aliquis velit meliorem illius conditionem afferre, an admittatur, & an electio detur priori conductori, si velit tantum dare quantum tunc haberi potest. Vide Andr. de Barulo *in l. congruit C. de locat. præd. ciuil. lib.* 10. Nicol. de Neapolis, & Iacob. Rebuff. *in l. si tempora C. de fide instrum. eod. lib.* 10. Ponte *in tract. de potest. Proregis tit.* 4. §. 5. *num.* 58. *pag.* 129. 220

Maioratus institutio in vna scriptura à marito, & vxore facta, an in se contineat duas dispositiones, & diuersas fundationes? Resp. affirmatiuè per ea quæ post Oldrad. *cons.* 164 notarunt Cou. *in rub. de testam. p.* 2. *n.* 8. Greg. Lop. *l.* 2. *glos. magna q.* 4. *tit.* 15. *part.* 2. Burg. de Paz *sen. in l.* 3. *Tauri n.* 1216. Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 84. Mieres *de maior. p.* 1. *q.* 23. *n.* 1. Valasc. *cons.* 7. *ex n.* 2. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 310. Et ideo testamentum à marito & vxore insimul confectum, potest postea quilibet eorum pro sua parte reuocare, ex iis, quæ lato sermone prosequitur, & resoluit Petr. Pechi. *de testam. coniug. lib.* 1. *c.* 43. Molin. *d. lib.* 4 *c.* 2. *n.* 84 Matiens. *l.* 1 *glos.* 1. *n.* 2 *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* Hinc prouenit vt maioratus à marito, & vxore simul fundatus possit ab vno eorum reuocari pro sua parte ante traditam possessionem si alter mortuus sit, ad not. per Mier. *de maior. p.* 1. *q.* 23. *n.* 5. *&* 9. 221 222 223

Maioratus quando fuit institutus per contractum irreuocabilem an primus successor teneatur soluere debita contracta post fundationem? Resp. non teneri ex Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. *& lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 82. Gutier. *de iuram. confirm. p.* 3. *cap.* 15. *num.* 24. *& pract. lib.* 2. *q.* 53. *num.* 2. Mier. *de maior. p.* 1. *q.* 24. *n.* 116. *&* 117. *&* 125. Auendan. *ad l.* 21. *Tauri glos.* 1. *num.* 15. *&* 16. Spin. *in speculo testam. glos.* 19. *num.* 39. *vers. secundò intelligo*, Azeued. *l.* 1. *num.* 34. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* Matiens. *l.* 6. *num.* 21 *tit.* 7. *eod. lib.* 5. P. Molin. *de instit. tom.* 3. *disp.* 640. *num.* 5. Castill. *controuers. tom.* 4. 224

cap. 35. num. 39. & tom. 6. cap. 161. num. 29. vers. cùm inquam, adden. ad Molin. *d. lib. 1. cap. 10. sub num. 11. pag. 60.* In tantum quòd pater tenetur filio tradere res maioratus liberas ab omni hypotheca, seruitute, & grauamine, quæ in talibus bonis non aderant tempore facti maioratus, vbicunque fuit irreuocabilis vel per traditionem possessionis, vel per contractum onerosum, Mier. *d. quæst. 24. num.* 108. 109. *126. & 127. & q. 26. num. 163. in 2. edit.* Luna Sicul. *cons. 7. num. 60. & 61.*

225 Maioratus quando Regia facultate fundatur an valeat de facili mutari alia simili facultate obtenta? Resp. affirmatiue, quia nihil tam naturale est quam eo modo quicquam dissolui, quo colligatum est, per Gregor. Lop. *l. 3. verbo mugeres q. 29. tit. 13. part. 6.* Cou. *lib. 3. var. cap. 6. in princ. & num. 9. & 10.* Burg. de Paz *in procem. leg. Tauri num. 325. & 327.* Auendan. *ad l. 27. Tauri glos. 1. n. 5.* Angul. *ad l. 11. meliorat. glos. 2. num. 9.* Tapia *in decis. supremi Concilij Italiæ 20. num. 11.* Menoch. *cons. 993. num. 9. vers. tertiò vel ea ratione lib. 10.* Mier. *de maior. p. 4. q. 1. limit. 1. num. 74. in 2. edit.* Ponte *cons. 152. ex num. 24. vol. 2.* Monet. *de commut. vlt. volunt. cap. 5. num. 111. & seq.* Robles de Salzed. *de repræsent. lib. 3. cap. 5. num. 26. & 27.* Et quamuis Molin. *de primog. lib. 1. cap. 8. num. 31. & lib. 4. c. 3. ex num. 7.* conetur hanc resolutionem impugnare asserendo eiusdem naturæ esse maioratus institutos facultate Regia præcedente, cuius sunt qui sine ea instituuntur ad hoc quod Princeps nõ possit eos derogare, nihilominus *num. 18. & 26.* agnoscit Molin. hanc opinionem esse communem, & eam sequuntur præcitati Doctores, & signanter Molinam reprobant Ponte *d. cons. 152. à num. 24. vsque ad 26. lib. 2.* & Tapia *d. decis. 2.* Et pro hac opinione est text. *in l. 15. tit. 10. lib. 5. Recop.* ibi, *Tenemos por bien y mandamos que las mercedes que se hizieron por sola la voluntad de los Reyes que se puedan del todo reuocar.* Præcipuè quando ius, quod facultate Regia derogatur, est de futuro, ex doctrina Bart. *in l. Gallus §. & quid si tantum num. 14. ff. de liber. & posth.* vbi Socin. *num. 22.* Petra *de potest. Princip. cap. 30. per tot.* maximè *num. 30. vers. rursus, & num. 35. vers. tertio, & num. 55. vers. sed præmissis*, Marc. *de success. legali p. 1. q. 13. art. 3. num. 58. cum seqq. & p. 3. q. 1. art. 3. à num. 13. vsque ad num. 20. & p. 4. q. 4. art. 4. in append. num. 31. cum duobus seqq.* vbi latè confirmat eandem opinionem quod Princeps in iure quærendo potest de plenitudine potestatis tertio præiudicare, & *num. 34.* infert quòd Princeps instituendo de feudo primogenituram potest fœminas in præiudicium masculorum ad successionem admittere ex Surdo *cons. 407. num. 41. vol. 3.* Zyriac. *tom. 2. controu. 312. num. 20.* vbi cum Ias. & aliis probat vnionem feudi fieri potuisse ex eo quod agnatis solum competebat ius de futuro ad successionem, Cutelli *de donat. tract. 1. disc. 2. part. 6. num. 155.*

226 *pag. 228.* Et in terminis in successione maioratus quod possit Princeps ius competens substitutis de futuro derogare, tradit Gregor. Lop. *l. 3. glos. 2. verb. mugeres q. 28. vers. si verò maioria facta fuerit tit. 13. part. 6.* late Ponte *cons. 154. à num. 4. vsque ad 8. lib. 2.* Ronit. *cons. 15. num. 32. vers. ex quibus.*

227 Maioratus institutor quando absolutè & generice fœminas propter masculos à maioratus successione exclusit, nec se illas propter masculos remotiores excludere velle adiecit, ad quid talis exclusio extendatur? Resp. eam exclusionem propter masculos eiusdem lineæ & gradus, non autem propter remotiores masculos intelligendam esse, itaut masculo eiusdem gradus & lineæ deficiente, fœmina in eius defectum ad huiusmodi maioratus successionem admittenda sit, acsi nihil peculiare circa hoc à maioratus institutore dispositum fuisset: *ad resol. per* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 5. num. 36. & 71.* Burg. de Paz *cons. 21. num. 41.* Auendan. *l. 40. Tauri glos. 9. num. 32. cum seqq.* Aluarad. *de coniect. mente defuncti lib. 2. cap. 3. §. 4. num. 31.* Mier. *de maior. p. 2. q. 6. num. 539. & seq. in 2. edit. & q. 60. num. 2. part. 1.* Paschal. *de patria potest. p. 4. cap. 9. num. 61. pag. 522.* Menoch. *cons. 317. num. 4. & 5. & cons. 926. num. 31.* Surd. *cons. 316. num. 11. & 12. & cons. 317. num. 38.* Cabed. *Lusit. decis. 208. p. 1.* Ramon. *cons. 0c. num. 483. & seq. tom. 1.* Fusar. *de substitut. quæst. 311. num. 15. cum seqq.* Hinc statutum excludens 228
fœminas dotatas propter masculos, intelligitur de masculis eiusdem lineæ, & gradus, Molin. *d. num. 71.* sequitur Cancer. *var. resol. lib. 1. cap. 12. num. 58. in 2. edit.*

Maioratus possessor licèt non possit quicquam 229
ex iis, quæ eius institutor disposuit, alterare, an possit dubiam illius dispositionem interpretari, designando in suo testamento illum, quem arbitrabitur maioratus institutorem in eiusdem successione præferre voluisse? Resp. affirmatiuè, & eam interpretationem, si verisimilis sit, à iudicibus sequendam, vel saltim considerandam, aut æstimandam esse, *per* glos. *in l. si quis à filio §. si quis plures, ff. de legat. 1.* Crauet. *cons. 73. num. 23. lib. 1.* Grat. *cons. 35. num. 11. cum seqq. vol. 2.* Bursat. *cons. 28. num. 11. & 12.* Rimin. Sen. *cons. 184. num. 36. lib. 1.* Hieron. Gabr. *cons. 32. num. 7. & 8. vol. 1.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 8. num. 38.* Camill. Gallin. *de verbor. signif. lib. 10. cap. 38. n. 19. pag. 315.*

Maioratus duo an & quando in vna persona 230
consistere & permanere valeant? Resp. reccurrendum esse ad expressam dispositionem *l. Hisp. 7. tit. 7. lib. 5. Recop.* statuentis *que quando por via de casamiento se venieren a aiuntar dos casas de maiorargos que sea la vna dellas de valor de dos quentos de renta, o dende arriba, el hijo maior que era las dichas dos casas assi juntas por casamiento podia suceder, suceda solamente en vno de los tales maiorargos en el major y mas principal, qual el quiziere escoger, y el hijo o hija segundo suceda en el dicho maiorasgo. Y si no hubiere mas de vn hijo, que aquel los pueda tener por su vida: y si aquel hijo o hija hubiere dos hijos o hijo y hija se diuidan y aparten los dos maiorazgos sendo como diximos el vno dellos de dos quentos de renta, o dende arriba, non concurran en vna persona, ni los pueda vno tener, ni posseer, sino como dicho es.* Quæ lex multum celebris est in Castellæ & Legionis Regnis, & pro illius intellectu notant Doctores quod diuisio maioratuum facienda est inter filium maiorem, & secundum post illum, non autem inter filium maiorem, eiusque descendentes, quamuis clausula non specificet quod succedat secundus, sed sequens in gradu, vel proximior; ad tradita per Rip. *in rub. C. de secund. nupt. n. 7. & 11. & in resp. 1. sub tit. de substit. aliàs 131. num. 15. cum seqq.* Natt. *cons. 676. & seq.* Roland. *cons. 59. lib. 3.* Alciat. *resp. 101. num. 16. in fine & num.*

& num. 17. *lib.* 1. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 30. Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 39. *num.* 34. Flores *ad Gam. decis.* 27. *num.* 8. *ad fin.* Robles de Salzedo *de represent. lib.* 2. *cap.* 6. *per tot. & lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. *cum seqq.* Christoph. de Paz *de tenuta cap.* 57. *num.* 210. *tom.* 2. Castill. *controu. lib.* 3. *c.* 28. *num.* 26. *& lib.* 6. *cap.* 178. *num.* 18. *cum seqq.*

231 Dispositio dictæ *l.* 7. *noua Recop. Hisp.* tribus modis limitatur: & primo quando succeditur in vno maioratu per mortem matris, & speratur successio alterius per mortem patris, quia eo viuente non datur concursus maioratuum, nec obligatio eligendi. Ratio est quia in vno tantum non datur electio, sed inter plura, §. *datur autem, Instit. de assign. libert.* vbi *glos. verb. pauciores*, Anton. Gom. *l.* 17. *Tauri num.* 9. Castill. *lib.* 2. *controu. cap.* 13. *num.* 10. *&* 14. & inde infert non posse meliorari vnicum filium, quia melioratio, qua electio quædam est, non verificatur in vnico filio, sed inter plures, Capic. *decis.* 121. *num.* 32. Tell. Fernandes *l.* 18. *Tauri num.* 2. Segura *in l. vnum ex familia §. sed etsi fundum num.* 88. *ff. de legat.* 2. Menoch. *cons.* 303. *num.* 29. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 9. §. 4. *num.* 13. tum etiam, quia electio non datur, nisi vtrumque simul exhibeatur, & de præsenti competat. *l.* 3. §. *si optare, ff. ad exhib. l. si vendidero* 82. §. *si ad exhibendum, ff. de furt.* Secundò limitatur quando illi duo maioratus procedunt ab vno fundatore, quia non ideo memoria fundatoris perditur, iuxta resoluta per Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 14 *num.* 10. *vers. quamuis autem*, alt. Molina Theolog. *de iustit. tom.* 3. *disp.* 615. *num.* 6. Aluarad. *de coniecturata mente def. lib.* 2. *cap.* 2. §. 1. *num.* 4. *in fine*, Marta *voto* 73. *num.* 9. Stephan. Grat. *discep. forens. cap.* 645. *num.* 17. *tom.* 4. Valenzuel. *cons.* 69. *num.* 26. *cum seqq.* Tertiò limitatur quando succeditur mediatè ex successione superueniente cum lex solum comprehendat casum connexitatis duorum maioratuum immediatè resultantis ex matrimonio inter eos contracto qui actuales sunt eorundem maioratuum possessores. Ita eandem legem intelligunt Mier. *de maior. p.* 1. *q.* 30. *num.* 84. *& p.* 2. *q.* 4. *illat.* 8. *num.* 327. *in noua impres.* Perez de Lara *de anniuers. & Capellan. lib.* 1. *cap.* 5. *ex num.* 13. Christoph. de Paz *de tenuta lib.* 2. *cap.* 57. *num.* 189. *cum seqq.* Valenzuel. *cons.* 69. *ex num.* 46. *lib.* 1. Quamuis dictam legem vtrumque casum comprehendere teneant Parlador. *lib.* 3. *sexquicen. cap* 5 Castill. *controuers. lib.* 6. *cap.* 177. Robles de Salzedo *de represent. lib.* 2. *cap.* 6. *ex num.* 2. Adden. ad Molin. *lib.* 1. *cap.* 8. *ex num.* 34 *vers. secundus casus.*

232 Malum an sit præsumendum de illo, qui bene vixit? Resp. negatiue, quia ex vita retrotransacta præsumitur etiam de præsenti, *l. non omnes §. à barbaris ff. de re milit. C. cùm in iuuentute, cap. mandatum, de præsumpt.* Alex. *in l. si quis ex argentariis §. fin.* per illum text. *ff. de edendo*, Felin. *in cap. cum in iure peritus, de offic. deleg.* Hippol. *cons.* 77. *num.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 19 Azeued. *cons.* 40. *num.* 67. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 51. *num.* 156. dicens quòd qui antea boni fuerunt, & probi, nunc quoque tales esse atque in futurum fore videri debent, adeo vt nihil quicquam quod à bono viro sit alienum facturi credantur. præcipuè ij, qui se diu virtutibus, & probitati addixerunt, quique cum ipsis virtutibus longo tempore versatur, vberes earum, atque iucundos fructus produxerunt. Summa enim est, omnium Philosophorum consensu, difficultas aliquem de mouere ab habitu virtutum etiam ciuilium, & politicarum. Vnde Valer. Max. lib. 2. cap. 5. in princ. ait, quòd cùm *Metellus causam repetundarum diceret, tabulæque eius ab accusatore expostulata, & ad nomen inspiciendum circa iudicium ferrentur, totum consilium ab eorum contemplatione oculos auertit, ne de aliqua re, quæ in his relata erat, videretur dubitasse non in tabulis, sed in vita Q. Metelli argumenta synceræ administrata pecuniæ legenda sibi iudices crediderunt, indignum rati integritatem tanti viri exigua cera, & paucis literis perpendi.* Et Marc. Tulli. *in orat. pro Publio Sylla. Omnibus in rebus iudices, quæ graniores, maioresque sunt, quid quisque voluerit, cogitauerit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, est ponderandum. Neque enim potest quisquam nostrum subito fingi, neque cuiusque repente vita mutari, aut natura conuerti, nemo repente fit summus, nemo repente turpissimus*, &c.

Non enim præsumitur virum honestum & prouidum aliquid perperam fecisse, aut facturum esse, *cap. cùm in iuuentute, de purgat. Canon. cap. in nostra vers. nos vero, de procurat. cap. sacro*, ibi, *maximè si laudabilis opinionis existat, de sent. excom. cap. quia sunt* 28. *dist. cap. miramur* 61. *dist.* Mexi. *ad leg. Toleti p.* 1. *fundam.* 10. *num.* 13. Cassiodor. *lib.* 6. *var. epist.* 3. ibi, *Si honoris alicuius est origo laudabilis bonum initium sequentibus rebus potest dare preconium.* Hinc mors mala putanda non est quam bona vita præcessit. S. August. *lib.* 1. *de ciuitate Dei cap.* 11. & ideo nouum non est quòd multi sancti viri subitanea, vel infortunata mundo morte fuerint extincti. S. Simeon Stelytes fulgore occisus. S. Belinus à canibus in partes diuisus. Gero Archiepiscopus Coloniensis cum putaretur à suis mortuus, viuus fuit sepultus. Scotus cum solitus aliquando fuisset per magnum spatium eleuari, & crederetur mortuus à fratribus, qui ignorabant hunc eius morem, illum sepulturæ mandarunt, at postea venientes eius discipuli, scientes id sæpiùs accidere, inuenerunt eum viuum fuisse sepultum, vt refert S. Bernardinus de Sena *tom.* 4 *serm.* 1. *de Regno Dei inter extraordinarios num.* 5. Et de quodam sancto viro fertur inter libros studendo derepente mortuum fuisse digito demonstrante in aperto libro vers. illum, *Iustus quacunque morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit.* 233

234

235

236 Masculi vbi sunt vocati successiue, & in eorum defectum vocantur fœminæ, an hæc vocatio intelligatur de masculis eiusdem lineæ, & gradus? Resp. affirmatiue per Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 71. Peteg. *de fideicom. art.* 27. *n.* 24. vbi ait quòd vbi dictum esset, *ita quòd extantibus masculis fœmina non succedant* tunc fœmina melioris lineæ, & gradus præferenda est viro remotiori, sequitur Fusar. *de substit. q.* 379. *num.* 52. Surd. *cons.* 317. *num.* 37. *&* 38. vbi tenet quòd si fœminæ ex concessionis forma vocatæ sint successiuo ordine post masculos, intelligendum est iuxta gradum regularem successionis, itaut masculi eiusdem lineæ, & gradus præferantur, Cephal. *cons.* 419 *n.* 16. *lib.* 5. vbi *n.* 46. in fortiori casu tenet quod vocatis masculis per lineam rectam ad exclusionem fœminarũ, intelligitur de masculis vltimi possessoris, idẽ Ceph. *cons.* 345 *num.* 8. *&* 9. *lib.* 3. Gutier. *cons.* 13. *num.* 27.

resoluens quod vbi vocantur descendentes, itaut linea masculina succedat anteaquam fœminina, adhuc filia vltimi possessoris præferenda est paruo masculo, quia dicta verba intelliguntur de linea recta; vnde si non superest masculus ex ea succedit fœmina eius lineæ ad exclusionem masculorum alterius. Pulchrè Gam. *decis.* 354. *num.* 6. vbi attestatur ita decisum non obstante quod clausula aiebat *que en quanto hubiesse Varones decendientes del fundador lo hubiessen y no las mugeres*: & deinde. *E si de todos los sobredichos mis fijos no hubiere decendiente Varon, y hubiere fija*, &c. & concludit decisio quod verba prædicta non possunt intelligi existentibus masculis omnium linearum vniuersaliter, sed secundum subiectam materiam, intelligi debent de descendentibus illius lineæ penes quam discurret successio. Eleganter Cabed. *decis.* 208. *p.* 1. referens ita fuisse decisum in casu fortiori quando ad maioratum vocati erant descendentes cum expressa clausula quod non esset mulier, & tamen fuit resolutum ad fauorem fœminæ vltimi possessoris ex ea ratione inter alias quod si testator per verba generalia fœminas propter masculos excluserit à successione maioratus, nec adiecerit expressè illas se propter masculos remotiores excludere velle, intelligendum est exclusisse fœminas per masculos tantùm eiusdem gradus & lineæ, non autem per remotiores, & addit *num.* 12. hoc admittendum esse etiam eo casu, quo ex clarissimis institutionis verbis fœminæ per masculos remotiores excluderentur. Rimin. iun. *cons.* 741. *à num.* 20. *lib* 7 quo loci postquam censuit vocationem de hærede in hæredem, de primogenito in primogenitum debere intelligi per successionem regularem, concludit *num.* 9. verba clausulæ casus, de quo interrogatus fuit, v. g. & successiue de primogenito in primogenitum, donec eius linea masculina durabit, intelligenda esse de linea recta effectiua, Fab Turrer. *cons.* 2. *num.* 6. *lib.* 1. plene Castil. *controu. tom.* 5. *cap.* 93. *num.* 16. *& tom.* 6. *cap* 13. *num.* 18. Valenzuel. *cons.* 97. *ex num.* 5. *cum seqq.* vbi ait vocatione masculorum in maioratibus semper poni ad designandam formam succedendi, vt prius masculus, & post eum fœmina succedat, atque ita fœmina non censetur exclusa, & *num.* 78. concludit in hæc verba. Ideo in successione istorum maioratuum remansit firma regula iuris, scilicet quod vocatio masculi ad ingressum successionis solum fit ad ponendum ipsam in persona, in qua est radicanda assignando ordinem prælatitium successionis & non exclusionem fœminarum, Perez de Lara *de vita hominis cap.* 30. *num.* 8. vbi has conclusiones in casu difficiliori intellexit, nempe quando institutor non expressè exclusit fœminas, sed vocauit filium suum primogenitum, & eius filium masculum, & alios filios secundo tertio, & quarto genitos, & eorum filios masculos, quod non ex hoc censeatur maioratus agnationis, nec exclusa fœmina in perpetuum, sed solum prælatio masculis tributa. Addit. ad Molin. *d. lib.* . *cap.* 5. *sub num.* 71. *vers. quod fortius asseuerandum est*, Mart. *de success. legali p.* 3. *quæst.* 12. *art.* 4. *num.* 3. *&* 4. vbi dicit quòd in fideicomisso relicto masculis, fœminæ succedunt deficientibus masculis, Rot. *decis.* 316. *num.* 4. *part.* 1. *recent.*

237 Mentiri verbum an importet magnam iniuriam? Resp. esse iniuriosissimum per Bart. & Ias. *in l. si quis extraneus, ff. de acquir. hæred.* Ioan. Corras. *lib.* 6. *miscel. cap.* 24. *num.* 6. Andr. Gail *lib.* 2. *obseru.* 100. Ioan. Christophor. Boschi. *de iniur. disp.* 1. *num.* 20. Castill. *decis.* 171. *num.* 9. *tom.* 2. Hening. Papo *de iure retortitionis p.* 3. *thesi* 16. *& in thesi* 38. respondet ad *l. quæ omnia* 25. *§.* 1. *ff. de procurat.* ex qua videbatur probari secundùm aliquos quod procurator, de quo ibi, *per suum mentiri in iudicio conuicium sibi factum retorserit*, & sic excusari, de quo nullum illic animaduerti poterat verbum: sed posito (addit dictus Hening.) quod per hoc mentiri se purgasset procurator, factum hoc esset in iudicio à procuratore, qui à domino criminis accusatus è vestigio excipiens se criminis reum inficias iuisset, id quod ad hunc retortitionis vulgaris casum, qui extraiudicialis & priuatus est actus accommodari non possit, cum hoc tantum egisse præsumeretur reus procurator, vt excipiendo se contra accusatorem defenderet, non vt illum calumniæ oneraret, sine qua sibi retortitio constare nequit, vtpote quod iniuriam sibi illatam iniuria retorquet.

Minor an possit libere testari sicut maior, & 238 de bonis suis ad libitum disponere? Resp. posse, & curatorem suum hæredem instituere, nisi constet dolo curatoris fuisse circumuentum & inductum ad testandum in sui fauorem, vt per Anton. Gom. *l.* 3. *Tauri num.* 5. Azeued. *l.* 23. *à num.* 14. *vsque ad num.* 20. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Galganet. *de tutel. & cur. lib.* 3. *quæst.* 54. *per tot.* vbi ex *num.* 4. contrarium tenere videtur, Gutier. *etiam de tutel. p.* 2. *cap.* 14. *à num.* 4. *& num.* 20. Quicquid dicat Rebuff. quem referunt & sequuntur Duen. *reg.* 31. *in verb. Administratores*, Caualcan. *de tutor. num.* 279. Pereg. *de iure fisci lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 12. quia Rebuffus loquitur stante lege expressa sui Regni, quam ibi glossat, hoc nuncupatum prohibente. Nec de minore, qui optime disposuit testamentum suum, poterit quandoque dubitari ab illo rite factum non fuisse, quia reperiuntur minores 14. annorum, qui in iure vt Doctores respondent; & minores septennio, qui latinam loquuntur linguam, Ego antequam maternam pronuntiarem, opera & diligentia doctissimi parentis mei Latinam didici, & in illa ætate loquutus fui. Refert Plutarchus *in Cicerone* illum in ætate 13. annorum composuisse poëma quoddam heroicum, cui titulum dedit, *Pontius Glaucus*. Narrat Suetonius *cap.* 6. Tiberium 239 Cæsarem in ætate nouem annorum orationem funebrem publicasse dictasse in sui parentis morte. Historiæ mandauit Card. Cæs. Baron. *in annalibus* 240 *anno Christi* 374. Sanctum Augustinum in ætate 19. annorum Rhetoricam publice in patria sua docuisse. Et Iureconsf. *in l.* 1. *§. pueritiam, ff.* 241 *de postulando*, ait filium Neruæ in ætate 17. annorum publicè in iure respondisse, vbi Angelus affirmat Bartolum idem fecisse. Et Baldus cum esset ætatis quindecim annorum publice repetitionem dictauit *ad l. centum Capua, ff. de eo quod certo loco*: & in eadem ætate idem Fulgosius *ad l. manifesta turpitudinis, ff. de iniur.* Et Polytus Senens. cùm 243 totius Italiæ admiratione in ætate 16. annorum millia iuridica Paradoxa publicè defendit, vt refert Matth. Gribald. *de ratione studendi lib.* 1. *cap.* 2. Alia plura exempla adducunt Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 41. *à num.* 45. Bobadil. *in sua politica lib.* 1. *c.* 7. *n.* 22. Mendoç. *in lib.* 1. *Regum tom.* 2. *c.* 3. *in expositi. littera à num.* 1. & præcipuè *n.* 22. *cum seqq.*

Monopolia vt exerceantur an ex priuilegio 244 Principis

Principis concedi possit? Resp. affirmare Innoc. Rimin.iun. Auiles, & Bobadil. citatos à Mastrill. *de Magistrat.lib. 3.cap.4. n.* 441. Sed licèt eorum sententia defendi possit eo casu, quo vrget iusta causa, & communis vtilitas, praecisa, & necessaria:nihilominus his terminis praecisis contrarium veriùs videtur, ex Greg. Lop. *l.2.glos.1. ad fin.tit.7. part.5.* ibi, *Aduertant tamen Principes concedentes ista priuilegia ne concedant contra publicam vtilitatem, neque ob ditandum vnum alios destruant, neque dona ingenij, & naturae, quae Deus dat hominibus, Principes prohibeant iubendo quod vnus solus exerceat talem artem, vel tale officium, sed prae oculis habeant Deum, & publicam vtilitatem, cui ex iniuncto regimine, seruire debent,* &c. Sot. *de Iustit.lib.6.q.6. art.fin.* Albert.Brun. *inter consilia feudalia ipsius cons.* 131. *vers. vltimo moueor,* Matth.Lopez Bracco *lib.2. de regendi ratione fol.* 38. Menoch. *de arbitr.casu* 569. *num.* 7. Surd. *cons.* 321. *num.* 24. Franc. de Ponte *de potest. Proregis tit.* 10. *rub.de mercat. seu nund.n.*9. Anton.Thesaur. *decis.*16. Farin. *fragm.crimin.p. 2. verb. Monopolium n.*305.

245 Mulier, quae à viro desflorata fuit sub spe & promissione matrimonij, si postea passa sit ab alio cognosci, an possit petere vt promissa sibi adimpleantur, vel vt saltim competentem dotem talis vir sibi soluat? Resp. virum ad nihil teneri, vt per Vincent.Carot. *decis.seu casu* 68. vbi per sex fundamenta ita concludit, & iudicatum refert, Iacob. Cancer. *var. resol.lib.3.c.*11. *de sponsal. n. fin.* Paul. Bellon. *de potestate eorum quae fiunt in continenti cap.*18.

246 Mutuare pecuniam ciuitati an ciues ditiores compelli possint quando necessitas publica imminetet? Resp. affirmatiuè, etiamsi ad mutuandum nemo sit compellendus, vt per Auil. *ad cap.2.Pretor.in glos.de mercaderia num.*11. *& cap.*17. *glos. à razonables n.*33. *& cap.* 34. *glos. sin nuestra licencia,* Mexia *in pragm. tassae panis concl.* 1. *n.*58. Auendan. *de exequen.mand.lib.2.cap.*19. *n.*34. *& cap.*14. *n.*9. Menchaq. *controuers. illustr.lib.*1. *cap.*6. *num.*7. Ioan.Garc. *de expens. c.*12. *num.*67. Axeued. *l.*1. *num.*27. *vers. vel melius erit tit.*25. *lib.*5. *Recop. & l.*21. *num.*2. *tit.*11. *eod.lib.*5. Mantiens. *d.l.*1. *glos.* 9. *n.*4. *cum seqq. tit.*25. *eod.lib.* Gutier. *practic.lib.2.q.*180. *num.* 29. Bobadil. *in politica lib.*3. *cap.*3. *num.*18. *& lib.* 5. *c.*5. *n.*22. Cabed *Lusit. decis.* 92. *num.*8. *p.*2. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent.lib.*8. *tit.* 5. *n.* 18. Cened. *canon.q.*33. *num.*22. Et etiam Rex pro defensione patriae contra hostes Reip. poterit cogere subditos diuites, vt sibi mutuent pecunias, Rip. *in l. dotis causa n.*118. *ff. soluto matr.* Ceuall. *commun. q.* 906, *alias fin.n.*44. *tom.*4. Et quid quoad Clericos, & ecclesiasticas personas? Vide Auiles *d.cap.*17. *verb. à razonables num.* 33. Mexia *d.concl.*1. *n.*60. Mantiens. *d.l.*1. *glos.*9. *num.*5. *in fine,* Bobadil. *d.lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 18. Ceuall. *communium q.*578. *num.*3. *cum seqq. & q.*

247 897. *à num.*617. Sed dubitari potest an in hoc casu liceat mutuantibus aliquid vsuratum nomine ratione lucri cessantis, vel damni emergētis reciperet? Id vtroque Iure licere, & eis permissum esse docent Sot. *de Iustit.lib.*6. *q.*1. *art.*3. *concl.* 1. *&* 2 Nauar. *commento de vsuris num.* 44. *cum seqq.* Mascard. *de probat.concl.*934. *num.*41. *&* 42. Menchaq. *de success.creat.lib.*1. *§.*6. *num.*21. *&* 22. *& controu. illustr. lib.*1. *cap.*68. Menoch. *de arbitr. casu* 110. *num.* 12. Vincent.Carot. *de deposito tit. quid veniat in act. depositi rub. accessio* 4. *num.*5. *fol.*215. Surd. *decis.*259. *num.*17. *& decis.* 345. *num.*16. Ludou. Peguera *de-*

248 *cis.*22. *num.*4. *paulo post med.* vbi ait coactum mutuare Communitati, vel Vniuersitati posse pacisci de aliquo lucro ob damnum vitandum, non verò de aliquo lucro cessante ante moram, Sigism.Scac. *de commerc.§.*1. *q.*7. *p.*2. *ampl.* 8. *num.* 114. vbi tradit in hoc casu, quando scilicet compulsi sunt mutuare etiam ante moram de interesse pacisci posse.

Mutuatae rei valor seu pretium si crescat, vel decrescat, cui cedat damnum, vel commodum? Resp. cedere creditori si eueniat sine culpa, & mora debitoris, per *l. vinum ff. si certum pet.* Mozz. *de contract.tract. de mutuo tit. de naturalibus mutui n.* 15. Laurent. Rodulph. *in cap. consuluit, de vsur. p.* 2. *q.*7. *num.*9. *& p.*3. *n.*2. *&* 3. Sigism. Scacc. *de commerc.§.*1. *q.*1. *à num.*415. vbi assignat rationem, quia licèt dicatur plus recipere, non tamen recipit vltra sortem; non sic erit quando mensura mutatur; si enim mutuaui tibi centum modicos tritici, & Principis iussu modius tritici sit minutus, aut auctus non liberatis soluendo secundum mensuram minorem, sed secundum mensuram veterem: nam in primo casu minus redderetur, in secundo plus, Azori. *instit.moral.p.*3. *lib.*7. *c.*10. *q.*6. 249

Officiales supranumerarij an gaudeant priuilegiis ordinariorum? Resp. negatiuè per *l. decurionibus C. de silentiar.lib.*12. ibi, *Etenim triginta numero instituuntur Consiliarij, & illi immunes dicuntur, & propterea si alij creentur, silentiarij non gaudent priuilegiis eorum, qui sunt numerarij,* &c. *l. eos* 5. *l. fin.C. de apparit. Magistr. milit. & priuil. eorum lib.*12. ibi, *Eos, qui in officiis nostris merentes statutorum tantummodo numero inserti sunt, fori praescriptione muniri, caeteros verò, qui supra huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes, & apud illustrissimas Praefecturas, & apud clarissimos Prouinciarum Rectores de quolibet pulsari, & conueniri, & sine singuli praescriptione respondere negotio sancimus,* &c. Menoch. *cons.*1179. *ferè per tot. & praecipuè à num.*9. Mastrill. *decis.*155. *à num.* 31. Ioan. Maria Nouar. *in praxi elect.fori sect.*2. *q.*34. *n.*9. *fol. mihi* 217. 250

Officium siue qualitas duplex vbi in eadem persona concurrit, cuius personae consideratio habenda? Resp. illius qualitatis considerationem habendam, cuius contemplatione actus geritur, per Seraph. *decis.*1058. Ioan.Griuel. *Dolana decis.*82. *n.* 20. Solorzan. *de iure Indiarum tom.*1. *lib.*2. *c.*21. *n.* 7. *cum seqq. & tom.*2. *lib.* 3. *c.*24. *n. vlt. & c.*23. *n.*38. Non enim inconuenit quòd vna & eadem persona ob varios respectus diuerso iure censeatur, cum hoc sit concedendum ratione duplicis iuris quod vnus, & idem habet, vt vno casu possit esse maior, & dignior, & in alio minor, & minus dignus, Menoch. *cons.*902. *num.* 71. *cum seqq.* Theodos. de Rubeus *in singul. Rota p* 4. *tit. de praecedent. resp.*1. *num.* 2. *tom.*2. *pag* 469. *& resp.*2. *n.*14. *cum seqq. pag.* 488. D.Contelor. *in quaest. de praecedent.num.*63. Franc. de Amaya *ad lib.*10. *Codic. sub tit. de decurionib. in l. vlt. cap.*1. *num.*65. Marc. Anton. Surgent. *in Neapoli illustrata lib* 1. *c.*27. *n.*22. *&* 23. *pag.* 301. Ioan Bapt. Thoro *in compendio decis. Neapol. tom.*1. *verb. Consiliarius electus,* Fului. Constant. *ad tit. de Consulib. lib.*12. *Cod. n.*36. *doctissim. D.m.* D. Laurent. Ramirez de Prado *in supremo Castellae Senatu Reg. Consiliar. in alleg. de praecedentia num.*39. 251

Pater an possit rem meliorem sibi eligere, & assumere in tertiam, & deteriores relinquere filiis? Resp. negatiuè cum Alex. *in l. Marcellus §. res quae n.*7. *&* 10. *ff. ad Trebell.* Tell. *l.* 19. *Tauri col.* 2. *in princ.* Cou. *in cap. Raynaldus §.* 2. *num.*5. *de testam.* Valasc. *cons.*53. *n.*9. *& de partit. c.* 19. *n.* 30. *cum seqq.* quos refert & sequitur Mich. Reinoso *obseru.* 36. *n.*6. 252

vbi addit nec hoc facere posse, si domus, vel prædium, quod assumpsit in tertiam, excedat valorem ipsius tertiæ.

253 Pater qui potest meliorare vnum ex filiis in tertio, & quinto bonorum, an possit meliorare duos, & vnum pro vita sua, & alterum post eius mortem, & vnum ad decennium, & alium ad alterum decennium? Résp. affirmatiuè per Seguram in l. vnum ex familia §. sed etsi fundum ff. de legat. 2. num. 57. & 58. Roder. Xuar. in l. quoniam in prioribus ad declar. leg. Regni q. 5. n. 1. & 2. Azeued. l. 3. n. 15. tit. 6. lib. 5. Recop. Menes. ad l. vnum ex familia §. si duos num. 2. Anton. Gom. l. 1. Tauri num. 2. Castill. l. 27. Tauri num. 10.

254 Pater an teneatur soluere quod mutuatur filiofam. causa studij? Resp. teneri si debitam moderationem mutuum nō excedat, per Socin. reg. 137. limit. 1. Duen. reg. 370. in princ. Greg. Lop. l. 6. glos. 7. tit. 1. part. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 68. n. 3. & 8. Didac. Perez l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordinam. pag. 605. & seq. vers. fallit septimò, Mozz. de contract. lib. rub. de mutuo tit. quomodo deficiat, seu finiatur mutuum num. 26. Parlador. in sesquicentur. differ. 12. §. 1. num. 9. & 13. Petr. Greg. syntagm. iuris lib. 22. cap. 3. num. 11. vers. secundus, Matth. Colet. de processib. execut. part. 1. cap. 10. num. 28. Alex. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de solut. resol. 19. num. 14. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 301. vers. 8. Azori. instit. moral. part. 3. lib. 7. cap... q. 6. Rebell. de obligat. Iustit. part. 2. lib. 8. q. 2. num. 13. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 60. num. 23. & 25. Et procedit licèt filius studeat contra voluntatem patris, glos. verbo soluit in l. sed Iulianus §. quod dicitur ff. ad S C. Maced. Bald. Nouell. de dote p. 6. priuil 46. num. 1. Fab. de Anna in addit. ad Vincent. de Anna sing. 184. Gutier. in repet. auth. Sacramenta puberum n. 74. C. si adu. vendit. Stephan. Gratian. d. c. 60. num. 23. Parens meus in remiss. ad Ordin. Regiam Lusit. lib. 4.
255 tit. 50. §. 4. Intellige quando filius addiscit Grammaticam, & dat operam humanis litteris, & artibus liberalibus: nam pro istis disciplinis addiscendis pater præstare debet expensas, non vero pro maioribus facultatibus, nisi pater semel incepit filium erudire. Anton. Gom. l. 29. Tauri numer. 18. Anton Menes. in auth. res quæ num. 92. C. commun. de leg. Mench. de success. creat. §. 30. num. 202. Auendan. resp. 17. Spin. in speculo testam. glos. 18. num. 79. vers. quid autem dicemus, Pichard. in § quædam actiones in tract. de collat. art. 3. numer. 55. Instit. de action. latè Mangil. de imput. q. 31. per tot. Hæc tamen fallunt quando pater prouideret filio de rebus necessariis, & qui mutuauit hoc sciret, Duen. d. reg. 370. limit. 4. Gutier. vbi supra n. 78.

256 Pensione grauatus beneficiarius an satisfaciat relinquendo & cedendo fructus beneficij? Resp. satisfacere, licet sit personaliter obligatus, vt post Ioan. Bapt. Ferret. cons. 73. Bursat. cons. 361. num. 18. resoluit Felician. de Solis de censib. tom. 2. cap. 1. n. 6. in fine vers. nec obstat.

257 Pensio reseruata de consensu titularis an soluatur à regressario post purificatum regressum? Resp. negatiuè, quia Papa tunc reseruat pensionem soluendam à titulari, & eius successoribus, ac proinde iure merito quando beneficium peruenit ad regressarium, cum ille non sit successor Rectoris consentientis, sed capiat beneficium ex suo primæuo iure, quamuis pensio fuerit à principio valida, attamen illa post purificatum regressum, ipsi regressario non præiudicat. Ita Cassad. decis. 1. de pension. Gig. de pension. 79. Pute. decis. 97. lib. 2. Rot. in Mantuanā pensionis 4. Decembris 1626. coram bonæ m. Merlino.

Pensioni antiquæ an consensisse censeatur impetrans beneficium sub narratiua quod sit ea pensione grauatum? Resp. negatiuè, quia talis impetrās fatetur quidem beneficium esse grauatum pensione, sed non inde fatetur pensionē esse valide reseruatam, cum etiam potuerit inualide reseruari, iuxta notata per Bald. cons. 269. in fine vers. alia quæstio lib. 1. & cons. 270. num. 11. & 12. vers. dicit aliquis, eod. lib. 1. quibus locis probatur quòd si actus potest fieri ciuiliter, & naturaliter, confessio probat quidem actum, non autem an naturaliter, vel ciuiliter fuerit factum, cum vtroque modo fieri potuerit, Alex. cons. 179. num. 4. lib. 2. Paris. cons. 107. num. 2. lib. 1. & cons. 104. num. 90. lib. 2. Felin. in cap. si cautio num. 53. vers. sed circa hanc, de fide instrum. Ita Rot. in Auersana pensionis 27. Martij 1628. coram bonæ mem. Merlino, & in Militen. pensionis 9. Iunij 1630. coram bonæ mem. Coccino, vbi dicitur fuisse recessum ab aliis decisionibus, in quibus contrarium fuerat decisum à Rota. 258

Pensionis an capax sit illegitimus prima Tōsura, vel minoribus Ordinibus initiatus? Resp. illegitimum præuia dispensatione ab Episcopo ad primā Tonsuram promotum, censeri & effici capacem pēsionis absque alia particulari dispensatione, prout reiecta opinione Gigantis & Rebuffi perpetuò Rota tenuit, quemadmodum attestantur Sarnen. in reg. de annali q. 21. in fine, Gambar. de authoritate Legati à latere lib. 6. num. 28. & sunt decisiones corā Oriolen. relatæ in p. 1. diuers. decis. 425. coram Card. Seraph. decis. 1264. num. 2. & coram Card. Blanchetto in Aquileien. fructuum 14. Ianuarij 1599. coram Litta, relata per Nicol. Garc. de benefic. in addit. ad part. 1. cap. 5. num. 117. & in Veneta pensionis 10. Decembris 1577. coram Robusterio, & in Cæsaraugustana pensionis 19. Februarij 1595. corā Giptio, & in Burgen. pensionis coram bonæ mem. Buratto, apud Marchesan. de commission. tom. 2 fol. 527. vbi quòd perpetuò Rota seruat hanc opinionem, & coram Merlino in Regin. translationis pensionis 14. Maij 1627. & coram Coccino Decano inter eius impressas decis. 31. n. 8. 259

Pensionem soluere an teneatur intrusus in beneficio? Resp. teneri si percepit illius fructus, per Greg. resp. 29. Bellencin. de charit. subsid. q. 34. num. 1. Bursat. cons. 361. num. 19. & 25. lib. 4 Nicol. Garc. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 182. cum seq. Seraphin. decis. 66. num. 3. Durān. decis. 369. num. 2. lib. 2. aliàs esset iniquum vt verus titularis, qui nullos fructus percepit, pensionem soluere teneretur, Mantic. decis. 339. num. 3. Burat. decis. 669. num. 4. & decis. 636. num. 3. & decis. 915. num. 1. Valenzuel. cons. 137. n. 260
37. tom. 2. Successor verò in beneficio pensione grauato tenetur ad illius solutionem non solùm actione reali tanquam percipiens fructus, super quibus fuit impositum onus reale pensionis, cap. querelam, & ibi Abb. not. 3. de elect. Felin. in cap. ad audientiam el 2. num. 6. de rescript. Castren. cons. 338. num. 4. vers. aut quæritur lib. 1. Decian. cons. 185. n. 8. tom. 2. Gig. de pension. q. 39. num. 1. & q. 40. num. 1. & q. 43. & 47. numer. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 34. num. 45. & seq. Mantic. decis. 273. num. 1. Gregor. XV. decis. 507. num. 2. Duran. decis. 369. num. 1. Sed etiam tenetur actione personali, qua titularis acceptans beneficium pensione grauatum videtur quasi contrahere cum pensionario, & se obligare ad onera beneficio imposita, §. hæres quoque Instit. de obligat. quæ ex quasi contr. Guid. Papæ decis. 577. 261

Zerol.

Zerol. *in praxi Episcop. p. 2. verb. pensio*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 5. num.* 46. Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 36. num.* 87. *&* 88. *& q.* 39. *num.* 42. Verall. *decis.* 13. *part.* 1. *& decis.* 302. *p.* 2. Rot. *in recentior. decis.* 176. *num.* 3. *p.* 2. Greg. XV. *decis.* 215. *num.* 7. nec est locus excusationi sub prætextu ignorantiæ, Verall. *decis.* 107. *num.* 4. *p.* 3. Lotter. *d. q.* 39. *n.* 49. Quod bene procedit etiamsi successor fuerit ordinaria auctoritate prouisus, vt per Nicol. Garc. *d. p.* 1. *c.* 5. *num.* 187. Lotter. *d. q.* 39. *n.* 101. Et licèt de illo in reseruatione nulla fuisset facta mentio, gloss. *verb. Prioratus in cap. nisi essent, de prebend.* Felin. *in d. cap. ad audientiam el* 2. *num.* 6. *de rescript.* Castr. *cons.* 338. *n.* 4. *vers. ex litteris lib.* 1. Bursat. *d. cons.* 361. *num.* 16. Gig. *de pension. q.* 44. *num.* 2. Valenzuel. *cons.* 104. *num.* 5. *tom.* 2. Rota *in Toletana pensionis*
262 1. *Iulij* 1630. *coram bonæ mem. Merlino.* Et non alteratur obligatio soluendi pensionem mutatione personæ in beneficio iam pensione grauato *l.* 2. *§. ex litteris ff. de verb. oblig.* Bald. *in l.* 2. *n.* 3. *C. de hæred. act. & in l. vbi adhuc* 29. *num.* 47. *C. de iure dot.* Guid. Papæ *q.* 629. *ex num.* 1. Valenzuel. *cons.* 124. *num.* 32. *tom.* 2. Greg. XV. *decis.* 275. *num.* 2. Duran. *decis.* 67. *num.* 19. *&* 20. Rota *apud Post. in fine sui tract. de manutent. decis.* 202. *n.* 2. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 38. *à n.* 111. *& q.* 39. *n.* 76.

263 Pœnæ conuentionales quando debeantur? Resp. non deberi nisi quatenus concurrant cum interesse, vt per Ioan. de Lignano *in cap. cum dilecta, de arbitr.* Laurent. de Rodulphis *in repet. cap. consuluit q.* 67. *de vsuris*, Matth. de Afflictis *decis.* 135. *Quidam Venetus num.* 4. *&* 5. vbi addit ita fuisse decisum, & quod de stylo Curiarum receptum est condemnationem pœnæ non fieri, nisi quatenus intersit, cui idem testatus adhæret, Thesaur. *decis.* 79. *sub num.* 1. Petr. Rebuff. *in l. vnic. glos.* 1. *num.* 54. *C. de sentent. quæ pro eo*, Cæs. de Vrsill. *ad Afflict. d. decis.* 135. *num.* 5. Auendan. *in dictionario verb. Pœna conuentionalis*, Ioan. Garcia *de expens. cap.* 9. *numer.* 63. Roder. *de annuis redditib. lib.* 3. *q.* 5. *num.* 10. Azeued. *l.* 4. *num.* 57. *cum seqq. tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Bertazol. *cons.* 490. *num.* 3. *lib.* 2. *in crimin.* Bursat. *cons.* 21. *num.* 14. *lib.* 1. vbi *num.* 15. addit quòd sit magis hæc opinio, & pro anima securior, Franc. Marc. *decis.* 411. *num.* 9. *&* 10. *p.* 1. Sigism. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 337. Gutier. *de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 26. *num.* 10. *el* 2. *& Canon. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 5. Verall. *decis.* 231. *part.* 2. Seraph. *decis.* 794. *num.* 23. *&* 24. *part.* 1. Rot. *decis.* 371. *num.* 3. *& decis.* 809. *per tot. & maximè ad*
264 *fin. p.* 1. *diuer.* Et verificato quòd interesse non concurrit, pœna conuentionalis peti non potest, vt resoluit Sarmient. *select. lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 10. *&* 11. quem sequitur Thesaur. *decis.* 98. *num.* 4. quia pœna conuentionalis nunquam exigitur quando ex contrauentione damnum parti non resultat, Afflict. *rub.* 55. *in constit. eos qui scienter*, *sub n.* 18. Sigism. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 526. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 36. *num.* 63. Vbi enim
265 damnum non adest, ibi condemnatio fieri non debet, *l. sancimus C. de pœnis*, Rimin. *cons.* 253. *n.* 74. Becc. *cons.* 102. *num.* 32. Lancel. Gallia *cons.* 28. *num.* 21. Giurb. *cons.* 16. *num.* 32. Alex. Raudens. *de analog. cap.* 34. *num.* 131. Pœna enim debet culpæ respondere, *l. respiciendum ff. de pœn. l. Pedius ff. de incend. ruina, & naufrag. cap. afferamus* 24. *q.* 1. Alber. Gentil. *lib.* 3. *de iure belli cap.* 2. Patrit. *de Regno lib.* 8. *cap.* 14. Valenz. *cons.* 91. *num.* 47. Ioan. Poran. *de Senatore lib.* 2. *cap.* 9. Guillelm. Forner. *lib.* 1. *select. c.* 15. Henric Bocer. *de Regalib. c.* 3. *n.* 110. Farnes. *de Republ. lib.* 2. *paneg.* 5. *c.* 8.

Possessio ex contractu nullo, seu inutili an 266 transferatur? Resp. negatiuè per *l.* 3. *§. sciendum ff. de donat. inter virum*, ibi, *Sciendum autem est ita interdictam inter virum & vxorem donationem vt ipso iure nil valeat quod actum est, proinde si corpus sit quod donatur, nec traditio quicquam valet*, &c. quæ verba vltima possessionis etiam translatione inficiantur: alioqui si hæc in vxorem transiret, aliquid transferretur, nec Iureconsultus assereret nihil transire, seu actum nec quicquam valere, quasi & dominium, & possessionem includat, nihilque excludat, prout vniuersalis negatiuæ proprium est, *l. Iulianus ff. de legat.* 3. glos. *verb. quæcunque in cap. solitæ, de maior. & obed.* glos. *verb. nullo modo in Clem.* 2. *de ætate & qual.* clariùs translationem possessionis ex actu nullo negat text. *in l. si eum qui* 26. *ff. de donat. inter.* ibi, *quia licet illa Iure Ciuili possidere non intelligatur, & in l. inter virum* 46. *ff. eod. tit.* ibi, *inter virum, & vxorem nec possessionis vlla donatio est.* Ex quibus iuribus hanc sententiam tanquam inuariabile præceptum eliciunt DD. per text. *ibi in l. iubemus* 24. *§. sane, vers. nisi enim C. de sacros. Eccles. & in l.* 1. *C. non licere habit. lib.* 11. Alex. *cons.* 69. *num.* 12. *lib.* 5. *& cons.* 81. *num.* 11. *lib.* 3. Plot. *in l. si quando n.* 285. *C. vnde vi*, Socin. iun. *cons.* 84. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 3. Tiraq. *de iure constituti p.* 3. *limit.* 7. *à n.* 13. Mandos. *ad Roman. cons.* 321. *numer.* 2. *verb. remansit*, Caualcan. *de tut. & curat. num.* 152. Bursat. *cons.* 140. *num.* 18. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 1095. *num.* 6. 7. *&* 12. *vol.* 11. Surd. *cons.* 276. *ex num.* 14. Mier *de maior. p.* 3. *q.* 9. *ex num.* 19. *in noua impres.* Contrarium verò, videlicet ex actu nullo, & prohibito possessionem transferri videtur probari *ex l.* 1. *§. si vir vxori, & ex l. quod vxor* 16. *ff. de acquir. possess. & ex l. nec vllam* 13. *§. in omnibus ff. de petit. hæred. & in l. si donata* 36. *ff. de donat. inter virum, & in l.* 2. *§.* 1. *ff. pro donato, & in l.* 1. *§. deiicitur vers. denique ff. de vi & vi arm.* Mantiens. *l.* 8. *glos.* 5. *num.* 32. *& glos.* 6. *num.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* Christoph. de Paz *de tenuta tom.* 1. *cap.* 28. *num.* 9. *cum seqq. & tom.* 2. *cap.* 54. *num.* 17. Pro concordia distinguendum est inter prohibitionem alienationis absolutam, & eam, quæ sine aliqua solemnitate, vel qualitate interdicta est: vt primo casu ex alienatione contra prohibitionem absolutam sequuta non transferatur possessio, quia nec lex, nec testator aditum alienationi patefaciunt, vel parant, *l. si creditor §. vlt. ff. de distract. pign.* cum similibus. Secundo verò casu possessio transire queat: quoniam lex, quæ alienationi præceptum solemnitatis iniunxit, lapsu temporis, aliove modo supplere illam queit, Mariens. *in d. l.* 8. *glos.* 5. *a num.* 11 Surd. *d. cons.* 276. *num.* 15. *in fine cum seqq.* Et ita concordantur Iura citata, 267 quod scilicet *l. sed & si* 25. *ff. de donat. inter virum, & l. si vir vxori ff. pro donato*, quibus euincitur vxorem vsucapere posse rem sibi à marito donatam, procedunt cum nec maritus pauperior effectus non fuit, vel (quod in idem recidit) rem alienam donauit: in his enim & similibus speciebus bona fides versatur, & ideo vsucapioni fit locus. Aliter atque si pauperior redderetur; nam cum tunc iusta possessione careret, vsucapere prohiberetur. *l. quod vxore* 16. *ff. de acquir. poss. l.* 1. *§.* 2. *ff. pro donato*, sequitur *glos.* 1. *in d. l. quod vxore*, Vigel. *in methodo Iuris Ciuilis lib.* 7. *cap.* 13. *tit. pro donato, except.* 2. *in princ. & replicat.* 4. Anton. Fab. *lib.* 7. *coniect. Iuris cap.* 13. *in princ. & de errorib. pragmat. tom.* 1. *decad.* 42. *errore* 3. *pag.* 830. *& errore* 4. *pag.* 834. Scip. Gentil. *lib.* 2. *de donat. inter virum, & vxor. cap.* 28. Schiford. *lib.* 2. *ad* Anton. Fab. *tract.* 58. *q.* 4.

q. 4. col. 1. Non enim detentator ex reprobo titulo rem nanciscens, vel detinens possessor est, sed in solius nudi facti possessionis apparentia reperitur, inter quos longum, latumque discrimen versatur, *l. quod seruus 21. & ibi glos. verb. ciuiliter ff. de acquir. posses. l. si quis 10. §. idem Pomponius ff. eod. tit. cap. cum Apostolica 8. de his quæ fiunt à Præl.* vbi soli iusti possessores possidere dicuntur.

268 Possessor, & dominus præcipuus alicuius rei si admittat in ea condominium, vel compossessorem, an deinde talis dici possit? Resp. iam non dici præcipuum dominium, vel possessorem; quia per huiusmodi communicationem præiudicat sibi in illa prærogatiua vnitatis, atque singularitatis, *cap. 1. §. præterea*, vbi glos. & Bald. *col. 1. quibus modis feud. amit.* idem Bald. *cons. 275. col. 4. vers. supposito autem lib. 2.* Paul. Castren. *cons. 84. col. 2. lib. 1.* Deci. *cons. 369. col. 4.* Tiraq. *in tract. de iure primog. q. 26. num. 1. & 2.* Corbul. *de iure emphyt. tit. de causa priuationis ex eo quod emphyteuta patitur alium inuestire n. 1. cum seqq.* Ruin. *cons. 1. num. 18. lib. 1.* Brun. *cons. 40. ad fin. & cons. 80. col. 5. vers. plus dicit.* Ratio est, quia consortium, & communicatio huiusmodi dominium includit, Bald. *in l. dudum n. 7. C. de contrah. empt.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 874. num. 6.* Et facit text. *l. litus est 96. §. prædia ff. de verbor. sign. f. & in cap. sicut ij 47. dist.* ibi, *Proprium nemo dicat quod est commune*, & in *l. in re communi 25. ff. de seruit. rust.* ibi, *In re communi nemo dominorum iure seruituti neque facere quicquam inuito altero potest, neque prohibere quominus alter faciat*, &c. Et est optima doctrina Rebuffi *in d. §. prædia*, ibi, *Prædia non dicuntur esse alicuius quando sunt communia, sed cum illorum quilibet habet dominium etiam partis diuisæ, veluti si quispiam habeat vnum prædium, alter aliud, quandiu vero commune est, non potest dici alicuius illorum. Itaque si prædia sint inter fratres communia, non dicentur simpliciter esse vnius fratris, sed cum adiuncto, scilicet prædium est Titij pro parte, iste est Baro talis loci pro parte, sed non dicitur Baro simpliciter*, &c. Et vbi consortium, & societas prærogatiuæ diuiditur inter duos, diuisionem huiusmodi vocat alienationem, & imminutionem, Iureconsultus in *l. si pupillorum in princ. ff. de rebus eorum*, Corne. *cons. 252. in princ. lib. 1.* Becc. *cons. 25. num. 8.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 905. n. 16.* maximè quando per hanc communicationem, & diuisionem ius & prærogatiua datur illam antea non habenti, tunc enim alienatio, & diminutio totalitatis inducitur, *l. 1. C. communia vtriusque iudic.* Surd. *cons. 308. num. 18.* Menoch. *cons. 80. num. 1. & 56. & cons. 974. num. 18. & cons. 985. num. 6.* Stephan. Gratian. *d. lib. 5. cap. 917.* Conducit text. *in l. 2. vers. naturale C. quando & quibus quarta pars deb. l. b. 10.* ibi, *Naturaliter negligitur, quod communiter possidetur, & qui totum non habet, se nihil habere arbitratur*, vbi Luc. de Peña *num. 11.* ibi, *De propriis enim maxime curatur, de communibus autem minus*, vt dicitur *2. Politic. Rarum enim est quod magnum est, cap. si officia 95. dist. cap. in sancta 2. q. 7.* & rationem præstat text. *in cap. legimus 93. dist. Omne quod rarum est plus appetitur, pulegium apud Indos pipere pretiosius est.*

269 Possidere dicens nulla alia bona præter à se relata, an transferat onus probandi in prætendentem contrarium? Resp. affirmatiuè per glos. *in l. cum de lege ff. de probat.* receptam per Ias. *cons. 34. n. 11. lib. 1.* Herculan. *de negat. proban. n. 255.* Cephal. *cons. 133. num. 53.* Bursat. *cons. 23. num. 2. lib. 1.* Anton. Gabr. *commun. tit. de probat. concl. 1. n. 8.* Mascard. *de probat. concl. 1159. num. 40. & 41.* Sfort. *de restit. in integ. q. 36. art. 7. ad fin.* D. Barbos. *in l. maritum num. 35. ff. soluto matr.* Menoch. *cons. 98. num. 49.* Surd. *cons. 267. num. 35. & cons. 434. num. 30.* Gabr. Aluarez *de priuileg. pauperum p. 1. q. 5. n. 22. & n. 26.* Marta *voto 178. n. 6.*

Præcedentiam an aliquando Rex præstet inferiori? Resp. inferiorem Comites præcedentem Regi præcedere in illis actibus, in quibus Rex tanquam Comes assistit, per Igne. *in l. necessarios § non alios num. 428. ff. ad SC. Sylan.* Aufrer. *de potest. Ecclesi. in secular. n. 14. vers. 19.* Feder. de Senis *cons. 220. in fine*, Franc. Marc. *decis. 459. num. 19. p. 1.* Mynsing. *cent. 5. obseru. 3* Mastrill. *de magistrat. lib. 3. cap. 8. num. 32. & 33* Exempla adducunt Emman. Sueyro *in Flandria historia lib. 10. pag. 322.* Vlloa *in vita Caroli V. fol. 14.* Camill. Borrel. *de præstantia Regis Cathol. c. 46. n. 247.* 270

Præcedentiam an & quando Rex habeat super Cardinales? Resp. Regem in suo Regno habere præcedentiam super Cardinales, in Consistorio verò, & Capella Pontificia Romana Decanus sacri Collegij illi præcedit, secundùm Menoch. *cons. 902. num. 71. lib. 10.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 111. num. 7.* Theodos. de Rubeis *in singular. Rotæ tom. 2. p. 4. tit. de præcedent. resp. 2. pag. 487.* Mich. Ferro *in tract. de præcedent. q. 13. n. 7.* 271

Præcedentiam super Episcopum an & quando Vniuersitatis Rector habere possit? Resp. Rectorẽ vniuersitatis in actibus illius præcedere Episcopo scholari, vt per Purpur. *in l. 1. num. 195. ff. de officio eius*, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 106. n. 4.* Anguian. *de legib. lib. 3. controu. 33. n. 85.* vbi quòd Rector Complutensis in actibus Vniuersitatis præcedit Archiepiscopo Toletano, refert Ioan. de Solorzano *de Indiarum gubernat. tom. 2. lib. 3. cap. 8. sub num. 46.* 272

Præcedentiam super Episcopum an & quando habeant Inquisitores contra hæreticam prauitatẽ? Resp. DD. Inquisitores præcedere DD. Episcopis in causis Fidei, vt per Eymeric. *in director. p. 3. q. 50. n. 3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 106. n. 38. & c. 298. num. 1. 2. 26. & 46.* Hermosil. *ad Part. 5.* Greg. Lop. *super glos. 2. in proœm. num. 61.* Theodos. de Rubeis *in singul. Rotæ tom. 2. part. 4. pag. 469. col. 1.* 273

Præcedentia an aliquo casu debeatur iuniori? Resp. tunc deberi si illi maior iurisdictio commendetur quàm antiquiori in actu eam exercendi, ad not. per Marsil. *cons. 26. num. 55. & cons. 27. n. 5.* Fab. de Anna *cons. 40. num. 14.* Marta *voto 101.* Mastrill. *decis. 130. num. 13. & de Magistrat. lib. 5. c. 4. n. 68.* Ponte *decis. 8. num. 1.* Marcel de Mauro *alleg. 50. per tot. & præcipuè num. 14. tom. 1. fol. 160.* vnde posse hîc inferri ait quòd postquam maiori dignitate præest Dux Florentiæ, licèt posterior sit creatus quam Dux Ferrariæ, ex hoc præcedere debeat, Crauet. *cons. 982. & 983.* refert Iacob. Speidel *in sylloge quæstionum iuridicarum & politicarum lit. P. num. 70. ver. de præcedentia inter Ferrariæ, & Florentiæ Duces.* Et noster Anton. de Nebrixa *in chronica Regis Catholici Hispano idiomate scripta p. 3. cap. 93 fol. 100. col. 1. & 2.* notat euenisse exemplum huic rei accommodatissimum inter Regem Aragoniæ Ioannem II. & eius filium D. Ferdinandum Catholicum Castellæ Regem quando pater in ciuitate Victoriæ filio occurrit. *Otrosi* (ait iste insignis Historiographus) *se puso á su mano izquierda, y el Rey de Aragon no lo consentio, y assi entraron en la cuidad el Rey de Aragon àla mano izquierda del Rey* 274

Rey su hijo, y el Rey fue con el Rey su padre hasta su posada, y descaualgo en ella para le poner en la camara, el Rey de Aragon quando supo que aquesta era su posada le dixo. Vos hijo que sois Señor principal de la Casa Real de Castilla, donde yo vengo, sois aquel à quien todos los que venimos de aquella Casa somos obligados de acatar y seruir como a nuestro Señor, y pariente maior, y los honores que vos yo deuo en este caso an maior lugar que la obediencia filial que vos me deueis como à padre: por tanto tornad a caualgar que io ire con vos a nuestra posada porque assi lo quiere la razon; el Rey por los ruegos que su padre le hizo, consentio que fuesse con el. Referunt etiam Stephan. de Garibai *in compendio historiæ Hisp. lib. 18. c. 12.* quem allegat Ioan. Bapt. de Larrea *in decis. Granatens. tom. 1. disp. 1. n. 40.* & hos citat doctissimus D. meus D. Laurentius Ramirez de Prado in supremo Castellæ senatu Regius Consiliarius doctrina, & eruditione præclarus in *allegat. de precedentia n. 29.*

275 Præcedendi, vel sedendi ius in honorabiliori loco Ecclesiæ si controuertatur quis cognoscere debeat? Resp. Episcopum esse Iudicem competentem etiam inter laicos, & non Iudicem secularem; ita plures, quos lata manu retuli *in collect. ad Concil. Trid. sess. 25. de Regular. c. 13.* quibus addo Paul. Piasec. *in praxi Episcop. p. 3. c. 3. tit. de Visitat. Regular. a n. 40. fol. mihi* 209. Perez de Lara *de anniu. & capellan. lib. 1. c. 24. n. 29.* Carot. *de except. contra praeiudicialia sentent. except. 44. numer. 66.* Cancer. *var. resol. part. 3. cap. 10. num. 115. pag. mihi* 317. Ceuall. *de cognit. per viam volent. part. 2. quæst. 124. per tot.* Salgad. *de Regia protect. tom. 1. part. 2. cap. 9. n. 3.*

276 Præscriptibilia an aliquo casu sint bona ad vsus communes vicinorum deputata? Resp. esse præscriptibilia quando ea possidens cum immemoriali priuilegium allegaret, per Rip. *in l. quominus n. 102. ff. de flumin.* Greg. Lop. *l. 7. glos. 1. tit. 29. part. 3.* Azeued. *l. 1. numer. 64. tit. 15. lib. 4. Recop.* Mier. *de maior. part. 4. q. 21. num. 50. cum seqq. in 2. impres.*

277 Præscriptibili in materia qualis titulus sufficiat ad acquirendum dominium, & validitatem? Resp. insufficientem iuncta obseruantia quadraginta annorum sufficere, vt per *l. vlt. §. fin. C. de fundis patrim. lib. 11.* tenent Ioan. de Platea *ibi num. 3. vers. secundò nota,* Salicet. *in l. cognoperit C. de præscript. 30. num. 2.* vbi latè D. Barbos. *num. 46. cum seqq.* Alex. *cons. 30. num. 11. & 12. lib. 5.* Bart. *cons. 196. num. 7. lib. 1.* vbi quòd si concessio priuilegij in aliquo deficiat, cursus temporis id roborat; & in materia *l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop.* tradit Gironda *de priuileg. num. 75.* dicens sufficere titulum, seu priuilegium non plenum cum possessione quadraginta annorum, quod priùs dixerat Auiles *ad cap. 13. Prætor. verb. Alcaualas sub n. 5. ad fin.*

278 Præscriptio an interrumpatur per litem in qua quis obtinuit? Resp. negatiuè per Felin. *in cap. illud num. 17. de præscript.* Bald. *de præscript. 3. part. 6. partis quæst. 4. num. 37.* Castan. *cons. 47. num. 7.* Burg. de Paz *cons. 38 num. 19.* Menoch. *cons. 307. n. 55.* Sforr. *cons. 20. n. 11.* Molter à Cueua *Arag. decis. 21. num. 16.*

279 Præscriptio iurium, & incorporalium, siue seruitutis vt interrumpatur quæ debeant concurrere? Resp. solam impatientiam, & resistentiam verbalem concurrere debere & sufficere, per Paul. de Castro *in l. 2. numer. 5. C. de seruit. & aqua,* Ioan. Philip. *cons. 45. n. 27. vol. 1.* Alex. *cons. 108. n. 4. lib. 2.* Ioan. de Amicis *cons. 50. n. 4. vers. & quod aduersarius, & cons. 56. n. 7. fol. 52.* Caualcan. *decis. 4. n. 55. vol. 5. & decis. 7. n. 15. eod. vol.* Anton. Fab. *in suo Cod. tit. de longi temporis præscript. definit. 2. fol. 266.* Crauet. *cons. 973. n. 23. lib. 5.* Rodulph. Schrad. *cons. 4. n. 178. vers. vsque adeo vol. 1.* Aldouin. *cons. 4. n. 10. & 11. vers. sola impatientia,* Alpher. *cons. 38. num. 22. vers. & pro interruptione vol. 2.* Olasch. *decis. 101. n. 22. & 23. vers. quia ex actis.*

Princeps an & quando possit iuri quærendo de- 280
rogare? Resp. Principem de plenitudine potestatis etiam sine causa posse derogare iuri non plene quæsito, vel quod consistit tantum in spe, cum Bart. *in l. Gallus §. & quid si tantum, num. 14. ff. de liber. & posthum.* vbi Socin. *num. 22.* Greg. Lop. *in l. 3. glos. 2. verb. mugeres q. 28. vers. si vero maioriatus. 13. part. 6.* Albert. Brun. *cons. 1. num. 60.* Campeg. *cons. seq. num. 36. & 37. vers. ex quibus,* Socin. *ibi cons. 10. num. 25. & 26.* Franc. Becc. *cons. 56. ex num. 55.* Petra *de potest. Principis cap. 30. per tot. maximè num. 30. vers. rursus, & num. 35. vers. tertiò, & num. 55. vers. sed præmissis,* Burg. de Paz *in procem. legum Tauri num. 322.* Rouit. *cons. 15. num. 23.* Ponte *cons. 154. num. 16. cum seqq. vol. 2.* Marta *de success. legali p. 1. q. 23. art. 3. n. 58. cum seqq. & part. 3. q. 1. art. 3. à n. 13. vsque ad n. 20. & p. 4. q. 4. art. 4. in append. à n. 3. vsque ad n. 39.*

Princeps faciendo legem generalem an possit 281
auferre res priuatorum, & præiudicare interessatis? Resp. affirmatiuè per *l. venditor,* iuncto *§. si constat ff. commun. præd.* Innoc. & alios *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit.* Bart *in l. toties §. 1. ff. de pollicitat. & in cons. 172. Dubia, num. 1.* Bald. *in l. rescripta vers. tertio quærunt Doctores, C. de precibus Imp. offer.* Alex. *cons. 190. incip. Visis his numer. 13. 16. & 17.* Petr. Paul. Paris. *cons. 1. num. 45. cum seqq. vol. 1.* Hippol. Rimin. *cons. 413. num. 44. cum seqq.* Franc. Bursat. *cons. 138. num. 52. vol. 2.* Mandel. Alba *cons. 185.* Tiber. Decian. *resp. 41. numer. 57. cum seqq. vol. 2.* Petr. Surd. *cons. 210. numer. 64. & 65.* Ludou. Gom. *in reg. Cancel. tit. de non tollendo iure quæsito quæst. 15. vers. sed istis non obstantibus fol. mihi* 32. Restaur Castald. *in tract. de Imper. quæst. 98. numer. 9. vers. & præcipuè,* Anton. Gabr. *commun. sub d. tit. de Iure quæsito non tollen. concl. 1. numer. 1. vers. contrarium tamen, & vers. item in indiuiduo,* Matiens. *l. 6. glos. 1. num. 18. cum seqq. tit. 10. lib. 5. Recop. & l. 11. glos. fin. tit. 7. eod. lib. 5. & in dialog. Relator. part. 4. cap. 12. num. 2. cum seqq.* Castill. *controuers. tom. 1. cap. 28. num. 19. & 20. & tom. 5. cap. 85. numer. 178. cum seqq.* Maximè si causa subsit; nam sine ea non posse Principem etiam legem generalem condendo dominium rei alienæ auferre, tenent Bart. *in 1. constit. Digestor. vers. omnem num. 5.* Imol. *in d. cap. quæ in Ecclesiarum n. 20.* Matth. de Afflict. *in prælud. ad Constit. Neapol. q. 4. n. 7. & decis. 321. n. 16.* Roch. de Curte *in cap. fin. de consuet. fol. 46. col. 3.* Syluan. *cons. 66. num. 24.* Bellon. *cons. 2. num. 8. cum seqq.* Cephal. *cons. 45. n. 306.* Petr. de Gregorio *de concess. feudi p. 1. c. 7. n. 17. & 18.* Lancel. Gallia *cons. 44. n. 43. & seq.* Menoch. *cons. 1105. n. 19. cum seqq.* Muta *ad cap. 38. Sicil. n. 10. & 12. tom. 1.* Gutier. *in l. nemo potest num. 73. ff. de legat. 1.* Vincent. Carot. *de locato quæst. 11 numer. 4. fol. 148.* Camill. de la Rata *cons. 86. numer. 125.* Fideric. Scot. *in resp. 1. tit. 1. lib. 1, num. 189. cum seqq.* Mart. *de iurisdict. part. 4. casu 195. num. 12. 15. & 25. & in suis votis voto 217. num. 20.* Iacob. Cancer. *var. tom. 3. cap. 3. num. 84.*

Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 56. consid. 2. num. 8.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 991. num. 58.* Glorit. *resp. 1. pro ciuitate Messanensi p. 3. num. 234. cum seqq.* Ludou. Rodolphin. *de absoluta Principis potest. c. 6. n. 165. & seq.* Masttill. *de magistrat. lib. 3. cap. 4. numer. 356.* Guzman *de euictione q. 52. ex num. 1. & pracipuè num. 65.*

282 Princeps an possit ex causa derogare iuri substitutorum? Resp. affirmatiuè per Molin. *de primog. lib. 3. cap. 8. num. 31. vers. ex quibus consequitur, & lib. 3. cap. 3. ex num. 20.* Topium *de potest. Princip. secularis §. 6. num. 1. & 2.* Marta *de success. legali part. 4. q. 1. art. 1. n. 31. cum seqq. & q. 4. art. 4. num. 16.* Monet. *de commut. vltim. volunt. cap. 9. num. 444.* Castill. *controu. tom. 3. c. 28.* Cancer. *lib. 3. var. c. 3. n. 60.* Fusar. *de substitut. quæst. 623. num. 7.* Cuteli *de donat. tract. 1. disc. 2. part. 6. num. 44. cum seqq.* Solorzan. *de gubernat. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 16. num. 37.*

283 Et quod ob priuatam vtilitatem possit Princeps derogare substitutiones tenent Menoch. *cons. 956. num. 9. cum seqq.* Rodulph. *de suprema Principis potest. cap. 6. num. 146. & 149.* Et hinc Bald. per text. *ibi in l. si testamentum C. de testam. num. 7.* tenet quod in Principe satis est quòd putet causam subsistere, & ex opinione sua statuat, seu mandet: idem Bald. *in l. rescripta num. 10. C. de precib. Imper. offer.* Ziriac. *tom. 1. controu. 160. num. 8.* pulchrè Ias. *cons. 136. num. 9. & 10. lib. 2.* vbi quòd solus motus habetur pro iusta causa, *& numer. 11.* ex Bald. *in cap. Ecclesia S. Mariæ col. pen. vt lite non contest.* addit quòd ad iustificandum motum Principis sufficit quæcunque occasio, Petra *de potestate Principis cap. 32. quæst. 8. princ. ex num. 10. pag. 208.* Pereg. *cons. 8. num. 24. lib. 1.* Schrader. *cons. 9. num. 66. cum seqq. vol. 1.* vbi *num. 68.* subiungit in hoc casu quamlibet rationem notiuam pro causa sufficere, & reputari, Simanch. *de Cathol. instit. tit. 9. num. 269.* Ponte *cons. 152. num. 24. & 25. vol. 2.* Miet. *de maior. part. 4. quæst. 1. limit. 1. num. 111. cum seqq.* vbi totam hanc materiam circa concessionem facultatum ait positam esse in arbitrio dominorum, qui in Consilio Cameræ assistunt, Carol. Tapia *decis. supremi Consilij Italiæ 20.* Ponte *cons. 152. vol. 2.* Et in terminis quod possit Princeps vnire feudum ad effectum vt in eo vnus solus succedat in præiudicium aliorum agnatorum habentium ius succedendi probat Ias. *cons. 236. per tot. vol. 2.* qui loquitur in Comitatu Mirandulæ, & Concordiæ, & probat Regem Romanorum potuisse inspecta hac publica vtilitate illa feuda reducere ad ius primogenituræ, idem Ias. *cons. 107. per tot. vol. 4.* Cephal. *cons. 3. ex n. 18. cum seqq. & præcipuè num. 23. & 24. lib. 1.* Becc. *cons. 56. num. 33. cum seqq. vol. 1.* Pereg. *cons. 4. num. 26. lib. 1. & cons. 12. num. 24. lib. 6.* vbi

284 pro iusta vnionis causa adducit maiorem familiæ splendorem si possideantur plures iurisdictiones, Ziriac. *tom. 2. controu. 312. num. 13.* vbi quòd Princeps potest de feudis antiquis exigere primogenituram in præiudicium vocatorum, Mart. *de success. legali part. 3. quæst. 1. art. 3. à numer. 13. vsque ad 16.* Miet. *de maior. part. 1. quæst. 26. num. 92. in 2. edit.* vbi quòd ne feudum diuidatur, potest Princeps illud vnire, & maioratum de eo facere in præiudicium comprehensorum. Quæ confirmantur ex traditis à Baldo *cons. 333. Præmittendum est, vol. 1.* vbi dicit quòd licèt Imperator non possit sine causa deuestire vasallos, potest tamen feudum ponere sub quadam lege æquitatis, & iustitiæ, sequitur Menoch. *cons. 331. num. 111. lib. 4.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 3. numer. 17.* Rodolphin. *de potest. Principis cap. 6. num. 191. fol. 37. à tergo.* Et absque dubio procedit principalis sententia de iure substitutorum ex causa derogando à Principe quando illis est satisfactum, Molin. *de primog. lib. 4. c. 3. n. 6. vers. nam aut Princeps,* Tapia *decis. Consilij supremi Italiæ 20. numer. 14. cum seqq.* Ponte *d. cons. 152. num. 28. vers. dixi, quarto, & vers. cum igitur.*

Princeps alicui contractui suum consensum & facultatem concedens, an dicatur contrahere, aut aliquid ex suo dare? Resp. negatiuè, quia solùm contrahentes habiles facit, & Iuris impedimentum remouet, vt per Isern. *in cap. Imperialem, de prohib. feudi alien. num. 11. & ibi* Camer. *fol. 57. col. 4.* Idem Isern. *in cap. 1. qui successor. ten. n. 6.* Paris. de Puteo *de reinteg. feudali cap. 267. numer. 5.* Freccia *de subfeud. lib. 2. q. 29. num. 9.* Cæs. Contard. *in l. vnic. C. si de mom. possess. limit. 2. §. 8. numer. 47.* Valasc. *de partit. cap. 13. num. 70.* Vincent. de Franch. *decis. 540. num. 10. & 11.* Nouar. *quæst. forens. lib. 1. q. 38. num. 12. vers. nec obstat,* Larata *cons. 43. num. 5.* Montan. *in repet. d. cap. Imperialem super verbo Imperialem sub num. 53. lit. B vers. mihi autem,* Rouit. *in rub. de feudis num. 66. cum seqq. & cons. 1. num. 7. & 8. lib. 2.* Georg. *in repet. feud. c. 6. n. 14. cum seqq.* Corbul. *de iure emphyt. tit. de caus. priuat. ob alien. irreq. dom. ampl. 6. num. 2.* Ponte *de potest. Proreg. tit. 8. §. 3. numer. 24. pag. 266.* vbi quod dominus assentiendo nihil aliud facit nisi tollere obstaculum, & vasallus est, qui transfert dominium, *& §. 11. num. 17. pag. 302.* vbi idem repetit, idem Ponte *cons. 59. num. 49. lib. 1. & cons. 40. num. 12. & 23. lib. 2.* Fulu. Lanar. *in addit. ad Reg. Lanar. ad cap. 1. de his, qui feud. dare pos. num. 31. pag. 117.* vbi quod assentire non est alienare, siue feudum de nouo concedere, sed tantum alienantem non impedire ius eius prorogare, & veterem inuestituram confirmare ex Bald. *in cap. quæ in Ecclesiarum num. 19. de constitut.* quod repetit *num. 117. & seq.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 3. num. 24.* vbi loquens de facultatibus Regiis expeditis à Consilio Cameræ, dicit Regem concedendo nihil de suo donare, Reg. Constant. *in l. 1. C. de filiis official. lib. 12. num. 72.* vbi dicit contractum in quo Princeps assentit, non dici contractum Principis, nec habere illius priuilegium, Rot. *decis. 100. num. 49. & 50. tom. 5. recent.* vbi in terminis *cap. cùm aliquibus, de rescript. in 6.* probat quòd quando Papa dispensat contra statutum de non recipiendis nouis Canonicis, cum quis ad Canonicatum admittitur, admissus dicitur à Capitulo, & non à Papa, Gallup. *in methodo feudor. p. 2. c. 5. n. 21. cum seqq.* vbi cũ Baldo, & aliis probat quod filius consentiens refutationi feudi à parẽte factæ nihil agit quoad diminutionem patrimonij, sed solum se tollit de medio vt refutatio suos operetur effectus, sed si filius est primogenitus, & indubitabilis feudi successor, vt quia est feudum ex pacto, & prouidentia, tunc consentiendo videtur ipse feudum refutare, & cedere, & ad hoc allegat tex. *in l. in ædibus ff. de donat.* 285

Princeps ad lites & scandala vitanda an possit 286
partes

partes etiam i nuitas ad cōcordiam reduceret? Resp.
affirmatiuè, per *cap. cùm inter R. 16. de elect.* ibi, *ad*
componendum coegit inuitum, &c. *cap. nonnulli 28. de*
rescript. cap. placuit 9. dist. l. aequissimum 6. ff. de
vsufr. Felin. *in cap. quae in Ecclesiarum num. 45. de*
constitut. Caecialup. *in tract. de transact. quaest. 20. n.*
15. Paul. de Castro *in l. quidam existimauerunt n.*
6. verb. Princeps vero, Alex. *num. 6.* Ias. *n. 4. vers.*
tertiò facit ff. de rebus cred. Padil. *in rub. de transact.*
num. 12. Petra *de potestate Principis cap. 6. num. 96.*
& cap. 32. in 1. exemplo num. 69. Et in primogeniis
Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 50. in 8. limit. C. de bonis mat.*
Molin. *de primogen. lib. 4. c. 9. n. 20. cum seq.* Mier. *de*
maior. p. 4. q. 22. n. 5.

287 Princeps an possit propria auctoritate, quoties
sibi videbitur, causas & lites alibi vertentes ad
se, suumque tribunal Regium auocare? Resp. af-
firmatiuè ad not. per Guid. Pap. *decis. 440.* Cassan.
in consuet. Burgund. in proœm. verb. de nos Parla-
mentis num. 6. Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 25.*
num. 9. Alban. *cons. 1. numer. 21.* Camil. Lepidi.
Lucensi decis. 55. Mastrill. *de magistrat. lib. 3. cap.*
288 *4. num. 166.* vbi probat propter potentiam litigan-
tium posse Principem ad se causam auocare, &
sua manu Regia abbreuiare, & summariè termi-
nare, Iannin. *de citat. reali lib. 1. cap. 1. num. 258.*
Muta *in proœm. cap. Regni numer. 51.* Roland.
cons. 12. num. 29. vol. 3. Surd. *cons. 257. num. 12. &*
cons. 462. num. 6. Camill. Borrel. *de compromis. §. 7.*
glos. 3. n. 6.

289 Princeps an possit priuilegium à se concessum
subdito tollere, reuocare, & moderare? Resp.
affirmatiuè per Innoc. Abb. Card. & Imol. Fe-
lin. Dec. & alios plures, quos refert & sequi-
tur dicens hanc opinionem communi omnium
iudicio receptam videri Cou. *var. lib. 3. cap. 6.*
num. 1. & in terminis maioratus Hispaniae Greg.
Lop. *in l. 3. verb. mugeres col. 9. vers. si vero maio-*
ria tit. 13. part. 6. vbi citat Bald. *in l. qui si patris*
ad fin. C. vnde liberi, probantem esse speciale in
Principe quod possit reuocare suum priuilegium,
sine causa, etiamsi esset alicui ius quaesitum: idem
probant Burg. de Paz *in proœm. legum Tauri*
num. 327. Auendan. *ad l. 27. Tauri glos. 1. num.*
5. Angul. *ad l. 11. meliorat. glos. 2. num. 9.* Tapia *in*
decis. 20. supremi Consilij Italiae num. 11. Ponte
cons. 152. ex num. 24. vol. 1. Robles de Salzedo *de*
representat. lib. 3. cap. 5. num. 26. & 27. Noguerol *al-*
leg. 32. n. 171.

290 Priuilegiorum in generali derogatione an com-
prehendantur priuilegia ex contractu, & ex causa
onerosa concessa? Resp. non comprehendi per
Mohedan. *decis. 11. de iurepatr.* repetita apud Pu-
te. *decis. 314. lib. 1. in noua impres.* Roman. *cons.*
430. num. 14. vers. septima ratio, Card. *cons. 47.*
à num. 2. vsque ad fin. Roland. *cons. 13. num. 22.*
lib. 3. Burat. *cons. 16. num. 57. lib. 1.* Pinel. *in rub.*
C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 2. col. vlt. Lap.
alleg. 96. Seraph. *decis. 1081. num. 3.* Rot. *decis.*
48. num. 8. part. 1. diuers. Marescot. *var. resol. lib.*
2. cap. 40. num. 28. Marta *cons. 40. ex num. 22. &*
per tot. vbi latè probat quod cridae de annatis
soluendis etiam cum clausulis derogatoriis
emanantes non comprehendunt feuda ex contra-
ctu, & mediante pretio concessa, *& cons. 145.*
num. 16. cum seqq. vbi idem repetit, Gonzal. *ad*
reg. 8. Cancel. glos. 36. num. 36. cum seqq. vbi
loquitur in eisdem terminis quod per derogatio-
nem generalem non censetur derogatum priuile-
giis per viam contractus concessis, Stephan. Gra-
tian. *discept. forens. tom. 5. cap. 845. num. 17. & cap.*
891. num. 61. Fort. *statuto 41. num. 20. & 21.* Mu-
ta *ad cap. Regni Sicil. tom. 1. in proœm. num. 86. pag.*
17. Bonacin. *tom. 2. tract. de legib. quaest. 3. puncto 8.*
§. 3. n. 12. & 13. Tapia *decis. 8. n. 7.* Paschal. *de patria*
potest. p. 1. c. 1. n. 97. cum seqq.

Priuilegium immunitatis an extendatur ad 291
personas, & bona post priuilegium quaesita? Resp.
extendi, per Bart. *cons. 59. n. 4. lib. 1.* Viui. *opin. 792. n.*
2. & opin. 641. numer. 3. Maresc. *var. lib. 2. cap. 85.*
Nouar. *tom. 1. q. 127. n. 26* Franc. Anton. Costa *cons.*
80. n. 16. Vnde comprehendere incolas de nouo 292
superuenientes resoluunt Bald. *in cap. 1. §. si quis de*
manso col. 3. n. 7. Nouar. *d. q. 127. ex n. 8* Ricc. *post de-*
cis. 250. p. 2. in allegat. ibi posita à n. 4. Muta *ad prag-*
mat. Sicil. tom. 1. tit. 10. num. 33. & 34. Et priuilegiū 293
de percipiendis gabellis extendi ad gabellas su-
peradditas etiam ex facto Principis tenent Bald. *in*
l. vtrum tam in 1. quam in 2. lect. ff. de petit. hered. An-
gel. *in l. at vbi num. 2. eod. tit.* Brun. *de augmento con-*
cl. 16. n. 5. & 6. latè Menoch. *cons. 201. n. 150. lib. 3.*
& cons. 1105. ex n. 5. lib. 12. Ricc. *decis. 167. n. 9. post*
princ. p. 3. Fab. de Anna *cons. 61. num. 20. & 21.* Me-
dices *cons. 51. n. 41.* Et priuilegium ab Imperatore 294
concessum villis ciuitatis extendi ad villas de no-
uo auctas tradunt Ioan. Andr. *in addit. ad Specul.*
tit. de censib. §. nunc dicendum in addit. magna circa
pen. col. & in regula qui sentit, de regul. Iuris in 6. in
mercur. Bald. *in l. cum fundus ff. de legat. 2.* Cou *pract.*
c. 2. Gironda *de priuileg. n. 116.* Muta *d. tom. 1. tit.*
16. num. 33. & 34. Denique priuilegium concessum 295
Collegio sexdecim virorum extendi ad septem col-
legas postmodū praedicto collegio additos resol-
uunt Alex. *cons. 178. n. 8. lib. 2.* Bertachin. *in repert.*
p. 1. lit. A verb. Augmentum consulum fol. mihi 183.
Cabed. *Lusit. decis. 113. n. 2. p. 2.*

Procurator falsus quis dicatur? Resp. non so- 296
lum illum dici, qui nunquam habuit mandatum,
sed etiā qui habuit, & fuit reuocatū, vel mandatum
est minus sufficiens, vt per Bald. *in cap. nonnulli*
28. num. 3. in fine, de offic. deleg. Curt. iun. *in l. licet*
num. 2. C. de procurat. Mastrill. *Sicil. decis. 179. num.*
9. part. 2. Rot. *decis. 121. n. 3. p. 4. diuers.* Et qui fuit
substitutus à non habente potestatem substituēdi,
Marant. *de ordine iudic. p. 4. dist. 16. n. 21. pag. 222. in*
edit. Veneta de anno 1601.

Procuratoris gesta sine mandato an possint à 297
domino ratificari, vt retroacta valeant? Resp. affir-
matiuè per *l. licet ff. de iudic.* & non solùm in pri-
ma, sed etiam in secunda instantia, vt post Angel.
Paul de Castro, Bald. Bertachin. & alios, quos
allegat, tradit Aym. *cons. 108. num. 1.* Natura enim 298
ratificationis alicuius actus est quod facta post
actum, quia à principio sine consensu ratificantis
fieri non potuit, operatur vt valeat idem actus
tanquam si à principio actus esset cum ipsius ratifi-
cantis consensu, *cap. cum vos*, vbi Panor. *num. 5. de*
his quae fiunt à Prel. Molin. *de Iustit. tractat. 2.*
disp. 468. vers. tertio dictum est. Nihilominus ta- 299
men si fuerit oppositum de defectu mandati, ra-
tificatio post oppositionē facta nihil operatur. Aze-
ued. *l. fin. ex num. 5. tit. 21. lib. 4. Recop.* Gutier. *pra-*
ctic. lib. 2. quaest. 23. D. Barbos. *in l. alia §. eleganter*
num. 5. ff. soluto matr. Et sic ratificatio debet inter-
uenire antequam nullitas ab aduersa parte oppo-
natur. Suar. de Paz *in practic. tom. 1. part. 1. temp. 2.*
num. 34. Melch. Reinoso *obseruat. 28. num. 17.* quia 300
ratificatio non retrotrahitur in praeiudicium tertij,
cui iam erat ius quaesitum per oppositionem, The-
saur. *decis. 3. n. fin.*

301 Procurator an licitè retinere possit instrumentum quousque ei sit satisfactũ de sumptibus? Resp. affirmatiuè per Ias. *in l. si non sortem §. si centum n. 10. vers. limita ff. de condict. indeb*, Boër. *decis.* 15. *num.* 3. Surd. *decis.* 50. Marescot, *var. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 3. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 176. *num.* 3. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 106. *num.* 61. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 16. *num.*

302 4. Non verò pro salario sibi debito; nam pro eo scripturæ vel instrumenta nequeant retineri. Capic. *decis.* 11. *num.* 1. Boër. *citato loco*, Aretin. *de retent. num.* 13. Gail *lib.* 2. *obseru.* 12. *num.* 4. Carpr. *de locato p.* 6. *tit. de except. except.* 5. *ob retent. & tit. de expens. quæst.* 1. *n.* 3. *&* 6. vbi inquit idem esse in aduocato, & Iudice, quibus pro præmio laborum retentionem non competere ait.

303 Procurator generalis Ordinis, cui data est potestas pro Ordine, & pro singulis personis de Ordine an sit sufficiens ad comparendum pro vno Conuentu? Resp. negatiuè per Felin. *in cap. tam te num.* 14 *& in cap. cum dilecta num.* 6. *ante vers. amplia primò, de rescript.* Deci. *cons.* 61. *num.* 3. Fallit in procuratore generali Societatis Iesu propter amplissimas illius facultates. Rot. *decis.* 201. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* Fallit etiam in procuratore generali Ordinis Prædicatorum ex concessione Bonifacij IX. quod virtute communicationis extenditur ad Carmelitanos, Coccin. *decis.* 189. *n.* 8. *&* 9.

304 Procuratoris negligentia in non comparendo, appellando, vel prosequendo appellationem, an sit iusta causa ad appellandum? Resp. non esse iustam causam per Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 2. etiamsi procurator soluendo non fuerit, dolo cessante, quia aliàs nunquam esset dare desertionem, nec vnquam finis litibus imponeretur. Crescent. *decis.* 7. *de appellat.* Rot. *decis.* 137. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Burat. *decis.* 849. *num.* 2. *& decis.* 585. *num.* 8. *&* 13. & quòd ita practicatur Cassad. *decis.* 5. *de appellat.* præsertim stante clara iustitia in negotio principali. Greg. Lop. *l.* 2. *tit.* 21. *part.* 3. *in glos. verbo contra algun personero*, Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 5. *num.* 22. Quod intellige in procuratore ad om-

305 nes instantias, vel de procuratore generali ad omnes lites, & causas, qui etiam est procurator in causa appellationis: secus verò in procuratore simpliciter ad causam dato seu constituto, quia licet possit appellare, non tamen tenetur, nec potest

306 prosequi appellationem, latè Scacc. *d. quæst.* 5. *n.* 12. *vers. extende etiam.* Et prosecutio appellationis an sit de appenditiis instantiæ, & quod lata sententia procurator desinat esse talis, quodque præfixio termini ad prosequendam appellationem procuratori facta seu intimata non debet arctare principalem, vide pulchrè Mohed. *decis.* 6. *de procurat.*

307 Promissio donandi an & quando idem importet quod donare? vide Bart. *in l. iurisgentium in princ. ff. de pact.* Rip. *lib.* 2. *resp. c.* 12. Menoch. *cons.* 1. *num.* 234. *& cons.* 92. *ex n.* 27. *& cons.* 967. *num.* 1. *&* 2. Mier. *de maiorat. p.* 1. *q.* 66. *in* 2. *edit.* Martium Medices *inter decisiones Senens. exam.* 5. *n.* 14 *&* 15. Surd. *cons.* 457. *n.* 24. *& cons.* 535. *n.* 8. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 887. *n.* 20. *cum seqq.* Merlin. *controuers. cap.* 4. *n.* 6. Rot. *decis.* 393. *num.* 2. *tom.* 5. *recent.* Et idem importare promissio donandi quod donare in promissione fauore matrimonij facta tenent Menoch. *d. cons.* 92. Bursat. *cons.* 100. *n.* 11. *lib.* 1. qui loquitur tam in promissione donandi quàm dotandi, Seraph. *de priuileg. iuram. priuil.* 23. *n.* 15. *&* 16. Hieron. Gabr. *cons.* 58. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 1. Surd. *cons.* 457. *num.* 24. *cum duobus seqq.* Cancer. *vari. resolut. tom.* 3. *cap.* 15. *num.* 152. vbi *num.* 253. de promissione constituendi dotem, Rot. *decis.* 58. *ex n.* 20. *& decis.* 174. *num.* 11. *tom.* 6. *recent.* Et in promissione assignandi filio donationem propter nuptias ex causa matrimonij contrahendi, tradit Surd. *cons.* 457. *num.* 13. *vers. & quod dictum est in dote.* Sic etiam promissio meliorandi facta per pa- 308
trem filio ex causa matrimonij, est adimplenda; & pro facta habenda, si non adimpleatur, vt constitutum est apud Hispanos *l.* 22. *Tauri, & l.* 6. *tit.* 6. *lib.* 5. *noua Recop.* vbi Matiens. *glos.* 7. & Angul. *super eadem l. glos.* 5. *num.* 2. Ex identitate ra- 309
tionis pactum, seu promissio instituendi maioratum, idem est ac instituere, Tell. *d. l.* 22. *Tauri n.* 15. vbi dicit se ita in facto obtinuisse in quadam causa Cacerensi, Mier. *de maior. p.* 1. *q.* 24. *ex num.* 51. *& quæst.* 66. Auendan. *ad d. l.* 22. *Tauri glos.* 2. *num.* 4. *&* melius *l.* 44. *Tauri glos.* 16. *num.* 9. Azeued. *in d. l.* 6. *num.* 4. Angul. *in eadem l.* 6. *glos.* 5. *num.* 7. Merlin. *controuers. cap.* 4. *numer.* 19. *&* 20. Et in promissione & pacto de hæreditando filio illius matrimonij, quod sit idem quod ipsum hæreditamentum de præsenti factum, probant Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 122. *cum seqq.* Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 4. *ex num.* 28. idem Cancer. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 168. *in* 2. *edit.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 8. *n.* 11. *cum seqq.* Noguerol. *alleg.* 31. *n.* 127. *cum seqq.*

Protestatio in iudicialibus an debeat repeti in 310
quolibet actu? Resp. affirmatiuè, quia si non repetatur, præsumetur ab ea fuisse recessum, iuxta resoluta per Mohedan. *decis.* 44. *alias* 2. *de iudic.* Seraph. *decis.* 502. *num.* 2. Greg. XV. *decis.* 44. *n.* 8. Caualer. *decis.* 135. *n.* 3.

Rationes quo loci sint reddendæ? Resp. reddi 311
debere non in loco domicilij, sed in loco administrationis, per *l.* 1. *&* 2. *C. vbi de ratiocin. agi oport. l. Hispan.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. Franc. Bursat. *cons.* 74. *num.* 5. Roland. à Valle *cons.* 49. *num.* 67. *vol.* 1. Baëc. *de decima tutor. cap.* 1. *num.* 186. Castill. *l.* 17. *Tauri glos. de restit. col.* 4. *ad me*. Auiles *ad cap.* 27. *Prætor. numer.* 22. *col.* 4. Rota Genuens. *decis.* 98. *num.* 3. *&* 4. Escobar *de ratiocin. cap.* 7. *ex num.* 1. Gutier. *de tutel. part.* 3. *c.* 1. *n.* 115. D. Barb. *in l. hæres absens §.* 1. *num.* 66. *ff. de iudic.*

Recognitio solemnis an sit necessaria in instru- 312
mentis antiquis? Resp. negatiuè, & quod ad hunc effectum necessaria non est antiquitas centum annorum, sed sufficit quod sit octuaginta, per Pute. *decis.* 1. *de fide instrum. & decis.* 146. *lib.* 1. *in correct.* Caputaq. *decis.* 5. *num.* 1. *p.* 3. vbi *n.* 2. reddit rationem, quia recognitio debet fieri per testes, in quibus dicitur esse in antiquis vsque ad sexaginta annos secundum obseruantiam Rotæ, Seraph. *decis.* 1451. Card. Caualer. *decis.* 518. Rot. *decis.* 27. *num.* 2. *& decis.* 693. *n.* 7. *part.* 2. *recent.*

Recognitio priuatæ scripturæ quomodo facien- 313
da? Resp. à testibus dicere debētibus non solum habere notam manum scribentis, qui apochā cōfecit, sed etiā fuisse præsentes quando fuit scripta, per Felin. *in c.* 2. *n.* 14. *de fide instrum.* Alex. *cons.* 150. *n.* 16. *lib.* 5. Ias. *cons.* 184. *n.* 34. *lib.* 2. Rimin. iun. *cons.* 503. *n.* 13. Afflict. *decis.* 181. *n.* 8. *&* 9. Gramm. *decis.* 84. *per tot. decis.* 106. *n.* 33. *&* 34. Et quamuis de stylo Tribunalis Auditoris Cameræ soleat admitti recognitio facta per testes, qui habeāt notā manū, ad notata per Vestri. *l. b.* 6. *c.* 1. *num.* 8. *vers. nihilominus*, Tiber. *in praxi lib.* 1. *c.* 33. *n.* 10. nihilominus Rota non admittit dictas

dictas recognitiones, nisi concurrentibus adminiculis, vt fuit dictum coram Greg. XV. *decis.* 389. *num.* 2. Rot. *decis.* 124. *num.* 3. & 4. *p.* 2. *diuers.* & *decis.* 303. *p.* 1. *recent.* & *in Vlixbonen. matrimonij* 21. *Iunij* 1613. *coram Card. Sacrato.*

314 Recusari an possit iudex post litis contestationem? Resp. eo casu recusationis exceptionem admittendam dum causa post litis contestationem orta est, aut de nouo ad notitiam partis peruenerit per *l. Hisp. fin. tit.* 10. *part.* 3. Franc. Marc *decis.* 775. Lancelot. *de attent. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 50. Cou. *pract. cap.* 26. *num.* 2. Caualcan. *de brachio Regio p.* 3. *n.* 329. Mascard. *de probat. concl.* 953. *num.* 35. Fului. Pacian. *consil.* 18. *num.* 75. & 76. Iacob. de Laurent. *de iudice suspecto cap.* 14. *num* 50. & *seq.* Sigism. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 101. *num.* 10. Muscatel. *in sua praxi Neapol. p.* 2. *glos. competens num.* 55. Sola *ad constitut. Sabaudiæ tit. de recusat. glos.* 1. *num.* 9. Mastrill. *decis.* 151. *num.* 68. Grass. *de except. except.* 24. *num.* 20. Castill. *decis.* 6. *num.* 16. *lib.* 1. & *decis.* 131. *num.* 1. *lib.* 2. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 100. *num.* 32. Capit. Latro *decis.* 87. Paul. Christian. *Belg. decis.* 148. *ex num.* 18. *vol.* 2. Capit. Galeot. *controuers. lib.* 1. *controu.* 39. *num.* 25. & 26. Fontanel. *decis.* 17. *ex num.* 5.

315 Reductio ad ius commune, & ad primæuam naturam quid operetur? Resp. multa operari, & ad plura deseruire. Hinc concessio Imperatoris admittens fœminas ad successionem feudi in præiudicium agnatorum contra primam inuestituram valet, & de ea agnati non possunt conqueri, quia fœminæ sunt capaces feudorum, & eas admittendo Imperator, reducit feudum ad primæuam naturam, vt per glos. *in l. si vnus §. pactus ne peteret, ff. de pact.* resoluit Gozadin. *consil.* 8. *num.* 42. sequitur Petra *de potestate Princip. c.* 32. §. 1. *num.* 33. *pag.* 166. & §. 2. *num.* 34. *pag.* 172. *in magnu*, idem tradit Capit. Galeot. *tom.* 2. *controu.* 48. *n.* 52. Ziriac. *tom.* 2. *controu.*

316 310. *num.* 175. vbi fortius dicit quod Princeps potest vni gratificare in præiudicium alterius quando res reducitur ad pristinam, & naturalem formam. Sic factũ solius Prælati præiudicat Ecclesiæ quando per illud reducimur ad ius commune, Abb. *in cap. veniens num.* 22. *de præscript.* vbi Felin, *num.* 5. I. C. *in l. si constante n.* 174. *ff soluto matrim.* Solorzan. *de gubernat. Indiar. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 9. *tom.* 1. Et solemnitas consensus Capituli non requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ, quando per eam res reuertitur ad suam naturam, Felin. *num.* 8. *vers. tertio probatur*, Ferret. *num.* 8. Mantica *num.* 40. *vers. secundo quia ad idem in cap. omnes, de constitut.* sequitur Curt. iun. *de feud. p.* 2. *q.* 5. *num.* 8. *vers. tertio magis in specie*, & *consil.* 273. *num.* 14. *lib.* 3. Beroi. *consil.* 7. *num.* 27. *lib.* 3. Solorzan. *d. n.* 9.

317 Referens vbi aliter loquitur quam relatum, cui attendendum? Resp. relatum esse attendendum etiam in materia, in qua referens habeat potestatem disponendi, quia censetur ita disposuisse per errorem, Card. Mantic. *decis.* 352. *n.* 2.

318 Regalia an comprehendantur in donatione à Rege facta de castro, seu villa cum omnibus iuribus, & redditibus ei quoquo modo pertinentibus? Resp. negatiue per *l. Hisp.* 5. *tit.* 15. *part.* 2. *vers. e aun por maior*, *l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *noue Recopil.* vbi Matiens. *glos.* 21. *à num.* 24. & *glos.* 22. Greg. Lop. *l.* 9. *glos.* 5. *tit.* 4. *part.* 5. Boër. *decis.* 50. *num.* 12. Anton. Fab. *in suo Cod. lib.* 3. *tit.* 12. *de iurisdict. omn. iudic. definit.* 17. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 97. *num.* 41. & 42. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 4. *glos.* 14. *num.* 8.

Regna Portugaliæ, & Aragoniæ an sint Castellæ Regno accessoria? Resp. negatiuè, cum sint illi æquè principaliter vnita, itaut quodlibet eorum suis propriis legibus regatur; ita Aguirre *in apologia de Regno Portugaliæ num.* 55. Claperi. *in cent. fiscali causa* 1. *q. vnic. num.* 13. *cum seqq.* Milanen. *decis.* 1. Ioseph. Sesse *Arag. decis.* 113. *n.* 20. *p.* 2. Leo Valent. *decis.* 2. *n.* 34. *p.* 1. Gabr. Pereira *Lusit. decis.* 2. *num.* 2. 319

Relatio quomodo intelligatur, & quando attendatur? Resp. semper intelligendam habito respectu ad ea, in quibus specialiter relatio conuenit, per Bart. *in l.* 1. *C. de iure immun. lib.* 10. Abb. *in cap. translato num.* 3. *de constitut.* Cephal. *consil.* 153. *n.* 58. *lib.* 2. Raudens. *de analog. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 130. Cassanate *consil.* 57. *n.* 37. Marta *consil.* 78. *n.* 26. vbi quòd semper intelligendum est vt relatio congrua fiat, & singula singulis referátur, Castill. *controu. tom.* 6. *c. p.* 181. *num.* 33. Rot. *decis.* 106. *n.* 4. *p.* 3. *recent.* vbi quod in hac materia singula singulis referenda sunt, eadem Rot. *decis.* 117. *tom.* 5. *recent.* Ziriac. *tom.* 1. *controu.* [illegible] 0. *n.* 39. & 40. vbi pluribus relatis dicit quod relatio etiam in implicatis orationibus semper debet fieri vt singula singulis referantur, & *cont.* *n.* 174. *num.* 1. & 2. Mart de Medices *Senen. decis.* 20. *num.* 2. Rot. *decis.* 555. *num.* 6. *p.* 2. *recent.* & coram Buratto *decis.* 321. *num.* 1 *vers.* & *præcipuè*, vbi dicit quòd relatio non fit quando commode fieri non potest, & *n.* 3. & 4. quod relatio solum fit ad possibilia. Sed quando ex relatione correctio alicuius præcedentis dispositionis vult induci, illa admitti non debet, nec aliquid operatur, Ias. *in l. talis scriptura num.* 39. *ff. de legat.* 1. Capic. *decis.* 21. *num.* 11. Menoch. *consil.* 115. *num.* 39 *vol.* 2. & *consil.* 216. *num.* 193. & *seq.* & *de præsumpt. lib.* 4 *præs.* 181. *n.* 10. Marta *de clausul. p.* 4. *claus.* 23. *num.* 18. Ego *eod. tract. claus.* 70. *num.* 7 Mart. Medices *d. Senen. decis.* 20. *n.* 23. Raudens. *de analog. cap.* 34. *num.* 130. *pag.* 479. vbi loquitur quando relatio esset contra mentem disponentis, quod non debeat fieri, Rot. *decis.* 44. *num.* 7. *tom.* 7. *recent.* vbi quòd relatio non debet fieri quando sequerentur contrarij effectus: sicut etiam nihil operatur quando ex ea sequeretur repugnantia, aut contrarietas dispositioni referenti per glos. & Bart. *in l. si idem cum eodem §. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Pereg *de fideicom. art.* 16. *num.* 107. *vers. secundo si præcedentia*, Decian. *resp.* 44. *num.* 152. *lib.* 4. Cassanate *consil.* 53. *num.* 77. Galganet. *de condition. p.* 2. *cap.* 6. *q.* 7. *n.* 11. Marta *de clausul. p.* 4. *claus.* 23. *num.* 10. Castill. *decis.* 250. *num.* 165. Ramon *consil.* 81. *n.* 2. Ziriac. *tom.* 1. *controu.* 96. *num.* 83. refero Ego *d. claus.* 70. *num.* 10. 320 321

Quando clausula referens habet perfectam dispositionem & ad aliam refertur, non debet attendi dispositio relata, quamuis adsint verba repetitiua, Bart. *in d. l. talis scriptura §. fin. sub num.* 3. *vers. primo si in præcedentibus, ff. de legat.* 1. Ias. *in princ. eiusdem l. num.* 37. Deci. *in cap. secundò requiris, de appellat. n.* 14. Capic. *decis.* 108. *num.* 10. Mieres *de maior.* 2. *q.* 4. *illat.* 8. *num.* 237. & 238. *fol.* 461. *col.* 2. *in vlt. edit.* Menoch. *de præsumpt. lib* 4 *præs.* 181. *num.* 6. & *consil.* 802. *num.* 98. *lib.* 9. Galganet. *d. p.* 2. *cap.* 6. *q.* 5. *num.* 8. *pag.* 353. & *n.* 21. *pag.* 354 Castill. *Sicil. decis.* 250. *n.* 162. *cum seqq. p.* 3. Marta *d. p.* 4. *claus.* 23. *num.* 9. Ego *d. claus.* 70. *num.* 17. & *claus.* 183. *num.* 8. Capit. Galeot. *lib.* 2. *controu.* 23. *num.* 19. *cum seqq.* vbi dicit quòd quando in inuestitura referente adest perfecta dispositio, tunc nihil curandum est de inuestitura relata ad euersionem, & correctionem referentis, Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 10. *p.* 2. *num.* 25. *pag.* 328. vbi resoluit quòd relatio semper 322

agentibus, & solicitatoribus causarum? Resp. ex consuetudine Romanæ Curiæ illis deberi, quicquid aliàs de iure dicendum esset, per Socin. *cons. 196. in fine vers. & hoc iudicio meo lib. 2.* Sued. *de aliment. tit. 1. q. 61.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 257. num. 35. cum seqq.* Cavaler. *decis. 400.* Rot. *decis. 291. num. 1. p. 1. recent.*

330 Salarium totius temporis, quo fuit impeditus, an consequi debeat officialis iniuste impeditus officium exercere? Resp. affirmatiue per *l. qui operas, ff. locati, & l. 1. §. diuus, ff. de var. & extraord. cognit.* vbi latè Bart. de Doctore qui per casum pestis impeditus fuit legere; & hoc maximè si impedimentum processit ab eo, qui salarium debet, secundùm Bart. *per tex. ibi in l. hac lege C. de proxim. sac. lib. 12.* Ripa *de peste p. 1. a x num. 38.* Michael Reinoso *in observat. iuris obseru. 27. num. 25.* vbi reprobat Cabed. *p. 1. decis. 8. num. 34.* resoluentem quòd officialis propter culpam suspensus ab officio, etiamsi postea absoluatur per sententiam, non lucratur salarium illius temporis, quo suspensus fuit.

331 Scientia in aliquo casu desiderata, qualis debeat interuenire? Resp. probandam ne dum simplicem scientiam, sed legitimam, certam, & plenam non in genere, sed in specie, & de omnibus qualitatibus, per glos. *verb. scieris in cap. concertationis, de appellat. in 6.* Alex. *cons. 114. num. 4. vol. 1.* Felin. *in cap. cùm contingat num. 5. de rescript. & in cap. quod consultationem num. 32. de re iudic.* Tiraq. *de retract. lig. §. 36. glos. 2. num. 31.* Hieron. Gabr. *cons. 36. num. 6. & cons. 40. num. 19. vol. 1.* Cæs. Barz. *decis. 61. num. 19. & decis. 48. à num. 23. vsque ad num. 27.*

332 Scripturarum simplici copiæ quando sit credendum? Resp. in odium impedientium illarum productionem, vel compulsationem actorum ei credi debere, ad tradita per Bald. *in l. publicati q. 8. in fine, ff. de testam.* Ias. *in l. si quis in aliquo in 7. fallent. C. de edendo*, quos refert Theodos. de Rubeis *in singular. Rotæ p. 2. verbo scripturæ §. 8.* vbi addit etiam simplici copiæ credi stantibus impedimentis, & tergiuersationibus partis, & quando pars impedit transportationem actorum.

333 Sententia quomodo in dubio interpretanda? Resp. interpretandam esse in fauorem condemnati vt minus ei noceat, per *l. hæ enim causæ, ff. de suspect. tutor.* Alex. *cons. 46. num. 6. lib. 1. & cons. 174. n. 2. lib. 2.* Menoch. *cons. 100. num. 34. lib. 2.* Crauet. *cons. 74. num. 10.* Mandel. Alba *cons. 132. num. 10. lib. 1.* Verall. *decis. 148. num. 5. p. 3.* Et in dubio iudicandum est non obstare rei iudicatæ exceptionē glos. *verb. restituatur in fine in l. qui restituere, ff. de rei vendicat.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 17. num. 60. cum seqq.* Et fortius quando opponitur inter personas, quæ non fuerunt in lite, Menoch. *cons. 501. num. 14.* Mieres *de maior. p. 4. q. 14 num. 11.* quia sententia est stricti iuris, & strictè venit interpretanda.

334 *l. si iudex, ff. de his qui sunt sui*, Cacheran. *decis. 65. n. 11. & decis. 145. num. 10.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 5. num. 20.* Monter à Cueua *Arag. decis. 36. num. 52.* Card. Manric. *decis. 66.* Sigism. Scacc. *d. q. 17. limit. 21. num. 49.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2.*

335 *cap. 214. num. 11.* Et semper præsumitur lata eo modo, & ex ea causa ex qua proferri de iure debuit, & potuit, iuxta notata *in l. si quis ad exhibendum, & in l. miles §. qui indicati ff. de re iudic.* Bart. *in l. si fundus §. in venditione, ff. de pignorib.* Crauer. *cons. 23. num. 2. & meliùs cons. 74. num. 9.* Honded. *cons. 21. num 45. vol. 2.* Marta *voto 148. n. 5.* Sued. *cons. 312. n. 14.* Valēzuel. *cons. 169. num. 45. tom. 2.* Ramon *cons. 50. n. 8. & 40.* Capit. Galeot. *controu. lib. 2. controu. 35. num. 53.* Rot. *decis. 112. num. 5. p. 2. diuers.*

Sententia lata contra maioratus possessorem, an præiudicet successoribus etiam non citatis? Resp. præiudicare, per *l. 1. §. quamuis vers. denuntiare, ff. de ventre inspic.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 8. ex num. 3.* nisi constiterit de dolo, collusione, vel fraude, aut quod possessor minus plene defendit causam, Molin. *d. cap. 8. num. 7.* Pereg. *de fideicom. art. 53. num. 59.* Menochi *cons. 501. ex num. 8. lib. 6.* Veluti si iustas defensiones proponere omisit, Pereg. *d. art 53. num. 59.* Vel quando non adhibuit omnem diligentiam ne vinceretur, & quocunque alio modo detegitur eius culpa, & negligentia, vt consuluit Menoch *cons. 501. num. 9. lib. 6.* 336

Sententia prolata super qualitate beneficij an illud quoad omnes afficiat? Resp. affirmatiue per Achil. de Grassis *decis. 5. de re iud.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 1. num. 84.* Nicol. Garcia *de benefic. p. 3. cap. 2. num. 11. & p. 4. cap. 5. n. 119.* Aloys. Ricc. *in praxi iurispatron. resol. 154.* Viuian. *in praxi Iurispatron. lib. 14. cap. 2. num. 4. pag. 684.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 23. num. 152.* Ego *ipse de iure eccles. vniuerso lib. 3. cap. 12. num. 96.* Rot. coram Puteo *decis. 237. lib. 2. in correctis*, & apud Farin. *decis. 172. n. 21. & decis. 319. num. 2. p. 3. recent. alias p. 1. in posthum.* & apud Post. *in fine sui tract. de manutent. decis. 172. num. 10.* 337

Sententia lata pro valore instrumenti an iuuet omnibus interesse habentibus? Resp. iuuare, quamuis sit res inter alios acta, iuxta resoluta per Alex. *in l. sæpè num. 67. ff. de re iudic.* Alberi. *cons. 101. n. 6.* Menoch. *cons. 423. num. 23. & 24.* Feder. Scot. *cons. 4. n. 31. lib. 1. tom. 2.* 338

Sententiarum trium de nullitate an aliquo casu obiici possit non obstante *Clem. 1. de re iudic.*? Resp. obiici posse quando nullitas est notoria, & ex actis euidenter patet, vt per Thom. Triuisan *lib. 1. decis. 53. & 54.* Maresc. *var. lib. 2. cap. 121. per tot.* & præcipuè *num. 41. & 44.* Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 120. num. 5.* Azeued. *cons. 19. num. 23. & cons. 23. n. 29. & 39. & cons. 39. num. 52.* Aloys. Ricc. *in collect. p. 1. collect. 351.* Ceuall. *commun. q. 126.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 103. num. 25. & cap. 118. num. 47. & cap. 581. num. 52.* 339

Spurius, qui à patre institui nequit, an possit in tempus legitimationis institui? Resp. posse, quia paria sunt aliquid fieri tempore habili, vel inhabili si effectus confertur in tempus habile, vt per Greg. Lop. *l. 10. verbo la manda tit. 13. part. 6.* Roder. Xuar. *alleg. 27. in fine*, Peralta *in l. si Titio num. 3. ff. de legat. 2.* Iul. Clar. *§. testamentum q. 31. vers. pen.* Roland. *cons. 22. num. 19. lib. 3.* Anton. Gom. *l. 9. Tauri num. 21.* & plures alij quos refert & sequitur Perez de Lara *de vita hominis cap. 4. n. 14.* 340

Statutum conceptum in personas, vel in res an extendatur extra territorium? Resp. non extendi, per Alex. *cons. 16. lib. 1.* Octau. Cacheran. *cons. 76. n. 19.* Albert. Brun. *de statutis excludentib. fœminas art. 8. q. 25. num. 123. cum seqq.* Vegg. *cons. 10. num. 4.* Plor. *cons. 10. num. 6* vbi hanc opinionem veram, & indubitatam dicit, Pereg. *cons. 7. n. 8. lib. 5.* D. Barbos. *in l. exigere dotem num. 161. & seq. ff. soluto matr.* Beltramin. *ad Greg. XV. decis. 265. num. 7. in vers. & hoc procedit*, Rota *decis. 177. n. 1. & 3. & num. 9. 13. 14. & 17. in impressis de anno 1636.* Et an & quando extendatur ad bona sita extra territorium, vide suprà *hoc eodem voto in verb. bona num. 26. cum seqq.* 341

Statutum à secularibus factum, quo generaliter prohibetur ad fauorem ciuium, qui habent vineas 342

in

dominum transferri? Resp. non posse per *cap. 1. §. in eadem, de lege Conradi, & in cap. 2. quo tempore miles, & in cap. 1. §. præterea ducatus in fine, de prohib. feudi alienat. per Feder. cap. dilecti, de maior. &*
350 *obed.* vbi Host. Card. Panorm. & alij resoluunt quòd subditi possunt resistere domino ne alienet castrum, & iurisdictionem vt subiiciantur alteri domino, Ripa *resp. 11. tit. de diuers. rescript.* aliàs *resp. 179. ex num. 3.* Afflict. *in d. cap. 1. §. præterea ducatus not. 3. num. 20. cum seqq.* Neuizan. *cons. 12. inter consil. feudal.* Alberti Bruni *num. 109.* Paschal. *de patria potest p. 1. cap. 1. num. 33. & 34.* Cephal. *cons. 628. num. 23. vol. 5.* Crauet. *cons. 241. num. 6. & 7.* Gabr. Aluarez *de priuileg. pauperum, & miserab. person. p. 1. q. 22. num. 81. vbi num. 82.* post Cornel. Benincas. & Paschal. tenet posse dominum vasallos inuitos, & renitentes alienare, vt necessitati, famique succurrat. Et procedit principalis resolutio de qua supra maximè quando alienatio fit à Corona Regia ad alium dominum inferiorem, quia hoc casu vasallorum interest gubernium non mutari ob continuas molestias, & vexationes, quas domini terrarum suis vasal-
351 lis faciunt. Ita Luc. de Peña *in l. vnic. de capit. ciu. exim. lib. 11. num. 10.* Isern. *in cap. imperialem, de prohib. feudi alien. num. 47 in fine,* Tiraq. *de primog. q. 69. num. 6.* Scip. Theodor. *alleg. 10. a num. 59. & alleg. 45. num. 1.* Bobadil. *in politica lib. 2. cap. 16. num. 12.* Paschal. *d. cap. 11. num. 33.* Camill de Medices *cons. 50. num. 1.* Fontanel. *de pactu nupt. torn. 2. claus. 4. glos. 5. num. 52. vers. vniuersitates Re-*
352 *gia.* Nam nemo est qui magis non desideret esse vasallus Regis quam alterius, vel ea tantum de causa quod qui sublimioribus subditi sunt, honoratiores reputantur, vt per Roman. *cons. 460. num. 5.* Roder. Xuar. *alleg. 9. num. 6.* Crauet. *cons. 291. num. 14.* Menchaq. *lib. 1. contrau. illustr. in præfat. ex num. 26. & cap. 3. in fine,* Bobadil. *d. num. 11.* Valenzuel. *cons. 59. num. 14. cum seqq. vol. 1.* Iacob. Cancer. *var. resolut. lib. 3. cap. 3. num. 362. cum seqq.* Calixt. Ramirez *de de lege Regia Aragon. §. 33. num. 14.* vbi ostendit quanto peioris conditionis sit esse vasallum priuati Baronis, quam supremi Regis; illud enim, inquit, misera est seruitus hoc autem summa est libertas, vt cecinit Claudian. *in 3. vers. 42.*

——Nunquam libertas gratior vlla
Est sub Rege pio.

353 Vasalli an possint libertatem suam emere vbicunque Rex terras vendere intendit? Resp. posse, quia tunc tractant de acquirenda libertate, & effugere subiectionem inferioris domini, & nullum Regi præiudicium fit, cum illi idem offertur pretium, per *§. dominus, Instit. de noxalib. act.* Hippol. *in l. 1. §. cum quidam num 10. ff. de quæst.* Vincent. de Franch. *decis. 17* Paschal. *d. tract. cap. 1. num. 128.* Cou. *in cap. quamuis pactum p. 2. §. 2. num. 4. vers. & si dominus,* Montalu. *in l. 2. tit. 24. part. 4. & l. 4. tit. 13. part. 7.* Perez *l. 14. in glos. verb. todos aquellos tit. 11. lib 4. ordin.* Azeued *l. 6. num. 2. tit. 11. lib. 5. Recop.* Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 16. num. 13,* Parlad. *in sesquicent. differ. 109. §. 7. num. 6.*

354 Vectigalium conductoribus quando facienda sit remissio? Resp. quando impediuntur facto Principis locantis ea exigere, vel quando ex impositione nouæ inductionis illis damnum illatum fuit, vt per Alex. *cons. 84. lib. 6.* Ioan. de Anania *cons. 74. num. 2.* Crauet. *cons. 95. num. 8.* Bertachin. *in tract. de gabellis p. 2. num. 41.* Bero. *cons. 144. num. 12. lib. 1.* Cephal. *cons. 577. à num. 7.* Hippol. Rimin. *cons. 282. num. 15. lib. 3.* Marc. Anton. Eugen. *cons. 50. num. 58. lib. 1.* Renat. Choppin. *lib. 3. de domanio Franciæ tit. 13. num. 10.* Alexand. Raudens. *var. lib. 1. cap. 19. num. 44. vers. confirmabam,* Menoch. *cons. 55. a num. 1. & cons. 671. num. 1.* Surd. *cons. 24. à princ. & decis. 326. num. 18.* Vel quando fuerint impediti causa belli, aut alio impedimento proueniente ex facto tertij vti libere re conducta, vt resoluunt Rip. *in tract. de peste tit. de priuileg. contract. num. 88.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 27. num. 31.* Cota *in memorab. verb. conductor ad fin.* Natt. *cons. 284. num. 5. lib. 2.* Alciat. *resp. 689. num. 4.* Soccin. sen. *cons. 156. in fine lib. 2.* Paris. *cons. 40. num. 6. lib. 1.* Neuiz. *cons. 91. num. 9.* Menoch. *cons. 27. à num. 16.* Boër. *decis. 249. num. 4. cum seqq.* Franc. Marc. *decis. 62. p. 1.* Verall. *decis. 183. p. 1.* Surd. *decis. 326. per tot.* Magon. *Florent. decis. 67.* Ceuall. *commun. q. 27. num. 5.* Castill. *controuers. lib. 3. cap. 3. à num. 35. & a num. 39.* Licet id ex facto Principis eueniret per Bart. *in l. si vno §. item cum quidam num. 20. vers. si verò factum locatoris est iustum, ff. locati,* vbi Castr. *num. 3.* Roman. *cons. 178.* Anan. *cons. 74. num. 2.* Crauet. *cons. 95. num. 7. ad fin. & num. 8. & 10.* Corn. *cons. 23. ex num. 9. lib. 2.* Bursat. *cons. 309. num. 10. vol. 3.* Menoch. *cons. 27. num. 53.* Marc. Anton. Eugen. *cons. 50. num. 52. lib. 1.* Surd. *cons. 34. num. 1.* Et quamuis renunciatum esset casibus fortuitis prouenientibus ex facto proprio ipsius Principis locantis, Anchar. *cons. 414. Viso instrumento num. 14.* Ruin. *cons. 23. num. 5. & cons. 65. num. 3. & cons. 85. num. 4. & cons. 147. per tot. lib. 1. & cons. 59. num. 13. lib. 4.* Socin. sen. *cons. 156 in fine lib. 2.* Neuiz. *cons. 91. num. 9.* Ioan. Bologn. *cons. 30. num. 23.* Gramm. *cons. 9. num. 1. inter consilia ciuilia,* Paul. de Monte Pico *cons. 70. num. 18.* Hippol. *sing 96.* Alciat. *resp. 689. num. 4.* Roland. *cons. 69. num. 14. lib. 4.* Menoch. *cons. 27. num. 32. cum seqq. & cons. 55. a num. 13. & cons. 119. num. 2. & cons. 671. num. 23.* Surd. *cons. 12. num. 63.* Rip. *d. tit. de priuileg. contract. num. 28. cum seqq.* Choppin. *lib. 3. de domanio Franciæ tit. 13. num. 10.* Carot. *de locato p. 4. de casib. q. 5. in princ.* Motl *in emporio iuris p. 1. tit. 10. in prælud. num. 23. vers. quæ conclusio,* Castill. *d. lib. 3. cap. 4. num. 56. cum seqq.*

Vniuersitatis in consilio pleno an debeant duæ 355
partes ex tribus vicinorum interuenire? Resp. affirmatiuè per *l. nulli, & per l. planè, ff. quod cuiusque vniuers. nom.* Felin. *in cap. cum omnes num. 33. col. 2. de constitut.* Abb. *in cap. prudentiam num. 8. de offic. deleg.* Alphons. de Villag. *in tract. de alienat. rerum Eccles. lib. 1. cap. 38. pag. mihi 228.* Camill. de Medices *cons.*
50. num 7. & cons. 104. num. 24. Et quòd vota sua 356
collegialiter, & in vnum conuocati dare debeat, & non sufficit separatim votare, & consentire, Innoc. *in d. cap. cum omnes num. 3. & ibi* Felin. *num. 24.* Bart. *in l. omnes populi num. 8. ff. de Iustit. & iure,* Ludou. de Peña *in l. fin. C. de vendend. reb. ciuit. lib. 10. num. 4. vers. & facit hic,* Alex. Trentacinq. *var. lib. 1. tit. quod cuiusque vniuers. nom. r. 11. & 14. vers. prima est,* Alphons. de Villag. *d. p. 1. cap. 12. pag. 76.* Camill. de Medices *d. cons. 164. n. 1. & num. 23.*

Vniuersitatis priuilegiis an possit maior pars re- 357
nunciare? Resp. non posse, cum vnus solus contradicere valeat, secundum Abb. *in cap. veniens num. 21. de præscript.* Ias. *in l. iurisgentium, §. hodie num. 8. limit.*

limit.11.ff.de pact. Andr. ab Exea *in cap. cum omnes num.164.& seq.de constit. vbi Ego ipse in collect.n.15.* Ioann. Vincent.de Anna *cons.55.n.28.vol.1.* Villag. *in tract.de rebus Eccles.non alien.lib.1.cap.36.per tot.* Camill. de Larata *cons.84.num.14.* vbi dicit quòd quando agitur de renuntiando priuilegio demanij maior pars non potest minori præiudicare, & contradictio vnius præfertur, & est admittenda.

358 Vniuersitatis, seu ciuium cuilibet in solidum an competat ius subiectionis respectu vasallorum, seu libertatis? Resp. competere, quia fauore libertatis consequendæ pars etiam minor præualet, itaut præferendum sit votum minoris partis contradicentis venditionem iurisdictionis, per *l. 3.ff. de liber. hom. exhib.& l.1.2.& 3.ff.de liber.causa & l. si quis hac §. quoties, ff.qui & à quib.* ibi, *omnium consensum necessarium*, Roman. *in rub.ff.de arbitr.num.41. vers.secundo limita*, Ias. *in l.ius gentium.§.hodie num.8. vers. limit.113.ff. de pact.* Felin. *in cap. cum omnes num.18. col.2.vers.quintò fallit*, vbi Andr.ab Exea *num.168. de constit.* Ludou. Gom. *in §. item Seruiana Instit. de actionib.num.41. vers. imò si maior pars*, Alphons. de Villag. *in tract. de alienat.rerum Eccles.lib.1.cap.37.* D.Barbos. *in l.2.ff.soluto matr.p.2.num.45. vers. quo casu*, Rosenth. *de feud.cap.9.memb.1. concl.62.n.13.* ibi, *Sed tamen consensus maioris partis minori non obest parti, cum de singulorum iure agitur*, Camil.Salernit. *in addit.ad Neapodan.in proœm.consuet.Neapol.verb. magna est Principis potestas pag. 32.* ibi, *& ideo cum tractaretur de redeundo ad pristinam libertatem soluto pretio, deberent audiri, & tunc si inter homines esset differentia quod aliqui volunt se redimere, aliqui non, audiuntur etiam in minori numero*, Camill.de Curte *in diuersorio iuris feudal.p.1.verb. licèt autem verissima, & indubitata sit conclusio num.70.col.2.* Neuizan. *cons.12.inter consilia feudalia Alberti Bruni num.116.* Franc.Marc. *Delphin.decis.489. num. 15. & 16.p.1.* vbi loquitur quando agitur de mouenda lite cum domino loci super libertate tributorum, quia tunc fauore libertatis consequendæ pars etiam minor vota ferens pro mouenda lite, vti rationabilior præferenda est, Crauet. *cons. 195. num.10.* vbi agit quando imponitur aliqua collecta pro prosequenda lite super reformatione regestri, Ioan Garc. *de nobilit.glos.3.§.1.num.20.& 21* vbi de iilis, qui vota ferunt super lite mouenda illis. qui cum non sint nobiles pro nobilibus haberi volunt. Anton.Gabr. *commun.tit.de iure quæsito non tollen. concl.8. num.91.* Vincent.de Franchis *decis.2. num.21.& 22.* Philip.
359 Paschal. *de viribus patriæ potest.p.1.cap.1.num.38.* vbi quòd ius subiectionis respectu vasallorum pertinet ad vasallos tanquã ad singulos, Camill.de Medices
360 *cons.50.num.1.cum seqq.* vbi quod ius vendicandi libertatem cuilibet ex ciuibus in solidum pertinet, *& cons.118.num.13.& cons.166.per tot.* vbi latè probat maiorem partem non posse minori in hoc iure
361 demanij præiudicare, Fab.de Anna *cons.55.ex n.26. lib.1.* Camill. de Larata *cons. 84. num. 8. cum seqq.* Scip.Rouit. *super pragmat. Regni Neapol.prag.63.de officio procurat.* Cæsaris *num.20.& 21.* Capiblanc. *in tract. de Baronibus pragm.8.p.3.num.157.pag. 319.* Ioan.Bapt.del Thoro *in compendio decis.lit. D.verb. demanium, an sit concedendum pag.154.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 721. cum seqq.* Nouar. *quæst. forens.p.1.q.38.num.9.& q.85.num.4.& 5.*

Toletana nullitatis Matrimonij.

Reuerentia paterna cum precibus, & persuasionibus an & quando matrimonij contractum rescindat? Et quid si concurrat timor amissionis lucri, & ex quibus metus præcedens censeatur purgatus?

VOTVM CXXVII.

1 *Casus series refertur.*

2 *Metus ad annullandum matrimonium requisitus debet probari per actus exteriores, veluti mortis, aut cruciatus.*

3 *Metus iustus debet probari, aliàs dicitur vani timoris.*

4 *Metus reuerentialis per se solum non sufficit ad rescisionem contractus matrimonij.*

5 *Matrimonium contrahens ne incurreret indignationem patris validè contrahit.*

6 *Auctoritas personæ tribuit iustam causam metus reuerentialis.*

7 *Reuerentia paterna cum importunis precibus, & molestis persuasionibus inducit iustum metum.*

8 *Intellige de persuasionibus dolosis, non verò de illis, quæ subeunt vices optimi consilij.*

9 *Pater potest filio persuadere vt matrimonium cum certa persona contrahat, illum etiam paterna coactione cogendo.*

10 *Persuasiones ad hoc vt matrimonium annullent debent esse importunæ, instantissimæ, repetitæ, & inculcatæ.*

11 *Importunum dicitur quasi sine portu, & sine quiete.*

12 *Persuadentes, & rogantes importunè matrimonium, vt illud rescindatur, debent esse soliti male tractare sibi non parentes.*

13 *Timor amissionis magni lucri potest tanquam iustus reputari, contrarium verius n.14. intellige vt ibi.*

14 *Pœna quæ consistit in amissione lucri imposita alicui vt contrahat Matrimonium cum certa persona, illud non impedit.*

15 *Amissio lucri imposita alicui vt contrahat Matrimonium cum certa persona, illud non impedit.*

16 *Dispositio obligans aliquem ad Matrimoniũ contrahendum cum certa persona sub pœna amissionis lucri, valida est.*

17 *Proprium amittere, & alienum non acquirere differunt.*

Credi

18 *Creditoribus nulla fit fraus si debitor de nouo non acquirat, dummodo acquisitum non amittat.*
19 *Prælatus Ecclesiæ potest illi præiudicare in acquirendis.*
20 *Lucri amissio non habetur in consideratione si non fuerit radicatum, & matrimonio incorporatum.*
21 L. Proculus ff. de damno infecto, *intelligitur.*
22 *Successor in maioratu in eo ius radicatum habet etiam viuente possessore.*
23 *Marchionissæ de Alcala in decisione coram Gregorio XV. multa referuntur præcisam vim, &. iustum metum denotantia.*
24 *Animus, & voluntas ab initio colligitur à præcedentibus.*
25 *Dos sine matrimonio stare non potest.*
26 *Cohabitatio spontanea qualiter metum purget, ostenditur, & num. seq.*
27 *Metus præcedens per quantum tempus præsumatur purgatus ex cohabitatione spontanea? ostenditur.*
28 *Metus præsumptio excluditur ex quo illum passus nec ante nec post matrimonium protestatus fuit.*

1 QVidam vir nobilis ætatis suæ anno decimoseptimo constitutus, fuit ab eius matre, sub cuius potestate, existere dicebatur, solicitatus, & persuasus vt mulierem, nobilem etiam, in vxorem acciperet; accesserant plures importunationes, & molestæ persuasiones à quibusdam consanguineis id ipsum solicitantibus & affirmantibus potentem Principem sub cuius dominio existebat totius Monarchiæ gubernium idem velle pluries significasse, qui erat tam austeræ conditionis, vt si illi nobilis vir parere renuerit, timere posset vt sibi inimicus euaderet, ob idque res, & bona sua detrimentum paterentur, ac in deterius abirent; sed dictus vir nobilis quamuis ab eodem Principe benigne rogatus, nullas tamen minas, aut aspera verba, seu imperiosa mandata ab eo accepit; vnde ex Hispalensi ciuitate ad Madritensem Curiam accedens ibi matrimoniales capitulationes constituit, dotem promisit, & matrimonium postea, nulla facta protestatione, sponte vt creditur, celebrauit; & in eo per septem fere annos permansit, ac cum vxore cohabitauit, & biennio, postquam dictus potens Princeps è loco & statu eiectus, ac à Curia exul factus fuit, in eadem cohabitatione perseuerauit. At vbi primum Princeps è vita discessit, dictus vir nobilis coram ordinario comparuit, & matrimonium huiusmodi per vim & metum celebratum fuisse affirmans, petiit sic declarari debere. Pro veritate consultus respondi Matrimonium huiusmodi fuisse & esse validum, ex sequentibus.

2 Primò, quia metus ad annullandum matrimonium requisitus debet probari per actus exteriores, veluti mortis, aut cruciatus, qui cadat in constantem virum, alias matrimonium non impeditur, nec inualidatur, licèt summam libertatem requirat, Ioan. Bapt. Ferret. *cons.* 340. *num.* 5. *p.* 2. per tex. *in cap. cum dilectus, de his quæ vi*, sed metus, qui considerari videtur in dicto nobili viro, iustus non fuit, nec talis, qui cadere poterat in constantem virum, 3
sed potius vani timoris, si allegans illum concludenter non probauerit, Farinac. *fragm. crimin. p.* 2. *lit. M. num.* 65.

Probatio autem, quæ resultat ex reuerentia maternali non releuat, quia hæc per se solam metum 4
iustum non operatur nec sufficit ad rescissionẽ contractus matrimonij, ex tex. expresso iuncta *glos.* 1. *in l. si patre cogente, ff. de ritu nupt.* per quẽ tradunt DD. 5
quod si filia ob metum reuerentialem, & paterna persuasione ducta, timens patris indignationẽ, matrimonium contraxit, illud valide celebrauit, quia dictus timor non fuit cadens in constantem virum, ex Abb. *in cap. veniens el* 1. *n.* 5. *de sponsa.* vbi Alex. de Neuo *n.* 4. Felin. *cons.* 14. *n.* 3. ibi, *Et præmitto quod si ista contraxisset matrimonium, ne incurreret indignationem patris, aliàs non fuisset contractura, nisi ob reuerentiam paternam, tenet nihilominus matrimonium, ex quo non interuenit metus, qui posset cadere in constantem virum*, &c. Ioseph. Ramon *cons.* 96. *num.* 27.

Minus releuat præsumptus timor resultans ex 6
potentia dicti Principis, quia licet auctoritas personæ tribuat iustam causam metus reuerentialis, *l. cum vero. §. apparet igitur. ff. de fideicom. libert.* Franc. de Aretio *cons.* 14. *num.* 11. Valenzuel. *cons.* 173. *n.* 69. id tamen procedit vbi metũ passus subest potestati, dominio, & iurisdictioni metũ incutientis Cancer. *vari. tom.* 3. *c.* 15. *n.* 243. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 6. *n.* 25. At in hoc casu cessat hæc ratio, quia dictus nobilis vir nõ erat subditus illius Potentis, nec ipse potens imperiose ei iussit vt matrimonium huiusmodi celebraret; & ita tam ex parte matris quam dicti Potentis nulla verbera, nec cruciatus corporis præcesserunt, vt requirebatur, ad rescisionem matrimonij, ex adductis per Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. for. lib.* 1. *c.* 51. *n.* 5. nec minæ in his interuenerunt, nec constat de potestate inferentis, & multo minus quòd fuerit solitus illas exequi.

Non obstat si dicatur maternam reuerentiam, seu 7
Potentis imperium cũ importunis precibus, & molestis persuasionibus, inducere iustum metum, vt per Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 3. *§.* 6. *in fin.*, Gutier. *de matrim. c.* 44. *n.* 3. quia respondetur id non constare ex processu, sed solum à quibusdam consanguineis nobili viro significatũ fuisse Potentẽ importune ac enixe desiderasse vt matrimonium celebraretur, matremque ad illud contrahendum filium persuasisse, & quatenus de consanguineorum, & matris precibus, ac persuasionibus constaret, intelligentiã id magis conuenire statui nobilis illius viri, nõ exinde induceretur nullitas matrimonij quia nulla lege prohibentur huiusmodi persuasiones, imo illas permittit text. *in l.* 1. *§. persuadere, ff. de seruo corrupto*, vbi post- 8
quã ibi dictum fuit, *persuadere est plusquam cõpelli, & cogi sibi parere*; vlterius progreditur id ipsum intelligendo de persuasione dolosa, non vero de illa, quæ subit vices optimi consilij, in quibus terminis cõsiderari non potest vis, aut iniusta persuasio, & ideo inquit tex. ibi, *Nam & bonum consiliũ quis dando potest suadere, & malum, & ideo Prætor adiecit dolo malo* &c. Vnde quod dicitur preces & importunas persuasiones vim & metum inducere, intelligitur de dolosis, iuxta doctrinam Dyni *in reg. sciens n.* 4. *de regul. iuris lib.* 6 ibi, *Sed vbi dolosa persuasio in altera parte non probatur scientia cũ consensu inducit præsumptionẽ quod non interuenit iniuria nec dolus, & ita loquitur regula & leges superius allegata*, &c. leges autẽ, ad quas refertur, probant persuasionem esse violentam coactionem, vt per *l.* 3. *§. si quis volentem ff.* de

de libero hom. exhib. l. 1. §. persuadere, ff. de seruo corrupto, quæ procedunt in persuasionibus dolosis, vt ex illis apparet; idem tradunt Cyn. *in l. vn. C. de raptu virgin. num. 2.* ibi, *sed vbi dolosa persuasio non probatur, vel non præsumitur, prout non præsumitur propter consensum subsequutum, tunc consensus admouet iniuriam, & dolum, secundum Dynum,* &c. Salicet. *n. 30. in d. l. vnic.* ibi, *Vnde tunc datur consensus cum non probatur de dolosa persuasione,* &c Aloys. Leo *num. 11.*
9 Barthol. Cassan. *cons. 40. num. 6.* Quis enim dicere audebit parentem non posse filio persuadere vt matrimonium cum certa persona contraheret illum etiam paterna increpatione cogendo, dummodo non ex hoc iustus & verus inducatur metus, qui cadat in constantem virum, ex *d. l. patre cogente,* & expressius ex *l. 10. tit. 1. part. 4.* dum loquens de potestate patris in cogendo filium ad matrimonium contrahendum, ita ait, *No les puede apremiar que lo hagan de todo en todo como quier que le puede decir palabras de castigo que lo otorque,* &c. *vbi* Greg. *verb. todo,* inquit, *id est, metu cadente in constantem virum,* &c, Gofred. *in sum. tit. de dispensat. impub. num. 12.* ibi, *Non potest pater absolutè cogere, sed modica coactione, scilicet increpatione paterna,* &c. Card. Bellarm. *lib. 1. de matrim. cap. 19. prop. 3.* tradit Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 22. num. 5.* ibi, *Intellige conclusionem de metu cadente in virum constantem, potest enim pater increpatione paterna cogere filium ad certum matrimonium, l. 10. tit. 1.* &c.

10 Et licèt præsupponamus matris, & consanguineorum persuasiones non iustas, sed dolosas fuisse, adhuc non inducerent metum ac vim ad annullandum matrimonium necessarium, cum deficiant duæ præcisæ conditiones, quarum vna si deficiat sufficiens foret ad excludendum metum. Prima est quod huiusmodi preces, & persuasiones debent esse importunæ, instantissimæ, repetitæ, & inculcatæ, quæ somnum adimant, & quietem perturbent, importunum enim dicitur quasi sine portu, & absque quiete, vt inquit Archid. *in cap. fin. num. 2. de rescript.*
11 Peralta *in l. si quis in princ. num. 94 ff. de legat. 3. auth. de hæred. & falcid. in princ.* ibi, *Semper igitur nobis importunæ sunt,* vbi glos. *verb. importunæ,* exponit, id est, valde instantes, *& in l. 1. C. de petit. bon. sub. lib. 10.* ibi, *inuerecunda petentium inhiatione,* vbi glos. declarat, id est frequenti petitione, & *in lib. Iudic. cap. 16.* ibi, *Cumque molesta esset ei, & per multos dies iugiter inhæreret spatium ad quietem non tribuens,* vbi Nicol. de Lyra ibi, *quia per molestiam mulieris importune petentis veritatem rei aperuit ad sui interitum,* iunctis traditis per Sanch. *d. lib. 4. disp. 7. num. 8.* Gutier. *d. c. 44. num. 38.* ibi, *Importunæ igitur preces de quibus in proposito agimus debent esse instantissimæ, repetitæ, & inculcatæ ad hoc, vt simul iunctæ cum metu reuerentiali operentur contractus rescisionem tanquam actum inuoluntarium, ac importunitate assidua, & frequentissima oblitum atque extractum,* &c. In præsenti casu his circunstantiis non probantur preces & persuasiones, quia consanguineis nulla à Nobili viro reuerentia debebatur, nec illorum persuasiones eum plurimum vexabant; prout nec vexabant matris suæ preces, eo quod per mortem patris successerat in bonis, eaque possidebat, itaut mater potius eius auxilio indigeret, quam illi matris fauor necessarius fuisset, cum ab ea non dependerent sumptus
12 & alimenta, quibus sustentari posset. Secunda est quod non sufficiunt importunæ preces, nec dolosæ, ac molestæ persuasiones simul cum paterna repercussio, nisi concurrat concludens probatio quod sic persuadentes, & rogantes soliti sint malè tractare sibi non parentes, ac preces & persuasiones suas non obseruantes, vt post glos. & antiquos, quos refert, tradit Felin. *in cap. 1. num. 2. vers. an autem preces,* & ibi Mantua *num. 6. de offic. deleg.* Roman. *in l. interpositas num. 3. in fine, & num. 4. C. de transact.* vbi bene probat Panor. *in cap. insinuante n. 8.* vbi post Ioan. Andr. dicit decidi quæstionem quotidianam si matrimonium contrahatur imperio, vel precibus superioris, non tamen probatur quod esset consuetus male tractare eos, qui non parebant huiusmodi precibus, seu præceptis, & quod ideo non est probatum de iusto metu, prout eum refert & sequitur Alex. qui ex aliis bene probat *cons. 16. Ponderatis num. 9. lib. 3.* Paul. Paris. *cons. 5. num. 182. lib. 4.* Roland. *cons. 83. num. 25. lib. 2.* & ex aliis tradit Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. M. num. 102.* ibi, *Metus autem iustus non inducitur ex importunis precibus & assiduis molestiis cuiuscunque etiam Principis, nisi fuerit probatum sic importune precantem & molestantem esse solitum male tractare non obedientes suis precibus, secundum Felin.* &c. Hic autem non probatur hæc conditio respectu matris, & consanguineorum, qui deprecabantur, & persuadere conabantur; at respectu Principis potentis non fuit necessaria huius conditionis probatio cum nullibi in processu reperiatur quod importunas preces effuderit, seu instantissime persuaserit.

Nec obstat si dicatur hîc considerari posse amissionem magni lucri, quod sperabat nobilis ille vir consequi posse fauore potentis Principis si eius voluntati obediens matrimonium celebraret, alias enim posset damna plurima pati si illud contrahere renueret, qui timor amissionis magni lucri potest tanquam iustus reputari iuxta Rotæ auctoritatem coram Gregorio XV. *decis. 326. num. 19.* 13

Excluditur enim, si aduertas contrarium, videlicet quod metus amissionis lucri non impedit matrimonium, nec illud annullat, tradere Panor. *in cap. gemma num. 2. de sponsal.* ibi, *Puto tamen quod si dominus temporalis incuteret metum amissionis alicuius rei, nisi contrahatur matrimonium, quod per hoc, matrimonium contractum non esset nullum, quia iure non cauetur quod metus amissionis alicuius rei cadat in constantem virum,* &c. Vnde licet in matrimonio requiratur omnimoda libertas & pœna in eo apposita valere non possit, *l. Titia, in princ. ff. de verbor. oblig. d. c. gemma, l. 39. tit. 11. part. 5.* nihilominus pœna, quæ consistit in amissione lucri, imposita alicui vt contrahat matrimonium cum certa persona, illud non impedit, nec annullat, quamuis dicatur metu non amittendi lucrum contraxisse, vt est casus expressus *in l. Titio 7c. §. 1. ff. de condit. & demonstr.* cuius summarium ita se habet. *Matrimonia debent esse libera à pœna damni, non à pœna amissionis lucri;* ad idem est tex. *in l. 1. C. de instit. & substit.* vbi dicitur etiamsi lucrum sit magnum, veluti totius hæreditatis: per quæ iura tradunt DD. amissionem lucri non esse pœnam, sed potiùs inuitationem ad matrimonium spe lucri comparandi, quod nullo iure prohibetur, Butr. *in d. cap. gemma num. 7.* Ioan. Andr. *num. 1.* Card. *num. 2.* Anch. *num. 9.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 1.* Et ideo valida erit dispositio obligans aliquem ad matrimonium contrahendum cum certa persona sub pœna amissionis lucri, *l. 14. vers. pero si el testador tit. 4. & l. 22. vers. e esto seria tit. 9. part. 6.* Palat. Rub. *in cap. per vistras nos. 3. §. 21. num. 1.* Tello *in l. 30.*

l. 3. Tauri n. 9. Cou. de sponsal. p. 2. cap. 3. §. 3. num. 7. & 8. Card. Mantic de coniect. lib. 11. tit. 18. numer. 2. Mieres de maior. p. 1. q. 50. ex num. 1. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 207. Ludou. Lop. in instruct. Conscient. par. 2. vbi de Matrim. cap. 41. vers. ex quo sequitur pag. 1079.

17 Magna siquidem versatur differentia inter proprium amittere, & alienum nõ acquirere, iuxta tex. in l. fin. C. de codicill. ibi, Nõ enim par eademque ratio
18 habetur amittere debita, & lucra non capere, &c. & ideo nulla fraus & dolus creditoribus fit si debitor de nouo non acquirat, dummodo acquisitum non amittat, l. qui autem ff. quæ in fraud. cred. l. non fraudã-
19 tur ff. de regul. iuris; ac proinde licèt ad alienationẽ bonorum Ecclesiæ requirantur solemnitates Iure præfinitæ, id tamen procedit in acquisitis, secus in acquirendis, in quibus potest Prælatus Ecclesiæ præiudicare renuntiando, remittendo, vel aliàs contrahendo, iuxta opinionem gloss. in c. fin. 16. q. 1. Bart. & DD. in l. iubemus nullam C. de sacros. Eccles. quod Iuribus & exemplis probant Roland à Valle
20 cons. 15. ex n. 23. lib. 1. Marc. Antoni. Natta cons. 441. ex n. 9. lib. 2. Quia amissio lucri non habetur in cõsideratione illud lucrum esset radicatum, & patrimonio incorporatum, Ioan. Franc. Rip. in l. damnum n. 12. ff. de damno infecto, ibi, Habes quòd appellatione damni non continetur amissio lucri, vt in l. Proculus, &c. & numer. 13. ibi, Intellige ista procedere in lucro nondum radicato, nam lucrum radicatum, & patrimonio incorporatum indicatur damnum, & ita pro-
21 cedat tex. in l. 2. &c. nam tex. in l. Proculus ff. de dãno infecto, loquitur quando lucrum non erat acquisitum, nec incorporatum patrimonio. Et quod notandum est, vbi quis lucro gaudet non ex proprio iure, sed per alienam tolerantiam, illius amissio non habetur in consideratione, & hic est casus in d. l. Proculus, & notat Ioan. de Imola in l. fluminũ 24. §. item videamus n. 9. vbi ait in hoc casu non esse damnum, ibi, si perdas illud lucrum, quod solum ex quadam patientia habebat, &c. & num. 11. in fine, ibi, Hic erat lucrum non incorporatum, seu adquisitum, sed ex patientia quadam habebatur, & ideo non consideratur tale lucrum, &c. In casu illius decisionis Marchionissæ de Alcala, de qua Rota coram Greg. XV. d. decis. 316. n. 19. aliter se res habebat, quia in eo Marchionatu immediatè succedere debebat, & tanquam talis habebat ius radicatum in ipso maioratu etiam viuente patre, Molin. de primog. lib. 3. c. 6.
22 n. 37. Castill. lib. 3. controuersiar. c. 15. n. 77. ac proinde idem ius habebat in ea parte in qua per patrem auctus fuerat, & nihilominus non dubitatur illum posse dictam partem auctam reuocare, & filiam ea priuare, ex adductis à Molina lib. 1. cap. 26. num. 3. cum seqq.

23 Illud tamen aduertere oportet dictam decisionẽ casui nostro applicari non posse, & cum viderim eam quotidie in hac Curia allegari cum tractatur de dissoluendo ob vim & metum, aliquo matrimonio, miror aduocatorum facilitatem credẽtium illam fauere huiusmodi nullitatibus, cum potius difficile reputarem posse matrimonium aliquod nullum pronuntiari, si tot ac tantæ vis, & metus, ac dissensus coniecturæ & indicia concurrere debeant: nam primò in ea ponderatur Marchionissam tempore contracti matrimonij esse puerulam, vt dicitur ibi num. 26. Secundò quod matre carebat, & erat sub potestate nouercæ, quæ de ordine patris illam sæpius minitabatur, vt num. 28. Tertiò quòd ipse pater illam mortis minis affecit, cum ipse esset solitus tales minas exequi, vt num. 19. & 22. ex sua terribilitate & seuera conditione, n. 11. & minæ etiam respiciebant priuationem Marchionatus, & illius augmenti, vt num. 19. Quartò quòd cùm illa vellet alio se matrimonio copulari, fuit per patrem compulsa cedulam seu chirographum de matrimonio contrahendo cum illo à se factum denegare num. 9. & 18. Quintò, quia pater eam reclusam habebat sub custodia armatorum, qui diligentissimè eam custodirent, nec finerent illam aliis communicari, nec dominicis diebus ad Missam audiendam e domo exire nisi ad certam, & determinatam Ecclesiam, compellentes etiam, vt non alio sacerdoti confiteretur nisi cum patris sui Confessario, num. 31. 32. & 38. Sextò quòd volens ipsa Marchionissa è tam tyrannica patris potestate exire, & in aliqua parte deponi vbi liberè posset explorari, illud ab Archiepiscopo Hispalensi, & à Nuntio Apost. consequi non potuit, propter amicitiam, quã cum illis eius pater contraxerat, & ob summam potentiam, qua vtebatur in ea causa prosequenda, vt num. 33. 34. & 35. Septimò quod pater nouatiam & clericum quendam deputauerat, vt Marchionissam minis deterreret, n. 23. Octauò quòd matrimonium celebratum fuit ostiis clausis, & assistentibus prædictis armatis hominibus num. 37. & 38. Quæ omnia præcisam vim & iustum metum denotantia in huius facti serie non reperiuntur euenisse.

Secundò voluntas contrahendi colligitur ex 24
multis & primò quia nobilis vir vxori dotem promisit ad triginta millia ducatorum ascendentem, ex quo actu colligitur qualis fuerit animus & voluntas ab initio, l. cùm quis 10. C. de natural. liber. ibi, nec enim verisimile est eum qui postea vel donationem, vel dotem conscripserit ab initio talem affectionem circa mulierem non habuisse, qui eam dignam vxoris nomine faciebat, &c. quia coniux de dote agens, signũ euidens est quod matrimonium sponte, & bono animo contrahit, cum dos sine illo stare non possit, 25
iuxta tex. in l. 4. ff. de iure dot. Alciat. resp. 5. n. 16. ibi, Vnde inducitur concludens ratio quòd sponte eam desponsauerit, ex quo dos non potest esse, vbi matrimonium non est, &c. ex quo colligitur qualis etiam fuerit animus à principio, per tex. in l. sed Iulianus §. proinde ff. ad Maced. ibi, intelligendumque esse ab initio sic accepisse, &c. l. 3. §. idem Labeo ff. de in rem verso, vbi animus, & intentio primitiua declaratur ex his, quæ postea gesta sunt.

Vlteriùs eadem voluntas elicitur ex spontanea 26
septem annorum cohabitatione, vt est casus in cap. ad id, de sponsal. vbi metus, & vis, quæ dissolutioni causam dedit, purgatur spontanea cohabitatione, & gloss. ibi, verb. per annum, notat versus,

Effuge cum poteris, ne consensisse puteris.
Nam si persliteris illius, vxor eris.

Et in hoc casu necesse non est de nouo reperi is Concilij Trid. solemnitatibus coram Parocho scilicet & testibus matrimonium celebrare quia licet ad necessarium esse teneat Rota coram Greg. XV. decis. 395. ex n. 8. in nostris terminis, & facti serie non agitur verè & realiter de purgatione iusti metus, qui nunquam extitit, sed de continuanda, exequenda, & manifestanda voluntate, quæ inerat ab initio.

Nec dicas per cohabitationem metum purgari 27
non posse durante causa metus; hoc est viuente matre, & potente Principe, quorum contemplatione, persuasione, & precibus huiusmodi matrimonium celebratum fuisse præsupponitur; nam respõdetur, & primò nec matrem, nec potentem illum

 Princi

Principem minis virum nobilem insequutum fuisse, nec instantissimis precibus & importunis persuasionibus illum ad matrimonium contrahendum incitasse, vt supra dixi; & quatenus in hoc aliqua ex parte excedeteretur, recessu illius Principis à Curia, & à potentissimi nostri Regis latere infeliciter eiectus, cessauit potentiæ causa, & sic illa, quæ metum incutere videbatur, & cum per biennium ferè nobilis vir tacuerit, videtur per talem taciturnitatem & spontaneam cum vxore cohabitationem metũ, si quis aderat, purgasse; minus tamen temporis spatium ad hoc sufficiens reputabam; nam licèt *in d. cap. ad id*, fiat mentio anni cum dimidio, id factum creditur, quia sic acciderat in facti illius serie, & nõ ex eo quòd tantum temporis requiratur ad purgationem huiusmodi inducendam, vt in *eod. tex.* tradunt Host. *post princip.* Ioan. Anton, *n*, 2, Abb. *n.* 4. Præp. *n.* 2. *&* 3. Cou. *de sponsal, p.* 2. *c.* 3. §. 6. *n.* 1. Greg. Lop. *l.* 15. *verb. le pluguiesse tit.* 2. *part.* 4. Et in omni casu quando extra omne dubium sumus quod cohabitatio fuerat libera, & spontanea, incontinenti præsumitur libera voluntas, & purgatus præcedens metus, vt *in eod. cap. ad id*, resoluunt Anton. de Butrio *n.* 9. Alex. de Neuo *n.* 6. *&* 71. Neuizan. *cons.* 46. *n.* 32. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 18. *n.* 6. *vers. hoc autem.* Vnde sufficere trium dierum cohabitationem tenent Host. *in cap. insuper per tex. ibi; qui matrim. accus. pos. n.* 4. *ante fin.* Anchar. *ibidem not.* 4. Ioan. Bapt. Ferret. *cons.* 340. *n.* 14.

28 Eadem quoque spontanea contrahendi voluntas colligitur ex eo quod nobilis ille vir, nec ante nec post matrimonium protestatus fuit coram Iudice, nec extraiudicialiter, nec reperitur quod alicui de vi sibi illata conquestus fuisset, vel diceret quod matrimonium per vim & metum contraxisset, ex quo videtur excludi quæcunque metus præsumptio, & signum fit euidens quod sponte accessit, vt ex pluribus erudite probat Tiber. Decian. *cons.* 41. *n.* 122. *lib.* 2. ibi, *Item respondetur quòd tollitur omnis præsumptio metus ex quo potuerunt protestari coram Iudice, & tamen per tam longa tempora nullus vnquam protestatus fuit de metu, & violentia, vt tradit* Bald. *in cons. schismatis sub rub. si quis aliquem col.* 12. *vers. sed in contrarium,* Alex. *cons.* 146. *n.* 31. *lib.* 5. &c.

Toletana alimentorum.

Alimenta filiis tam naturalibus, quàm spuriis debentur ad eorum vitam, & quando censeatur data proprietas? Filio naturali an & quando, & in qua quantitate pater relinquere possit, illeque succedere valeat?

VOTUM CXXVIII.

1 *Facti series proponitur.*

2 *Alimenta filiis tam naturalibus quàm spuriis debentur.*

3 *Alimenta filiis naturalibus, & spuriis præstanda ad vitam restringenda.*

4 *Res immobilis quando datur pro alimentis, nec sufficit vt ex illius redditibus suscipiantur alimenta, tunc censetur data proprietas, secus si sufficiunt.*

5 *Filij naturales sunt hæredes necessarij matris.*

6 *Pater extantibus legitimis descendentibus, vel ascendentibus, quibus debeatur legitima, non potest ex testamento relinquere suis filiis naturalibus vltra vnciam.*

7 *Filio naturali potest pater omnia bona sua in vita, vel in morte relinquere quando non extant descendentes legitimi, vel ascendentes.*

8 *Pater si habeat filios legitimos, & naturales, potest relinquere quintum bonorum filio naturali.*

9 *Pater quando moritur abintestato, & non adsunt filij legitimi, nec coniux, possunt naturales succedere in duabus vnciis.*

10 *Filij naturales præteriti à patre omnino sunt exclusi.*

11 Naturales *liberi contra paternam voluntatem & dispositionem quicquam capere non possunt.*

QVidam in suo vltimo, quo decessit, testamento hæredem instituit piissimam Refugij confraternitatem Madriti existentem, nullo relicto ascendente, vel descendẽte; post aliquot annos Iosephus quidam minor comparuit, & eius nomine illius mater, petiit partem hæreditatis sibi adiudicari debere, eo quod filius naturalis testatoris existeret, consultus an aliquid vltra alimenta illi deberetur, constito de filiatione, respondi nihil deberi. 1

Pro cuius resolutionis faciliori explicatione 2 quoad alimenta dicendum illa in omni euentu deberi de æquitate Canonica filiis tam naturalibus quam spuriis, iuxta tex. *in cap. cùm haberet, de eo qui duxit in matr. quam polluit per adulter.* & quæ ibi notaui *in collect.* quæ quidem alimenta in persona fi- 3 lij perpetuo consistere non poterunt, sed ad ipsius tantum vitam restringenda sunt, vt per Anton. Gabr. *commun. lib.* 1. *tit. de aliment, concl.* 1. *à n.* 28. Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis §. idem rescript. num.* 30. *ff. de liber. agnosc.* Menoch. *cons.* 60. *n.* 29. *& de arbitr. lib.* 2. *casu* 169. *n.* 10. Surd. *de aliment. tit.* 5. *q.* 7. *n.* 3. præcipuè si in pecunia dentur, quæ in ipsis alimentis consumatur, ex Palat. *in cap. per vestras §.* 24. *n.* 8. *fol.* 22. secus videtur dicendum quando res im- 4 mobilis pro alimentis datur, nec sufficit vt ex illius redditibus alimenta suscipiantur, quia tunc censetur data proprietas *l.* 4. *in fine ff. de aliment. & c. b. leg.* Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 8. §. 6. *n.* 15 D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrim. p.* 4. *r.* 72. non sic si redditus sufficiant, secundum Bald. *in l. eam quam C. de fideicom.* Surd. *de aliment. tit.* 2. *q.* 1. *n.* 36. *& tit.* 5. *q.* 7. *n.* 20.

Quoad verò hæreditatem dicendum est respe- 5 ctu matris filios naturales esse illius hæredes necessarios, ex *l.* 9. *Tauri,* Fusar. *de subst. q.* 406. *num.* 5. Noguer. *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 37. *n.* 53. & illi succedunt abintestato *l.* 1. §. 1. *ff. ad Tertul. l. si qua illustris §. fin. C. ad Orfician.* tex. *in l. fin. eod. tit.* Anton. Gom. *d. l.* 9. *Tauri n.* 9, vbi *numeris seqq.* multipliciter declarat.

Respectu verò patris distinguendum est multi- 6 pliciter, & plures casus sunt separandi. Primus casus est quando pater extantibus legitimis descendentibus,

dentibus, vel aſcendentibus, quibus debeatur legitima, teſtatur, & tunc ex teſtaméto nõ poteſt relinquere ſuis filiis naturalibus vltra vnciam, id eſt duodecimã totius aſſis partẽ, *l. 2. C. de natural. liber.* Roder. Xuar. *in l. 1. tit. quicunque n. 12. in princ. pag. 321.* Anton. Gom. *d. l. 9. Tauri n. 5.* Cou. *de ſponſal. p. 2. c. 8. §. 4. n. 11.* Pereg. *de iure fiſci lib. 3. tit. 18. n. 12.* Valaſc. *conſ. 94. n. 8.* Card. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſine curatore n. 97.* Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 166. n. 2. verſ. ſecunda concluſio.*

7 Secundus caſus eſt quando non extant deſcendentes legitimi, nec aſcendentes, quibus debeatur legitima, quia tunc pater poteſt omnia bona ſua in vita, vel in morte relinquere filio naturali, *auth. licet, in princ. C. de natural. liber.* Anton. Gom. *d. n. 5.* Pereg. *d. lib. 3. tit. 18. n. 19.* Perez *ad tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 97. verſ. olim ſiquidem,* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 96. n. 1.* Vincent. de Franchis *deciſ. 47. n. 1.* Card. Pereira *d. verbo ſine curatore n. 97.* Valaſc. *d. conſ. 94. num. 4.* Molin. *d. diſp. 166. n. 1. concl. 1.* Maſtril. *Sicil. deciſ. 152. n. 6 cũ ſeqq.* Bened. Ægid. *in tract. de iure & priuil. honeſt. art. 13. n. 47. in fine,* Reinoſo *obſeru. 55. n. 16.* & confirmatur *l. 8. tit. 13. part. 6.* Et aduertit Ant. Gom. *vbi ſuprà n. 6.* quòd *l. 10. Tauri* diſ-
8 ponitur quòd ſi pater habeat filios legitimos, & naturales poteſt relinquere quintũ bonorũ filio naturali, ſicut poteſt relinquere pro anima, vel alicui extraneo.

9 Tertius caſus eſt quando pater moritur abinteſtato, quia vbi non adſunt legitimi filij, nec coniux, naturales ſuccedunt in duabus vnciis, *auth. quibus modis nat. effic. ſui, §. ſi quis autem defunctus,* Cancer. *var. p. 1. c. 5. n. 46.* Ant. Gom. *d. l. 9. Tauri n. 11.*

10 Quartus caſus eſt quando pater moriens fecit teſtamentum, & in eo filium naturalem præteriit, nec illi aliquid relinquere voluit, quia tunc tales filij naturales præteriti ſunt omnino excluſi, & nullum remedium illis competit contra teſtamentum patris, quia nulla lege cauetur, nec neceſſitatur pater aliquid eis relinquere, quia licet poſſint ſuccedere ſecundum, vel præter voluntatem patris, non tamen contra eius voluntatem, vt per Greg. Lop. *l. 8. in fine tit. 13. part. 6.* Ant. Gom. plures referens *d. l. 9. Tauri n. 11.* Cald. Pereira *in d. l. ſi curatorem verbo ſine curatore n. 96. verſ. ſeptimo infero,* Benedict Ægid. *in tract. de iure, & priuilegio honeſt.*
11 *art. 13. n. 50.* vbi quòd naturales liberi contra paternã voluntatem ac diſpoſitionem quicquam capere non poſſunt. quod intelligit de acquiſitione hæreditario titulo, ſalua ſemper alimentorum cauſa, quæ de bonis patris filio naturali, qui non habet aliunde vnde alatur, etiam Iure Ciuili debentur. Valaſc. *d. conſ. 94. n. 4. in fine,* vbi arg. text. *in l. vlt. C. de natural. liber.* reſoluit quòd de filiis naturalibus nullam tenetur pater facere mentionem, nec illis præteritis datur ius contratabulandi, ſeu rumpendi teſtamenta paterna. Cancer. *d. p. 1. cap. 5. num. 46.*

Ex quibus filio naturali nihil deberi contra patris teſtamentum in ſupremo Caſtellæ ſenatu deciſum fuit die 12. Aprilis 1647.

Toletana Matrimonij.

Ætas ad contrahendum Matrimonium in maſculis debet eſſe quatuordecim annorum, & in fœminis duodecim exacta & completa, niſi malitia illam ſuppleat, & quando dicatur illam ſupplere, & an ex aliqua vrgentiſſima cauſa in ea diſpenſare poſſit Epiſcopus?

VOTVM CXXIX.

1 *Caſus occurrentia refertur.*
2 *Ætas ad contrahendum matrimonium quæ? & an exacta & completa requiratur.*
3 *Diſpenſare idem eſt quod à legibus ſoluere.*
4 *Epiſcopus in lege ſuperioris diſpenſare non poteſt.*
5 *Pontificis ſolius eſt diſpenſare in impedimentis Iure Pontificio dirimentibus.*
6 *Ætas minor ſufficit quã præfixa ſi malitia ſuppleat ætatẽ.*
7 *Malitia ætatis ſuppletiua quæ dicatur?*
8 *Potentia ad carnalem copulam necnon prudentia rationis ad diſcernendum vim coniugalis conſenſus requiritur copulatiue vt quis ante ætatem legitimam poſſit matrimonium contrahere.*
9 *Lex Partitæ refertur.*
10 *Matrimonium contrahere volenti ante ætatem legitimã incumbit onus probandi malitiam ſupplere ætatem.*
11 *Malitiam ſupplere ætatem probatur ſi fœmina impubes ab alio cognita fuerit, vel puer impubes aliam fœminam cognouerit.*
12 *Pubertati proximus ſi attentauerit copulam dici poteſt in eo malitiam ſupplere ætatem.*
13 *Niſus ad copulam facit præſumere potentiã ad illam.*
14 *Potentia ad copulam non ex ſola copula probatur, ſed ex aliis quibuſcunque ſignis, quæ Iudicis arbitrio cum medicorum conſilio relinquenda.*
15 *Matrimonium contrahi ante legitimam ætatem ex vrgentiſſima aliqua neceſſitate permitti poteſt.*
16 *Epiſcopus in impedimentis dirimentibus aliquando ex vrgentiſſima neceſſitate diſpenſare poteſt.*
17 *Neceſſitas vrgentiſſima, quæ mouet ad diſpenſandum in legitima ætate ad matrimonium contrahendum, debet eſſe publica non priuata ipſorum tantum contrahentium.*
18 *Epiſcopus poteſt diſpenſare vt quis Matrimonium contrahat ante legitimam ætatem, quando ſunt prope illam, & dubium eſt an malitia eam ſuppleat.*
19 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in lege ſuperioris quando dubitatur an res egeat diſpenſatione.*

PVella quæ decimum annum, & totidem menſes compleuerat, inſtitit coram Ordinario pro licẽtia contrahendi matrimonium, id ſibi maximè conuenire aſſerens, eo quod à potentiſſimo Rege noſtro fuerat in partibus Indiarũ deſtinatũ officiũ perſonæ quæ illã in matrimoniũ duceret. & ſi illud in aliud tẽpus celebrari diſtuliſſet, periculũ eſſet ne officiũ amitteret, vel ſaltim pinguia illius emolumẽta interim non perciperet: ſed pro caſus grauitate adhibitis ad conſilium doctiſſimis Theologis, & Iurecõſultis, inter quos ego omniũ minimus aderam, ac in eorum præſentia cõſtituta puella, cum conſtare non poſſit de potentia ad copulam, nec de ſufficienti prudentia rationis ad diſcernendum vim coniugalis conſenſus, cenſui licentiam denegandam, ex ſequentibus. 1

Certa ad contrahendum matrimonium ætas in Iure præfinita eſt, videlicet quatuordecim annorũ in maſculis, & duodecim in fœminis, *l. quæſitum 9. ff. de ſponſalib. c. continebantur 6. cap. atteſtationes 10. cap. ex litteris 11. de deſponſ. impub.* Ioan. Gutier. *de matrim. c. 2. n. 17.* Baſil. Pont. *eod. tract. lib. 12. c. 5. n. 3. & 4.* Gaſp. Hurtado *in ſimili tract. diſp. 12. diffic. 2. in princ.* quam ita neceſſariã tam ciuilia quã Pontificia Iura arbitrantur, vt in vtroque contrahente illam exactam, & extremè completã omnino requirãt, *d. c. atteſtationes,* ibi, *donec compleat puer annũ decimumquartum, cap. ex litteris, c. fin. eod. tit. de deſponſ. impub.* Hurtado *d. diffic. 2 num. 45.* Quicquid dicat Rebell. *de obligat. Iuſtit. lib. 3. q. 6. ſect. 2 n. 16.* exiſtimãs ad valorem matrimonij non requiri vt dicta ætas ſit mathematicè completa, ſed moraliter. 2

In qua ætate, vt ſcilicet in minori quis contrahere poſſit, Epiſcopus diſpenſare non valet. Ratio eſt quia diſpenſare idem eſt quod à legibus ſoluere, *l. Princeps ff. de* 3

ff. de legib. Cardos. *in praxi Iudicum, verb. dispensatio*, à quarum vinculo eximere non potest, nisi qui illud contraxit, vel eius superior; nam inferior in lege superioris dispensare non valet, vt de Episcopo loquentes resoluunt Gutier. *canon. lib. 1. cap. 5. num.* 10. Suar. *de legib. lib. 6. cap. 14. n. 4.* Anguian. *eod. tract. lib. 2. controu. 3.* asserentes Episcopos non posse dispensare in his, quæ per Canones, & ius commune statuta sunt, nisi specialiter illis potestas data sit, per *cap. dilectus, de tempor. ordin.* ibi, *Dispensatio à Canone minimè sit permissa*: nam si Episcopi nihil statuendo disponere possunt contra Canones, & Romanorum Pontificum statuta, iuxta tex. *in cap. quod super his, de maior. & obedien.* sequitur quòd minimè etiam poterunt eosdem Canones siue statuta Superiorum relaxare media dispensatione, præsertim cum Iuris relaxatio nihil aliud sit quam exemptio quædam subditorum à legis vinculo & ne-
5 xu, vt argumentatur Anguian. *d. contron. 3. n.* 8. Altera ratio potest esse, quia in impedimentis Iure Pontificio dirimentibus solius est Pontificis dispensare, ex multis, quos citaui *de officio, & potest. Episcopi p. 2. allegat. 35. num.* 1.

6 Quæ quidem Iura ætatem illam præfigentia vlterius procedunt declarando minorem sufficere, si malitia illam suppleat: nam si ita discretus, & habilis ad copulam puer, vel puella inueniatur vt matrimonio contrahendo sufficiat, dictæ ætatis complementum spectandum non erit, cum id propter quod desidere-
7 tur, iam adsit, *d. cap. puberes 3. cap. de illis 9. cap. fin. d. tit. de desponsat. impub.* Et vt malitia ætatis suppletiua dicatur, discretio, & habilitas ad copulam copulatiuè requiritur, ita vt sola discretio, vel sola habilitas non prodesset ex Sanch. resoluit Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisita anno 14. q. 9.*
8 *num. 12.* Ego *in collect. ad cap. fin. num. 3. eod. tit. de desponsat. impub.* vbi dixi requiri copulatiuè potentiam ad carnalem copulam, necnon prudentiam rationis ad discernendum vim coniugalis consensus.

9 Est enim Iuris dispositio, non verò illius relaxatio quod minor ætas exigatur quando malitia supplet ætatem, idest, quando aptitudo ad copulam simul cum discretione concurrit, idque insinuat *l. 6. tit. 1. part. 4.* ibi, *Mas para casamiento fazer han menester que el Varon sea de edad de quatorse años è la muger de doze.* Et paulo inferiùs. *Fueras ende se fuessen tam cercanos à esta edad que fuessen ia quizados para poderse aiuntar carnalmente, ia la sabedoria è el poder que an para esto fazer cumple lamengua de la edad.*

10 Sed quia præsumptio est in contrarium quod ante præfinitam à Iure ætatem non adsit potentia ad carnalem copulam, & simul prudentia rationis ad discernendum vim coniugalis consensus, volenti contrahere ante dictam ætatem incumbit onus probandi habilitatem, quæ suppleat vtrumque defectum, Abb. per tex. *ibi in cap. de illis el 2. num. 2. de desponsat. impub.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 104. n. 25.* Rota *in Viterbien. matrimonij 19. Ianuarij 1629. coram bonæ mem. Pirouano*, cuius memini *in collect. ad*
11 *cap. vlt. n. 3. de desponsat. impub.* Et Episcopo pariter incumbit arbitrari ex quibus colligatur potentiam & discretionem prædictam concurrere in impubere, malitiamque supplere ætatem; qui arbitrabitur si fœmi-
12 na impubes ab alio cognita fuerit, vel puer impubes
13 aliam fœminam cognouerit, vt fuit dictum in præcitata Viterbien. vel si proximus pubertati attentauerit copulam. Surd. *cons. 364. num. 3.* quia nisus ad copulam facit præsumere potentiam ad illam. Cou. *de sponsal. part. 1. cap. 4. §. 1. num. 29.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 2. num. 53.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disput. 104. num. 26.*

14 Ex signis quoque probari potest potentia ad copulam, quamuis copula nondum habita sit, quia tex. *in d. cap. de illis 9.* ponderat propinquitatem pubertati; ac coëundi potentiam, vt impuberis matrimonium valeat; sentit ergo potentiam non ex sola copula probari, sed ex aliis quibuscunque signis; nam aliàs non potentiam, sed potius copulam ipsam ponderaret, Surd. *d. cons. 364. numer. 1 in fine*, Sanch. *d. disp. 104. num. 28.* Basil. Pont. *de impedim. matrim. cap. 32. §. 5. vers. sed quæret*, vbi subdit signa arbitrio Iudicis cum medicorum consilio relinquenda, qui loquuntur inspecta ætate, qualitate corporis, educatione, soli & cæli natura, seminis etiam effusione, si aliquando contingat.

Ex vrgentissima verò necessitate, vtpote pro bono 15
pacis ante habilitatem ad copulam, sed post impuberum discretionem eorum coniugium sustineri posse probat tex. *in d. cap. 2. de despons. impub.* & licet ille tex. non approbet, nec reprobet, sed tantùm tolerandam esse huiusmodi coniunctionem insinuet, nec à quo permittendam declaret, cum impersonaliter loquatur, ad Episcopum illa tolerantia referenda est ex resolutis per Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 19. num. 2.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 5 n. 1.* quos 16
refero *de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 33. num. 23.* Nec existimat Episcopus speciale esse in hoc casu permissionem huiusmodi sibi concedi interueniente hac vrgentissima necessitate, quia generale est in omnibus impedimentis dirimentibus posse Episcopum illa concurrente dispensare, cum tunc præsumitur tacitam dispensandi facultatem à summo Pont. habere, vt resoluunt communiter DD. exemplificantes plures vrgentissimæ necessitatis casus, in quibus hæc tacita facultas practicari poterit, de quibus Ego ipse *d. tract. de officio, & potest Episcop. pars. 2. allegat. 35. num. 5. cum seqq.* alias enim summus Pont. solus dispensare poterit eum impubere, vt pupillari ætate, dummodo post vsum rationis, liceat valide matrimonium contrahere, vt tenet Didac. de Narbona *d. q. 9. num. 17.* Et ideo cum Episcopus ratione vrgentis necessitatis dispensat, non dicitur dispensare in casu Episcopali, sed in eo, qui verè pertinet ad Pontificem, sed Episcopo ex quadam Iuris interpretatione permisso, vt post Henriq. & Sanch. notaui *d. p. 2. alleg. 35. num. 12.*


Nec dicat aliquis vrgentissimam necessitatem in- 17
telligi quamcunque bursalem ipsos contrahentes, aut eorum quemlibet respicientem, quia id nullo modo patitur dictio exemplificatiua, vtpote, quæ ponit casum obtinendæ pacis, vt eius exemplo cæteri similes comprehensi censeantur. Et licet nimis largè Roman. & Crauet. citati à Card. Tusch. *pract. conclus. lit. P. concl. 173. num. 12. & 25.* extendant, ac sine fundamento existiment pro sedandis inimicitiis etiam inter impuberes matrimonium celebrari posse; nihilominus tamen bonum pacis in eo tex. potius & rectius referendum ad pacem publicam saltim vnius loci, vel duarum familiarum inter se maximo odio & rancore persequentium, & inito matrimonio ad concordiam & amicitiam reduci volentium: nam si aliter interpretanda forent illa textus præcitati verba, *vtpote pro bono pacis*, & de particulari ipsorum contrahentium vtilitate interpretanda forent, sequeretur quòd omni casu liceret Episcopo dispensare; cum vt plurimum omnia coniugia cum celebrantur ipsis contrahentibus, vel saltim eorum vni maximè conuenire, videntur vel quia mulier est diues, nobilis, honesta, seu pulchra, & vice versa, & si huiusmodi conuenientia præstaret necessitatem contrahendi, & hæc necessitas esset iusta causa ad dispensandum, magnus vtique aperiretur campus dispensandi, & quotidie abuteretur facultate à sacris Canonibus ob aliam causam concessa,

concessa, ipsi videant Prælati, & in memoriam reducant quòd cùm potentissimus Rex ac dominus noster Philippus IV. natus esset Vallesoleti die Veneris 8. Aprilis 1605. & die 8. Octobris 1615. in ætate decem annorum, & octo mensium constitutus, matrimonium contrahere vellet cum D. Isabella Francorum Regis filia sanctissima fœmina, non aliter matrimonium celebrauit, nisi obtenta à summo Pont. super ætatis defectu dispensatione, cum claus. quia prudentia tua ætatem præuenit, ad cuius verificationem plures Regni Prælati & Magnates examinati fuerunt, & nihilominus ipse D. Rex per duos ferè annos à communi lecto se abstinuit.

18 Non obstat quod dixi *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 35. n. 20. & in collect. ad cap. 2. n. 5. de desponsat. impub.* videlicet Episcopum ex minoribus non habentibus requisitam ætatem ad matrimonium dispensare, vt illud ineant; quia si hæc verba accipiantur de per se, & illis non adiungatur quæ sequuntur, certum est multum offendere veritatem nostræ sententiæ: sed statim addo verba præcedentis resolutionis declaratiua, videlicet, *quando sunt prope ætatem, & dubium est an malitia eam suppleat*; id quidem optimo iure, nam cùm iste vel ista proximus, vel proxima sit pubertati ab ea per sex menses distando, secundùm glos. *verb. proxima in d. cap. continebatur*, & nihil certi percipi possit circa malitiam, quæ suppleat ætatem, in isto dubio, quando res hinc inde dubia est, poterit Episcopus declarare dispensationem non desiderari, vel illam ad cautelam concedere, quam iustificat proximitas & dubietas circa malitiam; non enim nouum est pos- 19
se Episcopum dispensare in lege superioris quotiescunque dubitatur an res egeat dispensatione, vt ex Castro Palao & Trullench resolui *d. tract. de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 35. num. 18. & 19.*

FINIS.







INDEX RERVM, ET VERBORVM NOTABILIVM.

Prior numerus paginam notat, posterior est marginalis.

A

Tò AQVOQVAM de sui natura nullam exceptionem admittit. pagin. 151.num.8

Abbas.

Abbas regularis potest doctorari in iure ciuili, & leges docere si eas studuit ante monachatum. 85.9

Abbates benedicti & perpetui possunt idem quod Episcopi Religiosi circa bona temporalia, fructus, ac redditus Abbatiarum. 94.12

Abbates, quibus à summo Pont. collatio facta est, habent ius administrandi, & dispensandi fructus suorum beneficiorum. ibid. 14

Abbatis benedictio in iure aliquando vocatur ordinatio, aliquando consectatio. ibid.16

Abbatis benedictio, siue consecratio auctoritate Apost. collata tres operatur principaliores effectus. ibid.17

Abbatis benedictio non est iterabilis. ibid. 18

Abbas temporalis non est benedicendus. 95. 28

Abbas auctoritate Apost. benedictus, insigniis & ornamentis Pontificalibus vtens præcedit omnibus Prælatis ecclesiasticis non benedictis nec consecratis. ibid.30

Abbas, cui in titulum perpetuum Abbatia confertur, tenetur sicut Episcopus ad faciendum processum informatiuum de genere, vita, & moribus, & ad professionem Fidei. 96 31

Abbas contrahit Matrimonium spirituale cum Ecclesia. ibid.33

Abbates ad Concilia generalia vocandi sunt sicut Episcopi. ibid. 34

Abbas, qui cura & conuentu caret, non tenetur residere. 96.36

Abbates reformati temporales in priuilegio Apost. gestare possunt habitum Prælatitium. 97. 45

Abbas in fauorabilibus venit nomine Monachorum. ibid.47

Abbas potest secum dispensare in illis casibus, in quibus potest cum subditis. 98.49

Abbas æquiparatus Episcopo intelligitur consequi ea priuilegia, quæ sibi sunt proportionabilia. 346.7.

Abbatissa.

Abbatissæ in electione an requiratur assensus patronis. 13.94

Abbatia.

Abbatia Consistorialis quæ dicatur. 93.3

Abbatiæ Congregationum reformatarum S. Benedicti sunt temporales. ibid.7

Abbatiæ perpetuæ in reformatione an reperiantur? ibid.9

Abbatia claustralis quæ sit, remissiuè. ibid.10

Abbatia in multis æquiparatur Episcopatui. 95. 27.

Ablatiuus absolutus.

Ablatiuus absolutus denotat conditionem. 160.113.

Abraham.

Abrahamo Dominus mirabilia promittit. 133.118

Absolutio, & Absolutus.

Absolutio expedita in sacra Pœnitentia non suffragatur in foro contentioso. 66. 57

Participium, *absolutus*, denotat actum geri ab alio, quàm ab eo, qui absoluitur. 229.17

Acceptatio.

Acceptatio decreti Concilij de distributione Ordinum requiritur. 274.48

Acta.

Acta in sententia enuntiata si non exhibeantur, illi credendum non est. 167.44

Iudici asserenti acta iudicij præcessisse non est credendum. ibid 45

Iudici asserenti in sententia præcessisse citationem, & alia acta iudicij non creditur. 168.46

Actio.

Actio depositi est personalis. 57.31

Actiones pœnales quando non transeunt ad hæredes. 67.10

Actio transit contra hæredes in pœnalibus quando lis cum defuncto non fuit contestata. ibid.11

Actio

Actio in hæredem datur vt iniustum lucrum restituat quando ex delicto defuncti ad eum aliquid peruenit. ibid.12
Actio pœnalis non datur aduersùs hæredes, nisi quatenus ad eos peruenit, etiamsi contineat rei persecutionem, dummodo sit nomine pœnæ. ibid.13.
Actio competens pensionario aduersus titularem videtur personalis in rem scripta. 248.22
Actiones licitum est emere minori pretio, quàm quod continetur in obligatione. 354.77

Actor.

Actor probare tenetur reum dolo desiisse possidere quando possidebat de tempore litis contestatæ. 62.65

Actus.

Actus iuratus semper potentius cooperatur. 10 56
Actus quando valet de iure gentium, licèt non sit seruata forma à iure positiuo, obligat in foro conscientiæ. 13.102
Actus meræ facultatis nunquam præscribuntur. ibid.125
Vide *præscriptio.*
Actus sequentes præsumuntur facti in vim tituli præcedentis ad exclusionem actus voluntarij. ibid.127
Actus subsequens præsumitur factus secundùm formam contractus præcedentis. ibid.128
Actus præsumitur gestus in executionem eorum, quæ præcesserunt. ibid.129
Actus manutenibilis non adquiritur ex diuturna possessione. ibid.131
Actus duo possessorij sunt probandi ad obtinendam manutentionem. 20 151
Actus omnis, in quo reperitur non solùm simplex voluntas, sed cum qualitate libertatis, & sponteneitatis si fiat coactè, non valet. 25.11
Actus facti à nuntio post mittentis pœnitentiam ei non intimatum statim viribus cadunt. 72. 27
Actus resolutus actus dici non potest. 75.12
Actus vt possit dici approbatus aliquam ob causã, causa illa debet interuenire ob illũ actum. 7.35
Actus, qui sine iuramento erat pro ipso iure nullus obstante prohibitione legis, non potest sustineri ratione iuramenti. 80.20
Actus sequens declarat voluntatem præcedentem. 161.19
Actus quando potest expediri sine præsentia iudicis, si fiat in præsentia illius, & minus solemniter, per hoc non vitiatur actus. 169 65
Actus quando est consequutiuus & accessorius ad titulum, qui præcedit litem, non dicitur attentatus, licet sit gestus post litem motam. 174. 27
Actus repetiti & geminati faciunt magis constare de possessione ad effectũ manutentionis. 236.87
Actus gesti post motam litem quando sint manutenibiles. 237. 94
Actus causa vniuersalis magis attendenda quàm exercitium ipsius actus. 238.106
Actus nullus interior quamuis horrendus hæresis potest appellari, cum operandi animus contra Fidem, & pertinacia in intellectu deficit. 289.49
Actus dubij in bonam, vel malam partem possunt interpretari. 292.72
Naturæ in dubio actus standum est. 292.74
Actus gesti quando possint deseruire pro obseruantia interpretatiua. 335.39
Actus quorielcunque fieri non potest absque licentia alterius dicitur prouenire ab eo, qui eam concessit. 353.66
Actus tribuitur mandanti, & committenti, & non exequenti. ibid.67

Adhærentia.

Adhærentia eiusdem sunt conditionis, cuius sunt ea, quibus adhærent. 296.

Adhoa.

Adhoa soluitur integrè per primogenitum sine aliqua deductione. 154.42
Vide *Releuium.*

Adiectio.

Adiectio in subhastationibus fiscalibus, attento iure Regio Hispanico, nulla admittitur minor quarta parte, & transactis tribus mensibus. 51.11
Vide *Retractus.*

Administratio.

Administratio plenaria fructuum beneficiorum spectat ad Papam. 155.49

Administrator.

Administratores Ecclesiæ, qui eius non sunt Prælati aut Rectores, tutori, & marito non æquiparantur. 61.72

Adulterium.

Adulterij pœna locum habet etiamsi matrimonium fuerit nullum. 279.20

Ædificatio, & Ædificium.

Non licet ædificare ad occupandum solem, ventum, vel aërem. 205.54
Ædificatio ad æmulationem, inuidiam, aut iniuriam permissa non est. 205.56
Ædificare in atrio Ecclesiæ nemini licet. 217. 7
Ædificium vbi nocet Monasterio, compellitur dominus ædificij ad vendendam seruitutem altiùs non tollendi. 205.51
Ædificia quæcunque etiam strepitosa potest quis in suo cuirare, præsertim pietatis fauore. 207.80
Ædificia ne vltra certum modum erigantur, potest consuetudine induci. 218.91
Clericis permittendum non est vltra antiquam formam ædificare. ibid.92

AEgrotus.

Ægrotus potest expellere fabrum, & malleatorem vicinum. 208.86

AEqualitas.

Æqualitatis ratio in omnibus, præcipuè in iudiciis semper seruanda. 320.28

AEquitas.

Æquitas, & bona fides in contractibus seruanda. 6.13
Æquitas in rebus Ecclesiæ non est seruanda, sed rigor, si vergit in damnum alterius. 56.20
Æquitas, & arbitrium non intrant pro retardatione pensionis. 251.48

AEs.

Τὸ *Æs suum*, comprehendunt omne quod est debitum creditori, & eius patrimonium augere potest. 151. 6
Æs alienum dicitur quod debemus aliis. 156.63

AEtas.

Ætas ad beneficium requisita debet adesse de tempore gratiæ. 253.21
Ætas ad contrahendum matrimonium quæ, & an exacta & completa requiratur. 291. 2
Malitiam supplere ætatem probatur si fœmina impubes ab alio cognita fuerit, vel puer impubes aliam fœminem cognouerit. 292.11
Pubertati proximus si attentauerit copulam, dici potest in eo malitiam supplere ætatem. ibid.12.

Necessitas vrgentissima quæ mouet ad dispensandū in legitima ætate ad matrimonium cōtrahendū,debet esse publica,non priuata ipsorum tantum contrahentium. 292.17
Episcopus potest dispensare vt quis matrimonium contrahat ante legitimam ætatem,quando sunt prope illam, & dubium est an malitia eam suppleat. 293.18
Ætas minor sufficit quàm præfixa si malitia suppleat ætatem. 39'.6.
Malitia ætatis suppletiua quæ dicatur? ibid.7

Affectio.

Affectatus actus nihil prodest. 322.11
Ius & priuilegium omnino perditur per affectationem. ibid.12
Affectio naturalis sanguinis æquè in omnibus inuenitur. 183 60
Affectio, & dilectio maior præsumitur erga descendentes quàm erga transuersales. ibid 62
Affectio nulla resultat ex sola & simplici manus appositione in coadiutoria si ante illius gratiam Canonicatus non esset affectus, vel reseruatus. 256.12.
Affectionem non causat omnis manus appositio, sed ea tantum ex qua resultat mens vlterius prouidendi, vt in commenda & vnione ad vitam. ibid.14.
Affectio nulla resultat ex reseruatione pensionis per Papam facta ad fauorem cedentis beneficium. 257.15.
Affectio per manus appositionem nulla resultat intentione deficiente. ibid.24
Affectio quæ resultat ex appositione manus Papæ videtur clausa in corpore Iuris cōmunis. 258.37
Affectio ex appositione manus Papæ requirit specialem concessionem in Indultis de conferendo reseruata, vel affecta. 265.46
Affectio ex appositione manus Papæ est potioris prærogatiuæ. ibid 47
Affectio adhuc remanet sublata generali reseruatione. ibid.48

Agnatio.

Animus conseruandæ agnationis nō præsumitur ex vocatione masculorum si in aliqua parte dispositionis vocaretur fœmina. 348.16
Intentū conseruandæ agnationis non cessat quādo post masculorū vocationem,& illorum defectum fœminæ, & ab eis descendentes substituuntur, dum masculi durant. ibid.17

Agendi verb.

Agens ex contractu debet priùs adimplere pro sua parte. 7.29
Agendo potest quis præcisè ob defectum implementi agi ad rescissionem quando id non impletur quod dedit causā finalē contractui. 8.41.
Quādo agitur inter æque priuilegiatos, potior est causa illius qui agit de damno vitando. 16.123
Actum semper aliquid censetur ex causa magis principali. 60.63
Plus debet valere quod agitur, quam quod simulatè concipitur. 312.12

Alapa.

Iniuria grauissima reputatur alapa. 348.14

Alcauala.

Alcauala est nomen generale comprehendens omnia tributa 106.30
Alcauala debetur de pretio, quod re vera exigitur, & ad se tradit venditor. 159.102

Alciatus.

Alciat.*cons.*100.in quibus terminis loquatur. 59.54

Alea.

Alearum ludus clericis prohibitus. 316.35

Alia.

Tò, Alia, diuersitatem à suprà expressis denotat. 18.143.
Tò, *Alia*, est similium repetitiua. 229.12

Alienatio.

Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum quando permissa, remissiuè. 301.9
Alienatio bonorum fideicommisso subiectorum quando permittitur, emptor curare debet, vt pretium conuertatur in illas res, pro quibus fuit permissa alienatio. ibid.10
Dotalium bonorum alienatio prohibita. ibid.17
Alienatio bonorum dotalium quando permittitur ad emptionem alterius rei, requiritur quod pretium in eam subrogetur. ibid. 18
Alienatio vbicunque regulariter est prohibita, & illa conceditur cum aliqua qualitate, ea verificari debet, aliàs contractus erit nullus. 302.26
Iudex quilibet potest interponere decretū super alienatione rerum minoris. 354.15
Facultas Regia ad alienandum bona maioratus sufficit obtineri à Principe domicilij 455.86

Alimenta.

Alimenta recipiens de restituendo in casu succumbentiæ nequaquam cauere debet. 48 21
Alimenta petere non potest qui ex officio vel artificio viuere potest decenter. ibid.23
Militare aut alio modo victū sibi parere volentibus alimenta sunt præstanda. 34 .25
Alimenta filiis tam naturalibus quàm spuriis debentur. 390.2
Alimenta filiis naturalibus, & spuriis præstand. ad vitam restringenda. ibid 3
Res immobilis quando datur pro alimentis, nec sufficit vt ex illius redditibus suscipiantur alimenta, tunc censetur data proprietas, secus si sufficiunt. ibid.4
R.P. Alphonsus de Oropesa contra statuta puritatis sanguinis scripsit. 4.64
Alphonsus de Carthagena eiusdem Pauli fili[illegible] fuit sicut pater Burgensis Episcopus. 138 140

Altare.

Altari seruiens de Altari viuere debet. 147.9

Alternatiua

Alternatiua antiqua olim gaudebant etiam Capitula Cathedralium,& si extendebatur ad beneficia simultaneæ,& non liberæ collationis. 145 4
Alternatiuæ modernæ à Sixti V. tempore solum comprehendunt beneficia, quæ ad liberam dispositionem seu præsentationem Episcopi spectant. 146.5
Alternatiua acceptata per Episcopum Capitulo olim proderat, non sic hodie. ibid.6
Alternatiua in Prouincialatus electione prouinciæ Granaten. Ordinis S. Augustini confirmatur, præcedente concordia. 232.42,43
In alternatiuis sufficit alterū adimpleri. 201.10
Alternatiua vbi adest inseruiendi per se, vel per alium, electio est capellani de inseruiendo per se ipsum, vel per substitutum. 275.31

Ambitio.

Ambitio sæpe pia pectora inuadit. 222.26

Anima.

Anima est in toto corpore,& tota in qualibet parte corporis. 298.39

Animal.

Animal mortuum intra biduum post venditionem censetur

censetur ex infirmitate illam præcedente mortuum. 50.44
Animal retineri potest pro alimentis præstitis donec de eis sit illi satisfactum. 349.35

Animus.

Animus quis & qualis fuerit in præteritum, declaratur à subsequentibus. 36.102
Animi ad ardua augentur auctis honoribus. 119.34
Animus statuentis qualis fuerit ex eo declaratur quod factum, & obseruatum postea fuit. 161.127
Animus bonus in re mala dimidiũ est mali. 288.33
Animus & intentio per indicia & coniecturas probatur. 289.39
Animus semper improbus præsumitur in actibus qui ex natura sua sunt improbi. 292.73
Animus, & voluntas ab initio colligitur à præcedentibus. 389.24

Antistes.

Antistes in Ecclesia Dei rite perficitur cum populus pariter in eum acclamauerit. 324.3
Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis laudatur. 219.105

Apostata.

Apostata à Fide quis dicatur. 289.47
Apostata à Religione non punitur in sancti Officij Tribunalibus. ibid.48

Apostolicæ litteræ.

Apostolicæ litteræ motu proprio emanatæ non indigent iustificatione. 333.15

Appellatio.

Appellationis iudex non potest iudicare nisi coram eo productis & visis actis primę instãtiæ. 172.106
Appellatio ab electione interposita quando suspendat. 173.15
Appellatio extraiudicialis an causet attentata. 237.100
Appellatio debet interponi in scriptis & coram Iudice à quo. 237.97
Appellatio expresse interponi debet ne fiat electio nisi Canonica. 238.105
Causa iusta ad appellandum non est procuratoris negligentia in appellando, vel in prosequendo appellationem. 380.304
Procurator simpliciter ad causam datus licèt posset appellare, non potest prosequi appellationem. ibid. 305
Appellationis prosecutio an sit de appendititiis instantiæ? ibid. 306

Appositio.

Appositio manus Papæ in coadiutoria cum futura successione non inducit affectionem si prius decedat coadiutor, & postea coadiutus in mense ordinario. 257.16
Appositio manus Papæ est vere & propriè affectio. 260.63
Appositio manus Papæ limitata ad certum effectum, illum non operatur adimplemento non sequuto. 264.33

Arbitrium.

Arbitrium boni viri debet esse regulatum à iure communi. 171.93
Arbitrium boni viri nõ est libera dispositio ibid.94

Arctatus.

Arctatus quando dicatur Canonicus Collegiatæ qui ad celebrandam Missam obligatur? 274.41. & seqq.

Argumentum.

Argumentum valet de pupillo, & minore ad Ecclesiam. 15.114
Argumentum à tutore ad thesaurarium an valeat? 59.53
Argumentum valet de decimis consuetis ad decimam Papalem. 152.18
Argumentum valet de quarta Canonica ad subsidium. 153.31
Argumentum à maioritate rationis in Iure validum. 231.34
Argumentum à maioritate rationis in Iure validum. 245.25
Argumentum à maiori ad minus validum. 334.30

Articulus.

Articuli friuoli non sunt habendi in consideratione ad retardandum vlteriorem processum. 250.44

Ascendens.

Ascendentes possunt agere ad supplementum legitimæ sicut ipsi filij. 79.7
Ascendentibus in legitima nullum grauamen imponi potest. ibid.8
Ascendentes si exhæredentur, possunt agere querela inofficiosi contra testamentũ filiorum, ibid.9

Assensus.

Assensus Regius in contractu reseruatus, si in illo non requiratur, actus non vitiatur, si vel assensus deficiat, vel minus solemniter apponatur. 169.67

Assessor.

Assessoris consilium si per Iudicem motu proprio assumatur expensæ sunt partibus communes. 362.153

Atrium.

Atrium Ecclesiæ vulgo dicitur Cœmeterium. 217.76

Attentata.

Attentata committuntur non solum exequendo sententiam à qua appellatum fuit, sed etiam in denegando appellationem interpositam. 173.114
Attentata est possessio cuiusdam cathedræ post appellationem ab oppositore interpositam. ibid. 117
Attentata non causat inhibitio superioris subreptitia. 366.191

Attestatio.

Attestationi Confessoris dicentis absolutionem concessisse vigore litterarum S. Pœnitentiariæ, non est credendum in foro externo. 66.58

Audientia.

Audientiam gratam, & benignam præstare debet Iudex. 367.195

Auersio.

Auersio & repugnantia multum confert ad metus probationem. 34.83
Vide *Metus.*

Augendi verb.

Iuri naturali repugnat vt quis cum alterius damno bona sua augere curet. 13.101

S. Augustinus.

S Augustinus in ætate 19. annorum Rhetoricam publicè in patria sua docuit. 272.240

Auocatio.

Causas & lites, alibi vertentes potest Princeps propria auctoritate ad se auocare. 279.287
Causam ad se auocare potest Princeps, & sua manu Regia abbreuiare propter potentiam litigantium. ibid.288

Authentica.

Cautela contra Auth. Sacramenta puberum. 79.16.

B

Baldus.

Baldus in ætate quindecim annorum publicè repetitionem dictauit, & idem fecit Fulgosius. 272.242

Baptismus.

Baptismus non confertur patienti vim præcisam,& absolutam. 25.6

Barbosa.

Barbosa Romæ cognouit Doctorem,qui cum esset monialis,& in virum conuersa,à monasterio expellitur, ac Sacerdos & Canonicus factus fuit. 19.21

Papa Doctorem Barbosam prouidit de Thesauraria S.Ecclesiæ Vimaranensis in forma gratiosa. 223.1

Renuntiat cum reseruatione annuæ pensionis ducentorum ducatorũ auri deCamera.ibid.2

Baro.

Baro quicquid acquirit ex donatione, seu concessione Regia non venit in fructuum restitutione. 364.174

Bastardi.

Vide *Spurij.*

Bellicosus.

Bellicosus quòd fugit in bello artis est, non timoris. 11.73

Beltramin.

Beltramin. *add d.decis.84.num.9. Gregorij X V.* reprobatur. 244.15

Benauentum.

Benauenti in Hispania vxor cuiusdam rustici in marem conuersa. 191.19

Benedictio.

Benedictio Abbatis est ornamentum & quasi admiratio,& consecratio personæ perpetua, & indelebilis. 94.19

Benedictionis Abbatis auctoritate Apost. collatæ effectus est collatio Ordinum minorum.ibid.20.

Benedictionis Abbatis alter effectus versatur circa vsum omnium ornamentorum, & insignium Pontificalium. 95.21

Benedictio Abbatis est quoddam ornamentum spirituale consecratione Episcopi inferius. ibid.23.

Beneficialis fructus.

Beneficialium fructuum appellatione non comprehenditur illud quod voluntariè,&extra ordinem præstatur alicui beneficiato in die suæ receptionis ad beneficium. 364.171

Beneficiarius.

Beneficiarius in solutione decimæ Papalis, & subsidij charitatiui nullam deductionem facit,propter pensionem quam soluit. 154.43

Beneficiarius pensione grauatus satisfacit relinquendo & cedendo fructus beneficij. 374.256

Beneficium.

Beneficij ecclesiastici de essentia est perpetuitas. 93.4

Beneficium quod confertur,dicitur etiam Facultati cuicunque licitæ & honestæ committi. ibid. 11

Beneficij sub confidentia vnusquisque seruitio Principis se dedicat. 120.37

Beneficij patronati qualitas vt cognoscatur inspicienda est prima patroni prouisio. 182.54

Beneficium obtentum quando fuerit incompatibile cum obtinendo non requiritur expressio valoris obtenti,nec eius iustificatio. 244.13

Beneficium non dicitur vacare per simplicem dimissionem si illa à Prælato admissa non fuerit. ibid. 19

De beneficio renunciato ante admissionem facienda est mentio in impetratione alterius. 245.20.

Beneficiorum conseruatio est omni iure prohibita. ibid. 26

Beneficia plura simplicia an quis habere possit? ibid. 28

Beneficium vacat per contractum matrimonij. ibid. 29

Beneficij obtenti etiam tenuis & parui valoris facienda est mentio. 247.10

Beneficium nimis pensione grauatum qui acceptauit sibi imputare debet. 247.11

Beneficium simplex seruitorium qui tenue & cum nimia pensione acceptauit, sibi imputet. ibid.

Beneficium non dicitur vacare, nec alteri conferri potest donec gratia effectuetur. 252.6

Beneficium non vacat per obitum resignantis in forma Dignum ante verificationem gratiæ, sed ad illius iustificationem necessariò deueniendum est. ibid. 7

Beneficium semel affectum semper remanet affectum. 258.31

Beneficium non remanet affectum ex appositione manus Papæ quando resignatio coram Sanctissimo non sustinetur ex aliqua falsa causa, & interim resignans moritur. ibid.32

Beneficium quando remaneat affectum per manus appositionem ex falsa narratiua? ostenditur. ibid.37

Beneficia reseruata, seu affecta ex reseruatione seu affectione clausa in corpore Iuris non cadunt sub indulto conferendi beneficia reseruata & affecta. ibid 38

Beneficia per commendam, seu vnionem ad vitam remanent specialiter affecta per appositionem manus Papæ. ibid. 45

Beneficium vnione, seu commenda durante censetur vacare adhuc vt prius. 259.44

Beneficia vacantia per obitum familiarium Pontificum prædecessorum conferendi facultas datur in indulto concesso Eminentissimo D.Cardinali Spinolæ. ibid.52

Beneficia vacantia in Romana Curia non cadunt sub modernis indultis concessis Cardinalibus S.R.E. ibid. 55

Beneficia Regularia,consistorialia, vel Conuentum habentia, & quorum fructus in libris Cameræ taxati reperiuntur,non cadunt sub modernis indultis S. R. E. Cardinalibus concessis. ibid.57

Beneficia quæ vacauerint per veros, & actuales familiares Papæ indultum concedentis, tam de tempore Pontificatus, quàm Cardinalatus non cadunt sub modernis indultis concessis S. R. E. Cardinalibus. ibid 58

Beneficia vacantia tam in Curia quàm extra illam per obitum familiarium S.R E. Cardinalium, non cadunt sub modernis indultis eisdem concessis. ibid.60

Præsumptio stat pro libertate beneficij. 266.2

Beneficium quod sit liberæ collationis est signum quando nulla datur præsentatio multo tempore. 267.15

Beneficia libera non possunt iuripatronatus subijci. 268.27

Probatio quæ requiratur,vt constet beneficium esse de iurepatronatus Regio. 269.6

Beneficium vacans Sede Episcopali vacante est reseruatum Sede Apost. ibid.30.
Sacerdotale non dicitur beneficiũ, vel præbendę etiamsi quis possit cogi pro vtilitate & necessitate Ecclesiæ ad suscipiendum Ordinem sacerdotalem. 271.12
Beneficium non potest esse sacerdotale quando fundator non restrinxit onus celebrandi ad ipsummet beneficiarium tantum. ibid.14
Beneficiorum in collationibus simultaneis tantam vocem habet Episcopus, quantam habet ipsum Capitulum, si de iure speciali id eis spectet 318.6
Beneficij præsentatio si spectet ad Rectorem, & vicinos loci, qui habuerit vocem Rectoris, & vnius vicini, habebit maiorem partem. 319.18
Papa sine magna & vrgenti causa mutare, seu alterare non solet qualitates à fundatore in erectione beneficiorum appositas. 322.5
Beneficium verbum comprehendit tam Curatum, quàm simplex. 323.16
Beneficiorum pluralitas iure prohibetur. ibid.18
Beneficium Ecclesiasticum vt validè impetretur, sufficit absolutio virtute Bullæ Cruciatæ obtenta. 346.3
Beneficium impetrans sub narratiua quod sit certa pensione grauatum non censetur illi consensisse. 374.258
Intrusus in beneficio, qui percepit illius fructus tenetur soluere pensionem. 374.260
Successor in beneficio pensione grauato tenetur ad illius solutionem actione reali & personali. ibid.261
Obligatio soluendi pensionem non alteratur mutatione personæ in beneficio pensione grauato. 375.262

Benemerens.

Benemerita generaliter enuntiata videntur pro colore apposita. 81.38
Benemerentem remunerari est obligatio naturalis. 119.27

Blasphemia.

Blasphemia hæreticalis quæ? 286.8
Blasphemia non hæreticalis qualis dicatur? ibid.9.
Blasphemiæ cum sunt adeo enormes, pro eis debet capitis pœna imponi. ibid.10
Blasphemi pessimæ qualitatis enormissimam & horrendam blasphemiam dicentes etiam in sancti Officij Tribunalibus mortis pœnam incurrunt. ibid.11
Blasphemiæ crimen iudicatur quod verbo, aut scripto perpetratur. 290.59
Pœna capitis quando lege antiqua vel iure communi imponebatur, procedebat in eo, qui consuetudinem blasphemandi habebat. 291.60
Pœna contra blasphemos hodie ex vniuersali omnium prouinciarum consuetudine est arbitraria. ibid.61
Leges priuatæ quas pœnas contra blasphemos imponant. ibid.62
Pœna spiritualis, aliaque pecunia iure Canonico attento imponetur contra blasphemos. ibid.63
Blasphemi hæreticales puniuntur per S. Officium pœnis arbitrariis. ibid.64
Blasphemia vt talis dicatur necesse est praua atque perniciosa voluntate nasci. ibid.65
Blasphemiæ quando sunt adeo enormes pro eis debet capitis pœna imponi. 309.33

Boni, Bona.

Bona spoliorum ad Cameram Apost. pertinentium gaudent priuilegiis, quibus potiuntur bona ad Regium fiscum spectantia. 51.2
Bona fiscalia adjectionem admittunt. ibid.3
Bona & loca ad vsus communes vicinorum deputata sunt impræscriptibilia nisi cum immemoriali allegetur titulus priuilegij. 106.24
Bonus malum nunquam suspicatur, malus ad bonum difficile inclinatur. 118.18
Bona non dicuntur quæ plus incommodi quàm commodi habent. 120.38
Bona & substantia cuiusque intelliguntur, quæ supersunt deducto ære alieno. 156.61
Bonorum in promissione non plus est quàm quod superest deducto ære alieno. ibid.62
Bona proprie dici non possunt quæ plus incommodi quàm commodi habent. ibid.64
Bona quorum causa subsidium soluitur, si alienarentur in secularem personam, in eam cum hoc onere non transeunt. 157.75
Bona à Prælatis Ecclesiarum dimissa, in ipsarum vtilitatem conuertenda sunt. 193.1
Bona Episcoporum decedentium in Hispania, Italia, & alibi, ac fructus Sedis vacantis vt spolia ad Cameram Apost. spectant. ibid.3
Bona patrimonialia, industria scilicet, legato, seu testamento ab Episcopo Regulari acquisita, ad Ecclesiam spectant. 194.5
Bona ab Episcopo relicta si occupentur per hæredes Prælati, vel per alium, Ecclesia tanquam domina agit actione furti. 195.13
Bona Episcopi translati, cedentis, vel renuntiantis spectant ad Ecclesiam ex qua illa desumpsit. 198.43
Bona fides non petitur vt bis idem exigatur. 251.46
Bona ad vsus communes vicinorum deputata sunt præscriptibilia quando ea possidens cum immemoriali priuilegium allegaret. 377.276

Bos.

Boui trituranti non est alligandum os. 248.14

Breue.

Interpretatio breuium sumenda est communi stylo, & vsu Curiæ. 64.42
Breue emanatum ad postulationem partis, & non iustificatum nihil officit. 188.14
Breue habet tacitam clauf. Si preces veritate nitantur. ibid.15

Bulla.

Bulla Eugeniana concessa Vniuersitati Salmantinæ extenditur ad quamlibet aliam Vniuersitatem approbatam. 89.33
Bulla Nicolai V. refertur. 121.47
Expeditores Bullarum non possunt præiudicare applicanti 225.18
Bulla Martini V. refertur. 231.30
Bullarum retentio. 266.1

C

Cæmentum.

CÆmenta & lapides Ecclesiarum destructarum in profanos, seu laicorum vsus conuerti non possunt. 218.87

Cæremoniale.

Cæremoniale Episcoporum est liber authenticus. 281.8

Caieta.

Caietæ mulier nupta in virum migrauit. 191.14

Cambium.

Acceptare videtur litteras cābij qui eas recepit, & legit,nisi contrarium protestatus sit.349.37

Cambij litteras dans debitor creditori non liberatur à solutione nisi cum effectu interuenerit solutio. 354. 81

Camera.

Cameræ Ecclesiæ adhærentes eius immunitate non gaudent. 296.12

Campana.

Campanarum mentio in quibus locis fiat. 200.3

Campana,quomodo definiatur? ibid.

Campanæ sic dictæ, quia in Campania inuentæ. ibid. 6

Campanæ Nolæ dictæ à loco,in quo primùm fuerunt factæ. ibid.7

Campanæ quo tempore vsæ in Ecclesia Christiana, non constat. 201. 9

Campanarum amplissimarum vsus in Asia. ibid.10

Infideles, & præcipuè Turcæ, Campanis non vtuntur. ibid.11

Campanæ fiunt ex metallo æris,& quare. ibid. 12

Argenti certū pondus excellentioribus campanis adiicitur. ibid.13

Leberis nomen campana sibi sortita est. ibid.16

Sabinianus Pont.constituit anno 606.campanas pulsari ad Horas Canonicas. ibid. 18

Campanæ in Ecclesiis ad quid seruiant? ibid.19

Campanæ cur vocentur signa? 202. 20

Ritus benedicendi,seu consecrandi Campanas antiquissimus. ibid.21

Abbates non possunt benedicere Campanas. ibid. 22

Benedictio Campanarum quomodo facienda? ibid.23

Campanæ cum benedicuntur non baptizantur. ibid.24.

Effectus benedictionis Campanarum plures. ibid.25

Effectus consecrationis Campanarum, qui tribuant naturali virtuti sonitus illarum? ibid. 26

Miranda de Campanis consecratis, remissiuè. 203 27

Vilillæ Campana quando ex se sonitum reddat? ibid.28

De vsu pulsandi Campanas. ibid.29

Campanæ quare pulsentur pro defunctis, & in funeribus? ibid. 30

Campanæ quare non pulsentur in triduo Hebdomadæ sanctæ? ibid.31

Campanæ in Sabbato sancto non possunt pulsari in aliqua Ecclesia ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice. ibid.32

Interdicti tempore Campanas pulsare non licet, etiam paruas dum eleuatur Hostia, vel vt signum fiat Clericis venientibus ad Horas. ibid.33

Campanæ laicorum, ac etiam Clericorum pulsari possunt tempore interdicti, vt moneantur laici de horis,quibus ire solent ad sua exercitia. 204. 34

Interdicti tempore conceditur pulsatio Campanæ in manè, meridie, & sero pro Angelica salutatione. ibid.35

Episcopus prohibere potest ne Campanæ pulsentur si non sint benedictæ. ibid.36

Campanæ nullam rem prophanam insculptam, inscriptamvè, sed Sancti Patroni Ecclesiæ, vel aliam sanctam Imaginem, piamque inscriptionem habere debent. ibid.37

Campanæ consecratæ etiam in turri prophana existentes nullatenus vsui prophano inseruire debent,etiamsi in hunc vsum à secularibus fabricatæ prætenderentur. ibid.38

Fratres Prædicatores olim in Curia Romana litem habuerunt super Campanis habendis. 205.57

Religiosi in diebus non solemnibus vnam tantùm Campanam pulsare debent. 206.66

Cathedralis Ecclesia Mediolanensis Prouinciæ, septem, aut quinque Campanas habere potest. 206.67

Collegiatæ Ecclesiæ Prouinciæ Mediolan. tres Campanas habere possunt, grandiorem scilicet, mediam,& minimam. ibid.68

Parochiales Ecclesiæ in Prouincia Mediolanen. duas saltem Campanas habere possunt.ibid. 69

Campanarum sonitus assiduus, & intempestiuus prohiberi potest. 208.88

Campanarum pulsationes sunt cum discretione habendæ,habito respectu ad tempus diei, ad celebrationem festiuitatum,& ad qualitatem defuncti, pro quo pulsantur. ibid.90

Campanarum pulsationes non sunt relinquendæ iudicio indiscreti Campanarij,aut alterius iuuenis otiosi. ibid.91

Patres Societatis Iesu solent pulsare suas Campanas statis quibusdam horis duntaxat, & per modicum temporis spatium. 209.93

Campana ad electionem debet pulsari de commissione habentis auctoritatem. 241.125

Vide *Nola*.

Campanile.

Campanile dicitur locus, cui Campanæ imponuntur. 204.40

Campanilis pro ampliatione, poterit Ecclesia cogere vicinos ad vicinam domum vendendam. ibid.42

Campanile in Ecclesia ædificare respicit publicam vtilitatem. ibid.43

Candela.

Candelarum vsum in Ecclesia non defuerunt qui malè improbent. 216.63

Canon.

Vide *Lex*.

Canonicatus.

Canonicatus habens onus Missarum seu celebrandi certis diebus est Sacerdotalis. 262.2.

Canonicatum esse Sacerdotalem si testator dicat quod Presbyter per se vel alium debeat singulis hebdomadibus celebrare Missas, qui teneant. 271.13

Canonicatus non dicitur Sacerdotalis ex impositione oneris Missarum. ibid.15

Canonici qui tenentur ad residentiam, & debent per se ipsos celebrare Missam maiorem,videntur insinuare quod eorum Canonicatus sunt Presbyterales. 272.16

Canonicatus quando est sacerdotalis non potest de illo prouideri,nisi illi, qui infra annum possit ad sacerdotium promoueri. 274.42,43.

Canonicus.

Canonici dicuntur de Capitulo, licèt non sint in Sacris. 38.114

Canonici

Canonici plures causa studij fructus suarum Præbendarum in absentia percipiunt, dummodo id status Ecclesiæ patiatur. 90.44

Canonicorum Regularium appellatione in Decreti & Decretalium libris veniunt professi regulam S. Augustini. 99.58

Canonici omnes in Ecclesia Compostellana ex consuetudine debent esse Diaconi, vel actu ipso, vel saltim habitu. 252.2

Canonici impediti exemptio non perimit Ordinis exemptionē quam aliàs habet præbenda. 253.19

Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ esse potest, qui solum ætatem 14. annorum agit. 270.2

Canonicatus, qui habet Ordinem sacrum annexum, eam ætatem requirunt, quam requirit Ordo annexus. ibid.3

Canonici qui per seipsos tenentur celebrare Missam maiorem, debent per necesse habere Ordinem sacerdotalem. 271.7

Canonicus Collegiatæ non obstante residentia potest esse initiatus prima Tonsura & 14. annum attigerit. 272.18

Onus celebrandi Canonicis Collegiatæ de Alcala non fuit restrictum ad certum Canonicum. ibid.19

Canonici etiam Collegiatæ per se, & non per substitutum inseruire debent. ibid.20

Canonico impedito infirmitate, vel defectu Ordinis ad celebrandum Missam maiorem quomodo prouidendum. ibid.23

Canonici debent per seipsos, & non per substitutum inseruire, non obstante quacunque consuetudine etiam immemorabili in contrarium 273. 35. intellige vt *num*. 36.

Canonici Collegiatæ de Alcala de Henares sine Ordine sacro qui ibi existerent. 275.58, 59

Capacitas.

Capacitas in præsentato ad beneficium de quo tempore debet interuenire? 180.33

Capacitas personarum attenditur secundum tempus, quo actus ad personas applicatur. 221.16

Capellania.

Capellaniæ nec actu, nec aptitudine dici possunt Sacerdotales eo quod in fundatione dicatur Capellanum debere celebrare Missas. 262.6

Ciarlini opinio reprobatur. ibid. 7

Capitulatio.

Capitulationes quæ fiunt pro contrahendo aliquo matrimonio censentur illius pars. 357..02

Capitulationes non solùm censentur factæ respectu filij, sed etiam vxoris, aliàs forsasse matrimonium non contracturæ. ibid 103

Capitulum.

Capitulum Generale Fratrum Minorum ex quo habet diem præfixam in vigilia Pentecostes, non potest à Generali differri. 233.56

Capitulum potest prorogari existente causa seditionis aut terroris armorum. 234. 60. intelligitur vt n. 61. 62. 63.

Capituli dissolutio quomodo facienda. 238.104

Capituli maior, & sanior pars verum consensum exprimit. ibid. 110

Capituli maior pars in electionibus intelligi debet respectu totius corporis. 2 9.112

Capitulum non potest statuere in his, quæ tangunt iura singularium personarum. 276. 0

Capituli consuetudo etiam iurata inducens facti inualiditatem, in quo omnes non concordauerint, non est valida. 321.37

Captus.

Captum in causis Fidei magnam infamiæ notam inurit. 305.2

Cardinalis.

Cardinalis Bellarmini responsio ad consultationem Clementis VIII. 121.46

Cardinalis N. descendens ab auis conuersis 138. 142

Cardinales quamuis expresse non nominentur, censentur in concessione subsidij inclusi. 55 7

Cardinalis Archiepiscopus Hispalen. potest hodie per se solum & absque Capitulo prouidere Canonicatus, & Portiones suæ Ecclesiæ, exceptis tantum quatuor mensibus Ordinariis 18 . 33

Cardinalis de Borgia moritur Matriti de mense Decembris 1645. 324.1

Eminentissimus D Card de Sandoual residendi apud suā Ecclesiā Giennen. auidissimus.. 2 .28

Cardinales comprehenduntur in dispositionibus generalibus, & in concernentibus bonum, & vtilitatem Ecclesiæ. 332 6

Cardinales comprehenduntur in odiosis quando odium est irrationale. 333.7

Cardinalis non comprehenditur sub dispositione odiosa, cuius ratio Cardinalitiæ dignitati non est adaptabilis. ibid. 17

Cardinalis dicitur membrum ac pars corporis Papæ, & filius specialis Ecclesiæ Catholicæ nuncupatur. 334.18

Cardinales non iurant fidelitatem Papæ. ibid.19

Cardinales æquiparātur Regibus, qui nō dedignantur Cardinalium collegio locum cedere. ibid.20

Reip. Christianæ tota Maiestas residet in Cardinalibus. ibid.21

Cardinales offendentes incidunt in crimen læsæ Maiestatis. ibid 22

Collegium Cardinalium dicitur ipsius Romanæ Ecclesiæ gremium, & Senatus diuinus. ibid. 23

Cardinalis maiori gaudet prærogatiua, quam Archiepiscopus. ibid.25

Cardinales legitimis, & honestis natalibus nati esse debent. ibid. 6

Cardinales inter nobiles connumerantur. ibid.27

Cardinalis ratione consanguinitatis dicitur pars corporis Papæ ibid. 31

Castitas.

Castitatis promissio dē sui natura requirit qualitatem libertatis a coactione. 25.15

Castitas est voti, non præcepti. ibid.16

Castitas non est de substantia & essentia Ordinis Subdiaconatus. 26.23

Ecclesia non intendit grauare fideles inuitos ad perpetuam castitatem. 2 . 40

Statutum Ecclesiæ de seruanda castitate sacris Ordinibus annexa ex quibus cōponatur. ib.41

Castitas indicta Ordini sacro ex immediata constitutione Ecclesiæ, secundùm aliquos. ibid. 43

Castrum.

Castrum cum territorio si nobili concedatur, debet habere territorium postea auctum. 107.44

Castri, aut loci in generali donatione, seu concessione non venit iurisdictio. 368. 201

Casus.

Casus nunquam euenit idem per omnia. 183.63

Casus contingentia, & articuli discutiendi referuntur. 252.3

Casus lamentabilis euentus narratur 305.1

Casus plures in aliqua lege seu dispositione de

per se stantes dicuntur diuidui. 311.6

Cathedraticum.

Cathedratici an debeant docere conducti, & salariati vt in absentia suarum præbendarum fructus percipere valeant. 89.39

Causa.

Causa ex qua inductus pater filium vexabat, quomodo cessauerit. 36.95

Causæ impulsiuæ vitium semper vitiat etiamsi concedens esset concessurus. 65.47

Causæ finalis defectus semper reddit actum nullum. ibid.48

Causæ qualibet in concessione apposita à Principe præsumitur finalis. ibid 49

Causa finalis semper attendi debet. 312.11

Instructa dicitur causa quando est in calculo ferendæ sententiæ. 350.41

Causam pendentem coram Vicario suo potest Episcopus ad se auocare. 360.127

Causam in negotio principali retinere potest Iudex superior quando inferior in aliquo incidenti grauauit appellantem. 367.196

Censualia.

Censualia onera super bonis Ecclesiasticis imposita deducenda sunt antequam subsidium soluatur. 157.88

Census.

Census dominus antequam depositum fiat, citandus est ad recipiendum pretium census vnà cum redditibus decursis, & ad reuendendum censum cum comminatione quod aliàs fiet depositum. 44 7

Cẽsus parte inuita nõ potest redimi pro parte. ib.15

Marito potest fieri census redemptio. 48.24

Prælato, orphanotropho, vel administratori ciuitatis fieri potest census redemptio. ibid. 25

Census venditor, ex quo maioratus fuit institutus, vel capellania fundata, quomodo illum redimere valeat? ibid. 26

Census emptor solum emit ius quoddã percipiendi & exigendi à venditore certam pensionẽ, aut redditus annuos, non vero proprietatem. 152.15

Census ante omnia solui debet superiori. 154.45

Census siue alia onera si reperiantur imposita super rebus, & bonis ecclesiasticis, bona & res illæ pro concurrenti quantitate censentur alienatæ, siue venditæ. 156.65

Census emptor videtur emere fundum, vel domum, super quibus census imponitur. ibid.66

Census super bonis vniuersitatum Ecclesiasticarum impositi an sint Ecclesiastici. 157.89

Census est ius quoddam reale ad percipiendum annuum redditum, quod inhæret rei, super qua imponitur. 158.90

Census sine re constitui non potest. ibid. 91

Census ad iustitiam requiritur, vt ex fundo, vel re, super quo imponitur, percipiantur fructus, qui pensioni commensurentur. ibid. 92

Census redditus loco fructuum sunt deputati. ib.93

Censuum pensitationes deduci debent in solutione decimæ Papalis. 158.95

Census non tam hypothecam inducit quàm ius quoddam, & onus reale prædio inhærens quod transit in quemcunque possessorem. 159 105

Census in constitutione principalius consideratur ius reale, & personalis obligatio est accessoria. ibid. 107

Census ex post facto impositus deducitur in collecta. 160.111

Cereus.

Cerei rebus Ecclesiæ sacris semper in Hispania adhibiti. 216.61

Cessio.

Cessio quæ dicatur, & quæ resignatio, & in quo differant? 224.10

Relatum in supplicatione cessionis habetur pro narratiua cedentis, & cessionarij. 225.14

Character.

Character imprimitur inordinato, vel baptizato per vim conditionalem, seu causatiuam. 25.8

Character cuiuslibet Ordinis sacri potest imprimi infanti vnius diei, modò sit baptizatus. 26.22

Charitatiuum.

Charitatiuum subsidium personis Ecclesiasticis non imponitur, sed redditibus. 156.70

Charta.

Pretium excessiuum chartæ sigillatæ ostenditur. 312.4

Charta ad euitandas fraudes olim apud Romanos signabatur. ibid. 5

Tributum chartæ sigillatæ omnibus maximum, & vasallis magis onerosum. ibid. 14

Clerici in ecclesiasticis Tribunalibus nõ tenentur obseruare pragmaticam sanctionem super charta sigillata. 315.29

Christianus.

Christiani nouiter ad Fidem cõuersi ex voto sancti Ignatij in Societate sunt admittendi. 124.60

& ex voto R. P. Didaci Lainez. ibid.61

& ex voto R.P.Alphonsi Salmerõ Toletani.ib.62

Distinctio inter nouos & antiquos Christi fideles est quasi hæretica. 125.72

Diuisiones inter nouos, & antiquos Christianos sunt contra charitatem & vnitatem Christianam, & schismaticæ, & erroneæ. ibid.73

Christianus nullus in obsidione Hierosolym. remansit intra ciuitatem. 159.146

Christiani mortui passim dicuntur dormire in nouo Testamento. 211.4

Fideles Christiani olim Sancti appellabantur. 216.65

Christicola.

Differentia noui, veterisque Christicolæ vniuersorum animos à Fide distrahit. 124.65

Citatio.

Citatio ad recipiendam sortem cum reditibus depositam debet fieri personis legitimis, quæ liberè possint recipere solutionem. 48.23

Citationis, & notificationis defectum supplet comparitio partis. 51.8

Citatio non necessaria nulliter facta non obest, nec actus nullitatem inducit. 165.66

Citatio pro singulis horis, & diebus tanquam incerta nullius est momenti. 350.43

Ciuis.

Ciues optimi, & de Rep. benemeriti muneribus honoribusque honestandi sunt. 128.90

Ciues vt æquali iure inter se viuant summopere laborandum. 129.92

Clausula.

Claus. *cum libera & generali administratione*, plerumque absque dominorum consensu apponunt Notarij. 46.6

Claus. *Prout constitutum est solui*, non stat conditionaliter, sed causatiuè. 106.35

Claus. *Ex nunc prout ex tũc*, operatur vt actus postea factus censeatur iam à principio factus. 108.2

& quòd

& quòd vnum tempus videatur alteri inesse. ib.3
Claus. *Ex nunc prout ex tunc*, est retrotractiua ad tempus datæ. ibid.4
Claus. *Ex nūc*, in dispositione cōditionali nō operatur retrotractionē nisi iustificata cōditione. ib.6
Claus. *ex nunc*, in gratia conditionali refertur ad diem conditionis. ibid.7
Claus. *cum clericali charactere insignitus fueris*, intelligitur de charactere exequibili. 109.15
Claus. *Saluis reseruationibus, & affectionibus Apostol.* stante in nullo casu intrat alternatiua. 147.16
Claus. *Sublata*, in Breui obtento ad instantiam partis sine alia claus. quod dari non possit de obreptione, non operatur nisi prius iustificentur narrata. 188.16
Claus. *Ex certa scientia* quando est apposita nulla præcedente causæ cognitione, nihil operatur. 189.29
Claus. *Ex certa scientia* nihil operatur si apposita sit super negotio de quo Papa nullam habebat notitiam. ibid.30
Claus. *Ex certa scientia* falsitatem purgare, aut erroneam informationem supplere non potest, ib.31
Claus. *Supplentes* non operatur vbi processum fuit sine causæ cognitione. ibid.32
Claus. *Sublata*, iuncta cum alia quod non possit dari de subreptione, habet vim claudendi os cuicunque Iudici & parti. ibid. 34
Claus. *Sine per obitum Ioannis*, est accessoria ad resignationem narratam. 224.7
Claus. *eo ipso, ipso facto, ipso iure*, nullam aliam requirunt Iudicis sententiam. 232.40
Claus. *sublata*, claudit os parti. 233.50
Claus. *sublata* adimit Iudici facultatem aliter iudicandi, declarandi, aut interpretandi. ibid.51
Clausulæ importantes latā sententiam quæ? 235.71
Clausula Bullæ coadiutoriæ de qua agitur, refertur. 263.20
Clausulæ Bullæ importantes vacationem & prouisionem. ibid.22
Clausula, *Sine præiudicio*, nihil noui tribuit. 267.10
Clausula, *dummodo causa non sit instructa*, de quo tempore intelligatur? 350.42
Clausula referens quando habet perfectam dispositionem, & ad aliam refertur, non debet attendi dispositio relata. 381.322

Clericatus, & Clericus.

Clericatus requiritur de eo tempore, quo præsentatus coram Ordinario sistatur ab eo institutionem accepturus. 41.3
Clericis prohibetur cupiditatis negotia suscipere. 98.50
Clerici possunt exercere iurisdictionem temporalē annexam ecclesiasticæ iurisdictioni, dummodo non infligant pœnam mortis, aut truncationis membrorum 99.55
Clericis & Regularibus personis prohibitum est munus iudicandi causas ciuiles non excepta natura actus, quia per se malus est, sed ex speciali iuris prohibitione. ibid.56
Clericus laico deseruire non potest in domo, vel extra pro suis negotiis peragendis. ibid.63
Clerici post Ordines susceptos, licet Curialitatis officia exercuerint, nullam irregularitatem incurrunt. 100.7
Clerici an possint esse Consilij, seu ministri in Curiis Principum & Regum? 100.67
Clericus ex commissione Principis bene potest cognoscere de causis criminalibus, dummodo non deueniat ad condemnationem sanguinis. 102.78
Clerici & Religiosi prohibentur grauissimis pœnis in bello militare. ibid. 80
Clerici & Religiosi quando possint ad bellum iustum persuaderi, & hortari? ibid.81
Clericus potest esse de consilio rerum bellicarum. ibid. 82.
Clerici sine metu alicuius irregularitatis occasione Curialitatis contractæ possunt esse iudices Principum in causis ciuilibus. 101.73
Clericus qui non habet characterem exequibilem non est capax beneficij, nec pensionis. 109.16
Clericos incarcerare non posse Episcopos per suos ministros qui teneant. 111.9
Clerici non obstante clericatu ciues sunt, & membra Reip. 314.36
Clericus, qui habet beneficium ex quo soluit alicui annuū censum, non tenetur solidū soluere. 156.68
Vide *Religiosus*.

Coadiutor.

Coadiutor de tempore gratiæ coadiutoriæ debet esse illius ætatis, quam requirit Præbenda coadiuti. 257.22
Coadiutore præmortuo si coadiutus deinde in mēse Ordinario obierit, nō impedit affectum. 258.30
Coadiutor tenetur iustificare causam coadiutoriæ in litteris expressam cum aliter non intret reseruatio, vel affectio ad eius fauorem. 261.1
Coadiutores pars prouisiua non corruit, etiamsi coadiutus moriatur antequam coadiutor de coadiutoria fuisset certificatus. 263.18
Coadiutoris deputatio, & prouisio futuræ successionis, ex defectu personæ, cui fit, nulla est. 264.26

Coadiutoria.

Coadiutoria conceditur intuitu Ecclesiæ, non alicuius personæ. 257.19
Coadiutoriæ concedendæ causa est infirmitas narrata coadiuti. ibid.20
Papa per coadiutoriā non apponit manum absolute super Canonicatū ad effectum conferendi sed limitate ad affectum prouidendi necessitati Ecclesiæ. ibid.21
Papa in coadiutoria habet intentionem conferendi saltim pręuentiue cum deuenerit ad futuram successionem. 258.33
Coadiutoria non subsistente corruit futura successio. ibid.34
Papa in coadiutoria manum apponit super beneficio pleno, & ad effectum prouidendi necessitati Ecclesiæ. 259.46
Coadiutoriæ & futuræ successionis gratia quando æquè principaliter conceditur, deficiente vna, potest alia existere. 263.16
Coadiutoria est nulla si mortuus sit coadiutor de tempore datæ. ibid.23
Coadiutoria conceditur propter necessitatem Ecclesiæ, vel euidentem eius vtilitatem non intuitu personæ. 264.34

Coadiutus.

Coadiuto mortuo si se opponat prouisus ex ea vacatione ab Ordinario, tenetur ipse coadiutor iustificare causam coadiutoriæ. 257.18
Coadiutus si moriatur ante datam non potest deueniri ad iustificationem gratiæ cum futura successione. 263.14
Coadiutus si moriatur ante datum Bullarum, non intrant earum clausulæ. 264.25

Cœmeterium.

Cœmeteria sunt Ecclesiarum velut atria. 211.2
Cœmeteria quasi dormitoria dicuntur. ibid.3

Germani vocant Cœmeteria agros Dei, & ob quam rationem, ostenditur. ibid. 6
Episcopi olim in Cœmeteriis Synodos congregabant, Sacramenta administrabant, & verbum Dei prædicabant. ibid.7
Cœmeteria, sacra & Religiosa semper fuerunt loca. 212.8
Liberius Papa in Cœmeterio Nouellæ habitauit, ibique baptizauit 4012. personas. ibid.9
Joannes I I. restaurauit Cœmeteria SS. Martyrum, & statuit vt luminaria super illis ponerentur. ibid.10
Fideles cum ab Ecclesiis Vrbanis excluderentur per hæreticos, ad Cœmeteria se recipiebãt ib.11
Imperatores persecutionem in Christianos instaurare constituentes edictis publicis eos à Cœmeteriis arcebant. ibid.12
Imperatores pacem Ecclesiæ reddere volentes Cœmeteria frequentare Christianos permittebant. ibid.13
Valerianus promulgauit edictum, vt Christiani in Cœmeteria non ingrederentur. ibid. 14
Maximus Imp. Orientis prohibuit Christianis solitos conuentus in Cœmeteriis facere ibid.15
Gallienus Imp. concessit vt Episcopi liberã Cœmeteria adeundi potestatem haberent. ibid.16
Cœmeteria post Imperatorũ persecutiones frequenti cœtu à Fidelibus visitari solebant. ibid 17
Abraham institutum Cœmeterij condendi inuenit. ibid.18
Cœmeteria olim alia intra vrbes, alia extra. ibid.22.
Cœmeteria quando ab Ecclesiis distingui cœperunt? ibid.26
Cœmeterium hodie Parochialis Ecclesia solùm habere potest. 213.27
Cœmeteria vrbis Romæ qui referant? ibid. 28
Cœmeteria apud Catholicos consecrantur. ibid.33
Ecclesia consecrata, etiam Cœmeterium ei contiguum præsumitur consecratum. ibid.34
Consecrationis Cœmeteriorũ causa est, vt multa preces ad solatium Fideliũ illic quiescentiũ fieri debeant, & vt inde lõgè Dæmones abigãtur. ib.35
Cœmeteriis solemni ritu Deo consecratis non sinuntur Dæmones grassari. ibid.36
Cœmeteria sacrata, quare Catholicis in honore sint, ac reuerentia? ibid.37
Actiones prophanæ in Cœmeteriis non sunt faciendæ. ibid.38
Ebrietates, & luxuriosa conuiuia à Cœmeteriis auferenda. ibid.39
Fœminæ in Cœmeteriis non debent peruigilare. ibid. 40
Cœmeterium quoad consecrationem, sacrilegium, & interdictum Ecclesiæ æquiparantur. 214. 41.
Cœmeterium eodem modo polluitur, quo Ecclesia. ibid.42
Copula in Cœmeterio habita, & sanguinis, ac seminis peccaminosa effusio, sacrilega sunt. ib.43
Cœmeterium quando censeatur pollutum, Ecclesia polluta, vel è contra. ibid.44.
Cœmeteria duo quando sunt contigua pariete intermedio, vno polluto non censetur aliud pollutum. ibid.45
Quid si paries vtriusque sit communis cum vna porta? ibid.46
Cœmeterium per Episcopum consecratum si polluatur, illud reconciliari debet. ibid.47
Cœmeterium ad sepeliendum destinatum per Parochum sacerdotem aqua exorcizata reconciliari potest. ibid.48
Cœmeterium Ecclesiæ contiguum censetur reconciliatum, ipsa Ecclesia reconciliata. ibid.49
Cœmeterij consecrati reconciliatio non est committenda alteri quàm Episcopo. ibid. 50
Immunitate Ecclesiastica gaudet Cœmeterium siue coniunctum Ecclesiæ, siue ab ea separatum. ibid.51
Cœmeterium & Ecclesia quoad sepulturam concedendam, vel negandam æquiparatur. 215. 53
Cœmeterium quando dicatur locus Sacer & Religiosus, si in eo mortui sepulti sint, ostenditur? ibid.54
Cœmeterium auctum sine Episcopi auctoritate in ea parte aucta mortui sepeliri nõ possunt. ibid.16
Clerici quare per aliquod tẽpus antequam Presbyteratus, vel Diaconatus ordinẽ susciperent, Cœmeterijs Martyrum adhærere iubebantur. 216. 67
Ementes in Cœmeterio non peccant mortaliter, sed venialiter. ibid.71.& 81
Cœmeteriis non licet quicquam venale lucri causa exponere nisi ad vsum Sacrificij 217. 80
Cœmeteria sunt relaxanda, & extendenda. ibid. 81
Cœmeteria debent esse spatiosa. ibid.82
Cœmeterium consecratum, & pro defunctorum sepulturis destinatum non est trahendum ad laicorum habitationem. ibid 83
Cœmeterium cum sit locus sacer profanari non potest. ibid.85
Cœmeteria non comprehenduntur sub dispositione *Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 7.* 2 8.89
Ædificia nulla in Cœmeterio ponenda. 219.104

Cognitio.

Cognitio super aliqua materia spirituali semper pertinet ad iudicem Ecclesiasticum. 12.82
Cognitio omnis quando præcessit ante sententiam, in executione illius sola nuda remanet. 167.34

Collatio.

Collatio facta non existenti in ætate non validatur, licèt ex tempore efficiatur habilis ætate 41. 8
Collatio inferioris nunquam sustinetur stante reseruatione. 14[illegible].28
Collatio datur resignatario cum decis. adhuc per obitum Ioannis, quia nondum resignans possessionem obtinuerat. 223.3
Collatio vnica contradicta non constituit in quasi possessione iuris conferendi. 236. [illegible]1
Papa iure præuentionis & concursus cum Ordinario, præuenit eum in collatione. 257. 7
Collatio iterum ad Papam pertinet si ab eo prouisus incapax repertus fuerit. ibid.28
Collatio ad Papam pertinet cessante commenda, aut vnione dissoluta. 259.45
Collatio cur ad Papam pertineat cessante commenda, seu vnione dissoluta, non sic cessante coadiutoria. ibid.47
Cardinalis de Lotharingia habuit indultum conferendi cessantibus commendis, & vnionibus. ibid 48.
Cardinali Rodulpho concessum fuit indultum conferendi vacantia etiam per cessionem in manibus Papæ eiusque admissionem. ibid.49
Episcopo Burgi sancti Sepulchri concessum fuit indultum conferendi vacantia apud Sedem Apost. ibid.50
Ordinarius habet de iure intentionem fundatam super collatione omnium beneficiorum existentium intra fines suæ Diœcesis. 260.3
Etiamsi beneficia existant in Ecclesia Regulari. ibid.4

Indulta conferendi beneficia Ordinariis concessa de sui natura sunt fauorabilia. 260.65
Indulta conferendi beneficia Ordinariis concessa sunt latè interpretanda, maximè contra Pontificem concedentem, & in fauorem Ordinarij collatoris. ibid 66

Collecta.

Collectæ onus respicit fructus. 152. 11
Collecta minui debet in iis, qui lapsi sunt facultatibus. 156.67
Collecta propriè dicitur quæ imponitur personis pro rebus,& est variabilis secundùm casus, & occurrentes necessitates. ibid.72
Collectam in tantum quis soluere tenetur, in quantum fructus percipit. 160.10

Collegiata,& Collegium.

Collegiata Carpen.an acceptauerit in specie *Concil.Trid.sess.24.de reform.c.12.* circa Ordinum distributionem. 273.28 & seq.
Collegio sexdecim virorum concessum priuilegium extenditur ad septem collegas postmodum prædicto priuilegio additos. 379.295

Colloquium.

Colloquium refertur venustè quidem & argutè habitum inter Inicum Lopez de Mandoça, & Alphonsum de Carrhagena. 134.122

Commenda.

Commendæ cessantes in dignitatibus, seu officiis claustralibus, non cadunt sub modernis indultis concessis S.R.E.Cardinalibus. 259.59

Commissarius,& Commissum.

Commissarij nominati in testamento cum clausul.vt factum per omnes obtineat firmitatem, nihilominus valet factum à maiori parte. 321.35
Commissum vbi aliquid fuerit per verba denotantia arbitrium boni viri, tenetur Iudex obseruare, & sequi omnes Cânones iuris. 171.97

Commoditas,& Commodum.

Commoditas publica præfertur priuatæ. 204.44
Commodi affectio oculos caliginare solet. 177.10

Compensatio.

Compensatio meritorum tribuenda est iustis laboribus. 120.41

Concessio.

Concessio noua debet interpretari secundùm terminos legis antiquæ. 157. 86
Concessum præsumitur sicut præsumitur immediatè obseruatum postquam emanauit rescriptum. 161.126

Concordia.

Concordare partes etiam inuitas potest Princeps ad lites, & scandala vitanda. 378.286
Concordia à Sede Apost. confirmata inita inter Episcopũ,& Capitulũ Calciaten.refertur.145.2
Concordia præsupponit præexistentiam vsus alternatiuæ. 147.17
Concordia non inducit nouam dispositionem concedendæ alternatiuæ. 147. 19
Concorditer fieri dicitur quod fit per maiorem partem. 321.41

Concubinarius.

Concubinario publico quando sit neganda Eucharistia ostenditur. 331.30

Concursus.

Concursus duorum vinculorum multum operatur. 265. 40

Conditiones.

Conditiones in limine fundationis appositæ magis obligant. 7. 25
Fundator in limine fundationis potest apponere conditiones sibi bene visas etiam contra ius. ibid.24
Conditio, quando importet pactum, siue modum in contractu. 16.121
Conditio donec pendet, non potest dici parti ius quæsitum. 74.4
Conditionis adimplementi verificatio incumbit petenti executionem. ibid.7
Conditio apposita in contractibus vltro, citróque obligatoriis, censetur apposita respectu omnium. 76.24
Conditionis implementi defectus in contractu conditionali operatur defectum consensus respectu omnium. ibid.25
Conditio ab omnibus in contractu apposita ab vno illorum relaxari non potest. ibid.26
Conditionis adimplementum ante vel post tempus, non est admissibile. ibid.29
Conditio quæ in principio, & præfatione contractus fuit apposita, influit in omnes eius partes. ibid. 33
Conditio etiam casualis non retrotrahitur, sed tempus conditionis inspicitur, in rescriptis, & gratiis, quæ imitantur naturam vltimarum voluntatum. 109.8
Conditio dum pendet, dispositio sine effectu manet. 160.114
Conditiones iustæ,& Iuris dispositioni conformes per fundatores appositæ, sunt ad vnguem obseruandæ. 274.49
Conditio quod præsentandus ad capellaniam nullum aliud beneficium obtineat, est iustissima. 322.2
Fundatores possunt in capellaniarum & beneficiorum erectionibus quascunque clausulas sibi bene visas apponere. ibid. 3
Nisi vel natura impossibiles sint, vel turpes, vel contra substantiam beneficij. ibid.4
Conditio dicitur quando disponens vult aliquid impleri ante suam dispositionem, & in quo differat à modo. 351.51
Mixta conditio pro impleta habetur quoties nõ potest impleri per factum eius in cuius persona impleri debet. 351.53
Conditio apposita in fideicommissis, vel maioratibus ducendi consanguineam est valida, & intelligitur accedente Pontificis dispensatione. 352.56

Conductio, & Conductor.

Conductiones vectigalium publicorum vltra triennium non sunt faciendæ. 52. 28
Conductores fiscales aliquando inuiti detinentur in conductione. ibid.23
Conductores veteres præferuntur nouis. ibid.24
Conductores veteres si tantum dare velint, quantum offertur per nouos, illis præferũtur.ibid.26
Conductor primæ conductionis potest secundam habere iam alteri datam, si tantum dare velit. quantum offertur per nouum. ibid.27

Confessarius.

Confessarij absolutio vigore Bullæ Cruciatæ prodest solum pro foro interiori. 346.1
Confessario asserenti se absoluisse à censuris non est credendum in foro externo. ibid.2

Confessio.

Confessio patris probat metum intercessisse in matrimonio filij. 38.123

Confessio propria est maior omnium probatio. 39.124.

Confessio per vim & metu facta non nocet. 65.54

Confessio oris præsumptionem facit eorum, , quæ sunt in corde. 142.14

Confessio Prælati præiudicat Ecclesiæ. 188.17

Confessio Prælati extraiudicialis, & absque necessitate successori & Ecclesiæ non præiudicat, ibid.18

Confessio Prælati voluntaria non potuit præiudicare Ecclesiæ, & successori. 188.20

Confessio voluntaria Prælati quæ dicatur? ibid 21

Confessio facta per Rectores beneficiorum non præiudicat successoribus, & ipsis Ecclesiis, 267.13

Confessio rei cum qualitate ex defectu intentionis est admittenda. 288.26

Præcipuè cùm non adsunt alia indicia animi suspecti. ibid.27

Confessio cum qualitate quando possit diuidi? 292.77

Nemo contra propriam confessionem venire potest. 276 69

Confessio si detegatur erronea, potest per confitentem reuocari. ibid. 70

Confessio sine dependentia qualitatis illi adiacentis potest admitti. 352.62

Confessus.

Naturaliter ratio nobis suadet quod qui contra se confessus est, cōtra alios multo magis confiteretur, si esset memor. 308.24

Confessus de se in criminibus hæresis & contra fidem, potest de sociis interrogari. ibid.25

Confessus in crimine hæresis tenetur socios propalare, licet non interrogetur. ibid.26

Confessus quoad iuris interpretationem pro iudicato habetur. 308.28

Confesso crimine nihil videtur Iudici faciendum, ibid,29.

Confirmatio.

Confirmatio nouam concessionem, & nouum titulum operatur. 104. 3

Confirmatio in forma specifica quæ dicatur. ibid.4

Confirmatio pluries repetita per diuersos primi cōcedentis successores extinguit defectū. ibid.5

Confirmatio Pragmaticæ denuò censetur impetrata post centum annos ab eius editione. 105.17

Generalis in Religione S. Augustini quomodo confirmat Prouinciales. 169.74

Confirmatio electionis fieri potest extraiudicialiter agendo priuata scilicet scientia; & per viam iudicij contradictorij cum processu. 170. 78

Confirmatio etiam temporalis dignitatis potest fieri etiam per viam iudicij. ibid. 80

Confirmatio dum pendet non est electus à sua possessione amouendus si eam habuerit. 174.128

Confirmatio dicitur ex certa scienria quando tenor rei confirmatæ in ea insertus fuit. 189.16

Intellige vbi causæ cognitio præcessit. ibid. 27

Confirmatio in forma communi nihil de nouo tribuit, nec actum reddit validum. ibid.28

Confirmatio, seu infirmatio electionis vbi defertur conscientiis confirmatorum, eorum dicto est fides adhibenda, nec potest moueri quæstio quod malè egerint. 222.30

Confirmationi Apost Papa per quascunque alias litteras derogare non censetur. 233.99

Confirmator.

Confirmator non debet ex abrupto, & inordinatè ad electionem procedere. 170.83

Confirmator potest, & tenetur antequam confirmat inquirere de idoneitate electi, & de forma electionis etiam absque contradictore. 169.77

Confirmator quando procedit iudicialiter tenetur partes citare, & iuris ordinem seruare. 170. 79

Confirmatores quando ex priuata scientia possunt confirmare, vel infirmare electionem? 222.29

Confraternitas.

Confraternitas etiam laicorum auctoritate Ordinarij erecta ad opera pia est ecclesiastica. 12. 80

Cōtrouersiæ inter Confraternitatēs etiam laicorū super præcedentiis in processionibus semper spectant ad forum Ecclesiasticum. ibid.84

Confraternitas Battutorum non potuit per Doctores expelli eo quòd rumor, qui per illos fiebat, esset eorum studijs molestus. 208. 81

Congregatio.

Congregationis fundatio cum suis statutis, & ordinationibus confirmata per Sedem Apostol. 10. 64

Congregatio mancipiorum sanctissimi Sacramenti sita in Ecclesia Conuentus Monialium Equitis de Gratiis, in quibus occupetur. 18. 146

Congregationis seruorum sanctissimi Sacramenti Magdalenæ deuota exercitia. 19. 148

Congregationis Sacerdorum indignorum ministrorum Saluatoris, deuota & pia exercitia, ibid.149

Congregationes reformatæ S. Benedicti quinque sunt. 93. 5

Congregatio Italica S. Benedicti dicebatur olim S. Iustinæ: nunc appellatur Cassinensis ibid. 6

Congregatio Sacerdotum, qui dicuntur indigni Ministri Saluatoris in congressibus litterariis quæstiones morales examinant confessariis perutiles, & necessarias. 328.1

Congrua.

Congrua debetur Rectoribus Parochialium, & Vicariis perpetuis, qui exercent curam animarum, & tenentur personaliter residere. 247.6

Congrua non debetur beneficiatis simplicibus. ibid.7

Congruæ assignatio cessat, cura animarum siue eius exercitio cessante. ibid. 8

Coniectura.

Coniecturæ simul iunctæ cùm tendunt ad eundem finem, metum plenissimè probant. 37.110

Coniugium.

Pontificibus Romanis speciali quasi priuilegio expresè conc essa reperitur facultas spiritua- le coniugium dissoluendi. 325.15

Coniugium spirituale contrahitur inter Episcopum, & Ecclesiam. ibid.16

Vinculum coniugij spiritualis iure humano, seu Pontificio est dissolubile. ibid.17

Consanguineus.

Consanguineus proximior etiam per lineam spuriam an præferendus legitimo remotiori? 183.61

Consecratio.

Consecrationis Episcopi essentiale consistit in impositione manuum, verborum forma non exclusa. 95. 2?

Consensus.

Consensus si fictus fuerit tempore constituti Procuratoris ad contrahendum matrimonium, nihil obstabit si quo tempore ille nomine constituentis

tis contrahit, verus intercedat. 70.12
Consentiens in vna parte videtur approbare,& ratificare omnia contenta in aliis. 225.15
Depositio quando omnium requirit consensum, sufficit quod interueniat consensus maioris partis. 321.36
Consentiens videtur constituere. 353.64

Conseruatio.

Conseruatio illarum rerum & dispositionum, in quibus Rex manum apposuit, attendenda est. 172.104

Consignatio.

Consignatio, & depositio nihil prodest nisi prius pretium sit oblatum ei, cui solui debet. 52.15

Consilium.

Malum consilium est quod mutari non potest. 11.72

Constitutio.

Constitutio noua ligare non potest ante promulgationem etiam scientes. 49.38
Constitutio ligat priusquam promulgetur si cum scientia concurrat fraus in alterius detrimentum. ibid.39
Narratiua Cōstitutionis Vrbanæ refertur. 187.8
Ratio procemialis Constitutionis Vrbanæ ponderatur. ibid.9
Constitutionis Vrbanæ intellectus vbi reperiatur. ibid.10
Constitutio Vrbana loquitur non dum de ipsis indultis, sed etiam de aliis facultatibus, & præsertim de exceptione vt Cardinales non comprehendantur sub regula. ibid.11
Constitutio Vrbana comprehendit etiam beneficia, quorum collatio ratione mensium spectaret ad Papam si Cardinales comprehenderentur sub reg. reseruatoria mensium. 188.12
Refertur summa alterius Constitutionis Vrbanæ ad fauorem Capituli Hispalensis. ibid.13
Constitutiones sunt leges primitiuæ & fundamentales. 220.2
Constitutiones singulorum Ordinum, seu monasteriorum obseruandæ. 229.9
Constitutio vna solet aliam declarare. 230.23
Constitutiones loquentes de Capitulo Generali bene adaptantur ad Constitutiones disponentes de Capitulo Prouinciali. ibid.24
Constitutio Martini V. in §.2. refertur. 231.37
Constitutio Religionis S. Augustini refertur 240.121,122
Refertur Constitutio Ordinis S. Augustini, 242.132,133
Constitutio S. Ecclesiæ Compostellanæ refertur. 252.1
Constitutio dubia recipit interpretationem passiuam ex rubro. 253.11,12
Constitutio vna solet aliam declarare. ibid.13
Interpretatio mentis Constitutionum colligitur ex earum serie. 253.14
Constitutio Pauli V. super moderatione Indultorum Cardinalium. 265.52
Constitutio Ecclesiæ Collegiatæ de Alcala de Henares refertur. 270.5,6
Constitutio Ecclesiæ Collegiatæ de Alcala de Henares intelligitur. 271.8
Constitutio Pauli IV. & alia Clementis VIII. non practicantur in sancto Officio. 293.80

Consuetudo.

Consuetudo obtinendi duas Dignitates in eadem Ecclesia, improbatur, nisi cum illa concurreret allegatio priuilegij. 106.23
Consuetudo, quæ non admittit ad Præbendas nisi nobilem, & illustrem, non est seruanda. 113.52
Consuetudo interpretatiua rudes sermones, & etiam significata transformat. 161.120
Consuetudo supplet verba omissa in dispositione. ibid.121.
Consuetudo vt forenses collectentur pro bonis sitis in alieno territorio, restringitur ad illos tantum, qui consueuerunt soluere. ibid.123
Consuetudo non est trahenda de loco ad locum. 206.63
Consuetudo de iure probanda in casu indiuiduo, vt afficiat. ibid.64
Consuetudo est probanda, quòd particulariter vigeat in ista Ecclesia, vel quòd sit generalis ad omnes Ecclesias sitas in Diœcesi. ibid.65
Papæ consensus requiritur ad inducendam consuetudinem contra ius. 206.70
Consuetudo requirit actus vniformes. 207.71
Consuetudo quando est varia, non potest recedi à iure communi. ibid.72
Consuetudo licitum facere potest, quod aliàs erat illicitum. ibid.74
Consuetudo non extenditur de casu ad casum, nec de loco ad locum. ibid.75
Consuetudo est circumscripta loco, tantumque habet de potentia, quantum de actu. ibid.76
Quod tibi non prodest, mihi autem nocet, facere haud potes. ibid.77
Consuetudinis mutatio perturbat, & nouitatem inducit. ibid.78
Consuetudo spoliandi mortuos in cryptis à Iudæis initium sumpsit. 212.19
Consuetudo efficit vt Præbenda sit Sacerdotalis, Diaconalis, vel Subdiaconalis. 253.15
Consuetudo immemorialis Missas decantandi per substitutum eo casu, quo Canonicis incumbat onus illas decantandi, valet 272.22
Consuetudo non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam. 276.63
Consuetudo particularis est attendenda. ibid.64
Consuetudo contra ius diuinum, aut saltim contra Canonicas Constitutiones, nec addit nec tollit ius. 316.39

Consultor.

Consultorem litterarum tenetur assumere Iudex imperitus. 367.198

Contemptus.

Contemptus censuris coërcendus. 22.178
De contemptu agere potest solus is, qui neglectus, & non vocatus fuit ad electorem. 72.12

Continentia.

Continentia suaderi potest, sed non præcipi nolenti. 25.17
Continentiæ obligatio sacris Ordinibus annexa est directè & immediatè ex præcepto Ecclesiæ, secundùm nonnullos. 27.34

Contractus.

Contractus ab initio voluntarij, ex post facto fiunt necessarij. 7.25
Pœnitentiæ locus non est in contractibus tam nominatis, quàm innominatis postquam res desiit esse integra. ibid.25
Contractum adimplere recusans, tenetur pati rescissionē illius, & restituere quod recepit. ibid.30
Contractus est vltro citròque obligatorius. ibid.31
Contractus aut in totum approbandis, vel reprobandus est. ibid.32

Contrahens

Contrahens vnus actionem non habet ad rescindendum contractum ob non sequutum implementum, ni fiat per viam exceptionis,aut replicationis. 8.40

Contractus correspectiuus si ab vna parte non impleatur, non producit obligationem contra alteram ad fauorem non implentis. ibid.37

Contractus initus pro pace,& concordia inter partes conseruanda debet perpetuò seruari , nec in eo de apicibus iuris disputandum. 9.42

Contractibus etiam natura sua reuocabilibus, si iuramento confirmentur , non potest contraueniri. 10.59

Solemnitates necessariæ ad contractus validitatem si omittantur,tunc ex eo nec ciuilis,nec naturalis obligatio oritur. 13.95

Contractus nullus ex defectu solemnitatum iuramento non firmatur. ibid.96

Contractus inualidus ex defectu solemnitatis substancialis, est inualidus in vtroque foro.ibid.97

Contractus versus in vtilitatem Ecclesiæ adimplendus est in foro conscientiæ,etiamsi non adhibeantur solemnitates iure præscriptæ. ibid.98

Contractum rescindi petentes in foro exteriori, non sunt audiendi , quin priùs omnia restituant. ibid.104

Contractus claudicat in pupillo & minore in eo quòd ei stare tenentur in sibi proficuis. 15.111

Contractus claudicare potest in Ecclesia. Ibid.112

Ecclesia tenetur stare contractui, quando necessariæ solemnitates in illo interuenerunt, ibid.115

Contractus etiam cum Ecclesia celebratus, aut totus approbandus aut totus repudiãdus.ibid.116

Contractus inter Archiepiscopum D. Bernardinum de Almansa, & Moniales initus refertur, 17 133.

Contractus à principio voluntarij , deinde fiunt necessarij. 18.139

Contractus nullitas non potest impedire possessori manutentionem. 20. 65

Persona inducta ad contrahendum per suasionem instantissimam dicitur contrahere per vim & metum. 35. 88

Contractus perfectus quando præcedit , & adiicitur conuentio quæ potest cadere in nomen cõtractus,potius inducitur informatio primi,quàm nouus contractus. 60.64

Contractus naturam non immutauit Christus Dominus,qui matrimonium ad esse Sacramenti eleuauit. 69. 2

Contractus omnes per Procuratorem iure celebrantur. ibid. 3

Contractus matrimonialis vt valeat, consensus internus sufficiens non est , sed oportet eum signis, vel verbis exprimi. ibid.4

Contractus consistunt ex copulato consensu.76.27

Contractus quando dependet à voluntate duorum , non statur voluntati solius promittentis ibid.28

Contractui cum Principe gesto derogari non potest per legem generalem ab eo latam. 105.16

Contrahentes debent interrogari de mutuo consensu. 144. 19

Assensu Pontificio, seu Regio pendente vbi cõtractus fuit celebratus sub conditione quod impetraretur , possunt partes à contractu resilire. 353.68

Parti vnicuique intendenti contrahere in scriptis licitum est ante confectam scripturam à contractu resilire. ibid. 69

Partes tunc dicuntur intendisse contrahere in scriptis quando in ipso contractu ante , vel post fuit facta mentio de scriptura. ibid. 70

Contractus nullus , & inutilis non transfert possessionem. 375.266

Contrahere aut aliquid de suo dare non dicitur Princeps concedens alicui contractui suum consensum,& facultatem. 378.285

Contradictio,& Contradictor.

Contradictio partis quando impediat mandatum de manutenendo. 236.92

Contradictor legitimus non est prouisus ab Ordinario ad impediendam prouiso Apost. immissionem in possessionem beneficij vacantis in mense reseruato. 148. 25

Contrarietas.

Contrarietas vt euitetur debet fieri omnis fauorabilis interpretatio , etiam per impropriecatem verborum. 297. 26

Contrarietas in testibus potest reduci ad concordiam per interpretationem suppletiuam , & etiam per distinctionem temporum. ibid. 27

Contribuens.

Contribuens si ostenderit se grauatum in quantitate distributionis , debet audiri , & grauamen tolli. 155. 60

Contumacia.

Contumacia, & inobedientia graue est delictum, & deterrimi exempli. 22. 177

Conuentio.

Conuentiones in contractu appositæ sunt pars illius,& ei formam imponunt. 8.34

Vide *Pactum*.

Conuersi.

Conuersi tam ex Gentilitate quam ex Iudaismo, eorumque posteri catholicè viuentes ad officia, & dignitates sunt admittendi. 122.48

Conuersi ex Iudaismo ad Fidem Catholicam toto corde, & sine fuco gaudent immunitate ab omnibus tributis, & nobiles habentur. 124.58

Conuersi nouiter ad Fidem , omnes honores , & officia habere possunt, quæ habent cæteri Christiani antiqui. ibid.59

Conuersi ex Hebræis plures insignes viri, Christianissimi,ac doctissimi extitere. ibid.70

Conuersos ad Fidem , vel ab eo descendentes esse ab officiis & beneficiis excludendos quæ asserunt statuta contrariantur Euangelicæ legi , & sacrorum Canonum decretis. 125.71

Conuersi ex Iudæis aliquando in Ecclesias , personas , & bona Christianorum conspirarunt. 127.77

Suspicio sinistra, quæ communiter habetur contra conuersos ex Gente Hebræa purgari potest vel temporis diuturnitate, vel actibus positiuis maioribus Christianitatis.ibid. 79

Suspecti conuersi ab officiis publicis expellendi. 128.82

Statuta excludentia conuersos ab Hebræis fundantur in iusto timore dissimulatæ impietatis. ibid.83

Exclusio conuersorum iusta erit si intelligatur de illis, qui paucis abhinc annis ex perfidis Iudæis & apostatis ad Fidem conuersi fuerunt. ibid.84

Prohibitio ne conuersi ad officia & beneficia admittantur,intra quos gradus possit esse rationabilis. ibid. 85

Suspicio

Suspicio mala, quæ habetur contra nouiter conuersos ad Fidem tollitur ex actibus positiuis denotantibus Christianitatem, & sanam doctrinam. 129.96
Conuersi duo ex Mauris pro Fide Catholica martyrium passi sunt. 130.98
Conuersi ex Hebræis nullatenus sunt excludendi à beneficiis, & officiis si procedant de genere Regio, vel sint illustres, aut eruditione litterarum pollentes, aut præclaritate morum, sanctitatis, &c. ibid.99
Conuersorum sponte descendentes, qui à ducentis annis Christiani sunt, ad collegia, & Cathedrales statuta puritatem sanguinis exigentia habentes, sunt admittendi. 132.111
Henricus Rex cum consilio Petri Thenorij Archiepiscopi Toletani statuit ne aliquis Fidelium conuersus ad Christi fidem repelleretur ab officiis publicis. 133.116
Conuersi ex Iudęis ad Fidem Catholicam retinent priorem nobilitatem. 134.124
Conuersi ad Fidem ex Iudaismo plures referuntur qui post prima tempora sanctitate & litteris floruere. 136.135

Copula.

Copula carnalis quando dicatur probata? 64.9
Copula carnalis non potest directè & concludenter probari per testes de visu. ibid. 10
Copula carnalis est difficilis probationis. ibid.11
Sacrilegium non est quando copula habetur in aliquo loco subterraneo Ecclesiæ. 218.96
Caietani resolutio declaratur. ibid.97

Creditor.

Creditor secundum praxim citari debet ad recipiẽdam sortem cum redditibus consignatam & depositam. 48.22
Creditor recipere non tenetur pecuniam, quæ de proximo secundùm rumorem est minuenda, vel reprobanda, maximè sciente debitore. 49. 36
Creditorũ interesse vbi vertitur, admittitur nouus licitator etiã post subhastationẽ perfectã. 5 . 7
Creditor posterior, de cuius debito legitimè constet præferendus anteriori, de cuius debito constat per scripturam priuatam recognitam, vel confessatam. 56.17
Creditores priuilegiarij præferuntur depositariis, si non extat pecunia deposita. 5 .28
Creditor habens hypothecam siue expressam siue tacitam, præfertur omnibus creditoribus habẽtibus actiones personales etiã priuilegiatas. ibid. o
Creditores depositi inter se prælationẽ non habẽt, quãuis quidã ex illis antiquiores sint aliis ibid.32
Creditores hypothecarij etiam posteriores præferendi sunt depositariis vbi res non extat, ibid. 33.& 44. & seq.
Creditor anterior posteriori præferendus etiam in bonis emptis ex eius pecunia. 60. 59
Curiosi creditores Ecclesiæ, vel minoris in quo debeant esse? 30:.35
Creditoribus nulla fit fraus si debitor de nouo non acquirat dũmodo acquisitũ nõ amittat. 389. 18
Vide *Ecclesia.*

Crimen.

Crimen nullum est, quod ita vituperet famam, & statum hominum, sicut crimen falsi. 177.15
In criminibus non attenditur nisi illorum qualitas, delinquendique animus. 309.36

Cryptæ.

Cryptas, & latebras tempore persecutionis Christiani quærebant. 212.23
Cryptas Romæ dum puer esset ingrediebatur S. Hieronymus. ibid.24
Cryptas Romę auctor pluries ingressus fuit. ibid.25
Cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus. 334.24

Culpa.

Culpa nulla quamquam lata dolo non æquiparatur vbi de pœna mortis agitur. 288.36

Cultus.

Fauor dilatationis, & augmentum cultus diuini præualere debet. 204.45
Cultu superuacuo vtens non excedente facultatem eius, sed statum, peccat venialiter. 329. 5

Curatus.

Curatus licet habeat annexum Ordinem sacerdotij, potest per se, & per alterum munus adimplere. 273. 37

Curiales.

Curiales qui dicantur, ostenditur. 100.69
Curialium irregularitas laicis imposita durante officio. ibid.70

D

Damnum.

Damnum vbi non adest, ibi condemnatio fieri non potest. 375.265

Debitor.

Debitor census qui paratam habet pecuniam pro illius redemptione quæ agere debeat. 46. 21
Debitor per ablatione realẽ excusatur à mora. 47.12
Debitor offerri & protestari debet coram honestis personis quãdo iudicis nõ habetur copia. 48. 19
Ordinem iuridicum, vel statutarium in foro conscientiæ seruare tenetur debitor habens plures creditores priuilegiatos si omnibus soluendo non sit. 154. 82
Debitor an teneatur ex fuga serui aut famuli differentis debitum creditoris, ibid.83

Debitum.

Debitum annuũ ex contractu soluendum singulis annis potest peti & vt debitor cõdẽnetur ad soluendum singulis successiuis annis. 353 71
Executiua cœpta pro debito in certis bonis non potest creditor aliam intentare pro eodem debito in aliis bonis. ibid.72
Debitum non petens per quod tempus præsumatur habuisse satisfactionem? 354.76

Decimæ.

Decimæ contra laicum præscribuntur, ordinario tempore. 106. 27
Decimas pro mensura necessitatũ cõcedere solent Pontifices Principibus Christianis. 151.3
Decima Papalis quæ dicatur? ibid. 4
Decima Papalis accedit potius collectæ quàm tributo. 151.10
Decima Papalis potest augeri, diminuive, actis, & diminutis fructibus. 156.74
Decima Papalis etiamsi imponatur pro fructibus adhuc in pecunia soluitur. 158.94
Decima Papalis est onus quod præcedit censum postea creatum. 160.109
Exactor decimarũ potest domino fundi prohibere ne fructus ex fundo exportet nisi eo, vel eius nuncio præsente. 354.84

Decisio.

Decisiones in causa Parmen. nullitatis Ordinis declaratur. 38. 19
Decisio *cap. non magnopere, & cap. super specula, ne clerici vel mon.* est pœnalis, & odiosa. 86.18
Decisiones Senatus tanquam leges obseruandæ. 167.128.

Decius.

Decius *conf.*6.declaratur. 59. 50

Declaratio, & Declaratoria.

Declarationes Sacræ Cong. quam vim habeant obligandi in vtroque foro. 64.37
Declaratio contraria veritati nihil valet. 65.52
Declaratio interpretatiua cedit cuicunque alteri declarationi à Principe cócedéte factæ.161.124
Declaratio interpretatiua vt introducatur sufficit decē annorum transcursus, cum vno vel duobus actibus. ibid.125
Declaratio non est noua diffinitio,sed antiquæ dispositionis explicatio. 221.21
Addens, minuens, vel alterans non dicitur stare in puris terminis declarationis. 222.25
Declarationes sacræ Cóg.quā vim habeāt.241.123
Declaratio facta in Synodo probat. 267.18
Declaratoria danda contra inobedientes. 22.176
Declaratoria non requiritur ex Rotæ stylo quando sumus in facto notorio. 232.41

Decretum.

Decretum irritans inducit formam. 42. 24
Decreta S.Cong.vt hodie vim habeant obligandi quæ requirantur? 64.39
Decretū irritū operatur nullitatē ab initio.233.52
Decretum irritans inficit titulum,& possessionem. 236 82
Decretum irritans inficit tanto magis possessionem si cadat super certo,& indiuiduali corpore beneficij. ibid. 84
Decretum irritans ligat expresse ipsummet Papam concedentem. 260.67
Decretum irritans cum inhibitione importat affectionem etiamsi non teneat prouisio ex defectu personæ, secus si ex defectu mentis prouidentis. 264.28
Decretum irritans super certo corpore beneficij fortius ligat. 265.53
Decreto corruente corruit quoque consensus eius vigore præstitus, 276.69

Deductum.

Deducta incidenter in vno iudicio possunt pleniùs discuti in alio. 360.131

Defectus.

Defectus cuiuscunque causæ, ex qua Papa moueri potuit ad gratiæ concessionem, facit cessare gratiam. 258.36

Definitio, & Definitor.

Definitio Capituli generalis de anno 1642. refertur. 221 19
Antiquior ex definitoribus quæ facere debeat, 241.135

Delegatus.

Delegatus extra locum commissionis de causa cognoscere non potest. 355.87
Delegatus cui causa appellationis super adiudicatione alicuius beneficij commissa est, non potest instituere. 367.203
Notarium mutare ad sui libitum potest Iudex delegatus. 368.204

Delictum.

Delictū ob aliud delictū nō minuit pœnam.287.14
Delictum mixtum & qualificatum non continetur sub simplici. ibid 15
Delictum adeo enorme puniri oportet in publicum exemplum. ibid.16
Delictum sponte confitēti multum deferendum ad criminis excusationem. ibid.23
Causa delictorum materialis in voluntate consistit. 288.18
Delictum animaduerti non potest vbi deest voluntas,animusque offendendi. ibid.31
Volūtas est qua peccatur,& delinquitur.ibid.32
Confessio in delictis quando minuat pœnam. 29.69
Delictum vnicum dicitur committere, qui facta plura committit, quorum singula continent in se crimen, & facta illa ad eundem finem tendunt. 293.81
Delictum in ianua commissum dicitur prorsus extra Ecclesiam patratum. 296.9
In atrocissimis delictis licitum est Iura transgredi, & solemnitates non adhibere. 307.19
Delicta plura concurrenda nunquam faciunt,vt illius impunitas detur. 309.35
Causa nulla est quæ in delictis extrinsece prauis reum possit excusare. ibid. 37
Delinquentes magis decernuntur per animum, & finem,quibus crimen perpetrant, quàm per ipsum facinus. ibid.38

Deponens.

Deponens quando omnibus creditoribus præferatur? 56.23
Pecuniam vel rem aliquā in sacro deponens, si res extat,præfertur cæteris creditoribus.57.20
Deponens vbi aliquod interesse ex pecunia deposita consequitur,eo ipso censetur renuntiare prælationis priuilegio. 58.24
Deponens regulariter præfertur aliis creditoribus habentibus priuilegia personalia. ibid. 42
Deponentes in casu, vbi affectionem aliquam habent,non probant. 177. 9

Depositarius.

Depositariorum ratio primo loco habetur quoties numularij loco cedunt. 55.3
Depositarius præfertur in personalibus actionibus, creditoribus non habentibus hypothecam, nec priuilegium. 57.29
Depositarius quando dominium transtulit pecuniæ,etiamsi illa reperiatur in bonis decoctoris, nullam habet prælationem. 58. 41

Depositio.

Depositionis præfectæ & consummatę nō præiudicat demonstratio erronea,seu falsa quando constat de re certa legata. 355.88
Liberationem plenissimam consequitur depositarius,qui de mandato Iudicis depositum reddit. ibid, 89
Vide *Consignatio,Oblatio.*

Depositum.

Depositū pretij cēsus nūquā fieri debet exabrupto sed debet prius requiri dominus,& ei offerri debitū corā testibus saltim extraiudicialiter. 44.8
Depositum pretij census faciendum citatione præmissa. ibid. 9
Depositum pretij census debet fieri integrè.ibid.10
Defectus pretij census in deposito etiam in vno nummo facit ne cēsus extinctus,& redemptus maneat. ibid.11
Minores,mulieres, & rustici non excusantur si depositū preti cēsus defectuosū faciāt.ibid.12
Integritas depositi pretij cēsus cōsideratur nō solùm respectu illius,sed etiā fructuū decursorum,& non solutorū pro rata tēporis.ibid.14
Depositum pretij census debet fieri cum vera & reali numeratione. ibid 16
Numeratio vera & realis requiritur in depositis. 45 18
Depositum fieri debet loco congruo. ibid. 9

Locus

Locus incongruus est ad depositum faciendum si illud fiat in loco non conuento. ibid. 20
Depositum vt releuet debitorem, debet fieri authorizante iudice. 47. 17
Depositum habetur pro non facto si fiat coram iudice incompetenti. ibid. 18
Depositum faciendum est de mandato eius iudicis, qui de causa ista aliàs cognoscere valet, si inter contrahentes nihil actum sit. 48. 20
Depositio debet fieri parte citata. ibid. 21
Depositum in quo deficit vnus nummus, non liberat debitorem. ibid. 27
Depositum, in quo per errorem vnus nummus deficit, non causat plenam liberationem, maximè ad redituum extinctionem. ibid. 28
Erroris excusatio, propter quem in deposito vnus nummus defecit, non admittitur etiam in muliere, & rustico. ibid. 29
Depositum fieri debet loco congruo. ibid. 30
Depositum debet fieri in loco in citatione expresso. ibid. 31
Locus incongruus pro deposito erit si oblatio fieret creditori peregrinanti, vel in loco non conuento, vel non destinato solutioni expressè, vel tacitè. ibid. 32
Depositum debet fieri tempore congruo. ibid. 33
Depositum factum ante tempus adiectum solutioni fauore creditoris dicitur fieri tempore congruo. ibid. 34
Depositū dicitur factum tempore incongruo quādo est appositum pactum quòd nō possit soluere debitor, nisi quando creditori placuerit. 49. 35
Depositum, aut oblatio pecuniæ non valet quæ de proximo est reprobanda sciente ipso debitore. ibid. 37
Deposita res si est perempta, seu pecunia consumpta, nec in bonis depositarij inueniatur, nulla prælatio exinde datur. 57. 25
Deposito datur priuilegium propter frequentiam contractuum, & necessarium vsum. ibid. 27
Depositum nullum aliud habet priuilegium quàm ius quoddam prælationis respectu creditorum personalium. ibid. 34
Depositum irregulare quando dicatur? 58. 38
Depositum irregulare non concurrit cum creditoribus hypothecariis nisi essent personales. ibid. 7
Deponens pecuniam numeratam non consequitur prælationis priuilegium. ibid. 38
Depositum magis quam mutuum in dubio præsumendum est. ibid. 45
Depositum non releuat si fiat cum aliqua conditione, protestatione, & cautela. 248. 18

Derogatio.

Princeps de plenitudine potestatis etiam sine causa potest derogare iuri non plenè quæsito, vel quod consistit tantùm in spe. 377. 280

Descendentes.

Descendentes ex gente Hebræorum in gradibus notis & propinquis licitum est excludere ab aliquibus congregationibus propter rationabilem præsumptione de eorū reditu ad vomitū. 28. 81
Descendentes à Caino in generali diluuio periere. 139. 145
Descendens transuersali etiam proximiori præcedere debet. 81. 42
Descendentes ex radice infecta infidelium non sunt admittendi in Ecclesia Toletana. 334. 29

Desistentia.

Desistentia iuris, & recognitio, ac eius confirmatio Apostol. refertur. 188. 19

Determinatio.

Determinare idem est quod certò exprimere, & definire. 43. 5
Determinatio respiciens plura determinabilia æqualiter omnia determinat. 320. 29

Detractio.

Detractionis crimen est genere suo peccatum mortale. 11. 70

Deuolutio.

Deuolutio cessat quoad non culpabiles. 171. 98

Dicatio.

Semel Deo dicatum non est ad humanos vsus transferendum. 217. 48

Dictio.

Dictiones vniuersales restringuntur ad ea, quæ veniunt ex natura sermonis. 157. 83

Didacus.

D. Didacus Osorio laudatur. 141. 2

Dies.

Diei præfixæ aduentus an cōtempletur ad inducēdū tacitā in Prouincialatu renūciationē. 229 11

Difficile.

Difficilius est Prouincias obtinere, quàm facere. 22. 179

Dignitas.

Dignitates maiores post Pontificialem in Cathedrali, & principales in Collegiatis non cadunt sub modernis indultis concessis S. R. E. Cardinalibus. 259 56

Dimissio.

Paratus obtentum dimittere tempore impetrationis alterius, non tenetur de obtento in obtinendis literis Apost. mentionem facere. 244. 8
Dimissio beneficij obtenti non reualidat gratiam nullam ob non factā illius mentionem in impetratione alterius beneficij. ibid. 9
Dimissio primi offerenda ante consecutionem gratiæ secundi. ibid. 11
Oblatio dimissionis beneficij obtenti facienda est in corpore supplicationis obtinēdis ibid. 12
Dimissio, absq; quēs nō facit gratiā valere. ibid. 16
Dimissio ventosa, & ad nihilum profutura non iuuat. 245. 21, 22
Dimissioni contrauenìens censetur fecisse illam ad eludendam. ibid. 23

Disceptatio.

Forenses disceptationes quæ dicantur? 87. 26

Dispensatio.

Dispensatio non facta mentione copulæ præcedentis incestuosæ, est subreptitia. 63. 13
Doctores referuntur qui tenent dispensationē nō valere nisi facta mentione de incestu. ibid. 14. & seqq.
Sacra Cong. Concil. declarauit dispensationem reddi nullā si in ea de copula incestuosa præcedenti non fiat mentio. 64 36
Dispensatio semper est subreptitia si in dispensatione dictum fuerit nullam præcessisse copulam carnalem. 65. 44
Dispensatio semper viciatur ex causæ expressæ falsitate. ibid 45
Expressio falsa sēper dispēsationē viciat. ibid. 46
Dispensationis in materia falsitas etiam causæ impulsiuæ reddit gratiam nullam. Respondetur ad contraria. ibid. 55
Dispensationum preces si probētur falsis testibus, detecta

detecta veritate censenda est ea dispensatio irrita. ibid. 55
Dispensatio in sacra Pœnitentiaria tacitis impetrantium nominibus expediri solet. ibid. 56
Ordinarius tacitè dispensare videtur admittendo aliquem inhabilem inhabilitate in qua possit dispensare. 273.39
Quando sumus in dubio ad effectum dignoscendi an sit annexus Ordo sacerdotalis, vel ne, recurrendum est ad obseruantiam interpretatiuam. 274.40
Ordinarius an possit dispensare cum ordinato extra tempora. ibid. 44. 45
Episcopus non potest dispensare super defectu ætatis. 275. 56
Episcopus non potest etiam de consensu patroni dispensare super defectu qualitatis Sacerdotij. ibid. 57
Episcopus potest dispensare in lege superioris quando dubitatur an res egeat dispensatione. 293.19
Dispensationem si quis per grauamen impetrare teneatur, illam petere & solicitare omni cura tenetur. 352.57
Dispensare idem est quod à legibus soluere. 391. 3
Episcopus in lege superioris dispensare non potest. 391. 4
Pontificis solius est dispensare in impedimentis Iure Pontificio dirimentibus. ibid. 5
Vide *Ætas*.

Dispositio.

Dispositio quælibet declaratur per obseruantiam. 147.21
Dispositio quando est facta à muliere non obseruante statuto simul cum masculo fœmina succedit. 182.57
Dispositio tendens ad vtilitatem Ecclesiæ dicitur fauorabilis. 332.4
Dispositio quando diuersis respectibus continet fauorem, & odium, præualet fauoris respectus. ibid. 5
Dispositio generalis debet restringi ad euitandum absurdum. 335.35
Dispositio quando loquitur de iuribus vniuersalibus, tunc comprehendit bona intra & extra Regnum existentia. 349.32

Distributio.

Distributiones quotidianas non percipiunt absentes causa studiorum nisi consisterent in tota grossa, & massa communi. 90. 47 & 48

Diuersitas.

Diuersitas in testium depositionibus illis fidem non tollit quando eiusdem depositionis substantia est eadem. 797.23

Diues.

Diuitibus eligibilius est mori quàm vilipendi. 117.13

Diuisio.

Diuisio leonina à Iure reprobata. 233.48

Diuortium.

Diuortium propter sæuitias datur, vbi tanta est quòd nulla securitatis cautio sufficiat. 62.3
Diuortio causam iustam quæ tribuant? ibid. 5

Docens.

Docentes & studentes in Theologica facultate integrè percipiunt fructus suarum Præbendarum. 88.30
Docentes, seu studentes ad hoc vt causa studij in absentia fructus percipiant suarum Præbendarum, debent esse in studio generali, seu celebri Vniuersitate. 89.40
Docentes in absentia fructus suarum Præbendarum in absentia percipiunt, quamuis Præbendæ suæ sint in Cathedrali eiusdem ciuitatis. 90. 43
Docentes, nullam habent temporis determinationem ad percipiendos fructus suorum beneficiorum in absentia, secus in studentibus ibid. 45

Doctor, & Doctrina.

Doctor alta voce legens, qui alios impedit, potest cogi vt sileat. 228. 83
Doctor valde excellens, & maximi nominis in Rota sine examine recipi potest, & debet. 336.42
Doctor valde excellens si Auditor Rotæ nominetur, est recipiendus sine examine. 319.51
Doctrinæ ad matrimonij nullitatem facientes bene adaptantur ad similes professionum, & Ordinum nullitates. 28. 44

Dogmatista.

Dogmatistæ, & hæresiarchæ quando ad reconciliationem admittantur? 289.46

Dolus.

Dolo desinens possidere habetur pro possessore ac si verè possideret. 60. 66
Dolus vnius non potest in damnum alterius redundare. ibid. 68
Dolus verus vbi deficit, pœna capitalis imponi non potest. 288 35
Dolus in dubio non præsumitur. 290.58
Vide *Fraus*.

Domesticus.

Domestici & familiares, qui tales non erant tempore depositionis, rectè probant. 39.130

Dominium.

Dominium, ius, & proprietas eleemosynarum, quæ titulo eleemosynæ colliguntur à Syndicis Ordinis S. Francisci spectat ad Romanam Ecclesiam. 55 2
Dominium transfertur in recipientem pecunias ex sola numeratione 58.59
Dominium pecuniæ depositæ penes Thesaurarium ad illum transit. 59. 52
Dominium rerum, quæ Fratribus S. Francisci offeruntur, quo casu in Romanum Pont. transferatur. ibid. 55
Dominium rei emptæ per Prælatum ex fructibus intuitu Ecclesiæ acquisitis irreuocabiliter ipsi Ecclesiæ acquiritur. 195.12
Dominium præsumitur ex possessione donec constet de intrusione, seu iniusta detentatione. 234.66
Dominij in iure non potest maior pars minori præiudicare. 386.361

Domus.

Domus si in partes locetur in vtilitatem domini, non ideo desinet esse eadem domus. 146.13
Incommoditas magna si sequatur, domus vicinæ retrahi non possunt ad ædificationem Ecclesiæ, vel Campanilis. 205.49
Domus ex tribus constat, fundamento, pariete, & tecto. 298.36

Donatarius.

Donatarij acceptationem, & consensum requirit donatio ad sui perfectionem, & quid de iure Castellæ. 356.97, 98
Donatarius si prius decedat quàm donator, donatio causa mortis tacitè reuocatur. 357.100
Donatarius & donator si eodem casu ruinæ, & naufragij

naufragij simul moriantur, donatio firma remanebit. ibid.101
Hæredes donatarij antè acceptationem mortui donationem acceptare valent. ibid.108
Donatarius donationem acceptare potest donatore mortuo. ibid. 109

Donatio.

Donans potest in donatione quam fecit, apponere conditiones,& grauamina sibi bene visa. 7.21
Donatione vtens visus est approbare omnia in ea contenta. 8.38
Donatio facta Ecclesiæ non minus quàm facta aliis, illius acceptationem requirit. 15.117
Donatio facta Ecclesiæ sub conditione post rei conditionem reuocari non potest. 75.11
Donatio dicitur quasi doni datio. 82.35
Donatione ob causam habet locum remedium rescissorium ob enormem læsionem. ibid.36
Donata filio à patre propter benemerita, & vice versa, præsumuntur potius facta ex affectione, quàm ex causa meritorum. ibid. 39
Donatio facta ab Episcopo Regulari ad pios vsus sine dubio valet. 195.17
Donationes factas per Episcopos ante 40.dies proximos eorum morti annullat Pius IV. ibid.
Donatio facta per Episcopum in infirmitate præsumitur facta in fraudem legis eum testari prohibentis. 196.24
Donationes factæ per Episcopos in infirmitate constitutos nullæ sunt, & contrarium qui tenuerint. ibid.31.& 32
Donare ex causa remunerationis potest Episcopus per vltimæ voluntatis actum,dummodo donatio seruitiis correspondeat. 197.36
Donationes remuneratiuæ quæ fiunt ratione præstiti obsequij, pro quo actio non competit, in nihilo à gratuitis differunt. ibid.37
Donatio vasallo,vel militi ob seruitia in officio præstita,à Rege præstita ex causa lucratiua, & non onerosa facta dicitur. ibid. 39
Donatio non egreditur suum auctorem,& ideo non præiudicat successoribus. 268.28
Conditionem vel modum non recipit perfecta donatio ex postfacto, nisi incontinenti, &c. 355.92
Regis donatio etiam perfecta ex interuallo potest modificari. 356.93
Donatio facta ei,qui consentire non potest, illi acquiritur irreuocabiliter absque acceptatione. ibid. 94
Donatio si facta sit alicui,& filiis,aut filiabus, quos elegerit,vel voluerit,& electione non facta moriatur,omnes sunt admittendi. ibid.95
Donatio vni facta vt post eius mortem cuidam tertio deueniat, reuocari potest respectu tertij. ibid.96.
Filio spurio,vel incestuoso facta donatio valet de æquitate Iuris Canonici in quantitate necessaria ad alimenta. ibid.99
Matrimonio dissoluto non cessat effectus donationis contemplatione ipsius factæ. 3?7.105
Donatio facta ad suscipiendos Ordines sacros sustinetur mortuo donatario ante Ordinum susceptionem. ibid.106
Donationem propter nuptias non potest filius retrocedere patri in fraudem vxoris. 363.164
Donare an & quando importet promissio donandi 380.307

Dos.

Dos in prima fundatione assignata, in dubio sufficiens præsumitur. 12.?7
Dos metu constituta est nulla. 25.14
Confessio dotis receptæ constante matrimonio non valet. 358.112
Confessio dotis receptæ facta constante matrimonio in vim præcedentis promissionis per scripturam valet. ibid.113
Confessio augmenti dotis suspecta est. ibid.114
Dos & alimenta filiabus spuriis debita secundùm legem Hispaniæ quintum bonorum excedere non possunt. 185.75
Dos sine matrimonio stare non potest. 389.25
Τὸ, *Dummodo*, restringit & modificat præcedentia. 187.5
Τὸ, *Dumtaxat*,est restrictiua ad vnum casum solum,& concludit negationem in aliis, & excludit omnes alios casus præter expressos. ibid.27
Τὸ, *Dumtaxat*, solemnitatem,& formam inducit, & ipsius transgressio vitiat actum. ibid.28

E

Ebrius.

Ebrij testes à testimonio repellendi. 178.19

Ecclesia.

Ecclesia multo magis quàm alij iustitiæ, & æquitatis naturalis cultrix esse debet. 6.15
Ecclesiarum interest promissa seruare, aliàs enim nullus vellet cum illis contrahere. 15.118
Modus fauore Ecclesiæ intelligitur inducere causam impulsiuam,& non finalem. 16.122
Ecclesia quandoque dispensat super castitate in ordinato. 26.24
Ecclesia habet tacitam hypothecam in bonis Prælati propter malam administrationem. 55.6
Ecclesiæ priuilegium ad iniquum compendium trahi non debet. 56.19
Ecclesia res Prælati tacitè obligatas habet pro mala administratione, prout mulier obligata tenet mariti bona. 61.71
Ecclesia æquiparatur ciuitati,& non fisco. ibid. 73
Ecclesia Dei regitur & sustinetur litterarum scientiis. 88.29
Ecclesia fundata fuit de Iudæis conuersis. 125.50
Ecclesiæ respectu omnes creditores posteriores sunt. 155.53
Ecclesia Hispalen. erecta de anno 1261. 186.1
Vicinus domum vicinam vendere cogitur pro Ecclesiæ, seu Monasterij ædificatione,aut reparatione. 204.41
Ecclesiæ consecratæ vel dicatæ debetur reuerentia ex iure diuino, & naturali, Cœmeteriis verò ex priuilegio. 216.70
Abusum dolet S.Chrysostomus vendendi res in Ecclesia. 217.79
Ecclesia si non indigebat prouisione coadiutoriæ, illa nulla remanet propter defectum causæ. 265.35
Ecclesia aliud est, & aliud beneficium in Ecclesia. 267.7
Ecclesia nunquam claudit gremium redeunti. 290.51
Ecclesia dicitur locus sacer murorum ambitu circundatus. 296.6
Qui est in Ecclesiæ ianua seu ostio nõ dicitur esse in Ecclesia, sed partim extra & partim intra

tia. ibid.7
Ecclesia Matrix, & Metropolis per circuitum 40. passuum, & minor per 30. gaudet immunitate. ibid. 14
Ecclesiæ nomen quando tractatur de sacrilegio commisso ob pollutionem sumitur strictè, & eius appellatione non veniunt scalæ, campanile, atrium & tectum. 2 7 30
Ecclesiæ nomen ad effectum immunitatis largè sumitur. ibid 31

Ecclesiastica persona.

Ecclesiasticæ personæ dicuntur tam clerici quàm Regulares. 100 68
Ecclesiastica persona si fuerit alicuius Principis secularis consiliarius, cum eo absque metu irregularitatis concurrere potest in lege edenda qua delinquentibus imponatur pœna sanguinis. 102. 79

Edictum.

Edicta prohibentia non sunt edita contra valde meritos. 131.107
Edicto de vendendo frumento, seu aliis mercibus certo & taxato pretio an comprehendantur clerici? 350.48

Effectus.

Effectus admirabiles ex æqualitate prouenientes. 128. 89

Electio.

Electio metu facta est nulla. 25.13
Electio facta aliquo ex electoribus contempto, non est annullanda nisi petente ipso contempto. 41.11.
Confirmatio electionis facta per Nuntium dicitur confirmatio Apostol. 168. 61
Electio dat plenum ius, in habitu tantum, confirmatio exercitium illius actus. 169. 68
Confirmatio nihil noui iuris concedit, sed tantum exercitium iuris per electionem quæsiti. ibid.69
Confirmationem electionis petens nullam petit gratiam, cum pleno iure innitatur. ibid. 1
Superior ad quem spectat electionis confirmatio tenetur ex debito electionem confirmare, si nihil obstet. ibid. 72
Confirmatio sicut est debita ex parte electi, ita ex parte confirmare debentis est necessaria. ibid. 73
Crimina electo opposita plenè debent probari ad impediendam electionem. 1 0. 84
Electio quæ erat facienda de triennij tempore nulla erit si fiat de longiori. 175. 1. 2
Electio quando cassatur ob vitium personæ electi citatio adhiberi debet. 222.22
Electionis in cassatione iudicialiter est procedendum quando cassatur ob vitium personæ, ibid 23
Electio quando cassatur ob defectum formæ, electus non remanet inelegibilis. ibid.24
Electio etiam digni citra vitium personæ multis viis potest cassari. ibid.27
Electio deuoluitur ad Superiorem elapsa die præfixa ad eligendum. 234.57
Electio est ipso iure nulla si electores post elapsum tempus elegissent. ibid 58
Solemnitates in electione viduatæ Ecclesiæ quæ concurrere debent? 238.111
Tractatus in electionibus an præcedere debeant? 240. 119
Locus non est de substantia electionis, etiam secundum Religionis S. Augustini constitutiones. 241 129
Electionem quam citius expediri interest Ecclesiæ viduatæ. 239.114
Papam solus eligere poterit vnus Cardinalis si omnes alij de Conclaui exierint. ibid.115
Electio quando pertinet ad Episcopum, & Capitulum, sufficit quod vnus, vel duo ex Capitulo cohæreant Episcopo. 320.21

Elector.

Electores non venientes tempore statuto, non sunt amplius expectandi. 239.113

Electus.

Electus administrare non potest dum tractatur de exceptionibus & iustitia suæ electionis. 166. 24
Lite introducta super nullitate electionis antequam fuit, eam suspendit. ibid.25
Electus pendentibus obiectionibus non potest administrare etiamsi administrationem incœperit. ibid.26
Electus potest iudicialiter confirmationem suæ electionis petere, & Superiorem vt confirmet, compellere. 169.70
Electus ad officia electiua habet firmum ius, & non potest eo spoliari sine causa. 170.86
Grauare electum non potest is, cui ex dispositione legis, vel testatoris electio est commissa. 358. 116
Variare an possit vsque ad mortem eligens in vita si eligendi facultas restricta sit ad tempus mortis. ibid.117
Duos adhuc eligere potest ille, cui data est facultas vt possit vnum ex pluribus nominatis eligere. ibid.118
Restituere iussus rem vni ex certis, potest ex illis certis plures eligere. 359.119
Grauare electum potest eligens in bonis, in quibus eligit ad fauorem illorum, quos potuisset eligere. ibid.120

Eleemosyna.

Eleemosynas Fratribus S. Francisci offerentes, possunt earum dominium sibi retinere, vel in Syndicum transferre. 59.54
Eleemosynam facere obligatus tenetur eam gratis donare per veram & formalem donationem. 359. 121
Eleemosyna dicitur esse in præcepto quando necessitas est extrema. ibid.122

Emancipatio.

Emancipatio facta à patre tempore infirmitatis præsumitur fraudulenta. 196.29

Emens, & Emptor.

Emens ab hærede cum beneficio legis, & inuentarij tenetur curare vt pretium à se solutum conuertatur in soluendis creditoribus, & legatariis. 301.20
Emptor ab Ecclesia, Republ. pupillo, vel minore non est tutus nisi curet quod insumptionis conditio adimpleatur. 300. 1

Emphyteuta.

Emphyteuta tenetur ad collectas. 154.35
Τὸ, *Ex ipso*, habet in se latam sententiam, & idem importat ac si Papa dixisset sine aliquo hominis, aut Iudicis ministerio. 231. 31

Epiikia.

Lex corrigitur per epiikiam. 131.100
Epiikia quid sit? ostenditur. ibid.101

Episcopatus.

Episcopatum optare & appetere quando liceat? 326.21

Episcopatum propter bona temporalia, vel diuitias, & maiores redditus appetere peccatum mortale. ibid. 22

Episcopatum non appetenti oblatum citra culpam potest illum suscipere, & etiam propter bona temporalia. ibid. 23

Episcopatum suscipere renuens si virtutibus polleat, Pastorem summum conuincitur non amare. ibid. 24.

Episcopus.

Episcopi de iure communi possunt in quolibet mense prouidere. 187.7

Episcopi consecratio non imprimit characterem. 95.24

Episcopis & Sacerdotibus olim licebat inter seculares iudicare causas ciuiles. 98.53

Episcopus Regularis non eximitur à paupertatis voto, nec efficitur Dominus suorum reddituum Episcopalium. 193.4

Episcopus Regularis bonorum, seu fructuum dominium, & proprietatem non habet. 194.6

Episcopus Regularis potest libere dispensare bona ex Episcopatu acquisita in omnem vsum alias sibi non prohibitum. ibid. 7

Episcopum Regularem modicè inter viuos, non autem immodicè donare posse qui teneant. ibid. 11

Episcopus Regularis in vita tam amplè potest disponere de bonis intuitu Episcopatus acquisitis, quam amplè potest licitè Episcopus secularis. 195.14

Episcopus secularis potest in vita donare etiam non modicè, & in prophanos vsus. ibid. 15

Episcopus donans reseruato sibi vsufructu donec viuat, inualidè donat. ibid. 16

Episcopus secularis & Regularis potest in ægritudine donare ad pias causas. 196.34

Episcopus Regularis testari volens etiam ad opera pia licentiam à Pontifice obtinere debet: & de quibus impedimentis. 197.35

Episcopus Regularis titularis cui acquirat, ostenditur. ibid. 40

Episcopus qui renuntiauit Episcopatui, & ad Religionem reuertit, cui acquirat, ostenditur. ibid. 41

Episcopus Regularis, dimisso Episcopatu, non subiacet regulę suæ Religionis, nec tenetur ad Monasterium redire. 198.44

Episcopi luminaria in Ecclesiis accendi, & redditus Ecclesiasticos pro his sustinendis assignari voluerunt. 216.62

Episcopus Genuens. obtinuit indultum contra quascunque gratias expectatiuas speciales, vel generales, & reseruationes etiam mentales. 259.51

Episcopus suadente necessitate Ecclesiæ potest Canonicos Collegiatarum compellere ad se promouendum ad Ordinem eidem Episcopo bene visum. 274.51

Episcopus concurrens cum aliis quatuor Canonicis in dando vocem in prouisione Canoniæ Magistralis, constituit maiorem partem, licèt alij Canonici fuerint plures. 320.22

Regibus imputandum si eorum culpa Episcopi tales non sint quales olim fuere. 324.5

Contra Episcopos, qui per vicarios, & visitatores munus suum adimplere existimant. ibid. 8

Locum vt Canonico competentem habere debet Episcopus, qui tanquam Canonicus in Capitulo assistit. 360.129

Epistola.

Vide *Nuntius*.

Eques.

Eques de Gratiis quibus pactis, & conditionibus Monasterium S. Iosephi Monialium strictioris recollectionis Seraphici P. Francisci fundauit, ostenditur. 4.1

Quid in suo vltimo, quo decessit, testamento statuit, & circa hoc ordinauit. ibid. 2

Congregatio post mortem fundatoris quas capitulationes, & conditiones cum Monialibus statuerit. 5.3

Litis inter Congregationem, & Moniales motæ causa. ibid. 4

Fori priuilegio renunciare non possunt Equites Ordinum Militarium. 360.130

Eremita.

Eremitæ aliquando ad qualibet nefanda perpetranda audaciores inueniuntur. 285.5

Auctores nominantur qui hac de re scripserunt. ibid. 6

Error.

De errore eo ipso apparet quoties constat de veritate in contrarium. 276.71

Essentiale.

Essentialia ad vetam professionem emittendam quæ? remissiuè. 96.39

& Copulatiua, diuidit pro dimidia dispositionem. 318.2

Eucharistia.

Eucharistiæ Sacramenti admirabiles effectus. 281.13

Eucharistiæ diuinissimo Sacramento abutentes seuerissime puniendi. ibid. 14

Eugeniana Bulla Salmantinæ Vniuersitati concessa refertur. 86.19

Examen.

Felinus sciens in Auditoribus S. Rotæ examen requiri pro forma, illud libenter subiit. 333.12

Exceptio.

Exceptio nullitatis non releuat ad impediendam manutentionem. 21.167

Exceptiones contra testes oppositæ non admittuntur in summariissimo iudicio. ibid. 168

Exceptio testis quòd sit interessatus, non admittitur in summariissimo possessorio. ibid. 169

Exceptio quòd Monachus non sit admittendus in testem pro suo Monasterio, non admittitur in hoc summariissimo possessorio. ibid. 170

Exceptio firmat regulam in contrarium. 106.33

Exceptionem probare tenetur, qui eam apposuit. 184.70

Exceptio firmat regulam in non exceptuatis, & declarat quid in regula comprehendatur. 230.25

Exceptiones requirentes altiorem indaginem ad petitorium reiiciendæ. 235.74

Exceptio respiciens merita, seu dominium, & petitorium quando impediat manutentionem. ibid. 75

Exceptio vbi est clara non efficitur altioris indaginis, nec est reiicienda, si illud quod est discutiendum prouenit ex replicatione aduersarij. ibid. 76

Exceptio requirens liquidationem non videtur admittenda in iudicio manutentionis. 249.25
Exceptio de insufficientia valoris beneficij etiam incontinenti probata non potest retardare executionem mandati de manutenendo. ibid. 26
Exceptio non dicitur liquida ante rem iudicatam. ibid.28
Exceptio defalcandorum onerum beneficij tanquam petitorium respiciens non debet manutentionem impedire. 250. 36
Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptuatis. 259.61
Statutum omnes exceptiones excludens minimè excludit exceptionem non obseruati contractus. 360. 133
Exceptio non obseruati contractus potest opponi post sententiam definitiuam, & in executione chartæ executoriæ. ibid.134
Exceptio non obseruati contractus potest suppleri à Iudice parte non opponente. ibid. 135
Exceptiones oppositas reiicere videtur Iudex ad vlteriora procedens. 367.199
Exceptiones dilatoriæ debent regulariter ad definitiuam reseruari. ibid. 201
Exceptio ex personæ incapacitate resultans nunquam censetur exclusa. 369.215

Exclusio.

Exclusio temporalis de certa persona operatur vt censeatur dicta persona exclusa, non verò sequentes in gradu. 360.137
Impeditus & temporaliter exclusus sequenti in gradu locum dat. ibid. 138
Exclusio absoluta, & perpetua in tota linea primi exclusi operatur. 361.139
Matre exclusa absolutè & simpliciter, omnes eius filij, & descendentes exclusi remanent. ibid. 140
Exclusio fœminæ quando est temporalis, scilicet quamdiu extiterint masculi, illis deficientibus illa cessat. ibid.141

Excommunicatio.

Excommunicationis exceptio opponi potest vbi de sola possessionis manutentione agitur. 236.85

Excusatio.

Excusatio nulla est vani, & affectati timoris. 231.36

Executio.

Executio contractus conditionalis fieri non potest nisi liqueat iudici de purificata conditione. 74. 2

Executor.

Executor mixtus potest partes iudicis assumere. 166.29
Executor omnis est mixtus quando agitur de remouendo possessore. 167.30
Executor tenetur assumere partes iudicis quando possidens docet de titulo colorato. ibid.31
Executor iudicantis superior tenetur iudicialiter cognoscere de exceptionibus oppositis. ibid.32
Executor merus potest causam cognitionis exceptionum oppositarum ad Superiorem remittere, & interim in executione supersedere. ibid. 35
Executor merus iurisdictionem habet ad cognoscendum de exceptionibus falsitatis, obreptionis, & subreptionis rescripti. ibid.36
Executor merus debet cognoscere de oppositis exceptionibus ad effectum supersedendi in executione, vel illam denegandi. ibid.37
Executor debet audire possessorem etiam intrusum, & assumere partes iudicis. ibid.38
Executores gratiarum Apost. possunt cognoscere de legitimis exceptionibus. ibid. 39
Executor testamenti qualiter se gerere debeant in venditione bonorum hæreditatis pro satisfaciendis debitis. 302. 22
Salarium quando executori præstari debeat? 361. 143

Exemptio, & Exemptus.

Exemptio vectigalium concessa generaliter exceptis certis casibus, est generalissima in casibus non exceptis. 106.34
Lex ciuilis quando dicatur statuere contra exemptionem, & libertatem clericorum. 312.17
Exemptionem clericorum ab Imperatorum, & Regum liberalitate prouenisse qui teneant? & vnde colligant? ibid.18
Exemptionem clericorum immediatè & in totum à iure diuino descendere plures alij melius sustinent. 313.19
Constantinus Imp. absolutam clericorum exemptionem suo tempore agnouit, & deinde alij Imperatores. ibid.20
Priuilegium exemptionis, seu immunitatis gratuito per viam contractus concessum extenditur ad onera, & gabellas de nouo post priuilegium impositas. 361. 148
Signatura & Rota solet concedere exemptionem à Superioris iurisdictione durante lite super, vbi ipsa litem grauem & non temere susceptam cognouerit. ibid.149
Exemptus à iurisdictione ordinaria non est exemptus à iurisdictione Legati. 168. 59

Existimatio.

Existimatio prudens, & rationabilis dubitatio de inferendo sibi malo aliquo sufficit ad matrimonium annullandum. 33.79
Dispendium existimationis pręferendum damno patrimonij. 116.3
Existimatio minuitur quando quis ab officio remouetur. 117. 6

Expensa.

Expensæ pro colligendis fructibus factæ non deducuntur in decima ordinaria. 152. 19
Expensæ non deducuntur de fructibus qui soluuntur in recognitionem dominij. 153.22
Expensæ non deducuntur in decima tutorum. 153. 24
Casus enumerantur in quibus non deducuntur expensæ. ibid. 26
Expensas litis, & alimenta recipiens non tenetur si succumbat ea restituere, aut si vicerit compensare. 348.20
Expensas factas in alendo boue vel equo potest sine probatione repetere qui eas sustinuit. 349.36
Expensæ præstari debent ab eo, qui petit actum fieri. 362. 153
Expensas pro quibus disciplinis à filio addiscendis pater præstare teneatur? 374.255

Extrauagans.

Extrauagantes dicuntur quæ iam propagato Ordine conditæ fuerunt. 220.3
Tò, *ex tunc*, denotat vltimam & immediatam præfixi temporis extremitatem. ibid.32

F

Fabrica.

FAbricare in suo cuilibet licitum est pro libito, & ad

& ad cœlum vſque ædificium tollere, & vſque ad centrum fodere fundamenta. 205.52
Vtilitatem ex fabrica non percipientes dicuntur facere per æmulationem. ibid. 55

Faciendi verb.

Qui differt facere quod debet, non poteſt facere quod ei debetur. 8.35
Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. ibid. 36
Facta contra legem pro infectis haberi debent. 56.15
Factum maioris partis ab omnibus fieri dicitur, 320. 30. intellige vt *num.* 33.
Factum ſolius Prælati præiudicat Eccleſiæ quando per illud reducimur ad Ius commune. 381. 316

Facultas.

Facultates conceſſæ à Rege, vel à contrahentibus cum aliqua qualitate, ſeu modo, eo non obſeruato cenſentur reuocatæ. 302.27
Facultates plures habens faciendi aliquem actum, ſemper cenſetur illum facere validiori, firmiori, & digniori modo. 319.17
Facultas Regia ad validitatem maioriæ eſt actus facultatiuus, atque extraiudicialis valens expediri etiam ſine citatione. 350.44

Fama.

Fama & communis vox multum opitulatur ad probationem metus. 36.103
Fama integra cuiuſque eſt neceſſaria Reip. 117.6
Fama bona, & honor ob quinque fines deſideranda. ibid. 15
Fama in antiquis, & in ardua cauſa quando probat. 362.155
Vide *Honor.*

Familia.

Familiæ aſſerenti ſe cepiſſe delinquentem in loco non ſacro, non eſt credendum ſi delinquens dicat ſe captum in loco ſacro. 297. 29

Familiaris.

Familiares produci poſſunt in caſibus difficilis probationis. 39.131
Familiares bene admittuntur quando ex natura rei veritas aliter haberi non poteſt. ibid.132
Familiares rectè admittuntur ad probandum ea, quæ in domo peraguntur. ibid.133
Familiaris quando in teſtem admittendus, vel repellendus veniat. 178.22

Familiaritas.

Familiaritatis iure quæ fiunt non conſtituunt aliquem in poſſeſſione ad præſcribendum. 362.157

Fauor.

Fauor nullus maior quàm Fidei. 155.55

Febricula.

Febricula quædam etiam intermittens ſufficit vt quis dicatur in infirmitate conſtitutus. 196.19

Feneſtra.

Monialium ad Monaſterium ſi habeatur proſpectus ex turri Campanariæ, non debent aperiri feneſtræ, & aperta ſunt claudendæ. 205.50
Ferdinandus de Mendoça laudatur. 216. 60

Feſtiuitas.

Feſtiuitatum celebratio non eſt de præeminentiis pertinentibus ad patronos. 12.90

Feudalia.

Feudalia bona ſunt natura ſua inalienabilia. 306.15
Feudalia bona ſi alienentur in caſibus permiſſis, emptor probare & curare tenetur pecuniam conuerſam fuiſſe in illiſmet rebus pro quibus emptio facta fuit. ibid.16

Feudatarius.

Feudatarius tenetur ad collectas, ob id tamen nihil deducit de ſeruitio quod præſtat domino feudi. 154. 39
Feudatarius filius primogenitus tenetur fratri ſecundogenito vitam & militiam præſtare. ibid. 40

Feudum.

Feudum ſi concedatur Italo in Germania, debet conceſſio feudi regulari ſecundum conſuetudinem Germaniæ. 352.59
Princeps poteſt de feudis antiquis erigere primogenituram in præiudicium vocatorum. 378. 284

Fictio.

Fictio iuris pro veritate habetur. 279. 22

Fides.

Fides eſt fundamentum iuſtitiæ. 5.11
Iniuſtitia eſt non implere fidem datam, & promiſſum. ibid.12
Graue eſt fidem fallere. 10. 65
Fides non actuarij non facit fidem. 237.98
A Fide non retrahuntur niſi à parentibus infectis orti. 289. 44
Vide *Pacta.*

Fideicommiſſarius.

Fideicommiſſarius ad hoc vt ſit legitimus contradictor ad impediendam hæredis poſſeſſionem, quæ requirantur. 362.159

Fideiuſſio.

Fideiuſſio data pro certo tempore, tranſacto illo remanet extincta. 74.8
Fideiuſſio ſemel extincta non poteſt poſtea validari ſine facto fideiuſſoris. 75. 18
Fideiuſſio eſt ſtricti iuris, & non extenditur. 76 21
Fideiuſſionis natura eſt vt illius effectus nunquam extendatur, niſi in quantum ſe extendunt verba. ibid. 30
Fideiubere ſi mulier iurat, talis fideiuſſio non valet contra primum iuramentum. 80. 22

Fideiuſſor.

Fideiuſſor intercedens pro officiali, ſeu adminiſtratore, tenetur tantùm ad intereſſe, & non ad pœnam in quam principalis debitor incidit ex ſua culpa. 66.2
Fideiuſſor non tenetur pro eo quod venit ratione incidentis negotiationis. 67.4
Fideiuſſor non tenetur pro eo quòd accreuit ob moram debitoris. ibid.5
Fideiuſſor ab obligatione liber remanet tranſacto tempore, intra quod purificanda erat conditio. 74. 9
Fideiuſſor intelligitur promittere rebus in eodem ſtatu, & terminis permanentibus. 75.20
Fideiuſſor non tenetur quando variatur res, cauſa, vel actio. 76.22
Fideiuſſor, qui in certam cauſam fideiuſſit, non obligatur vltra conſenſum proprium. ibid. 23
Fideiuſſor liber remanet ab obligatione reſoluto contractu ob defectum adimplementi conditionis. ibid.14
Fideiuſſor in dubio ſemper videtur ſe reſtrinxiſſe ad id, de quo veriſimiliter fuit actum inter partes. ibid. 31

Fideiussor solùm præsumitur fideiussisse pro causa, pro qua fuerat tractatum. ibid.32
Fideiussor non tenetur pro eo, quod venit ratione incidentis negationis. 363.161
Fideiussor videtur se obligasse pro originali, non pro accidentali debito. ibid.162
Fideiussor non obligatur pro eo, quod accreuit ob moram debitoris. ibid. 163

Fidelis.

Fidelibus Israelitici populi Petrus annuntiauit honores iure sanguinis illis competentes. 134. 128.
Fideles ex Gentilitate ad Ecclesiam venientes quomodo se vniuerint cum conuersis à Iudæis. ibid. 130
Fideles filij Abraham cæteris paribus anteponendi fidelibus ex Gentilitate prouenientibus. 135. 131
Cereos per diem in Cœmeteriis olim accendere quare Fidelibus prohibebatur. 256.66,67

Filius, filia.

Filij vltra tertium disponere non possunt in damnum parentum. 78.5
Filij tales sunt quales parentes. 127.80
Filius præsumitur in dubio potius spurius quàm naturalis. 185.64. Sed contrarium verius ibid.65.
Lex in quantum potest fauet filiis vt sint legitimi. ibid.
Filius in dubio præsumendus est potius post matrimonium, & non ante, vt legitimus iudicetur. ibid. 66
Filius naturalis propriè quis dicatur. ibid.67
Filius legitimus natus ex patre spurio an dicatur de familia? 181.49
Filius naturalis dicitur, qui ex soluto & soluta, & inter quos matrimonium esse potest, natus est. 277.2
Habilitas ad efficiendum filium naturalem sumenda est vel inspecto cõceptionis, vel natiuitatis tempore prout nato fuerit vtilius. ibid 3
Naturalis vt dicatur filius non requiritur de iure Canonico quod natus sit ex concubinatu. ibid. 4
Filij habiti à patre ex puella soluta durante lite super validitate matrimonij cum alia nulliter contracti, legitimantur per subsequens matrimonium cum dicta puella contractum. 278.11
Filij nati ex matrimonio putatiuo ad hoc vt legitimi sint censendi bona fides saltim alterius coniugis requiritur. 279.19
Filij suscepti ab vxorato non sunt naturales, nec legitimantur per subsequens matrimonium. ibid 21
Naturalis filius in dubio potius præsumitur quam spurius. ibid. 24
Filiis, vt sint legitimi, fauet lex quantum potest. 280.25
Filij remunerantur ex parentum meritis. 292.70
Filius fam. de tertio bonorum suorum in præiudicium parentum disponere potest. 363.168
Filiis in vita parentum non debetur legitima. 368.209
Filius non tenetur conferre libros sibi à patre donatos. 369.217
Filij naturales sunt hæredes necessarij matris. 390.5
Pater extantibus legitimis descendentibus, vel ascendentibus, quibus debeatur legitima, non potest ex testamento relinquere suis filiis naturalibus vltra vnciam. 391.6
Filio naturali potest pater omnia bona sua in vita, vel in morte relinquere quando non extant descendentes legitimi, vel ascendentes. ibid.7
Pater si habeat filios legitimos, & naturales, potest relinquere quintum bonorum filio naturali. ibid. 8
Pater quando moritur abintestato, & non adsunt filij legitimi, nec coniux, possunt naturales succedere in duabus vnciis. ibid. 9
Filij naturales præteriti à patre omnino sunt exclusi. ibid.10
Naturales liberi contra paternam voluntatem & dispositionem quicquam capere non possunt. ibid.11
Filia iurans patri non alienare, nec alienationi fundi dotalis consentire, si postea etiam cum iuramento consentiat dictæ alienationi illa non valet. 39.15
Cautela pro filia renuntiante vt non obligetur. 80 23

Focularius.

Focularia de nouo aucta comprehenduntur in functionibus fiscalibus Baroni per verba vniuersalia, vel indefinita concessis. 107.49

Fœmina.

Fœmina si fuerit teneræ ætatis, magis timere præsumitur. 63. 8
Fœminæ ætate prouectæ ex superueniente calore solent in mares conuerti. 190. 6
Fœminæ apud Romanos in mares mutatæ. 191.9
Fœminæ in Italia & Africa in mare mutatæ. ibid.10
Fœmina cum marito filium vnum peperit, & subito exorta virilitate, marito relicto alteram duxit, & ex ea liberos generauit. ibid.15
Fœminæ comprehenduntur appellatione descendentium. 355.90
Vide *Mulier*.

Forma.

Formæ omissio actum vitiat. 172.110
Forma est de genere indiuisibilium. 175.11
Formæ substantia amplectenda. 238.109
Tò, *forsan*, nihil ponit in esse. 276.65
Franciscus Episcopus Caurien. à Iudæis conuersis originem ducens. 138.141

Fratres.

Fratres S. Francisci nullo modo denarios, vel pecuniam recipere possunt. 56.14
Fratres plures si diuidant inter se comitatum, & separatim vnusquisque iurisdictionem exerceat in portione sibi contingente, non intelliguntur disiunctim quidpiam agere respectu ipsius iurisdictionis. 146.12

Fraus.

Fraus & dolus quando interuenit in subhastatione facit admittere nouum licitatorem. 51.6
Fraus, & collusio arguitur ex modo insolito agendi. 167.14

Fructus.

Fructus colligens functionum grauamina subire debet. 152.13
Tò, *fructus*, significat omne illud quod percipitur etiam non deductis expensis. 153.20
Fructus Ecclesiarum, & beneficiorum dicuntur deductis oneribus. 157.76
Fructus beneficiorum sunt qui supersunt deductis oneribus. ibid.79

Fructuum

Fructuum appellatione venit id dumtaxat quod superest deductis expensis. ibid. 80
Mentio vbi fit de integris fructibus, intelligitur deductis oneribus. ibid. 82
Fructus vltra triennium durare non præsumuntur. 158. 98
Fructus duplici solutione grauari non debent. ibid. 99
Fructus Episcopatus vacationis tempore obuenientes futuro debent successori fideliter reseruari. 193. 2

Fucus.

Fuco, & variis pigmentis, ac compositis ornamentis quando sine peccato vti possit, ostenditur. 351. 27
Fuco & pigmentis se ornans an dicatur adulterare opus Dei. ibid. 25

Functio.

Functiones fiscales Baroni per verba vniuersalia concessæ comprehendunt focularia de nouo aucta. 364. 170

Fundator.

Fundatoribus Monasteriorum, & Ecclesiarum multa conceduntur, vt eorum exemplo alij ad similia prouocentur. 11. 69
Fundator quando dicatur loqui per verba ciuilia, & quando per verba naturalia? 18. 46
Fundator dicens vt Capellanus celebret, vult potius vt Missa sit certa, quàm vt Capellania sit Presbyteralis. 274. 47

Fundus.

Fundus donatus, vel legatus à patre filio spurio loco alimentorum non transmittitur ad hæredes ipsius filij. 343. 24
Fundi dominus an possit pro damno retinere bouem illic intrantem? 349. 34

Funus.

Funus tacitum, vulgare, commune, plebeium. 208. 92

Furiosus.

Furiosi ob fati infelicitatem culpa liberi existunt. 287. 20

G

Gabella.

GAbella quando imponitur à statuto super fructibus, non deducuntur expensæ. 153. 21
Clerici pro rebus, quas negotiationis causa extra Regnum asportant, tenentur soluere gabellam. 3 6. 36
Gabellam soluere tenentur ementes fructus, & redditus Ecclesiasticorum. 359. 24
Gabellas superadditas comprehendit priuilegium de percipiendis gabellis. 379. 293
Galli & Itali breui tempore nouiter Conuersos veteribus coæquarunt, vt iam inter eos nulla inueniatur distinctio inter nouos & veteres Christianos. 124. 66

Garcia.

Garcia Loaysa laudatur. 216. 64

Generatio.

Generatio clara non prodest ei, quem mores sordidant. 118. 24

Generalis.

Generalis loquutio omnia comprehendit. 106. 32
Generalis, seu Prouincialis non potest prorogare officium suum. 228. 4
Generalis S. Augustini potest dispensare circa mutationem loci ad celebrandum Capitulum Generale. 231. 33
Generalis potest prorogare Capitulum generale, & Prouincialis prouinciale ad tempus. Quomodo intelligendum 233. 53, 54, 56, 59.

Generalatus.

Generalatus officij vacatio in Religione S. Augustini quando inducatur? 230. 21, 22.

Genitus.

Genitorum ignobilitas nihil obest filio. 119. 26

Gestum.

Gesta per suspensum post appellationem à suspensione interpositam sustinentur. 173. 121

Gloria.

Gloriæ cupiditas acuit industriam, animosque ad res acriter & animosè gerendas. 119. 35

Glossa.

Glossarum auctoritas cæterorum auctoritatem superat. 321. 40

Gonçalus.

Gonçalus de Carthagena Pauli filius fuit Episcopus Placentinus. 138. 140

Gratia.

Gratia redditur subreptitia si omittantur aliqua, quæ de stylo Curiæ exprimi debent. 64. 43
Gratia expectatiuæ cum claus. *ex nunc prout ex tunc*, concessa, retrotrahitur ad tempus datæ ipsius gratiæ. 108. 5
Gratia si sine causa denegetur, fit eadem gratia iniuria. 117. 5
Gratia in forma Dignum post purificationem mediante retrotractione executionis censetur facta à die datæ expeditionis. 252. 5
Gratiæ, quæ aliquibus piis vsibus applicantur etiam de bonis Ecclesiasticis, quamuis redundent in aliorum odium, debent large interpretari. 155. 8
Gratia ob narrata non verificata corruit. 262. 5
Gratia dicitur perfecta in eo momento, quo signatur supplicatio. 162. 9
Gratia in forma Dignum expedita post purificationem mediante retrotractione executionis censetur facta à die datæ expeditionis litterarum. 263. 12
Narrata in gratia sunt iustificanda de tempore gratiæ. ibid. 5
Gratia futuræ successionis non dependet à gratia in qua prouidetur necessitati Ecclesiæ, aut coadiuti. ibid. 19

S. Gregorius.

S. Gregorius *epist. 54. aliàs 56. lib. 11* declaratur.
Gregorius se optare ait vt omnes Iudæi Christiani fierent. 123. 51

H

H*Abebo te in vxorem*, licèt non addatur particula ex nunc, secundum opinionem Basilij, verum efficiunt matrimonium. 143. 20

Habilitas.

Habilitate personæ in consideranda debet attendi tempus, quo actus ad personam applicatur. 109. 18
Habilitas, & qualitas requisita debet intueni-re

re de tempore oppositionis,vel petitionis. 322.7
Habilitas requisita præcedere debet antequam quis nominetur,vel eligatur. ibid. 8
Personæ habilitas in quocunque iudicio ante omnia iustificanda. 368.214

Habitus.

Habitus monachorum S. Benedicti reformatorum in quo differat à claustralibus non reformatis, ostenditur. 97.40
Habitus S. Benedicti essentiale in quo consistat, ostenditur. ibid. 41
Habitus Abbatum S. Benedicti reformatorum, & claustralium qui? ibid. 44

Hæres.

Hæres directò venire potest potius contra emptores quàm contra testamentarios absque bona fide videntes, ad nullitatem venditionis. 302.23
Hæres cum beneficio inuentarij non obligatur vltra vires hæreditarias. 365.177
Hæres pro actionibus pœnalibus contra defunctum introductis non tenetur nisi in quantum ad ipsum peruenerit. ibid. 178
Hæres adiens hæreditatem sine confectione inuentarij tenetur soluere debita & legata etiam vltra vires hæreditarias, non tamen in foro conscientiæ. ibid.179,180
Hæredes non describentes omnia bona in inuentario non amittunt illius beneficium quando omissiones non sunt dolosæ. 3.7.194

Hæresiarcha.

Hæresiarchæ & Dogmatistæ non reconciliantur, neque ad misericordiam admittuntur. 308.32
Hæresiarcha quis dicatur? 289.45
Vide *Dogmatista*.

Hæresis.

Hæresis crimen cæteris criminibus solet esse occultior. 307.17
Probatio plena & concludens requiritur vt quis in crimine hæresis pœna ordinaria condemnetur. ibid. 20

Hæreticus.

Hæreticorum descendentes ad nullum ecclesiasticum beneficium,vel officium admittendi vsque ad secundum gradum per lineam paternam, & vsque ad primum per lineam maternam. 129.95
Hæreticum quem non esse ex quibus actibus probetur. 130 97
Hæretici formales admittuntur & reconciliantur si ante testium publicationem peccatum suum confiteantur, & ad pœnitentiam reducantur. 290.51
Hæretici capitis pœna puniuntur, illa tamen non punit S. Officium confitentes culpam, misericordiamque flagitantes. 291.66
Hæretici omni Iure pœnam vltimi supplicij merentur. 308.30
Hæreticus vt verus pœnitens habeatur necessaria est omnimoda peccati confessio. ibid.31
Yo han de cantar por sus turnos de semanas los Euangelios, &c. inducunt annexionem Ordinis non solum habitu, sed etiam actu. 252.9

Hebræus, Hebræa.

Hebræorum natio & progenies inter omnes Mundi selecta inclyta, & magna fuit. 133.121
Hebræa gens habuit Deum sibi vnitum, & appropinquantem secundum carnem. 134.126
Excellentiora de Natione Hebræa referuntur. 135.133
RR. PP. Alphonsus de Oropesa, & Hieronymus à Cruce bona mente affirmant desiderare cum hac gente propinquitate coniungi. 136.134

Hermaphroditus.

Hermaphroditi quomodo generentur. 190.5
Hermaphroditi multi in Hispania. 191.22
Hermaphroditi appellantur, qui vtroque sexu valent,& denominantur à sexu, quo magis præualent. ibid.23
Hermaphroditi in virili sexu magis præualentes admittuntur ad successionem maioratus excludentis fœminas. 192.24
Iudices, aduocati, testes & tabelliones possunt esse hermaphroditi in virili sexu præualentes. ibid.25

Hispania.

Hispania Christianæ Religionis obseruantissima, & hæreticis infestissima. 286.7

Homo.

Homo per maculam falsitatis deuenit ad nihilum. 178.16
Homines sua natura ad dissentiendum proni sunt. 321.33

Honor.

Honoris & famæ causa vitæ, & rebus præferenda. 116.2
Honorem proprium non curantes qualiter reprehendendi. 117.14
Honor qui debetur Regi,tribui debet Diuino, qui est Rex Regum. 281.11

Horologium.

Horologiorum vsus,Campanis inuentis,fuit introductus. 204.39

Hostia.

Hostiam sacram conculcans sine errore intellectus non est hæreticus. 290.50

Humilitas.

Humilitas apud Christianos non dedecorat,sed ornat. 281.10
Humilitati an præsumptioni tribuendum si quis debere præesse intelligens ex humilitate præesse contemnit. 327.26
Humiliati, & quidam Monachi Romæ inter se controuersiam habuerunt quis eorum primò deberet pulsare ad Matutinum. 205.60

Hypotheca.

Hypotheca non datur nisi in casibus à iure expressis. 61.74
Hypotheca censualis est irregularis,& extraordinaria. 159.103
Exclusio necessaria est in hypothecis ordinariis vt contra tertium possessorem procedi valeat, non ita in hypotheca censuali. ibid, 104

I

Ianua.

IAnuæ nouæ non sunt aperiendæ directò aduersus ianuas, vel vicini fenestras. 205.53

Identitas.

Fundans se in identitate tenetur comprobare, & contra eum præsumitur pluralitas. 179.30
Identitas vt probetur sufficit verificare duas demonstra

monstrationes. ibid.31
Nomen & cognomen an probent identitatem. ibid.32
Familiæ & generis diuersitas præsumitur ex non identitate cognominis. ibid.33

Ignorantia.

Ignorantia Iuris nunquam excusat. 309.39
Ignorantia excusationem nunquam afferre potest in hæresis, vel blasphemiæ crimine, quod nostræ Fidei Catholicæ articulis resistit. ibid.40

Illatio.

Illatio non fit à diuersis. 265.49 & 267.8

Illegitimus, Illegitime.

Illegitimus prima Tonsura initiatus ex dispensatione Episcopi, absque alia capax fit pensionis. 374.259
Illegitimè nati admittuntur in Hispania ad insignia, arma, & nobilitatem patris. 182.52

Immediatè.

Tò, *Immediatè*, de sui natura exigit præcisam continuationem. 232.45
Immediatum id dicitur quod est sine medio. 233.46.
To, *Immediatè* importat vt nullo alio actu etiam momentaneo interposito debeat actus celebrari. ibid.47

Immunitas.

Potestas concedendi immunitatem à collectis residet penes supremum Principem. 104.1
Immunitas concessa mercatoribus nauigantibus ad aliquem portum pro augenda illius habitatione, non potest reuocari. ibid.7
Priuilegium immunitatis obtinentes non comprehenduntur sub constitutione Principis iubentis collectam soluendam nemine excepto. ibid. 8
Immunitatis priuilegium per legem generalem non tollitur. 105.15
Priuilegium immunitatis extenditur ad decimas futuras. 107.38
Immunitas per verba generalia concessa comprehendit collectas de nouo impositas ratione belli superuenientis. ibid.39
Immunitas ex causa onerosa concessa comprehendit collectas futuras. ibid.40
Immunitas à gabellis comprehendit onera, & gabellas futuras. ibid.42
Priuilegium immunitatis extenditur ad bona post priuilegium quæsita. ibid. 45
Immunitatis priuilegium comprehendit incolas de nouo superuenientes. ibid. 46
Immunitas 40. aut 30. passuum de consuetudine hodie non seruatur. 296.15
Vltra Cœmeterium hodie nullum spatium loci cedit immunitati. ibid. 16
Domus ædificatæ intra 40. vel 30. passus, etiamsi forent habitatæ per laicos, gaudent immunitate secundum aliquos. ibid.17
Immunitas Ecclesiæ datur loco, non personæ. 297.18.
Domus Parochorum, Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorum, etiamsi laicis locatæ sint, gaudent Ecclesiæ immunitate. ibid.19
Domus, quæ cohæret Ecclesiæ, & est ipsius Ecclesiæ, & non alicuius particularis, gaudet immunitate. ibid.20
Portam, seu angulum portæ Ecclesiæ tenens quando ipsa est clausa, illius gaudet immunitate. ibid.21
Scalæ quæ sunt Ecclesiæ annexæ, & de illius pertinentiis gaudent immunitate. ibid.22
Quando agitur de immunitate sumus in fauorabilibus, quando verò agitur de graduando delictum sumus in odiosis. 298.33
Tectum Ecclesiæ gaudet illius immunitate. ibid.35
Immunitate Ecclesiæ gaudet ille, qui in Ecclesia, vel Cœmeterio habet præcipuam partem corporis. ibid.37
Pedem tantum in Ecclesia, vel Cœmeterio habens gaudet priuilegio immunitatis. ibid.38
Manum habens intra fines Ecclesiæ, licet foret extra, gaudet illius immunitate. ibid.40
Manu tangere locum sacrum sufficit ad effectum gaudendi Ecclesiæ immunitate. ibid. 41
Parietem Ecclesiæ exteriorem tangens, illius gaudet immunitate. ibid.42
Aër Ecclesiæ, vel Cœmeterio respondens gaudet priuilegio immunitatis. ibid.43
Ecclesia, & Cœmeterium retinent suam immunitatem in aëre vsque ad Cælum eidem Ecclesiæ, vel Cœmeterio respondens. ibid.44
Immunitati Ecclesiasticæ in dubio fauendum, ac pro ea iudicandum. ibid. 45
Immunitatem Ecclesiæ defendere spectat ad Ecclesiasticos. ibid. 46
Immunitas ecclesiastica indirectè violatur per circuitum, & sub simulato nomine. 312.13
Immunitas per verba generalia concessa comprehendit collectas ratione belli superuenientis de nouo impositas. 361.147
Immunitatis priuilegium extenditur ad personas, & bona post priuilegium quæsita. 379.291

Impedimentum.

Episcopus in impedimentis dirimentibus aliquando ex vrgentissima necessitate dispensare potest. 292.16

Imperium.

Imperium temporale tutum reddit Fidei Catholicæ defensio. 366.188

Importunum.

Importunum dicitur quasi sine portu, & sine quiete. 388.11

Improbus.

Improbus probra æque vt præconia bonorum immortalia manent. 117.10
Tò *In*, iuncta oblatiuo stat pro *intra*. 395. 5

Incola.

Incolas de nouo superuenientes comprehendit priuilegium immunitatis. 379.292

Incompatibilitas.

Incompatibilitatem non inducit acquisitio beneficiorum, sed tantum illorum retentio. 323.23

Indecentia.

Indecentia an resultet ex eo quod Sacerdos cathedram iuris ciuilis moderatur. 84.5

Indicium.

Indicia maiora in criminibus contra Fidem requiruntur quàm in aliis delictis. 305.4
Indicium desumitur aduersus inquisitum ex qualitate personæ. 307.13
Indicia multa coniunguntur ad Reum conuincendum, si in eundem tendunt finem. ibid.16
Indicia leuiora sufficiunt in criminibus difficilis probationis. ibid.18
Indicia & præsumptiones non sufficiunt ad condemnandũ in pœnã nisi extraordinariã. ibid.21

Indicia magna & vrgentia sufficiunt ad torturam inferendam. ibid.22
Indicia quando maxima sunt, aut semiplena probatio adest, præsumitur crimen cum complicibus commissum. 308.27
Indicia suis ponderibus examinata ad capturam aptiora sunt, & ad torturam. 365.181

Indictio.

Obseruatio solemnitatum indictionis diei & horæ in electionibus non est necessaria quando omnibus est notoria. 241.126

Indultum.

Indulta concessa DD. Archiepiscopis Cardinalibus ratione communionis, & consortij prosunt etiam ipsi Capitulo. 187.3
Indultum non remouet obstaculum inhibitionis. 265.44
Indultum non comprehendit beneficia duplicem reseruationem habentia. ibid.45
Indultorum modernorum diuersa forma ab antiquis. ibid.50
Vide *Rescriptum.*

Infamia.

Infamia facti quæ? 117.9

Infelicitas.

Infelicitas est vt quis incurrat in inspectionem delicti, quamuis sit innocens. 117.11

Inferior.

Inferior facta Superioris euertere non potest. 169.62

Infidelis.

Infideles dubitant propter perpetuam inhabilitatem suis descendentibus obuenturam, Fidem Catholicam amplecti. 129.93
Exempla referuntur de quibusdam fidelibus, qui propter talem inhabilitatem, & contractam infamiam fieri Christiani noluerunt. ibid. 94

Infirmus.

Infirmus ille dicitur, cui infirmitas impedimento est ad agendam aliquam actionem. 196.24
Infirmitatis de principio si constiterit, præsumitur quod fuerit continuata vsque ad mortem. ibid.21

Ingenuus.

Ingenuus vir debet agere de conseruando suo statu, & honore. 117.12

Ingratitudo.

Ingratitudo dicitur ventus vrens, siccans fontem misericordiæ, rorem pietatis, & fluenta gratiæ. 11.66

Inhabilitas.

Inhabilitas, quæ personam respicit, eam efficit vndecunque vadat. 349.29

Inhibitio.

Inhibitio emanata post possessionem eam non afficit. 237.96
Inhibitio contra Ordinarium operatur interdictum conferendi. 257.25
Inhibitio cum decreto irritanti requiritur ad hoc vt semper beneficium remaneat affectum. 264.30
Inhibitio obtenta post elapsum tempus ad appellandum non debet attendi. 366.189

Iniuria.

Iuramento, & declarationi iniuriantis standum quod iniuria non fuerit illata animo iniuriandi. 288.24

Innoxius.

Crudele nimis est innoxios homines occidere. 128.81

Inobedientia.

Inobedientia & contumacia graue est delictum, & deterrimi exempli. 22.177

Inquisitio, & Inquisitor.

Inquisitorum arbitrio relinquitur quæ indicia in causis Fidei sufficiant ad capturam. 305.5
Indicia huius rei quæ? 306. 6
Inquisitores Fidei muros tutantur eiusdemque fidei indagatores, & exploratores sunt. 366.184
Inquisitores quare Crucem vestibus assutam præferunt. ibid.185
Officij sanctæ Inquisitionis primaria cura est Fidem orthodoxam defendere, &c. ibid. 186
Inquisitionis sanctæ officio debentur innumera bona, quibus nostra Hispania Dei beneficio exultat. ibid.187

Institor.

Institor principalem obligat ad interesse tantùm ex vi contractus, non autem ad pœnam ratione culpæ, seu delicti. 67. 6
Institutor non habet facultatem faciendi incidere principalem auctorem in pœnam negotiationis. ibid.7
Institor, qui dominum ratione contractus ad interesse obligare valet, non potest pro culpa seu delicto illum obligare. 366.192

Instrumentum.

Instrumentum conditionale conditione non adimpleta deficit. 74. 3
Instrumentum nullum non meretur executionem. 75. 13
Instrumentum virtute sequentis vsus extenditur ad illud, ad quod aliàs non extendebatur. 161.122
Solemnitatem in instrumentis extraiudicialibus per legem secularem adhibendam tenentur clerici obseruare quando sine difficultate, & aliqua impensa id fieri potest. 315.28
Instrumentum potest licitè retineri à procuratore quousque ei sit satisfactum de sumptibus. 380.301
Instrumenta antiqua non indigent solemni recognitione. ibid.312
Vide *Scriptum.*

Ioan. Baptista Ælianus.

Ioannes Baptista Ælianus natione Hebræus vir pius, & qui pro Fide Catholica multum laborauit, & scripsit. 136.136
Tò, *ipsa*, est restrictiua temporis, & exclusiua alterius rei. 229.13
Tò, *Ipsi*, est personalissimum, & ad oculum demonstratiuum. 296.8
Tò, *Ipso facto*, important ipso iure, statim, & absque aliquo hominis ministerio. 229.

Irregularis, Irregularitas.

Irregulares non sunt qui iam à natiuitate Christianam Fidem professi fuerint, licet Patrem, aut auum, seu proauum habeant Ethnicum, Iudæum, aut Sarracenum. 124. 63
Irregularitatem non incurrit priuatus iure dandi vocem, si nihilominus illam in Capitulo det. 38.118
Irregularitas aliquando impedit solam susceptionem, non vsum. 101.72
Irregularia, & extraordinaria nõ cõprehẽdit adæquatio, quæ resultat ex cõcessione ad instar. 346.6

Isaac.

Isaac.

Isaac fuit viua imago filij Dei facti hominis 133 119

Israelita.

Israelitæ propter perfidiam amiserunt gloriam, legem, repromissiones, & adoptionem filiorum. 134.127

Iudæus.

Magnum antiquitus erat ex Iudæis esse. 134.123

Iudæi omnes, qui Christi morti consenserunt vnà cum suis misere perierunt in obsidione Hierosolymitana. 139.144

Iudæos morti Domini consentientes excusat S. Paulus Apost. propter ignorantiam. ibid.147

Vocans aliquem Iudæum ligatur *l.2.tit.14.lib.8.Recop.* 368.205

Iudex.

Iudex Ecclesiasticus semper est competens ad cognoscendum de rebus, quæ tangunt spiritualitatem. 12. 83

Iudicis arbitrio committitur an & quando sæuitia sufficiat ad diuortium. 62.4

Iudex qui præuenit per capturam rei criminosi, cognoscit de causa, licet alter iudex prius verbaliter & iudicialiter de eadem cognouisset. 110.1

Iudex qui ex negligentia vel dolo capturam de delinquente facere distulit, cùm possit, præuenitur ab alio qui illam realem fecit, etiamsi primus in citatione & monitione præuenisset. ibid. 3

Iudex vnus quando ex defectu iurisdictionis non potest certam pœnam imponere, recurritur ad alium, qui eandem imponere valeat. 112. 16

Iudex Ecclesiasticus simul cum seculari concurrere poterit in punitione delinquentis in aliquo ex criminibus mixti fori, si spiritualibus pœnis vti velit. ibid.19

Iudex si potest procedere vt ordinarius, vel delegatus, electa vna via licet inutili, non potest ad aliam redire. 170. 81

Iudex, cui concessum fuit absolutum, & liberum arbitrium, potest sine causæ cognitione & partis citatione procedere. 171 96

Iudex multum strictè, & præuia necessitate debet officium suum impartiri, vt vendatur domus ad ipsius Ecclesiæ ædificationem, vel ampliationem. 250.48

Iudex in decreto manutentionis debet præseruare iura omnia partibus tam in petitorio quàm in possessorio ordinario. 250. 37

Iudex debet ex officio repellere exceptiones oppositas ad procrastinandum executionem. 251 45

Iudex clementius se gerere debet quàm lex. 293. 84

Iudex habens duplicem potestatem, ordinariam scilicet, & delegatam, potest ambabus vti. 359.16

Iudex à quo non obstante inhibitione Superioris subreptitia potest suam sententiam exequi. 366.190.

Iudex potest finito officio aliquid recipere à parte pro qua tulit sententiam, sponte tamen & sine fraude offerente. 367. 97

Iudex debet esse certus de sua iurisdictione. ibid. 200

Iudicium.

Iudicandum est in vtroque foro iuxta communem verborum intelligentiam si de intentione contrahentium constare nequit, & res dubia sit. 144.32

Voluntas, populique voces non sunt attendenda in iudicando. 293.83

Iudicium confirmat ius superueniens post litem contestatam. 368.207

Iulianus.

Iulianus apostata ad quid studia litterarum prohibuerit? 88. 27

Iulianus Pomerius Archiepiscopus Toletanus ex genere Hebræorum sanctitate & omnigena virtute præclarus. 137.137

Iuramentum.

Iuramentum speciale præstantes arctiori vinculo ligari videntur. 10.57

Iuramenti præstatio stringit magis, & efficaciorem reddit obligationem. ibid. 58

Contractibus etiam natura sua reuocabilibus, si iuramento confirmentur, non potest contraueniri. ibid.59

Iuramentum operatur idem quod clausula derogatoria, & ex certa scientia. ibid.60

Obligatio ad peccatum mort. obligans oritur ex iuramento promissorio. ibid. 62

Peccatum non adimplentis iuramentum tanto grauius est, quanto maior fuerit eius dignitas, Religio, & præeminentia. ibid 63

Iuramentum non operatur vbi interuenit enormissima læsio. 14.107

Iuramentum primo præstitum facit quòd secundum iuramentum contrarium non valeat. 79.14

Iuramentum factum contra primum iuramentum licitum, iuridicum, & honestum non valet. ibid.27

Iuramentum sequitur naturam scripturæ, & actus, cui adiicitur. 335. 40

Iurgium.

Iurgium nouum ex sopita materia non debet suscitari. 9. 48

Iurisdictio.

Iurisdictio ecclesiastica est impræscriptibilis respectu laicorum. 105.22

Iurisdictione concessa, ea omnia videntur concessa sine quibus iurisdictio explicari nequit. 110 5

Iurisdictio ecclesiasticorum Iudicum ad spiritualem correctionem principaliter tendit, ciuilis ac secularis ad vindictam publicam. 112.14

Ius.

Ius per pactum parti acquisitum ei sine facto illius auferri non potest. 7. 27

Iuri ante clericatum operam dans post illum ad Doctoratum in eodem iure poterit promoueri. 86.13

Ius non abdicatur à resignante si resignatio in forma Dignum expedita non fuerit totaliter effectuata. 252. 4

Ius conscientiæ, vide *Conscientia.*

Iuspatronatus.

Iuspatronatus eo ipso censetur acquisitum fundanti, vel dotanti, si expresse illud non remiserit. 12.85

Iuspatronatus tribus modis acquiritur. ibid.81

Iuspatronatus seculare si ad Ecclesiam deueniat, fit ecclesiasticum. 268.29

Iuspatronatus relictum cuidam, & aliis sub nomine collectiuo, diuidendum pro dimidietate 318. 8-9

Iuspatronatus dimidiam vocem habens vnus, & decem

decem alij alteram dimidiam, attenditur præsentatio facta ab habente dimidiam, & ab vno ex decem. 319.20
Concil. Trid. *sess. 24. cap. 17. de reform.* comprehendit beneficia iurispatronatus. 323.19

Iustificatio.

Iustificatio gratiæ debet concludere ad illius tempus. 262.10

Iustitiarius.

Iustitiarius quid significet in iure Canonico. 100.66

L

Labor.

Labor pro Deo nullatenus effugiendus. 317.27
Laborandum non in eo quod sibi, vel paucis vtile sit, sed quod multis vt salui fiant. ibid. 25
Lacrymæ & suspicio metus continuationem probant. 35.93

Læsio.

Læsio enormissima secundùm aliquos contractus etiam transactionis rescissionem inducit. 14.106
Iuramentum non operatur vbi interuenit enormissima læsio. ibid. 107
Læsio non attenditur in renunciatione, quæ donationem importat. 82.34
Læsionem enormissimam excludunt periculum mortis, & vita incerta. ibid. 41
Læsionis ad probationem regulariter debet attendi tempus conuentionis, seu actus, qui geritur. ibid. 42

Laicus.

Laici sunt incapaces possessionis, & præscriptionis in materia decimarum, nisi cum præscriptione allegetur priuilegium ante Conc. Lateran. obtentum. 105.21
Doctores referuntur qui tenent licitum non esse ecclesiastico iudici in casibus mixti fori, hæresis crimine excepto, laicos capere & incarcerare. 110.4
Laici in delictis ecclesiasticis non minus sunt subditi Episcopo quam clerici. 111.6
Hæresis de crimine conuicti laici ab Inquisitoribus capi & incarcerari possunt. ibid. 7
Doctores referuntur qui sustinent ecclesiasticum iudicem in casibus mixti fori laicos capere posse. ibid. 8
Consuetudo quæ vbique recepta circa capturam laicorum in criminibus mixti fori. 112.11
Consuetudo specialis vt ecclesiastici iudices incarcerare valeant laicos delinquentes, illa seruanda est. ibid. 12
Consuetudine induci potest in ciuilibus causis vt ecclesiastici contra laicos iure aliquo cognoscentes, eos incarcerare valeant. ibid. 13
Laicus punitus à iudice ecclesiastico iterum condigna pœna punitur à seculari in delictis mixti fori saltim atrocioribus. 112.15
Laici delinquentes si condigna pœna de aliquo delicto mixti fori ab ecclesiastico Iudice puniti fuerint, non poterunt postea à seculari puniri. ibid. 20
Laici in electionibus quando interesse possint? 172.100

Legandi verb.

Legando testator in codicillis non videtur in dubio recessisse à priori voluntate posita in testamento. 344.344

Legatum.

Legatum reddit conditionale claus. *si nupserit Titio.* 352.58

Legatus.

Legato qui non sit à latere minimè subiiciuntur Abbates benedictio & titulati. 96.35
Legatus de latere potest electiones confirmare. 168.57
Legatus est Iudex competens contra exemptos. ibid. 58

Legens.

Legentes, seu studentes iuri canonico, aut ciuili, fruuntur priuilegio de percipiendis fructibus suarum Præbendarum in absentia. 189.34

Legitima.

Legitima descendentium ex legitimo matrimonio sunt omnia bona parentum, deducto quinto. 78.2
Legitima parentum est omne filiorum parentum deducto tertio. ibid. 4
Supplementum legitimæ spatio 30. annorum præscriptum præsumitur. ibid. 10

Legitimatio, & Legitimatus.

Legitimatio facta in articulo mortis præsumitur in fraudem substituti. 196.2
Legitimationis in tempus institui potest filius spurius. 383.540
Bonorum in possessionem mitti debet legitimatus à Principe, non obstantibus oppositionibus, quæ contra legitimationem fiunt. 368.212
Filiarum legitimarum nulla facta mentione quando legitimatus à Principe censeatur rectè legitimatus? ibid. 213

Legitimitas.

Legitimitatis quasi possessio probatur ex eo quod quis possideat bona paterna. 185.74
Pro legitimitate in dubio pronuntiandum. 280.26

Legitimum.

Legitimum dicitur à lege approbatum, vel toleratum. 279.23

Lex.

Legem, quam velit, imponere quis non potest in re sua, in qua alius ius habet. 8.137
Leges Regiæ deponentes circa ius retractus etiam de iure Canonico sunt obseruandæ. 53.29
Leges audire prohibitum est clericis. 84.7
Legem vel Physicam docentes Presbyteri non comprehenduntur sub dispositione d.c. super specula, ne clerici, vel mon. 86.15
Iustissimè à lege, seu statuto recedi potest ex iusta causa superueniente. 131.102
Leges, Canones, & statuta ex magna & euidenti causa transgredi possunt. ibid. 104
Lex diuina & naturalis quando dispensationem, seu interpretationem admittat. 132.110
Leges & sacri Canones non intendunt tueri vitiosum possessorem. 148.30
Lex quæ generaliter loquitur, generaliter debet intelligi. 152.16
Legis à verbis in dubio non est recedendum. ibid. 17
Lex, aut statutum contra publicam vel priuatam vtilitatem factum potest per viam appellationis, aut simplicis querelæ impugnari. 165.9
Ratio legis vbi cessat eius dispositio cessare debet. 242.131

Leges Pontificiæ iudicio populi debent recipi. 294.79
Leges politicæ & œconomicæ quando obligent clericos, ostenditur 314.25
Cessante ratione legis, cessat & ipsa lex. 335.34
Lex comprehendit bona extra territorium existentia quando omnes contrahentes sunt subditi vnius Principis, & intra eius territorium existunt. 349.26
Lex quando est prohibitiua in personam, tunc comprehendit bona, quamuis sint extra territorium existentis. ibid.27
Legum secularium, & statutorum politicorum ad obseruantiam non tenentur clerici vi coactiua. 350.47
Vide *Statutum*.

Libellarius.

Libellarius est ille, qui ab emphyteuta habente vtile dominium tantum accipit prædium emphyteuticum pro certa annua pensione. 154. 36
Libellarius tenetur ad collectam. ibid.37
Libellarius de annua pensione quam emphyteutæ soluit, non deducit collectam. ibid.38

Libellus.

Libellus maledicus contra Congregationis informationem editus & prohibitus. 21. 172
Libelli famosi contra Deiparæ virginitatem tenor. 284.1
Libellus post intempestam noctem defixus, & inuentus. ibid. 2
Rumor quod Eremita quidam libellum fixisset. ibid.3
Eremita in carcerem detruditur, & eius confessio refertur. 285. 4
Libelli famosi auctor capitis pœnā incurrit. 286.12
Libellus graues iniurias & opprobria in Principem dirigens vtique faceret eius auctorem in crimen læsæ maiestatis incidere, & ita in pœnam vltimi supplicij. 287.13
Libelli publicatio ab eius auctore non processit ex animo, aut intentione errandi in Fide. ibid. 22
Libelli famosi auctoribus per leges duodecim tabularum pœna capitalis imponebatur 290. 53
Pœna extraordinaria hodie punitur libelli famosi auctor. ibid. 54
Pœna libelli famosi de iure Canonico non est capitalis, sed extraordinaria. ibid. 55
Pœna libelli famosi de iure Ciuili erat capitalis quando crimen per libellum obiectum capitis pœna esset dignum. ibid. 56
Libelli famosi pœnæ vt locum habeant nocendi animum necessarium est interuenire, & dolus verus requiritur. ibid. 57
Libelli famosi auctor capitis pœna quando afficiendus. 309. 34

Liber.

Libris Capitularibus quando fides adhibeatur. 268.19

Libertas.

Ius vendicandi libertatem cuilibet ex ciuilibus in solutum pertinet. 226.560

Licentia.

Licentia siue renunciatio legitimæ iuramento confirmata valet. 79.13
Licentia ad testandum futuræ hæreditatis, nihil aliud est, quàm hæreditatis futuræ renunciatio. 80.26
Licentia Episcopi non requiritur in docentibus ad hoc vt priuilegio de percipiendis fructibus in absentia gaudeant, secus in studentibus. 90.46

Licitatio, & Licitator.

Maior licitatio vltra iustum pretium ob æmulationem facta non est admittenda. 369. 218
Licitator post subhastationem perfectam & extinctam candelam à futuris licitationibus & oblationibus etiam maioris summæ est securus. 50.1
Licitator nouus admittitur quando adest læsio vltra sextam partem. 51.5
Subhastationis post lapsum termini non potest licitator admitti. 369.219
Licitator prior est præferendus si dare vellet quantum ab alio postea fuit oblatum. ibid. 220

Lignum.

Ligna Ecclesiæ dedicata non debent ad aliud opus iungi, nisi ad aliam Ecclesiam. 217.86

Limitatio.

Limitata causa limitatum producit effectū. 229.2

Lingua.

Lingua cordi cedit, & sub iugo mentis verba consistunt. 292.76

Liquidatio.

Liquidatio fructuum est facienda in mediocri summa quando testes deponunt de maxima, media, & minima. 364.173

Lis.

Vtilitatem habere quis dicitur eo ipso quòd à lite discedatur. 14. 109
Lite pendente nihil est innouandum. 20.159
Ad effectum regulæ de subrogandis sufficit litem fuisse iustam saltim coloratè. 42.21
Lites sopiuntur per prohibitionem alterius præsentationis. ibid.22
Litis ingressum impedit exceptio non obseruati contractus. 60.132
Lite pendente negotium deuoluitur ad Iudicem suspensa Superioris iurisdictione super eadem causa, de qua dubitatur. 362.150

Litteræ.

In litteris prouisiuis nunquam vel raro fit mentio de pensione reseruata. 224.12
Litteræ resignationis non expediuntur in Cancellaria, vel Camera Apostolica, nisi constiterit quod consensus sunt præstiti & extensi 225.13
Litteræ à supplicatione recipiunt passiuam interpretationem. 225. 7
Litteræ Apostolicæ habent paratam executionem ad instar instrumenti publici guarentigiati & procedendum ad earum executionem appellatione remota. 251.35

Litteratus.

Litterati viri, & idonei vndecunque originem duxerint, in quibuscunque Ecclesiis etiam maioribus sunt admittendi. 1 3 54
Litteratis librorum copia necessaria. 369. 16

Locumtenens.

Locum tenentes, seu Vice Rectores suis principalibus in reuerentialibus non adæquantur. 282.21

Locus sacer.

Reuerentia locis sacris etiam dirutis & collapsis habenda. 218 90
Testudines, seu speluncæ subtus Ecclesiā, portas ad plateā habētes non sunt loca sacra. ibid.93
Locus sacer dicitur illud spatium, quod spectat ad interius corpus Ecclesiæ à tecto interiori vsque ad pauimentum. ibid. 94

Locus facer ad effectum inducendi facrilegium non ita latè fumitur, ficut ad effectum gaudendi ecclefiaftica immunitate. 397.32

Loqui.

Nullus iudicatur loqui id, quod non fentit. 292.75

Lucrum.

Ex qua perfona quis lucrum capit, eius factum probare tenetur. 8.39

Lucrum intelligitur omni damno deducto. 157.81

Fr. Ludouici de Leon auctoritas refertur 330.13

Lucri amiffio non habetur in confideratione fi non fuerit radicatum, & matrimonio incorporatum. 38.10

Lucri ceffantis, feu damni emergentis intereffe in multa dari poteft. intellige vt ibi. 366.193

Timor amiffionis magni lucri poteft tanquam iuftus reputari. 38.13

contrarium vetius n. 14. intellige vt ibi.

Pœna quæ confiftit in amiffione lucri impofita alicui vt contrahat Matrimonium cum certa perfona, illud non impedit. ibid. 14

Amiffio lucri impofita alicui vt contrahat Matrimonium cum certa perfona, illud non impedit. ibid. 15

Difpofitio obligans aliquem ad Matrimonium contrahendum cum certa perfona fub pœna amiffionis lucri, valida eft. ibid. 16

Lufitana.

LufitanaMaria Pacheco ex puella adolefcens ephebus apparuit. 191.17

M

Magiftratus.

Magiftratus quos honores, & onera portet? 120.36

Magiftratus præfentia omnē metū excludit. 237.99 & 239. 116

Maioratus.

Maioratus bona vt conferuentur in familiis illuftribus Reip. maximè intereft. 301.12

Maioratus caufam publicam continet. ibid. 13

Facultas pro alienandis bonis maioratus cōcedi nō poteft, nifi caufa publica cōcurrat. ibid. 14

Emptor rerum, & bonorum maioratus an teneatur curare vt venditor pecuniam in alia re vtiliter infumat. 303. 51 & feq.

Maioratuum fundationes quando factæ funt in aliquo Regno, tunc fecundum illius leges procedendum, licet bona extra Regnum exiftant. 349.31

Maioratus bona vt alienari valeant cum Regia facultate non requiritur confanguineorum citatio. 350 45

Maioratus fundati contemplatione matrimonij effectum fortiuntur, matrimonio poftea annullato. 357 104

Filius non poteft retrocedere capitulatam maioratus inftitutionem. 36 . 165

Confentire non poteft filius quod maioratui alia onera apponantur in præiudicium fucceflorum. ibid. 166

Primogenitus filius quando vocatur ad maioratum vocatio hæc reftringitur ad filios immediatos primi gradus. ibid. 167

Inftitutio maioratus in vna fcriptura à marito & vxore facta in fe continet duas difpofitiones. 369 221

Maioratus à marito & vxore fimul fundatus poteft ab vno eorum reuocari pro fua parte ante traditam poffeffionem, fi alter mortuus fit. ibid. 223

Primus fucceffor in maioratu non tenetur foluere debita cōtracta poft fundationē. ibid. 224

Maioratus quando Regia facultate fundatur, poteft de facili mutari alia fimili facultate obtenta. 370.225

Princeps in fucceffione maioratus poteft ius competens fubftitutis de futuro derogare. ibid. 226

Inftitutor maioratus quando abfolutè & generice fœminas propter mafculos à maioratus fucceffione exclufit talis exclufio intelligitur propter mafculos eiufdem lineæ, & gradus. ibid. 227

Poffeffor maioris dubiam illius difpofitionem interpretari poteft. ibid. 229

Maioratus duo an & quando in vna perfona confiftere & permanere valeant, latè oftenditur. ibid. 230

Maioratum inftituendi promiffio idem eft ac inftituere. 380.309

Succeffor in maioratu in eo ius radicatum habet etiam viuente poffeffore. 389. 22

Male adu.

Malè parta, malè dilabuntur. 18.145

Maledicens.

Maledicentes, & mentientes nihil magis curant, quàm occultare quod prædicant. 21.174

Maleficium.

Maleficia, voluntas, & propofitum delinquentes diftinguunt. 288.29

Maleficia magis decernuntur per animum & finem, quibus crimen perpetrant, quam per ipfum facinus. ibid. 30

Maleficium debitoris non auget per fe fideiufforis obligationem. 363. 160

Malitia.

Malitia ætatis, vide *Ætas.*

Malum.

Malum non eft præfumendum de illo, qui bene vixit. 371.232

Mandatum.

Mandata Regia, quibus iubetur aliquem à fua poffeffione amouendum non effe, exequenda. 165.5

Mandatum, feu commiffio de matrimonio contrahendo non eft neceffe præftare Procuratori coram Parocho, & teftibus. 71.16

Mandatum fpeciale requiritur ad contrahendum matrimonium. ibid. 19

Mandatum fpeciale ad contrahendum matrimonium non dicitur nifi nominatim detur ad contrahendum cum certa & determinata perfona. ibid. 20

Vide *Matrimonium.*

Manus.

Manus appofitio limitata ad certum effectum, & ad certum cafum, non caufat affectionem deficiente effectu, aut cafu per Principem contemplato. 25 .23

Manus appofitio præexiftente referuatione operatur affectionem data nullitate prouifionis ob incapacitatem prouifi. ibid. 26

Appofitio manus Papæ non caufat affectionem, quando eft facta contemplatione certæ perfonæ, quæ non fuit reperta capax. ibid. 29

Manutentio.

Manutentionem petens debet probare fuam pof-

fefsionem

sessionem de tempore litis motæ. 19.150
Manutentio danda pro omnibus actibus, in qua illa reperiebatur possidere de tempore litis motæ. 20.153
Manutentio vt excludatur, debet euidenter constare materiam esse facultatiuam. ibid.162
Manutentio non est de facili deneganda sub prætextu materiæ facultatiuæ. ibid.163
Nullitas contractus non potest impedire possessori manutentionem. ibid.165
Manutentionis decretum pro Congregatione refertur. 21.171
Manutentio non est danda quando constat de improbitate & vitio possessionis. 148. 29
Manutentio non impeditur interim dum disputatur de vi decreti irritantis. 166.28
Manutentio non est danda vbi constat de defectu dominij, seu de improbitate, & vitio possessionis. 234. 67
Manutentionem petens est actor originarius, & voluntarius 235. 77
Manutentione non agitur de titulo, vel de possessione. 238. 101
Manutentio quando affert aliquod grauamen, illud est leue, modicum, ac momentaneum. ibid.102
Manutentio solum conceditur ad strictos limites possessionis. ibid.105
Manutentio conceditur ad limites pensionis. 248.13

Maritus.

Maritus ratione fructuum dotis tenetur ad tributum, & ad collectas. 15. 23
Maritus constante matrimonio dotem in casibus permissis vxori restituens tenetur curare vt quãtitas iuxta permissionis facultatem in aliam rem vtilem conuertatur. 301.19
Mariti consentire non debent vt vxores ornentur propter alios cum foras exeunt. 330. 15

Marchionissa de Alcauala.

Marchionissæ de Alcala in decisione coram Gregorio X V. multa referuntur præcisam vim, & iustum merum denotantia. 389.23

Mas.

Mares potius generantur quàm fœminæ ex caloris seminis potentia. 190.2

Materia.

Materia quando est impræscriptibilis ad acquirendum dominium, sufficit titulus insufficiens iuncta obseruantia quadraginta annorum. 105.19
Materiæ impræscriptibiles ex incapacitate possidentis desinunt esse tales. ibid.20

Matrimonium.

Matrimonium si fuerit metu contractum, est ipso iure nullum. 25.12
Matrimonium per vim contractum est ipso iure nullum. 29. 48
Matrimonium per nimiam importunitatem contractum annulletur. 35. 89
Preces importunæ à parte, aliôve Superiore adhibitæ matrimonium annullant. ibid.90
Matrimonium propriè & vere, ac ex ipsa eius natura contractus est, qui solo consensu perficitur. 69.1
Matrimonium vt Sacramentum consideratum etiam externum consensum requirit. ibid 5
Verba ad rationem matrimonij non sunt præcisè necessaria, sed sufficit consensum aliquo exteriori signo, vel facto declarari. ibid. 6
Matrimonium per Procuratorem contractum fuit validum ante Concilium Trid. 70. 8
Matrimonium per Procuratorem contractum physicè gratiam producit in contrahente. ibid.13
Matrimonium per Procuratorem contractum etiam hodie post Concil. Trid. valet, & Sacramentum est. ibid.15
Matrimonium per epistolam contractum valet tam ratione contractus, quàm in ratione Sacramenti. 71.17
Matrimonium per epistolam contrahi quibus modis dicatur. ibid. 18
Matrimonium antea contractum virtute mandati ad contrahendum cum qualibet muliere conualidari possit subsequuto speciali ad contrahendum cum eadem ignara secundi mandati. ibid.22
Procurator ad matrimonium contrahendum non potest alium substituere. ibid.23
Procurator constitutus ad matrimonium contrahendum non potest illud contrahere post mandatum reuocatum, quamuis Procurator, vel alter coniux reuocationem ignoret. ibid.25
Ratio specialitatis cur matrimonium contractum post mandatum reuocatum, cum ignorantia tamen reuocationis sit nullum, non ita alij actus. 72.29
Verba, quibus debent matrimonia celebrare Procuratores nomine constituentium illos. ibid.31
Mandati reuocatio tacita sufficit signis vel factis aliquibus declarata ne matrimonium per Procuratorem etiam reuocationis ignarum contractum, sit validum. ibid.32
Matrimonium contrahens cum alia muliere post datum mandatum ad contrahendum cum certa persona ante illius executionem, visus est illud reuocare. ibid.33
Procuratoris ad matrimonium dati reuocatio etiam ignorata effectum sortitur quamuis iuramentum de non reuocando præmissum sit. ibid 35
Procuratoris ad matrimonium dati reuocatio mera interna quoad forum conscientiæ valet. 73.36
Matrimonium contractum per Procuratorem, qui neque tacitè neque expressè reuocatus fuerit, an validum sit, si tempore, quo contrahetur consensus positiuus mittentis Procuratorem realiter non concurrat? ibid.37 & 38
Matrimonium valere non desinit per superuenientem furorem illum constituentis. ibid.39
Matrimonij vinculum ex eius firmitate & indissolubilitate proueniens fortius ligat quam iuramentum. 142.15
Matrimonium contrahendum per verba de præsenti præcedentibus monitionibus. ibid. 15
Matrimonium potius quam sponsalia in dubio præsumere debemus. 144. 30
Opinio singularis alicuius Doctoris celebris Matrimonium sustinentis, præferri debet opinioni plurium impugnantium. ibid. 33
Matrimonia contrahere possunt hermaphroditi secundum sexũ, in quo magis præualent. 192.26
Matrimonium si diuortio separatum sit, successio locum non habet. 97.42
Matrimonium secundum valet pendente litigio super primo, ex quo primum in rei veritate fuit pronuntiatum nullum. 278.6

Litis pendentia non impedit Matrimonium contrahi. ibid. 7

Matrimonium nullum non impedit validitatem secundi matrimonij rectè contracti. ibid.8

Matrimonium pendente lite super prioris validitate contractum, si illius nullitas euincatur, validum est. ibid. 9

Matrimonium contrahens secundum lite pendente super validitate primi non dicitur attētare. 10

Interdictum Ecclesiæ ne Matrimonium contrahatur quibus modis fiat. ibid. 13

Matrimonium contractum contra interdictum Ecclesiæ validum est, nisi contineat decretum irritans. ibid.14

Matrimonium contrahere volenti ante ætatem legitimam incumbit onus probandi malitiam supplere ætatem. 292.10

Matrimonium contrahi ante legitimam ætatem ex vrgentissima aliqua necessitate permitti potest. ibid. 15

Matrimonij carnalis consummati vinculum est indissolubile. 325.11

Matrimonium contrahens ne incurreret indignationem patris validè contrahit. 387. 5

Pater potest filio persuadere vt matrimonium cum certa persona contrahat; illum etiam paterna coactione cogendo. 388. 9

Persuasiones ad hoc vt matrimonium annullent debent esse importunæ, instantissimæ, repetitæ, & inculcatæ. ibid. 10

Persuadentes, & rogantes importunè matrimonium, vt illud rescindatur, debent esse soliti male tractare sibi non parentes. ibid. 12

Matritum.

Matriti monacha in virum conuersa. 191,18

Medicus.

Medicis standum est quando quis dicatur infirmus, & in extremis constitutus. 196.18

Medietas.

Medietatem vocum tenendam in dubio, & ratione incertitudinis interuenisse. 320.26

Media via in dubiis eligenda. ibid. 27

Melioratio.

Rem meliorem non potest pater sibi assumere in tertiam, & deteriorem relinquere filiis. 373 252

Meliorare in tertio & quinto bonorum potest pater duos filios, & ad tempus. 374.253

Meliorandi promissio adimplenda. 380.301

Tormentiris est iniuriosissimum. 372.237

Mensa.

Mensam Abbatialem, & sigillum cum propriis armis habet Abbas, cui in titulum perpetuum Abbatia collecta fuit. 96.32

Mercator.

Mercatores nunquam habent otiosas suas pecunias. 59.45

Metus.

Metus definitio, & eius natura declaratur. 28. 45

Metus debet esse talis, qui cadere possit in constantem virum ad hoc vt matrimonium, professionem & Ordinis susceptionem annullet. ibid.46

Metus vt dicatur cadens in constantem virum quinque requiruntur conditiones. ibid. 47

Metus grauitas diiudicatur ex circumstantiis, & qualitate ætatis, sexus, & imbecillis animi. 29.50

Metus est difficilis probationis. ibid. 51

Probationes leuiores sufficiunt in metu. ibid.52

Indicia, & coniecturæ ad probandum metum admittuntur. ibid.53

Testes domestici admittuntur in probatione metus. ibid. 55

Testes singulares in probatione metus reiiciendi non sunt. ibid.56

Historia narratur ex qua metus initium sumpsit. ibid.57 & 58

Personæ interpositæ ad metum incutiendum, & quomodo probetur, 30.59. 60,61, 62,63, 64 65,66,67,68,69,70,& 71.

Metus mortis, aut cruciatus corporis, vel abscissionis membri dicitur cadens in constantem virum. 32.72

Reuerentia quam filius præstare debet patri, quando sit sufficiens ad inducendum metum, qui caderet in constantē virum. ibid.73

Metus reuerentialis per se solum non est sufficiens ad reddendum irritum contractum. 33.74

Timor rationabilis grauis mali simul cum metu reuerentiali sufficiens est ad annullandum contractum. ibid.75

Metus reuerentialis cum verberibus, aut minis sufficit ad irritandum contractum, quamuis non probetur minitantem solitum esse minas exequi ibid. 76

Terribilitas personæ cum metu reuerentiali sufficiens est pro nullitate contractus. ibid.77

Qualitas personarum, quæ metum patiuntur, & incutiunt multum inspici solet in eius probatione. ibid.80

Preces importunæ, & instantissimæ persuasiones aptæ sunt metum incutere cadentem in virum constantem. ibid.86

Lacrymæ & suspiria metus continuationem probant. 35.93

Metus causa durante nullus consensus præsumitur liberæ voluntatis. 38.121

Metus præsens qualiter requiratur. 39.134

Suspicio metus contractum irritat sicut & metus, ibid. 135 intellige vt 136.

Metus solus futuræ sæuitiæ, & alicuius grauis mali sufficit ad diuortium. 62. 6

Metus minor requiritur in muliere quàm in viro. ibid.7

Metus ad annullandum matrimonium requisitus debet probari per actus exteriores, veluti mortis, aut cruciatus. 387.2

Metus iustus debet probari, aliàs dicitur vani timoris. ibid.3

Metus reuerentialis per se solum non sufficit ad rescissionem contractus matrimonij. ibid.4

Auctoritas personæ tribuit iustam causam metus reuerentialis. ibid.6

Reuerentia paterna cum importunis precibus, & molestis persuasionibus inducit iustum metum. ibid.7

Intellige de persuasionibus dolosis, non verò de illis, quæ subeunt vices optimi consilij. ibid.8

Cohabitatio spontanea qualiter metum purget, ostenditur, 389.26 & seq.

Metus præcedens per quantum tempus præsumatur purgatus ex cohabitatione spontanea, ostenditur ibid. 27

Metus præsumptio excluditur ex quo illum passus nec ante nec post matrimonium protestatus fuit. 390.28

Minæ.

Minæ probantur per testes singulares. 39.129

Minister.

Minister.
Minister qui pecuniam fiscalem animo negotiandi ad suum commodum intercipit, quas pœnas incurrat? 59. 47
Minor.
Minor in sibi proficuis,& beneuolis non eget alterius auctoritate. 13.99
Minor ciuiliter,& naturaliter obligatur vbi ex contractu aliàs nullo factus est locupletior. ibid. 100
Minoris iure gaudentes si prætextu læsionis, aut metus contractum rescindere prætendant, non sunt audiendi, nisi prius accepta restituat 13.105
Minor pars reputatur pro toto. 321.34
Minus.
Minus est habere actionem quàm rem. 354. 9
Missa.
Missarum simplex onus quando in fundatione est appositum, possint per substitutum celebrari. secus quando præcisè requiritur Sacerdotium, seu alius Ordo per modum annexionis. 253.18
Mixtum.
Mixtum non censetur comprehensum sub simplici. 265.42
Modus.
Modus potius quàm conditio in dubio præsumitur. 351.52
Molina.
Molina *de primog. lib. 4. cap. 4. a num. 22.* declaratur. 303.30
Molinam qui reprobent. 304.40
Monachus.
Monachis solum vetatur auditio publica legum, non autem prælectio. 95.12
Monachi nigri S. Benedicti qui? remissiuè. 96. 37
Monachi non obligantur sub peccato mort. nisi quoad tria substantialia vota quantum est ex iure & virtute regulæ. 97. 48
Monachorum nullus forensis negotij susceptor, vel executor existat. 98. 51
Monachorum nomine in Decreti & Decretalium libris veniunt illi qui Religionem S. Benedicti professi sunt. 99 57
Monachorum appellatione in odiosis non comprehenduntur Abbates. ibid. 61
Monachus factus Episcopus recuperat ius succedendi. 194 8
Moneta.
Pragmatica minorationis monetæ publicata sub die 1 . Septembris 1642. refertur. 4 . 42. & de eius intellectu. ibid. 43
Monetam cudere, minuere, seu alterare est de Regalibus Principis. 3 5. 33
Monetæ valor quando mutatur cum magno excessu etiam ob aliquam publicam necessitatem vt clericum liget, requiritur summi Pont. licentia. 316, 34
Monialis.
Moniales Regij Conuentus Discalceatarum & Incarnationis cum cantu celebrant diuina Officia. 19. 47
Monialis inquisita de aliquibus tactis, & actibus impudicis, & suspecta quod sit hermaphrodita, debet de monasterio statim expelli. 192.24
& quando,& quibus præuentionibus, diligentiis, & probationibus sit eius professio nulla declaranda? ibid. 29
Monopolium.
Principis ex priuilegio an monopolia exerceri valeant? 272. 244
Mora.
Moram vt creditor contrahat requiritur non tantum quod creditor sit interpellatus accipere, sed etiam quod cum effectu pecunia deferatur, nolitque recipere,& deinde consignetur, & deponatur. 353.73
Moribundus.
Moribundus quis dicitur quando in eo statu quod de eius salute desperetur. 196.22
Prælatus in infirmitate æquiparatur vsuario. 196. 23
Mors.
Mors in Christianis non est mors, sed dormitio, & somnus appellatur. 2 1. 5
Mors mala putanda non est quam bona vita præcessit. 371. 234
Mortuus.
Mortui intra Ecclesiam olim non sepeliebantur. 203. 29
Mula.
Mulam conducens ad faciendum iter ad Toletum si iter faciat ad Hispalim tenetur de morte mulæ, nisi cum mula esset datus famulus. 352. 60
Mulier.
Mulier iurans non alienare bona dotalia sibi donata propter nuptias, si postea alienet, & iuret non contrauenire non valet alienatio. 79. 18
Mulier si iurauit non alienare in futurum rem dotalem,& postea alienet cum iuramento, nihil valet alienatio iurata propter iuramentum primum. 80.24
Mulier nupta piscatori apud Albernos filium peperit,& postea virilem sexum adepta ad alias cum muliere transiuit nuptias. 191. 16
Doctores referuntur de habitu & cultu mulierum agentes. 328. 2
Ornatus muliebris in duobus consistit, in apparatu corporis,& in fuco colorum. 329.3
Mulieres debent in laborando se occupare. ibid. 8
Mulieres cum verecundia, & sobrietate debent se ornare. ibid. 9
Mulier nupta potest licitè se ornare vt placeat viro suo & quibus concurrentibus id fieri debeat, ostenditur. 330.14
Mulier se ornare potest ad ostendendam pulchritudinem vt placeat alicui, quem in virum habere vult. ibid. 16
Mulier senex,& quæ vouit, vel constituit viuere in cœlibatu, aut viduitate, non potest ornare se curiose. ibid 17
Mulier quæ ideo se ornat vt homines in concupiscentiam sui moueat, peccat mort. ibid. 8
Mulier siue coniugata siue non, quæ se comit eo fine vt lasciuo placeat, toties peccat, quoties de industria illius se dat conspectui. ibid. 9
Mulier, quæ se iuxta statum suum ornat,& componit absque intentione prouocandi viros, non propterea peccat mort. ibid 20
Excessus suprà statum, vel præter receptam consuetudinem in ornatu fœminarum potest esse lethalis. ibid. 21
Mulieres, quæ primum introduxerunt nouas lasciuarum vestium formas, mortaliter peccant. 331, 22
Mulier quæ se pomposè adornat,& ob id mortaliter peccat si homines ad luxuriam incitare intendat, non est admittenda ad Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ, nisi talem depo-

nat ornatum. ibid. 29

Mulier, cui fuit conditio imposita nubendi Petro, succedit acsi illi nupsisset, si Petrus prius cum alia matrimonium contraxit, vel per eum stetit quominus contraheretur matrimonium. 351. 54.55

Mulier vt lucretur arrhas, seu donationem propter nuptias sufficit quod sit traducta ad domum mariti, & quod sit parata à marito cognosci, licèt ipse propter frigiditatem vel aliam causam non potuerit copulam effectuare. 357.107

Mutuum.

Mutuum, & non depositum quando factum videatur à deponentibus pecunias penes Syndicos ordinis S. Francisci? 59.56

Mutuum non reconciliatur si consumptio pecuniæ, vel commixtio sit mala fide. 60. 67

Ciues ditiores quando compelli possint mutuare pecuniam ciuitati? 273. 245

Rex pro defensione patriæ potest cogere subditos diuites, vt sibi mutuent pecunias. ibid. 246

Mutuantes coactè ciuitati possunt aliquid accipere ratione lucri cessantis, vel damni emergentis. ibid. 247

Coactus ciuitati mutuare potest pacisci de aliquo lucro. ibid.148

Valor mutuatæ rei si crescat, vel decrescat cui cedat damnum. ibid.249

Ciuitas non obligabitur ex mutuo sibi dato nisi in eius vtilitatem versum esse probetur. 307. 5

Nisi toti Collegio Senatorum, seu Decurionum, vel Consiliariorum mutuetur, & ciuitas legitimè congregata confiteatur pecuniam conuersam in eius vsum. ibid. 6

Minor non obligatur ex mutuo nisi in eius vtilitatem versum fuisse probetur. 307.8

Mutuans pecuniam mulieri debet esse diligentior in perscrutando ad quid illas accipiat. 303. 36

Mutuum filiofam. datum causa studij quando teneatur pater soluere? 374. 254

N

Narratiua.

NArratiua falsa, circa valorem beneficij, doctoratum, numerum obtentorum & similia, non impedit affectionem per manus appositionem. 265.36

Narratiua falsa circa causam ipsam finalem concessionis facit cessare omnem affectionem. ibid. 37

Naturale.

Naturale est neminem de Rep. benemereri velle nisi fructum aliquem speret. 119.33

Natus.

Natum esse ex bonis felicissimum est inter mortales. 118. 22

To, *Nec*, est implicatiua casus contrarij ad expressa. 18. 142

Negatiua.

Negatiua inducit nullitatem, & remouet omnem potentiam ab actu. 323.12

Negligentia.

Negligentia ac omissio cuiuslibet particularis de vniuersitate, non præiudicat ipsi vniuersitati. 46.4

Negotiatio.

Negotiatio, vel merc tura an & quando pauperibus clericis concedatur? 351.50

Nemo.

Nemo dat quod non habet. 18.135

Neophytus.

Neophytus qui ordinari & beneficiari prohibetur, dicitur recenter conuersus, seu baptizatus. 132.112

Neophytus in Episcopum promoueri non potest ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. ibid.113

Neophytus si talis sit qualem decet esse bonum Pastorem & humilis inueniatur, ac integra Euangelicæ legis institutione præditus, in Episcopum eligi non prohibetur. ibid.14

Nerua.

Neruæ filius in ætate 17. annorum publice in iure respondit. 271.241

Nicol Garcia.

Nicolai Garciæ opinio declaratur. 275.32.& seqq.

Nobilitas.

Nobilitatem suam quis seruat si dedignetur seruire vitiis. 118.23

Nobilitatis nulla distinctio est consideranda in prouisione Præbendarum. 123.53

Nobilissimi ac generosissimi viri in Hispania sæpè in puritate sanguinis probanda caullantur. 124.19

Nobilitas Christianorum ab Hebræis descendentium omnium antiquissima. 133.117

Nobilitatem primæuam non recuperant nisi ex Iudaismo ad Fidem Catholicam conuersi, relicta prorsus infidelitate, & Iudaica perfidia. 135.132

Nola.

Nola Campaniæ vrbs, in qua Augustus moritur. 200. 5

Nolæ nomen pro campana etiam ante Paulinum Nolanum Episcopum ante annos 300. vsurpatum fuit. 201. 8

Nominatio.

Nominatus & honoratus in testamento à fundatore non comprehenditur in eius dispositione per verba naturalia loquente. 152. 56

Rex Catholicus Philippus IV in Archiepiscopum Toletanum nominauit Eminentissimum D. Cardinalem Sandoual. 324.2

Reges sub reatu peccati mort. tenentur ad Episcopatus meliores & digniores nominare. ibid. 4

Philippus II. ad Episcopatus non statim nominabat, sed matura adhibita deliberatione, habit que personarum delectu. ibid. 6

Rex in Episcopis nominandis personæ respectum habere poterit, si hæc simul Ecclesiæ seruitio & vtilitati conducat. ibid. 7

Eminentissimus D. Card. de Sandoual fortiter nominationi resistit. 327.29

Ioannes Hurtado Dominicanus similem nominationem ad Archiepiscopatum Toletanum acceptare recusauit. ibid.30

Nominatione semel facta ab eo cui competebat per contractum inter viuos, non licet electoribus variare. 338.15

Notarius.

Notarius si confiteatur se recepisse pecunias oblatas

tas,exinde non probatur vera numeratio quæ releuet in casu vbi ea requiritur. 45.17
Notarius laicus si intersit electioni ad scribenda illius acta non vitiat ipsam electionem. 172. 103
Notario asserenti transumptum fuisse à se confectum non creditur. 168.50

Notificatio.

Vide *Citatio.*

Nullitas.

Nullitas contractus non potest impedire possessori manutentionem. 20. 165
Nullitas quando est notoria, & ex actis euidenter constat, obiici potest de nullitate trium sententiarum, non obstante *Clem. 1. de re iudic.* 383. 339

Numus.

Nummus vnus si deficiat in consignatione pretij, non videtur fuisse satisfactum formæ legis consignate mandantis. 52. 16

Nuntius.

Nuntius & epistola sunt tanquam merum instrumentum, & organum,per quod dominus verba profert, quæ proinde in eius persona concipiuntur. 72.28

O

Obedientia.

Obedientiæ præstatio, & recognitio an habeat vim approbationis? 241.127,128

Oblatio.

Oblatio præcedere debet obsignationem & depositionem. 46
Oblatio debet præcedere obsignationi, & depositioni. 47. 10
Oblatio vera & realis debitorem liberat, & cursum vsurarum impedit. ibid. 11
Debitor per oblationem realem excusatur à mora. 47. 11
Oblatio realis quando dicatur? ibid.13
Oblatio verbalis idem operatur quod realis,& vera quoad euitandam moram & pœnam, si creditor expresse recusauerit accipere. ibid.14
Pecunia quando est debita non potest offerri tot de bonis immobilibus,vel mobilibus.ibid.15
Oblatio,& depositio non erit sufficiens ad liberandum debitorem si constitutio de breui foret promulganda. 49.40
Oblatio limitata & conditionalis non sufficit.248. 16,18
Oblatio verbalis si fiat creditori, & ille sine causa recuset recipere, tunc constituitur in mora perinde ac si oblatio realis facta fuisset. 353.74

Obligatio, & Obligatus.

Obligatio ad peccatum mort. obligans oritur ex iuramento promissorio. 10.62
Obligatio continentiæ Ordinibus annectitur mediante voto proprio ordinatorum secundùm alios. 27.35
Obligatio quæ sonat ad interesse, & in simplum, extensionem non patitur ad augmentum 66.3
Obligatio extincta non potest reuiuiscere absque nouo omnium consensu. 75.10
Obligatione extincta,extincta quoque dicitur fideiussio in ea inserta. ibid.15
Obligatio incontinenti contrahitur in materia obligationum si non destinatur dies in contractu. 142.16
Obligatus de iure Regni manet quilibet quocumque modo se obligare voluerit. 6.17

Obmutescere.

Obmutescere,pallere,seu inconstanter loqui, signa euidentia sunt sceleratæ conscientiæ. 306.12

Obseruantia

Obseruantiæ multum defertur in interpretandis constitutionibus. 148.22
Obseruantia est Constitutionum interpres. 223.31
Obseruantia attendenda. ibid.32
Obseruantia optima cuiuscunque dispositionis interpres. 262.8
Obseruantia subsequuta in dubiis deseruit pro interpretatione. 275.52
Obseruantia, seu consuetudo recte probatur ex actuum frequentia, ac temporis diuturnitate. ibid.53
Obseruantia interpretatiua non requirit longi temporis præscriptionem. ibid.54
Obseruantia ad hoc vt releuet debet probari particulariter,& in specie, & non sufficit æquiuoca. 276.67
Obseruantia subsequuta præcedentem dubiam dispositionem declarat. 333.13
Actus vnicus sufficit ad inducendam obseruantiam. ibid.14

Officialis, & Officium.

Officialis iniustè impeditus officium exercere, an consequi debeat salarium totius temporis, quo fuit impeditus. 385.330
Officiis prouidendum est de bonis personis, non autem personis de bonis officiis,nisi cum vtrumque simul fieri potest. 12.45
Manutenendus est ille,qui de tempore litis motæ sui officij possessionem obtinebat. 164.21
Officij alicuius in possessione existens impedite potest aliam electionem de eodem officio faciendam,etiamsi non probet rectitudinem electionis. 166.27
Priuari suo officio nullus potest nisi prius audiatur & conuincatur 170.85
Possessor officij,non est priuandus illius vsu pendente lite super priuatione. 174.125
Officium suum complens,auctoritatem & potestatem amittit. 228.3
Officij vacatione non facta, ad electionem futuri Prouincialis deueniri non potest. 229.18
Τὸ *Omnis* neminem excludit. 274.46

Onus.

Onera supportare debet qui fructus percipit ex re aliqua. 152.12
Onerum ecclesiasticis bonis, & rebus impositorum tres species. 156.69
Onera in computando valore beneficij debent deduci. 157.77
Onera deducenda sunt quamuis concessio ad fructus dirigatur. ibid. 85
Onera defalcabilia referuntur,250.39, 41. & seqq.
Onus Canonicis impositum potest per alium suppleri. 253.17
Ex impositione oneris celebrandi non arguitur per necesse ad Ordinem sacerdotalem suscipiendum.271.21

Opinio.

Opinionum in conflictu ea semper est amplectenda,quæ fauet Ecclesiæ. 296.47
De communi opinione curandum non est quando contraria fauet iurisdictioni Ecclesiasticæ. ibid.49

Ex duabus contrariis opinionibus illa sequenda est, quæ fauet Religioni. ibid. 50

Opus.

Opus nullum est tam perfectum quod non vellicare malignitas possit. 21. 173

Ordinarius.

Ordinarij, & Visitatores locorum temperare debent pro loco, & tempore campanarum pulsationes. 208. 81

Ordinatio.

Ordinatio vbi non valet, nec etiam valere potest præceptum, aut votum quod validæ ordinationi annexum est. 25. 7

Ordinari possunt in virili sexu magis prævalentes. 92. 27

Ordinari potest quis pro vtilitate & necessitate Ecclesiæ etiamsi Præbenda non sit sacerdotalis. 271. 11

Ordinare qui cœpit agere potest redire ad viam executiuam refusis expensis. 347. 15

Ordinatus per vim præcisam, & absolutam non recipit characterem, nec tenetur ad obseruantiam voti castitatis. 25. 5

Ordo.

Ordo per se ingressus non impedit matrimonium, sed constitutio Ecclesiæ. 26. 26

Canonistæ, & Iureperiti referuntur qui tenent Subdiaconum Ordinem suscipientem per vim causatiuam non teneri continere. ibid. 27

Ordo ex adiuncto voto castitatis quomodo dirimat matrimonium? 27. 37

Ordinum distributio nulla facta fuit in Ecclesia Conchensi. 38. 120

Ordo Fratrum Minorum S Francisci de Obseruantia minimè possunt recipere oblationes, & eleemosynas pecuniarias vt in sequentem diem eas conseruet. 58. 13

Ordinum distributio singulis Præbendis reperitur facta in S Ecclesia Compostellana. 253. 20

Ordo sacer Canonicatibus de Iure annexus non est, nisi statuto, vel consuetudine secus caueatur. 262. 4

Ordinis sacri annexio non arguitur ex impositione oneris celebrandi. ibid. 5

Ordo benefici. rio annexus non est, licet fundator referat onus celebrandi ad personam beneficiarij, dum expresse non remouet facultatem celebrandi per alium. 271. 9

Ornamentum.

Ornamentorum lenocinia prostitutis conueniunt. 329. 10

Iudith & Esther omni genere ornamentorum sibi pulchritudinem conciliarunt. 331. 28

Nimiam solicitudinem ad exteriorem corporis ornatum apponens quando peccet. 329. 7

Ornatus.

Ornatus in excessu quomodo sit peccatum mort. per accidens. 331. 24

P

Pactum.

PActorum, & fidei datæ obseruantia in sacris litteris commendata. 5. 5

Iuri naturali nihil magis conuenit, quàm pacta & conuentiones seruare. ibid. 6

Conscientiæ ius nihil à naturali deuiat. ibid. 7

Iustitia nulla maior est, quàm pacta, & conuentiones seruare. ibid. 8

Viro bono non conuenit quod semel dixit postea reuocare. ibid. 9

Pacta nuda de iure Canonico seruantur. 6. 16

Pactorum conditiones referuntur. ibid. 20

Pactum de redimendo censu in eisdem speciebus monetæ, quibus constitutus fuit, valet. 47. 16

Pactum addictionis in diem validum. 51. 4

Pacta plura quando posita sunt in eodem instrumento, sumunt omnia robur eodem tempore. 37. 34

Pactum de non succedendo est reprobatum ascendentibus, & descendentibus. 79. 12

Pactum negatiuum de non succedendo bene iuramento confirmatur. 81. 51

Vide *Renunciatio.*

Palatium.

Palatium, quod præsefert magnam antiquitatem, & nobilitatem, non cogitur vendere vicinus pro Ecclesiæ ædificatione, vel ampliatione. 205. 47

Regum Palatiis priuatæ domus non sunt adiungendæ. 219. 103

Panis.

Panis tassa ab omnibus tam secularibus quàm ecclesiasticis obseruari conuenit. 5. 5. 27

Papa.

Papa potest simplici Sacerdoti facultatem concedere Ordinem Subdiaconatus conferendi. 5. 22

Pontifices ex iusta causa ius diuinum declarare, Principes ius naturale limitare possunt. 131. 105

Papa nunquam facere ex certa scientia videtur nisi id exprimat. 147. 18

Papa non solùm decimas, sed etiam quæcunque alia iura Ecclesiarum & fructus capere potest ad tempus, quandiu necessitas iusta durat. 151. 2

Papa respondendo, & definiendo super particulari casu Canonem generalem condit. ibid. 5

Papa est dominus bonorum Ecclesiæ. 153. 25

Papa seu Princeps, cui debetur decima, aut subsidium cæteris creditoribus præferendus. 154. 46

Papa est summus administrator & dispensator bonorum Ecclesiæ. ibid. 48

Papa potest omnes fructus Ecclesiarum, vel aliquam eorum partem ex iusta causa applicare alicui bello pio etiam sine consensu beneficiariorum. 155. 50

Papa de potestate ordinaria potest accipere vni beneficium, & dare alteri. ibid. 51

Papa dominus est bonorum ecclesiasticorum, & tanquam talis ea communicat Ecclesiis, monasteriis, & beneficiis. ibid. 52

Papæ potestas non est tam amplissima in auferendo beneficio, quàm in conferendo. 165. 8

Papa quod confirmat, nemo infirmat. 169. 63

Papa expresso valore plurium obtentorum non censetur dispensare super eorum pluralitate. 245. 27

Papa validè, & cum effectu prouidet iterum, donec consumpta sit vacatio, & reseruatio seu affectio expiret. 256. 10

Papa quando prouidet beneficium iure præuentionis, affectio durat, licet non teneat collatio ex aliquo defectu impetrantis. 264. 29

Papæ affectioni de facto alieno standum non est. 267. 9

Pontifices solent vti Sacræ Scripturæ testimoniis in sensu morali ad propria decreta confirmanda. 325. 19

Papæ

Papæ & Christi vnum dicitur Tribunal, & Consistorium. 334. 28

Papyrum.

R.P.M. Fr. Franciscus de Arauio quæstionem de papyro Regio sigillo signata pertractat. 316.40
Inconuenientia referuntur si pragmatica sanctio papyri sigillatæ comprehenderet Tribunalia ecclesiastica. ibid.41

Parentes.

Parentum depositiones admittuntur in causa matrimonij spiritualis, & carnalis filiorum. 39.125
Parentes in causis filiorum quando testificari possint. ibid.126
Parentes in tertio quod deducto quinto superest, possunt aliquem ex filiis, vel descendentibus meliorare, sed extraneo illud relinquere non valent. 78. 3

Paria.

Paria sunt obtinere per importunitatem, & obtinere per meritum. 35.87
Paria sunt aliquid non fuisse factum, vel factum sub conditione non adimpleta. 74. 6
Paria sunt non esse, & esse sine effectu. 146. 8
Gonzales distinctio refertur. ibid.9
Turnus non tollit communionem in collatione, sed diuidit exercitium. 146. 0
Parium eadem debet esse natura, & potentia. 273. 38

Paries.

Paries intermedius separat, & efficit vt res diuisæ dicantur numero plures. 296. 11

Parochia, & Parochus.

Parochiam non minus quàm decem distinctæ domus, & familiæ facere possunt. 282.16
Parochialitas de iure non præsumitur. ibid.17
Parochi docentes causa studij in absentia fructus beneficiorum suorum percipiunt. 90. 40
Parochis post Concilium Trid. non datur studendi licentia. ibid. 41
Parochus ciuitatis potest ibi in publica Vniuersitate S. Scripturam legere. ibid.42
Parochus in qualibet Parochiæ suæ parte habitare potest. 219.100.
Parochus in propria Ecclesia tantam habet potestatem, quantam Episcopus in sua Diœcesi. 262. 18

Pars.

Partem debiti soluens quando videatur solutionem partis in reliquam approbasse. 354. 80
Pars quæ petit assessorem, vel consultorem debet soluere expensas cum eo factas. 362.1 2
Priuilegiis vniuersitatis non potest maior pars renuntiare. 38 ..357
Pars minor præualet fauore libertatis consequendæ. 386. 358

Participatio.

Participatio cum alio facit cessare prærogatiuam vnitatis, & singularitatis. 376.268

Pater.

Pater pro filio testificari prohibetur. 38.122
Pater qui dedit licentiam filio liberè testandi, an possit eam reuocare? 81. 30

Patientia.

Multa per patientiam tolerantur, quæ deducta in iudicio, exigente iustitia, toleranda nō essent, & de scripta, & nō scripta dissimulatione. 207.73

Patriarcha.

Patriarchæ seminando, Apostoli metendo laborauerunt. 121.44
Patriarchæ sancti à Domino magni habiti. 133. 120

Patronus.

Patronus ratione fundi adhuc est patronus in Ecclesia reædificata. 12.88
Patronus primus ratione dotis est patronus in Ecclesia diruta & reædificata. ibid. 89
Patroni laici ante Episcopi institutionem intra quadrimestre variari possunt. 41. 0
Paulum Burgensem dixisse fertur ex Gente Hebræa prognatis nullam Reip. partem committendam. 12-.-8
Paulus Gentium Doctor se gloriatur esse de semine Abrahæ. 4.129
Paulus de Carthagena, aliàs Burgensis professione antea Iudæus, propter probitatem eruditionemque fuit primum Carthaginensis Præsul, deinde Burgensis Episcopus. 138.140
S. Paulus in illis verbis, *Datus est mihi stimulus carnis, &c.* declaratur. 208.84
Pauli pater propter obsequia Romanis exhibita penulam à Romanis accepit. 119. 30

Pauper, & Paupertas.

Pauper effectus in alterius præiudicium data opera non potest tali paupertate se iuuare. 322. 15
Paupertas affectata nihil proficit. ibid.14
Paupertas in teste, vide *Testis*.

Pax.

Pax grande bonum est. 9. 43
Effectus, qui ea pace & concordia producuntur, remissiuè. ibid.44
Pecho, Pedido, & Alcauala sunt synonyma. 106. 29

Pecunia.

Scientia futuræ pecuniarum reprobationis in quibus personis præsumatur? 49. 41
Pecunia ex fructibus proueniens vltra triennium non præsumitur durare. 158.97
Minori pecuniam dantes, seu ab eo rem aliquam ementes, tenentur curare vt pretium conuertatur in eius vtilitatem. 300.7
Pecuniam soluens procuratori speciale mandatum habenti ad exigendum non tenetur curare vt ille pecuniam in aliam rem conuertat. 300 2
Pecuniam Ecclesiæ dantes, vel ab ea aliquid ementes curare tenentur vt pretium in eius vtilitatem conuertatur. ibid.3
Reipublicæ pecuniam dantes tenentur probare illam conuersam fuisse in eius vtilitatem. ibid. 4
Facultas quando conceditur ad accipiendum aliquam quantitatem pecuniarum ratione casus super bonis maioratus, aut ea vendendi, vt alia in eorum locum subrogentur, emptor tenetur curare vt pecuniæ huiusmodi in alia bona conuertantur. 301.11
Tò, *penitus*, adeo præcisam habet naturam, vt nullam admittat modificationem aut alterationem, & operatur ipso iure nullitatem actus in contrarium gesti. 229. 8

Pensio, & Pensionarius.

Pensiones decursæ census vnà cum teste principali deponendæ ad impediendum cursum vsurarum. 44.13
Translatio pensionis si fiat in laicum cum clausula *ex nunc prout ex tunc, cùm clericali charactere insignitus fueris*, transferens potest exigere pensionem vsque ad diem initiationis. ibid.12
Pensio translatata cum claus. *ex nunc prout ex tunc cùm*

cùm clericali charactere insignitus fuerit, extincta manet si medio tempore dum translatarius initiatur clericatu, moriatur transferens. ibid. 13
Pensionis reseruatio facta alicui, qui tunc temporis clericus non erat, nulla est. ibid 17
Pensionibus, & annuis præstationibus tot sunt debita quot sunt anni. 248.23
Pensionem iam solutam pro domo conducta an possit repetere conducens, si domum deserat ex causa pestis? 352. 61
Pensionarius tenetur in subsidio contribuere pro rata. 159.100
Pensionarius debet contribuere cum proprietario in solutione decimæ Papalis. 159.101
Pensionarius est manutenendus in sua quasi possessione exigendi pensionẽ dum discutitur releuantia, vel irreleuantia dimissionis fructuum. 248.19
Pensionario competit actio personalis aduersus Titulatem qui acceptauit beneficium pensione grauatum. ibid. 20
Pensionario lite pendente non debet impediri exactio suæ pensionis. 251.47

Perceptores, & Thesaurarij.

Perceptores Regij & Thesaurarij, qui in proprios vsus pecunias conuertunt, quas pœnas incurrant. 59.48

Perfectio.

Perfectio laudata acquiritur de custoditis. 22. 18

Periculum.

Periculum & præiudicium maius, vbi vertitur, ibi cautiùs agendum. 71. 21& 305.3

Periturus.

Periturus dici non potest qui ex causa rationabili transgreditur statutum. 131.105

Periurus, & Periurium.

Periurus in parte repellitur in totum. 177.12
Periurij crimen omni iure prohibitum. 1 .67
Periurium est transgressio iuramenti. ibid. 68

Permissum.

Permissum censetur quod non inuenitur prohibitum. 86.20

Permutatio.

Permutatio beneficij pinguis cum tenui facta ab ægroto sene valetudinario non valet. 196.30

Persona.

Personæ actoris & rei debent ante omnia legitimari in quolibet iudicio. 46.1
Personam duplicem repræsentans, in his, quæ pertinent ad præsentationem, consideratur tanquam procurator, & administrator. 160.17

Petasus.

Petasus pro maiori tintinnabulo sumitur. 201.15

Pignus.

Pignus in bonis debitoris permanet. 152.14

Pingendi verb.

Pingere faciem, eique varios colores inducere non est de per se malum, sed indifferens. 331.26

Plebeius.

Plebei in Hispania ob ignorum ascendentium genus nullam puritatis sanguinis controuersiam patiuntur. 124.68
Plus est seruasse repertum, quàm quæsiisse decus. 21.180

Pœna.

Poënæ peiectantium in transactionibus, remissiuè. 10.61
Pœna, quam incurrit gabellarum defraudator, peti non potest eius hæredi, quando lis cum defuncto non fuit contestata. 67.14
Pœna duplici puniri quis non debet. 112.21
Pœna regulariter debet esse culpæ consentanea, nisi interuenerit causa. 287.17
Pœna culpam supponit, & absque ea non potest imponi. 293.82
Conuentionales pœnæ non debentur nisi quatenus concurrunt cum interesse. 375. 263
Conuentionalis pœna peti non potest verificato quod interesse non concurrit. ibid.264

Pœnitentia.

Pœnitentiæ Sacramentum neutiquam absenti impendi potest. 70.14

Polytus.

Polytus Senensis in ætate 16 annorum millia iuridica paradoxa publice defendit. 272. 243

Pontifex.

Vide *Papa.*
Pontificalia insignia ex vi priuilegiorum conceduntur Abbatibus temporalibus, perpetuis verò re ipsa benedictione accepta. 95.29

Populus.

Populus ignarus est, morosus, crudelis, inuidus, immodestus. 117.8
Populus, à quo nostra redemptio processit, est excelsior cunctis gentibus. 134.125

Portio, & Portionarij.

Portio assignata cuilibet ex rest mentariis nominatis, vno mortuo vel acceptare nolente accrescit altari acceptare volenti. 361. 144
Portio minuitur diminuto onere. ibid.145
Portionarij Collegiatæ de Alcala non possunt inseruire per substitutos. 276.66

Portugalia, & Aragonia.

Portugaliæ & Aragoniæ Regna sunt æquè principaliter vnita Regno Castellæ. 58..319

Possessio.

Possessio retinetur si possessor discedat cum protestatione, vel cum animo illam retinendi. 20. 152
Possessio titulata ad obtinendam manutentionem facit, vt illa faciliùs concedatur. 20.154
Possesio non acquiritur ex actu meræ facultatis. ibid.160
Possesio quando verificatur ex titulo præcedenti, sine dubio manutentio debetur. ibid.161
Possesio acquisita dicitur in actis etiam merè facultatiuis quando præcessit prohibitio seu contradictio cum subsequuta acquiescentia. ibid. 164
Possesio in alium transfertur ex quolibet contractu, & actu inutili, & nullo, nisi nullitas sit adeò clara. ibid. 166
Possesio turbida & offuscata non est manutenibilis. 148.26
Possesio vigore prouisionis ordinariæ capta de beneficio reseruata dicitur infecta. ibid.27
Possesio, quæ liti causam dedit, non est manutenibilis. ibid. 31
Possesionis posterior qualitas declarat quid à principio fuerit intentionis. 160.118
Legis validitas quando est in controuersiam deducta non potest innouari contra possesionem illius, qui eam impugnat. 165.11
Lite pendente super validitate priuilegij non est aliquis priuandus vsu possesionis, vel quasi,

quasi, etiamsi sit contra ius. ibid. 12
A possessione capta Superioris auctoritate quis amoueri non potest iuris ordine non seruato. ibid. 16
Executor etiam merus debet possessorem citare ad priuationem possessionis. 166. 17
Possessio capta alium spoliando iuris ordine non seruato, dicitur capta per vim expulsiuam. ibid. 19
Possessio capta per prouisum Apost. possessore non citato non est manutenibilis. ibid. 20
Possessio turbariuæ non est manutenibilis. ibid. 21
Possessio ex qua lis sumpsit originem non est manutenibilis. ibid. 22
Possessio antiquior & titulata præferenda. ibid. 23
Possessionem propria auctoritate apprehendendi facultatem habens, sibi præiudicat adeundo iudicem incompetentem. 170. 82
Possessionem in vim contractus celebrati sub conditione impetrandi assensum Apostol. non potest sua possessione spoliari pendente dicti assensus impetratione. 174. 129
Possessor antiquior est præferendus, & manutenendus. ibid. 130
Possessio est de essentia & substantia manutentionis. 234. 64
Possessio etiam asinina, bestialis, seu asinaria est manutenibilis. ibid. 65
Possessio iniusti detentoris non est manutenibilis in spiritualibus. 235. 67
Possessionis notoria iniustitia vt constet, debet adesse vel possidentis confessio, vel sententia quæ transitum fecerit in rem iudicatam. ibid. 70
Possessio officij data vsque ad certum diem, elapsa die non est manutenibilis aduersus concedentem. 236. 80
Possidens officium vsque ad certum diem, etiam ante lapsum diei non sibi possidet, sed domino concedenti. ibid. 81
Possessio infecta non est manutenibilis. ibid. 85
Possessio de tempore motæ litis sufficit ad manutentionem. ibid. 86
Possessio simplex, nuda, & mera detentatio sufficit ad manutentionem. ibid. 88
Possessio titulata est manutenibilis. ibid. 89
Possessio arrentata non est manutenenda. 237. 95
Possessione probata quoad vnam rem, sufficit pro manutentione quoad alias res sub eodem iure comprehensas. 238. 107
Possessio titulata vero, reali, & legitimo titulo, est manutenibilis. ibid. 108
Possessio vera & manutenibilis etiam sine titulo, & illius vmbra datur. 249. 29
Possessionis de iustitia, vel iniustitia non est discutiendum in iudicio summariissimo possessorio. ibid. 31
Possessio exigendi reddit turbidam, & dubiam quamlibet exceptionem. ibid. 33
Possessio immemorabilis facit præsumi meliorem titulum de mundo, ita vt possint in vim illius allegari priuilegia & indulta Apost. magis proficua. 253. 16
Possessio, vel quasi non acquiritur per mille actus, qui communiter fieri solent iure familiaritatis. 362. 158

Possessor.

Possessor bonæ fidei tenetur restituere fructus perceptos extantes, non extantes verò nullo modo, quamuis illos in eius vtilitatem consumpserit. 60. 58
Possessor lite pendente est manutenendus. ibid. 157
Possidens non debet supersedere in sua possessione, quamuis immineret scandalum. ibid. 158
Possessor in sua possessione est manutendus lite pendente super executione litterarum Apost. 165. 13
Possessor non potest à sua possessione expelli nisi priùs fuerit citatus & iudicialiter conuictus ad eam dimittendam. ibid. 15
Possessor vitiosus non est tuendus. 235. 68
Possessor potest excipere de iure tertij quando exceptio est exclusiua Iuris agentis. 244. 6

Possessorium.

Possessorij actus, qui dederunt causam liti non probant possessionem, nec sufficiunt ad manutent. 236. 90
Possessorio summariissimo nil aliud attenditur quàm nuda detentatio. 249. 32
Tò, *Post*, est separatiua temporis, & significat illius extremitatem immediatam. 232. 44

Posteri.

Posteri arcendi non sunt perpetuo à Rep. parentum culpa ne omnino felicitatem desperent. 128. 91

Postfactum.

Ex postfacto apparet quid actum sit. 245. 24

Potentia.

Potentia ad carnalem copulam necnon prudentiæ rationis ad discernendum vim coniugalis consensus requiritur copulatiuè vt quis ante ætatem legitimam possit matrimonium contrahere. 292. 8
Lex Partitæ refertur. ibid. 9
Nisus ad copulam facit præsumere potentiam ad illam. ibid. 13
Potentia ad copulam non ex sola copula probatur, sed ex aliis quibuscunque signis, quæ Iudicis arbitrio cum medicorum consilio relinquenda. ibid. 14

Potestas.

Potestas in Ecclesia est compellendi puerum sacris Ordinibus promotum vt continentiam seruet, nisi compos factus velit in Ordine permanere. 25. 21
Potestas non deficit in statuente, qui potest subditos inhabilitare ne succedant. 349. 28

Præbenda.

Præbendam tenuem renuncians vt consequatur aliam in damnum tertij sibi non profuit, nec illi tertio præiudicat. 322. 13

Præcedentia.

Rex tanquam Comes præstat præcedentiam Duci in illis actibus, in quibus Rex tanquam Comes assistit. 376. 270
Rex super Cardinales, an & quando habeat præcedentiam. ibid. 271
Rector in actibus Vniuersitatis præcedit Episcopo scholari. ibid. 272
Inquisitores in causis Fidei præcedunt Episcopo. ibid. 273
Iuniori quando debeatur præcedentia? ibid. 274
Episcopus est Iudex competens inter laicos super iure cedendi in honorabiliori loco Ecclesiæ. 377. 275

Præceptum.

Præcepti pro iustitia in dubio præsumendum est. 171. 99

Præcepta Canonica relaxantur propter Regum, & Principum prærogatiuam. 172.105

Prædicator.

Prædicatores Fratres admittere tenentur ad suum ordinem eos, qui reperti fuerunt originem trahere ab Hebræis. 123.56

Prædicator coram Sanctissimo Sacramento capite discooperto prædicare debet. 281. 12

Praeminentia.

Præeminentia secunda debita patrono consistit in iure consequendi alimenta quatenus deueniat ad inopiam. 13.92

Præeminentia tertia debita patrono est vt possit defendere Ecclesiam. ibid.93

Tò, *præfixa*, importat certitudinem diei. 229. 14

Praiudicium.

Vide *Periculum.*

Prælatus.

Prælatus æquiparatur tutori, & Ecclesia minori. 60.69

Prælatus æquiparatur marito & Ecclesia vxori. ibid. 70

Prælati manuales, quorum Prælatura non est electiua, amoueri possunt ab officiis ad Superiorum arbitrium. 171.88

Prælatus in modo visitandi vel corrigendi si excedat, tunc licitum est appellare. 174. 123

Factum à Prælato tempore infirmitatis monasterio non præiudicat si ille ex ea infirmitate mortuus sit. 196.25

Prælatus Ecclesiæ potest illi præiudicare in aequirendis. 389.19

Præmium.

Præmiorum exempla virtutes nutriunt. 126. 40

Præpositus.

Præpositi secularis appellatione quis veniat? 101. 76

Præscriptio.

Præscriptio non adquiritur ex actibus facultatiuis. 17.124

Actus meræ facultatis nunquam præscribuntur. ibid.125

Præscriptio quæcunque etiam immemorabilis contra tributa, & vectigalia excluditur. 105.18

Præscriptione immemoriali prohibita ex incapacitate possessoris, admittenda nihilominus si allegetur priuilegium. 106.25

Præscriptio non interrumpitur per litem in qua quis obtinuit. 377.278

Impatientia sola, & resistentia verbalis sola sufficit ad præscriptionem iurium, & incorporalium, siue seruitutis. ibid. 279

Præsentatio, & Præsentatus.

Indignum præsentans priuatur pro illa vice iure præsentandi. 41.4

Si scienter indignum præsentet, secus si ignoranter. ibid. 5

Ignorantia in præsentante indignum præsumitur. ibid.6

Præsentatio facta in personam illius, qui Ordinem non habet, non potest reualidari ex superueniente Ordine intra quadrimestri temporis spatium recepto. ibid.7

Patroni non præsentant vt vniuersi, sed vti singuli. 42.13

Patroni in dubio non censentur præsentare vt vniuersi, sed vt singuli. ibid.14

Præsentationes contra decretum irritans factæ nullæ sunt, & habentur pro infectis. ibid. 13

Præsentatio quando fit à pluribus, nunquid sit necesse vt conueniat maior pars habito respectu ad omnes. 320. 24

Respondetur ad fundamenta illorum, qui credunt interuenire debere maiorem Parochianorum partem vt præsentatus dicatur præsentati à maiori parte. ibid.25

Incapax reputatur pro mortuo, & habetur acsi præsentatus non fuisset. 41.9

Patronus, si inter duos præsentatos lis moueatur, & vnus moritur, nulliter alium præsentat in præiudicium superstitis. 41.16

Præsentati tam à patronis ecclesiasticis, quàm laicis, si litem inter se moueant, & contingat vnum mori, vel litem cedere, non potest alius eligi, seu præsentari. ibid.17,18

Patroni durante lite inter compræsentatos non possunt aliquem in demortui locum præsentare. ibid. 19

Præsentatus à maiori parte patronus est instituendus si sit dignus, quamuis alij sint digniores. 320. 32

Præsentia.

Præsentia, & non futura comprehendit æquiparatio ad instar. 347.9

præsumptio.

Præsumptio facultatiua excluditur ex multiplicitate actorum per continuatum temporis spatium gestorum. 17.130

Possessionis iure familiaritatis præsumptio excluditur ex multiplicitate actuum, & continuata possessione. ibid. 132

Præsumptio tituli ex longæua possessione sufficit pro obtinenda manutentione. 20.156

Præsumptionem solemnitatis actorum inducit diuturnitas longa temporis subsequentis sententiam. 168.48

Præsumptio iuris stat pro Iudice quod in omnibus ab eo gestis ritè processerit. 240.120

Præsumptio malæ intentionis tollitur per actus externos contrarios, & per contrarias præsumptiones. 289.58

Præsumptio, quæ ex ipso facto, & verborum qualitate remanet, per alia fortiora superatur. ibid 40

Præsumptio ex bona, vel mala origine, seu descendentia sumitur. ibid.42

Præsumptio stat pro Principe quod bene egerit. 312. 16

Præsumptio conseruandæ agnationis colligitur ex masculorum vocatione respectiuè facta in omnibus gradibus, & substitutionibus. 347.14

Præsumptiones, & indicia sufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam, & rationem, seu abiurationem indicenda. 365.183

Prætor.

Causa commissa Prætori, & Rectoribus alicuius ciuitatis tantam vocem habet Prætor, quantum omnes Rectores. 318.7

Præuentio.

Præuentio realis per capturam personæ præfertur anteriori verbali præuentioni. 110.2

Presbyter.

Doctorari potest Presbyter in iure ciuili sine priuilegio. 8 .8

Presbyteri docentes leges, vel Physicam etiam extra domum, nullam incurrunt censuram. 86. 14

Presbyteris quamuis non liceat audire leges, licet tamen

tamen eas docere. ibid.16
Excommunicationem non incurrunt Presbyteri leges vel Physicam etiam extra dominum docentes. ibid. 17

Pretium.

Pretium adiectum debet consignari coram Iudice, vel illius auctoritate deponi. 52. 14
Pretium iustum in nominibus debitorum quod sit 354.78

Prima Tonsura.

Prima Tonsura sufficit ad Canonicatum Ecclesiæ Collegiatæ etiam insignis obtinendum. 270.8

Princeps.

Principes in contractibus obseruandis tanquam priuati reputantur. 6.18
Principes prælationem habent in bonis sui Thesaurarij, & exactorum publicorum vectigalium. 55.4
Principis etiam secularis assertio plenè probat. 104.2
Voluntas Principis non præsumitur etendi ad ea, quæ de iure facere non potest. ibid.9
Princeps semper dicitur disponere prout ius disponit. ibid.11
Principes debent iubere vt nihil prius decidatur in Consilio Status quin priùs discussum fuerit in alio Consilio conscientiæ. 117.4
Principis obligatio est honores, & beneficia benemerentibus concedere. 119.28
Princeps, cui debetur decima, aut subsidium cæteris creditoribus proferendus. 154.46
Princeps licèt dicat aliquem esse à sua possessione amouendum, adhuc in tali amotione procedendum iuris ordine seruato. 165.6
Idem in rescripto Pontificio præcipiente aliquem suo beneficio priuari. ibid.7
Principis ad regalia pertinet personam nominare, quæ Regularium electionibus quando timetur vis, intersit. 172. 101
Princeps non præsumitur ex causa iusta procedere quando facit contra ius gentium, vel quando disponit velo leuato, & sine causæ cognitione, & non vocata parte, cui præiudicatur. 350.40

Principium.

Principium meticulosum attendi debet, vt exinde sequuta ab eo regulanda sint. 36.102

Prioratus.

Prioratus S. Augustini, & S.Dominici sunt potius nuda officia quàm ecclesiastica beneficia. 93. 8

Priuatio.

Priuatio præsupponit habitum. 16. 120 & 230.20

Priuilegium.

Priuilegium ex gratia alicui concessa non potest in alterius damnum, & præiudicium redundare. 7. 28
Priuilegium ex causa onerosa, & quod transit in vim contractus, est irreuocabile. 104.6
Priuilegia ex contractu, & ex causa onerosa non comprehenduntur in generali reuocatione priuilegiorum. ibid. 12
Priuilegia reuocabilia solùm comprehenduntur sub generali reuocatione priuilegiorum 105.13
Priuilegium concessum villis extenditur ad villas de nouo auctas. 107.43
Priuilegium concessum collegio 16. virorum extenditur ad septem collegas postmodum auctos. ibid.47
Priuilegium de percipiendis gabellis extenditur ad gabellas superadditas. ibid.48
Priuilegiis, libertatibus, & immunitatibus ciuitatum gaudent qui ad Fidem conuersi baptizantur. 123.57
Priuilegium, quod non est in forma probanti, non probat. 266.5
Priuilegium non extenditur vltra ea in illo expressa. 268. 24
Priuilegia Ecclesiæ sunt potius amplianda quam restringenda. 298.54
Priuilegium competens alicui corpori vniuersarum personarum non tollitur, nec infringitur ex facto aliquarum earundem personarum. 335.38
Priuilegij in impetratione non requiritur partis citatio. 350. 46
Priuilegium à Principe subdito concessum potest ab eo Principe tolli, vel reuocari. 379.289
Priuilegia ex contractu, & causa onerosa concessa non comprehenduntur in generali derogatione priuilegiorum. ibid.290

Probatio.

Probatio difficilis sufficit fieri per coniecturas, & indicia. 29.54
Probatio præsumptiua, habetur pro vera in his quæ sunt difficilis probationis. 63.12
Probatio defectus dominij ex quibus inducatur. 235.72
Probatio, quæ fit libris, seu scripturis apertus nunquam reiicitur. ibid.73
Probationes per modum summariæ informationis ante litem contestatam receptæ nullam fidem faciunt. ibid. 79
Probationes debent esse claræ, & in contradictorio iudicio factæ. 240.118
Probatio non excludit probationem. 249.27
Probatio incontinenti admittitur, & impedit executionem in causis summariis. 360. 136
Probatio plena & concludens requiritur in crimine hæresis vt quis pœna ordinaria condemnetur. 365.182
Probandi onus transfert in prætendentem contrarium qui dicit nulla alia bona possidere præter à se relata. 376.267

Processio.

Processionis honor est debitus patrono. 12.91
Facultas iudicialiter procedendi censetur concessa per clausul. Contradictores. 167.33

Procurator.

Procurator constitutus ad exigendum redditus census, cum plena, seu libera administratione, non potest census redemptionem sibi à debitore oblatam recipere. 46. 5
Procurator ad negotia absque substituendi facultate datus, potest alium suo nomine liberè deputare. 47.7
Procurator si ex mandato exigat pecunias, & retineat penes se, datur actio mandati non depositi. 60.62
Procurator non est minister Sacramenti matrimonij, sed potiùs principales contrahentes. 70.9
Procurator constitutus ad matrimonium contrahendum nec gratiam, nec Sacramentum recipit, nec ministrat, sed principalis contrahens illum constituens. ibid.10
Procuratores vtriusque matrimonium contrahentes possunt esse ambo viri, vel fœminæ. ibid.11
Procurator datus ad rem magni ponderis & momenti,

menti, non poteſt alium ſubſtituere,niſi talis facultas ſibi ſpecialiter fuerit conceſſa. 71.24
Procuratoris reuocatio etiam tacita nullius eſt momenti, niſi ad illius peruenerit notitiam. 72.26
Procuratoris reuocatio ſiue tacita, ſiue expreſſa per teſtes probari poteſt. ibid.34
Procuratorem iuramento præſtito de non reuocando conſtituens, periurus eſt ſi reuocet.80.25
Factum à procuratore ante mandati acceptationem eſt inualidum. 168.51
Procurator ſciens ſe procuratorem conſtitutum, ſed ante mandatum ſuſceptum,nihil validum facit. ibid.52
Procurator non dicitur facere actum procuratorio nomine ſi adhuc mandatum non recepit. ibid. 53
Procuratores à Definitorio temporali conſtituti expirant cum ipſo Definitorio. ibid. 55
Procurator vniuerſitatis non eſt procurator ſingulorum de vniuerſitate. ibid.56
Proceſſus non eſt in forma probanti ſi non ſit à notario actuario authenticatus, & ſubſcriptus. 172.108
Falſus procurator quibus modis dicatur? oſtenditur. 379.296
Geſta à procuratore ſine mandato poſſunt à domino ratificari vt retroacta valeant.ibid. 297
Procurator generalis Ordinis non poteſt comparere pro vno Conuentu, intellige vt ibi. 380. 303
Vide *Matrimonium*.

Profeſſio, & Profeſſus.

Profeſſio per vim emiſſa eſt ipſo iure nulla. 29. 49
Profeſſi ad actus capitulares admitti quando debeant? 220. 6

Prohibitio.

Prohibitio legis & hominis maioris virtutis eſt. 323.20
Prohibitio generalis omnem caſum tam maiorem, quàm minorem comprehendit. ibid.21

Promiſſio.

Promiſſio habetur pro non facta, non adimpleta conditione. 74. 5
Tò *Promitto quod nunquam accipiam aliam in vxorem niſi te*, non inducunt matrimonium contractum de præſenti, ſecundum Alexandr. 142.4
Tò,*Promitto de ſer tuo marito*, non important matrimonium de præſenti, ex Ferreto. ibid.5
Tò,*Promitto quod non habebo aliam in vxorem niſi te*, indicant matrimonium contractum. ibid.17
Tò, *Promitto me non accipere aliam in vxorem*, iuncta reſponſione mulieris conſentientis, important Matrimonium de præſenti. 143.18
Tò, Promitto aliam non ducere, iuncta reſponſione mulieris conſentientis, promiſſionem affirmatiuam inducunt. ibid.19
Promiſſa non ſunt deducenda in Alcauala, & in laudemio. 154.44
Promittens aliquid ob turpem, vel iniuſtam cauſam, an ſoluere teneatur?oſtenditur. 346.5

Proprium,& Proprietas.

Proprium amittere, & alienum non acquirere differunt. 389.17
Proprietas abſorbet poſſeſſionem. 221.18
Proprietas verbi quantum comprehendit, catenus accipitur diſpoſitio. 323.17
A proprietate verborum minimè recedendum. ibid. 5
Proprietas attendi non debet, vt ex eius pretio quis pauper conſideretur,vel diues, ſed ex redditu. 348.22

Prorogatio.

Prorogationi debent conſentire fideiuſſores, aliàs non obligantur. 75.17

Proteſtatio.

Proteſtationes nihil aliud ſunt quàm declarationes voluntatis illius, qui proteſtatur. 36.96
Proteſtationes declarant animum, & remouent conſenſum à recepto. ibid.97
Proteſtationes concludenter non probant metum. ibid.98
Proteſtationes multum coadiuuant & opitulantur, præſertim ſtantibus aliis adminiculis. ibid. 99
Proteſtatio præcisè non requiritur quòd fiat in eodem actu. ibid.100
Proteſtatio in actu dependente à voluntate ſolius proteſtantis contraria actui ſubſequenti facit hunc actum contrarium nihil operari. 81.27
Proteſtationi quando ineſt metus propter ſcientiam aduerſarij, non eſt neceſſe quòd fiat notificatio. ibid.28
Proteſtatio in ipſo actu captæ poſſeſſionis facta operatur, vt illa non ſit manutenibulis. 148.24
Proteſtatio declarat conſenſum abeſſe ab animo. ibid.25
Proteſtatio nihil aliud eſt niſi quædam declaratio voluntatis. 188.22
Proteſtatio declarat animum alieniſſimum, & remouet conſenſum. 189.23
Proteſtatio concludenter non probat metum, nec coactam voluntatem. ibid. 24
Proteſtatio multum coadiuuat, & opitulatur vt facilius metus probetur. ibid. 25
Proteſtatio in iudicialibus repeti debet in quolibet actu. 380.310

Prouentio.

Prouenicns ex radice infecta non dicitur de radice ſeu progenie fundatoris. 181.45

Prouincialis.

Prouincialis à ſuo officio priuatus poteſt remedium recuperandæ intentare. 165.4
Prouincialis electus à Capitulo, cuius electio fuit caſſata à Generali, & alius eius loco electus, poteſt appellare, & interim eſt manutenendus. 174.131
Prouincialis quando habendus pro abſoluto ab officio? 229.10
Prouincialatus vacatio officij an pendeat à renunciatione perſonali. 230.19

Prouiſio, & Prouiſus.

Prouiſiones generales ſtatutorum recipiunt tacitas exceptiones propter emergentes caſus. 131.106
Prouiſiones Canonicatuum in Eccleſia Calciaten. referuntur iuxta temporum diuiſionem factæ. 146.7
Prouiſiones omnes turnatim ex vi concordiæ tam ab Epiſcopo quam à Capitulo factæ habentur tanquam ſimultaneæ, & coniunctim factæ. ibid.11
Prouiſio beneficiorum ſimultaneæ Epiſcopali Sede vacante ſpectat ad Capitulum iure proprio,alias ad Papam ſpectat. 147.20
Prouiſionis appellatione venit nominatio, electio, præſenta

præsentatio, & institutio. 180 41
Prouisio in supplicatione registrata etiam litteris non expeditis, sufficit ad effectum consumendi vacationem. 224.7
Prouisio, electio, aut collatio non potest fieri, nisi cum necessario præsupposito renunciationis, aut alterius vocationis. 228.6
Prouisio conditionalis, vel facta ex causa, cessante causa cessat omnino gratia, & decretum, seu inhibitio, accessoriè adiecta. 258.35
Prouisiones factæ in fauorem personarum non habentium Ordinem ex lege fundatoris Præbendæ annexum irritæ sunt. 275. 55
Prouisio, & deputatio coadiutoris est nulla ex defectu mentis prouidentis, quando scilicet deficit causa ex qua mouetur. 264.7
Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. 323.24
Examen in prouisionibus Parochialium Ecclesiarum requiritur pro forma. 333.10
Doctor etiam insignis & eminentis litteraturæ debet in prouisione Parochialis examen concursus subire. ibid. 11
Prouisus à Nuntio dicitur prouisus Apostol. 168.60

Puer.

Puer qui non sit doli capax, si promoueatur ad Ordines sacros, non tenetur continere. 25. 20

Q

Qualificatum, Qualitas.

QValificatum non venit sub simplici. 265.43
Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi. 180.37
Qualitas admittens, vel excludens aliquem debet interuenire de tempore actus. 322.6
Qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi. ibid.10
Qualitas duplex quando in eadem persona concurrit, illius qualitatis consideratio habenda, cuius contemplatione actus geritur. 373.251
Vide *Habilitas.*

Quarta Canonicæ.

Quarta Canonica an debeat solui absque vlla deductione. 153.30

Quasi possessio.

Continuans, qui est in quasi possessione eligendi non attentat. 174.126
Quasi possessio manutenibilis acquiritur ex vnico actu pacifico. 237.93
Tò, *quibuslibet*, est vniuersalis omnes casus præter expressè limitatos comprehendens. 259 62
Tò, *quouis modo, & quomodolibet*, capit omnes affectionis modos præter expressos. 260.64

R

Ratificatio.

RAtificare quis factum non potest, & non ratificare eius qualitatem. 8.33
Ratificationis alicuius actus natura est, vt operetur vt valeant idem actus ac si à principio validè fuisset gestus. 379.298
Ratificatio post oppositionem factam de defectu mandati nihil operatur. ibid.299
Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij. ibid.300

Ratio.

Ratio naturalis omnes comprehendit. 6.14
Ratio summa est quæ pro Religione facit. 155.54
Ratio eadem est, idemque ius de re aucta, & de principali, quod augetur, vbi scilicet non viget diuersa ratio. 215.55
Rationes reddi debent non in loco domicilij, sed in loco administrationis. 280.311

Rebellis.

Rebellis quando quis dicatur fugiens ad patriam rebellatam. 364.174

Reconductio.

Reconductio præsumitur facta cum omnibus qualitatibus, dummodo non dependeant à tertij voluntate. 75.16

Rector.

Rector & Scholastici si habeant facultatem nominandi bidellum, tantam vocem habet solus Rector, quantam habent Scholastici. 318.3

Recusatio.

Exceptio recusationis admittenda dum causa post litis contestationem orta est, aut de nouo ad notitiam partis peruenerit. 381.314

Redditus.

Redditus beneficiorum tantum æstimari debent, quantum valeant, deductis oneribus. 157.78
Redditus aliquos emens ad eius vitam possidendos licitè emit, etiamsi multo tempore superuixerit. 559.125

Reductio.

Reductio ad Ius commune plura operatur. 381 315

Reelectio.

Reelectio fieri non potest nisi concurrentibus Vocalibus eiusdem Capituli, nemine discrepante. 232.39

Regalia.

Regalia non comprehenduntur in donatione à Rege facta de castro, seu villa cum omnibus iuribus, &c. 381.318

Regressarius.

Regressarius post purificatum regressum non tenetur soluere pensionem de consensu titularis reseruatam. 374.257

Regula.

Regula 8. *aliàs* 9. reseruatoria mensium non comprehendit Cardinales. 187.6
Regulæ Cancellariæ Apost. mortuo Papa expirant. 221.9
Regula 55. Cancellariæ declaratur. 244.7

Regularis.

Regularium in causis summariè proceditur, & admittuntur officiorum priuationes leuioribus de causis, sed obseruatio semper iuris ordine. 171.87
Regularibus prohibita est appellatio à sententiis suorum Superiorum, vbi proceditur extraiudicialiter per modum visitationis, & ad correctionem morum. 173.122
Regularis suo officio priuari non potest absque citatione, & causæ cognitione. 165.3
Vide *Clericus.*

Relatio.

Relatum est attendendum vbi aliter loquitur quàm referens. 381.317
Relatio semper intelligenda habito respectu ad ea, in quibus specialiter relatio conuenit. ibid.320

Dispositioni referenti quando sequeretur repugnantia & contrarietas, relatio nihil operatur. ibid. 321

Releuium.

Releuium, & adhoam pro feudo integrè soluit feudatarius, nec ob id quod secundo genito præstat, aliquid deducit. 154. 41
Releuium an sit integrè fisco soluendum, remissiuè. 157. 84

Religio.

Fauor Religionis, de quo in *l. sunt personæ ff. de Relig.* intelligi debet in dubio, & quando cum pari iure creditores concurrunt. 56. 21
Religio S. Francisci non habet prælationem in bonis Syndici ad pecunias etiam extantes, nisi probetur eas fuisse depositas in sacco signato, & vt eadem corpora redderentur. 60. 60
Religionis beneficiarius, aut Episcopus tam amplè potest disponere quàm amplè potest Episcopus secularis. 194. 9
Religionem ingrediens tempore mortis cum antea potuerit ingredi, non excludit substitutum. 196. 28
Religio S. Hieronymi gubernatur Constitutionibus, Extrauagantibus, & rotulis. 220. 1

Religiosus.

Religiosi debent lites, & iurgia euitare. 21. 175
Religiosis fauendum sine præiudicio alicuius. 56. 18
Religiosi S. Francisci in recuperatione pecuniarum, quos penes Syndicum deposuerunt, non sunt præferendi cæteris creditoribus anterioribus, seu tacitas, aut expressas hypothecas habentibus. ibid. 22
Religiosi in Episcopum electi, & illi qui ad aliquod beneficium sunt promoti æquiparantur. 94. 13
Religiosi obseruantes, qui sub Prælatorum obedientia existunt, ius non habent dispensandi fructus beneficiorum, quibus præsunt. ibid. 15
Religiosus professus in vna Religione, ex qua assumitur ad Prælaturam alterius auctoritate Papæ, non tenetur in secunda expressam professionem emittere. 96. 38
Religiosi & clerici communem obtinent prohibitionem circa negotia secularia exercenda 98. 52
Religiosus poterit esse arbiter, & forensis negotij susceptor exposcente monasterij vtilitate, & præcedente Superioris licentia. 99. 59
Religiosi S. Francisci fieri possunt, & ad officia & dignitates in eo sunt admittendi descendentes ex Iudæorum genere. 123. 55
Vide *Clericus.*

Relinquens.

Relinquens si puniatur pro delicto mixti fori à seculari Iudice præueniente maiori Iuris Ciuilis quam Canonici pœna, non poterit iterum puniri à Iudice ecclesiastico. 112. 18

Reintegratio.

Remedium reintegrandæ datur illi qui sese pro spoliato habuit. 250. 35

Remuneratio.

Remuneratio est Reip. præsidium. 120. 39

Renunciatio.

Renunciatio, seu pactum inter patrem & filium per quam ipse filius impeditur à petitione legitimæ, non valet. 79. 10
Renunciatio inter patrem & filium facta in præiudicium legitimæ paternæ, vel maternæ non valet. ibid. 11
Renunciationis pœnitentia in solo animo, & voluntate consistit, & ideo voluntatis declaratio fieri potest parte absente. 81. 29
Renunciatione facta ob benemerita, videndum an merita æquiualeant valori talis donationis. 81. 37
Renunciatio facta ad fauorem laici cum clausul. *ex nunc prout ex tunc, cùm clericali charactere insignitus fueris*, antequam resignatarius clericus fiat, renuntians à se aliquid non abdicat. 109. 14
Renunciatione non egent obsequia debita præstita alicui ob eius merita. 197. 38
Renunciatio tacita rituli per aduentum diei præfixæ, idem operatur quod expressa per dispositionem hominis. 228. 5
Renunciatio iuris proprij nunquam præsumitur, & cum sit stricti iuris nunquam trahitur ad non expressa. 219. 13

Replicatio.

Replicatio sapit naturam actionis, & secundum eam regulatur. 235. 78

Repulsa.

Repulsæ testium sunt defensiones, & si non recipiantur, appellari poterit. 178. 23

Requirimentum.

Requirimenta quando iuuent. 240. 117

Requisitoria.

Requisitoria an sit iustificata, & exequibilis, cognoscit Iudex requisitus. 367. 102

Res.

Rei suæ quilibet liber est moderator, & arbiter, dummodo de illa malè non disponat. 7. 22
Res iudicata paratam habet executionem. 10 52
Res inter alios acta aliis nocere non potest. 17. 134
Res transit cum suo onere ad quemcumque vadat. 18. 136
Res extantes dicuntur si conuertantur in proprios vsus. 55. 5
Tò, *Rei*, generalis est, continens tam mobilia quàm immobilia. 151. 7
Tertius qui se opponit, potest impedire executionem rei iudicatæ. 165. 14
Res priuatorum auferre, & præiudicare interessatis potest Princeps faciendo legem generalem. 377. 281

Rescriptum.

Rescripta & indulta intelligenda sunt prout de iure. 169. 75
Rescriptum, seu mandatum speciale derogat generali, etiamsi de eo nullam faciat mentionem. 265 55

Reseruatio.

Reseruationes generales de beneficiis familiarium, subcollectorum, & aliorum per prædecessores factas ait Pontifex *in Extrauag. ad Roman.* etiam post obitum eorundem durare. 256. 9
Reseruatio seu affectio dicitur expirare cum Papalis prouisio perfecta & consummata fuerit. ibid. 11
Reseruatio & affectio durat donec consumpta sit vacatio. 264. 51
Reseruatio dicitur expirare postquam Papalis prouisio perfecta, & consummata fuerit. ibid. 32
Reseruatio, quæ insurgit ex coadiutoriæ, & futuræ successionis gratia, non dicitur simplex, sed mixta. 265. 41
Reseruatio nihil dat, vel adimit, sed tantum conseruat

seruat ius quod quis habet. 382. 323
Papæ reseruatio concurrentibus pluribus reseruationibus personalibus, tanquam illustrior debet præualere. ibid.324

Residentia.

Residentia personalis cum Missarum celebratione facit quod seruitium si personale non solum chori, sed etiam Missarum. 273. 30

Resignans, Resignatarius, & Resignatio.

Resignans quando ad titulum beneficij resignati fuit ad sacros Ordines promotus, tenetur in resignatione facere de hoc mentionem, aliter resignatio est nulla. 224.11
Resignante mortuo ante verificationem gratiæ in forma Dignum, beneficium non vacat per eius obitum. 263.13
Resignatarius cum recusasset pensionem soluere, succubuit. 223.4
Resignatio expedita in forma Dignum non abdicat à resignante ius primæuum nisi postquam gratia, mediante collatione facta resignatario, facrit executioni demandata. 252.8
Ius non abdicatur à resignante si resignatio in forma Dignum expedita, non fuerit totaliter effectuata. 262.11
Resignatio ad fauorem certæ personæ si ex falsa causa narrata non potest sustineri, & interim resignans moritur, beneficium non remanet affectum. 265.38
Resignans ad fauorem certæ personæ conditionaliter resignat, dummodo scilicet illi irreuocabiliter acquiratur. ibid.39

Respublica.

Respublica, minor, & Ecclesia ex causa necessitatis ad soluendum æs alienum quando sua bona immobilia alienare possint? 348.19

Restitutio.

Restitutionem in integrum aduersus oblationem factam post terminos subhastationis non potest petere fiscus in præiudicium tertij. 363. 169
Restitutio an & quando differri possit ob necessitatem restituere debentis. 382.325

Retentio.

Retentio datur regulariter pro melioramentis. ibid.326
Exceptio retentionis prætextu melioramentorum in executione sententiæ opponi potest. ibid.327
Prælato, vel clerico datur retentio pro expensis, & melioramentis in rebus Ecclesiæ de bonis ipsius clerici, vel Prælati factis. ibid. 328

Retractus.

Retractus, & adiectionis ius pari passu ambulant. 52.17
Retractus ius est odiosum, & exorbitans à iure communi. ibid.18

Retrotractio.

Retrotractio non conceditur defectu extremi ad quod. 109. 9
Retrotractio nusquam admittitur vbi extrema desinunt esse habilia. ibid.10
Retrotractio vt fieri valeat, terminus à quo debet esse habilis. ibid. 11

Reus.

Reo & possessori sufficit vincere per non ius actoris. 244.5
Reus principalis dum varius inuenitur torquetur, etiam in causis Fidei. 306.8
Reus de mendacio conuictus torqueri debet, & præcipuè si quodlibet aliud accedat adminiculum, etiam in crimine hæresis. ibid. 9
Suspicione non caret reus qui dicit illud, quod à criminis præsumptione excusaret. ibid. 10
Reus pro factis hæreticalibus tradendus est Curiæ seculari, siue animum hæreticalem fateatur, siue non. 319. 41
Reus confessus verba hæreticalia protulisse non est tanquam hæreticus relaxandus. ibid. 4
Reus necessarius fit clericus præueniens in capienda possessione hæreditatis vacantis. 351. 49

Rex.

Reges in Hispania olim causas tam ciuiles quàm criminales Episcopis iud candas committebant. 99.54
Regum ministri speciali nota digni sunt. ibi. 64
Rex pro scandalis, & seditionibus sedandis etiam inter Religiosos, & ecclesiasticas personas politica vtitur iurisdictione. 172.102
Reges Castellæ à quo tempore vtantur Catholici titulo. 349. 39

Rota.

Rotæ Romanæ laudes & encomia. 64. 35
Rota semper plurimum detulit decretis sacrarum Cong. ibid.38
Rota coram Gregor. XV. decis. 84 n. 4. & decis. 490. n. 1. declaratur. 244. 14
Rotæ Romanæ decisio facit communem opinionem, & est sequenda, & amplectenda. 319.10
Rotæ opinio præualere debet. 335.37

Rotulus.

Rotuli appellantur mandata quædam, & Ordinationes Capituli generalis. 220. 4
Rotulus non durat vltra triennium, nisi in duobus Capitulis generalibus confirmati fuerint. ibid.5
Rotulus cessat vbi rotulantes à suis officiis absoluti sunt. 221.11
Rotuli obseruantia an duret vsque ad consummatam electionem? ibid.12,13,14

Rubrica.

Rubrica, quæ habet orationem perfectam, potest allegari ad decisionem causarum. 253.10

Ruinus.

Ruini doctrina refertur. 59.49

Rumor.

Rumores populi maximum indicium præstant contra Reum. 307.14
Maximè si fama sit vehemens, vel si fumus in delicto difficilis probationis, vel si alia accesserint adminicula. ibid. 15

S

Sacerdos.

Sacerdos potest Principis vices agere in iurisdictione seculari exercenda. 101.75
Sacerdotis filius quis dicatur. 184. 69
Vide *Episcopus.*

Sacrilegium.

Sacrilegium ab ecclesiastico Iudice præuentum, & punitum pœnis spiritualibus, & temporalibus, potest

poteſt iterum à ſeculari Iudice condigna iuris Ciuilis & Regij pœna puniri. 112. 17

Sal, & Salarium.

Sal, & piper ſunt de Regalibus Principis. 316 37

Salarium non conuentum quando debeatur agentibus, & ſolicitatoribus cauſarum? 382. 329

Salernitana.

Salernitanæ ſorores duæ in mares mutatæ. 191. 11

Salus.

Salutis hominis gratia natura omnia comparauit. 208.87

Sanctus.

Sancti viri etiam ſpe præmij Deo ſeruire alliciebantur. 121.42

Sanctorum nuncupatio Epiſcopis, Sacerdotibus, & reliquis Eccleſiæ miniſtris olim tribuebatur. 216.69

Sanctis nondum canonizatis non poteſt Epiſcopus mandare vt cultus publicus exhibeatur. 360. 121

Sanguis.

Sanguinem elicit, qui vehementer emungit. 128 87

Sapiens.

Sapientis eſt non citò facili credulitate ad falſum prolabi. 118.19

Sartor.

Sartor, aut tonſor ſi excedens ſtatum ſuum veſtes induerit valoris alicuius, vt ſic copioſiores ſolutiones acquirat, & magis lucretur, non peccat. 329. 6

Scandalum.

Scandalum attendendum ad executionis accelerationem, ſed non ad pœnam augendam. 295.85

Scandalum quod Chriſtus ſeuerè puniri voluit, fuit illud, quod in damnum, & ruinam proximorum adhibetur verbis, aut operibus illum ad malum excitando. ibid.86

Scandalum aliud actiuum, aliud paſſiuum. ibid. 87

Scandalum actiuum ceſſat deficiente animo, ac periculo, quòd alij incidant, malaque operantem inſectentur. 94.88

Ad ſcandalum euitandum non licet iuſtitiæ limites egredi. ibid. 89

Innocens à iudice puniri non poteſt propter ſcandalum vitandum, vel tumultum populo. ibid. 90

Scapulare.

Scapulare habere ſufficit vt monachus S. Benedicti cum habitu dormire dicatur. 97.41

Scapulare portans retento calore habitus quamuis peccaminosè addat partem aliquam indecentem, nullatenus facit contra obligationem portandi habitum S.Benedicti. ibid. 43

Schola.

Scholarum erectio ex qua cauſa? 88.28

Scholaris, Doctor, & Miniſter publicus poteſt expellere fabrum, & malleatorem vicinum. 208. 81

Scholaris, & Doctor poteſt coërcere immodicum, & non neceſſarium Campanarum ſtrepitum. ibid.85

Scholaſticus.

Vide *Rector.*

Scientia.

Scientia in aliquo caſu deſiderata qualis debeat interuenire? 383.331

Scotus.

Scotus viuus fuit ſepultus. 371.235

Scriptura.

Scripturæ priuatæ de recepto ſubſcriptæ à debitore aliis creditoribus non præiudicant, niſi alia via de numeratione conſtet. 56.16

Scriptura priuata quando probet. 268.22

Scriptum, vel inſtrumenta pro ſalario retineri non poſſunt. 380. 302

Scripturæ priuatæ recognitio quomodo facienda? oſtenditur. ibid.315

Scripturæ ſimplici credendum in odium impedientium illius productionem. 383.332

Seſsio.

Sedere in ſede in presbyterio nullus poteſt præter Epiſcopum Diœceſanum. 280.5

Presbyter, qui cum Diacono & Subdiacono Miſſam cantaturus eſt, ſedere debet in ſcamno oblongo decenter ornato. ibid. 4

Parochialis Rector in ſua Eccleſia ſedere debet in ſcamno, non autem in ſede. ibid. 5

Probatur ex fide data à Magiſtris Cæremoniarum. 281. 6

Epiſcopus Pontificalibus ornatus ſolus poteſt in præſentia ſanctiſſimi Sacramenti ſedere in ſede. ibid. 7

Audacia eſt ſedere cum ante Tribunal Dei ſtamus. ibid.9

Vicarius Montalium ad ſedem habendam quo iuuetur medio. 282.15

Curatus in ſua Eccleſia ſedere debet in ſcamno, non autem in ſede. ibid.22

Segregatio.

Segregationes inter conuerſos à Gentilitate, & conuerſos à Iudæis faciens ſunt contemptores vnitatis eccleſiaſticæ: in Hiſpania multi Iudæi, & plures ex iis ad Catholicam Fidem conuerſi. 122.49

Semen.

Semen frigidum & humidum genitalia contrahit, & fœminæ euadunt. 190.3

Seminis effuſio ſi fiat in ſpeluncis ſub pauimento Eccleſiæ, eam non polluit. 21 .95

Tò, Semper, ad omne tempus, & ad omnem caſum refertur. 230. 25

Senatus.

Romanus Senatus iuxta valorem cuiuſcunque meritorum præmia, & honores pendebat. 119.29

Senatorum tribunal ſi gratia commodioris expeditionis diuidatur in diuerſas domos, ſiue aulas, talis diuiſio non facit diuerſum Senatum. 147.14

Sententia.

Sententiam ſanguinis nullus clericus dictare, aut proferre poteſt. 101. 77

Sententia in dubio proferenda in matrimonij fauorem. 144.31

Sententia iudicis fortior eſt ſententia ſtatuti, & quare. 165. 10

Sententia in actione reali non poteſt exequi contra poſſeſſorem ſi non fuerit cum eo litigatum. 167.40

Sententiæ executio non potest fieri absque partis citatione. ibid. 41
Sententia omnis iustificetur ex actis processus. ibid.42
Sententia non exhibito processu & sine illo lata nihil probat. ibid 43
Sententia enuntians quendam esse procuratorem non probat mandatum. 168.47
Sententia lata coram secundo iudice non reproductis actis primæ instantiæ est ipso iure nulla. 172.107
Sententia ex processu non subscripto à Notario actuario est nulla. ibid.109
Sententia super confirmatione electionis iudicialis, est appellabilis, sicut alia quælibet sententia. 173. 16
Sententia per quam confirmatur electio est definitiua. ibid.118
Sententia priuationis alicuius officij est appellabilis. ibid.119
Sententia suspensionis, aut priuationis officij, aut vocis actiuæ, & passiuæ in Regularibus est appellabilis. ibid.120
Sententia reuocationis viæ executiuæ semel concessæ.est appellabilis. 174.124
Sententia prolata Sede Episcop. vacante absque legitimo defensore non nocet. 267 11
Sententia debet iustificari ex actis. ibid 12
Sententia, à qua non fuit appellatum, censetur approbata. 268. 20
Sententia, quæ non iustificatur ex actis,est notoriè iniusta. ibid. 25
Sententia lata non citato legitimo defensore Ecclesiæ non valet contra ipsam Ecclesiam. ibid. 26
Sententia Ordinarij reuocatur. 270.1
Sententia non conformis libello, & petitioni sustineri non potest. 2 6. 72
Sententia lata contra decisionem Rotæ est ipso iure nulla. 519.12
Sententia in fauorem condemnati in dubio intertерpretanda vt minus ei noceat. 383.333
Sententia est stricti iuris, & strictè venit interpretanda. ibid. 334
Sententia semper præsumitur lata ex ea causa ex qua proferri de iure debuit. ibid. 335
Successoribus non citatis præiudicat sententia lata contra maioratus possessorem ibid.336
Beneficij super qualitate sententia prolata afficit illud quoad omnes. ibid 3 7
Instrumenti pro valore lata sententia iuuat omnibus interesse habentibus. ibid. 338

Sepultura, Sepulchrum.

Sepulchrum Domini vbi excisum? 212.21
Constantinus Imp. magno honore affectus fuit dum pro foribus Piscatoris sepeliretur. 213.30
Sepulturæ honor intra Ecclesiam Episcopis,aliisque personis insignibus deferri cœpit. ibid. 31
Sepultura intra Ecclesiam iam hodie ex consuetudine omnibus siue Clericis, siue laicis dari potest. ibid. 32
Sepeliri in Ecclesia plura hominum genera prohibentur, & quare? 215.52
Sepultura Ecclesiastica in Cœmeterio dari quando dicatur? 216 58

Seraphin.

Seraphini decisio 1 56 declaratur. 272 24

Seruitium.

Seruitia præstita parentibus per filios debent esse obsequialia & reuerentialia. 82. 40

Sexus.

Sexus mutari non potest ex dæmonis maleficio. 191.7

Siculi.

Siculi vno die Gentis Iudaicæ reliquias è Regno expellerunt. 124. 67

Simulatio.

Simulatio animi melius cadit in verbis, quàm in factis. 288. 25
Singula quæ non prosunt, multa iuuant in materia probationum. 37.111
Tò, *si sibi visum fuerit*, important viri boni arbitrium. 171.91
Tò, *sit*, importat ipso iure, & denotat requiri statim executionem. 229.15

Smyrna.

Smyrnæ & in Syria fœminæ masculo enato membro in viros abierunt. 191.12

Sodomita.

Sodomitæ si non sint incorrigibiles, DD. Inquisitoribus conceditur facultas minuendi pœnam contra eos. ibid.68

Solemnitas.

Solemnitates requisitæ præsumuntur interuenisse ex diuturnitate temporis. 12.81
Solemnitas non necessaria ad validitatem actus quando in eo interuenit inualidè & minus bene, non ob id remanet imperfectus, aut nullus actus. 169. 64

Solum.

Solo non cedit ædificium in alieno solo Ecclesiæ pecuniis constructum. 346. 8

Solutio.

Soluendum est necessariò quod naturaliter debetur. 13.103
Solutio facta in vim alicuius, contractum illum non ratificat, nisi respectu ipsius soluentis. 77.36
Soluens ob causam celebrari contractus censetur illum approbare, & ratificare, habita illius notitia. ibid.37
Solutionem consuetam probare non requiritur quando conceditur vectigal tantæ quantitatis, prout consuetum est soluere. 107. 36

Sortilegus.

Sortilegi qui fatentur in sortilegiis homicidium fecisse, seque pœnitent, ac parati sunt corrigi, tradendi non sunt Curiæ seculari. 291. 67

Speciale.

Specialia trahi non debent in argumentum, vel in consequentiam. 265.51
Speciali non derogat generale. ibid. 54

Spoletum.

Spoletana mulier in virum conuersa. 141.8

Sponsalia.

Sponsalia de futuro per verba, *iuro vel promitto quòd tenebo, aut habebo te in vxorem.* 14 .7
Sponsalia erunt si verbum, *volo*, adiungatur infinitiuo indicanti initium actus, eiusque suspensionem. ibid.10
Sponsalia si præcesserunt quod postea fuit contractum, dicitur Matrimonium. 143. 22

Spurius.

Spurij non veniunt appellatione consanguineorum de Iure Ciuili. 181.43
Spurij, & bastardi inspecta natura sunt filij, in eisque cadit affectio naturalis. ibid.47
Spurij & descendentes ab eis an dicantur de domo, & familia 182.50
Et quid vbi concederetur illis ferre arma, & insignia familiæ. ibid.51
Spurij de generali consuetudine dicuntur de familia, & de domo. ibid.53
Filius spurius vsque ad quintam bonorum partem efficitur capax, siue quinta sufficiat, siue non. 185.76
Filiæ spuriæ à patre dos data valet in quantitate ad alimenta necessaria. 358.110
Filiæ spuriæ dos data, ea mortua redit ad patrem, vel ad suos hæredes. ibid. 111
Spurij filij legitimatio potest fieri post mortem patris ex ipsius præordinatione. 368.211

Squilla.

Squillæ, campaniolæ appellantur. 201.17
Τὸ *Statim*, nullam dilationem admittit, & est significatiua latæ sententiæ. 221.29

Status.

Vltimus status in beneficialibus attenditur non docto de contrario statu antecedenti. 267.17

Statutum.

Statutum semper sumit interpretationem à potestate statuentium. 104.10
Statuta, quibus descendentes ab Hebræis, & infidelibus excluduntur ab honoribus, beneficiis, ac Ordinum Militarium insigniis, qui reprobent, referuntur. 125.74
Statuta puritatem sanguinis requirentia strictè in casu, & in personis, & ob causas de quibus loquuntur, sunt intelligenda. 131.108
Statuta diuina à Domino promulgata ex iusta causa suspendit ac relaxat. 132.109
Statutum, seu lex temporalis elapso tempore expirat. 221.8
Statutum nouum temporale elapso tempore cessat eo magis quando est correctorium aliorum veterum. ibid. 10
Statutum aliquod vbi dubitatur sit necne contra immunitatem Ecclesiasticam, debemus amplecti opinionem, quæ fauet Ecclesiæ. 298.48
Statuto stante quod aliquis non possit torqueri nisi sit deliberatum per potestatem & Priores, vox Potestatis, & vnius ex Prioribus obtinere debet. 319.19
Statutum vel consuetudo non valet, qua cauetur vt non stetur maiori parte. 320. 31
Statutum vniuersitarum ecclesiasticarum inferiorum, vt duæ partes ad minus debeant concordare non valet. 321.38
Statutum quod non possit vniuersitas aliquid facere nisi de voto omnium, minimè valet. ibid. 39
Statutum S. Ecclesiæ Toletanæ in diuini cultus augmentum, ac pietatem, & decorem factum, & per Sedem Apost. confirmatum. 332.1
Statuta super puritate sanguinis iustissimis de causis condita. ibid. 2
Statuta & leges quæ publicam concernunt vtilitatem, fauorabilia sunt. ibid. 3
Probatio puritatis sanguinis in dispositione statuti requiritur pro forma. 333. 8
Forma debet specificè obseruari. ibid. 9
Statutum Toletanum est exorbitans, odiosum, & contra ius. ibid. 16
Statutum per se inualidum à sola Papæ confirmatione robur accipit. 335.32
Iudices possunt ex magna & euidenti causa transgredi statuta. ibid. 35
Statuto requirenti Doctoratum satisfit cum idoneus, & eminentis scientiæ adest, licet non sit Doctor. ibid. 36
Derogatio quantumuis amplissima statutorum non tollit statutum respiciens certam formam. ibid. 41
Statutum quando vult habilitare, vel inhabilitare subditum, tunc comprehendit bona extra territorium existentia. 349. 27
Statutum quando est fauorabile, extenditur ad bona aliarum prouinciarum. bid. 33
Statutum excludens fœminas dotatas propter masculos, intelligitur de masculis eiusdem lineæ & gradus. 370.228
Statutum conceptum in personas, vel in res, non extenditur extra territorium. 383. 341
Statutum ne vllus conducat vinum extra territorium non comprehendit clericos. ibid. 342
Vide *Lex.*

Stipulatio.

Stipulatio ne luminibus officiatur, comprehendit lumina tam tempore contractus existentia, quam futura. 107.37

Studium.

Studiorum causa absentes Reip. causa abesse existimantur, proindeque pro præsentibus habentur. 88. 31
Doctores referuntur asserentes docentes & addiscentes S. Scripturam percipere posse fructus suarum Præbendarum. 89. 32
Studium generale quod dicatur. ibid. 37
Studium non sufficit quod non est vniuersitas, quamuis in eo optimè & publice legatur. ibid. 38
Studium omne torpescit dilatione. 121.45

Stylus.

Stylus Romanæ Curiæ obtinet vt hodie copula præcedens exprimatur in dispensationibus matrimonialibus. 64.40
Stylus Curiæ facit ius, & pro lege obseruatur. ibid.41
Stylus Tribunalis iudicis delegati, & non delegantis, est obseruandus. 315.30
Leges, & stylus Tribunalium secularium obseruare tenentur in illis litigantes etiam clerici. ibid. 31

Subdiaconus.

Subdiaconis de tempore primitiuæ Ecclesiæ licebat contrahere matrimonium, & post Ordinis susceptionem anterioribus vti coniugiis. 26 25
Subdiaconus per metum & coactionem ordinatus est verè & propriè Subdiaconus. ibid. 31
Subdiacono prohibitum est contrahere matrimonium. ibid. 32

Subdiaco

Subdiaconi sunt adstricti voto continentiæ simul ex lege ecclesiastica immediatè, secundùm aliam opinionem. 27.36
Concilium Trid. asserit Subdiaconos vel ex voto, vel ex constitutione Ecclesiæ ad continentiam teneri. ibid. 38
Votum seruandi castitatem in Subdiacono deriuatur à iure positiuo. ibid. 39
Doctores referuntur, qui tenent suscipientem Ordinem Subdiaconatus per vim coactiuam teneri continere. ibid. 42

Subditus.

Subditi subducuntur à iurisdictione superioris ex eius moribus asperioribus, aut prauo iurisdictionis vsu. 362.151
Subditi possunt resistere domino ne alienet castrum vt subiiciantur alteri domino. 385.350

Subiectio.

Subiectionis ius respectu vasallorum pertinet ad eos tanquam ad singulos. 368.208
Ius subiectionis respectu vasallorum pertinet ad vasallos tanquam ad singulos. 386.359

Subsidium.

Subsidium est fauorabile, & latissimè interpretandum. 155.56
Subsidium Regi Catholico concessum quamuis exigatur à personis, id procedit ratione fructuum. 156.71
Subsidium an sit soluendum ex redditibus ad fabricam alicuius Ecclesiæ, vel monasteriis designatis. 160.112. & seqq.
Subsidium de quinquennio in quinquennium soluitur. 250.40
Subsidium est onus fructuum, non verò proprietatis, nec principaliter personæ. 151.9

Substantia.

Vide *Bona*.

Substitutio, & Substitutus.

Substituendi facultas cessat si in mandato dato industria personæ electa fuerit. 47.8
Substitutio locum habet etiam vbi industria personæ electa fuerit quando, certa forma fuerit præstituta, nisi negotium graue sit. ibid. 9
Substitutio à procuratore facta virtute facultatis ad id sibi concessæ, nulla est antequam acceptet mandatum. 168.54
Substitutorum iuri potest Princeps derogare. 378.282
Substitutiones derogare potest Princeps ob priuatam vtilitatem. ibid. 283
Substitutio subsequens intelligitur quatenus priores substitutiones purificarentur. 384.343
Substitutus propter suam malam administrationem quando obliget substituentem? 67.8
Substituens non tenetur ex culpa & mala administratione substituti quando eum nominauit cum Superioris approbatione. ibid. 9
Substitutus, seu Vicesgerens, aut delegatus non habet eandem prærogatiuam, quam principalis, seu delegans. 281.19

Successio.

Successio descendentium, & ascendentium æquiparatur. 79.6
Futura successio est accessoria ad coadiutoriam. 257.17
Futuræ successioni locus hodie fit etiamsi beneficium actualiter vacet de tempore datæ. 265.17
Futuræ successioni locus fit quamuis de tempore mortis coadiuti adhuc Bullæ Apost. non erant expeditæ. ibid. 21
Futura successio datur ratione coadiutoriæ, & ab illa pendet. 264.24
Hæredes donatoris succedunt in re donata alicui vt post eius mortem veniat ad quem donator nominauerit, si nominatione non facta decedat dictus donator. 355.91
Qualitas requisita ad successionem debet interuenire de tempore vacationis. 364.175
Qualitas mulieris vt succedat, vel excludatur, inspicienda est de tempore, quo hæreditas defertur. 365.176

Suffragium.

Suffragium pendet ex opere operato, non ex opere operantis. 277.17

Superfluum.

Superfluum naturæ, & personæ habens tenetur illud erogare pauperculis de præcepto, etiamsi non patiatur extremam necessitatem naturæ. 359.123

Superior.

Superior non potest sine causa professum in vna prouincia ad aliam transferre. 171.89
Superior non potest officio manuali subditum spoliare si faciant malo animo, vel odio. ibid. 90

Superstes.

Superstes præsentatus ex duobus compresentatis litem inter se mouentibus, vt suo & defuncti iuri innititur. 41.20

Supplicatio.

Supplicatio, quæ dicitur matrix, prius attendi debet quàm Bulla. 225.16

Supplicium.

Supplicia exercentur in rebus etiam inanimatis, & irrationabilibus. 287.19

Supranumerarij.

Priuilegiis ordinariorum officialium non gaudent supranumerarij. 373.250

Surdus IC.

Surdus *decis.* 156. declaratur. 202.25
Surdum *d. decis.* 156. qui improbent. ibid. 28.29

Suspensus.

Suspensus ab officio est pariter suspensus ab vsu & fructu dandi vocem. 38.116
Suspensus ab Ordine non est suspensus à iure, & præeminentia dandi vocem in Capitulo. ibid. 117

Suspicio.

Suspicionem de se dat, qui ad obiectum crimen expalluit. 306.11

Syndicus.

Syndicus debet nominari à Generali, & deinde à Papa institui. 55.7
Syndicis conceditur facultas administrandi, vendendi, & alienandi. ibid. 9
Syndicus potest omnia, quibus vtuntur Fratres, nomine Sedis Apost. commutare, tractare, & expendere. ibid. 10
Syndicis est permissum eleemosynas pecuniarias recipere. 56.11
Syndici in prouinciis Hispaniæ possunt vendere, admini

administrare, & permutare bona Religiosorum, non verò recipere eleemosynas pecuniarias. ibid.12

Bona syndici Seraphicæ Religionis non censentur tacitè hypothecata pro pecuniis à Fratribus penes illum depositis. 58.35

T

Taberna.

TAbernæ mercales prope Ecclesiam non sunt fabricandæ. 319.101

Tarditas.

Tarditas creditoris in non petendo quod sibi debetur, non sufficit ad præsumendam solutionem. 353.75

Tempus.

Tempus certum fuit præstitutum de iure Authenticorum subhastationibus, & adiectionibus fiscalibus. 5.10

Tempus certum assignatum alicui officio, currit officiali etiam impedito. 173.113

Tempus interpellat pro homine. 241.124

Terminus.

Terminus datus retrahere volentibus est nouem dierum. 51.12

& contra eum non competit minoris fauore, restitutio pupillo, vel absenti. ibid. 13

Terribilitas.

Vide *Metus.*

Territorium.

Territorium Episcopi vocatur eius diœcesis, seu prouincia. 112.10

Territorium postea auctum consequitur ille, cui fuit concessum castrum cum territorio. 349 38

Tertiæ.

Tertiæ Regales contra priuatum præscribuntur ordinario tempore. 106.28

Tertius.

Tertij in præiudicium re propria abuti nemini licet. 18.138

Testamentum.

Testamentarius non tenetur officium acceptare si nihil ei relinquatur pro executione testamenti. 361.141

Testamentum à marito & vxore insimul confectum potest postea quilibet eorum pro sua parte reuocare. 369.222

Testator.

Testator disponat, & erit lex. 17.126

Testator quando est persona idiota in eo cadit interpretatio crasso modo. 182.58

Interpretatio voluntatis testatoris sumenda est à consuetudine, & communi loquendi vsu patriæ. 183.59

Voluntas testatoris in omnibus prædominatur. 323.26

Testator, qui reiecit Presbyteros, Religiosos, & monasteria, intelligitur id fecisse propter cognationem. 347.15

Testari liberè potest minor sicut maior. 372. 238

Testis.

Testis vnus iuncta aliqua præsumptione merum probat. 33.81

Testium nonnullorum integerrima fides aliorum supplet defectum. 39.127

Testes singulares probant merum. ibid. 128

Testes de auditu alieno non probant. 176.3

Testes plures de auditu non coniunguntur ad faciendum indicium. ibid. 4

Testes de auditu quando consanguinitatem probent. ibid. 5

Testes consanguinei intra quartum gradum non probant. 177.6

Testes consanguinei pari vinculo cum vtraque parte coniuncti quando probent? ibid.7

Commodum ex causa reportantes in ea integri testes esse non possunt. ibid. 8

Testi, qui pro parte dicit falsum, in nullo creditur. ibid.11

Testi, qui dicit contrarium in secundo iudicio, ei, quod dicit in primo, non creditur. ibid.13

Concordia in testibus non prodest ad probationem. ibid.14

Testi, qui fuit carceratus de crimine quod per sententiam infamaret, non creditur. 178.17

Periurus testis à testimonio repellitur. ibid.18

Ebrij testes à testimonio repellendi. ibid.19

Testes viles, & pauperes simul, repelluntur à testimonio. ibid.20

Paupertas nihil detrahit de fide testis si sit honestæ, & probatæ vitæ. ibid.21

Familiaris quando in testem admittendus, vel repellendus veniat? ibid.22

Testium in iudicio seculari examinatorum depositiones, in iudicio ecclesiastico fidem non faciunt. ibid. 24

Testium inhabilitas non solum stat in personis testium, sed etiam in eorum depositionibus. ibid.25

Iudex curare non debet de probatione facta super bonitate testium partis aduersæ, si ab alia repulsæ testium fuerint plenè probatæ. 179.26

Testes magis se confirmantes cum dispositione iuris communis, cæteris præferendi. 180.40

Testes circa spurietatem quid deposuerint, 184. 71 & 72

Testes deponentes de bona fama magis sunt attendendi, quam deponentes de mala fama. 185.73

Testibus magis specificè deponentibus, & habentibus assistentiam iuris standum est. 267.16

Testibus peritis magis creditur quàm non peritis. 275.60

Testes contrarij se inuicem collidunt. 295. 4

Testes inter se contrarij non sunt quando vnus deponit plus altero. 297.24

Testes non dicuntur contrarij quando essent discordes in modo narrandi factum. ibid. 25

Testibus qui habent interesse, aut affectionem, aut tractant de se exonerando non est fides adhibenda. ibid.28

Testis si est varius ob varietatem ad eruendam veritatem torquetur. 306. 7

Testes in minori numero deponentes de bona fama præferuntur testibus in maiori numero deponentibus de mala fama. 362.156

Summariæ testes solum ad capturam deseruiunt. 384.345

Torqueri debent testes varij ad eruendam veritatem. ibid. 346

Thesaurarius.

Vide *receptores Regij.*

S. Thomas.
S. Thomæ doctrina laudatur. 326.20

Tiberius Cæsar.
Tiberius Cæsar in ætate nouem annorum orationem dictauit in sui parentis morte. 372.239

Timor.
Timor incurrendi parentum indignationem sufficit ad matrimonium annullandum. 33.78
Vide *Metum.*

Tintinnabulum.
Tintinnabulum à sonitu illo Tin Tin dictum. 201.14

Titularis.
Titularis dimissis fructibus de æquitate ad solutionem pensionis non tenetur. 248.17
Titularis non satisfacit faciendo fructuum omnium dimissionem pro terminis decursis. 248.15
Titularis acceptando beneficium videtur quasi contraxisse cum pensionario. ibid. 21
Titularis vltro se immiscens in bonis, & redditibus beneficij, tenetur actione personali. 249.24
Titularis per solutionem videtur releuasse pensionarium ab onere elidendi exceptionem. ibid. 30
Titularis recusans integraliter soluere dicitur spoliare pensionarium. ibid.34
Titularis, fructibus æquiualentibus non perceptis, non tenetur pecunias de suo pro pensione, & oneribus soluere. 250.38
Titularis tenetur subire onera incumbentia suo beneficio, & non est habenda ratio de oneribus, quæ per ipsum explicari debent. ibid. 42
Titularis ad libitum non potest imponere onera voluntaria in præiudicium pensionarij. ibid. 43

Titulus.
Titulus multum habetur in consideratione in summariissimo possessorio. 20.155
Titulus præcedens quando ex diuturno vsu præsumatur. 53.8
Titulus insufficiens cum obseruantia 40. annorum sufficit in materia præscriptibili ad acquirendum dominium, & validitatem. 377.277

Tormentum.
Materia dandi tormenta est arbitraria. 307.23

Tractatio.
Tractatio tunc temporis de matrimonio contrahendo est sufficiens coniectura animi contrahendi matrimonium. 143.23
Tractatus vnus tantum in alienatione rerum Ecclesiæ exigitur. 14.110
Tractatus sponsæ tanquam vxoris, traductio ad domum, & copula carnalis arguunt matrimonium fuisse contractum per verba de præsenti. 143.24

Transactio.
Transactio vti remedium dirimendarum litium est admodum fauorabilis. 9.45
Transactio etiam ex rescripto Principis instaurari non potest. ibid. 46
Transactio non retractatur per instrumenta nouiter reperta. ibid.47
Iudices per transactionem quodcumque incidens dubium decidere debent. ibid.49
Transactio habet vim sententiæ, quæ transitum fecerat in rem iudicatam. ibid.50
Via executiua competit pro contentis in transactione. ibid.51
Executionem paratam habet quod virtualiter in transactione percipi potest. 10.53
Transactio vbi cœpta est practicari, eius executio non suspenditur etiamsi aduersùs eam restitutio petatur. ibid.54
Transactionum impugnationi resistendum. ibid. 55
Pœnę peierantium in transactionibus, remissiuè. ibid.61
Transactio in dubio præsumitur vtilis. 14.108
Transactio, quæ finem liti imposuit, non rescinditur prætextu læsionis, quæ multum excedit dimidiam iusti pretij. ibid.111
Transactio facta super re non dubia & lite certa est ipso iure nulla. 384.347
Transactio facta super re certa præsumitur facta mala fide. ibid.348

Translatio.
Translatio est de vna Ecclesia ad aliam regularis mutatio cum euidenti causa vtilitatis, vel necessitatis. 325.12
Translatio aliquando de volente, aliquando de inuito etiam suadente iusta & rationabili causa fit. ibid.13
Episcopus translatus quando desinat esse Episcopus prioris Ecclesiæ? ibid.14

Transuersalis.
Transuersales non concurrunt cum descendentibus. 181.44

Tribunal.
Tribunal à ciuitate potest Episcopus amouere ad breue tempus, & cum iusta causa. 399.126

Tributum.
Tributum quando soluitur tempore belli ad defensionem Regni, ex fructibus non deducuntur expensæ. 153.23
Pro tributis soluendis prædia, vel fructus, super quibus imposita sunt, tacite, & cum prælatione censentur hypothecata. 154.47
Tributum imponitur rebus, quum fuerit reale, perpetuum, vniforme, inuariabile, & ordinaria. 156.73
Tributum strictè & propriè dicitur illud quod Principi soluitur ratione fundi, aut soli. 311.7
Tributum dicitur à tribuendo, & lato modo in hunc sensum sumitur. ibid.8
Tributa prædiis imposita, ad Ecclesiam cum illo onere transeunt. 312.9
Tributum lato modo dicitur quicquid Principi pro expensis, & vtilitatibus publicis soluitur. ibid.10
Tributum est quicquid imponitur rei præter eius valorem, & Principi soluitur. ibid.15
Tributum est quicquid excedit iustum valorem, & applicatur fisco. 315.32
Tributa Ecclesiis & ecclesiasticis personis an & quando Reges ex immemoriali consuetudine legitimè præscripta imponendi auctoritatem habeant? 316.38

Tumba.
Tumbas Iudæi sepulchra appellant. 212.20

Turpe.
Turpe non est mutare, sed in malo hærere perniciosum. 11.71

Turpe est alienis ornare decoribus quem propria virtus non venustat. 118.25

V

Vacatio.

VAcationi vno modo principaliter narrato, si fiat postea expressio de aliis, tenetur impetrans iustificare primum modum vacationis saltim de facto. 224.6
Vacatio dicitur consumpta per prouisionem expeditam in forma gratiosa. ibid.8
Vacationes apud sedem dicuntur illæ quæ obueniunt per obitum in Romana Curia, vel infra duas diætas. 259.53
Reseruatio ex vacatione apud sedem est omnibus efficacior, & clausa in corpore Iuris communis. ibid.54

Vasanus.

Væsanus, qui percussit Regem Catholicum, imperauit Reginæ eius vxor laqueo suspendi. 287.21

Valor.

Valor repartitionum & contributionum subsidij fieri debet secundum quantitatem bonorum cuiusuis ex contribuentibus. 155.59

Variatio.

Vel variatio liceret ex facultate per debitorem concessa. 347.12

Vasallus.

Alienari non possunt vasalli inuiti, nec ad alium dominium transferri. 384.349
Domini terrarum multas molestias suis vasallis faciunt. 385.351
Vasallus Regis esse potius quis desiderat quàm alterius. ibid 352.
Rex vbicumque terras vendere intendit, possunt vasalli libertatem suam emere. ibid.353

Vbeda.

Vbedæ monialis in marem conuersa à monasterio expellitur, & maritum suscepit. 191.20

Vectigal.

Vectigalia præscriptibilia sunt respectu particularis ordinatio decem, vel viginti annorum spatio. 105.26
Vectigal nomen comprehendit omne quod fisco soluitur. 106.31
Ex obseruantia subsequenti declaratur quòd ius exigondi vectigal comprehendatur. 107.41
Vectigalium exemptio generaliter exceptis certis casibus concessa est generalissima in casibus non exceptis. 361.146
Conductoribus vectigalium quando facienda sit remissio ostenditur. 385.354

Venditio.

Venditio si fieret cum magno vendentis incommodo, non est inuitè facienda, etiam pro Ecclesiæ, vel Monasterij ædificatione, seu reparatione. 205.45
Vendentes in Ecclesia candelas, circa hoc quod fiat domus negotiationis, excusantur à peccato. 219.98
Venditor vtens Templo Dei tanquam officina negotiatoria, *Tiendas* vocantur, seu ad vendendum in officina, peccat mort. & sacrilegium committit. ibid.99
Vendens ad vtilitatem alterius indistinctè annullatur venditio si non fuit seruata forma contractus. 302.24
Vendere rem certo pretio si quis accipiat sine lucro, & pluris sua industria, & diligentia vendat, potest illud plus sibi retinere. 346.4

Verbum.

Verba debent intelligi ne maneant sine effectus. 18.140
Verba debent aliquid operari. ibid.141
Verba contractus iuxta mentem contrahentium interpretanda sunt. ibid.144
Verba in dubio iuris ita interpretanda sunt vt naturæ contractus & dispositionis non repugnent. 97.46
Verba quando sonant in futurum, significant sponsalia. 142.6
Verba non exprimentia consensum de præsenti non inducunt matrimonium, sed sponsalia contracta. ibid 8
Verba debent significare consensum de præsenti vt Matrimonium inducant. ibid. 12
Verba quando sunt dubia ad significandum an matrimonium, vel sponsalia fuerint contracta, ad coniecturas recurrendum. 143.21
Verba formalia Matrimonij nulla sunt, sed sufficit quoquo modo vt consensus exprimatur. 144.27
Verba potius referenda sunt ad id, quod regulare est, non autem ad irregulare & extraordinarium. 159.106
Verba enunriatiua sententiæ affirmantis eam causam fuisse agitatam cum procuratore non probant adfuisse talem procuratorem. 168.49
Verba intelligi debent secundùm terminos habiles, & dispositionem legalem. 169.76
Verba quando applicari possunt ad arbitrium liberum, & regulatum, debemus intelligere de arbitrio regulato. 171.95
Verba posita in proœmio Constitutionum bene ostendunt ipsius causam finalem. 232.38
Verba hæreticalia regulariter secum afferunt prauæ intentionis præsumptionem. 289.37

Veritas.

Veritas res est solidissima, murúsque inexpugnabilis. 11.74
Veritas superat omnes astutias, & cauillationes. ibid.75
Veritas calumniis oppugnata tanto clarior nebulis expulsis progreditur in lucem. ibid.76
Veritas aduersùs calliditates per se ipsam defenditur. ibid. 77
Veritatem non defendens cùm videat illam opprimi, iram Dei prouocat. ibid. 78
Veritas præferenda est opinioni & reputationi. 65.53
Veritas non opprimenda. 118.20
Veritas quanto magis oppugnata, tanto clarior nebulis expulsis progreditur in lucem. ibid.21
Veritas oppugnata clarior euadit. 295.3

Vestis.

Vestes pretiosas supra statum suum, & vltra facultates habentes, quando peccent mort. 329.4

Pomposæ

Pomposæ vestium machinæ ad luxuriam & sensualitatem prouocant. ibid. 11
Pomposis nulla vtitur vestibus vbi ab aliis non possit videri. ibid.12
Episcopi mandato cum censuris lato contra vtentes lasciuis, & minus honestis vestibus contrauenientes lethaliter delinquunt.331.23

Via.

Via ordinaria agere incipiens non potest reuertere ad executiuam. 347.10
Nisi intentet viam ordinariam cum protestatione. ibid.11

Vicarius.

Vicarius non succedit in eo quod præstatur honori, & dignitati Episcopi. 282.20
Vicario si à principio assignetur congrua, & per eum acceptetur, debet illa esse contentus, nisi in duobus casibus hic contentis. 352.63

Vicinus.

Vicinus debet aliquod pati incommodum pro vtilitate vicinorum. 207.79
Partes duæ ex tribus vicinorum debent in pleno consilio vniuersitatis interuenire. 385.355
Vicini vota sua collegialiter,& in vnum conuocati dare debent. ibid.356

Victoria.

Victoria illa est magis gloriosa, vbi fuere laboriosa certamina. 12.79
To Videor, importat arbitrium boni viri. 171.92

Villa.

Villas de noua auctas comprehendit priuilegium concessum ab Imp. villis ciuitatum. 379.294
Vincentius Caror. *alleg.* 54. intelligitur. 75.19

Violentia.

Violentia dicitur quam Iudex facit spoliando possessorem iuris ordine non seruato. 166.18

Vir.

Vir bonus amore virtutis & Reip. potius, quàm commodi, aut præmij spe adductus bene aliis facere debet. 19.32
Vir à fœmina in quo differat. 190.4
Vir honestus, & prouidus non præsumitur aliquid perperam fecisse, aut facturum esse. 371.233

Virginitas.

Curiæ sæculari tradi iubet Paulus IV. qui sanctissimæ Dominæ nostræ virginitatem abnegauerit. 395.78

Virtus.

Virtus nullo honestamento eget, & magnum sui decus est. 119.32

Vis.

Vis alia præcisa & absoluta, alia causatiua, seu conditionalis. 25.4

Visitator.

Visitatorum assertionibus quoad statum Ecclesiæ multum defertur. 268.21

Vita.

Vitæ correctio non est facilis in homine. 292.71

Vitium.

Vitium quod est in radice naturali transit ad posteros. 289.43

Vitriacum.

Vitriaci puella in virum mutata est. 191.13

Vnctio.

Vnctio in Episcopo non est de essentia consecrationis, sed est quædam cæremonia accidentaria. 95.25

Vnio.

Vnionem Christianam inter vtrumque populum postulat Dominus Iesus ab æterno Patre. 128.88

Vniuersitas.

Vniuersitas aliud est, aliud singuli de vniuersitate. 46.3

Vocatio, & Vocatus.

Vocatio facta intelligitur de masculis eiusdem lineæ, & gradus vbi masculi sunt vocati successiuè, & in eorum defectum vocantur fœminæ. 371.236
Vocatus nomine singulari, & alij plures nomine collectiuo ad præsentandum, vel eligendum, tantam vocem habet vocatus, quantam alij. 318.1
Plures vocati sub nomine collectiuo cum alio tertio, illi plures habentur loco vnius tantum. ibid.3
Tanquam vt singuli, & non vt vniuersi in dubio præsumuntur vocari ad præsentandum. 320.23

Voluntas.

Voluntas coacta voluntas est. 25.9
Voluntas coacta sufficit ad impressionem characteris. ibid.10
Voluntatis interpretatio ab ipso testatore colligitur ex eo quod ipse facit. 182.55
τὰ, Volo contrahere tecum matrimonium, inducunt contractum sponsalitium de futuro. 142.9
τὰ, *Volo accipere te in sponsam & vxorem*, indicant censeri contracta sponsalia. ibid. 11
τὰ, *Volumus contrahere matrimonium*, demonstrant matrimonium, non sponsalia celebrandum. 143.26
τὰ, *Volo accipere in vxorem*, quando proferuntur deliberatè, vt in apparatu matrimonij. vel ad interrogationem alterius partis, inducunt perfectum matrimonium. 144.28

Votum.

Votum vi & metu graui extortum ipso iure est nullum. 25.18
Votum castitatis tacitum à coacto emissum non tenet sicut expressum. ibid.19

Vox.

Vocem in Capitulo non habent nisi ij tantùm Canonici, qui in Sacris sunt constituti. 37.112
Vox pendet à Canonia. 8.113
Vocem in Capitulo habere potius est præeminentia, & fructus Canonicatus, quàm Ordinis. ibid 115
Vocem duplicem in iurepatronatus quando quis habere possit? 319.15

Vrbanus VIII.

Vrbanus VIII. constituit quod Capitula Indulto conferendi beneficia reseruata Cardinalibus concessa intuitu Cardinalatus non fruuntur. 187.4

Vsufructuarius.

Vsufructuarius, cui relictus fuit integer vsusfructus, tenetur ad tributum, seu collecta postea super fructibus imposita. 154.34

Vtilitas.

Vtilitas communis sæpius efficit vt iustæ & rigorosæ iurisprudentiæ limites transiliantur. 287.18

Vulgus.

Vulgus procax est, & in conuicia semper armatum. 117.7

Vulneratus.

Vulneratus in domo non dicitur qui supra tectum vulnera accepit. 296.13

Vxor.

Vxor habens facultatem alienandi pro suo beneplacito si alienet tempore, quo morti erat propinqua, præsumitur per fraudem alienare. 191.26

Vxor, quæ à marito propter sæuitias diuertit, post separatum matrimonium partem consequitur in bonis ganantialibus. 198.46

Vxor si donat de bonis viri, consentiente viro, non vxor videtur donare, sed persona viri. 353.65

FINIS INDICIS.